

MAGNUM
BULLARIUM
ROMANUM,
AB URBANO VIII,
USQUE AD
S. D. N. CLEMENTEM X.
OPUS ABSOLUTISSIMUM

A RR. PP. ANGÉLO A LANTUSCA, ET JOANNE PAULO A ROMA,
Ordinis Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiae collectum:
Plurimis auctum URBANI VIII. & INNOCENTII X. novissiméque
ALEXANDRI VII. & CLEMENTIS IX. & X. Pontificum Constitutionibus,
quæ in præcedentibus editionibus desiderabantur.

TOMUS QUINTUS.

Rubricis. Summariis, Scholiis, & Indice quadruplici exornatus,

NUNC DENUO IN GALLIA EXCUSUS.



LUGDUNI,
Sumpt. PETRI BORDE, JOANNIS, & PETRI ARNAUD.

M. DC. XCVII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

JULIAN

Law
Canon Law
BULL
1699

6
100
56645
Jy 1906
Law Ref



Illustrissimo, Reverendissimoque

D. D. CAMILLO
DE NEUF-VILLE,
ARCHIEPISCOPO,

*Et Comiti Lugdunensi, Galliarum Primati, in Pro-
vincia Lugdunensi Proregi, Regionum Ordinum
Commendatori, &c.*



U M anni sunt circiter Octodecim,
ARCHIEPISCOPE ILLUSTRISSE,
unde consecravimus Amplitudini Tuæ
Bullarium Magnum Romanum; distin-
ctum in volumina quatuor. Nunc quin-
tum cum in lucem edamus, priorum appendicem
& seriem, ambigendum nobis non fuit, quin idem
prodiret sub augustissimo patrocínio tuo. Nam præ-
ã 2 terquàm

terquàm quod id à natura constitutum est , ut quæ
rebus à se primò conformatis adveniunt , in eandem
rationem transeant , formamque hanc in se ipsam in-
duant , atque ut in re cæci , quæ accendat sive agnis,
sive artefactis , ea ad dominum rerum , quibus ad-
junguntur , pertineant ; sane libri connumeratio ad illam
spectat , cui primum ille liber enatus est . At sunt
multa præterea , quæ in id officium nos adducant.
Et primò continua benevolentia significatio , quæ
nos in illa tua hætenus prosequuta est , eam exi-
git grati animi retributionem , ut in nostra imbecilli-
tate , qua una re possumus , palam contestemur nos
neutiquam esse tanti boni immemores . Sed quod
præcipuum est , cum in urbe Lugduno incolæ tuo
regimini subjiciamur feliciter , habeasque in bona
& corpora , imò & in animas potestatem , pro Deo
& pro Rege ; hoc est , cum in nos totos jura tam
divinum , quàm humanum & civile auctoritatem
tuam promoveant , quàm interest nostra potestatem
illam agnoscere , profiteri nos ultrò illi addictos , &
jucundissimam habere obsequendi necessitatem !
Quanquam ubi amor est , necessitatis ratio non ha-
betur ; & libertas est mancipari illi , quem diligas . Sa-
nè sic jucundum est tam amanti Pastori & vigilanti
subesse ; adeò commodum regi à Governatore , qui
utilitatibus nostris semper invigilat , qui gratiam &
benevolentiam Regis vertit & derivat in compendia
nostra ; qui maxime una re præesse dignoscitur , quòd
beneficia spargit in plures ; qui in omnes paternos
affectus induit , & verè sit Pater non Patriæ modò
& omnium , sed singulorum : ea , inquam , omnia tam
jucunda sunt , atque utilia , ut iis spoliari & deturbari
sub

sub specie libertatis , summæ fuerit infelicitatis. Pate-
re igitur (Archiepiscopo Illustrissime) nos publicum
& commune tuorum civium munus suscipere , &
privatim nostrum , qui privata beneficia & agnosci-
mus in publicis , & in animis nostris dudum inscri-
bimus. Quamobrem nobis id unum votum, una pre-
catio superest ad Deum optimum instituenda no-
stro & omnium Civium nomine , ut tam bono Pa-
store frui diutiùs liceat , illius dona in nos traducere,
gratissimum animum alere , ac sub Sanctissimis tuis
auspiciis beatos agere:


Celsitudini Tuæ

Additissimi & obsequentissimi,
LÁURENTIUS ARNAUD , ET PETRUS BORDÉ.

AD



Ad Lectorem Benevolum Præfatio.

UTILITATI publicæ jamdudum typis datum prodierat in lucem per-
Insigne Opus Bullarium Magnum Romanum tres in Tomos à Lærtio
Cherubino primò dissectum : hinc quarti Tomi editione à P. Angelo
Maria, Monacho Cassinensi, dicti Lærtii filio adactum, publicoque
Juri traditum, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus personis in universa
Republica Christiana maximam semper attulit utilitatem; potissimum
verò regiminibus, sive spiritualibus, sive politicis addictis, qui leges, sanctiones, re-
scripta, & diplomata Pontificum præ manibus habere necessario tenentur. Ideoque me-
ritò tam multis pernecessarium Opus curâ, & sollicitudine PP. Angeli à Lantusca, &
Joannis Pauli à Roma Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ continua-
tum est, ingentique moli Apostolicarum Constitutionum (quibus veluti divinis Ora-
culis Pontificia Jura, imò Jurisprudentiâ, & ipsæ Leges civiles, nedum sacri Canones,
Patres, & Concilia, quin & Romana Fides nituntur) non exiguus cumulus additus est
hunc quintum Tomum complectens. Sic ferè, demptis aliquibus, aut mutatis, prælusit
Compilerator novissimæ editionis Romanæ.

Quia verò hujus quinti Voluminis compilatio pernecessariam concatenationem
cum quarto præ se fert propter permultas novissimè additas tum Urbani VIII. tum
Innocentii X. Pontificum Constitutiones, simulque typis datas cum jam editis in To-
mo quarto, cujus occasione effectum est, ut hæc novissima Lugdunensis editio à no-
vissima Romana aliquantulum discrepet; de hoc ideo aliqua præfari, deque aliquibus
dissonantiæ unius ab alia causis, ne te novitas moveret, monere è re visum fuit.

Sedente, ut reor, Innocentio X. Pont. Max. vidit lucem tum Romæ, tum Lugduni
Tomus quartus Bullarii Romani. Cur tunc aliquot, sed non omnes Urbani VIII.
Constitutiones editæ fuerint, hætenus ignotum mihi fuit, curre in hac postrema edi-
tione Romana simul cum jam editis in Tomo quarto, paucis exceptis, sive Urbani
VIII. sive Innocentii X. permultæ Constitutiones in Tomo quinto prodierint, ita ut
duplicata impressione typis datus fuerit Tomus quartus simul cum quinto, indigesta-
que penè serie, incompertum etiam mihi fuit hucusque. Ut autem huic incommodo
occurrerem, teque otiosa repetitione non detinerem, ac fastidiosa lectione tedium
potius, quàm utilitatem paritura levarem, operæpretium me facturum duxi, si unica,
continenti, & continuata serie omnes tum Urbani VIII. tum Innocentii X. Consti-
tutiones tibi proponerem, indicato tantum loco earum, quæ in quarto Tomo jamdiu
edito continentur; earum verò, quæ recenter Romæ editæ sunt, tenore ad unguem
relato.

Sed de hoc mihi cogitanti nec scopus quò collimarem, nec amissis, juxta quam
tot Constitutionum congeriem dirigerem, se diligenter conquirenti obtulit. Quia
verò negotia, super quibus emanant, temporis decursu evenere, haud abs re, nec
absolum fore censui, si eas juxta temporis seriem appositè concinnarem: & quoad hoc
circa Urbani VIII. Pontificatum sequentia observabis.

I. Quod in hoc quinto Volumine editionis Lugdunensis omnes penitus ipsius Ur-
bani VIII. Constitutiones, etiam quæ in novissima editione Romana non reperiun-
tur, & quæ in Tomo quarto, aut illius Appendice continentur, continuata, apprimè-
que juxta temporis decursum digesta serie tibi proponuntur, ut jam mox præmonui,
ne inconcinnatus, aut interfectus ordo anfractuosis te viis aberrare cogeret. Sicque cum
trecentis tantum & novemdecim Constitutiones editio Romana pro Urbano VIII.
complectatur, triginta sex supra trecentas tibi Lugdunensis exhibet editio.

II. Quod

II. Quod eorum Constitutionum, quæ in quarto Tomo jam editæ sunt, tenor in hoc quinto non reperitur, sed rubricæ eorum in prælo positæ cum initialibus vocabulis Constitutionis, & locus tandem, ubi in quinto Tomo reperitur, tibi fideliter indicatur.

III. Notabis, quod cum aliquot Constitutiones in quarto Tomo editæ fuerint, quæ in quinto postremæ editionis Romanæ non reperiuntur; ideo ne tibi ad eas discernendas aliquod negotium superesset, eas singulari nota, seu asterismo designare nec inutile, nec incongruum duxi.

IV. Ut autem faciliè quæcumque videris Constitutionem, invenire valeas, datam illius attende, & juxta temporis seriem volumén evolve: hoc si prægeris, sive in quarto, sive in quinto, quam quæris Constitutio, Tomo contineatur, hanc sine ullo negotio adinvenies.

Quoad Innocentium verò X. nihil superest, de quo te, si bene præmissorum memineras; præmonere necessarium duxerim; eadem enim penitus in concinnandis ejus Constitutionibus methodus servata est: observabis tantum vigesimam nonam asterismo notari, sicut multæ Urbani VII. quia etsi in Tomo quarto edita jam fuerit, nulli tamen reperitur in novissima editione Romana.

In Alexandro VII. ferè nihil quoad seriem, aut ordinem mutatum est; sed ne quid Operis perfectioni decisset, quia aliquæ ejus Constitutiones in Appendice Romæ typis data editæ fuerant, quæ in sexto Volumine editionis Romanæ non reperiebantur, ideo Constitutionam heptadem partim in hac Appendice, partim in Typographia Reverendæ Cameræ editarum cum cæteris juxta temporis seriem sparsim collocavimus; quo effectum est, ut quoad Constitutiones Alexandri VII. septenario numero Romanam excedat jam Lugdunensis editio.


Clementis verò IX. & X. Pontificum Constitutiones uti Romæ, ita penitus Lugduni, in nihilo profus nec quoad ordinem, nec quoad numerum mutata, editæ fuerunt.

His prælibatis, tuum esto judicium (LECTOR BENEVOLE) an tua parum, vel multum intersit hæc editio, in qua quæ jam in Tomo quarto contihebantur, tanquam superflua in quinto resecata sunt, locis, ubi reperiuntur, fideliter indicatis; & quæ aliàs indigesta prodierant, & inemendata, in meliorem ordinem reposita, reconcinnataque nunc vident lucem, & emendatiora; ita ut cum in singulis ferè aliarum editionum periodis hæere debueris, jam inoffenso Volumen hoc percurrere possis vestigio. Nostris gratanter congaude curis enixis, perfruere vigilijs; gratosque & acceptos labores habeas, quos tibi benevolè offerimus. Vale.




INDEX
QUINQUE ROMANORUM
PONTIFICUM.

Quorum Constitutiones juxta temporum seriem
in hoc quinto Tomo continentur.

 RBANUS VIII. Florentinus habet Constit. 336.	fol. 1.
Innocentius X. Romanus Constit. 62.	fol. 167.
Alexander VII. Senensis habet Constit. 176.	fol. 193.
Clemens IX. Pistoriensis Constit. 40.	fol. 427.
Clemens X. Romanus Constit. 61.	fol. 477.

Summa Privilegij Regis Christianissimi.

UDOVICI XIV. Gallia & Navarra Regis Diplomate sancitum est, ne quis in Regno suo, aliisve locis ditioni suae subjectis intra proximos annos quinque ab expiratione praecedentis Privilegij 15. die Novembris 1666. ad decennium concessi, inchoandos ac numerandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quovis modo & ratione conetur Librum qui inscribitur, *Magnam Bullarium Romanum*, noviter editum, antea quatuor Tomis distributum, nunc vero tomo quinto adauctum, in quo omnes Bullae & Constitutiones ab ultimis Pontificibus usque ad hanc diem emanatae continentur, & Iconibus aeneis omnium dictorum Pontificum exornatur, praeter Petrum Borde Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipsemet concesserit. Prohibitum insuper est eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis idem Opus extra regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti Borde. Idque omne sub confiscatione librorum, aliisque poenis in originali Diplomate contra delinquentes expressis. Datum sancti Germani in Laye, die 26. Novembris 1671.

De mandato Regis.

Signatum

CADET.

Hæc secunda Editio tomi quinti desit excudi die 15. Januarij 1697.

INDEX



INDEX

Vocabulorum initialium omnium, & quarumcun-
que Constitutionum, quarum tenor in hoc
Tomo quinto continetur.

A					
D Apostolica.	Alexander VII.	316	<i>Alias fel.</i>	Clemens X.	499
Ad Apostolica.	Alexander VII.	362	<i>Alias nos.</i>	Urbanus VIII.	161
Ad Apostolica.	Alexander VII.	367	<i>Alias nos.</i>	Alexander VII.	325
Ad aures nostras.	Alexander VII.	333	<i>Alias nos.</i>	Alexander VII.	ibid.
Ad ea, qua.	Alexander VII.	273	<i>Alias per.</i>	Urbanus VIII.	26
Ad ea, qua.	Alexander VII.	286	<i>Alias per.</i>	Urbanus VIII.	76
Admonemur.	Urbanus VIII.	118	<i>Alias per.</i>	Alexander VII.	264
Admonet nos.	Alexander VII.	341	<i>Alias postquam.</i>	Urbanus VIII.	144
Ad pastorale.	Alexander VII.	307	<i>Alias postquam.</i>	Alexander VII.	286
Ad pastorale.	Alexander VII.	349	<i>Alias pro.</i>	Urbanus VIII.	25
Ad pastorale.	Clemens X.	551	<i>Alias pro.</i>	Urbanus VIII.	146
Ad Pastoralis.	Alexander VII.	371	<i>Alias pro.</i>	Urbanus VIII.	ibid.
Ad Sacrosancti.	Alexander VII.	327	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	397
Ad Sanctam.	Alexander VII.	257	<i>Alias pro.</i>	Innocentius X.	181
Ad uberes.	Clemens X.	522	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	297
Aequitatis.	Clemens X.	511	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	ibid.
Aeterna Sapientia.	Clemens X.	532	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	303
Agrum Ecclesiae.	Clemens X.	524	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	304
Alias emanant.	Clemens X.	553	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	306
Alias.	Alexander VII.	195	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	308
Alias.	Alexander VII.	205	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	317
Alias.	Alexander VII.	298	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	327
Alias.	Alexander VII.	351	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	350
Alias.	Alexander VII.	370	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	368
Alias.	Alexander VII.	410	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	ibid.
Alias.	Clemens X.	497	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	370
Alias.	Clemens X.	523	<i>Alias pro.</i>	Alexander VII.	389
Alias.	Clemens X.	551	<i>Alias pro.</i>	Clemens IX.	434
Alias à fel.	Urbanus VIII.	3	<i>Alias pro.</i>	Clemens IX.	446
Alias à fel.	Urbanus VIII.	23	<i>Alias pro.</i>	Clemens X.	567
Alias à fel.	Urbanus VIII.	79	<i>Apostolica.</i>	Alexander VII.	366
Alias à fel.	Urbanus VIII.	95	<i>Apostolicam.</i>	Urbanus VIII.	6
Alias à fel.	Urbanus VIII.	102	<i>Augustissima.</i>	Clemens IX.	442
Alias à fel.	Urbanus VIII.	142			
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	50	C	Urbanus VIII.	140
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	69	<i>Christi Fidelium.</i>	Urbanus VIII.	99
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	86	<i>Christi Salvatoris.</i>	Urbanus VIII.	120
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	98	<i>Circumspecta.</i>	Alexander VII.	390
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	128	<i>Circumspecta.</i>	Clemens X.	534
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	155	<i>Caelstis Paterfamilias.</i>	Clemens X.	525
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	159	<i>Caelstium munerum.</i>	Alexander VII.	212
Alias à nobis.	Urbanus VIII.	100	<i>Commissam.</i>	Clemens X.	564
Alias à Venerabilibus.	Urbanus VIII.	188	<i>Commissa nobis.</i>	Urbanus VIII.	42
Alias à Venerabilibus.	Innocentius X.	2	<i>Commissi nobis.</i>	Alexander VII.	398
Alias fel.	Urbanus VIII.	4	<i>Complura pietatis.</i>	Urbanus VIII.	41
Alias fel.	Urbanus VIII.	24	<i>Conservationi.</i>	Urbanus VIII.	7
Alias fel.	Urbanus VIII.	61	<i>Conservationi.</i>	Urbanus VIII.	88
Alias fel.	Urbanus VIII.	159	<i>Conservationi.</i>	Urbanus VIII.	97
Alias fel.	Innocentius X.	185	<i>Conservationi.</i>	Urbanus VIII.	141
Alias fel.	Alexander VII.	298	<i>Conservationi.</i>	Urbanus VIII.	151
					<i>Conser.</i>
					E

INDEX INITIORUM CONSTITUTIONUM

<i>Conservationi.</i>	Innocentius X.	185	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	233
<i>Conservationi.</i>	Alexander VII.	227	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	257
<i>Conservationi.</i>	Alexander VII.	254	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	ibid.
<i>Conservationi.</i>	Alexander VII.	273	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	285
<i>Controversiam.</i>	Alexander VII.	306	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	289
<i>Credita nobis.</i>	Alexander VII.	384	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	290
<i>Credita nobis.</i>	Alexander VII.	388	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	317
<i>Credita nobis.</i>	Alexander VII.	426	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	329
<i>Credita nobis.</i>	Clemens IX.	443	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	385
<i>Credita nobis.</i>	Clemens X.	509	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	389
<i>Credendum.</i>	Urbanus VIII.	8	<i>Cum sicut.</i>	Alexander VII.	402
<i>Cum alias.</i>	Clemens X.	501	<i>Cum sicut.</i>	Clemens IX.	468
<i>Cum à prima.</i>	Clemens IX.	451	<i>Cum sicut.</i>	Clemens X.	526
<i>Cum circa.</i>	Alexander VII.	323	<i>Cum sicut.</i>	Clemens X.	549
<i>Cum congregatio.</i>	Clemens IX.	477	<i>Cum sicut.</i>	Clemens X.	566
<i>Cum Divina.</i>	Alexander VII.	337	<i>Cum sit compertum.</i>	Alexander VII.	221
<i>Cum ea, qua.</i>	Urbanus VIII.	113			
<i>Cum felicis.</i>	Clemens IX.	476	<i>Debitum Pastoralis.</i>	Alexander VII.	381
<i>Cum felicis.</i>	Clemens X.	520	<i>Debitum Pastoralis.</i>	Clemens IX.	440
<i>Cum fel.</i>	Clemens X.	550	<i>Debitum Pastoralis.</i>	Clemens IX.	441
<i>Cum in Pastoral.</i>	Alexander VII.	213	<i>Decens, & aequum.</i>	Urbanus VIII.	130
<i>Cum inter.</i>	Urbanus VIII.	156	<i>Decet Romanum.</i>	Innocentius X.	183
<i>Cum inter.</i>	Alexander VII.	359	<i>Decet Romanum.</i>	Alexander VII.	330
<i>Cum nos.</i>	Alexander VII.	383	<i>Decet Romanum.</i>	Alexander VII.	206
<i>Cum nos.</i>	Clemens IX.	465	<i>Decet Romanum.</i>	Alexander VII.	325
<i>Cum nos.</i>	Clemens IX.	ibid.	<i>Decet Romanum.</i>	Alexander VII.	418
<i>Cum noviter.</i>	Alexander VII.	417	<i>Decet Romanum.</i>	Clemens X.	546
<i>Cum nuper.</i>	Urbanus VIII.	4	<i>Decet Romanum.</i>	Clemens X.	552
<i>Cum ob Sacri.</i>	Innocentius X.	184	<i>De singulari.</i>	Alexander VII.	215
<i>Cum per obitum.</i>	Alexander VII.	352	<i>De sua singulari.</i>	Alexander VII.	218
<i>Cum intractabilis.</i>	Clemens X.	492	<i>Divina.</i>	Innocentius X.	189
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	15	<i>Domini nostri.</i>	Urbanus VIII.	127
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	16	<i>Domini nostri.</i>	Urbanus VIII.	129
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	31	<i>Domini nostri.</i>	Urbanus VIII.	153
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	62	<i>Dudum.</i>	Innocentius X.	186
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	66	<i>Dudum.</i>	Alexander VII.	425
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	73	<i>Dudum.</i>	Clemens IX.	458
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	77	<i>Dudum.</i>	Clemens IX.	466
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	ibid.	<i>Dudum.</i>	Clemens X.	519
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	83			
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	84	<i>En, qua.</i>	Innocentius X.	172
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	88	<i>Ecclesia Catholica.</i>	Alexander VII.	294
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	89	<i>Ecclesia Catholica.</i>	Alexander VII.	413
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	91	<i>Ecclesia Catholica.</i>	Clemens X.	500
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	92	<i>Ecclesia Catholica.</i>	Clemens X.	510
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	93	<i>Emanavit nuper.</i>	Alexander VII.	297
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	94	<i>Emanavit nuper.</i>	Alexander VII.	314
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	100	<i>Emanavit nuper.</i>	Alexander VII.	365
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	109	<i>Emanavit nuper.</i>	Alexander VII.	393
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	117	<i>E suprema.</i>	Alexander VII.	231
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	122	<i>Ex commissa.</i>	Alexander VII.	272
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	123	<i>Ex commissa.</i>	Clemens X.	527
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	135	<i>Ex commissa.</i>	Alexander VII.	281
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	138	<i>Ex commissa.</i>	Alexander VII.	344
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	141	<i>Ex debito.</i>	Clemens X.	564
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	142	<i>Ex dignis.</i>	Urbanus VIII.	62
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	144	<i>Exigit commissa.</i>	Clemens IX.	447
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	145	<i>Ex incumbenti.</i>	Urbanus VIII.	37
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	163	<i>Ex incumbenti.</i>	Urbanus VIII.	84
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	165	<i>Ex incumbenti.</i>	Urbanus VIII.	161
<i>Cum sicut.</i>	Urbanus VIII.	166	<i>Ex incumbenti.</i>	Innocentius X.	168
<i>Cum sicut.</i>	Innocentius X.	171	<i>Ex injuncti.</i>	Urbanus VIII.	110
<i>Cum sicut.</i>	Innocentius X.	172	<i>Ex injuncti.</i>	Clemens X.	503
<i>Cum sicut.</i>	Innocentius X.	178	<i>Ex injuncto.</i>	Clemens X.	561
<i>Cum sicut.</i>	Innocentius X.	ibid.	<i>Ex injuncto.</i>	Alexander VII.	412
				<i>Ex</i>	

QUINQUE PONTIFICUM.

<i>Ex injuncto.</i>	Clemens IX.	469	<i>In Congregatione.</i>	Alexander VII.	405	
<i>Ex injuncto.</i>	Clemens X.	528	<i>In Congregatione.</i>	Alexander VII.	409	
<i>Ex injuncto.</i>	Clemens X.	532	<i>In eminenti.</i>	Urbanus VIII.	131	
<i>Ex injuncto.</i>	Clemens X.	549	<i>In eminenti.</i>	Innocentius X.	191	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens X.	552	<i>In eminenti.</i>	Alexander VII.	211	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	27	<i>In eminenti.</i>	Clemens X.	492	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	56	<i>In excelsa Sede s.</i>	Clemens IX.	474	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	59	<i>In gravissimis.</i>	Clemens X.	516	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	75	<i>In his Apostolica.</i>	Innocentius X.	177	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	78	<i>In his Apostolici.</i>	Urbanus VIII.	111	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	86	<i>In his Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	116	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	87	<i>In hoc primo.</i>	Clemens IX.	438	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	91	<i>In his praeipue.</i>	Urbanus VIII.	93	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	136	<i>In his qua.</i>	Urbanus VIII.	162	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	146	<i>In ipsis Pontificatus.</i>	Clemens IX.	473	
<i>Exponi nobis.</i>	Urbanus VIII.	152	<i>Injuncti nobis.</i>	Urbanus VIII.	85	
<i>Exponi nobis.</i>	Innocentius X.	167	<i>Injuncti nobis.</i>	Urbanus VIII.	112	
<i>Exponi nobis.</i>	Innocentius X.	170	<i>Injuncti nobis.</i>	Innocentius X.	176	
<i>Exponi nobis.</i>	Innocentius X.	179	<i>Injuncti nobis.</i>	Alexander VII.	237	
<i>Exponi nobis.</i>	Innocentius X.	180	<i>Injuncti nobis.</i>	Clemens IX.	451	
<i>Exponi nobis.</i>	Innocentius X.	188	<i>Injuncti nobis.</i>	Clemens IX.	457	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	195	<i>Injuncti nobis.</i>	Clemens X.	569	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	198	<i>Injunctum nobis.</i>	Urbanus VIII.	75	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	212	<i>Inscrutabili.</i>	Alexander VII.	310	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	254	<i>Inscrutabili.</i>	Alexander VII.	352	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	255	<i>In Sede.</i>	Urbanus VIII.	16	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	261	<i>In Sede.</i>	Urbanus VIII.	51	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	287	<i>In Sede.</i>	Urbanus VIII.	158	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	292	<i>In specula.</i>	Urbanus VIII.	56	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	302	<i>In sublimi.</i>	Alexander VII.	228	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	309	<i>In sublimi.</i>	Alexander VII.	233	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	312	<i>In sublimi.</i>	Alexander VII.	247	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	330	<i>In supereminenti.</i>	Clemens IX.	459	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	365	<i>In suprema.</i>	Alexander VII.	252	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	394	<i>In suprema.</i>	Alexander VII.	419	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	403	<i>In suprema.</i>	Clemens IX.	428	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	406	<i>In supremi.</i>	Alexander VII.	257	
<i>Exponi nobis.</i>	Alexander VII.	407	<i>In supremo.</i>	Urbanus VIII.	14	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens IX.	469	<i>In supremo.</i>	Urbanus VIII.	102	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens X.	496	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	424	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens X.	512	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	236	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens X.	526	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	266	
<i>Exponi nobis.</i>	Clemens X.	567	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	397	
<i>Expositio.</i>	Urbanus VIII.	89	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	407	
<i>Ex quo humilitatem.</i>	Alexander VII.	336	<i>In supremo.</i>	Alexander VII.	419	
			<i>Inser cetera.</i>	Urbanus VIII.	18	
	Urbanus VIII.	15	<i>Inter cetera.</i>	Urbanus VIII.	226	
	Urbanus VIII.	34	<i>Inter ceteras.</i>	Urbanus VIII.	72	
	Alexander VII.	332	<i>Inter ceteras.</i>	Urbanus VIII.	118	
	Alexander VII.	399	<i>Inter ceteras.</i>	Alexander VII.	313	
	Alexander VII.	387	<i>Inter gravissimas.</i>	Urbanus VIII.	85	
			<i>Inter gravissimas.</i>	Alexander VII.	223	
	Clemens X.	524	<i>Inter multiplices.</i>	Urbanus VIII.	140	
	Innocentius X.	173				
	Alexander VII.	208	<i>Licet alias.</i>	L	Urbanus VIII.	80
	Clemens IX.	460	<i>Licet alias.</i>	M	Alexander VII.	322
	Clemens X.	513			Alexander VII.	318
	Alexander VII.	258	<i>Meditatio cordis.</i>		Alexander VII.	320
	Urbanus VIII.	143	<i>Meditatio cordis.</i>		Alexander VII.	327
			<i>Meditatio cordis.</i>		Urbanus VIII.	28
	Clemens IX.	446	<i>Militantis Ecclesia.</i>		Urbanus VIII.	126
	Urbanus VIII.	35	<i>Militantis Ecclesia.</i>		Innocentius X.	169
	Urbanus VIII.	61	<i>Militantis Ecclesia.</i>		Alexander VII.	284
	Alexander VII.	279	<i>Militantis Ecclesia.</i>		Alexander VII.	288
	Clemens X.	501	<i>Militantis Ecclesia.</i>			

INDEX INITIORUM CONSTITUTIONUM

<i>Militantis Ecclesia.</i>	Alexander VII.	388	<i>Quod jam pluries.</i>	Clemens IX.	473
<i>Militantis Ecclesia.</i>	Alexander VII.	290	<i>Quoniam in prosequendo.</i>	Alexander VII.	216
<i>Motu proprio.</i>	Urbanus VIII.	398	<i>Quoniam nemo.</i>	Urbanus VIII.	108
N					
<i>Ne nova loca.</i>	Urbanus VIII.	125	<i>Ratio iustitia.</i>	Alexander VII.	369
<i>Nobis pro.</i>	Urbanus VIII.	121	<i>Redemptoris.</i>	Clemens X.	520
<i>N mine dilectorum.</i>	Alexander VII.	301	<i>Regiminis Apostolici.</i>	Alexander VII.	403
<i>Nemine dilectorum.</i>	Alexander VII.	392	<i>Regis pacifici.</i>	Urbanus VIII.	38
<i>Nos volentes.</i>	Alexander VII.	239	<i>Religiosorum virorum.</i>	Alexander VII.	283
<i>Nos volentes.</i>	Alexander VII.	242	<i>Religiosorum virorum.</i>	Clemens IX.	463
<i>Nos volentes.</i>	Clemens IX.	429	<i>Religiosos viros.</i>	Urbanus VIII.	121
<i>Nos volentes.</i>	Clemens IX.	435	<i>Religiosos viros.</i>	Urbanus VIII.	145
<i>Nos volentes.</i>	Clemens X.	482	<i>Romanorum gesta.</i>	Clemens X.	478
<i>Nos volentes.</i>	Clemens X.	488	<i>Romanum decet.</i>	Innocentius X.	181
<i>Nuper.</i>	Urbanus VIII.	63	<i>Romanus Pontifex.</i>	Urbanus VIII.	13
<i>Nuper.</i>	Clemens IX.	443	<i>Romanus Pontifex.</i>	Urbanus VIII.	19
<i>Nuper.</i>	Clemens IX.	470	<i>Romanus Pontifex.</i>	Urbanus VIII.	28
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	55	<i>Romanus Pontifex.</i>	Urbanus VIII.	115
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	66	<i>Romanus Pontifex.</i>	Clemens IX.	467
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	74	<i>Romanus Pontifex.</i>	Clemens X.	562
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	90	<i>Romanus Pontifex.</i>	Clemens X.	554
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	101		S	
<i>Nuper pro.</i>	Urbanus VIII.	111	<i>Sacri Apostolatus.</i>	Urbanus VIII.	30
<i>Nuper pro.</i>	Innocentius X.	186	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	249
<i>Nuper pro.</i>	Innocentius X.	190	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	260
<i>Nuper pro.</i>	Alexander VII.	401	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	262
<i>Nuper pro.</i>	Alexander VII.	300	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	265
<i>Nuper pro.</i>	Alexander VII.	343	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	ibid.
<i>Nuper pro.</i>	Alexander VII.	396	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	293
<i>Nuper ut nomini.</i>	Alexander VII.	344	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	301
<i>Nuper pro.</i>	Clemens X.	566	<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Alexander VII.	390
			<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Clemens X.	499
			<i>Sacro sancti Apostolatus.</i>	Clemens X.	548
<i>Officii nostri.</i>	Alexander VII.	215	<i>Sacro sanctum.</i>	Urbanus VIII.	33
<i>Omnipotentis Dei.</i>	Alexander VII.	357	<i>Salvatoris.</i>	Urbanus VIII.	73
<i>Omnium Salutis.</i>	Urbanus VIII.	163	<i>Salvatoris.</i>	Urbanus VIII.	125
<i>Onerosa.</i>	Urbanus VIII.	119	<i>Salvatoris.</i>	Innocentius X.	171
O					
			<i>Salvatoris.</i>	Clemens X.	547
<i>Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	10	<i>Sancta Mater.</i>	Urbanus VIII.	60
<i>Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	35	<i>Sancta, & immaculata.</i>	Urbanus VIII.	57
<i>Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	138	<i>Sancta Maris.</i>	Clemens IX.	450
<i>Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	160	<i>Sanctissimum.</i>	Alexander VII.	274
<i>Pastoralis.</i>	Urbanus VIII.	151	<i>Sanctissimus.</i>	Urbanus VIII.	67
<i>Pastoralis.</i>	Innocentius X.	192	<i>Sincera.</i>	Clemens IX.	445
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	248	<i>Sincera.</i>	Urbanus VIII.	149
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	250	<i>Sollicitudo.</i>	Alexander VII.	346
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	383	<i>Sollicitudo.</i>	Clemens IX.	471
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	401	<i>Speculatores domus.</i>	Alexander VII.	395
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	408	<i>Spiritus sanctus.</i>	Alexander VII.	348
<i>Pastoralis.</i>	Alexander VII.	218	<i>Superna.</i>	Clemens X.	494
<i>Pastoralis.</i>	Clemens X.	529	<i>Superna.</i>	Alexander VII.	204
<i>Paterna.</i>	Clemens IX.	448	<i>Suprema.</i>	Urbanus VIII.	47
<i>Paterna.</i>	Urbanus VIII.	55		V	
<i>Pia sollicitudinis.</i>	Alexander VII.	253		Clemens IX.	453
<i>Pius.</i>	Alexander VII.	198	<i>Venerabilibus.</i>	Clemens X.	504
<i>Pius.</i>	Clemens IX.	442	<i>Venerabilibus.</i>	Alexander VII.	222
<i>Pius.</i>	Clemens X.	487	<i>Vineam Domini.</i>	Alexander VII.	193
<i>Placuit.</i>	Clemens IX.	427	<i>Virginis.</i>	Clemens X.	563
<i>Pontificia sollicitudo.</i>	Innocentius X.	184	<i>Virginis.</i>	Urbanus VIII.	568
<i>Posito decreto.</i>	Alexander VII.	196	<i>Viva que.</i>	Urbanus VIII.	58
<i>Postquam nonnulla.</i>	Clemens X.	556	<i>Vt ea, que.</i>	Alexander VII.	217
<i>Pro commissa.</i>	Alexander VII.	250	<i>Vt ea, que.</i>	Alexander VII.	334
<i>Pro commissa.</i>	Alexander VII.	255	<i>Vt in hac.</i>	Alexander VII.	259
<i>Pro perso.</i>	Urbanus VIII.	113	<i>Vt in prosequendo.</i>	Alexander VII.	115
				INDEX	
<i>Quæ à Romanis.</i>	Clemens X.	498			



INDEX

Vocabulorum initialium quarumcunque Constitutionum, ac Rubricarum earundem, juxta seriem annorum Pontificum, qui in hoc quinto Tomo habentur.

INDEX CONSTITUTIONUM URBANI VIII.

Nota quod Constitutiones uncinatis lineolis inclusa continentur in Tomo quarto.

Anno Primo.

- * I. PRIVILEGIA, gratia, & indulta concessa Conclavitis.
- II. Canonizatio S. Philippi Neri.
- III. Canonizatio S. Ignatii Loyolæ.
- IV. Canonizatio S. Francisci Xaverii.
- V. De non alienandis Terris, & locis S. Romanæ Ecclesiæ.
- VI. De translatione facta super hæreditate Joannis Pizzuli.
- VII. Regule & ordinationes Cancellariæ Apostolicæ.
- * VIII. Indictio orationis Quadrageinta Horarum.
- IX. De recitando Officio, & Missa de B. Margareta de Cortona.
- * X. Privilegia & indulta pro Dapiferis.
- XI. Declarationes super reformatione Habituum Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ.
- XII. Revocatio facultatum disponendi de officiis vacabilibus Romanæ Curia.
- XIII. *Aliis sel. rec. &c.* Declarat Ordinarium S. Joannis de Abbatibus Vincentinæ Diocesis non esse intelligendum Archiepiscopum præfatæ Ecclesiæ, sed Episcopum Vicentinum.
- XIV. Pro profectis in Religione Clericorum Regul. Ministrantium Infirmis.
- * XV. Erectio Religionis Militiæ Christianæ.
- XVI. Super elemosynis Indianorum Defunctorum in Ecclesiis Regularium sepulcorum.
- XVII. Super bono regimine FF. Re-

Bullarii Magni Tom. V.

- formatorum Strictioris Observantiæ. 42
- XVIII. Indictio visitationis omnium Ecclesiarum Almæ Urbis. Tom. 4. 43
- XIX. Confirmatio privilegiorum & indultorum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani. 47
- XX. Indictio Jubilæi universalis pro anno 1625. 49
- XXI. Approbatio Statutorum Capituli Generalis FF. Minorum. 51
- pag. 1 XXII. *Aliis à sel. &c.* Moderatio literarum Gregor. X V. super divisione Provinciarum Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ Sancti Francisci Regni Sicilia. P. 3.
- 3 XXIII. Confirmatio privilegiorum, & gratiarum Congregationis B. Joannis Dei. P. 54
- 11 XXIV. Confirmatio privilegiorum, & gratiarum Ordinis Minimorum. Tom. 4. 55
- 21 XXV. *Cum nuper, &c.* Declaratio quod Indulgentia Portiunculæ in hoc Anno Sancto non revocatur. P. 4
- 22 XXVI. *Aliis sel. rec. &c.* Confirmatio Constitutionum super solutione quinquenniorum, &c. ibid.
- 26
- 34
- 35
- ibid.
- XXVII. De prohibito transitu Fratrum SS Trinitatis Redemptionis Captivorum ad aliam Religionem. P. 58
- 41 XXVIII. De recitando Officio, & Missa de B. Clara de Monte Falchio 59
- 42 XXIX. Communicatio privilegiorum Congregationis Cassinensis Congregationi Cælestinorum. 60
- pag. 2 XXX. Revocatio licentiarum erigendi loca sacra, non servatâ formâ constitutionis Clem. VIII. 62
- p. 38 XXXI. De Regularibus apostatis, & ejectis, ac de innovatione, & observantia decretorum Clem. VIII. 63
- ibid. XXXII. Deputatio Francisci Ubaldi in Judicem & Præsidem Equitum Militiæ Christianæ. 70
- ibid. XXXIII. Beatificatio Servi Dei Jacobi de Marchia. 72

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

XXXIV. Super consensu monialium, ut mulieres seculares ingredi possint earum monasteria.	pag. 75	LIV. Indultum pro Francisco Borgia Soc. Jesu.	pag. 93
XXXV. Institutio Confraternitatis Aulicorum Urbis in Ecclesia S. Nicolai ad Casarinos, & concessio Ecclesie S. Laur. in Fonte.	Tom. 4. 76	L V. Indultum pro Fratribus Capucinis recitandi Officium S. Conradi.	94
XXXVI. Revocatio diversarum concessionum in prejudicium Sedis, & Camere Apostolice.	71	LVI. Beatificatio Felicis de Cantalicio.	ibid.
XXXVII. Indultum pro Fratribus Jesuatis S. Hieronimi, Ordinis S. Augustini.	78	L VII. Abrogatio indultorum, & gratiarum Regulæ S. Francisci contrariorum.	95
XXXVIII. Confirmatio, & approbatio Confraternitatis Artis Musicae.	ibid.	L VIII. De libris compositis à degentibus in Statu Ecclesiastico non imprimendis sine requisitis licentis.	Tom. 4. 102
XXXIX. Contra malè ad Clericalem characterem ordinantes, & malè ordinatos.	80	LIX. De bonis ad Ecclesias & pia loca spectantibus in emphyteusim non dandis.	ibid.
XL. Deputatio Ecclesie S. Marie Transyberim in locum Ecclesie S. Pauli, stante suspitione pestis.	ibid.	LX. Indultum pro Fratribus Discalceatis B. Marie de Mercede, ut possint recitare Officium & Missam S. Raymundi.	104
XLI. Deputatio Ecclesiarum S. Marie de Populo, & S. Marie Transyberim in locum Ecclesiarum S. Pauli, & S. Sebastiani.	81	LXI. Institutio Archivij Sacri Collegij S. R. E. Cardinalium in Palatio Vaticano.	ibid.
XLII. Super electione Rom. Pont. & approbatio Cereemonialis illius ritus continentis.	92	LXII. <i>Motu proprio, &c.</i> Erectio Montis non vacabilis Salis cum annuo reddito scutorum sex pro quolibet loco, & amplissimis privilegiis.	p. 9
XLIII. <i>Apostolicam decet, &c.</i> Concedit, quod Fratres Minimi se possint obligare ad suffragia, & legata perpetua.	p. 6	LXIII. <i>Pastoralis officij, &c.</i> Institutio Archivi generalis.	10
XLIV. <i>Conservationi, &c.</i> Jubet ne extrahantur quomodolibet libri ex Bibliotheca Genuenti Ord. Minorum sub pena excommunicationis.	p. 7	LXIV. Quod Fratres Discalceati SS. Trinitatis Redemptionis captivorum possint in Africa, & aliis Turcarum partibus celebrare super Altari portatili, & ante auroram.	Tom. 4. pag. 107.
XLV. Erectio Custodie Bavarie FF. Minorum S. Francisci de Observantia.	pag. 82	LXV. <i>Romanus Pontifex, &c.</i> Suppressio Congregationis Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci.	13
* LXVI. Adhortatio ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos pro pace inter Principes Christianos.	84	LXVI. Contra extrahentes libros, & manuscripta è bibliothecis FF. Prædicatorum.	pag. 108
XLVII. De imaginibus nondum Beatificatorum, & Canonizatorum.	83	LXVII. Quod S. Elizabeth Regina Portugallie Tertium Ordinem S. Francisci est professa.	ibid.
* LXVIII. Indulgentia pro visitantibus Basilicas S. Petri, & S. Marie Transyberim.	85	LXVIII. Quod in universo Ordine B. Marie Redemptionis Captivorum possit recitari officium, & Missa S. Raymundi Nonnati.	Tom. 4. 30
XLIX. Confirmatio statutorum pro Religiosis Militie Christiane.	Tom. 4. 87	LXIX. <i>In supremo, &c.</i> Confirmatio privilegiorum Ord. B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum Recolletorum nuncupatorum.	p. 14
L. Beatificatio Andreæ Avellini Congregationis Theatinorum.	88	LXX. Confirmatio statutorum pro Monachis Cœlestinis.	pag. 109
LI. De oneribus perpetuis Missarum suscipiendis, & de prohibitione ea moderandi.	ibid.	<i>Anno quarto.</i>	
LII. Indultum pro Fratribus de observantia in Indiis Occidentalibus existentibus.	91	LXXI. Revocatio privilegiorum Religiosis Hispaniarum concessorum.	ibid.
<i>Anno tertio.</i>		LXXII. Divisio Congregationis FF. Eremitarum S. Augustini Italie in quatuor provincias.	110
LIII. <i>Creditum humilitati, &c.</i> Quod mortuo Ministro Provinciali primo sui officii anno fiat electio successoris, cum quo debeant con-	LXXXIII. Declaratio pro Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, quibus S. R. E. Cardinales præfunt.	Tom. 4. 111	LXXIV.

QUINQUE PONTIFICUM.

LXXIV. Declaratio pro S. R. E. Cardinalibus Ecclesiarum Præfultibus, quoad eorum jus conferendi beneficia Ecclesiastica.	p. 112	XCII. Concessio recitandi Officium & Missam de B. Rita de Cassia.	pag. 133
LXXV. Revocatio gratiarum Assistentium Prioris Generalis Eremitarum S. Augustini.	ibid.	XCIII. Innovatio, & extensio constitutionis Pii V. contra monetarios.	134
LXXVI. <i>Religi, ac prospero, &c.</i> Mandat Priorem pro tempore Monasterii Abbatiz nuncupate S. Gregorii de Urbe Congregationis Camaldulensis censeat etiam Procuratorem Generalem ipsius Congregationis.	15	XCIV. Super præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, & aliorum Mendicantium.	135
LXXVII. <i>Cum fecit, &c.</i> Declarat Monachos Monasterii Ripolensis Ord. S. Benedicti in Principatu Cathaloniz post acceptum Breviarium Romanum omnino teneri ad recitandum quotidie officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum juxta veterem consuetudinem. <i>ibid.</i>	ibid.	XCIV. Prohibitio transeundi à Discalceatis ad Calceatos Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum.	Tom. 4. 136
LXXVIII. Excommunicatio hæreticorum, & schismaticorum, & contravenientium contentis in Bulla Cœnz.	pag. 113	XCVI. Confirmatio Decreti super constitutione Greg. XV. de Conservatoribus Judicibus.	ibid.
LXXIX. Quod B. Maria Magdalena de Pazzis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo extitit.	116	XCVII. <i>Romanns Pontifex, &c.</i> Confirmatio Privilegiorum Venerab. Ecclesiz, & Canoniorum S. Mariæ Rotundæ super Platea antedictam Ecclesiam.	19
LXXX. Erectio Collegii Illyrici in civitate Lauretana.	117	XCVIII. <i>Alias à fel. &c.</i> Deputatio Executorum Alternativæ, & declaratio ejusdem pro Fratribus Ordin. Eremitarum S. Augustini Provinciæ Mechoacan.	23
LXXXI. Prohibitio alienandi Castra, Fortalitia, & alia bona Status Ecclesiastici.	120	XCIX. Contra non promotos ad Presbyteratum confessiones sacramentales audientes.	pag. 137
LXXXII. Erectio Collegii in Metropoli Bohemiz pro Scholaribus Germanicæ nationis.	Tom. 4. 122	C. Extensio indulti recitandi Officium, & Missam de B. Felice de Caralicio.	145
LXXXIII. Institutio Collegii in Civitate Viennæ Austriæ pro Scholaribus Germanicis.	124	CI. Innovatio Regulæ Cancellariæ quoad fructus beneficiorum inexactos.	137
LXXXIV. Quod Fratres Capucini sint verè Fratres Minores Ordinis S. Francisci.	126	CII. Super regimine provinciarum FF. Discalceatorum S. Augustini.	Tom. 4. 140
LXXXV. Revocatio reservationum pensionum perpetuarum super beneficiis Ecclesiasticis.	127	CIII. Indictio universalis Jubilæi pro imminetibus Ecclesie necessitatibus.	ibid.
LXXXVI. <i>In sede, &c.</i> Separatio Fratrum Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupat. à Calceatis.	p. 16	CIV. Erectio Cathedræ Eloquentiæ in publico Urbis Gymnasio.	143
		CV. Revocatio indulti Religiosis Joannis Dei concessi ad duas Missas celebrandas ad libitum.	ibid.
		CVI. De electione Præfecti Generalis, Consultorum, & Arbitri Ministrantium Infirmis.	145
		CVII. <i>Alias felicitis, &c.</i> Declarat quod expleto triennio nunc currente ex parte Criolorum supradictæ Alternativæ, dictæ Provinciæ officia Hispanorum parti omnino devolvantur.	24.
		CVIII. De electione Definitorum Congregationis Cassinensis.	pag. 146
		CIX. Confirmatio constitutionum FF. Minorum Conventualium S. Francisci, anni 1625.	ibid.
		CX. Ordinationes & leges pro electione Magni Magistri S. Joannis Hierosolymitani.	148
		CXI. Approbatio constitutionum pro regimine FF. Discalceatorum S. Augustini Congregationis Galliæ.	Tom. 4. 150
		<i>Anno sexto.</i>	
		CXII. De Capucinatorum transitu ad laxiorem, vel Cartusienfium Religionem non licito sine licentia requisita.	151
			CXIII.

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

CXIII. Revocatio privilegiorum quorumcumque Regularium audiendi secularium confessiones sine Ordinarii licentia.	152	CXXXIX. De non concedendis officiorum exemptionibus Fratribus Eremitis S. Augustini.	159
CXIV. Super indultis concessis diversis Urbis Tribunalibus cognoscendi causas criminales.	ibid.	CXXX. Exemptio concessa Clericis Regularibus Pauperum Matris Dei à processionibus.	160
CXV. <i>Alias pro parte &c.</i> Extensio Indulti celebrandi officium, & missam de 23. Martyribus ex Ordine Minorum ad alias Ecclesiasticas, & seculares personas.	p. 25	CXXXI. <i>Sacri Apostolatus, &c.</i> Confirmatio quarundam Constitutionum in Capitulo generali Fratrum Discalceatorum Recolletorum nuncupat. Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.	p. 30
CXVI. Quod Fratres Eremitæ S. Augustini in Hispania & Indiis ad Doctoratum promovendi examinentur ab examinadoribus in Capitulo Generali deputandis.	Tom. 4. pag. 86.	CXXXII. Super usu baldachini & ministrorum Abbatum Congreg. Cassinensis.	pag. 160
CXVII. <i>Alias per, &c.</i> Quod in toto Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini nulli, præter eos, quibus de jure, juxta dicti Ordinis Constitutiones, liceat vocem in Capitulis Provincialibus habere.	p. 26	CXXXIII. Unio domorum FF. Discalceatorum S. Augustini, sub gubernio FF. Calceatorum ejusdem Ordinis in Regno Granateni.	161
CXVIII. Confirmatio privilegiorum Ordinis B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum.	pag. 153	<i>Anno septimo.</i>	
CXIX. Indultum ut in universo prædicto Ordine celebrari possit festum S. Petri Nolasci cum Officio & Missa.	Tom. 4. 304	CXXXIV. <i>Cum scis, &c.</i> Taxa reddituum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario S. Francisci Strictioris Observantiæ.	31
CXX. <i>Cum scis, &c.</i> Concedit Demum, & Ecclesiam S. Mariæ in Sancto Joannino in Capite de Urbe Fratribus Reformatis Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.	26	CXXXV. <i>Sacro sanctum, &c.</i> Erectio Reformationis Provinciæ S. Salvatoris Hungariæ Fratrum S. Francisci Strictioris Observantiæ.	33
CXXI. Excommunicatio contra extrahentes reliquias, vel libros ex Ecclesia, aut Bibliotheca S. Francisci de Paula Urbis.	pag. 155	CXXXVI. Confirmatio decreti Sacre Rit. Congregationis super usu baldachini, ministrorum, & aliarum caeremoniarum pro Abbatibus Congregationis Cœlestinæ.	Tom. 4. pag. 163
CXXII. Institutio Collegii in oppido Fuldeni pro Scholaribus Germanicæ nationis.	Tom. 4.	CXXXVII. <i>Felici & Prospero, &c.</i> Quod Regens, & Collegiales Collegii S. Bonaventuræ in domo Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe subjaceant obedientiæ Guardiani dictæ Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum.	34
CXXIII. Super vacatione officiorum Romanæ Curie, & locorum montium vacabilium.	ibid. 214	CXXXVIII. <i>Pastoralis officii, &c.</i> Pro Ordine S. Basilii Congregationis Reformatæ del Tardon, & S. Antonii del Galleguillos.	35
CXXIV. <i>Exponi nobis, &c.</i> Confirmat Decretum Sac. Rit. Congreg. quod in Ecclesia Carolitana fervetur ad unguem Cæremoniale Episcoporum.	37	CXXXIX. Beatificatio Cajetani Thienæ, ac indultum recitandi Officium, & Missam de eodem.	Tom. 4. pag. 162
CXXV. <i>Romanus Pontifex, &c.</i> Quod Religiosi Societatis Jesu non possint uti facultate literarum Sanctæ Cruciatæ, & virtute illarum clausularum eligendi alium, & diversum Confessarium assignatum à suis Superioribus pro illorum confessionibus.	28	CXL. Jubilæi universalis indictio pro imminentibus Christiani Orbis periculis.	163
CXXVI. <i>Militantis Ecclesie, &c.</i> Confirmatio Privilegiorum Religionis Hierosolymitanæ circa alienationes, & præscriptiones suorum bonorum.	ibid.	CXLI. <i>Impensarum moles, &c.</i> Erectio Montis vacabilis, subsidii nuncupati.	p. 35
CXXVII. Super usu baldachini, & ministrorum Abbatum Congreg. Olivetanæ.	pag. 158	CXLII. <i>Ex incumbenti, &c.</i> Quod præcedentia in concursu cum aliis Regularibus in Processionibus competit Fratribus Discalceatis S. Francisci in Provinciis Hispaniarum.	37.
CXXVIII. Quod Piores Eremitarum S. Augustini teneantur in patentium literarum expeditionibus tenores facultatum à Sede Apostolica concessarum inferere.	Tom. 4. ibid.	CXLIII. <i>Regis Pacifici, &c.</i> Confirmatio Concordiæ inter Fratres Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum S. Francisci.	38
		CXLIV. <i>Complura pietatis, &c.</i> Ne de cætero alia Mendicantium Ordinum Monasteria, Domus, seu Conventus, aut Regularia loca per tres leucas circumcirca Monasterium, & Ecclesiam B. Mariæ de Monte-Serrato construuntur.	41
			CXLV. De

QUINQUE PONTIFICUM.

CXLV. De facultate eligendi confes- sarium non ad Regulares utriusque sexus, nec cuiuscunque Ordinis, nec extra forum conscientie ex- tendenda.	pag. 165	CLXI. <i>Nuper pro parte, &c.</i> Quod Laici pro- fessi Capucinatorum in publicis actionibus sem- per, & ubique Novitiis Clericis nondum pro- fessis precedant.	P. 55
* CXLVI. Indulgentia plenaria ad agendas gratias pro preservatione Urbis ab epidemia.	167	CLXII. Indulgentia pro Fratribus Discalceatis SS. Trinitatis Redem- ptionis Captivorum, querendi, & petendi quaecumque pro redem- ptione captivorum relicta.	Tom. 4. pag. 177
<i>Anno octavo.</i>		<i>Anno nono.</i>	
CXLVII. Prohibitio eligendi Scho- las sub denominatione Scholarum piatum, & annullatio erectarum.	Tom. 4. 165	CLXIII. <i>Paterna, &c.</i> Communicatio, & ex- tentio Indulgentie Ecclesie S. Mariæ Ange- lorum tempore pestis.	P. 55
CXLVIII. De registrandis in Ca- mera Apostolica gratis illius in- teresse concernentibus.	166	CLXIV. Prorogatio Indulgentie in forma Jubilæi, de qua in constitu- tione 159. ad alios tres menses.	Tom. 4. pag. 177.
CXLIX. Relatio Joannis Dei in Beatorum Confessorum numerum, & concessio recitandi Officium, & Missam celebrandi de eo.	167	CLXV. <i>Exponi nobis, &c.</i> Quod Fratres Mi- nores Capucini conventus Terræ Modogni Barenfis Diocesis non possint prohiberi in publicis processionibus incidere sub propria Cruce.	P. 56
CL. <i>Commissis nobis, &c.</i> Quod Magister Gene- ralis Fratrum Calceatorum Redemptionis Ca- ptivorum infra quindecim dies confirmare de- beat electionem Vicarii generalis, pro tempo- re Fratrum Discalceatorum Recollectorum Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.	p. 42	CLXVI. <i>In specula, &c.</i> Quod Fratres Capu- cini (excepta Provincia Romana) non audeant accedere Romam absque licentia Card. Pro- tectoris, aut Superiorum generalium.	ibid.
CLI. <i>Gregis Domini, &c.</i> Super concordia in- ter Præfules, seu Administratores ex una, nec- non Præpositos, & Canonicos ex alia, & Ab- batem, & Monachos Ecclesie S. Ambrosii Mediolanensis Cisterciensis Ordinis ex reli- qua partibus.	43	CLXVII. Moderatio constitutio- nis Clem. VIII. super distractione Castrorum, & bonorum fideicom- missariorum.	Tom. 4. pag. 178
CLII. Annullatio, & suppressio præ- terite Congregationis Jesuitissa- rum.	Tom. 4. pag. 170	CLXVIII. <i>Sancta, & immaculata, &c.</i> Quod in Ecclesia S. Jacobi Nationis Hispanorum de Urbe celebrari possit Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatae, etiam si in Do- minica secunda Adventus venerit sub Ritu du- plici primæ classis.	P. 57
CLIII. <i>Supremæ dispositione, &c.</i> Indictio sex Decimarum super omnibus fructibus Ecclesia- sticis Italiæ.	p. 47	* CLXIX. Quod constitutiones Apostolicæ concernentes Fidem Catholicam, & S. Inquisitionis Of- ficium omnes Regulares afficiant.	pag. 180
CLIV. <i>Aliis à nobis, &c.</i> Erectio unius Con- gregationis Fratrum Reformatorum, & Discal- ceatorum Ord. Sanctiss. Trinitatis Redemptio- nis Captivorum in Regno Franciæ.	50	CLXX. Revocatio omnium conces- sionum vivæ vocis oraculo facta- rum etiam Cardinalibus, & eorum manu firmatarum.	Tom. 4. 181
CLV. <i>In sede Principis, &c.</i> Confirmatio non- nullorum Statutorum Congregationum Lom- bardie, & Tusciæ Monachorum Ordinis Ci- sterciensis pro Reformatione in eis statuen- da.	52	CLXXI. Quod Notarii extra Ur- bem creandi antequam officium exerceant, examini sub pœna nul- litate, & falsi se subjiciant.	182
* CLVI. Prorogatio indulgentie plenariæ in forma Jubilæi, de qua in Constit. 159.	pag. 171	CLXXII. Annullatio Notariorum à Gubernatoribus civitatum crea- torum prætextu bannimenti Hen- rici Cardinalis.	184
CLVII. Declaratio facultatum transf- ferendi, & reservandi pensiones be- neficiorum per S. R. E. Cardinales obtentorum.	172	CLXXIII. <i>Vota, &c.</i> Ampliatio constitu- tionis Pauli V. super simplicibus votis, quæ Professi Societatis Jesu emittunt post profes- sionem solemnem circa paupertatem, & acce- ptionem dignitatum extra Religionem, & quæ dispensari nullatenus possint nisi à Ro- mano Pontifice pro tempore existente: & de- claratio quod in dicto voto de dignitatibus ex- tra Societatem comprehenduntur etiam di- gnitates sæculares, quæ jurisdictionem habent extra Societatem.	p. 58 CLXXIV.
CLVIII. Contra Astrologos judi- ciarios.	Tom. 4. 173		
CLIX. Super professionibus per Re- gulares emissis, non factis in locis designatis novitiatu.	175		
CLX. Revocatio licentiarum qua- rumcunque legendi & habendi li- bros prohibitos.	176		

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

CLXXIV. *Exponi nobis, &c.* Prohibitio super concessione licentiae pro Fratribus B. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum transseundi ad statum Clericalem. 59

CLXXV. *Sancta Mater, &c.* Quod Festum transitus S. Benedicti in singulis locis, in quibus existunt Ecclesiae Ordinis ipsius Congregationis Hispaniarum, ad instar aliarum de precepto Ecclesiae celebrandarum recolatur. 60

CLXXVI. Adhortatio ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Ceterum, &c. ad pacem inter Principes Christianos obtinendam. pag. 186

CLXXVII. Super Capite rotundo, & largiori Mozetta à Fratribus Recollectis Regni Franciae defendendis. ibid. Tom. 4.

Anno decimo.

CLXXVIII. Super usu baldachini, & facultate celebrandi in Pontificalibus Abbatum Congreg. Camaldulensium. 187

CLXXIX. Quod Fratres Carmelitarum Calceati in Belgio, & Scitia non gestent habitum Prætorum Discalceatorum ejusdem Ordinis. 188

CLXXX. *Alia sel. &c.* Confirmatio, & declaratio Privilegiorum Congregationis Clericorum Regularium de Somacha Papiensis, quoad Oratoria privata. 61

CLXXXI. *In Apostolica, &c.* Erectio Reformationis Provinciae Austriae Ord. Fratrum Minor. Strictioris Observantiae ad instar Provinciae Reformatarum Bavariae, & Tirolis. ibid.

CLXXXII. *Cum scit, &c.* Quod Magister Generalis Ordinis Prædicatorum possit suppressere parvos Conventus, eorumque res, & bona in majores ipsius Ordinis Conventus transferre. 62

CLXXXIII. *Ex dignis, &c.* Fratres Minores Strictioris Observantiae Sancti Francisci introducantur pro servitio Monasteriorum S. Clarae, ac Sanctae Mariae Magdalene Neapolis. ibid.

CLXXXIV. De missionibus quorumcunque Religiosorum ad Japonicas, & alias Indiarum Orientalium Regiones. pag. 189

CLXXXV. Confirmatio designationis novitiatuum factae à Fratribus eremitis S. Augustini Congreg. Lombardiae. 191

CLXXXVI. *Nuper nos, &c.* Indictio, seu impositio duorum pro centenario super omnibus fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis universae Italiae. p. 63

CLXXXVII. *Cum scit, &c.* Concedit facultatem Generali Minorum Sancti Francisci de Paula suppressendi Conventus tenues. 66

CLXXXVIII. *Nuper pro, &c.* Quod Regu-

gulares non possint prohiberi corpora defunctorum sepelire; & quod Curati non possint cogere haeredes defunctorum celebrari facere Missas in suis Ecclesiis Parochialibus. ibid.

CLXXXIX. Quod Fratres Discalceati S. Augustini Hispaniarum in Indiis degentes possint à quovis Catholico Episcopo ordinari. pag. 191

Anno undecimo.

CXC. De vacatione, non expleto sexennio, Ministri Generalis FF. Discalceatorum SS. Trinitatis Redemptoris Captivorum. 193

CXCI. De concordia inita inter PP. Redemptores S. Mariae de Mercede, & PP. Discalceatos ejusdem Ordinis. 303

CXCII. *Sanctissimus, &c.* Ut omnes Regularium Superiores subditos commoneant de injuncta, observantia Apostolicarum Constitutionum ad Sanctum Officium spectantium. p. 67

CXCIII. *Alia à Nobis, &c.* Declaratio nonnullorum Statutorum pro Congregationibus Tusciae, & Lombardiae Monachorum Ordinis Cisterciensis emanatorum. 69

CXCIV. *Inter ceteras, &c.* Confirmatio Triennalis impositionis super fructibus Commendarum Ordinis S. Joannis Hierosolymitani. 72

CXCV. *Salvatoris, &c.* Quod Ordinarii locorum, & Concionatores Verbi Dei tempore Adventus, & Quadragesimae necessitates locorum Terrae Sanctae commendari curent. 73

* CXCVI. Indictio Jubilaei ad divinam iram, & Catholicae Reipublicae, praesertim in Germania, ingruentia pericula averrenda. pag. 193

CXCVII. Communicatio privilegiorum omnium Regularium Fratribus Discalceatis Hispaniarum Ordinis SS. Trinitatis. 194

CXCVIII. De decretis circa imagines defunctorum nondum à Sede Apostolica canonizatorum. 196

Anno duodecimo.

CXCIX. Declaratio circa praecedentias inter Fratres S. Francisci de Observantia Reformatos. 198

CC. *Cum scit, &c.* Quod Fratres Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo in Collegio S. Theresiae Salmanticensis absolutis per eos cursu, lectionibus, vel exercitiis literarum à Regularibus dicti Ordinis requisitis, in eadem Sacra Theologia Lauream suscipere possint, absque expensis. p. 73

CCI. *Nuper pro, &c.* Designatio Conventuum pro Novitiatibus Laicorum, seu Conversorum Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo. 74

CCII. Præ

QUINQUE PONTIFICUM:

CCII. Præfixio, & approbatio Ceremonialis pro electione Magni Magistri S. Joannis Hierosolymitani.	pag. 199	numerus sufficiens Fratrum pro Regulari Observantia.	p. 77
CCIII. Prohibetur Fratribus Discalceatis SS. Trinitatis Hispaniarum, ne de cætero recipiant sæculares ad habitum Donatorum.	Tom. 4. 201	CCXV. <i>Cum scit accepimus, &c.</i> Revalidatio litterarum concordie, ac Capituli Provincie S. Joannis Baptiste Discalceatorum S. Francisci.	ibid.
CCIV. Quod Clerici Regulares Pauperes Matris Dei non comprehenduntur in decretis circa Regularem reformationem editis.	201	CCXVI. Quod in Provincia Hispaniarum & Indiarum FF. S. Francisci de Observantia Discalceatorum non habeantur tituli Lectorum Jubilatorum, & exemptione Patris gaudeat tantum qui fuerit Minister Provincialis.	Tom. 4. pag. 209
CCV. <i>Injunctum nobis, &c.</i> Ne de cætero Fratres Ordinis Prædicatorum in partibus Indiarum existentium extra Conventum vivant, seu maneant absque Sedis Apostolicæ, & superiorum ejusdem Ord. licentia	75	CCXVII. <i>Exponi Nobis, &c.</i> Quod nullus Fratrum Ordinis Prædicatorum per se, vel per alium negotium aliquod tractare audeat in Romana Curia, inconsulto Procuratore Generali dicti ordinis.	p. 78
CCVI. <i>Exponi nobis, &c.</i> Quod in familia Ultramontana, sicut in Cismontana Ordinis Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci duo Fratres germani Diffinitoriis interesse non possint.	ibid.	CCXVIII. Eximuntur Fratres Discalceati SS. Trinitatis Hispaniarum à superioritate Ministri Generalis Fratrum Calceatorum ejusdem Ordinis.	pag. 209
CCVII. Super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & Aliorum Ecclesiarum Cathedralibus præfectorum etiam S. R. E. Cardinalium.	Tom. 4. pag. 202	CCXIX. Quoad facultates transferendi pensiones, ac reservationes pensionum, aut fructuum antea translatorum.	211
CCVIII. <i>Alias per Nos, &c.</i> Quod Fratres Ordinis Prædicatorum, professi in Conventibus pro Novitiis non designatis, simpliciter emittant novam professionem, sine nova Fratrum Vocallum acceptance.	ibid.	CCXX. Præcipitur Fratribus Discalceatis B. Mariæ de Mercede, ut in opere Redemptionis irrefragabiliter obediant Magistro Generali Fratrum Calceatorum.	Tom. 4. 306
CCIX. Confirmatio habitus inter Fratres Discalceatos S. Theresiæ, & Fratres primi Instituti, vulgò de Monte sancto.	pag. 205	CCXXI. Declaratio quoad facultates transferendi pensiones, seu illarum loco fructus, &c.	216
CCX. Quod constitutiones revocatorie vive vocis oraculorum non comprehendant Officiales, quibus ratione munerum suorum antea fides haberi solebat.	ibid.	CCXXII. <i>Alias à se, &c.</i> Quod officium S. Theresiæ possit recitari in universis Hispaniarum Regnis.	p. 79
CCXI. Regulares votum emittentes de non petenda, nec acceptanda extra Religionem dignitate nullatenus ab hoc voto liberantur.	Tom. 4. 206	CCXXIII. <i>Licet aliis, &c.</i> Erectio Montis Communitatum Status Ecclesiastici, Tertiæ erectionis nuncupati.	80
CCXII. Quod assertiones & enunciationes scriptorum, & aliorum non faciant fidem nisi servata forma præscripta.	207	CCXXIV. Extensio constit. Greg. XIII. ne Subcollectorum, & Commissariorum crimina possint agnosci, nisi à Nuntiis & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, ob crimina in aliis locis patrata.	Tom. 4. pag. 212
<i>Anno decimotertio.</i>		<i>Anno decimoquarto.</i>	
CCXIII. Super præstatione alimentorum Hebræis ad instantiam Christianorum creditorum carceratis.	215	CCXXV. <i>Cum scit, &c.</i> Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupat. possint erigere Crucem in publicis Processionibus.	p. 83
CCXIV. <i>Cum scit, &c.</i> Quod Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium possit suppressere parvos Conventus, in quibus non potest manentur		CCXXVI. <i>Cum scit accepimus, &c.</i> Quod de cætero nullus in Guardianum, Diffinitorem, nec Magistrum Novitorum in Conventibus Fratrum Recollectorum Sancti Francisci Provincie Granatensis Hispaniarum deputari possit, quin prius habitum per eisdem gestari votum susceperit.	84

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

CCXXVII. De electione, & confirmatione Ministri Generalis Fratrum Reformatorum Discalceatorum Congregationis Hispaniarum Ordinis SS. Trinitatis Redemptoris Captivorum. Tom. 4. pag. 211

CCXXVIII. *De monasteriis*, &c. Confirmatio Decreti, videlicet precedentiam in processibus in Civitate Ortolensi competere Augustinians supra Franciscanos Recollectos, & Discalceatos. p. 84.

CCXXIX. *De gravissimis*, &c. Quod in Provincia Sancti Bernardini, & Sancte Marie Magdalene in Gallia Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupat. nullus omnino gaudeat privilegio Patrum Provinciarum. 85

CCXXX. *Alias a nobis*, &c. Ne Fratres Reformati Discalceati Sanctiss. Trinit. Redempt. Capt. Hispanie post emissam professionem possint transire ad Ordinem Minorum Sancti Francisci de Paula. 86

CCXXXI. *Exponi nobis*, &c. Quod Capitulum Generale Congregationis Clericorum Regul. Ministrantium Infirmis de sexennio in sexennium dumtaxat celebraretur. ibid.

CCXXXII. Contra eos, qui merito nomine, vel cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas nuptias erant seque. Tom. 4. pag. 213

CCXXXIII. *Exponi nobis*, &c. Facultas alienandi usque ad summam ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monete, necnon reducendi annuos census ad minus interusulum concessa Congregationi Cassinensi. p. 87

Anno decimoquinto.

CCXXXIV. *Cum scitis*, &c. Quod in Provincia Granatensi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, nullus Frater, aut consanguineus in primo, & secundo gradu Ministri actualis pro tempore, possit succedere immediate ad Provincialatum dictae Provinciae. 88

CCXXXV. *Conservationi*, &c. Prohibitio extrahendi libros e Bibliothecis, & paramenta ab Ecclesiis Conventuum Fratrum Ord. Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupat. Provinciae Granatensis. ibid.

CCXXXVI. *Cum scitis*, &c. Quod Minister Fratrum de Observantia Provinciae Granatensis teneatur recipere Religiosos, missos ex Recollectis ejusdem Provinciae, qui a perfecta suae Regulae observantia declinarunt. 89

CCXXXVII. *Exponi nobis*, &c. Quod Moniales Conventus Ordinis Sanctae Clarae Monasterii Suburbii Sancti Marcelli Parisiensis debeant manentem in possessione eligendi Abbatissam. ibid.

CCXXXVIII. Confirmatio, extensio, & declaratio constitutionum Apostolicarum prohibentium Civitates, Castra, & alia stabilia in Statu Ecclesiastico consistentia in forencis alienari. Tom. 4. pag. 216

CCXXXIX. *Super pro parte*, &c. Super precedentia inter Regulares divocionum Religionum. 90

Anno decimo sexto.

CCXL. *Exponi nobis*, &c. Quod Imagines Sanctorum Augustini, Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum Ordinis Sancti Augustini a Fratibus Discalceatis impressae, vel depictae cum habitu quo ipsi Discalceati utuntur, suspendantur. 91

CCXLI. Confirmatio omnium Indulgentiarum, & priorum operum per Patres S. Mariae de Mercede omnibus Christi fidelibus fieri solita. Tom. 4. pag. 306

CCXLII. *Cum scitis*, &c. Annullatio Capituli Provincialis Fratrum Min. S. Francisci Recollectorum nuncupat. Provinciae S. Bernardini in Gallia celebrari in spretum, & contemptum literarum Apostolicarum. p. 91

CCXLIII. *Cum scitis*, &c. Circa Lectorum Jubilationem Fratrum Minorum de Observantia Cismontanae Familiae. 92

CCXLIV. *Cum scitis*, &c. Ne Parochi plus per se possint in sepulturis, quae sunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis, quae sunt in propriis. 93

CCXLV. *In iis praecipue*, &c. Quod Abbates Monasteriorum pauperiorum Congregationis Montis Oliveti, de licentia Procuratoris generalis possint imponere unum, seu plures census pro sublevandis indigentibus eorumdem. ibid.

CCXLVI. *Cum scitis accepimus*, &c. Quod Sacerdos celebrans in Altari Capellae S. Catharinae Senen. super Minervam pro anima aliqujus defuncti liberet eam a poenis per modum suffragii: ac Indulgentia plenaria perpetua pro visitantibus dictam Capellam in ejus die festo, communionem refectis. 94

CCXLVII. *Injunctis nobis*, &c. Quod Provincia Romana Fratrum Capucinatorum subjiciatur Generali, ac in ejus absentia Procuratori generali eorumdem, eo modo quo ceterae Provinciae. ibid.

CCXLVIII. *Alias a fel.* &c. Privilegium pro Congregatione Cassinensi contra appellantes, & ambientes. 95

CCXLIX. *Conservationi*, &c. Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis Conventuum Fratrum Capucinatorum ubique existentium, cum facultate Superioribus commutandi inutiles per eorum Syndicos. 97

CC. *Alias a nobis*, &c. Facultas alienandi usque ad summam ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monete, concessa Congregationi Cassinensi, cum declaratione quod in hujusmodi alienationibus non requiritur licentia Protectoris. 98

CCLI. *Christi Salvatoris*, &c. Quod Fratres strictioris Observantiae S. Francisci Provinciae Principatus non erigant Conventum in Civitate Neapolis, sed observent concordiam jam factam. 99

CCCLII. De

QUINQUE PONTIFICUM.

- CCLII. Decretum Sac. Rtr. Congreg. de non jejunando in vigilia S. Joannis Baptistæ, quando contingit in die solemnitate Corporis Christi. Tom. 4. p. 119
- CCLIII. *Alias à Venerabilibus, &c.* Quod in Ecclesiis Parochialibus Congregationis Cassinensis cura animarum, etiam per Monachos exerceri possit. 100
- CCLIV. *Cum scio, &c.* Contra deferentes habitum Tertiatorum Tertii Ordinis S. Francisci, absque licentia Superiorum Ordinis, vel deferentes tunicam oblongam cum, vel sine caputio, cum mantello. ibid.
- CCLV. *Nuper pro parte, &c.* Quod Monachi Cassinenses nullo modo cogendi sunt accedere, nisi ad processionem Sanctiss. Sacramenti. 101
- CCLVI. *Alias fel. rec. &c.* Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias Societatis Jesu Communione resectis in festo Sancti Francisci Xaverii. 102
- CCLVII. *In supremo Apostolatus, &c.* Confirmatio statutorum Capituli Generalis de anno 1639. Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantia S. Francisci in specifica forma. ibid.
- CCLVIII. *Quoniam nemo, &c.* Contra ambientes dignitates, & officia Ord. S. Hieronymi Congregationis Fesulanæ. 108
- CCLIX. *Cum scint accepimus, &c.* Privilegia Molitoribus Urbis concessa. 109
- CCLX. *Ex injuncti, &c.* Confirmatio concessionum Domorum Regularium de Observantia Fratrum Reformati S. Francisci quomodolibet factarum. 110
- CCLXI. *In his Apostolicis, &c.* Præmissio numeri Magistrorum Provincia Romanæ Ordinis Prædicatorum. 111
- CCLXII. *Nuper pro parte, &c.* Quod Priores Provinciales Provincia Romanæ Ordinis Prædicatorum debeant esse biennales. ibid.
- CCLXIII. *Injuncti nobis, &c.* Erectio Custodiarum Fratrum Strictioris Observantia S. Francisci Cismontanæ familiarum in Provincias Reformatas. 112
- CCLXIV. Declaratio, quod per alienationem quorumcunque locorum in Statu Ecclesiastico consistentium, non censetur translatus in acquirentem titulus Ducatus, Marchionatus, &c. Tom. 4. pag. 119
- CCLXV. *Prospero, felicique, &c.* Quod Secretarii generales Ordinis Fratrum Minorum de Observantia in Ministrum, seu Commissarium Generalem eligi non possint, nisi transacto sexennio ab expiratione sui officii. p. 113
- CCLXVI. *Cum ea, &c.* Confirmat omnia, & singula Privilegia à Clemente Papa VIII. Provincia Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupat. Regularis Observantia S. Francisci in Hispania concessa. ibid.
- CCLXVII. *Romanus Pontifex, &c.* Abrogat Bullarum Magni Tom. V. omnia, & singula privilegia personalia per Religiosos Congregationis Clericorum Regularium Minorum nuncupat. obtenta, quæ eorundem Constitutionibus adversantur. 115
- CCLXVIII. *In his pass. &c.* Declarat quod in Monasteriis Sancti Basilii del Tardon, & Sancti Antonii del Gualleguillos Inter Choristas, & Sacerdotes non possint esse; nisi unus ex quibuslibet quatuor; & reliquæ tres partes sint laici. 116
- CCLXIX. *Cum scint, &c.* Indulgentia plenaria perpetua pro Confratribus, & Confororibus Confraternitatis sub invocatione Conceptionis B. Mariæ Virginis loci de Chauil Goen. Dioc. in Indiis Orientalibus. 117
- CCLXX. *Inier ceteras, &c.* Abrogatio omnium privilegiorum personalium Fratrum Regularis Observantia S. Francisci concessorum. 118
- CCLXXI. *Admonemur, &c.* Contra Superiores Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, qui favores extra suum ordinem attendentes, officia, dignitates, ac gratias concedunt, & contra eosdem dictos Fratres conquirentes. ibid.
- CCLXXII. *Onerosa Pastoralis, &c.* Restitutio Patrum Provincia, & revocatio, seu moderatio Motus proprii Greg. XV. pro tota familia ultramontana Fratrum Ord. Min. de Observantia. 119
- CCLXXIII. Declaratio, quod quæcumque portiones particularium super locis quorumcunque Montium factæ absque Sedis Apostolicæ, & aliis licentis requisitis, non attendantur, nec afficiant montes, aut loca hujusmodi. Tom. 4. p. 220
- Anno decimo septimo.
- CCLXXIV. *Circumspecta, &c.* Concedit Ministris Provincialibus Indiarum Fratrum Minorum Regularium Observantia Sancti Francisci, quod possint mittere Commissarios ad Capitulum generale, qui eorum nomine suffragium ferant. p. 120
- CCLXXV. *Nobis pro parte, &c.* Confirmatio Decreti Congregationis Regularium circa delationem habitus Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci. 121
- CCLXXVI. *Religiosos viros, &c.* Declarat Religiosos Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum circa nullitatem professionis reclamantes, esse veros professos, & qui professionem ante 21. annum emisserunt, esse veros Clericos. ibidem.
- CCLXXVII. *Cum scint, &c.* Erectio Provincia Sancti Antonii Regni Portugallia Ord. Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum ad instar Provincia S. Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania. 122
- CCXXVIII.

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- CCLXXVIII. Decernit, quod omnes dispositiones pro Captivorum redemptione faciendae, in favorem Ordinis B. Mariae de Mercede pertineant ad Reverendissimum totius Ordinis Magistrum Generalem. Tom. 4. pag. 306
- CCLXXIX. *Cum fecit, dilectus, &c.* Quod Fratres Minores Conventuales S. Francisci, tanquam Mendicantes prohiberi non possint ab Ordinariis locorum, seu aliis Regularibus quominus per seipso in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas quaerant. p. 123
- CCLXXX. *Salvatoris nostri, &c.* Erectio Custodiae Reformatae Fratrum Minorum Strictioris Observantiae S. Francisci Transilvaniae. 125
- CCLXXXI. Declaratio mentis circa reductionem onerum quorundam beneficiorum Ecclesiasticorum. Tom. 4. pag. 220
- CCLXXXII. *Ne nova loca, &c.* Prohibitio erigendi nova loca sub tit. de Propaganda fide ubique terrarum absque facultate Sedis Apostolicae. p. 125
- CCLXXXIII. *Militantis Ecclesiae, &c.* Pro restituendo, ac conservando in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia disciplinae Regularis candore. 126
- Anno decimo octavo.
- CCLXXXIV. Confirmatio constitutionis Clem. VIII. de largitione munerum Regularibus utriusque sexus interdicta. Tom. 4. p. 221
- CCLXXXV. *Domini nostri, &c.* Confirmatio electionem Sancti Dominici in Patronum Civitatis Neapolitanae, ac totius Regni. 127
- CCLXXXVI. *Alias à nobis, &c.* Breve executoriale super literas Apostolicas Clement. Papae VII. & Urban. VIII. ac super statuta pro Indiis Provincialis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia. 128
- CCLXXXVII. *Domini nostri, &c.* Quod Prior Provincialis Fratrum Ordinis Praedicatorum Provinciae Poloniae sit biennalis dumtaxat, ad instar Priorum Provinciae Romanae, & Lombardiae. 129
- CCLXXXVIII. *Decet, &c.* Restitutio viarum antiquarum, & Postarum à Terra Montis Rosarum per loca, & territoria immediatè subjecta Sedi Apostolicae Viterbium usque. 130
- CCLXXXIX. *In eminenti, &c.* Confirmatio Constitutionum Pii PP. V. & Greg. XIII. prohibentium quasdam Theologorum sententias, ac prohibitio libri Cornelii Jansenii. 131
- CCXC. *Exponi nobis, &c.* Quod laici, seu Conversi Ordinis Minorum suffragentur in admissione Novitiorum ad professionem. 136
- CCXCI. Super preservatione jurium Sedis Apostolicae, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque praejudicialibus. Tom. 4. pag. 222
- CCXCII. *Cum fecit, &c.* Quod Notarii etiam in Archivo Romanae Curiae descripti vacabilia Notariae aut officia non habentes, nulla transumpta literarum Apostolicarum facere possint: habentes verò, nominatim de Datarum licentia. P. 157
- Anno decimonono.
- CCXCIII. *Pastoralis officii, &c.* Prohibitio ne Religiosi Praemonstratenses Hispaniae gestent habitum noviter assumptum, nec dimittant praenomen Fratris. 138
- CCXCIV. *Cum fecit, &c.* Quod Commissarii Generales Indiarum Ord. Fratrum Minorum Regularis Observantiae S. Francisci non possint dispensare in Constitutionibus Generalibus Ordinis. ibid.
- CCXCV. *Militantis Ecclesiae, &c.* Pro bono regimine Fratrum Strictioris Observantiae Italiae, quod instituunt professoria, &c. 139
- CCXCVI. *Inter multiplices, &c.* Quod Fratres cujuscumque gradus, & dignitatis commorantes in Conventu Aracelitano de Urbe sint sub obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis. 140
- CCXCVII. *Christi Fidelium, &c.* Quod Fratres Congregationis Jesuatorum S. Hieronymi, sub Ordinariis approbati, sacramentales utriusque sexus fidelium confessiones liberè, & licitè audire valeant. ibid.
- CCXCVIII. Declaratio, & moderatio facultatum DD. Cardinalium, Archiepiscoporum, Protectorum & Titularium Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis. pag. 226
- CCXCIX. Prohibitio ne in Ecclesiis sumatur tabacchum. Tom. 4. 227
- CCC. Super exactione taxae Collegio Subdiaconorum Sedis Apostolicae assignatae ratione provisionum Ecclesiarum Pallii insignatarum. 228
- CCCI. Constitutio circa formam, & habitum sacrarum imaginum. 229
- CCCII. *Conservationi, &c.* Prohibitio extrahendi Libros è Bibliothecis Conventuum Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupat. Congregationis Hispaniae. p. 141
- CCCIII. *Cum fecit dilecti, &c.* Pro Capitulo, & Canonicis Majoricen. quod contra ipsos ab Inquisitoribus Majoricen. procedi non possit, nisi in causis fidei. ibid.
- CCCIV. *Exponi nobis, &c.* Quod Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promontorii Januensis Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Januensis Vicario generali ejusdem Congregationis remaneant subiecti. 142
- CCCV. *Alias fel. &c.* Confirmatio Brevis Gregor. XIII. cum aliis clausulis ad favorem Provinciae Discalceatorum S. Francisci in Regnis Hispaniarum. ibid.
- CCCVI. *Cum fecit accepimus, &c.* De non recipiendis pecuniis pro Missis celebrandis in Provincia Reformatae Fratrum Minorum de Observantia Vallis Mazarum in Sicilia. 143
- CCCVII. *Alias*

QUINQUE PONTIFICUM

- CCC VII. *Alias postquam, &c.* Quod Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitulum Generalia Ordinis Fratrum Minorum de Observantia convenientes, suis Custodibus in labore, & premio aequales habeantur. 144
- CCC VIII. Confirmatio decreti Clem. VIII. prohibentis fieri uniones beneficiorum dispositioni Sedis Apostolicæ reservatorum. pag. 231
- CCC IX. Constitutio circa utilitatem Sacrificii Pontificii post obitum S. R. Ecclesiæ Cardinalium debita. Tom. 4. 232
- Anno vigesimo.*
- CCC X. Pro observatione festorum, quæ designantur in præfenti constitutione. 230
- CCC XI. *Cum sicut, &c.* Prohibitio ne Fratres laici, seu Conversi Ord. Fratrum Minorum Stricteris Observantia præcedant Clericos professos. P. 144
- CCC XII. *Religiosos viros, &c.* Quod electiones Proministrorum, Custodum, & Guardianorum extra Capitulum Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum fiant per suffragia secreta, & ballottationes. 145
- CCC XIII. *Alias, &c.* Dat modum præcedendi inter Fratres Minores stricteris Observantia S. Francisci familiae Cismontanae. 146
- CCC XIV. *Alias profel. &c.* Confirmatio Privilegiorum Fratrum Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Discalceatorum nuncupat. Hispania, & Indiarum. ibid.
- CCC XV. *Sincera devotionis, &c.* Privilegia concessa Universitati, & personis Mercatorum Fundaci, & mercantia Urbis. 149
- CCC XVI. *Cum sicut, &c.* Indulgentia plenaria perpetua in Ecclesiis Fratrum Tertii Ord. S. Francisci pro festo Portiunculæ. ibid.
- CCC XVII. *Pastoralis officii, &c.* Erectio Provinciae Reformatæ S. Vigili Fratrum Ordinis Minorum Stricteris Observantia S. Francisci. 150
- CCC XVIII. Declaratio circa facultatem dispensandi cum Regularibus super voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate extra Religionem. Tom. 4. pag. 233
- CCC XIX. *Conservationi, &c.* Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis domorum Regularium totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupat. P. 151.
- CCC XX. *Pastoralis officii, &c.* Quod Fratres Discalceati Ord. Regularis Observantia S. Francisci in Regno Hispania non possint commorari in ædibus secularium. ibid.
- CCC XXI. *Expone nobis, &c.* Pro Fratribus Ord. Minorum S. Francisci Discalceatorum Provinciarum Hispan. circa Visitationem Ecclesiarum, & Conventuum, ac præcedentiam & sepulturam defunctorum. 152
- CCC XXII. *Domini nostri, &c.* Pro tollenda controversia inter Fratres minores Conventuales, & de Observantia circa elemosynas Capellæ de Portiuncula Assisicensis erogari solitas. 153
- CCC XXIII. *Alias à nobis, &c.* Facultas extensiva facta Congregationi Cassinensi alienandi usque ad summam ducentorum quinquaginta millium scutorum. 155
- CCC XXIV. *Cum inno, &c.* Annulatio Capituli Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum Januæ celebrati, & convocatio Capituli generalissimi ejusdem Ord. in Urbe celebrandi. 156
- CCC XXV. Super recitatione, & decantatione hymnorum Brevariarii Romani suæ Sanctitatis auctoritate recogniti in quibuslibet Ecclesiis. Tom. 4. pag. 234
- CCC XXVI. *In sede, &c.* Indultum celebrandi missam, & recitandi officium de Beato Martyre Josaphato Archiepiscopo Polocensi, Monacho Ordinis S. Basilii. P. 158
- CCC XXVII. *Alias fel. &c.* Quod festum S. Norberti celebretur die undecima mensis Julii: ac Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias Ordinis Præmonstratensis eodem die confessis, & communione refectis. 159
- CCC XXVIII. *Alias à nobis, &c.* Approbatio sententiæ executorialis A. C. scilicet, quod in controversia super jure præcedendi in processibus inter Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Provinciae Hispanensis & Discalceatorum S. Francisci, dignior locus competit Discalceatis. ibid.
- CCC XXIX. *Ex incumbenti, &c.* Quod Provinciales, Priores, & alii Officiales Ordinis Fratrum Prædicatorum realiter, & cum effectu per totum tempus à Constitutionibus præscriptum, durare possint, & valeant. 161
- Anno vigesimoprimo.*
- CCCXXX. *Alias nos, &c.* Quod Provincia S. Gabrielis moderetur cum solis statutis municipalibus, & gaudeat omnibus privilegiis aliarum Provinciarum Fratrum Discalceatorum Sancti Francisci. ibid.
- CCCXXXI. Prohibitio Auditoribus S. R. Romanæ, ac eorum Locatenentibus, & Studii Adjutoribus, &c. ne vota sua, vel suorum Coadjutorum, & alia, quæ in Rota tractantur, cuiquam patefaciant. Tom. 4. pag. 235
- CCCXXXII. *In his, &c.* Prohibitio extrahendi libros ex bibliothecis, & Paramenta ex Sacrificiis Domorum Regularium Provinciae Granaten. Ordinis Fratrum Sancti Francisci Recolletorum nuncupat. P. 162
- CCCXXXIII. *Omnium saluti, &c.* Altare privilegiorum pro omnibus, & singulis Conventibus Fratrum Minorum stricteris Observantia S. Francisci in Regno Hibernia existentibus. 163
- CCCXXXIV. *Cum sicut, &c.* Extensio Constitutionis

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM


stitutionis alias à nobis ad Provincias S. Joseph, ac Indiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupat. scilicet, quod in Processionibus competit eis dignior locus supra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini. ibid.
CCGXXXV. Cum sicut, &c. Confirmatio, & innovatio litterarum Clem. VII. in favorem Fratrum Discalceatorum Ordinis Sancti Francisci, nempe quod non sunt novi Religiosi, & fruuntur omnibus Privilegiis Ordinis; & in concursu cum aliis Regularibus in Processionibus competit eis jus præcedendi. 165
CCXXXVI. Cum sicut, &c. Confirmatio Decreti Capituli Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo primitivæ Observantiæ, de Menialibus supernumerariis. 166

INDEX

Initiorum quarumcunque Constitutionum Innocentii Papæ X. ac Rubricarum earundem, juxta seriem annorum.

Nota quod Constitutiones uncinatis lineolis inclusa continentur in Tomo quarto.

Anno Primo.

- I.**  *XPONI nobis, &c.* Prohibitio ne Prælati Congregationis Cassinensis in affectum locent possessiones Secularibus personis, nec in eis Monachos retineant pro cura, & administratione earundem extra claustra, à Superiorum obedientia immunes. pag. 167
- II.** De non alienandis, aut infeudandis Civitatibus, Terris, aut locis S. R. Ecclesiæ. pag. 240
- III.** De conservatione pecuniarum in Arce S. Angeli repositarum. ibid.
- IV.** Jubilæum ad divinam opem implorandâ pro felici regimine Sanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ. 237
- V.** Constitutio super titulo, & insignibus S. R. E. Cardinalium. Tom. 4. 238
- VI.** Concordia inter Clerum Sæcularem & Regularem Diocesis Majoricensis, super jure & forma transportandi cadavera ad Ecclesias Regularium, & solutione quartæ funeralis, & sepultura impuberum. 252
- VII.** Circa mœnia, & propugnacula Urbis recens constructa, eorumque pomeria. 241
- VIII.** *Ex incumbenti, &c.* Breve in favorem Regii Conventus Sanctissimæ Trinitatis Montis Pincii de Urbe Fratrum Gallicæ nationis Ordinis Minorum S. Francisci de Paula. p. 168
- IX.** *Exponi nobis, &c.* Confirmat Statuta Monasteriorum Congregationis B. Mariæ Virginis sub Regula S. Augustini in Tullensi, & aliis Diocesisibus sitorum. 170
- X.** *Salvatoris, &c.* Confirmatio, seu innovatio Brevis Urbani VIII. pro locis Terræ Sanctæ quoad elemosynas querendas. 171
- XI.** *Cum sicut, &c.* Quod Commissarii Terræ Sanctæ tenere possint unam Clavem Arce

- elemosynarum, & alia remaneat penes Syndicum pro tutiori custodia earundem. ibid.
- XII.** Deputatur Cardinalis Odescalchus in Protectorem Fratrum Ordinis S. Hieronymi, Congregationis Fesulanæ. pag. 241 Tom. 4.
- Anno secundo.*
- XIII.** Confirmantur constitutiones editæ pro communi bono, & revocantur gratiæ contra illarum dispositionem concessæ. 242
- XIV.** *Cum sicut, &c.* Quod nullus Monachus Congregationis Cassinensis in Decanum eligi possit, nisi prius in Sacra Theologia, vel Sacris Canonibus consuetos cursus sine interruptione peregerit. 172
- XV.** Super recessu S. R. E. Cardinalium à Statu Ecclesiastico sine licentia Summi Pontificis, & rediturorum ad Romanam Curiam. pag. 250
- XVI.** Breve Apostolicum de solvendis decimis per Regulares. 255
- XVII.** Breve reductionis ad Congreg. Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum. Tom. 4. 256
- XVIII.** Super licentia alienandi bona immobilia Canonicorum Regularium Lateranensium. 257
- XIX.** *Es qua, &c.* Pro Congregatione Cassinensi confirmatio Decreti Capitularis circa solutionem Taxarum. p. 173

Anno tertio.

- XX.** Quod Brevia Religiosis Pauperibus Matris Dei concessa ad effectum assumendi habitum presbyterorum sæcularium, censeantur revocata, nisi illis utantur infra quatuor menses. pag. 258 Tom. 4.
- XXI.** *Grata familiaritatis, &c.* Facultates, & Privilegia concessa suis Capellæ Pontificiæ Capellanis. p. 173
- XXII.** *Injuncti nobis, &c.* Quod in ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini duo, vel plures in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel

QUINQUE PONTIFICUM.

vel affines nullatenus simul conveniant, & votare possint in Capitulis, aut Congregationibus Capitularibus, & multo minus Diffinitorium simul ingredi.	176	ticulorum nuperæ pacis Germaniæ quomodolibet præjudicialium.	269
XXIIII. Confirmatio Decreti pro Fratibus Discalceatis S. Mariæ de Mercede, super ministerio redemptionis Captivorum.	Tom.4. pag. 308	XXXVIII. Decreta, & constitutiones Monachorum Ordinis S. Basilii Magni.	270
XXIV. In his, &c. Quod in Congregatione Cassinensi Ord. Sancti Benedicti, ad officium Cellerariatus Decani tantum promoveantur.	p. 177	XXXIX. Suspendio quarumcunque Indulgentiarum durante anno universalis Jubilæi.	272
XXV. Cum sciat, &c. Innovatio super prohibitione transitus Fratrum Discalceatorum Ord. Beatæ Mariæ de Mercede Redemptorum ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis.	178	XL. Indictio universalis Jubilæi Anni Sancti millesimi sexcentissimi quinquagesimi.	Tom.4. 273
XXVI. Quod Fratres Eremitæ S. Augustini præcedant in processionibus & aliis actibus publicis Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ.	Tom.4. pag. 259	Anno sexto.	
XXVII. Quod Conventus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini non possint occupari ab aliis Regularibus.	260	XLI. Constitutio circa statum Regularium in Italia, & insulis adjacentibus.	275
XXVIII. Cum sciat, &c. Breve pro Religione S. Basilii Magni super convocacione Vocalium ad Capitulum generale, & electione Assistentium.	p. 171	XLII. De non contrahendo in favorem forensium super bonis stabilibus in Statu Ecclesiastico consistentibus.	276
* XXIX. Breve exemptionis quorundam suorum familiarium à Spolio.	Tom.4. pag. 161	XLIII. Pontificia sollicitudo, &c. Concessio Indulgentiarum præsentis Anni Jubilæi pro Monialibus, Anachoretis, Eremitis, Carceratis, & Infirmis.	p. 184
XXX. Exponi nobis, &c. Pro Congregatione Lateranensi confirmatio decreti Diffinitorii circa solutionem quindenniorum.	p. 34	XLIV. Cum ob sacri, &c. Declaratio, quod Indulgentia Portiunculæ in Anno Sancto non revocatur.	ibid.
XXXI. Exponi nobis, &c. Quod Fratres Laici Capucini Ord. Minorum S. Francisci Vocem in electionibus habere possint.	180	XLV. Super approbatione & usu Cæremonialis Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Prælatorum novissimè reformati.	Tom.4. 279
Anno quarto.		Anno septimo.	
XXXII. Romanum decet, &c. Quod reservatio pensionis perpetuæ ad favorem S. Mariæ Majoris de Urbe super Mazarienti in Sicilia, solvatur non in scutis, sed in ducatis, ad rationem tredecim tarenorum pro quolibet ducato.	181	XLVI. Suppressio Ordinis S. Basilii de Armenis.	280
XXXIII. Alias pro parte, &c. Pro Religione Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis circa observantiam Motus proprii Urbani VIII. & revocationem Consultoratus.	ibid.	XLVII. Conservacioni, &c. Prohibitio extrahendi libros è Bibliothecis Fratrum Reformatorum Provinciæ Romanæ Strictioris Observantiæ.	p. 185
XXXIV. Reformatio pensionis perpetuæ ad favorem Patriarchalis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, de consensu Majestatis Catholicæ.	Tom.4. pag. 262	Anno octavo.	
XXXV. Decet Romanum, &c. Quod Fratres Laici, seu Converti Tertii Ord. S. Francisci Congregationis Gallicanæ, post quartum annum ab emissâ professione habeant Votum in electionibus.	p. 183	XLVIII. Alias fil. &c. Translatio Indulgentiæ Plenariæ perpetuæ pro festo Sancti Francisci Xaverii in feriam secundam, quando festum venerit in prima Dominica Adventus.	ibid.
XXXVI. Breve confirmationis privilegiorum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.	pag. 267	XLIX. Nuper pro parte, &c. Prorogatio ad extinguendum census pro Congregatione Cassinensi.	186
Anno quinto.		L. Dudum fil. &c. Constitutio circa Transumpta literarum, & supplicationum Apostolicarum, quæ non possint dari à Notariis, nisi de pro tempore existentis Romani Pontificis Datarum licentia in scriptis.	ibid.
XXXVII. Declaratio nullitatis articulorum nuperæ pacis Germaniæ quomodolibet præjudicialium.		Anno nono.	
		LI. Super extinctione parvorum Conventuum, & eorum reductione ad statum sæcularem, cum prohibitione erigendi nova loca Regularia in Italia & insulis adjacentibus.	
		LII. Contra falsarios literarum Apostolicarum cum novarum prepararum adjectione.	p. 281 Tom.4. 283
		LIII. Declarantur, & definiuntur quinque propositiones in materia Fidei.	287
		LIV. Exponi	

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- | | |
|---|--|
| <p>LIV. <i>Exponi nobis, &c.</i> Confirmatio Privilegiorum Ordinis Monachorum Congregationis Cisterciensis. p. 188</p> <p>LV. In causa Angelopolitana jurisdictionis in Indiis Occidentalibus novae Hispaniae. pag. 284</p> <p>LVI. Declaratio nullitatis Litterarum Senatus Mediolani, & Edicti Gubernatoris status Mediolanensis super observatione festivitatis S. Dominici in dicto Statu. Tom. 4. pag. 287</p> <p style="text-align: center;"><i>Anno undecimo.</i></p> <p>LVII. <i>Alias à Venerabilibus, &c.</i> Super subiectione Capellanorum Massæ Capituli Ecclesiae Metropolitanae Januensis in iis, quæ spectant ad servitium Ecclesiae. p. 188</p> <p>LVIII. <i>Diuturna experientia, &c.</i> Super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis. 189</p> | <p>LIX. Super subiectione nonnullorum Conventuum jurisdictioni Ordinarii, tanquam Sedis Apostolicæ delegati. Tom. 4. pag. 288</p> <p>LX. <i>Nuper pro parte, &c.</i> Confirmatio litterarum Urbani VIII. pro Congregatione Laceranensi Canoniorum Regul. Ord. S. Augustini alienandi bona stabilia pro summa centum millium scutorum pro solutione Montium Camerallum. p. 190</p> <p>LXI. <i>In eminenti, &c.</i> Confirmatio Ministri Generalis Fratrum Ord. Sanctissimæ Trinitatis Redempt. Captivorum, hac tamen lege adjecta, ut singulis sexenniis convocari debeat Capitulum generale. 191</p> <p>LXII. <i>Pastoralis officii, &c.</i> Quod Commendatarii, Monasteria Ord. Cisterciensis in Commendam obtinentes, non possint Priores, & Officiales ejusdem Ordinis instituere, ac destituere, nec visitare Monachos, eosdemque corrigere. 192</p> |
|---|--|

I N D E X

Initiorum quarumcunque Constitutionum Alexandri Papæ VII. ac Rubricarum earundem, juxta seriem annorum.

Anno Primo.

- | | |
|---|--|
| <p>I.  <i>Nigenitus Dei Filii, &c.</i> Jubilæum Universale ad implorandum Divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine, & pro pace inter Principes Christianos. pag. 193</p> <p>II. <i>Exponi nobis, &c.</i> Confirmatio Statutorum Universitatis Artis Aurificum de Urbe. 195</p> <p>III. <i>Alias emanarunt, &c.</i> Contra Superiores Congregationis Cælestinerum Ordinis S. Benedicti, qui favorem extra suum Ordinem attendantes, officia, dignitates, ac gratias concedunt; & contra eosdem Monachos dictos favores conquirentes. ibid.</p> <p>IV. <i>Posito decreto, &c.</i> Declarationes decreti sancti Innocentii Papæ X. super subiectione nonnullorum Conventuum Jurisdictioni Ordinarii loci, à Sacra Congregatione super statu Regularium editæ, atque à Sanctissimo Nostro D. approbatæ. 196</p> <p>V. <i>Piis Christi, &c.</i> Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum, tam Guardiani Sacri Montis Sion, quam Fratibus, necnon locis Terræ Sanctæ. 198</p> <p>VI. <i>Exponi nobis, &c.</i> Innovatio quod Commendatarii Monasteria Ordinis Cisterciensis in Commendam obtinentes, nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos, Jurisdictionem exercent. ibid.</p> <p>VII. <i>Circumspecta Romani, &c.</i> Concessio privilegiorum pro nonnullis suis familiaribus. 199</p> | <p>VIII. <i>Superni dispositione, &c.</i> Moderatio facultatum Rev. Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe circa legata Pauperibus in genere facta. 204</p> <p>IX. <i>Alias emanavit, &c.</i> Confirmatio Decreti Innocentii Papæ X. Super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis. 205</p> <p>X. <i>Decet Romanum, &c.</i> Motus proprius super dominio Conventus S. Mariæ de Victoria Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Provinciae Romanæ, & gubernatione Seminaris S. Pauli in eorum Conventu existentis, necnon super administratione bonorum dicti Seminaris. 206</p> <p>XI. <i>Grata famul. &c.</i> Concessio Privilegiorum pro suis Capellanis communibus. 208</p> <p>XII. <i>In eminenti, &c.</i> Divisio, & reductio Provinciarum Religionis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. 211</p> <p>XIII. <i>Exponi nobis, &c.</i> Confirmatio Privilegiorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & ejusdem Confraternitatum, ac B. Virginis Mariæ de Remedio. 212</p> <p>XIV. <i>Commissam nobis, &c.</i> Sacram, & Apostolicam visitationem Ecclesiarum omnium Urbis, locorumque Piorum, & Quadraginta horarum celebrationem cum Indulgentiarum elargitione indicit. ibid.</p> <p>XV. <i>Cum in Pastoralis, &c.</i> Facultates S. R. E. Cardinalium pro visitatione Ecclesiarum, & locorum Piorum Urbis assumptorum. 213</p> <p><i>Rerum, quæ nobis, &c.</i> Deputatio Secretarii ejusdem S. Visitationis Apostolicæ. 215</p> <p style="text-align: right;"><i>De</i></p> |
|---|--|

QUINQUE PONTIFICUM.

- De singulari, &c.* Deputatio Cancellarii, seu Actuarii causarum Sac. Visitar. Apostolicæ. ibid.
- Officii nostri, &c.* Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro S. Visitatione Apostolica. ibid.
- Vi in prosequendo, &c.* Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro S. Visitatione Apostolica. 216
- Quoniam in prosequendo, &c.* Pro eisdem Eminentissimis facultas inmiscendi se in criminalibus. ibid.
- Vi ea, &c.* Deputatio Judicis S. Visitationis Apostolicæ. 217
- De sua, &c.* Deputatio Commissarii, & Fiscalis Sac. Visitationis Apostolicæ. 218
- Alias nos, &c.* Facultas Congregationi, & Judici Sac. Visitationis Apostolicæ standi simpliciter indicationi scripturarum, &c. & Judici procedendi absque voto Congregationis usque ad sententiam, &c. exclusivè. ibid.
- XVI. *Pastoralis, &c.* Bulla Cœnz Domini. ibid.
- Anno Secundo.
- XVII. *Cum sis, &c.* Suppressio Congregationis Canonicorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum. p. 221
- XVIII. *Vineam Domini, &c.* Suppressio Ordinis Fratrum Cruciferorum. 222
- XIX. *Inter gravissimas, &c.* De datis, & promissis pro iustitia, vel gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda. 223
- XX. *Inter cetera, &c.* Quod Episcopi Italiz, Insularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant. 226
- XXI. *Conservationi, &c.* Prohibitio extrahendi libros à Bibliothecis Conventuum Fratrum Capucinatorum, exceptis Prædicatoribus, tempore Quadragesimæ. 227
- XXII. *In sublimi, &c.* Pro concordia Fratrum Regularis Observantiz S. Francisci Provinciz S. Joannis Evangelistæ Insularum de Assores. 228
- XXIII. *E suprema, &c.* Jubilæum Universale ad implorandam opem Divinam in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus. 231
- XXIV. *Cum sicut, &c.* Confirmatio emphyteusis bonorum Prioratus, & Ecclesiæ Sancti Soliciti Terræ Matelicæ, Camerinenensis Diœcesis. 233
- XXV. *In sublimi, &c.* Constitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, & aliis publicis oneribus. ibid.
- XXVI. *In supremo, &c.* Constitutio de transfereendis pensionibus Ecclesiasticis, & condendis Testamentis tempore pestis. 236
- XXVII. *Injuncti nobis, &c.* Confirmatio Privilegiorum Fratrum Ord. B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 237
- XXVIII. *Ad sanctam, &c.* Confirmatio, & declaratio Constitutionis Innocent. Papæ X. qua damnatæ sunt quinque Propositiones excerptæ à libro Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, cuius Titul. Augustinus. ibid.
- XXIX. *Nos volentes, &c.* Privilegia, exemptiones, & indulta concessa Dapiferis, qui in conclavi suæ assumptionis R. E. Cardinalibus intervierunt. 239
- XXX. *Nos volentes, &c.* Gracie & privilegia Conclavitis postremi Conclavis concessa. 242
- XXXI. *In sublimi, &c.* Confirmatio omnium novarum electionum Prælatorum in vna confirmatione factarum Ord. Fratrum Discalceatorum nuncupat. Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 247
- XXXII. *Sacro sancti, &c.* Prohibita ne Commendatarii Monasteriorum Camaldulensium deinceps se ingerant in electione eorumdem Superiorum, aliorum que officialium. 248
- XXXIII. *Pastoralis officii, &c.* Injungitur Eminentissimis Cardinalibus trium Ecclesiarum Patriarchatum Urbis, ut assistant Divinis officiis in eisdem. ibid.
- XXXIV. *Sacro sancti, &c.* Quod in Regno Navarræ quotannis recolant Festa Sanctorum Firmini, & Francisci Xaverii, tanquam de Patronis æquè principalibus dicti Regni, ex præcepto Ecclesiæ. 249
- Anno tertio.
- XXXV. *Pastoralis officii, &c.* Pro electione Consulorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis. p. 250
- XXXVI. *Pro commissis, &c.* Constitutio pro recta administratione bonorum ad Basilicas, & Collegiatis sæculares Ecclesias Urbis pertinentium. ibid.
- XXXVII. *In suprema, &c.* Constitutio, qua prohibetur ne bona Ecclesiarum, & aliorum locorum Piorum Urbis locentur Consanguineis Rectorum, aut Administratorum. 252
- XXXVIII. *Pia sollicitudinis, &c.* Prohibentur Musicz indecentes in Ecclesiis Urbis. 253
- XXXIX. *Exponi nobis, &c.* Confirmatio Statuti pro Universitate Barbitonorum Urbis. 254
- XL. *Conservationi, &c.* Prohibitio extrahendi Paramenta pro omnibus Ecclesiis Cœlestinorum. ibid.
- XLI. *Exponi nobis, &c.* Pro Archiconfraternitate Beatæ Mariæ de Suffragio Urbis circa facultatem aggregandi Confraternitates ejusdem nominis, & Instituti. 255
- XLII. *Pro commissis, &c.* Pro refecandis sumptibus superfluis in Ecclesiis, & Monasteriis Monialium Urbis. ibid.
- XLIII. *Cum sicut, &c.* Prohibitio extrahendi libros, & quæcumque alia ex Bibliotheca Conventus Sancti Martini Eremitarum Sancti Augustini Civitatis Senensis. 257
- XLIV. *Cum sicut, &c.* Concedit Indulgentiam plenariam omnibus personis, tam Regularibus, quàm Sæcularibus, quæ per octiduum vacabunt exercitiis spiritualibus in Domibus Societatis Jesu. ibid.
- XLV. *In supremi, &c.* Declaratio, quod Cistercienses absque scrupulo conscientiz possunt vesci carnibus, intra, & extra septa Monasterii. cum non sit de substantia Regulæ. ibid.
- XLVI. *Gravi*

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- XLVI. *Gravibus, &c.* Ad Archiepiscopos, & Episcopos Poloniz, & Lituaniæ, ut congregent Synodos pro reparacione Divini cultus. 258
- XLVII. *Et in hac Alma, &c.* Constitutio qua innovantur ordinata jussu scti. rec. Urbani Papæ VIII. & Innocentii X. pro subventionem Pauperum egrotorum. 259
- XLVIII. *Sacrosancti, &c.* Mandat observati statuta edita à Sacra Congregatione de Propaganda Fide ab Ecclesiasticis tam Secularibus, quàm Regularibus pro bono regimine spirituali Christi fidelium Gœ. 260
- XLIX. *Exponi nobis, &c.* Quod Fratres Ord. Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniæ possint dividere suam Congregationem in tres Provincias, & augere duos Diffinitores Generales, dummodo unaquæque Provincia habeat octo Conventus. 261
- L. *Sacrosancti, &c.* Pro quiete, & utilitate Monialium Urbis Regularium curæ subjectarum. 262
- Anno quarto.*
- LI. *Alias per, &c.* Breve quo Vicarius Generalis Portugalliz Minorum de Observantia declaratur, quod sit solummodo Commissarius Generalis ad instar aliorum Commissariorum Nationum. p.264
- LII. *Sacrosancti, &c.* Contra Religiosos Congregationis Montis Virginis Ord. S. Benedicti Dignitates, & Prælaturas extra ordinem conquirentes. 267
- LIII. *Sacrosancti, Apostolatus, &c.* Quod in Provinciis Cismontanis, tam Observantiz, quàm Reformatorum Sancti Francisci non eligantur amplius Vocales, seu Discreti à Familia Conventuum, mittendi ad Capitula Provincialia. ibid.
- LIV. *In supremo, &c.* Confirmatio Privilegiorum, gratiarum, Indulgentiarum Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ, sub Regula Sancti Augustini. 266
- LV. *Ex commissa, &c.* Breve Confirmationis Contractus unionis, seu consortii Ecclesiæ, ac modi eligendi Officiales inrer Universitates Cauponum, seu Hospitum, & Albergatorum Urbis. 272
- LVI. *Conservationi, &c.* Quod non extrahantur libri, & scripturæ ex Archiviis, & Conventibus, ac Bibliothecis Canonice Regularium Congregationis Sancti Augustini in Regno Portugalliz existentibus. 273
- LVII. *Ad ea, &c.* Quod Judæi solvere teneantur pensiones Domorum illocatarum Ghetti pro tempore quo illæ non erunt locatæ. ibid.
- LVIII. *Sanctissimum, &c.* Bulla Canonizationis Sancti Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini. 274
- LIX. *In Apostolica, &c.* Breve novæ erectionis Collegii Apostolici Minimorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, cum nonnullis ordinationibus pro ejusdem Collegii gubernio, & officii eorumdem Pœnitentiariorum exercitio. 279
- LX. *Ex commissa, &c.* Nonnullæ ordinationes

- pro Collegio Apostolico Pœnitentiariorum Sacræ Domus Lauretanæ. 281
- LXI. *Religiosorum virorum, &c.* Confirmat omnia privilegia Monachorum Silvestrinorum Ordinis Sancti Benedicti, extenditque, ac eis communicat omnia, & singula privilegia, gratias, & Indulta, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus concessa. 283
- LXII. *Militantis Ecclesiæ, &c.* Confirmatio Provincie Fratrum Minorum Strictioris Observantiz Austriæ, cum declaratione, quod moderetur sicut reliquæ Provincie Reformatæ Italiæ. 284
- LXIII. *Cum sicut, &c.* Quod Fratres Minores Discalceati Hispaniarum non possint transire ad aliam Religionem, nisi de licentia majoris partis Patrum Vocalium Diffinitorii. 285
- LXIV. *Aliis postquam, &c.* Quod Alumni, & Convictores Collegiorum de Somascha possint in eorum Oratoriis confiteri tam Presbyteris dicte Congregationis, quàm aliis ab Ordinario approbatis. 286
- LXV. *Ad ea, &c.* Quod Correctores Provinciales in Ordine Fratrum Minimorum Sancti Francisci de Paula, de extero completo, & exacto eorum officio, per sex annos immediate sequentes ab eodem munere vacare debeant, antequam ad hujusmodi munus denuo eligi possint. ibid.
- Anno quinto.*
- LXVI. *Exponi nobis, &c.* Confirmat Conventiones super Jurepatronatus Ducis Medinæ Sidoniz in tres Conventus Fratrum Congregationis Hispaniæ Ordinis Beate Mariæ de Mercede Provincie Andalusie, & in totam Congregationem. p.287
- LXVII. *Militantis Ecclesiæ, &c.* Confirmat Statuta Provincie S. Thomæ Apostoli in India Orientali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in Capitulo generali anni 1658. edita. 288
- LXVIII. *Cum sicut, &c.* Concessio Indulgentiæ plenariæ Fratribus Regularis Observantiz, ac Reformatis exercitiis spiritualibus per octiduum vacantibus. 289
- LXIX. *Cum sicut, &c.* Statuit, & decernit, ne Oblati seu Servientes Fratrum Laicorum Tertii Ord. S. Francisci Congregationis Gallicanæ in futurum nullatenus recipiantur, nisi cum bienniali Noviciatu, & quarto Voto de non procuranda alia conditione ad præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum 290
- LXX. *Militantis Ecclesiæ, &c.* Confirmat Decretum, quo numerus Vocalium Capituli generalis Congregationis Italiæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia. ibid.
- LXXI. *Exponi nobis, &c.* Super exceptione Religionis B. Joannis Dei nuncupat. de fate ben Fratelli, ab omnimoda Jurisdictione Ordinariorum. 292
- LXXII. *Sacrosanctæ, &c.* Pro erectione Provincie B. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci, & communicatione eorum, quæ Provincie

QUINQUE PONTIFICUM.

- Provincia S. Joannis Baptiste, & omnibus aliis
Provinciis eorundem Fratrum Discalceatorum
pro bono ipsarum regimine sunt concessa. 293
- LXXIII. *Ecclesia Catholica, &c. Reintegratio* seu
nova erectio Conventus S. Laurentii in Terra
Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem
Congregationis Illicitanz Ord. Eremitarum S.
Augustini. 294
- LXXIV. *Emanavit nuper, &c. Adhuc ut Com-*
plutensis Academia recitare possit officium S.
Thomæ de Villanova duplex secundæ classis,
cum octava. 297
- LXXV. *Alias pro parte, &c. Præcipitur omnibus*
de Universitate Academiæ Complutensis ob-
servare statutum 64. de obedientia Rectori
præstanda. ibid.
- LXXVI. *Alias, &c. Declarantur pœnitentiæ*, quas in-
currunt non observantes statutum 64. de obe-
dientia Rectori præstanda. ibid.
- LXXVII. *Alias scilicet, &c. Reformatio Collegii Cur-*
forum Apostolicorum. 298
- LXXVIII. *Nuper pro parte, &c. Declaratio Aposto-*
lica circa votum in licentiis Theologiæ Uni-
versitatis Complutensis. 300
- LXXIX. *Sacrofancti, &c. Erectio Provinciæ Refor-*
matæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Fratrum Mino-
rum S. Francisci Strictioris Observantiæ. 301
- LXXX. *Nomine dilectorum, &c. De numero Mona-*
chorum professorum, qui existere debet in Mo-
nasteriis Congregationis Reformatæ del Tar-
don, Ordinis S. Basilii Magni. ibid.
- LXXXI. *Exponi nobis, &c. Declarat modum ha-*
bendum à Generali in visitando Congregatio-
nem Monachorum del Tardon. 302
- LXXXII. *Alias pro parte, &c. Quod Generalis*
Congregationis Monachorum del Tardon Or-
dinis S. Basilii Magni visitet Congregationem
eo modo, quo disponunt Brevia novissima Ur-
bani VIII. & Innocentii X. 303
- LXXXIII. *Alias, &c. Confirmat Decretum circa*
receptionem Oblatorum, probationem, admi-
sionem ad habitum in Provincia SS. Ludovici,
& Elzearii Congregationis Gallicanz Tertii
Ord. S. Francisci. 304
- LXXXIV. *Controversiam, &c. Confirmatio Decre-*
ti emanati in Sac. Congregatione Sacrorum
Rit. in causa Salamantina Cucullæ. 306
- LXXXV. *Alias pro parte, &c. Quod Fratres Mi-*
nores Observantiæ Provinciæ Valentiz non
possint transire ad Recollectos absque licentia
Ministri Provincialis. ibid.
- LXXXVI. *Ad Pastorale, &c. Confirmat Decretum*
Capituli generalis Congregationis Hispania-
rum Fratrum Discalceatorum nuncupat. San-
ctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivo-
rum, scilicet quod Prælati locales, seu Con-
ventuales non amplius habeant vota in Capi-
tulis generalibus, sed solum Superiores gene-
rales, Diffinitores generales, Provinciales, & So-
cii, seu Discipuli. 307
- LXXXVII. *Alias pro parte, &c. Declaratio Brevis*
san. mem. Innocentii X. super modo recipien-
di, & profitendi Novitios in Monasteriis Refor-
matis Congregationis del Tardon Ordinis S.
Basilii Magni. 308
- LXXXVIII. *Exponi nobis, &c. Revocat omnes*
Contractus qui contractantur paupertati, &
bono regimini Ordinis Cisterciensis. 309
- LXXXIX. *Confirmat Decretum no-*
viter edita pro Regulari disciplina Instaur-
tione in Religione Minorum Conventuum
S. Francisci. 310
- XC. *Exponi nobis, &c. Quod in causa Fabricæ Ge-*
nuehsis Collegii Societatis Jesu, & Fratrum
Minorum de Observantia Nunciatus, Pres-
byteri Societatis non possint impediri quomi-
nus cooperari Ecclesiam perficere possint. 312
- XC. *Tota carnis, &c. Constitutio super electione*
Collegii ex Referendis uniusque Signaturæ,
& super qualitatibus assignendorum doctores
in Referendarios. 313
- Anno Sexto.
- XCII. *Emanavit, &c. Confirmatio Decreti super*
Oeconomico statu, & recta bonorum tempora-
lium administratione Congregationis Cassi-
nensis Ordinis S. Benedicti. 314
- XCIII. *Ad Apostolica, &c. Dat modum faciendi*
provisiones, & electiones in Capitulis generali-
bus, & Dietis Congregationis Cassinensis Or-
dinis S. Benedicti. 316
- XCIV. *Cum sicut accepimus, &c. Pro bono regimi-*
ne Congregationis Clericorum Pauperum Ma-
tris Dei Scholarum Piarum. 317
- XCIV. *Alias pro parte, &c. Confirmat Decreta Sa-*
crarum Congregationum ad sepulcrum perti-
nentia pro Provincia S. Saturnini Ordinis Mi-
norum de Observantia in Sardinia. ibid.
- XCVI. *Meditatio cordis nostri, &c. Prohibet le Li-*
re, è Bolognini nelle Provincie di Bologna, Fer-
rara, Romagna, è Ravenna, volendo che vi s'in-
troduchino li giuli, è bajocchi. 318
- XCVII. *Meditatio cordis, &c. Ordini per la Città, è*
Ducato di Ferrara, cioè che vi resti totalmente
abolito il nome di Lira, è Bolognini; che tutti
i debiti che cantano in moneta di Lira s'inten-
dono convertiti in giuli, è bajocchi. 320
- XCVIII. *Licet alias, &c. De obligatione denun-*
ciandi hæreticos, vel de hæresi leviter suspectos,
& quod in materia hæresis non admittitur cor-
rectio fraterna. 322
- XCIX. *Cum circa, &c. Declarat Alumnos Colle-*
giorum Apostolicorum non ad triennium tan-
tum, sed perpetuò quoad vixerint Sedis Apo-
stolicæ servitio adstrictos esse, & dat formam
juramenti. 323
- C. *Alias nos, &c. Confirmatio primi Brevis Provin-*
ciæ B. Petri de Alcántara Ordinis S. Francisci
Discalceatorum in Hispania, cum electione
Ministri generalis, & Diffinitorum. 325
- CI. *Debet Romanum, &c. Constitutio super habitu*
Prælatitio ab Abbatibus generalibus Congrega-
tionis Olivetanæ deferendo. ibid.
- CII. *Ad sacrosancti, &c. Concedit Conventum*
Beati Petri de Nolasco Terræ Rocca di Papa
Diocesis Tusculanz Fratribus B. Mariz de
Mercede Redemptionis Captivorum. 326
- CIII. *Alias pro parte, &c. Confirmat Decretum Sa-*
cræ Congregationis Regular. quod Fratres Or-
dinis B. Mariz de Mercede Redemptionis Ca-
ptivorum possint sibi eligere Judicem Conser-
vatorem. 327
- CIV. *Meditatio cordis, &c. Ordine, è dichiara-*
tione.

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- tione, che nella Città di Bologna, Contado, e sua Legatione la Lira si spenda à ragione di due giuli Papali; la meza Lira, un giulo; il quarto di Lira, un grosso. *ibid.*
- C V. *Cum scus, &c.*** Firmanorum Magistratus aggregatio. 329
- C VI. *Exponi nobis, &c.*** Confirmatio dispositionis Testamenti Joannis Pizzulli de Regina, Bisinianaensis Diocesis, necnon Motus proprit Urbani Octavi. 330
- C VII. *Decret Romanum, &c.*** Declaratio quod in septima Constitutione non comprehenduntur legata pro pills operibus inoertis relicta. *ibid.*
- C VIII. *Felici, prosperaque, &c.*** Constitutio super numero Vocalium pro Comitibus Generalibus Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupat. 332
- C IX. *Ad aures nostras, &c.*** Prohibitio Missalis Gallico idiomate impressi. 333
- C X. *Pro ea, &c.*** Confirmatio, & Declaratio Constitutionum Apostolicarum de non contrahendo in favorem Forensium super bonis in Statu Ecclesiastico consistentibus. 334
- C XI. *Ex quo humilitatem, &c.*** Jubilzum Universale ad implorandam Divinam opem contra Turcas. 336
- C XII. *Cum Divina, &c.*** Indictio sex Decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum Beneficiorum, & pensionum in univèrsa Italia, & insulis adjacentibus. 337
- Anno Septimo.*
- C XIII. *Admonet nos, &c.*** Confirmatio, & innovatio literarum Clementis VIII. & Pauli V. contra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini conquirentes Dignitates in eadem Religione ad requisitionem personarum extra Ordinem constitutarum. 341
- C XIV. *Nuper pro parte, &c.*** Declaratio, quod Abbates Ordinis Cisterciensis, qui scilicet utuntur dispensatione Apostolica circa esum carniarum ubique acceptata non possint privari voce activa, & passiva virtute sententiarum à Visitatore Apostolico emanatarum. 343
- C XV. *Ex commisi, &c.*** Erectio Provinciæ Sancti Ladislai Regis in Sclavonia Ordinis Fratrum Minorum de Observantia. 344
- C XVI. *Nuper ut nomini Christiano, &c.*** Concedit undecim Congregationibus Monasticis ut capiant ad censum, aut alio licito contractu quadraginta millia scuta monetæ pro prima solutione sex decimarum. *ibid.*
- C XVII. *Solicitudine, &c.*** Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem sententiæ asserentis Animam B. Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione à peccato originali præservatam fuisse editorum. 346
- C XVIII. *Spiritus sanctus, &c.*** Breve Beatificationis S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis. 348
- C XIX. *Ad pastorale, &c.*** Pro divisione Congregationis Clericorum Regularium de Somalcha in tres Provincias. 349
- C XX. *Alias pro parte, &c.*** Contra nonnullos Monachos Cistercienses in Gallia, Abstinetes nuncupatos, tentantes introducere in Monasteria abstinentiam à carnibus, quarum esus certis diebus à Sede Apostolica concessus est, & nonnones obedire Constitutionibus Apostolicis, ejusdemque Ordinis. 350
- C XXI. *Alias conventum, &c.*** Declarat nullum præjudicium fuisse illatum Superioritati Vicarii Generalis in unione Conventus Terræ Rocca di Papa Conventus S. Joannis de Urbe sub obedientia Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 351
- C XXII. *Cum per obitum, &c.*** Deputatio Eminentiissimi Cardinalis Chissi in Protectorem Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Paula. 352
- C XXIII. *Infernabili, &c.*** Breve super concessione Ecclesiæ, & Conventus S. Pancratii extra, & propè muros Urbis, facta Fratribus Carmelitis Discalceatis; & super Translatione Seminarii Missionum ejusdem Congregationis. *ibid.*
- C XXIV. *Omnipotentis Dei, &c.*** Super unione Congregationum Monachorum Vallis Umbrosæ, & Silvestrinorum nuncupat. sub Regula S. Benedicti militantium, in unam Congregationem, quæ Vallis Umbrosæ, & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupabitur. 357
- Anno Offitio.*
- C XXV. *Cum inter ceteras, &c.*** Impositio subsidii scutorum ter centum millium monetæ super bonis Undecim Congregationum Regularium pro Sanctæ Sedis Apostolicæ necessitatibus. 359
- C XXVI. *Ad Apostolicam, &c.*** Breve super Concordia solutionis pensionis reservatæ à sanct. mem. Greg. XIII. super fructibus Abbatie Fontis Avellanæ ad favorem Collegii Neophytorum faciendæ à Collegio Germanico. 362
- C XXVII. *Emanavit, &c.*** Confirmat Decretum Sac. Cong. Episcoporum, ac Visit. Apostolicæ pro dotandis octo Puellis de Parochia Sancti Andreæ de Frattis. 365
- C XXVIII. *Exponi nobis, &c.*** Quod Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Societatis Jesu possit relinquere, & alienare Collegia, & Domos ipsius Societatis juxta facultatem sibi traditam à Congregatione generali. *ibid.*
- C XXIX. *Apostolica sollicitudo, &c.*** De promovendis ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus. 366
- C XXX. *Ad Apostolicam, &c.*** Quod Superiores Congregationis S. Benedicti, ac etiam Monasteriorum Sublaci, ac Farfæ, cæterique Monachi non accédant Romam absque licentia Abbatis S. Pauli, ac Procuratoris generalis. 367
- C XXXI. *Alias pro parte, &c.*** Quod spolia defunctorum Canonicorum Regularium S. Salvatoris Procuratori Generali ejusdem Congregationis omnino applicari debeant. 368
- C XXXII. *Alias pro parte, &c.*** Confirmatio Brevium super divisione Provinciæ S. Joannis Baptistæ, crectionisque Provinciæ Beati Petri de Alcantara. *ibid.*
- C XXXIII. *Ratio justitia, &c.*** Breve quo conceditur Procuratoribus, & Commissariis Generalibus Curie Ordinis Minorum de Observantia, & Reformatorem S. Francisci Cismontanæ familiæ vorum perpetuum in propriis Provinciis. 369
- C XXXIV. *Alias***

QUINQUE PONTIFICUM.

- CXXXIV.** *Alias emanavit, &c.* Confirmat Decretum Sac. C. factorum Ricuum, nempe Clericos Religionis Ministratum infirmis in quibusvis actibus & functionibus, tam publicis, quam privatis, laicis, etiam antiquioris professionis, preferendos esse. 370
- CXXXV.** *Alias pro parte, &c.* Confirmat Constitutionem Capituli Generalis Fratrum Congregationis Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum circa renunciationem officiorum Commendatorum, & Rectorum Collegiorum ipsius Congregationis. *ibid.*
- CXXXVI.** *Ad Pastoralis, &c.* Bulla confirmationis Doctorum Capituli Generalis Hiscensis Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 371
- CXXXVII.** *Debitum Pastoralis, &c.* Constitutio super regimine Superiorum Societ. Iesu. 381
- CXXXVIII.** *Pastoralis officii, &c.* Quod laici, seu Conversi Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ord. SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum quartum, ultra eria solita, votum addant de non transendo ad statum Clericalem, & ad ordines sacros. 383
- CXXXIX.** *Credita nobis, &c.* Quod electiones Guardianorum, Proministrorum, & Custodum in Familia Ultramontana Ordinis Sancti Francisci de Observantia per suffragia secreta fiant, & in paritate suffragiorum Præfidentis votum decisivum habeat. 384
- CXL.** *Cum sicut, &c.* Quod Clericis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum non competit jus suffragandi, nec laicis in quocumque negotio. 385
- Anno nono.*
- CXLI.** *Cum nos alias, &c.* Declaratio mentis super solutione decimarum per pensionarios facienda. p. 385
- CXLII.** *Fortissimos Christi, &c.* Breve Beatificationis Petri de Arbues Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, primi Inquisitoris in Regno Aragoniæ. 387
- CXLIII.** *Credita nobis, &c.* Decernit, & declarat quod Fratres universi, & singuli Ordinis Prædicatorum ubique terrarum, priusquam ad Sac. Ordines ascendant, ætatem ad tales ordines suscipiendos explevisse debeant, juxta Concilii Tridentini Decreta. 388
- CXLIV.** *Cum sicut, &c.* Indulgentia plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesiæ Societatis Jesu in festis SS. Ignatii, ac Francisci Xaverii, confessis, ac communione refectis. 389
- CXLV.** *Alias pro parte, &c.* Prohibet fundaciones Conventuum in Familia Ultramontana Ordinis Minorum de Observantia intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis. *ibid.*
- CXLVI.** *Sacrosancti, &c.* Super electione Provincialium Indiarum Ordinis Prædicatorum, ac confirmatione eorumdetum à Magistro Generali. 390
- CXLVII.** *Nomine dilectorum, &c.* Quod offi. *Bullarii Magni Tom. V.*
- cium Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum in Domino S. Laurentii in Lucina de Urbe durare debeat in perpetuum, cum facultate tamen Capitulo Generali eligendi alium, si expedire videbitur. 392
- CXLVIII.** *Emanavit nuper, &c.* Super concordia facta inter Procuratores Generales Ord. SS. Trinit. Redemptionis Captivorum, & Ordinis B. Mariæ de Mercede. 393
- CXLIX.** *Exponi nobis, &c.* Confirmat Decreta pro Limana Provincia in Indiis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 394
- CL.** *Speculatores domus, &c.* Super observatione Indicis librorum prohibitorum noviter impressi. 395
- CLI.** *Nuper pro, &c.* Eximit Fratres, & Conventus Tertii Ordinis S. Francisci in Castellæ, Galitiæ, & Legionis Regnis dogentes, ab omni jurisdictione Ministri Provincialis Minorum de Observantia S. Jacobi. 396
- Anno decimo.*
- CLII.** *In supremo, &c.* Quod non liceat Fratribus Minorum de Observantia S. Francisci commorantibus Tolosæ inducere novum Rosarium sub tit. Seraphici: nec facere Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet mensis; nec tabellam exponere, in qua B. Virgo det Rosarium Sanctis Francisco, & Clara. p. 397
- CLIII.** *Alias pro parte, &c.* Confirmat Decretum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium pro erectione Conventus Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum piarum in Oppido Piscinæ, Mariscan. Dioc. *ibid.*
- CLIV.** *Commisi nobis, &c.* Quod festum S. Dominici celebretur de præcepto in toto Regno Neapolitano, tanquam de Patrono cum octava. 398
- CLV.** *Militantis Ecclesiæ, &c.* Decernit, & statuit quod deinceps in Indiarum partibus Priores Parochorum Ordinis Prædicatorum non ab ipsismet Patochis, sed à singularum Provincialium Provincialibus per vota secreta, & duodecim ad minus canonicè eligantur. *ibid.*
- CLVI.** *Festis sacrarum, &c.* Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monialium, earumque confessoribus ingredi septa Monasterii, & propè illud commorari. 399
- CLVII.** *Pastoralis officii, &c.* Quod Fratres Capucini Ordinis Minorum S. Francisci transeuntes ad aliam Religionem non possint permanere in eadem Provincia, in qua emiserunt professionem. 401
- CLVIII.** *Nuper pro parte, &c.* Confirmat Decretum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium, scilicet quod in controversia inter Provincias S. Joannis Baptistæ, & B. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci circa possessionem Conventus Murciæ, præfata Provincia S. Joannis Baptistæ non sit amplius audienda. *ibid.*


INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- CLIX.** *Cum fient, &c.* Confirmat Decretum Dietæ Generalis Congregationis Monachorum reformatorum S. Bernardi Ordinis Cisterciensis pro translatione Professorij à Monasterio S. Pudencianæ de Urbe ad Monasterium S. Bernardi eorundem Urbis. 402
- CLX.** *Regiminis Apostolici, &c.* Exhibet formulam subscribendam ab omnibus Ecclesiasticis in Regnis Galliæ pro confutatione quinque propositionum Cornelij Jansenij. 403
- Anno undecimo.*
- CLXI.** *Exponi nobis, &c.* Concedit facultatem Congregationi Cassinensi Ordinis Sancti Benedicti alienandi bona stabilia usque ad summam centum sexaginta duorum millium nonagntorum novem scutorum, pro liberatione Monasteriorum ab ære alieno. 403
- CLXII.** *In Congregatione, &c.* Damnat plurimas propositiones partim jam antiquatas, partim noviter prodeutes in animatum perniciem. 405
- CLXIII.** *Exponi nobis, &c.* Confirmat Decretum Dietæ generalis Fratrum Congregationis S. Hieronymi Jesuatorum nuncupat. pro sustentatione Procuratoris Generalis pro tempore. 406
- CLXIV.** *Exponi nobis, &c.* Extensio, & communicatio Privilegiorum Fratrum Discalceatorum in Hispania Ord. S. Francisci ad omnes Provincias Discalceatorum Indiarum. 407
- CLXV.** *In supremo, &c.* Transactio inter Vicarium generalem Bergomensensem, & Fratres Minimos S. Francisci de Paula pro receptione Conventus B. Mariz, omniumque Sanctorum de Galgaria nuncupatorum. ibid.
- CLXVI.** *Pastoralis officij, &c.* Quod nulli ex Fratribus Reformatis Sancti Francisci Provincie Romanæ competit jus præcedendi, sive honorationis loci, nisi Superioribus actualibus & Exgeneralibus. 408
- CLVII.** *In Congregatione, &c.* Damnantur iterum plurimæ alie propositiones, tanquam scandalosæ. 409
- CLXXVIII.** *Alias emanarunt, &c.* Decernit quod deinceps Capitulum generale Congregationis Eremitarum Cantualdulensium de biennio in biennium, & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè celebrari debeant. 410
- CLXIX.** *Ex injuncto, &c.* Quod Fratres Trinitarii Redemptionis Captivorum non possint uti Cappa nigra. 412
- CLXX.** *Ecclésiæ Catholicæ, &c.* Bulla, sive literæ Decretales Canonizationis S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis. 413
- CLXXI.** Declaratio super reservatione beneficiorum. 417
- Anno duodecimo.*
- CLXXII.** *Decretum Romanum, &c.* Indultum defendendi habitum Prælatium pro Abbate generali Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, Ord. S. Augustini. p. 418
- CLXXIII.** *In supremo, &c.* Constitutio pro institutione, ac Reformatione Ord. Cisterciensis. 419
- CLXXIV.** *In supremo, &c.* Pro Fratribus Ordinis Prædicatorum Teutonicæ, ne videlicet in illa Provincia fiat ulla secessio, divisio, aut separatio, sub poena excommunicationis. 424
- CLXXV.** *Datum pro parte, &c.* Quibusdam locis Congregationis Somaschæ facta concessio sepeliendi Alumnorum cadavera sine interventu Parochorum. 425
- CLXXVI.** *Credita nobis, &c.* De non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictiis. 426

I N D E X

Initiorum quarumcunque Constitutionum Clementis Papæ IX. ac Rubricarum earumdem, juxta seriem annorum.

Anno Primo.

- I.**  *LACVIT ineffabili, &c.* Indictio Jubilæi universalis ad divinum auxillum in initio sui Pontificatus pro saluati Ecclesiæ regimine implorendum. pag. 427
- II.** *In supremo, &c.* Confirmatio, & ampliatio Indicti Sixti V. & Gregorij XV. de officio S. Jacobi Apostoli, & Patroni Hispaniarum sub ritu semiduplici recitando. 428
- III.** *Nos volentes, &c.* Privilegia, & indulta concessa Conclavitis, qui interfuerunt Conclavi, in quo ad Summi Apostolatus apicem fuit euectus. 429
- IV.** *Alias pro, &c.* Confirmatio decreti Cardinalis Pallotti circa validitatem Capituli in Provincia Peruana à Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini celebrati. 434
- V.** *Nos volentes, &c.* Privilegia, & indulta Dapiferis, qui in Conclavi suæ Assumptionis S. R. E. Cardinalibus inservierunt, concessa. 435
- VI.** *In hoc primo, &c.* Constitutio super reformatione jurisdictionis Tribunalis Burgi. 438
- VII.** *Debitum Pastoralis, &c.* Confirmatio quorundam decretorum editorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Capucinatorum. 440
- VIII.** *Debitum Pastoralis, &c.* Confirmatio Decreti Alexandri Papæ VII. circa nonnulla capitula ad Reformationem Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupa-

QUINQUE PONTIFICUM.

- nuncupatorum intervientia. 441
- IX. Augustissima, &c.** Quod Presbyteri Societatis Jesu officium cum octava de præcepto, & missam Conceptionis B.M.V. recitare, & celebrare valeant. 442
- X. Pius Christi fidelium, &c.** Confirmatio privilegiorum omnium concessorum, tam Guardiani Sacti Montis Sion, quam Fratibus, necnon loci Terræ Sanctæ. ibid.
- XI. Credite nobis, &c.** Quod officium S. Ignatii Societatis Jesu Fundatoris sub ritu duplici in posterum reciterur ab omnibus, qui ad horas Canonicas teneantur. 443
- XII. Nuper emanarunt, &c.** Confirmatio literarum Generalis Ordinis Prædicatorum pro religiosis Provinciæ Hiberniæ, & aliorum ejusdem Ordinis sublevandis, novisque nationalibus Collegiis, & Domibus in Hispania, & alibi erigendis. ibid.
- XIII. Sincera nostra, &c.** Constitutio ut officium, & missa Conceptionis B.M. Virginis immaculatæ cum octava in Urbe, ac universa S.R.E. temporali ditione de præcepto reciterur. 445
- XIV. Alias pro, &c.** Quod Provinciales Ordinis B.M. de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum in fine triennii sui officij Provincialatus, administrationis, & gubernij rationem reddere teneantur. 446
- XV. Illius qui, &c.** Revocatio, & annullatio constitutionis Urbani VIII. Eremitas Camaldulenses Hetruriz, sive Provinciæ Aretinæ cum Congregatione Montis Coronæ ejusdem Ordinis incorporantis. ibid.
- XVI. Exigit commissa, &c.** Constitutio, in qua injungitur Fratibus Ordinis Eremitarum S. Augustini officium, & missam Conceptionis B. Mariæ Virginis ex præcepto recitare, idem que officium ad usum dicti Ordinis seorsum imprimi posse conceditur. 447
- XVII. Paterna quam, &c.** Constitutio revocatoria exemptionum à vestigialibus, aliisque publicis oneribus. 448
- XVIII. Sanctæ Matris, &c.** Breve Beatificationis Rosæ de Sancta Maria Limanæ in Regno Peruano Indiarum occidentalium tertii Ordinis S. Dominici. 450
- XIX. Cum à Prima, &c.** Decretum, in quo privilegia S. R. E. Cardinalium testandi de bonis, redditibus & emolumentis Ecclesiasticis, etiam ad fructus inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos extenduntur. 451
- XX. Injuncti Nobis, &c.** Confirmatio Congregationis super statu Regularium, ejusque facultatum. ibid.
- XXI. Venerabilibus, &c.** Privilegia, indulgentiæ, & exemptiones nonnullis Sanctitatis suæ familiaribus concessa. 453
- XXII. Injuncti Nobis, &c.** Moderatio Constitutionis Clementis VIII. locum ciborum Paschali pro Fratibus S. Francisci de Paula ad infirmarias Conventuum restringentis. 457
- Anno secundo.
- XXIII. Dudum fel. &c.** Indultum Priori Generali Fratrum Ordinis B.M. de Monte Carmelo concessum conferendi lauream Doctoratus in Collegio S. Mariæ Transpontinæ de Urbe Fratris ejusdem Ordinis, qui titulo magisterii sunt insigniti. p. 458
- XXIV. In supereminenti, &c.** Concessio Indulgentiarum pro confraternitatibus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, cum indulto erigendi, instituendi, & aggregandi similes Confraternitates. 459
- XXV. Grata, &c.** Concessio privilegiorum pro suis Capellanis communibus. 460
- XXVI. Religiosorum, &c.** Suspendio Brevis Innocentii X. generalem Congregationem in Societate Jesu singulo quovis novennio celebrandam injungentis. 463
- XXVII. Cum Nos, &c.** Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Status Ecclesiastici divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cræcæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ. 465
- XXVIII. Cum Nos, &c.** Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Italiæ divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cræcæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ. ibid.
- XXIX. Dudum fel. &c.** Decretum ad favorem Magistrorum Cæremoniarum non participantium exigendi à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex ducatos auri de Camera, & post eorum obitum ab eorum hæredibus vigintiquinque. 466
- XXX. Romanus Pontifex, &c.** Suppressio, & extinctio Congregationum Canonicorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fesulis. 467
- XXXI. Cum sicut, &c.** Declaratio incurfus in excommunicationem, aliasque pœnas Canonicas, ac excommunicatio, & anathematizatio interfectorum bon. memor. Joannis Francisci Episcopi Nicoretensis. 468
- XXXII. Ex injuncto, &c.** Decretum in quo Conventus Licentis, Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ Ordini Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium cum omnibus bonis, juribus, & pertinentiis adjudicantur. 469
- XXXIII. Exponi nobis, &c.** Super præcedentia Procuratoris Generalis in concursu aliorum Prælatorum Ordinis Canonicorum Regularium S. Salvatoris. ibid.
- XXXIV. Nuper Nos, &c.** Concessio Indulgentiarum pro Christi Fidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium divinam auxilium implorantibus pro felici electione Regis Poloniæ, ac liberatione Cræcæ à tyrannide, & armis communis hostis. 470
- XXXV. Sollicitudo, &c.** Quod Religiosi cujuscumque Ordinis, & ubicumque sint, nullo sub prætextu audeant mercaturam exercere. 471
- Anno tertio.
- XXXVI. In ipsi, &c.** Erectio Congregationis Indulgentiis, & sacris Reliquiis præpositæ. p. 473
- XXXVII. Quod jam pluries, &c.** Concessio Indulgentiæ plenariæ Christi Fidelibus Italiæ, & Insularum adjacentium divinam opem implorantibus

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- rantibus pro liberatione Civitatis Candiz, & Regni Crete ab oppressione Turcarum. *ibid.* 476
- XXXVIII. *In Ecclesia* &c. Confirmatio, & extensio decretorum Alexandri VII. & Cardinalium negotiis Propagande fidei prepositorum de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum in Insulis Orientalibus degentium tollendis. 474
- XXXIX. *Cum fel.* &c. Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa altera privilegia perpetua edita ad Altitia ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadz diebus decorata. 476
- XL. *Cum Congregatio*, &c. Confirmat decretum Sacre Congregationis rebus consistorialibus prepositum, editum in causa dismembrationis a Metropolitana Ecclesia Burgenfi ejus partis Diocesis, que vulgo dicitur la Montagne basse, ad effectum erigendi novum Episcopatum in Collegiata Ecclesia Oppidi de Santander. 477

I N D E X

Initiorum quarumcunque Constitutionum Clementis Papae X. Regnantis,
ac Rubricarum earundem, juxta seriem annorum.

Anno Primo.

- R**OMANORUM gesta, &c. Canonizatio Sancti Petri de Alcantara Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum. pag. 478
- I. *Nos volentes*, &c. Indulta, gratia, & privilegia Conclavistis, qui in Conclavi adfuerunt, quando ad Pontificatum fuit euectus, concessa. 482
- III. *Pius Christi Fidelium*, &c. Confirmatio privilegiorum, & Indulgentiarum pro Fratibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in terra sancta, aliisque qui dictam terram incolunt, aut eo devotionis causa peregrinantur. 487
- IV. *Nos volentes*, &c. Privilegia, exemptiones, & indulta Dapiferis, qui in Conclavi suae Assumptionis S. R. E. Cardinalibus inservierunt, concessa. 488
- V. *In eminenti*, &c. Indultum de officio S. Francisci Xaverii in Breviario sub ritu duplici apponendo, & ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur, de precepto recitando. 492
- VI. *Cum infirmitate*, &c. Indictio Jubilaei universalis ad implorandum divinum auxilium pro salutari Ecclesiae Sanctae Catholicae Regimine. *ibid.*
- VII. *Suprema*, &c. Constitutio, in qua Regularium privilegia quoad praedicationem Verbi Dei, & Sacramenti Poenitentiae administrationem declarantur. 494
- VIII. *Exponi Nobis*, &c. Confirmatio decretorum S. R. E. Cardinalis Barberini in favorem pictorum, & aliorum Academiae S. Lucae legitime aggregatorum, emanatorum pro exactione taxae, ejusdemque pro annatis decursis, & non solutis reductione. 496
- IX. *Alias fel.* &c. Extensio concessionis officii, & missae B. Rosae de S. Maria tertii Ordinis S. Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniae Ducatus Lituaniae, &c. 497
- Qua a Romanis*, &c. Alia extensio ejusdem officii, &c. pro Regnis, & Dominis Serenissimo Regi Catholico subjectis, necnon Aug. Imper. & domui Austriacae. 498
- X. *Sacro sancti Apostolatus*, &c. Confirmat decretum electionis B. Rosae in Regni Peruviani Patronam a Clemente IX. emanatum, quod ad singulas provincias, regna, & regiones terrae firmatae totius Americae Philippinarum, & Indiarum extendit. 489
- XI. *Ecclesiae Catholicae*, &c. Confirmat sententiam Ordinarii Giennensis latam super cultu ab immemorabili tempore exhibito S. Petro Paschasio de Valentia Martyri Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopo Giennensi, ac decretum Sac. Rituum Congregationis illam approbans. 500
- XII. *In Apostolica*, &c. Indultum de Missa, & officio in Polonia, Lithuania, & alibi a PP. Societ. Jesu, & aliis in honorem Beati Stanislai Koskiae die 13. Novembris celebranda, & respectively recitando. 501
- XIII. *Cum alias*, &c. Decretum emanatum in Congregatione generali S. Romanae, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico coram Sanctissimo D. N. D. Clemente divina providentia Papa X. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a S. Sede Apostolica specialiter deputatis. 501
- XIV. *Ex injunctis nobis*, &c. Confirmatio nonnullorum decretorum Capituli Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti de conditionibus circa electionem, & administrationem officii Procuratoris Generalis observandis. 503
- XV. *Venerabilibus*, &c. Privilegia, indulta, gratia, & exemptiones nonnullis Sanctitatis suae familiaribus concessa. 504
- XVI. *Credita nobis*, &c. Ampliatio Indultorum Abbreviatoribus literarum Apostolicarum majoris praesidentiae a san. mem. Urban. VIII. concessorum. 509
- XVII. *Ecclesiae Catholicae*, &c. Confirmatio, & extensio literarum Gregorii XIII. & Urbani VIII. de Monachis Cassinensibus Ordinis S. Benedicti ad favores Principum, & aliorum.

QUINQUE PONTIFICUM.

- rum, pro assequendis Prælaturis, dignitatibus, & aliis officiis, recurrentibus. 501
- XVIII. *Equitatis, & iustitiæ, &c.* Statutum, in quo declaratur, omnes generaliter montis debitores in forma Camere esse obligatos, & tanquam tales ad eundem monti satisfaciendum teneri. 511
- XIX. *Exponi nobis, &c.* Declaratur statutum Alexandri VII. & Clem. IX. circa reformationem Ordinis Cisterciensis non afficere, nec obligare Monasteria dicti Ordinis, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt. 512
- XX. *Grata, &c.* Concessio privilegiorum pro suis Capellanis communibus. 513
- XXI. *In gravissimis, &c.* Constitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, aliisque oneribus. 516
- XXII. *Dudum fel. &c.* Innovatio declarationum nonnullorum Pontificum de Curialibus, Meretricibus, & cortesanis, in qua census vitalitii, & contractus cum earum vita perituri in præjudicium Monasterii Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenz de Pœnitentia in Urbe ipsis prohibentur. 519
- XXIII. *Cum fel. &c.* Breve in quo dispensatur cum Clericis, & Laicis Congregationis Clericorum pauperum Matris Dei, qui in dicta Congregatione, tanquam in Statu Regulari, & sub titulo Religionis solemniter profiteri non intendunt. 520
- XXIV. *Redemptoris, &c.* Confirmatio, & extensio indulgentiarum, gratiarum, & privilegiorum Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis B.M. de Mercede Redemptionis Capri- vorum ab Urbano VIII. concessorum. *ibid.*
- XXV. *Ad uberes, &c.* Quod privilegia Fratribus Discalceatis B.M. de Monte Carmelo concessa, intelligantur etiam ad favorem Calceatorum ejusdem Ordinis emanata. 522
- XXVI. *Aliis emanarunt, &c.* Confirmatio decretorum S. R. E. Cardinalium de revocandis attentatis à Fratribus excalceatis Eremitarum Ordinis Sancti Augustini in Lusitania circa jurisdictionem Procuratoris Generalis, & novorum conventuum erectionem. 523
- XXVII. *Agrum Ecclesia, &c.* Confirmatio declarationis S. R. E. Cardinalium de cultu memorabili B. Ludovicæ, & casu à decretis Urban. VIII. excepto, uti & de missa, & officio in honorem dictæ Beatæ die 31. Januarii in Ecclesia Sancti Francisci Fratrum Minorum de Observantia Reformatorum ad Ripam Tibertis recitando, & celebranda. 524
- XXVIII. *Gloriosissimos, &c.* Indultum de celebranda missa, & officio in honorem Ferdinandi III. Regis Castellæ, & Legionis in omnibus Regis Catholici ditionibus, uti & in Ecclesia SS. Jacobi, & Ildephonsi de Urbe nationis Hispanorum die 30. Maii sub ritu duplici recitando. *ibid.*
- XXIX. *Celestium munerum, &c.* Concessio, & extensio Indulgentiarum confratribus, & confratribus Confraternitatum Sanctissimi Rosarii concessarum ad omnes etiam non confratres, & confratres, dummodo missæ, & processioni de Rosario celebrandæ, & quolibet mense faciendæ intersint. 529
- XXX. *Cum scilicet, &c.* Indultum de celebrando festo, & recitando officio S. Dilecti Confessoris die 19. Novembris ob impedimentum dictam 12. ejusdem mensis, in quo idem festum, & officium celebrari, & recitari consueverat. 526
- XXXI. *Exponi nobis, &c.* Confirmatio Constitutionum PII IV. & Gregorii XIII. de potestate Monachorum Montis Oliveti insolentis, qui ab Abbatibus postulantes, ut ad idem Pædalia rone- ra publica per favores Principum, & aliorum extra Religionis gratiam aspirant. *ibid.*
- XXXII. *Ex commisso, &c.* Indultum pro creatione duorum Abbatum titularium Abbatum Generalium cum definitorio Congregationis Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti. 527
- XXXIII. *Ex injuncto, &c.* Declaratio, in qua omne jus præsumptum super Monasterio Fratrum excalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini Ulissipone erecto Fratribus excalceatis Hispaniæ tollitur, & erectio novorum Conventuum dicti Ordinis in Regno Lusitaniz prohibetur. 528
- XXXIV. *Pastoralis, &c.* Bulla Cœnz Domini. 529
- XXXV. *Ex injuncto, &c.* Monasteria aliqua pro studiis generalibus Fratrum Ordinis S. Pauli primi Eremitæ statuit, & deputat. 532
- XXXVI. *Eterna Sapientia, &c.* Erectio Universitatis studii generalis in Civitate Urbini. *ibid.*
- XXXVII. *Celestis Patrisfamilias, &c.* Canonizatio S. Rosæ de S. Maria Virginis Limanz tertii Ordinis S. Dominici. 534
- Anno Secundo.*
- XXXVIII. *Debet Romanum, &c.* Constitutio ut Romanis, aliisque Nobilibus Status Ecclesiastici liceat exercere commercia sine præjudicio nobilitatis. 546
- XXXIX. *Salvatoris, &c.* Confirmatio Brevium Urb. VII. & Innocentii X. in quibus duabus vicibus quolibet anno mandatur Prædicatoribus verbi Dei commendatio locorum Terræ Sanctæ. 547
- L. *Sacro sancti Apostolatus, &c.* Extendit, & ampliat indultum Cardinalis, & Nuncii in Regno Portugalliz de recitando officio, & missa celebranda in tota ditione illius Regis in honorem Beati Gundisalvide Amaranthe Ordinis Prædicatorum ad universam S. Dominici Religionem. 548
- LI. *Ex injuncto, &c.* Quod Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum, & Moniales Capucinz cujuslibet mensis die non impedita officium S. Claræ recitare valeant. 549
- LII. *Cum scilicet, &c.* Quod electiones Priorum, Superiorum, Sacristarum, & Procuratorum à Communitatibus conventuum Provinciarum in Brevi expressarum non fiant, sed in definitorio Capitulum Provincialium, earumdemque electionum abrogationes à Priore generali approbari debere statuit. *ibid.*
- LIII. *Cum fel. &c.* Statuit, quod Fratres exteri ordinis Minorum S. Francisci de observantia

INDEX RUBRICARUM CONSTITUTIONUM

- vantia reformatorem in Conventibus S. Francisci ad ripam Tyberis, & S. Petri in Monte aureo de Urbe ultra quindecim dies morari non valeant. 550
- XLIV. *Ad Pastorale, &c.* Quod Clerici Regulares Theotini Officium de Purificatione B. V. Mariz cum octava quotannis rectare possint. 551
- XLV. *Adis piis, &c.* Quomodo sit intelligendum indultum de officio B. Stanislai Societ. Jesu recitando, & missa in Poloniz Regno, & Magno Ducatu Lithuaniz celebranda, &c. ibid.
- XLVI. *Ex injuncto, &c.* Prohibet omnibus, & singulis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum pro quacumque re obtinenda recursum ad personas extra eundem ordinem. 552
- XLVII. *Decet Romorum, &c.* Quod Abbas Generalis Congregationis Vallis-Umbrosæ pro tempore existens mozettam, & mantellettam, pileum, & biretum prælatis etiam in cappellis Pontificiis gestare possit. ibid.
- XLVIII. *Alia emanarunt, &c.* Indulgentiam plenariam largitur omnibus Christi Fidelibus, qui missæ de nomine Beatissimæ Virginis Mariz die 17. Septembris quotannis celebrandæ assistunt in Ecclesiis Provincialium, & Regnorum Regis Hispaniarum. 553
- XLIX. *Romanus Pontifex, &c.* Reductio officiorum Notariorum Sacri Palatii Apostolici. 554
- L. *Postquam nonnulla, &c.* Confirmatio, & renovatio constitutionum à Summis Pontificibus editarum super solutione communium, annatarum, & quindenniorum, ac indicatione unionum, cum revocatione privilegiorum, ac Congregationis deputatione. 556
- LI. *Ex injuncto, &c.* Quod de cætero omnes, & singuli Definitores perpetui Provincialium Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci post finitum lecturæ, prædicationis, &c. tempus Exprovincialium præminentis fruantur, ac si Provincialatus munere functi fuissent. 561
- LII. *Romanus Pontifex, &c.* Exemptio nonnullorum familiarium suorum à spolio. 562
- LIII. *Vnigeniti, &c.* Concessio indulgentiarum pro visitantibus Ecclesias Ord. S. Augustini in certis Sanctorum ejusdem Ordinis pro tempore festivitibus. 563
- LIV. *Commisissa nobis, &c.* Indulgentias largitur illis, qui Ecclesias Ord. S. Benedicti in diebus festis ejusdem, ac SS. Scholasticæ, Placidi, Mauri, ac in die, quo commemoratio omnium Sanctorum Ordinis prædicti celebratur, visitaverint. 564
- LV. *Ex debito, &c.* Declarat electiones duas Monachorum Cisterciensium Cong. Hispaniz in Abbatem non posse sibi immediatè succedere. ibid.
- LVI. *Cum sicut, &c.* Confirmatio indulgentiarum confratribus, & consororibus Confraternitatis B. Mariz de Monte Carmelo à Paulo V. concessarum. 566
- LVII. *Nuper pro, &c.* Confirmat decretum sac. Cong. negotis Episcoporum, & Regularium præpositæ, nimirum non licere Parochis occasione associationis cadaverum ingredi Regularium Ecclesias, sed teneri dimittere cadavera ad parochiam Ecclesiarum, ca tera verò munia in hujusmodi Monasteriis per Regulares esse expedienda. ibid.
- LVIII. *Alia pro, &c.* Approbat decreta Sac. Cong. Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, scilicet Parochos cujuscumque Diocesis majorem petere non posse elemosynam ab hæredibus eorum, qui sepeliri volunt in Ecclesiis Regularium, quam si in eorum Ecclesia parochiali sepeliri peterent: & functiones funeralium super cadavera defunctorum in Ecclesiis Regularium sepelienda ad ipsos, non verò ad Parochos spectare. 567
- LIX. *Exponi nobis, &c.* Subdit Ministro Generali Minorum de Observantia Conventum S. Bonaventuræ Lugdunensem ab ejusdem obedientia se subtrahere tentantem. ibid.
- LX. *Vnigenitus, &c.* Beatificatio Servi Dei Patris Pii V. ejusque missæ, & officii concessio. 568
- LXI. *Injunctis Nobis, &c.* Declarat ut indulta per sel. rec. Urb. Papam VIII. concessa Fratribus oblati, seu Servientibus Tertii Ordinis Sancti Francisci Congreg. Gallicanæ, tunc temporis existentibus, intelligantur emanata ad favorem etiam hodiernorum, & per subsequenta perpetua tempora futurorum hujusmodi Congregationis oblatorum, seu servientium prædictorum, quos suffragia ferre non posse, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis conditionis statuit. 569

URBANUS VIII.
PONTIFEX CCXXXIX.
ANNO DOMINI MDCXXIII.



URBANUS VIII. Florentinus, Maphæus antea dictus, Antonii Barbetini filius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, Romæ die sexta Augusti Summus Pontifex pronuntiatus, anno Domini 1623. & die 29. Septembris ejusdem anni coronatus. Creavit Card. 72. obiit 29. Julii 1644. & propè sedem Principis Apost. ejusdem Basilicæ requiescit. Vacavit sedes mensem unum, dies 17.

I. Privilegia, gratiæ, & indulta concessa conclavistis, qui infervierunt in Conclavi, in quo S. D. N. Urbanus VIII. divina inspirante providentia ad summum Apostolatus apicem fuit evehctus. *Reperitur Tomo 4. ordine 1. pag. 1. incipit: Circumspecta. * Sed nullibi reperitur in novissima editione Romana.*

II. Canonizatio S. Philippi Nerii Congregationis Clericorum sæcularium, Oratorii Fundatoris. *Extat in Tomo 4. 2. in ordine, pag. 3. incipit: Rationi.*

III. Canonizatio S. Ignatii Loyolæ, Societatis Jesu Fundatoris, ejusque relatio in SS. Confessorum numerum, ac institutio suæ festivitatis pro die 31. Julii. *Reperitur in Tomo 4. 3. in ordine, pag. 11. incipit pariter: Rationi.*

IV. Canonizatio S. Francisci Xaverii & Societate Jesu, Indiatum Apostoli, ejusque in SS. Confessorum numerum adscriptio, cum institutione ejus festivitatis die 2. mensis Decembris. *Habetur Tomo 4. ordine 4. pag. 15. incipit similiter: Rationi.*

V. Confirmatio Constitutionis Pii V. & ejus successorum de non alienandis, & infendandis Civitatibus, Terris, & locis S. R. E. *Extat Tomo 4. ordine 5. pag. 21. incipit: Sacrosancti.*

VI. Confirmatio translationis jurium super hæreditate *Bullarij Magni Tom. V.*

Joannis Pizzuli, factæ per Fratres Conventus S. Andreæ de Frattis de Urbe, Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, Fratribus Collegij ejusdem Ordinis, &c. *Habetur Tomo 4. ordine 6. pag. 22. incipit: Ex injuncto.*

Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ. *Reperitur Tomo 4. 7. in ordine, pag. 26. incipit: Sanctissimus.*

Indictio Orationis Quadraginta Horarum ad Divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Ecclesiæ Catholicæ regimine implorandum. *Reperitur Tomo 4. ordine 8. pag. 34. incipit: Universis. * Nullibi autem reperitur in novissima editione Romana.*

Extensio indulti recitandi officium, & Missam celebrandi de B. Margarita de Cortona, moniali Tertii Ordinis S. Francisci. *Habetur Tomo 4. ordine 9. fol. 35. incipit: Cœlestis.*

Privilegia, indulta, gratiæ, exemptiones pro Dapiferis, qui huic Sanctissimo Pontifici, ceterisque S. R. E. Cardinalibus in Conclavi, in quo Summus Pontifex fuit electus, infervierunt. *Extat Tomo 4. 10. in ordine, pag. 35. incipit: Romanus * Sed non reperitur in novissima editione Romana.*

A Diffinitio

URBANUS OCTAVUS.

X I. **Diffinitiones & declaraciones super refectione** Calepodiorum, depositione Solemarum, & delatione Capesii rorandi, & forisque Mozartz, ac potentii Mantelli, & Fratribus Minuibus Ordinis S. Francisci Strictioris obsequio deferendi. *Extra Tomo 4. ordine 13. fol. 41. incipit: Et supercuncto.*

X II. **Revocatio facultatum disponendi de officiis vacabilibus** Romane Curie, conuinque prioris & moderatorio inductionum transferendi pensiones. *Reperitur Tomo 4. ordine 23. fol. 56. incipit: Sanctissimus.*

X III. **Declarat Ordinarium Collegiatz S. Iohannis de** Abbatissis, vicent Dioc. non esse intelligendum Archipresbyterum prafata Ecclesie, sed Episcopum Vicentinum.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.



Causa in Confis.

Edita A.D. 1624.

LIAS fel. record. Clemens Papa VIII. prædecessor noster, postquam Ordinem S. Augustini Canonicorum Regularium in Principatu Caralonie, ac Comitatus Rossilionis, & Ceritanie cum omnibus suis membris, & pertinentiis, omnemque eorum statum, essentiam, & dependentiam regulares perpetuo suppresserat, & extinxerat, eundemque & illius Monasteria, Prioratus, & beneficia admodum reduxerat, & sic reduci iussit, & Apostolicae provisioni Motu proprio restituerat, Monasterium S. Petri Iohannis de Abbatissis nuncupat. Vicent. Diocesis unum ex eisdem suppressi Ordinis Monasteria, ac sub prædictis reductione, & relevatione comprehensum in sæcularem, & Collegiatam Ecclesiam, ac in eam unum Archipresbyterum, qui inibi Principalis Dignitas existeret, necnon tot Canonicos, & Præbendas, quot in illa ante suppressionem, & reductionem prædictas erant, locis, & Canonicales portiones pro tot Canonicis, qui unà cum Archipresbytero huiusmodi Capitulum eiusdem Ecclesie constituerent, ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis erexit, & instituit, ac inter alia Ecclesiam prædictam, illiusque Dignitates, Canonatus, & Præbendas, ac alia Beneficia, necnon Capitulum, & Ministros suo Ordinario subjectos esse voluit, & alias prout in ipsius Clementis prædecessoris desuper sub plumbo expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut venerabilis Frater Modernus Episcopus Vicent. Nobis nuper exponi fecit, post juratam, & observatam septem, vel octo annis tunc existenti Episcopo Vicent. obedientiam, & superioritatem dilectus filius Iohannes Coli ex beneficiato dictæ Ecclesie Archipresbyter factus, Superioritatem dicti Episcopi detractans à dicta obedientia defciverit unà cum medietate Canonorum, & beneficiorum ipsius Ecclesie, & diversa alia in præiudicium, & damnum iurisdictionis prædicti Episcopi Vicent. fecerit, & attentaverit, & propterea dictus Modernus Episcopus Nobis humiliter supplicari fecerit, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviare volentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum consilio harum serie Apostolica auctoritate decernimus, & declaramus Ordinarii appellatione, cuius in hisdem literis fit mentio, nullatenus esse intelligendum Archipresbyterum prædictæ Ecclesie S. Iohannis, sed Episcopum Vicent. dumtaxat, Ideoque Ecclesiam ipsam, illiusque Dignitates, Canonatus, & Beneficia pro tempore obiteres, atque alios quoscunque Ministros, non eidem Archipresbytero, sed Vicentini Episcopi tantum visitationi, correctioni, atque omnimode iurisdictioni subjectos esse.

§. 3. Præsentem verò literam nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptionis vitio, seu intentione nostrave, vel alia quacumque defectu, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere præcedentes vocati non fuerint, notati, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari posse, sique per quoscunque Iudices, & Commillarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sapientes Romanæ Ecclesie Cardinales iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quocumque personis, seu potestatem habentibus, vel ignorantibus fuerit actum, & inane.

Clausula derogatoria.

§. 4. Nos Iohannis fratris Archiepiscopi Tarraceniensis, & Episcopi Gerundensis, ac dilecti filii Castriani Curie Cantuariensis Apostolicæ Generali Auditori præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsius Ordinarii, & pro tempore existentis Episcopi Vicentini, & eiusdem successori, solemniter publicantes, etque in eisdem locis defensionis præsidio assistentes, ad omnia, & contra omnia eadem præsentibus, & in eis contenta, & in omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, & conservari, & re belles persequi, & puniri, & penas Ecclesiasticas, & aliæ huiusmodi iuris, & alia remedia, appellatione postposita, & compescendo, legitimis super his habendis servaris processibus, sententias, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus aliis, que in ipsius Clementis prædecessoris literis huiusmodi concessa sunt non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicari mandari.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscribis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus eidem adhibetur, si forent exhibite, vel ostense.

Exemplis huius Confis. credi jubet.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1624. Pontificatus nostri anno primo.

Quod professi in Religione Cleric. Regul. ministrantium infirmi, ad Sacerdotium destinati, in Domibus Novitiarum, vel aliis distinctis Domibus, donec Presbyteri ordinentur, ex illarum perpetuis redditibus vivere possint. *Reperitur Tomo 4. 11. in ordine, fol. 38. incipit: Sacrosanctæ.*

XIV.
Edita A.D. 1624. Janu. Pont. A. 1.

Erectio Religionis Militiæ Christianæ, sub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, & Regula S. Francisci, &c. *Extra Tomo 4. 12. in ordine, pag. 38. & 39. incipit: Impericrutabilis.*

XV.
Edita A.D. 1624. 12. Febr. Pont. A. 1.

Confirmatio constitutionis Pauli V. circa elemosynam, quam Rectores Parochiarum Indiarum possunt habere ab his, qui in Ecclesiis Religiosorum S. Francisci de Observantia sepeliuntur. *Reperitur Tomo 4. ordine 23. fol. 58. incipit: Alias.*

XVI.
Edita A.D. 1624. 21. Mart. Pont. A. 1.

Confirmatio, & innovatio constitutionum super bono regimine Fratrum Reformatorum strictioris observantiz Ordinis S. Francisci: & additio aliarum ordinationum pro feliciori regimine eorumdem. *Habetur Tomo 4. ordine, 14. pag. 42. incipit: Romanus.*

XVII.
Edita A.D. 1624. 7. Mart. Pont. A. 1.

Indictio visitationis omnium Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum piorum Alme Urbis: necnon rationis Quadraginta horarum, cum indulgentiarum elargitione, &c. *Extra Tomo 4. 15. in ordine, fol. 43. incipit: Militantem. Nullibi autem reperitur in novissima editione Romana.*

XVIII.
Edita A.D. 1624. 27. Mart. Pont. A. 1.

Confirmatio & approbatio privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & aliarum

XIX.
Edita A.D.

URBANUS OCTAVUS

1624. 29. Mur. Pont. A. 1. aliarum gratiarum concessarum Hospitali S. Joannis Hierosolymitani. Reperitur Tomo 4. 16. in ordine, pag. 47. incipit: Universalis.

XX. Indictio Jubilaei Universalis pro anno 1623. quo plenaria peccatorum venia indulgetur visitantibus Basilicas SS. Petri & Pauli Apostolorum S. Joannis Later. ac S. Mariae Majoris de Urbe: ac suspensio quarumcunque indulgentiarum dicto anno durante, &c. Reperitur Tomo 4. ordine 17. fol. 49. incipit: Omnes Gentes.

XXI. Approbatio quorundam Statutorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum S. Francisci de Pauli editorum circa ea, quae agenda sunt in casu mortis Patris Generalis totius Ordinis. Habetur Tomo 4. 18. in ordine, pag. 51. incipit: Ut ea, quae.

XXII. Moderatio literarum Greg. XV. super divisione Provinciarum Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Reformatorum Regni Siciliae.

Pro bono regimine Provinciarum Fratrum Reformatorum vide Constitut. 17. Tom. 4. Romanus Pontifex, & Constitut. 306. Tom. 5. de non recipiendis pecuniis promissis in Provincia Vallis Mazara Siciliae: & Constit. 295. Tom. 5. Militantis, hujus Pontificis.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Liàs à fel. rec. Gregorio Papa XV. praedecessore nostro emanarunt literae tenoris sequentis, videlicet: Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam. Nuper pro parte dilecti filii Innocentii à Clusa Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Professoris, Nobis exposito quod omnes Ordinis, & Reformationis hujusmodi Regulares Domus in universo Siciliae Regno consistentes unam tantum Provinciam constituebant: experientia verò compertum erat unum dumtaxat Custodem totam hujusmodi Provinciam, quae circuitus octingentorum miliarium existit, nisi eques incederet, visitari non posse, id verò Regularibus dicti Ordinis institutis, Apostolica auctoritate confirmatis repugnare, ac propterea gravissima inter Fratres ipsius Provinciae inconvenientia, & perturbationes exoriri, cum occurrentes eorum necessitates suo superiori manifestari nequibant.

§. 1. Nos supplicationibus dicti Innocentii, ac tunc existentis Custodis, & majoris partis aliorum Fratrum dictae Provinciae, Nobis notis tunc humiliter portectis inclinati volumus, & Apostolica auctoritate praecipimus, & mandavimus, quod in proxima tunc futura Congregatione Fratrum Reformatorum Provinciae hujusmodi per eundem tunc existentem Custodem habenda, eadem Provincia in tres Provincias, juxta tres Vallis, nempe de Mazara, Demona, & Noto, ita ut unusquisque dictorum Fratrum Reformatorum ipsius Provinciae in propriis domibus regularibus cujusque ex tribus Vallibus hujusmodi, ex qua oriundus esset, degere deberet, prout desuper ab ejusdem Provinciae Visitatore, & Custode decretum fuisset, auctoritate praedicta divideretur, ac separaretur, dividique ac separari omnino deberet, prout in nostris in simili forma Brevis sub die 14. Februarii proximè praeteriti desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nunc autem felici eorumdem Fratrum gubernio, ac directioni, quantum Nobis ex alto conceditur, per amplius consulere volentes, supplicationibus dicti Innocentii nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, dilecto filio Visitatori eorumdem Fratrum destinato per praesentes committimus, & mandavimus Bullarii Magni Tom. V.

mus, ut Capitulum quamprimum celebraret, in eoque Provinciam praedictam, juxta literarum hujusmodi formam, & tenorem separaret, & dividat.

§. 3. Insuper, quod in eodem Capitulo tres Custodes modo infra scripto eligantur, videlicet ut à vocalibus Domorum regularium cujuslibet Vallis, & Custodiae unus dicti Ordinis Professor in eadem Valle, & Custodia oriundus, in Custodiam, necnon tres discreti Custodiales ejusdem Vallis eligantur, à quibus ea Custodia regatur, & gubernetur, prout à Fratribus Minoribus dicti Ordinis, Capuccinis nuncupatis, in eodem Regno existentibus, fieri asseritur, ac iisdem modo, & forma, & non aliter divisiones, & electiones fiant.

§. 4. Et quia in eodem Regno nonnulli dicti Ordinis Professores exteri, & diversarum nationum reperiuntur, ad tollendam omnem difficultatem his temporibus sex mensium concedatur ad deliberandum, in quam Custodiam, & Vallem se velint recipere; & facta deliberatione hujusmodi, nec illi, nec ex eodem Regno oriundi Fratres hujusmodi de una ad aliam Vallem absque licentia Vicarii Generalis Fratrum Reformatorum dicti Ordinis, ac unanimi consensu Custodum, & discretorum Custodialium utriusque Vallis, & Custodiae transire possint, & si eos ad aliam Custodiam transire contigerit, in illa per decennium votum passivum habere nequeant.

§. 5. Praeterea ad obviandum perturbationibus, quae ex controversia oriri possent, quis sigilla habere debeat, iisdem sigillis, qui cum imagine Sancti Michaelis Archangeli ad praesens reperiuntur, cum etiam ab aliis Fratribus reformatis Italiae habeantur, amplius Custodes praedicti non utentur; sed pro Valle, & Custodia de Mazara cum B. Matthaei de Agrigento; & pro Valle, & Custodia de Noto cum Sanctae Luciae ac pro Valle, & Custodia Demona cum Sanctorum Martyrum Placidi, & Sociorum Imaginibus sigilla respective fiant. Custodes autem pro negotiis in dictis Vallibus, & Custodiis pro tempore occurrentibus socium, qui eos in scribendo coadjuvet, habere possint, cum titulo, & nomine Scriptoris, non autem Secretarii, qui propterea nullo privilegio, nullaque exemptione gaudeat, sed praecedentiam sibi ratione antianitatis in Religione competentem dumtaxat habeat. Quodque praemissis omnibus, & singulis non parentes, seu rebelles, excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae poenas ipso facto incurrant, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis, quae in praedictis literis nostris volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die ultima Martii 1622. Pontificatus nostri anno secundo.

§. 6. Cum autem, sicut dilecti filii Benignus à Geofreus de Cruce eorumdem Fratrum Reformatorum, in nuper exponi fecerunt, circa interpretationem quarundam clausularum in Constitutione praedicta contentarum, varia dubia, non sine multa eorumdem Fratrum perturbatione, divini cultus detrimento exoriantur, videlicet ut à vocalibus Domorum Regularium cujuslibet Vallis, & Custodiae unus dicti Ordinis Professor in eadem Valle, & Custodia oriundus in Custodiam eligatur, necnon si Fratres ad aliam Vallem transire contigerit, in illa per decennium votum passivum habere nequeant; ac etiam super istius verbi oriundus significatione, nonnullique pariter inter eosdem Fratres reperiantur, qui similiter in dubium revocant, cujus ipsi Vallis sint.

§. 7. Nos praemissis quantum cum Domino possumus, benigne consulere, necnon Benignum, & Aloysium praedictos spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris

Eliguntur Custodes in unamquamque Custodiam.

Fratres fa- res infra sex menses eligant sibi Custodiam.

Designatur sigillum unius cuiusque Custodiae.

Custos hanc beat Scriptorem.

Causa moderatio.

Edita A.D. 1624.

Pontifex tenorem Brevis Greg. XV.

Causa hujus divisionis.

Dividitur iuxta tres Vallis.

URBANUS OCTAVUS.

suris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati extiterint, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, clausulas prædictas ad Constitutionum generalium ejusdem Ordinis dispositionem auctoritate prædicta reducimus, & moderamus: quo autem ad verbum oriundus spectat, unumquemque dictorum Fratrum in eisdem Vallibus ad præsens existentium, quatinus ejus pacifica, seu quali possessione reperitur, effectu prædictarum literarum gaudere; posterioris vero dubii declarationem in Capitulo, sive Congregatione Custodiali ad hunc effectum faciendam fieri, atque de cæterò usum & praxim dicti Ordinis servari debere; irritumque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, & omnibus illis, quæ in præmissis literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 10. Maii 1624. Pontificatus nostri anno primo. V. Theatinus.

Declarat quomodo observanda sint clausula.

D.P. A. 1. die 10. Maij.

XXIII. Edita A.D. 1624. 10. Jan. Pont. A. 1. XXIV. Edita A.D. 1624. 18. Jan. Pont. A. 1.

XXV.

Declaratio, quòd Indulgentià Portiunculæ in hoc anno Sancto non revocatur.

Hanc Indulgentiam Plenariam perpetuam extendis ad omnia Ordinis Monasteria Fratrum Minorum de observantia, ac Reformatorem Gregor. XV. Constit. 36. Splendor paternæ &c.

Edita A.D. 1624.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Cum nuper ob sacri Jubilæi celebrationem à vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi anni proxime venturi inchoandam, & usque ad finem ejusdem anni duraturam omnes, & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis locis piis secularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium Regularibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis quomodolibet concessas, de Apostolicæ potestatis plenitudine suspendimus, & suspensas esse declaraverimus, easque eodem anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere decreverimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Causa hujus declaratio.

Indulgentia Portiuncula extenditur a suspensis.

§. 1. Nos cupientes ut Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum domus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia propè & extra muros Civitatis Assisicæ: congruis frequentetur honoribus, ad eamque Christi fideles eo libentius accedant, quò exinde spiritualibus gratis se uberius resectos conspexerint. §. 2. Tenore presentium declaramus, mentis, & intentionis nostræ minimè fuisse, nec esse sub prædicta Indulgentiarum suspensione Indulgentiam utriusque sexus Christi Fidelibus prædictæ Ecclesiæ die secunda mensis Augusti à primis vespèris usque ad occasum solis diei hujusmodi visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus concessam comprehendere, prout minimè comprehendimus, nec comprehendam esse in verbo Romani Pontificis attestamur.

In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 31. Julij 1624. Pontificatus nostri anno primo.

Derogat contrariis. D.P. An. 1. die 31. Jul.

V. Theatinus.

Confirmatio, & Renovatio Constitutionum felic. record. Pii V. & Sixti V. super solutione Communium, Annatarum, & Quindenniorum, ac Indicatione Unionum.

XXVI.

Hoc etiam jussu Paulus IV. in sua Constit. 17. Decens, Tom. 1. & Pius V. Constit. 38. Apostolicæ, Tom. 2. & amplius Sixtus V. Constit. 33. Cameræ, Tom. 2. ubi plura de hac materia notata invenies.

Edita A.D. 1624.

URBANUS PAPA VIII. Motu proprio, &c.

Exordium.

Alis fel. rec. Pius Papa Quintus Prædecessor noster providè considerans quòd Annatarum, Communium, & aliorum jurium Cameræ Apostolicæ debitorum exactio in recognitionem universalis domini introducta est antiquissima, quindenniorumque usus, & solutio idè adinventi fuerunt ne Cameræ prædictæ ex Monasteriorum, Prioratum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum unionibus, quæ amplius vacare non sperabantur, detrimentum aliquod induceretur: Volens propterea dictæ Cameræ, ac Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio, necnon dilectis filiis Cancellariæ Apostolicæ Officialibus de Communibus, Annatis, & Quindenniis participantibus jura præservare, illorumque indemnitati consulere. Motu simili, &c. omnia & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, Ecclesiarumque Collegiarum Capitula, Congregationes, Universitates, Collegia, Hospitalia, ac pia loca, & quosvis alios, in quorum favorem tam secularium, quàm quorumvis Ordinum Regularium Monasteria, Prioratus, Præposituræ, necnon dignitates, & alia quæcumque beneficia Ecclesiastica unita, annexa, & incorporata, seu applicata existerent, & illorum uniones eis factæ reperirentur, quantumcunque exempta, & privilegiata existerent, etiam si se super inde in Camera Apostolica non obligassent, dummodò Monasteria, seu beneficia ipsa possiderent, ad solutionem Communium, Annatarum, & aliarum Jurium prædictorum eisdem Cameræ, Collegio, & Officialibus ratione unionum, annexionum, seu applicationum prædictarum singulis quindennium annis à die qua illæ suum sortitæ fuissent effectum faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in singulis Pauli Secundi, & aliorum Prædecessorum suorum Summorum Pontificum literis contentas cogi, & compelli posse decrevit & declaravit. Mandans propterea bonæ memoriæ Hieronymo tunc Episcopo Macerateni, & Cameræ Apostolicæ Clerico, Annatarumque Judici tunc existenti, ut pro faciliiori indagacione unionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium etiam Metropolitanarum, & Collegiarum Ecclesiarum Capitula, Collegia, necnon tam virorum, quàm mulierum secularium, & quorumvis Ordinum regulares Congregationes, seu Collegia, & pia loca hujusmodi, eorumdemque Prælatos & Procuratores ad indicandù & profitendum medio juramento omnia & singula Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Parochiales Ecclesias, & alia quæcumque beneficia Ecclesiastica, quæ ipsa Capitula, Congregationes, & alia loca prædicta possiderent, & quo titulo illa possidebant, illorumque annuos valores sub privationis, & aliis in literis in forma Motus proprii Pii V. Prædecessoris hujusmodi contentis sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia, & extra eam moneret, & requireret. Et successivè fel. record. Sixtus Papa V. etiam Prædecessor noster attendens, quò tantumdem detrimenti Cameræ, Collegio, & Officialibus,

Causa hujus Constit.

URBANUS OCTAVUS.

et aliis... ex unionibus, que ab Ordinariis...

Confirmat hic Pont. Const. Prae decess. et descriptus Jupples.

§. 1. Cum autem, sicut accepimus, & sicut etiam nobis innotuit, ad sint quamplurimae uniones...

et facti ac alicuius defectus, qui...

§. 2. Mandantes propterea dilecto filio Magistro Hieronymo Raymundo...

Executio deparata.

§. 3. Necnon eorumdem Quindenniorum, & jurium debitores in presentibus nostris literis comprehensos...

Trib. it facultatem compellendi per censuras.

§. 4. Non obstantibus quacumque centenaria, etiam completa, & etiam majori a jure statuta...

Derogatio contraria tam.

8 URBANUS OCTAVUS

sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenore...

Fides transumpta.

Papa subscripto.

Dat. P. A. 1. Idibus Iulii.

Publicatio.

XXVII. Edita A.D. 1624. 9. A. 2.

XXVIII. Edita A.D. 1624. 14. Aug. Pont. A. 1.

XXIX. Edita A.D. 1624. 14. Aug. Pont. A. 1.

XXX. Edita A.D. 1624. 18. Aug. Pont. A. 1.

XXXI. Edita A.D. 1624. 21. Sept. Pont. A. 1.

XXXII. Edita A.D. 1624. 26. Oct. Pont. A. 2.

XXXIII. Edita A.D. 1624. 23. Oct. Pont. A. 2.

XXXIV. Edita A.D. 1624. 27. Oct. Pont. A. 2.

XXXV. Edita A.D. 1624. 30.

an ipsa exceptio. Reperitur Tomo 4. ordinis 32. fol. 78. incipit: Pastoralis curam.

Revocatio concessioium diversarum officiorum ac privilegiorum, exemptionum, gratiarum, & indulgentiarum in prejudicium Sedis, & Camere Apostolicæ emanatorum. Reperitur Tomo 4. 30. in ordine, fol. 71. incipit: Supermi benignitas.

Indulgentiarum pro Fratibus Iesuatis S. Hieronimi, Ordinis S. Augustini, quod abjecto Caputio albi coloris, aliud coloris habitus, eoque forma, quæ ceteri Mendicantes utuntur, deinceps gestare valeant. Reperitur Tomo 4. Ordinis 31. fol. 78. incipit: Generosa pastoralis.

Approbatio & confirmatio Confraternitatis Artis Musicae, sub Visitationis B. Mariæ, S. Gregorii Papæ, & S. Cæciliæ invocationibus, cum indulgentiarum concessione, &c. Extra Tomo 4. 34. in ordine, fol. 98. incipit: Pietatis.

Contra male ad sacros, vel minores Ordines, seu clericalem characterem ordinantes, & male ordinatos. Reperitur Tomo 4. 35. in ordine, pag. 80. incipit: Secretis æternæ.

Deputatio Ecclesiæ S. Mariæ Trans Tyberim in locum Ecclesiæ S. Pauli extra urbem, stante suspitione pestis, unâ cum concessione indulgentiarum, & spiritualium gratiarum dicte Ecclesiæ S. Pauli competentium. Extra Tomo 4. ordinis 36. fol. 80. & 81. incipit: Paterna Gregia.

Deputatio Ecclesiarum S. Mariæ de Populo, S. Mariæ Trans Tyberim, &c. loco Ecclesiarum S. Sebastiani, S. Pauli, &c. ac declaratio pro visitationibus septem Urbis, & extra illius mœnia Ecclesias, &c. Reperitur Tomo 4. 37. in ordine fol. 81. incipit: Paterna Dominici.

Confirmatio, & approbatio constitutionis Greg. XV. de electione Summi Rom. Pont. ac Cæremonialis continentis illius titus. Habetur Tomo 4. ordinis 47. fol. 92. incipit: Ad Romani.

Concedit quod Fratres Minimi se possint obligare ad suffragia perpetua.

Horum Fratrum confirmationem Privilegiorum habes: supra Constit. 24. Tom. 4. Injuncti Nobis, ac approbationem quorundam Statutorum Constit. 21. Urca, &c. Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicam decet benignitatem ultimis pie restantium voluntatibus favere; & ut illæ suum sortiantur effectum, etiam Strickiorum Ordinum Regularia Instituta in eorum relaxare, maxime cum relaxatio hujusmodi ad Divini cultus incrementum tendere dignoscitur, & vota personarum Regularium, præsertim Reformatorum, hoc à nobis exposcunt.

§. 1. Sanè Nobis exponi nuper fecit dilectus filius Bartolomæus Levius Provincialis Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula in Provincia, & Comitatu nostro Venetico, quod de anno Domini 1609. tunc in humanis agens Magdalena de Lagnet, dum viveret Domina in temporalibus Oppidi de Causans, devotionis zelo ducta, titulo donationis irrevocabilis, quæ dicitur inter vivos, donavit dicto Ordini septem millia scuta monetæ; duo millia videlicet ad effectum construendi Ecclesiam sub invocatione Assumptionis Divæ Genitricis Mariæ, & Conventum dicti Ordinis in Civitate Carpentorateni, & quinque millia scuta ad sustentationem 12. Religiosorum dicti Ordinis, electa per ipsam sepultura in dicta Ecclesia, sub sedis Apostolicæ beneplacito sic construenda, pro ejus corpore humano, oneratisque ejus hæredibus, quique fuerint, ut si ipsa non dedisset dicta scuta 7000. Ordini predicto, statu

OB. Pont. A. 2.

XXXVI. Edita A.D. 1624. 21. Oct. Pont. A. 2.

XXXVII. Edita A.D. 1624. 19. Nov. A. 2.

XXXVIII. Edita A.D. 1624. 20. Nov. Pont. A. 2.

XXXIX. Edita A.D. 1624. 11. Dec. Pont. A. 2.

XL. Edita A.D. 1625. 30. Janu. Pont. A. 2.

XLI. Edita A.D. 1625. 30. Janu. Pont. A. 2.

XLII. Edita A.D. 1625. 28. Janu. Pont. A. 2.

XLIII.

Edita A.D. 1625.

Provenium.

Motiva, & satisfactoria.

URBANUS OCTAVUS.

tim ea fundata vita darent ipsi duo millia scura ad effectum predictum Provinciali dicti Ordinis pro tempore...

Motiva aduersarii more Reorum solutionem dictorum scutorum 7000. effugere, aut saltem protrahere...

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, dicti aduersarii more Reorum solutionem dictorum scutorum 7000. effugere, aut saltem protrahere...

Concedit ut possint acceptare legatum cum perpetua onere Missarum.

§. 3. Idcirco ad tollenda omnia subterfugia partis, penes quam effici non potest, ut pecunia, ut supra donata remanere debeant, ac ut celerius pro Divini cultus incremento, & pro observatione voluntatis predictae...

vinculorum specialis gratie favore prosequi volentes, nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa...

§. 4. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari...

Decretum irritans cum derogatione contrarium.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 14. Januarii 1625. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Dat. P. A. 2. die 14. Jan.

libet sub poena excommunicationis, & privationis vocis activae, & passivae, ne ex Bibliotheca Genuensi Ordinis Ministorum extrahantur quomodolibet libri.

Similem prohibitionem pro conservatione Bibliothecae Collegii S. Francisci de Paula ad Montes Vrbis habes infra Const. 121. Iustis, & honestis, &c. Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edit. An. B. 1625.

§. 1. Conservationi, & mantentioni Bibliothecae domus regularis Jesu Mariae nuncupatae Januensis, Ordinis Fratrum Ministorum S. Francisci de Paula, quantum eum Domino possumus, consulere, ac dilectum filium Laurentium de Peyrinis Provincialem Provinciae Januensis ejusdem Ordinis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsi, & dictae domus singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicatio

URBANUS OCTAVUS

Mandat
provisum
de

plicationibus ejusdem Laurentii Provincialis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Ne de cetero quisquam quavis auctoritate fungens, quovis libris quinterms, folia sive manuscripta, sive impressa, dictae Bibliothecae haecenus assignata, & in posterum assignanda, quovis quavis colore, vel ingenio, causa, vel occasione à dicta Bibliotheca extrahere, sive ut extrahantur, vel removantur, permittere quoquo modo audeat, seu praesumat, sub excommunicationis, & privationis poenis activae, & passivae poenis per contravenientes incurrendis; Apostolica auctoritate, tenore praesentium interdicimus, & prohibemus.

Contrarii
derogant

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, domus, ac Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis copia in valvis dictae Bibliothecae, aut aliquo alio perspicuo loco, unde ab omnibus cerni possit, continuis affixa remaneat.

D. P. An. 1625
die 3 Febr.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 13. Februarii 1625. Pontificatus nostri anno secundo.

XLV.

Erectio Custodiae Bavariae Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformationum in provinciam Ordinis ejusdem S. Francisci Reformationum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, &c. Reperitur Tomo 4. 38. in ordine, fol. 82. incipit: Sacrosanctum.

Edita A.D.
1625. 1.
M. 11.
Pont. An. 2.

XLVI.

Pastoralis, & pia adhortatio ad Catholicam Ecclesiam Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ut ipsi & Christi fideles omnes Omnipotentem Deum pro pace & concordia inter Christianos Principes, & Populum Christiani incolumitate exorent. Extat Tomo 4. 40 in ordine, fol. 84. incipit: Tonitrua ultionis. * Sed non reperitur in novissima editione Romana.

Edita A.D.
1625. 25.
Mart. Pont.
An. 2.

XLVII.

Definitio, quoad imagines nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatificorum, cum radiis, splendoribus, & laureolis proponendas, vel tabellas, &c. Habetur Tomo 4. 39. in ordine, fol. 83. incipit: Sanctissimus D.N.

Edita A.D.
1625. 4.
Apr. Pont.
An. 2.

XLVIII.

Elargitio plenariae indulgentiae pro omnibus in Urbe constitutis, qui Basilicas S. Petri, & S. Mariae Trans Tyberim devotè visitaverint, & ibi praescriptas preces fuderint. Extat Tomo 4. in ordine 41. fol. 85. incipit: Divinae. * Nullibi autem reperitur in novissima editione Romana.

Edita A.D.
1625. 21.
Apr. Pont.
An. 2.

XLIX.

Confirmatio Statutorum pro Religiosis Militiae Christianae, sub titulo Conceptionis B. Mariae Virginis institutae editorum. Habetur Tomo 4. 43. in ordine, fol. 87. incipit: Alias supplicationibus.

Edita A.D.
1625. 14.
Mart. Pont.
An. 2.

L.

Beatificatio Servi Dei Andreae Avellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum, cum concessione Clericis dictae Congregationis quotannis Missam & officium de communi Confessoris non Pontificis celebrandi. Extat Tomo 4. 44. in ordine, fol. 87. & 88. incipit: In Sede Principis.

Edita A.D.
1625. 10.
Jun. Pont.
An. 2.

LI.

De celebratione Missarum, ac de prohibitione illas moderandi, seu reducendi absque Sedis Apostolicae licentia: & de earum oneribus perpetuis suscipiendis Et de Religiosorum numero ultra redditus, & consuetas elemosinas locorum Regularium non habendo. Reperitur Tomo 4. 45. in ordine, fol. 88. incipit: Cum saepe.

Edita A.D.
1625. 21.
Jun. Pont.
An. 2.

LII.

Indultum pro Fratribus S. Francisci de observantia in Indiis Occidentalibus existentibus, ut de suorum Superiorum licentia à quocumque Catholico Antistite, de consensu Diocesani ad omnes Ordines extra tempora, nec servatis interstitiis promoveri possint. Extat Tomo 4. ordine 46. fol. 91. incipit: Cum sicut.

Edita A.D.
1625. 30.
Jun. Pont.
An. 2.

Quod si contingat Ministrum Provinciale FF. Min. de Obs. primo sui officii anno vacare, fiat electio successoris, cum quo debeant continuare triennium alii Provinciae Superiores, qui cum primo Ministro fuerint electi.

De istis Fratribus Vide qua notavi ad Const. 57. hujus Pontificis, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1625. Ad perpetuam rei memoriam.

Redicum humilitati nostrae, meritis licet insufficientibus, per ineffabilem Divinae sapientiae providentiam Apostolicam servitutis officium jugiter nos admovet, ut Christi fidelium sub suavi Religionis jugo divini Numinis obsequiis famulantium felici statui, atque directioni, quantum cum Domino possumus, opportune consulamus.

§. 1. Hinc est, quod Nos supplicationibus dilecti filii Bernardini de Senis, Ordinis Fratrum Minorum de Observantia Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, si ullum dicti Ordinis Ministrum Provinciale primo sui officii anno ab hac vita decedere, sive idem officium ex quavis causa vacare, seu cessare contigerit, Minister Provincialis tunc recens electus, seu deputatus, unà cum aliis ejusdem Provinciae Superioribus, atque Officialibus, in suis hujusmodi officiis ad triennium continuet, & continuare debeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, atque ordinamus.

§. 2. Decernentes, praesentes literas semper, & perpetuo valituras firmas, & efficaces existere, ab omnibusque dicti Ordinis Fratribus inviolabiliter observari: Sique & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Augustini 1625. Pontificatus nostri anno tertio.

V. Theat:

Indultum quoddam Franciscus Borgia Soc. Jesu, Beatus nuncupari, & in die sui obitus Missa, & Officium de communi Confessorum non Pontificum in Ecclesiis dictae Societatis recitari possit. Reperitur Tomo 4. 48. in ordine, pag. 93. incipit: Alias à Nobis.

Indultum pro Ordine Fratrum Capuccinorum Officium de S. Conrado Tertii Ordinis S. Francisci Professore in die suae festivitatis recitandi sub ritu semiduplici, & de communi unius Confessoris non Pontificis. Reperitur Tomo 4. 49. in ordine, fol. 94. incipit: Domini nostri.

Beatificatio Servi Dei Felicis de Cantalicio, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum, ac indultum de eo Missam & Officium recitandi, &c. Habetur Tomo 4. 50. in ordine, fol. 94. incipit: In specula.

Abrogatio omnium indultorum, gratiarum, & declarationum observantiae Regulae S. Francisci contrariarum

LIII.

Triennium.

Concedit pro ut in subr.

Decretum irritans.

Contrarii derogat.

Dat. P. A. 3. die 13. Aug.

LIV.

Edita A.D. 1625. 2. Sept. Pont. An. 3.

LV.

Edita A.D. 1625. 12. Sept. Pont. An. 3.

LVI.

Edita A.D. 1625. 1. Octob. Pont. An. 3.

LVII.

URBANUS OCTAVUS

3

Edita A.D. 1625. 1. Oct. Pont. A. 3.
 rum: ac approbatio quorundam Statutorum editorum in Capitulis Romæ, & Barchinone celebratis. Reperitur Tomo 4. ordine 51. fol. 95. & 96. incipit: Sacrosanctum.

L VIII.
Edita A.D. 1625. 5. Oct. Pont. A. 3.
 Prohibitio, ne degentes in statu Ecclesiastico mediato, vel immediate Sedi Apostolicæ subiecto libros ab eis compositos sine requisitis licentiis, vel in Urbe imprinant, vel extra Urbem imprimendos deferant. Extat tomo 4. ordine 50. pag. 102. incipit: Sanctissimi D. N.

L IX.
Edita A.D. 1625. 26. Oct. Pont. A. 3.
 De bonis jurisdictionalibus ad Ecclesias & loca pia spectantibus, in feudum, vel emphyteusim non dandis, neque ultra triennium locandis, &c. Reperitur Tomo 4. 51. in ordine, fol. 102. incipit: Humanæ salutis.

L X.
Edita A.D. 1625. 3. Nov. Pont. A. 3.
 Indultum, quod Fratres Discalceati B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Officium & Missam de communi Confessoris non Pontificis recitare possint in festivitate S. Raymundi dicti Ordinis Religiosi professi. Reperitur Tomo 4. ordine 52. pag. 104. incipit: Salvatoris, & D. N.

L XI.
Edita A.D. 1625. 15. Dec. Pont. A. 3.
 Institutio Archivi Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium in Palatio Vaticano, &c. Ac unio officii Secretariatus Congregationis Cardinalium super provisionibus consistorialibus deputatorum, officio Clericali, dicti Sacri Collegii Secretarii. Reperitur Tomo 4. ordine 53. fol. 104. incipit: Admonet nos.

L XII.
 Erectio Montis non vacabilis Salis cum annuo reddito scutorum sex pro quolibet loco, & amplissimis privilegiis.

De Sale habes const. Pii V. Dum ad uberes II Tom. 2. & const. 49. Greg. XIII. Ex incumbenti, Tom. 2. quas confirmavit, & ampliavit Clemens VIII. in const. 49. Frumenti, Tom. 3.

Edita A.D. 1625.
URBANVS PAPA VIII.

Præmissum.
Motu proprio, &c. quamvis ab initio nostri Pontificatus inter multiplices nostri Pastoralis officii curas, ea præcipue nobis cordi esset, per quam Camera nostra Apostolica ab ære alieno, quo gravata reperitur, & Populi nostræ temporali ditioni subiecti ab eis, quæ lusterunt oneribus aliquando sublevarentur, & liberarentur: Nihilominus huiusmodi nostrum propositum, ob Christianorum Principum discordias, & bellorum motus nunc vigentes, non solum non potuimus executioni demandare, verum etiam pro Status nostri Ecclesiastici, & Populorum prædictorum tutela, & defensione ab exercituum incursione, & aliis imminentibus periculis novum subsidium duorum quatenorum pro qualibet libra salis ordinarii, & extraordinarii, quod in Alma Urbe nostra, ac civitatibus Bononiæ, & Ferrariæ, aliisque Civitatibus, & locis eidem ditioni nostræ mediato, & immediate subiectis venditur, per Chirographum manu nostra sub die 8. mensis Ianuarii proxime præteriti subsignatum, magna cum animi nostri dilectio imponere coacti fuimus, & modo dictum æs alienum augere cogimur, & docemur quanti referat in quæ tempora quisquis incidat.

Causa humana Const.
 §. 1. Ad congerendam itaque pro ingentibus sumptibus per Nos hinc temporibus fieri necessariis aliquam notabilem pecuniarum summam super subsidio huiusmodi sic per Nos imposto, ac aliis dictæ Cameræ infra dicendis introitibus, novum Montem quatuor millium septingentorum locorum non vacabilem, & resignabilem annui redditus scutorum sex monetæ pro quolibet loco, ut infra erigere deliberavimus.

Montemeri 21.
 §. 2. Motu itaque simili, ac certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Montem non vacabilem Salis nuncupandum quatuor millium septingentorum locorum, seu portionum resignabilium ad in-

star aliorum locorum Montium, & nunquam vacabilem, ad rationem scutorum centum similium pro quolibet loco cum annuo reddito, seu fructu dictorum scutorum sex monetæ pro quolibet loco futuris Montibus, & creditoribus pro tempore existentibus prædicti Montis Salis quolibet bimestri in fine pro rata hic Romæ liberè, & absque ulla prorsus exceptione persolvendorum, incipiendo à Kalendis præsentis mensis Julii anni 1625. auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, & instituimus.

§. 3. Et pro huiusmodi montis sic erecti, & instituti congrua dote, & fructibus annuam summam scutorum viginti octo millium, & ducentorum similium, videlicet scutorum decem & septem millium trecentorum septuaginta quatuor ex dicto subsidio per Nos, ut præfertur, imposto (quod quatenus opus sit, confirmamus) reliquorum vero decemmillium octingentorum viginti sex scutorum, ex annuis censibus, & responsionibus Domus, & Thesaurariæ Patrimonii, Thesaurariæ Marchiæ, Postarum Status nostri Ecclesiastici, Cancellariarum, & Secretariarum dicti Status, Datii vini Bononiæ, Gabellæ quaterni ad libram Carnis dicti Patrimonii, & Provinciæ Campanæ, ac carnis suinæ, & subsidii Umbriæ pro illis respectivè ratis, quæ pro aliquo debiti solutione nondum applicatæ sunt, per dilectum filium Magistrum Hieronymum Vidonum Thesaurarium nostrum Generalem Depositario dicti Montis Salis assignantur, & respectivè per Salaris Alimæ Urbis, & aliorum supra expressorum prædictæ Cameræ Introituum Cöductores pro tempore existentes liberè, & absque ulla prorsus exceptione, & diminutione de bimestri in bimestre anticipatè pro rata juxta mandata per dictum Thesaurarium eis faciendæ, persolvendam ab ipsa Camera pari motu dismembramus, & separamus, eandemque summam prædictorum annuorum scutorum viginti octo millium, & ducentorum sic dismembratam, & separatam, liberam, immutabilem, & exemptam ab omni, & quocumque ordinario, & extraordinario onere, ex quavis causa hæctenus imposto, vel pro tempore imponendo prædicto Monti Salis applicamus, appropriamus, concedimus, & assignamus, ac ut supra persolvi mandamus, venditionemque dictorum quatuor millium septingentorum locorum dicti Montis per eundem Hieronymum Thesaurarium de mandato nostro sub die 3. præsentis mensis Julii per acta pariter dilecti filii Dominici Fonthæ ejusdem Cameræ Notarii pro pretio scutorum quatuor centum septuaginta quatuor millium ducentorum quinquaginta monetæ, dilecto filio Marcello Saccheto factam cum omnibus pactis, & conventionibus in illius Instrumento contentis, cuius instrumenti tenorem præsentibus haberi volumus pro expresse, confirmamus, & approbamus mandamusque Secretario ejusdem Montis, ut resignationes eorundem locorum per dictum Thesaurarium, seu prædictum Marcellum respectivè faciendas, liberè recipiat, & admittat, literæ que patententes ad favorem tam dicti Marcelli, quam eorum, qui ab eo dicta loca ement pro prima vice gratis ubique, & absque ipsius Secretarii, & computis dicti Montis, Mercedis Pietatisque Carceratorum, Abundantiæ, & Collegii, gabellæ, seu emolumentorum solutione, quibuscumque eorum concessionibus, & privilegiis non obstantibus, expediat.

§. 4. Insuper prædictum Montem Salis, & illius Montibus pro tempore existentibus specialibus favoribus, & gratiis prosequi volumus statuimus, decernimus, & ordinamus, quod loca ejusdem Montis, & eorum pretium, & fructus pro quibusvis excessibus, & delictis etiam rebellionis, prodicionis, assassiniæ, sacrilegii, lætæ majestatis, & aliorum criminum, quantumvis gravium, & enormium, non tamen in personam Romani Pontificis, aut alicujus ex S. R. E. Cardinalibus commissorum, minusque ex capite spoliatorum confiscari, incamerari, aut Fisco, seu dictæ Cameræ applicari, seu incorporari, minisque eorundem locorum fructus quoquo modo, & ad instantiam cujusvis personæ, etiam dictæ Cameræ, sequestrari possint ad instar Montis Religionum, ac omnibus, & singulis aliis privilegiis, exemptionibus, & facultatibus

Dotem impositam

Privilegia & exemptiones Montibus concedit.

facultatibus, & Indultis, quibus prædictus Mons Religionis, ac Fidei, Alumerlarum, Subsidii triennalis, S. Bonaventurae, & alii Montes Camerales non vacabiles, & illorum Montis utuntur, possunt, & gaudent, ac quomodocumque in futurum utentur, & gaudebunt, etiamsi noram magis specialem requirerent, quam præsentibus est expressum, prædictus Mons Salis sic erectus, & illius Montis pariformiter uti, potiri, & gaudere possint, & debeant, quodque Mons ipse, & illius loca redimi, seu extingui non possint, nisi post lapsum quinque annorum à data præsentium proximorum, & in casu extinctionis, seu redemptionis dictorum locorum post dictum quinquennium illorum extractio fieri debeat de more, & ad instar aliorum locorum Montium: Montis verò extracti pretium locorum extractorum ad rationem scilicet, centum monetæ pro quolibet loco recipere teneantur, & si neglexerint per quatuordecim dies post publicatam extractionem prædictam recipere, eis pro dictis locis extractis fructus amplius non currant, & dicta prætia penes Depositarium prædicti Montis risico, & periculo, & fortuna eorumdem Montistarum sic extractorum remaneant iisdem ad eorum requisitionem consignanda.

Dicti Montis nulli omnibus sub accere suber.

§. 5. Quodque respectu fructuum, & emolumentorum ad rationem prædictam dicto Monti assignatorum prædictus Mons, & illius loca nullis omnino diminutionibus, reductionibus, retentionibus, & quibusvis aliis contrariis dispositionibus, etiam prætextu urgentis necessitatis, seu etiam evidentis utilitatis Sedis, & Camerae Apostolicæ ex quavis causa cogitata, vel incogitata, & de necessitate exprimenda, durante dicto quinquennio subiaceant, vel obnoxia sint, sed ab illis semper excepta intelligantur, & cum effectu sint, nec aliquis ex ipsius Montis creditoribus, & Montistis, illorumque hæredes, & successores quicumque, seu ab eis quomodolibet causam habentes, & habituri super locis, & portionibus, & illorum integris fructibus, & emolumentis prædictis quoquo modo turbari, vel impediri, minusque ipsi ad pecunias in ipso Monte positas, & erogatas, aut aliquam illarum partem in necessitatem, seu utilitatem dictæ Camerae, aut alias quasvis causas conversas fuisse, vel esse, aut aliqua alia etiam necessaria, & requisita in iudicio, vel extra illud probandum, deducendum, aut alias quomodolibet verificandum ullo unquam tempore cogi possint, nec teneantur, minusque aliqua contraria probatio admitti, vel obesse queat.

Cameram Apost. pro ratione obligat.

§. 6. Et pro præmissorum omnium, & singulorum observatione, & manutentione, ac quacumque dicti Montis sic per Nos erecti, & illius locorum quorumcunque eversione, & defensione generali, & particulari dictam Cameraam nostram Apostolicam, illiusque introitus, redditus, & bona, ac jura omnia generaliter, specialiter, & expressè, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, in ampliori ejusdem Camerae forma obligamus, & hypothecamus.

Procurator constituit.

§. 7. Et ut Mons prædictus sic per Nos erectus rectè gubernetur, & regatur, eundem Hieronymum, & alios pro tempore existentes Thesaurarios generales protectores dicti Montis cum facultate deputandi ad vitam, vel ad tempus, prout sibi magis benefisum fuerit in Secretarium, & Computistam dicti Montis personas sibi benefisas, cum emolumentis per Secretarium, & Computistam dicti Montis Religionum percipi solitis, & cum aliis facultatibus solitis, & consuetis: Depositarium verò ejusdem Montis prædictum Marcellum Sacchetum, qui de solvendo fructus dicti Montis cuilibet Montis ejusdem Montis Salis, modo, & forma, & prout eidem Hieronymo Thesaurario visum fuerit, se obligare debeat ad nostrum, & successorum nostrorum Rom. Pont. beneplacitum, eorumdem tenore præsentium constituimus, & deputamus.

Clausulas preservari-vas apponit.

§. 8. Decernentes præsentem nostri Motus proprii cedula, omniaque & singula præmissa inviolabiter, donec Mons ipse duraverit, observari, vimque, & efficaciam habere, subque plenarios, & integros effectus,

fortiri, & obtinere debere, etiamsi nunquam in dicta Camera, & illius libris admittantur, & registrentur, minusque contra illa de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut defectu nostræ intentionis, vel quovis alio vicio, defectu, aut nullitate dici, vel opponi posse, sicque, & non alias per quoscumque Iudices, &c. etiam Congregationem Montium, Thesaurarium, Præsidentes Cictios ejusdem Camerae, Palatii Apostolici, & ipsius Camerae Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, etiam Camerarios, & de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Symmachi, Pauli II. Pauli IV. Pii IV. & aliorum Rom. Pont. prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ & Camerae non alienandis, & de registrando, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac etiam juramento, & alio quovis robore vallatis statutis, & reformationibus Urbis, & Camerae prædictæ: privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis concessis, approbatis, & innovatis, decretis etiam consistorialibus, consuetudinibus, cæterisque contrariis dispositionibus, quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, &c. illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus.

Hujus const. exemplis sine signature rades adhibenda.

§. 10. Volumus insuper, & decernimus, quod præsentis nostri motus proprii cedula sola signatura nostra sufficiat, etiam absque alia data, & registrata, & ubique in iudicio, & extra, tam illa, quam ejus transumpta etiam impressa per aliquem ex Camerae Apostolicæ Notariis subscripta, sigilloque dicti Thesaurarii munita fidem faciant, ac si cedula originalis ipsa exhibita foret, & nihilominus literæ, tamen forma Brevis, quam sub plumbo quancumque experiri possint cum clausulis opportunis, & extensionibus amplissimis, regula quacumque, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus.

Urbanus Papa VIII.

Subscriptio Papa.

Institutio Archivi generalis in Urbe.

L XIII.

Plura de Archivis notata invenies, & præcipue in Const. 15. Julii I. Sicut, Tom. 1. Const. Admonet; sed hic Pontifex Roma Generale Archivium instituit, & privilegia plurima cumulavit.

Edita A. D. 1625.

URBANUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officii Nobis meritis licet imparibus divina dispositione injuncti sollicitudo assidue cor nostrum pulsat, & commover, ut non solum ad ea quæ animarum salutem respiciunt, verum etiam quæ ad populorum, præsertim Almae Urbis nostræ, ac nobis, & Sedis Apostolicæ temporali ditioni subditorum utilitatem, pacem, tranquillitatem, perpetuamque securitatem pertinere noscuntur, vigilantia nostræ aciem dirigamus, & præsertim noxis illis, quæ ob non adhibitam satis exactam diligentiam in conservandis tam publicis, quam privatis Scripturis inter subditos nostros gravium nostra, eorumque molestia, fortunarumque suarum jactura frequenter exoriri, & vigere intelligimus, commoda aliqua ratione provideamus, & pro felici progressu eorum, quæ propterea à Nobis ordinantur, illorum curam egregiorum virorum prudentia demandemus, quorum opera, & studio feliciter gubernentur, ac lites facilius terminentur, prout pro Justitiæ complemento, & subditorum eorumdem quieti conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Cum

URBANUS OCTAVUS

Causa hu- jus conf.

§. 1. Cum itaque ex multiplicitate, & diversitate No- riariorum Urbis, & aliorum etiam ex eis impericia, & negligentia ac Instrumentorum, & aliarum scriptura- rum confusione, ac incuriosa custodia plurima damna, & incommoda Subditis nostris, & aliis irrogari, maxi- mum etiam detrimentum fidei publicae in dies inferri, eandemque non parvo in discrimine falsitatum & frau- dum versari, vicissim vero ex diligenti eorumdem In- strumentorum, & Scripturarum cura falsitates, & frau- des omnes evitari, dominia rerum, ac jura unicuique conservari, aliaque non modica pervenire bona satis exploratum, & abunde perceptum habentes, & in ple- riisque dominiis & regionibus exteris, ac etiam Roma- norum Pontificum Praedecessorum nostrorum auctori- tate fere in omnibus Civitatibus, & locis Status nostri Ecclesiastici publica, & generalia, & in ipsamet Urbe nostra quaedam particularia, Capitolinum videlicet, & Romanae Curiae, & forsitan alia Archivia erecta, & insti- tuta fuisse, ex eis tamen alia in desuetudinem abiisse, alia in multis deficere, neque per illa hujusmodi incommo- dis, damnis, & fraudibus, illarumque periculis sufficien- ter provideri animadvertentes, & ex Annalibus sacrae Historiae Romanae Ecclesiarum olim Archivium publi- cum sub nomine Cartophilacii habuisse, & Cartophi- lacii Officium magnae dignitatis, & auctoritatis apud eandem Romanam Ecclesiam, & Sedem Apostolicam extitisse memoria repetentes, & praemissis, quantum in nobis est, occurrere cupientes, nulla alia ratione satius praedictis nostris Subditis, & aliis omnibus, quam per erectionem Archivi publici, & generalis in dicta Urbe, ad quod Instrumenta publica, & aliae Scripturae per ejusdem Urbis Notarios, & alios infrascriptos rogata pro tempore deferri, & in eo asservari debeant, con- sultum iri censuimus, pro eorumdem Urbis, & Roma- nae Curiae ornamento, & Instrumentorum, ac Scriptu- rarum tuta, & perpetua conservatione, nostrorum Subditorum, & aliorum securitate, ac publica, & privata omnium utilitate ad erectionem hujusmodi de- venire decrevimus.

Card. Super- intendentē a Summo Pontif. pro temporali- gendum in- stituit, & locum desi- gnat, & Conserva- torem creat, & emolu- menta desi- gnat.

§. 2. Motu igitur proprio, non ad alienum Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine Archivium generale Urbanum nuncupandum sub protectione, & suprema Superintenden- tia dilecti filii Francisci S. Agathae Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, nostri secundum carnem ex fratre germano Neporis ejus vita durante, & post illius obitu- tum unius ex ejusdem S. R. E. Cardinalibus per pro tem- pore existentem Romanum Pontificem ad id specialiter deputatum, in dicta Urbe, in loco prope Plateam Prin- cipis Apostolorum de Urbe nuncupatam per Nos desi- gnato, & pro ejusdem Archivi generalis bono regi- mine, & administratione unum Conservatorē ejusdem Archivi generalis officium pro uno Clerico, vel laico Utriusque Juris Doctore, vitae, ac morum probitate, & experientia praedito, ac aliis sufficienti, & idoneo Con- servatore Archivi generalis Urbani nuncupando, ad nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis nutum ponendo, & amovendo, cum infrascriptis, & aliis omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, hono- ribus, praerogativis, & oneribus in Capitulis per dilectum filium nostrum Antonium dictae S. R. E. Pres- byterum Cardinalem S. Honuphii nuncupatum, de mandato nostro subscriptis expressis, & aliis etiam per pro tempore existentem Archivi generalis hujusmodi Superintendentem Cardinalem quaecumque ampli- dis, moderandis, & declarandis, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo erigimus, & instituimus, illique sic erecto, & instituto pro ejus dote, ac illud pro tempore obtinentis sustentatione, salario, & emolumentum, summam in particulari Chirographo etiam hodie manu nostra subscripto, ex taxis, ac omnibus Juribus, obventionibus, emolumentis, & aliis regalibus in dictis Capitulis contentis, & specificatis designandam dictae auctoritate etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, ac ex nunc applicatam, & appropriatam fore, & esse volumus, & declaramus.

§. 3. Itaut liceat eidem Conservatori pro tempore ex- stenti per se, vel alium ad id ab eo deputatum summam sic applicatam, & appropriatam ab iis, ad quos pro tem- pore spectabit, exigere, recipere, & retinere, ac in suos usus, & utilitatem convertere, nostra, vel Romani Pon- tificis pro tempore existentis licentia desuper minime requisita: Ac ut praedictum officium sic erectum, & institutum, illudque pro tempore obtinens amplioribus per Nos favoribus, & gratiis decoretur.

Facultatem tribuimus Conservatori emolumenta exigendi

§. 4. Quod pro tempore existens Conservator dicti Archivi nostri, ac pro tempore existentis Romani Pontificis verus, indubitatus & non fictus familiaris consu- tuus Commensalis, aliorumque familiarium, & consue- tuorum Commensalium numero, & consortio adscri- ptus, & aggregatus eo ipso existat, & Vestes violatae coloris ad instar nostrorum Cubiculariorum honoris nuncupatorum gesser, illisque arbitrio suo utatur, ac in signum verae, & indubitatae, ac non fictae familiaritatis hujusmodi singulis diebus ex Palatio Apostolico Panem ejusdem quantitatis, & qualitatis, prout dilectis filiis in utraque Signatura nostra Referendariis dari consuevit, habeat, decernimus, & Panem hujusmodi dietim sibi ex dicto Palatio dari mandamus.

Declarat illum esse mensuram panem quotidianum & alia privilegia

§. 5. Ad Archivium autem generale praedictum omnia testamenta, fideicommissa, legata, codicillos, dona- tiones causa mortis, & alias ultimas voluntates à qui- busvis Notariis publicis Urbis, etiam eorum officia ti- tulo oneroso à Nobis, & Sede praedicta, ac Camera Apostolica habentibus, necnon Parochis ejusdem Ur- bis, tam in ipsa Urbe, quam extra eam quomodolibet recepta, & rogata, ac super venditionibus, & venditio- num resolutionibus, & rescissionibus, cessionibus, re- nunciationibus, transactionibus, divisionibus, in solu- tum dationibus, permutationibus de, & super bonis, & rebus immobilibus factis, necnon censibus, & eo- rum extinctionibus, feudis, subfeudis, ac in emphyteu- sim, livellum, aut sub annuo censu, canone, vel alia responsione concessionibus, inter vivos donationibus, insinuationibus, dotibus, & pactis dotalibus, haeredi- tatum aditionibus, repudiationibus, & inventariis, emancipationibus, adoptionibus, arrogationibus, Ju- rispatronatibus irrevocabilibus, & ad vendendum, & donandum procuracionum mandatis, fidejussionibus perpetuis, ac alia instrumenta in capitulis praedictis latius descripta, & annotata, & per quovis Notarios Urbis praedictos, tam in Urbe, quam extra eam quo- modolibet, ut praefertur, recepta, & rogata sub modo, & forma in eisdem Capitulis praescriptis, & ordinatis de- ferri, & in eo respectivo recipi, annotari, ac diligenter, & perpetuo conservari, & custodiri debere volumus, praecipimus, & similiter mandamus.

Omnia in- strumenta ad Archi- vium deservenda jubeta

§. 6. Postremo dilectum filium Camillum Perinum Clericum Florentinum Utriusque Juris Doctorem apud Nos de literarum scientia, vitae, ac morum honestate, aliisque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu speculis gratiae favore prosequi volentes, eundem Camillum, de cujus fide, doctrina, prudentia, & in similibus experientia pluri- mum in Domino confidimus, in conservatorem dicti Archivi generalis ad nostrum, & dictae Sedis benepla- citum Motu, & auctoritate paribus constituimus, & deputamus: Francisco vero Cardinali, ac aliis dicti Archivi generalis, ut praefertur, deputandis Superinten- dentibus, & Gubernatoribus Edicta, Bannimenta, & proclamationes praedictum Archivium generale, vel illius negotia pro tempore quomodolibet concernentia sub suo nomine, ac sub penis etiam corporalibus sibi benevolis quoties opus fuerit publicandi, ac pro tem- pore emanata declarandi, interpretandi, ampliandi, & innovandi, ac executioni demandari faciendi, prout eidem magis expedire visum fuerit, necnon omnes cau- sas civiles, criminales, & mixtas super praemissis, & illorum occasione pro tempore motas, ac appellatio- num, reclamationum, recursum, ac in integrum resti- tutionum à sententiis, decretis, & gravaminibus per praedictum Camillum, & pro tempore existentem Con- servatorem dicti Archivi generalis latas, promulgatas, &

Primum Conservatorem creat, & solum Superintendentem cau- sas Archi- vi vult posse cognoscere.

URBANUS OCTAVUS

12
seu quomodolibet illis, cum omnibus, & singulis inci-
dentibus, dependentibus, annexis, & connexis, totisque
negociis principalibus, etiam privative quoad omnes
alios, manu regia, simpliciter, & de plano, sine strepitu,
& figura iudicii, ac rebus iudicialibus minime observata, ac
omni, & quacumque appellatione, recurfu, vel restitu-
tione in integrum remotis, per se, vel alium, aut alios à
Francisco Cardinale, & pro tempore existente Super-
intendente, & Governatore dicti Archivi generalis de-
purandos audiendi, cognoscendi, sineque debito termi-
nandi, & decidendi, aliaque omnia, & singula, quae ad
ipsius Archivi generalis directionem, ac rectam, & fa-
cilem administrationem, & gubernationem pertinent,
& alias circa praemissa necessaria fuerint, seu quomo-
dolibet opportuna ordinandi, mandandi, faciendi,
gerendi, exercendi, disponendi, & exequendi
plenam, & omnimodam potestatem, auctoritatem, &
facultatem concedimus, & impartimur.

*Clausulas
praeservari
voluerunt.*

§. 7. Decernentes eisdem praesentes etiam ex eo quod
Notarii, & eorum Collegia, quibus Officia, & scriptu-
rae titulo oneroso, vel alia per nos, & Romanos Pon-
tifices Praedecessores nostros, dictaque Camera
Apostolicam concessa reperuntur, vocati, & audiri
non fuerint, vel ex eo quod praemissa nulla causa sub-
sistente, & etiam de facto processerint, aut ex alia quan-
tumvis iudiciali, & legitima etiam necessarii exprimen-
da causa, vel quocumque pretextu de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae,
vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari,
retractari, & ad terminos Juris reduci, aut in jus, vel
controversiam revocari, seu adversus illas quodcumque
iuris, gratiae, vel facti remedium impetrari, aut etiam
Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus con-
cedi, vel sub quibusvis Constitutionibus, & Cancellariae
Apostolicae regulis editis, & edendis, ac literis Aposto-
licis in contrarium etiam pari Motu, ac Consistorialiter
emanatis, aut quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus
gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitatio-
nibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi
nullo unquam tempore posse, sed semper ab illis excipi,
& quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum,
in quo antea erant, validissimum Statum restitutas, re-
positas, & plenarie integratas, ac de novo etiam sub
quacumque posteriori data per pro tempore existentes
Cardinalem Superintendentem, & Conservatorem dicti
Archivi generalis quodcumque eligenda concessas,
validasque, & efficaces, etiam quod in dicta Camera
Apostolica nullo unquam tempore praesentarentur, aut
registrarentur, fore, & esse.

*Decretum
irritum
subjungit.*

§. 8. Si que, & non aliis per quocumque Iudices
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Ca-
merae Apostolicae Praesidentes Clericos, ac etiam eju-
dem S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, subla-
eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & inter-
pretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, irritum
quoque, & inane si secus super his à quoquam qua-
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

*Quocirca
deputat.*

§. 9. Quocirca dilectis filiis Urbis nostrae Guberna-
tori, & causarum Curiae dictae Camerae generali Audi-
tori, & dilecti filii nostri in eadem Urbe, ejusque di-
stricti Vicarii in spiritualibus Generalis in Civilibus
causis Locumtenenti Motu pari per Apostolica scripta
mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per
se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis con-
tenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quo-
ties pro parte Francisci Cardinalis, & Camilli praedi-
ctorum, ac pro tempore existentium dicti Archivi Pro-
rectoris, & Conservatoris fuerint requisiti, solemniter
publicantes, illisque efficaci defensionis praesidio assi-
stentes faciant eisdem praesentes, & in eis contenta hu-
jusmodi ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore
spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Fran-
ciscum Cardinalem, & Camillum, ac pro tempore exi-
stentes Prorectorem, & Conservatorem huiusmodi illi
pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper
per quocumque quomodolibet indebitè molestari,

Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, &
penas Ecclesiasticas, aliaque oportuna Juris, & facti
remedia appellatione postposita contempcendo, ac sen-
tentias, censuras, & penas ipsas servari forma Concilii
Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato
etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis,

*Comparatis
collit.*

§. 10. Non obstantibus praemissis, & quatenus opus
sit nostra de non tollendo jure quaesito, ac fel. record.
Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri sub Datum vi-
delicet Octavo Idus Augusti Pontificatus sui Anno sex-
to edita, inter alia disponente, quod omnes gratiae qua-
lescumque interesse Camerae concernentes infra certum
inibi expressum tempus in eadem Camera praesentari,
& registrari debeant, aliisque Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac Urbis, & aliarum quarum-
cunque Civitatum, Locorum, Oppidorum, Districuum,
necnon Collegiorum, Monasteriorum, Ecclesiarum, &
aliorum Piorum, & non piorum locorum, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmita-
te alia roboratis statutis, reformationibus, decretis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis
Apostolicis, exemptionibus, immunitatibus, & con-
cessionibus Officiorum, & Notariatum, etiam titulo
oneroso, tam à Nobis, quam Romanis Pontificibus
Praedecessoribus nostris, & Camera praedicta, etiam
per viam contractus, seu alia quomodolibet tam pra-
dictis omnibus, & singulis, quam etiam Iudicibus,
Officialibus, Scriptoribus, Notariis, eorumque Col-
legiis, & Superioribus, dictaque Camerae, ejusque
causarum Auditori generali, & Procuratori Fiscali,
aliisque etiam personis sub quibuscumque tenoribus,
& formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam
motu simili, etiam consistorialiter, ac aliis in contra-
rium quomodolibet concessis, approbatis, confirma-
tis, ac innovatis, & in futurum concedendis, appro-
bandis, confirmandis, & innovandis, quibus omni-
bus etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas
generales idem importantes mentio habenda, aut ali-
qua alia exquisita forma ad id servanda foret, tenores
hujusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes,
illis aliis in suo robore permanerentibus, hac vice dum-
taxat etiam Motu hujusmodi specialiter, & expresse
derogamus, ac derogatum esse volumus, & mandamus,
contrariis quibuscumque. Aut si quibusvis communi-
ter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod in-
terdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per
litteras Apostolicas non facientes plenam, & expref-
sam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi
mentionem.

*Publicatio
in Urbe om-
nes archat.*

Volumus autem, quod eadem praesentes una cum
Capitulis, ut praefertur, faciendis, ut omnibus inno-
tescant, ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de
eadem Urbe, & Cancellariae Apostolicae praedictae, ac in
acie Campi Florae publicentur, & affigantur, dimissis
inibi earum copiis, quae perinde omnes archat, ac si
unicuique personaliter intimatae fuissent.

*Hujus conf.
transumptis
fides adhi-
benda.*

Quodque earundem praesentium, & Capitulorum,
ut praefertur, conficiendorum transumptis, & exempla-
ribus etiam impressis, ac manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ec-
clesiastica constitutae munitis ea prorsus fides adhi-
beatur, tam in iudicio, quam extra, quae eisdem praesen-
tibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Penas indi-
cit.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostrae erectionis, institutionis, applicationis, appropria-
tionis, praeccepti, constitutionis, deputationis, imparticio-
nis, decretorum, derogationis, mandatorum, & volunta-
tum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Om-
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apосто-
lorum ejus se noverit incursum.

*D. P. A. 3-
die 16. Dec.*

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno In-
carnationis Dominicae 1623. sexto decimo Kalend. De-
cembrii, Pontificatus nostri Anno tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1626. Publicatio.
Indizione

URBANUS OCTAVUS.

Edizione nona, die vero 17. mensis Julii, Romae. ...

Augustinus de Bolis pro Mag. DD. Curf.

LXIV. Quod Fratres Discalceati Ordinis SS. Trinitatis ...

LXV. Supressio Congregationis Fratrum Reformatorum ...

Fratres Minores Conventuales Reformatos nihil proprium habere posse decrevit Pius V. Const. 61. ...

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, quem Salvator, & Dominus noster omnium Ecclesie suae Ordinum Patrem, & Pastorem constituit, ut juxta verbum Propheticum noxia evellat & destruat, utiique & salubria planter, & aedificet, ea interdum, quae certis etiam rationabilibus ex causis a Sede Apostolica sancita sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & ex majoribus causis, quibus praesertim felici Religiosorum statui cum divini cultus incremento consulitur, revocat, & immutat, in hisque sollicitudinis, & providentiae suae studium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debita pensatis conspiciet in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem fel. record. Sixto Papae V. Praedecessori nostro pro parte dilectorum Fratrum Minorum Conventualium reformatorum S. Francisci exposito, quod ipsi strictiorem vitam agere, & se reformare coeperant, aliosque Conventus acquiliverant, & in his sub obedientia Protectoris, & Superiorum Ordinis hujusmodi vivebant, idem Sixtus praedecessor, ne ipsos Fratres Reformatos, eorumque Congregationem super reformatione hujusmodi inquietari contingeret: Supplicationibus eorumdem Fratrum Reformatorum nomine sibi humiliter porrectis inclinatus, Reformationem praedictam ubicumque locorum coeptam, & introductam, & ex tunc in dies introducendam, ac pro ea, & illius felici directione facta Statuta, & Ordinationes cum inde secutis quibuscumque Apostolica auctoritate perpetuo approbavit, & confirmavit, nonnullaque alia fecit, statuit, & ordinavit sub certis modo, & forma tunc expressis, prout in dicti Sixti praedecessoris, sub plumbo desuper, sub datum Romae apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicae 1587. Idibus Octobris, Pontificatus sui anno tertio, seu alio priori tempore expeditis litteris, quarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Bullarii Magni Tom. V.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, Congregatione Fratrum Conventualium Reformatam in modis, non in Ecclesia Dei spirituales fructus, qui sperabantur, prodierint, sed quamplures differentiae inter eosdem Fratres Reformatos, ac Fratres Conventuales non reformatos dicti Ordinis ortae sint, & vigeant ad praesens. Nos praemissa, quantum cum Domino possimus, obviare, ac aliis desuper opportune providere volentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine ex praemissis, aliisque justis, & rationabilibus causis animum nostrum moventibus Congregationem Fratrum Conventualium Reformatorum hujusmodi, omniaque, & quaecumque illius officia, & ministeria, necnon domos, ac loca regularia quaecumque, & in quibusvis Provinciis existentia, ac ad eos spectantia, & Statuta, consuetudines, & decreta etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, ac pariter privilegia, & indulta generalia, & specialia, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis haberi volumus, quibuscumque illa sint concepta formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, ac vinculis munita, tenore praesentium perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac quaecumque Congregationis sic suppressae officia, administrationes, & dignitates tollimus, & abrogamus, ab eisque Domos, Conventus, & loca, ac bona immobilia, mobilia, & se moventia ubique gentium constituta, sacra quoque, & communem suppellectilem, ipsorumque omnium usum, usum fructum, administrationem, ac possessionem spirituales, & temporales, necnon jus, & actionem eis quomodolibet pertinentia, Apostolica auctoritate eorundem tenore praesentium auferimus, & ablata esse, & ceteri volumus: Necnon Domos, Conventus, loca, suppellectilem, bona, res, actiones, & jura praedicta eorumque proprietatem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupationum auctoritate, & tenore praesentis concedimus, & assignamus.

§. 3. Insuper volumus, ut Fratres Reformati praedicti, ad Fratres dicti Ordinis S. Francisci Capuccinos, seu de Observantia nuncupatos, tam de Familia, quam Reformatos infra duos menses a die publicationis praesentium, si id eis videbitur, & benevolos invenerint receptores, transeant, & quilibet eorum transeat, ibique per superiores domorum hujusmodi, quas ipsi elegerint, recipiantur, ac ad eorum habitum, & professionem Regulares, etiam absque alio Novitiatu admittantur, transire autem volentes, dilecto filio Ministro generali dicti Ordinis Fratrum Conventualium, per Conventus sui Ordinis, retenta tamen Reformatione, arbitrio suo juxta providam per eum desuper faciendam assignationem distribuendi facultatem concedimus.

§. 4. Sub hac tamen suppressione, & extinctione, aliisque praemissis domum regularem Neapolitanam suppressae Congregationis hujusmodi pro nunc comprehendendi nolumus; sed qui in ea ad praesens sunt Fratres de familia ibi remaneant sub obedientia dicti Ministri generalis, ita tamen quod de cetero illius Superiores nullum ad habitum Regularem, neque etiam in locum eorum, quos decedere contigerit, minusve alios suppressae Congregationis hujusmodi Fratres admittere possint sub penis quoad receptos, vel admissos apostatae, quo vero ad recipientes, vel admittentes, privationis officiorum, necnon vocis activae, & passivae eo ipso incurrendis.

§. 5. Insuper Domum S. Antonii de Padua nuncupatae de Urbe in capite Domorum existentium, ac ejus Ecclesiam, Cellas, Hortos, Viridaria, Aquarum derivationes, aliaque officinas, necnon reliqua bona immobilia tantum illi adjacentia, ac quae ipsi Fratres per praesentes suppressi inibi possident, Camerae postre Apostolicae applicamus, & incorporamus, ac nostrae & successorum nostrorum dispositioni reservamus.

§. 6. Decernentes praesentes litteras, etiam si dicti Fratres Conventuales Reformati hujusmodi per praesentes suppressi

173

Suppressio

Supprimi omnia, iura & conventus.

Quod transiunt ad Capuccinos & Observ.

Eximuntur Frat. & Conventus Neapol.

Applicat iura Conventus de Urbe Cam. Apost.

Decretum irritant.

URBANUS OCTAVUS

suppressi ad hoc vocati, & auditi, ac causae propter quas praesentes emanarunt, veritate non fuerint, seu aliis quibusvis de causis, quantumvis urgentibus, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæsito praetextu, vel colore ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari, aut quemquam impetrato, seu etiam Motu, & potestatis plenitudine similibus concessio nullatenus uti posse, sed eadem praesentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, in quibusque plenariis, & integris effectibus fortiri, & obtinere: Necnon Camerae praedictae, ac dicto Ordini Fratrum Minorum Conventualium respectivè plenissime suffragari, ab omnibus vero ad quos spectant, inviolabiliter observari debere, sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus nostrae de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis generalibus, & specialibus hujusmodi, necnon praedictis Sixti Praedecessoris, & quibusvis aliis Literis Apostolicis dictae Congregationi, ejusque Superioribus, & personis, eorumque singulis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, & in specie concessis, confirmatis, & innovatis, ac Mare magnum, Bulla aurea, & aliis quomodolibet nuncupatis quoruncumque illarum tenoribus, per quas praesentibus non expressas, vel totaliter non insertas, effectus earundem praesentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, earumque totis tenoribus habenda esset mentio specialis.

Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & dicti Ministri Generalis, aut alicujus Provincialis dicti Ordinis Fratrum Conventualium sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 6. Februarii 1626. Pontificatus nostri anno tertio.

V. Theat.

LXVI. Edita A.D. 1626. 23. Mart. Pont. An. 3.

Contra extrahentes, seu permittentes, ut extrahantur libri, ac etiam manuscripta à Bibliothecis Fratrum Ordinis Praedicatorum. Habetur Tomo 4. 55. in ordine, fol. 108. incipit: Cum sicut.

LXVII. Edita A.D. 1626. 23. Apr. Pont. An. 3.

Declaratio quod S. Elizabeth Regina Portugaliae Tertium Ordinem S. Francisci expressè fuerit professsa. Reperitur Tomo 4. 56. in ordine, fol. 108. incipit pariter: Cum sicut.

LXVIII. Edita A.D. 1626. 9. Maj. Pont. An. 3.

Statuit Pontifex, quod in universo Ordine B. Mariae Redemptionis Captivorum Festum S. Raymundi Nonnati cum Officio, & Missa de communi Confessoris non Pontificis liberè, & licitè celebrari possit. Reperitur in Appendice Tomo 4. ordine 15. fol. 304. incipit: Domini N. I. C.

LXIX.

Confirmatio Privilegiorum Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, Recollectorum nuncupatorum.

Horum Fratrum privilegia confirmavit etiam Greg. XV. Caes. 25. Ordinem ipsorum approbavit Gregor. IX. in Const. 9. Tom. 1. Fratres praedictos certis diebus solemnem benedictionem, & absolutionem facere posse statuit Clem. VIII. Const. 4. Tom. 3. ejusque benedictionis forma habetur in Const. 79. ejusdem. Tom. 3.

URBANUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1626.

IN supremo Apostolica dignitatis culmine meritis licet imparibus divina dispositione constituti, ad ea, quae pro Regularium locorum, & personarum in eis sub suavi Religionis jugo ad proximam subventionem praestitum viventium indemnitate, & commodis per Romanos Pontifices Praedecessores nostros liberaliter concessa fuerunt, libenter intendimus, eaque ut perpetuo firma, & illibata perstant, cum à Nobis petitur Apostolico minime roboranda, prout conspiciuntur in Domino salubriter expedire.

Proemium.

§. 1. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Didaci de S. Raymundo moderni Procuratoris Generalis, & Religiosorum Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Recollectorum nuncupatorum petitio continebat, quod dudum sel. record. Gregor. IX. & deinde diversis aliis, & tandem pie memoriae Greg. XV. Romani Pontifices Praedecessores nostri diversas gratias, & privilegia, praesertim vero ad opus Redemptionis Captivorum hujusmodi spectantia, Religiosis dicti Ordinis concesserunt, prout in diversis Literis Apostolicis desuper confectis plenius continetur.

Manus.

§. 2. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, Didacus, & Religiosi praedicti plurimum cupiant pro firmiori, & majori gratiarum, & privilegiorum hujusmodi subsistentia, illa per nos approbati, & confirmari, pro parte Didaci, & Religiosorum praefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui honestis Fidelium votis libentes annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, Didacum, & ejusdem Religionis singulares personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon singularum literarum hujusmodi tenores, ac datas praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, gratias, & privilegia quaecumque dicto Ordini per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros concessa, & desuper confectas literas, dummodò illa sint in usu, nec revocata, neque sub ullis revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, & constitutionibus Apostolicis, & Institutis Regularibus dicti Ordinis minime adversentur, Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus.

Confirmat prout in tab.

§. 4. Decernentes Didacum, & Religiosos praedictos illis omnibus, & singulis liberè, & licitè frui, & gaudere; nec eos desuper à quoquam quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari quoquo modo posse.

Decretum irritant.

§. 5. Eaque per omnes, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus omnibus, quae in dictis literis concessa sunt non obstare, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 7. Nulli

URBANUS OCTAVUS

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate peccaverit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae 1626. septimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

D.P. An. 3.
die 10. Jul.

LXX.
Edita A.D.
1626. 8.
Jul. Pont.
A. 3.

Confirmatio Constitutionum, & Statutorum pro Monachis Caelestini Ordinis S. Benedicti, novissime de mandato hujus Pontificis editorum. *Extat Tomo 4. ordine 56. fol. 109. incipit: Sacrosanctum.*

LXXI.
Edita A.D.
1626. 30.
Jul. Pont.
An. 4.

Revocat omnia privilegia, immunitates, &c. omnibus Religiosis Hispaniarum per Apostolicam Sedem, vel ejus Nuncios in his partibus, aut eorum Superiores concessa, ac prohibet illa de caetero absque licentia concedi. *Extat Tomo 4. ordine 57. fol. 109. incipit: Pastoralis officii.*

LXXII.
Edita A.D.
1626. 19.
Aug. Pont.
A. 4.

Dividit Congregationem Fratrum Eremitarum Discalceatorum Italiae S. Augustini in quatuor Provincias, & instituit quatuor Provinciales pro earum gubernio. *Habetur Tomo 4. 58. in ordine pag. 110. incipit: Ad uberes.*

LXXIII.
Edita A.D.
1626. 10.
Sept. Pont.
A. 4.

Declaratio quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R.E. Cardinales praesunt, ex indulgentia conferendi Beneficia Ecclesiastica reservata, vel affecta, eisdem Cardinalibus concessis, nullum jus praetendere possint. *Reperitur Tomo 4. 59. in ordine pag. 111. incipit: Accepto quodd.*

LXXIV.
Edita A.D.
1626. 10.
Sept. Pont.
A. 4.

Declaratio, quod S.E.R. Cardinales Ecclesiarum Praefules Indulto conferendi beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus praesunt, vel quarum regimini ultimò cesserunt, dumtaxat uti possint. *Reperitur Tomo 4. 60. in ordine pag. 112. incipit: Licet nullus.*

LXXV.
Edita A.D.
1626. 25.
Nov. Pont.
A. 4.

Revocatio omnium gratiarum, exemptionum, &c. conceularum assistentibus Ultramontanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, &c. *Extat in Tomo 4. 61. in ordine, fol. 112. incipit: Romanus Pontifex.*

LXXVI.
Edita A.D.
1626.

Mandat Priorem, pro tempore, Monasterii Abbatiae nuncupatae S. Gregorii de Urbe Congregationis Camaldulensium, censeri etiam Procuratorem Generalem ipsius Congregationis.

De his Eremitis Camaldulensibus quamplura scripsit Leo X. Const. 2. Tom. 1. pro bono regimine eorumdem.

Exordium.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Declaratio de qua in rubrica.

Felici, ac prospero Monasterii Abbatiae nuncupatae S. Gregorii de Urbe Congregationis Camaldulensium, quod dilectus Filius noster Scipio tit. S. Chrysgoni Presbyter Cardinalis Burghelius nuncupatus in commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtinet, quantum cum Domino possumus, consulere volentes.

§. 1.

Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine officium Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis Priori dicti Monasterii, ita ut statim atque quis in monasterio hujusmodi Priorem eligeret, etiam Procurator Generalis ipsius Congregationis electus censeatur, & è converso, tenore praesentium perpetuò unimus, annectimus, & incorporamus, volumusque ut unio, annexio, & incorporatio hujusmodi cum priorem praesentis Procuratoris Generalis, cui nullatenus Bullarii Magni Tom. V.

praedjudicare intendimus, officium cessaverit, effectum sortiantur, utque pro alimentis, vel aliis sumptibus Abbatis Generalis, vel Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis, qui idem non sit Prior dicti Monasterii, ex redditibus, vel proventibus ad Ecclesiam, seu Monasterium Sancti Gregorii quomodocumque pertinentibus de caetero nil profus detrahi, aut infirmi possit.

§. 2. Praeterea Monasterium ipsum, seu illius Priorem ab omnibus, & quibuscumque taxis, seu contributionibus, tam à Capitulo Generali, quam ab ipso Priore Generali, seu quibusvis aliis Superioribus dictae Congregationis quacumque ob causam impositis, vel imponendis auctoritate, & tenore praedictis totaliter eximimus, & liberamus.

§. 3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indulgentis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Decembris 1626. Pontificatus nostri anno quarto.

Declarat Monachos Monasterii Ripolensis, Ordinis S. Benedicti teneri ad recitandum Officium B. Mariae Virginis, & Defunctorum quotidie, juxta veterem consuetudinem.

Monachi Casinenses Horas Canonicas in Choro recitare tenentur. Paul. V. Const. 33. Tom. 3. Horum Monachorum materiam vide ad Const. 1. Julii 11. Tom. 1.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1627.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut dilectus filius Abbas Monasterii Ripolensis Ordinis S. Benedicti in Principatu Cathalauniae, Nobis nuper exponi fecit, Monachi dicti Ordinis, acceptato novo Breviario Monastico, seu etiam Romano, veterem consuetudinem recitandi quotidie Officium B. Mariae Virginis, & Defunctorum intermiserint, & ad recitationem hujusmodi se minime teneri praetendant, proindeque per Nos desuper de opportuna declarationis remedio provideri desideret.

§. 1. Nos ejusdem Abbatis votis hujusmodi annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus Propositorum consilio, Monachos praedictos etiam post acceptatum novum Breviarium Monasticum, sive etiam Romanum hujusmodi, ad recitandum quotidie

Officium B. Mariæ Virginis, & Defunctorum, ut præferatur, juxta veterem consuetudinem omnino teneri, & obligatos existere, atque ita ab omnibus ceteri, & ab ipsis Monachis observari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Contrariis derogat.

§. 2. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Dat. P. A. d. die 2. Janu.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 2. Januarii 1617. Pontificatus nostri Anno quarto.

LXXVIII.

Excommunicatio Hæreticorum cujuscumque sectæ, etque faventium, &c. ac Schismaticorum, & contravenientium contentis in Bulla Cœnæ. Reperitur Tomo 4. 62. in ordine fol. 119. incipit: Pastoralis Romani.

Edita A. D. 1617. 1. Apr. Pont. A. 4.

LXXIX.

Declaratio quod B. Mariæ Magdalena de Pazzis, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo exitit. Ac extensio indulti recitandi Officium, & Missam de ea in omnibus Ecclesiis Diocesis Florentinæ, & universa ditione Magni Ducis Etruriæ. Extat Tomo 4. ordine 63. fol. 116. incipit: In supremo.

Edita A. D. 1617. 23. Apr. Pont. A. 4.

LXXX.

Erectio Collegii Illyrici nuncupandi in Civitate Laurerana, pro adolescentibus ex Illyricis Provinciis ibi educandis, cum privilegiorum, & indultorum clarigatione. Reperitur Tomo 4. ordine 64. pag. 117. incipit: Zelo domus.

Edita A. D. 1617. 1. Jun. Pont. A. 4.

LXXXI.

Confirmatio, & innovatio Constitutionum Sixti V. Clem. VIII. & Pauli V. super prohibitionem alienandi Fortalitia, & Castra, aliisque bona jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolicæ licentia. Reperitur Tomo 4. 63. in ordine, fol. 120. incipit: Decens, & æquum.

Edita A. D. 1617. 1. Jun. Pont. A. 4.

LXXXII.

Erectio Collegii in civitate Pragensi Bohemiæ Metropoli, pro Scholaribus Germanicæ nationis sustentandis, & liberalibus disciplinis imbuendis, ac reddituum attributio, & indultorum concessio, & communicatio. Habetur Tomo 4. 66. in ordine, fol. 122. incipit: Quoniam divinæ.

Edita A. D. 1617. 1. Jun. Pont. A. 4.

LXXXIII.

Nova institutio Collegii in civitate Viennæ Austriae pro Scholaribus Germanicæ nationis ibi liberalibus disciplinis instruendis, cum proventuum assignatione, privilegiorum concessione, & communicatione. Habetur Tomo 4. 67. in ordine, fol. 124. incipit: Quoniam divinæ.

Edita A. D. 1617. 1. Jun. Pont. A. 4.

LXXXIV.

Declaratio, quod Fratres Capuccini sunt verè Fratres Minores Ordinis S. Francisci, ac ex illius vera, & nunquam interrupta linea descendunt, sub illius Regula militant, & militarunt. Reperitur Tomo 4. ordine 68. fol. 126. & 127. incipit: Salvatoris.

Edita A. D. 1617. 28. Jun. Pont. A. 4.

LXXXV.

Revocatio reservationum pensionum perpetuarum super beneficiis Ecclesiasticis, ad Collegiorum, & piorum locorum favorem factarum, & indultorum imponendi pensiones etiam temporales quibusvis concessorum. Extat Tomo 4. 69. in ordine fol. 127. incipit: Sanctissimus D. N.

Edita A. D. 1617. 10. Jul. Pont. A. 4.

LXXXVI.

Separatio Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum à Discalceatorum nuncupatorum à Calceatis.

Ne jam iudicata otiose repetam, te remitto ad eam, qua notavi ad Const. 13. Greg. XV. Aliàs à nobis, ubi agitur de hac separatione à Calceatis.

Edita A. D. 1617.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Præmissum.

IN Sede Principis Apostolorum nullis licet nostris suffragantibus meritis, divinâ providentiâ constituti,

Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei instantiam prosperum statum, & licetque directionem suaveris desiderantes affectibus, ea quæ propterea concorditer facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuè, & illibata remaneant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communitimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, alijs inter dilectos filios Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Calceatos ex una, ac Fratres ejusdem Ord. Congreg. Discalceatorum nuncupatorum ex altera partibus infra scripta Capitula occasione separationis, ac totalis dismembrationis Discalceatorum hujusmodi à Fratribus Calceatis prædictis de mandato dilecti filii nostri Gasparis etc. S. Crucis in Hierusalem Presbyteri Cardinalis Borgiæ nuncupati, ejusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem protectoris, intervenientibus, & assistentibus dilectis similiter filiis Joanne de Auxillon tunc uti Vicario Generali, & Provinciali, ac Procuratore Generali in Romana Curia, ac Petro de Gasman, etiam tunc Procuratore Provincie Castellæ ejusdem Ordinis, necnon Didaco de S. Paulo tunc similiter ejusdem Ordinis Procuratore Generalis, inita fuerint tenoris subsequenti, videlicet.

§. 2. In primis statuitur, quod supplicetur Suae Sanctitati nomine partium supradictarum, ut pro hac vice dumtaxat dignetur nominare unum Vicarium generalem Recollectum, qui habeat eandem auctoritatem, Jurisdictionem, præminentiam, & superioritatem super omnes Recollectos, illiusque Monasteria utriusque sexus, quam habet Reverendiss. Generalis super totam Religionem Calceatorum, & qui similiter possit nominare Provinciales, Dispositores, Electores, & Procuratores Generales Provinciarum Castellæ, Bæticæ, ac Siciliæ pro hac vice dumtaxat, & assignare locum, in quo sit celebrandum Capitulum Generale futurum, ac dividere, & nominare Provincias.

§. 3. Item quod Vicarius Generalis Apostolicus gubernet Recollectionem uti supremum caput à die notificationis Bullæ, seu Motus proprii emanandi in confirmationem horum Capitulorum usque ad primum Capitulum generale celebrandum in die Pentecostes anni proxime venturi 1622. in quo poterit reeligi, si sic bene visum fuerit convenire Recollectioni.

§. 4. Item quod à die Pentecostes anni 1622. in posterum futuris perpetuè temporibus quolibet sexennio debeat celebrari Capitulum generale Recollectionis in die Pentecostes, servando in omnibus Ordinem, qui servatur à Patribus Calceatis. Interim quod non fiant Constitutiones à Discalceatis.

§. 5. Item quod vox, tam activa, quam passiva pro electione hujusmodi Vicarii Generalis solum competat Religiosis Recollectis, absque eo quod Patres Calceati, & eorum Reverendiss. Generalis possint modo aliquo concurrere, nec intervenire in illa, nec in illis actibus Capitularibus.

§. 6. Item quod Vicarius Apostolicus generalis eligat in qualibet Provincia unum Procuratorem Generalem, & quatuor Dispositores, ad quos pertineat, unà cum Procuratore Generali Romanæ Curie, electio futuri Capituli generalis, qui debeat residere, vel nominare Præsidentem in omnibus Capitulis.

§. 7. Item, quod si contigerit Vicarium Generalem Apostolicum ex hac vita migrare ante nominationem Provincialium, in tali casu succedat in officio ejusdem Vicarii Generalis Commissarius, qui fuerit Bæticæ, & in illius defectum Commendator, qui tunc temporis fuerit Monasterii S. Barbaræ Oppidi Martini, & eo non existente, Commendator Recollectus Civitatis Hispaniæ, & in defectum talis Commendatoris ille, qui fuerit Monasterii nuncupati de San Lucar de Barrameda: quod si talis mors eveniat facta jam nominatione Provincialium, tunc temporis succedat in dicto Officio Vicarii Generalis Provincialis ejusdem Provincie, cujus erat Vicarius Generalis, & eo deficiente Vicarius Provincialis, & illo non existente, dispositio antiquior ejusdem Provincie.

§. 8. Item

Capitula observanda pro pacifica separatione

Eligatur Vicarius Apost.

URBANUS OCTAVUS.

§. 8. Item quod Reverendissimi Generalis, & Patres Provinciales Calceati renunciant omni meliori modo de Jure locum habente Jurisdictioni, potestati, superioritati, & præminentie illis quomodolibet spectanti, vel quæ in futurum quomodolibet poterunt spectare, vel pertinere super Recollectionem, illiusque Monasteria utriusque sexus, Item quod similiter renunciant actioni interveniendi Capitulis Generalibus, & Provincialibus Discalceatorum, in quibus nullus Calceatus possit intervenire, nec modo aliquo vocem habere. Item quod similiter Patres Calceati renunciant omni superioritati, jurisdictioni, electioni, & actioni quomodolibet competentibus illis, vel pro tempore competitoris ad obtinendum prælationes in Monasteriis Religiosorum Recollectionis utriusque sexus nunc, & pro tempore existentibus, excepto Monasterio Monialium Recollectarum Oppidi Matriti, quia hoc Monasterium debet remanere sub eadem obedientia, sub qua modò militat.

§. 9. Item quod Patres Recollecti non possint assistere Capitulis Generalibus, vel Provincialibus Calceatorum, nec in illis habere vocem, sive activè, sive passivè, & quoad hunc articulum renunciant omni actioni, & juri nunc, & pro tempore quomodolibet eis competenti. Item quod similiter renunciant, & abdicant à se quancumque prætentionem, actionem, vel jus, quæ nunc habent, & pro tempore quomodolibet habere, vel præterire possunt ad obtinendas prælationes in Monasteriis Calceatorum utriusque sexus, illis, vel illius Provincie hucusque annexis.

§. 10. Item pro quanto rationabiliter Recollectio veteretur, ne tempus oblivioni mandet tot beneficia accepta à dicta Religione Calceatorum ejus matre, statuitur, quod Vicarius generalis Recollectus infra tres menses à die suæ electionis teneatur illam præsentare Reverendissimo Generali Ordinis, qui si fuerit canonica, necessariè illam confirmet: & hæc sola præmentia reservatur Reverendissimo Generali super Recollectionem: quod si facere recuset infra quindecim dies ab illius præsentatione accedat, & recursum habeat pro illius confirmatione ad Nuncium Sux Sanctitatis in Regnis Hispaniarum commorantem.

§. 11. Item ob paucitatem suffragiorum, quæ pro nunc in Capitulo generali vocem habebant, statuitur, quod Procuratores Provinciales cujuscumque Provincie Discalceatorum in electione Vicarii Generalis habeant vocem activam, sicut Diffinitores Capituli generalis.

§. 12. Item quod Ministerium Redemptionis solum spectet Religiosis Calceatis, & quod Patres Recollecti non se intromittant in recipiendis legatis à Christi Fidelibus relictis ad dictum effectum, nec possint petere in suis Monasteriis, nec extra pro redimendis captivis, nec habere cippos, nec captas, nec aliquid aliud pro elemosyna petenda hæc de causa, quia totum hoc debet mandari curæ, & sollicitudini Patrum Calceatorum dumtaxat, sicut usque nunc fuit in consuetudine. Et ad tollendos serupulos, & sedandas conscientias, statuitur, quod nomine partium fiat instantia S. D. N. quatenus dignetur declarare, Religiosos Recollectionis liberos, & deobligatos esse ab executione quarti voti, & similiter prædictarum partium nomine eidem Sanctissimo supplicetur, quatenus etiam dignetur communicare, & concedere Recollectioni omnia indulta, & privilegia, quæ hucusque in favorem Religionis Calceatorum à Sede Apostolica emanarunt, & in posterum emanabunt, etiam illa, quæ intuitu Redemptionis eidem Religioni sunt concessa, taliter quod talis extensio dumtaxat fiat quantum ad fructus spirituales, nullum reservando, & non quantum ad jus administrandi dictam Redemptionem, & percipiendi fructus, elemosynas, & alia ad eam quomodolibet spectantia, nam quantum ad hoc exclusi, & privati in perpetuum manebunt.

§. 13. Item quod omnia decreta, & Bullæ Apostolicæ in favorem Recollectionis concessa adimpleantur de verbo ad verbum, dummodo in toto, vel in parte non contraveniant his præsentibus Capitulis.

§. 14. Item quod Vicarius Generalis Recollectionis à Ballarii Magni Tom. V.

Sua Sanctitate electus statim quod fuerit à Norario publico requisitus cum Brevis Apostolico teneatur exercere suum officium, primitus, & ante omnia jurando adimplere in omnibus hæc Capitula, & quodcumque illorum: & contrarium faciendo gratiâ Sanctissimi sit, & intelligatur nullius roboris.

§. 15. Item quod concordia debeat tam à Religiosis Calceatis, quàm Discalceatis in suis primis Capitulis generalibus respectivè ratificari, & quod si qualibet ex partibus huic concordie contraverit in toto, vel in parte, vel illam non ratificaverit, videatur amittere jus, quod habebat contra aliam. Et similiter incurrere in poenam viginti mille ducatorum applicandorum alteri parti.

§. 16. Item quod ab utraque parte unanimiter supplicetur Sux Sanctitati, ut dignetur approbare, & confirmare hanc concordiam per viam Motus proprii, vel alio meliori modo sibi benevisio, ut in totum huius imponatur litibus inter dictos Religiosos pendentibus. Item quod suprascripta Capitula, & conventiones ad majus robur, & vim illorum à Procuratoribus generalibus Calceatorum, & Discalceatorum prædictæ Religionis suis nominibus subscribi, & firmari debeant.

§. 17. Nos inviolabili Capitulorum hujusmodi observantia, felicique dictæ Congregationis regimini, atque gubernio, quantum cum Deo possumus, consulere, necnon ejusdem Congregationis fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatè existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Motu proprio, & ex certa scientia nostris, præinserta Capitula hujusmodi, citra tamen dispensationem super quarto voto hujusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui de super quomodolibet intervenerint, supplementis.

§. 18. Decernentes eadem præinserta Capitula, necnon præsentibus literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 19. Quocirca Venerabilibus fratribus Joanni Baptistæ Patriarchæ Alexandrino moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuncio, & Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Diocesi Monasteria, Domus, & alia dictorum fratrum Discalceatorum loca Regularia erecta, & instituta sunt, & pro tempore erigi, & institui contigerit, per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Fratres Discalceatos prædictos præmissorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittere illos desuper à quoquam quomodolibet molestari, vel perturbari.

§. 20. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papæ VII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo

Confirmatio
Prælatorum
Capitulorum.

Reservatio
quarti Voti.

Decretum
irritans.

Executores
deputati.

Contravenientium
pena.

URBANUS OCTAVUS

ultra tres dies aliquis auctoritate presentium ad judicium non trahatur, alique Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, diisque Ordinibus iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 21. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Pontificatus, 6. Julii 1627. Pontificatus nostri anno quarto.

V. Theat.

LXXXVII. Concessio celebrandi Missam, & Officium recitandi de Martyribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Provinciæ Discalceatorum S. Gregorii, Philippinarum, &c. Reperitur Tomo 4. ordine 70. fol. 128. incipit: Salvatoris, & Domini.

LXXXVIII. Indultum celebrandi Missam, & recitandi officium de tribus Martyribus, Paulo Michi, &c. è Soc. JESU, pro omnibus dictæ Societatis Religiosis. Extat Tomo 4. 71 in ordine, fol. 129. incipit similiter: Salvatoris, & Domini.

LXXXIX. Præfigitur terminus trium mensium à publicatione constitutionis super prohibitione alienandi Fortalitia, & Castra, aliisque bona jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, ad retractandum omnia contra prædictam prohibitionem absque Sedis Apostolicæ licentia attentata, &c. Reperitur Tomo 4. ordine 72. fol. 129. & 130. incipit: Sedes Apostolica.

X C. Erectio Congregationis super confinibus Status Sedi Apostolicæ mediætè, & immediætè subjecticum deputatione illius Præfecti & Consultorum, & facultatibus eisdem concessis. Habetur Tomo 4. 73. in ordine, pag. 131. incipit: debitum pastoralis.

X C I. Facultas erigendi Hospitium in partibus Africæ pro sex Religiosis Congregationis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum, seu Recollectorum nuncupatorum.

De his Fratribus vide qua notavi ad Const. 69. supra, In supremo. Conceditur eisdem Ecclesia S. Maria in S. Ioannino in Urbe, et infra Const. 120. Cum sicut, &c.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cætera pietatis opera, quibus ex debito Pastoralis officii nobis inuncti astricci sumus, illud præcipuè in animo nostro incidit ardentius, ut personæ Christi fidem colentium, & in Captivitatem deductæ, sub potestate Infidelium constitutæ, à Captivitate huiusmodi liberentur, & in pristinæ libertatis gloriam deducantur, ac interim spiritualiter consolentur: illos quoque specialis gratiæ favore prosequimur, qui ad opus huiusmodi adjuvantes, & liberales manus extendunt.

§. 1 Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Justini Antolines Decani Ecclesiæ Granatenfis, ac Didaci de Sancto Raymundo Moderni Congregationis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum, seu Recollectorum nuncupatorum Procuratoris generalis petitiõ continebat, quod ipse Justinus Charitatis erga proximum fervore accensus de bonis suis unum Hospitium pro sex Religiosis Congregationis huiusmodi pro nunc, & Deo dante etiam pro majori ipsorum Religiosorum numero

in Partibus Africæ, ad hoc ut ipsi Religiosi iuxta laudabile eorum Institutum Christi Fideles inibi sub dira Turcarum servitute constitutos, quos possunt, ab illa eximere queant, eosque in Domino consolentur, illisque Ecclesiastica Sacramenta ministrarent, ac eorum denique animarum saluti, meliori qua poterunt ratione incumbere valeant, construi facere, ac reddito annuo quingentorum saltem ducatorum monetæ Hispaniarum dotare intendat, si infra scripta sibi per nos benignè concedantur.

§. 2. Quare pro parte Justini, & Didaci prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus infra scriptis annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Christi Fidelium in Captivitate huiusmodi constitutorum libertati, & spirituali consolationi, quantum cum Deo possumus, consulere cupientes, ac Justinum, & Didacum prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati eisdem Justino, & Didaco si, & postquam ipse Justinus redditum annuum quingentorum scutorum huiusmodi tutum, & securum pro dicti Hospitii fundatione verè, & realiter assignaverit, & non antea aliter, nec alio modo, ut gentilitia familiæ dicti Justini tanquam Fundatoris, & Dotatoris, ac Patroni dicti Hospitii super ipsius Hospitii januis, & portis, necnon lapidem in aliquo dicti Hospitii pariete cum inscriptione fundationis, & seu dotationis per dictum Justinum factæ apponere, necnon Religiosis prædictæ Congregationis in eodem Hospitio pro tempore degentibus, ut omnibus, & singulis gratis, & indultis, ac privilegiis, quibus cætera ejusdem Ordinis Hospitia, illo-

Concedit prout in rub.

Extendit privilegia Ordin. huius Hospitio.

rumque Religiosi quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodò illa sint in usu, hætenusque non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concil. Trident. decretis, Regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversentur, ac in erectione Hospitii huiusmodi forma Apostolicarum Constitutionum, præsertim sel. record. Clementis VIII. & Pauli V. ac Gregorii X V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac nostra super novorum locorum Regularium institutione editarum servetur, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes presentes literas, & in eis contenta quæcumque semper, & perpetuò valida, & efficacia esse, & fore, ac dictæ Congregationi, & Religiosis huiusmodi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, ac irritum, & inane quicquid fecus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Decretum penale.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulgè, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum in Arce Gandulphi Diocesis Albanensis, D.P. An. 5. anno Incarnationis Dominicæ 1627. Idibus Octobris, die 10. Obris. Pontificatus nostri anno quinto.

Concessio recitandi officium, & celebrandi Missam de B. Rita de Cassia Ordinis Eremitarum S. Augustini, &c. Extat Tomo 4. 74. in ordine fol. 133. incipit: In supremo.

X C I I. Edita A. D. 1627. 2. Oct. Pont. A. 5.

Confirmatio, & innovatio Constitutionis Pii V. contra Monetarios

X C I I I.

Edita A.D.
1617. 1. N.
Pont. An. 5.

Monetarios, eisdemque ad quascumque personas Ecclesiasticas seculares, ac cujusque Ordinis, necnon etiam Militiarum Regulares ampliatio, & extensio. Reperitur Tomo 4. ordine 75. fol. 134. incipit: In suprema.

XCVI.

Edita A.D.
1617. 26.
Nov. Pont.
A. 5.

Confirmatio Decreti Congregationis S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpõitorum editi super præcedentia Confratrum Ordinis Joannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium: & omnium contravertiarum super præmissis pendentiis extinctio. Reperitur Tomo 4. ordine 76. in ordine, pag. 135. incipit: Commisisti nobis.

XCV.
Edita A.D.
1628. 19.
Janu. Pont.
A. 5.

Prohibitio transeundi ab Ordine Fratrum Reformatorum B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis, absque Romani Pontificis expressa licentia. Reperitur Tomo 4. ordine 77. fol. 136. incipit: Injuncti Apostolici.

XCVI.
Edita A.D.
1628. 17.
Febr. Pont.
A. 5.

Confirmatio Decreti Sacre Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum super Constitutione Greg. XV. de Conservatoribus Iudicibus, &c. Reperitur Tomo 4. ordine 78. pag. 136. incipit: Exponi nobis.

XCVII.

Confirmatio Privilegiorum Venerabilium Ecclesiarum, & Canonicorum S. Mariæ Rotundæ super Platea ante dictam Ecclesiam.

Edita A.D.
1628.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas in eam peculiari studio jugiter incumbit, ut Ecclesiarum omnium, præsertim Collegiarum insignium Almæ Urbis nostræ jura, proprietates, & dominia facta recta conserventur, & quæ propterea à prædecessoribus suis facta, & decreta sunt, ut ab omnibus perpetuo inviolabiliter observentur, Apostolicæ conservationis patrocinio corroborat, aliisque statuit, ordinat, & disponit, prout personarum in eisdem Ecclesiis Altissimo famulantium quieti, utilitatibusque, & commodis conspicit in Domino salubriter expedire.

Tenor conf.
Sixti.

§. 1. Aliàs siquidem à fel. record. Sixto Papa V. prædecessore nostro emanarunt literæ, tam sub plumbo, quam in simili forma Brevis tenoris subsequentis, videlicet. Sixtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet. Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cûctarum Orbis Ecclesiarum regimini, auctore Pacis annuente præfecti, Ecclesiarum ipsarum, præsertim collegiarum insignium Almæ Urbis, & personarum divinis inibi obsequiis adscriptarum statum feliciter dirigi, ac earum deinde quietem personarum confoveri cupientes, ea, quæ illis per Romanos Pontifices prædecessores nostros concessa fuisse dicuntur, Apostolico munimine roboramus, aliisque desuper disponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Etli dilecti filii Archipresbyter, & Capitulum Ecclesie Beatæ Mariæ Rotundæ de dicta Urbe ab immemorabili tempore fuerint, & sint Domini, & Patroni totius plateæ S. Mariæ Rotundæ nuncupatæ ante Ecclesiam prædictam existentis, & in pacifica hætenus possessione extiterint tenendi banchos, & illos locadi, ac pretium inde proveniens percipiendi, unde nemini, nec Iudici, nec Magistratui, aut Superiori licuerit, nec liceat Archipresbyterum, & Capitulum prædictos in ipsa eorum possessione, minúsque eorum locatarios, quominus Banchis, & Platea prædictis liberè uti possint, molestare, aut ab ipsis locatariis prætextu dictæ Plateæ aliquid exigere, petere, vel recipere, imò soliti sint, tam in dicta Platea, quam extra, & proinde etiam in viis publicis ab illa ad quinque cannas, vel circiter distantibus fructus, herbas, panem, pisces, & alia tam comestibilia, quam incomestibilia vendere volentibus licentiam desuper concedere, ac quoscumque, qui pro ejectione luti, ac imunditiarum dictæ Plateæ ratam partem solvere recu-

sant, omnèque in hujusmodi Platea, ac locis vicinis dictis Archipresbytero, & Capitulo subjectis, vendentes, illis dumtaxat exceptis, qui in locis ordinariis, & per eisdem Archipresbyterum, & Capitulum deputatis de eorum licentia manent, aut illos in Dominos recognoscunt, illos quoque habitantes, qui ante eorum apothecas Banchos ultra debitum, seu Tabulata, & Tabulas, super quibus res vendendæ teneri, & exhiberi solent, à pariete apothecæ ultra quatuor palmos distantes habent, aut sub dictis Banchis, & Tabulis Barilia, Tinas, sive ut vulgò dicunt Tinozas, aliisque res tenent, ad solutionem, & contributionem debitam cogere, & compellere: nihilominus sicut accepimus nonnulli vicini Domos in circuitu ejusdem Plateæ possidentes, & habitantes, nescitur quo jure, absque licentia dictorum Archipresbyteri, & Capituli juxta suos parietes, & ante eos erigere præsumperunt Banchos ad usum Macelli, & pro vendendis piscibus, pro quibus etiam aliquid prædictis Archipresbytero, & Capitulo solvere recusant, in grave eorum damnum, & præjudicium.

§. 2. Nos qui ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis plerumque fierent, suggestiones, justitia proponeretur, dudum inter alia decrevimus, & declaravimus nostræ intentionis esse, quòd deinceps per quamcunque Signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiam si Motu proprio, & ex certâ scientia, ac etiam ante motam litem à Nobis emanarent vel de mandato nostro faciendas nulli jus ibi quæsitum quomodolibet tolleretur, quique ad indemnitate personarum Ecclesiasticarum, ac Ecclesiarum ipsarum attendimus, & ut bona, jurisdictiones, immunitates, privilegia, & gratiæ earundem potius augeantur, quam minuantur, diligenter procuramus, ipsorum Archipresbyteri, & Capituli indemnitati in præmissis pro nostri Pastoralis Officii munere opportunè providere volentes, ac Archipresbyterum, & Capitulum prædictos à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolvètes, & absolutos fore censentes, necnon singulorum concessionum, & madorum, & sententiarum infrascriptorum tenores, ac datam cum inde sequitur præsentibus pro expressis habentes, Motu simili, non ad ipsorum Archipresbyteri, & Capituli, vel aliorum pro eis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, ac simili scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula privilegia, industria, jurisdictiones, libertates, immunitates, exemptiones, facultates, & gratias Ecclesie, necnon Archipresbytero, & Capitulo prædictis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros hætenus, & quomodocumque, ac qualitercumque concessa, usum dictæ Plateæ, & sibi adjacentium locorum, illorumque concessionem concernentia, in quorum pacifica possessione, & usu hætenus extiterunt, necnon mandata, & sententias de, & super manutentione possessionis dictæ Plateæ per quosvis Palatii Apostolici causarum Auditores, sive eorum Locumtenentes, aut alios quoslibet Romanæ curiæ Judices hætenus latis emanata, & relaxata, prout ritè, & rectè gesta sunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnèque & singulos, tam juris, quam facti, & etiam solemnitarum quatuorlibet quomodolibet omillarum defectus, si qui forsan intervenerunt in eisdem, supplemus, illaque omnia, & singula, etiam perpetuè valere, & tenere, ac ab illis, ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter perpetuè observari debere, nec ab illis ullo unquam tempore resiliire posse, sed ad præmissorum omnium, & singulorum observationem perpetuè obligatos fore, & esse, ac ad id etiam censuris Ecclesiasticis, ac pecuniariis pœnis cogi, & compelli posse decernimus.

§. 3. Et nihilominus quamcumque litam, seu quascumque lites, & causas, ac controversias super platea, & adjacentibus locis antedictis, coram quocumque ejusdem Curie iudice ordinario, vel extraordinario, in quibuscumque statu, & terminis existant, etiam si aliquae sententiae jam desuper quomodolibet latae extiterint, ad Nos harum serie avocamus, illasque penitus extinguimus, necnon Plateam praedictam, ac loca sibi circumquaque adjacentia in viis publicis existentia, & ab ea per quinque cannas distantia hujusmodi, quorum omnium situationes, confines, qualitates, quantitates, vocabula, & denominationes, etiam praesentibus haberi volumus pro expressis, etiam si dictam Plateam ullo unquam tempore per quascumque personas cujuscumque gradus, & conditionis existentes augeti, extendi, & ampliari contigerit, etiam cum augmento ampliationis, & extensionis hujusmodi, quantumcumque fuerit, quo adveniente, etiam loca in viis publicis, & ab ea per quinque cannas distantia hujusmodi computari, & comprehendendum volumus, cum omnibus, & singulis juribus, & pertinentiis suis, ac etiam omnibus, & quibuscumque illorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis Ecclesiae, Archipresbytero, & Capitulo praedictis dicta Apostolica auctoritate similiter perpetuo & irrevocabiliter donamus, concedimus, & largimur, ac omne illius, & illorum jus, & dominium, etiam si ad Nos, & Cameraam Apostolicam, aut alios quoscumque particulares spectet, in Ecclesiam, & Archipresbyterum, & Capitulum hujusmodi transferimus, eoque in nostrum, & Camerae, ac particularium praedictorum quomodolibet locum, & jura quoad haec ex nunc pariter perpetuo substituimus, & subrogamus, ita ut liceat Archipresbytero, & Capitulo praedictis Plateae, & adjacentium locorum sic specificatorum, ac jurium, obventionum, & emolumentorum praedictorum per se, vel alium, seu alios possessionem per eos captam, ut praefertur, continuare, & quatenus opus sit, de novo propria auctoritate liberè apprehendere, illamque perpetuo retinere, necnon fructus, redditus, & proventus ex eis provenientes percipere, exigere, & levare, necnon in eorum, ac dictae Ecclesiae usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia de super minimè requisita, ac ex nunc Ecclesiae, ac Archipresbytero, & Capitulo hujusmodi in Platea, & adjacentibus locis praedictis plenum jus omnino acquisitum esse, illamque, & illa cum juribus, obventionibus, & emolumentis praedictis ad Ecclesiam, necnon Archipresbyterum, & Capitulum praedictos de jure spectare, & pertinere, ipsique lapides marmoreos loco Banchorum pro majori piccium venditorum commoditate, ac dictae Plateae ornatu mensibus elapsis per eos in ipsa Platea erectos, & appositos liberè, & impune erigere, & apponere licuisse eadem auctoritate Apostolica declaramus.

§. 4. Praeterea Plateam unà cum augmento hujusmodi, si illud fieri quandocumque contigerit, necnon loca adjacentia praenominata ab omni jurisdictione, & in superioritate nunc, & pro tempore existentium nostri, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum Camerarii, ac dictae Urbis viarum Magistrorum ex nunc, & in perpetuum ita, & raliter, quod dictus Camerarius, & Magistri, in & super Platea, ac locis circumvicinis praedictis, illorumque membris, ac pertinentiis nullam omnino habeant, nec habere possint jurisdictionem, & auctoritatem, eadem auctoritate eximimus, & liberamus, quodque de cetero nulli omnino cujuscumque gradus, status, ordinis, & conditionis existant, quovis privilegio sint suffulti, in Platea praedicta, ac prope illam in viis publicis ab ea per quinque cannas distantibus hujusmodi, etiam praetextu quod sint Domini liberi, & absoluti, vel habitatores domorum circumcirca in dicta Platea existentium, in domorum praedictarum parietibus, & ante eas aliquod genus Banchorum, seu Tabularum, vel Tabularum ad effectum quippiam vendendi, aut venale prostituendi de cetero erigere, nec erigi, seu erectum tenere, vel teneri facere per se, vel alium, seu alios absque expressa, & in scriptis obenta Archipresbyteri, & Capituli praedictorum licentia, etiam perpetuo

statuimus, sicque etiam districte praecipiendo inhibemus, ipsosque quoque Archipresbyterum, & Capitulum super praemissis, eorumque circumstantiis universis, etiam per Cameraam praedictam, ejusque Agentes, vel Commissarios, aut Deputatos, & Viarum Magistros hujusmodi quavis auctoritate, vel praetextu quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri non posse, neque debere, praesentisque literas, etiam ex eo, quod ejusdem Camerae Agentes, vel Magistri praedicti, aut quicumque alii interesse habentes, vel praetendentes, aut putantes ad hoc vocari non fuerint, vel quavis, seu quibusvis aliis causis de subreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quovis alio defectu notari, seu impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, sed illas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, & fore, sitisque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illae concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inviolabiliter perpetuo observari, sicque in praemissis ceteri, ac ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejusdem Camerae Camerarium, Praesidentes, & Clericos, ac etiam dicti Palatii causarum Auditores, eorumque Locumtenentes, necnon S.R.E. Cardinales, & etiam de Latere Legatos, eorumque Vicelegatos, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane etiam decernimus.

§. 5. Mandantes propterea Camerario, Praesidenti, & Clericis praedictis, ac Nostro, dictaeque Camerae Thesaurario, & Depositario etiam generalibus nunc, & pro tempore existentibus, aliisque omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit, ut praefertur, quatenus eisdem praesentes si, & postquam pro parte Archipresbyteri, & Capituli praedictorum pro tempore quando-cumque requisiti fuerint, recipiant, & admittant, illasque ex nunc, & deinceps ac in perpetuum attendant, & inviolabiliter observent, & ab omnibus supra dictis observari mandent, & faciant realiter, & cum effectu.

§. 6. Non obstantibus prioribus decreto, & declaratione nostris praedictis, ac quorumcumque Romanorum Pontificum etiam praedecessorum nostrorum de rebus dictae Camerae non alienandis, neque distrahendis, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictaeque Camerae juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, decretis, & etiam novis reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis etiam Camerae, necnon & Camerario, Praesidenti, & Clericis, ac Magistris praedictis, necnon dilectis filiis Populo Romano, & domorum ipsius Urbis Inquilinis, ac Dominis, & quibusvis aliis personis in genere, vel loca adjacentia praenominata ab omni jurisdictione, & in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet etiam pluries, & iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis ac in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis.

§. 7. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specificis, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, Motu scientia, & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expressè derogamus, & contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis, confirmationis, approbationis, adjectionis, suppletionis, avocationis, extinctionis, donationis, concessionis, enlargementis, translationis, substitutionis, subrogationis, declarationis, exemptionis, liberationis, statuti, inhibitionis posteriorum decretorum, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-

tem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae 1586. Idibus Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

§. 8. Quia in praesertis literis à Nobis emanatis, mentis, & intentionis nostrae non fuit, neque est Ecclesiae, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo Ecclesiae B. Mariae Rotundae nuncupatae de Urbe, ad quorum favorem literae ipsae emanarunt, quidquam de novo, & praesertim in praesudicium cuiusvis tertii concedere, sed solum confirmare vetera eorum, si qua, & quaecumque eidem juxta sacrorum Canonum Statuta, & Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, aut aliarum personarum quorumcumque ad id auctoritatem habentium concessiones, & indulta, aut ex juris communis dispositione, seu quocumque alio legitimo titulo jura competant, & non aliter, neque alio modo, etsi forte literae supradictae aliter continere videantur, id à Nobis praeter, & contra mentem, & intentionem nostram accidit.

Declarat
ejusintentionem
circa
praedicta.

§. 9. Idcirco ne cui ex dictis nostris literis, & contentis in eis, quodvis damnum, & praesudicium illarum censerit, neve quis aliter nostrae mentis, & intentionis fuisse, & esse existimare, & judicare, sive interpretari possit: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine tenore praesentium in perpetuum declaramus, & attestamus, volumus, & decernimus dictas literas, & contenta in illis, in quantum ultra veteres concessiones, & indulta, aut titulos, seu alia jura hujusmodi quidquam de novo concessisse videamur, pro non editis haberi, concessionesque & indulta hujusmodi, & omnia in illis contenta revocamus, annullamus, & pro non factis haberi mandamus, eidem literis cum omnibus in illis contentis solum, & dumtaxat quoad confirmationem veterum concessionum, & indultorum, ac jurium ejusdem Ecclesiae, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo, juxta sacrorum Canonum Statuta, & supradictorum Praedecessorum nostrorum, ut supra, aut alias Concessiones, & Literas competentium in suo robore, & firmitate manentibus, & sic per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, atque justitiae Ministros, quacumque dignitate, auctoritate, & potestate pollentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, praesentes, & futuros, ac Palatii nostri Apostolici causarum Auditores interpretari, judicari, & diffiniri, & exequi volumus, pariterque decernimus, & mandamus, sublata eidem, & omnibus aliis, quibus opus fuerit, aliter interpretandi, judicandi, definiendi, & exequendi potestate, & auctoritate, irritum quoque, & inane quidquid in contrarium fieri, & attentari contigerit. Non obstantibus eidem praesertis nostris literis, & inde sequentibus, quae adversus hanc nostram declarationem, attestationem, voluntatem, & decretum Ecclesiae, Archipresbytero, Canonicis, & Capitulo supradictis suffragari quomodolibet forte possent, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Statutis, privilegiis, & literis Apostolicis quibusvis in contrarium forsitan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus quoad effectum praesentium, illis aliis in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Maii 1587. Pontificatus nostri anno tertio.

Motiva hujus
Constitutionis.

§. 10. Cum autem, sicut accepimus, licet Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici praedicti ab immemorabili tempore, ac plurimum sententiarum, & rerum judicatarum, & in rec. memor. Innocentii VIII. Sixti IV. & Julii II. Romanorum Pontificum similiter praedecessorum nostrorum, quam praesertim Literarum, necnon variarum inhibitionum, & mandatorum diversis temporibus desuper emanatorum vigore fuerint, & sint ad praesens universae plateae praedictae Domini, & Patroni, & ab inde citra se, dictamque eorum Ecclesiam manutenerint in quasi possessione in universa Platea hujusmodi, etiam privative quoad omnes alios, etiam

domortim eidem Plateae adjacentium domini erigendi, tenendi, & habendi Banchos, & tabulata ad effectum inibi fructus, herbas, pisces, & alia comestibilia vendendi, & etiam Banchos, & Tabulata per se, & sibi beneficiis locandi, pensiones ex hujusmodi locacionibus provenientes percipiendi, exigendi, & lavandi, ac in suos usus, & utilitatem convertendi, & personis praedictis similibus Banchos, & Tabulata in Platea hujusmodi erigendi, tenendi, & habendi licentiam concedendi, ceteraque omnia, & singula alia ad liberum ipsius Plateae dominium spectantia, & pertinentia faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi nihilominus de anno 1602. Archipresbyter, & Canonici aliqui, ut creditur extra Capitulum, & singulariter contrahentes, per eorum asseritam scripturam privatam, quae per Sedem Apostolicam non probatur confirmata, renunciaverunt, & ab eorum Ecclesia abdicare tentarunt hujusmodi Banchos, & Tabulata ad Macella apponendi, & alia jura in, & super dicta Platea Archipresbytero, & Canonicis, ac Capitulo praedictis, ut praefertur, competentia, ad favorem Magistrorum viarum Urbis, & de anno 1618. seu alio vteriori tempore dilectus filius Adamus Melchior Aromatarius cujusdam domus eidem Plateae adjacentis, & ad dilectum filium Crescentium de Crescentiis Romanum, ut asseritur, spectantis inquilinus habitator, praetendens ante apothecam dictae domus in quodam situ angulari medio inter eandem apothecam, & viam publicam super eadem Platea transeuntem, qua à Domo Regulari Sanctae Mariae Magdalenae Clericorum Regularium Ministrantium infirmis ad domum etiam Regularem Beatae Mariae super Minervam nuncupatam de eadem Urbe Fratrum Ordinis Praedicatorum itur, sub praetextu, quod situs hujusmodi in eadem Platea non comprehendatur, sed locus privatus, & de pertinentiis dictae domus existat, Banchos hujusmodi erigere, habere, & tenere posse, etiam forsitan de licentia Magistrorum viarum Urbis, seu viarum Praedictis, duos Banchos similes in eodem situ erexerit, illisque pro piscibus vendendis locaverit, habito autem per Archipresbyterum, ac Capitulum, & Canonicos praedictos ad dilectum filium nostrum in Alma Urbe praedicta Vicarium in spiritualibus Generalem recursum, banchi praedicti amoti, & postea praetextu cujusdam sententiae, seu aliis à Venerabili Fratre Octaviano Archiepiscopo Iadrensi, tunc dilecti filii nostri S. R. E. Camerarii Auditore, emanatae denuo appositae fuerint, introducta deinde per viam appellationis causa hujusmodi in Camera nostra Apostolica coram dilecto filio nostro Laetio Sanctorum Viti, & Modesti Diacono Cardinali Bisca nuncupato, tunc Camerae, & deinde dilecto filio Octaviano Raggio ejusdem Camerae Clericis, ibique sub die 26. Junii 1624. citato praedicto Adamo, & iterum sub eadem die 26. Junii anni sequentis 1626. discusso an de bono jure ipsius Ecclesiae constaret, citatis, & auditis tam praedicto Adamo, quam praedicto etiam tunc Crescentio, de bono dictae Ecclesiae jure constare resolutum fuerit, dictique Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici vigore resolutionum hujusmodi sub die prima Julii ejusdem anni 1626. mandatum de manutenendo in possessione, seu quasi tenendi Banchos in praedicto situ, & platea praefata contra eandem Crescentium, & Adamum obtinuerint, & in illius executionem Banchi praedicti in angulo praedicto, ut praefertur, appositi, amoti, & sublatae fuerint, verum dicti Crescentius, & Adamus mandatum de manutenendo, & illiusque executionem hujusmodi eludere volentes, ut in quadam parva apotheca ad eundem Crescentium, ut asseritur, pariter spectante, & situi praedicto contigua, dicti Adamus, seu Crescentius, vel aliorum vicinorum conductores se recipere, ibique pisces venderent, procuraverint, quo factum fuit, ut Archipresbyter, ac Capitulum, & Canonici praedicti postquam spatio octo annorum litem hujusmodi sustinuerint, aliam tantundem, & forsitan amplius duraturam, non sine gravi eorum Ecclesiae dispendio, magis, & que laboribus, & ortam litem, & que de cetero litibus hujusmodi prosequendis ob assidue expensarum onera jugiter subeunda gravatos fore prospiciant.

§. 11. Nos Archiepiscopi, ac Capituli, & Canonico-
rum prædictorum indemnitati, quantum Nobis ex
alto conceditur, consulere, ipsosque specialibus favori-
bus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares
personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,
& pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt,
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum har-
rum serie absolventes, & absolutas fore sententes, nec-
non literarum Innocentii V. Sixti IV. & Julii II.
prædecessorum nostrorum prædictorum, sententiarum
que, & rerum judicatarum, inhibitionum prædictarum
veriorum, & totos tenores, necnon litium, & causarum
prædictarum statum, & merita, ac aliorum quorumcum-
que, si qui sint, colligationum nomina, & cognomi-
na, qualitates, & denominationes, aliisque hinc de neces-
sitate exprimenda præsentibus pro plenè, & sufficienter
expressis, & ad verbum insertis habentes.

Confirmatio
litterarum
Sixti IV.

§. 12. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura
deliberatione nostris, de qua Apostolicæ potestatis ple-
nitudine præsertim loco Sixti V. prædecessoris
literas cum omnibus, & singulis in eis contentis tenore
præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illis-
que perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro-
bur adjicimus, necnon causam, & causas hujusmodi in-
ter Archiepiscopum, ac Capitulum, & Canonicos ex
una, necnon Crescentium, & Adamum prædictos, dile-
ctisque filios Julium Pocobellum, ac Fratres domus
Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio, ac Confratres
Sanctissimæ Annunciatæ Consalonis nuncupatæ, &
Sanctissimi Crucifixi Confraternitatum de Urbe præ-
dicta, & alios ad causam, & causas hujusmodi forsan
admissos ex altera partibus de, & super præmissis motas
pendentes, & instructas, ut præfertur, à dictis, & qui-
buscumque aliis Judicibus ordinariis, & extraordinariis,
Commissariis, & Exactoribus, etiam S. R. E. Car-
dinalibus, ac Rotæ, & causarum Curie Cameræ
Apostolicæ Auditoribus, eorumque Locumtenentibus, ad
nos harum serie avocamus, illisque penitus, & omninò
supprimimus, & extinguimus. Necnon eisdem Crescen-
tio, & Adamo, aliisque prædictis perpetuum desuper
silentium imponimus.

§. 13. Insuper pro majori Archiepiscopi, ac Ca-
pituli, & Canonicorum prædictorum cautela, juraque
juribus addendo, Plateam prædictam nunc, & pro
tempore existentem eisdem Ecclesiæ, Capitulo, &
Canonicis concedimus, & perpetuò donamus, relicto
domorum, seu Apothecarum eisdem Plateæ adjacen-
tium dominis, vel inquilinis trium dumtaxat palmarum
extra domos, vel apothecas hujusmodi spatio quoad
nunc tantum pro mercibus, sive aliis rebus ipsorum
Dominorum, seu Inquilinorum tantum, quæ tamen in
ipsis domibus, vel Apothecis venduntur, & non alijs,
neque ad aliam usum, nisi de licentia expressa ipsorum
Archiepiscopi, Canonico- & Capituli, in scriptis
titulo locationis obtinenda.

§. 14. Ulterius domorum, & apothecarum hujus-
modi dominis, necnon Magistris viarum, & aliis Offi-
cialibus quocumque nomine nuncupatis, necnon ejus-
dem S. R. E. Camerario, cæterisque quibuscumque, ad
quos nunc quomodolibet spectat, & perpetuò in futu-
rum spectabit, ne Archiepiscopum, Canonicos, ac
Capitulum hujusmodi super universæ ipsius Plateæ do-
minio, & facultatibus prædictis impedire, molestare, vel
perturbare, aut in domibus, & apothecis, & aliis liti-
bus eidem Plateæ adjacentibus circumcirca infra cen-
tum cannarum spatium, quoad pisces, tellinas, gambas,
vel squillas dumtaxat, nec etiam in eadem Platea, &
apothecis vicinis super dicta Platea respondentibus
carnes cujuscumque generis, vivas, vel mortuas, etiam
hædos, & agnos, & alias, nec fructus cujuscumque
generis, olæ, & flores vendere, aut macellum, vel
lanienam habere, absque expressa Archiepiscopi, ac
Canonico- & Capituli prædictorum licentia au-
deant, seu præsumant, sub indignationis nostræ, &
Successorum nostrorum, & aliis arbitrii nostri, &

Successorum prædictorum pœnis, & in dictis Sixti V.
prædecessoris literis inflictis, & comminatis inter-
dicimus, & prohibemus.

§. 15. Volumus quoque prædictos Archiepiscopo-
rum, Canonicos, & Capitulum ad refectorem Selcia-
tæ, tam Plateæ usque ad parietes domorum, & apothecarum
adjacentium, quam viarum in prædicta Platea
respondentium pro latitudine, & longitudine dictæ
Plateæ tantum teneri, & perpetuò obligatos esse, ac
ad illam faciendam cogi posse.

§. 16. Decernentes præsentibus literas nullo unquam
tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullita-
tis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque
defectu, etiam ex eo, quod causæ, propter quas illæ
emanarunt, expressè, & justificatè, dictisque Crescen-
tius, & Adamus, & alii quicunque in præmissis interesse,
habentes, vel habere prætendentes ad hoc vocati, &
auditi non fuerint, vel alia quavis de causa quantum-
vis privilegiata notari, impugnati, invalidari, retra-
ctari, rescindi, infringi, limitari, modificari, immu-
tari, revocari, annullari, in jus, vel controversiam re-
vocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas res-
titutionis in integrum, apositionis oris, aut quodcum-
que aliud gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu
etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine simili-
bus concedi, aut dictos Crescentium, & Adamum, seu
quempiam alium sic impetrato, vel concessio uti, seu se
juvare in judicio, vel extra nullatenus posse, neque
ipsas præsentibus sub quibuscumque similibus, vel dissi-
milium gratiarum revocationibus, suspensionibus, li-
mitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro
tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed
semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt,
toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodoli-
bet erant statum restitutas, repositas, & plenariè rein-
tegratas, ac de novo etiam sub posteriori data per di-
ctos Archiepiscopum, & Canonicos, & Capitulum
eligenda concessas esse, & fore, ac ceteris, perpetuòque
validas, firmas, & efficaces existere, & fore, dictisque
Archiepiscopo, ac Capitulo, & Canonicis in omni-
bus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab omni-
bus, & lingulis, ad quos spectat, & in futurum specta-
bit, inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Ju-
dices Ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii
Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & Camera-
rium, & Cameræ nostræ præsidentes Clericos, sublata
eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri
debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-
cumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari.

§. 17. Quocirca dilectis filiis nostro in dicta Urbe
Vicario in spiritualibus, & causarum Curie dictæ Ca-
meræ Apostolicæ Auditori generalibus per præsentibus
committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter
eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, &
in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fue-
rit, & quoties pro parte dictorum Archiepiscopi, ac
Capituli, & Canonicorum fuerint requisiti solemniter
publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes faciant auctoritate nostra eisdem
Archiepiscopo, ac Capitulo, & Canonicis præ-
missorum omnium, & singulorum effectu pacificè frui,
& gaudere. Non permittentes eos desuper à quoquam
quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari,
contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, cen-
suras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna ju-
ris, & facti remedia, appellatione postposita compes-
cendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio
brachii secularis.

§. 18. Non obstantibus præmissis, necnon recol-
mem. Symmachii, Pauli I. Pauli IV. Pii V. & aliorum
Romanorum Pontificum etiam Prædecessorum nostro-
rum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ prædictæ non alie-
nandis, ac quatenus opus foret, regula nostra de jure
quæsito non tollendo, aliisque quibusvis Constitutio-
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon ejusdem
Cameræ

Decretum
irritant.

Contrariis
derogat.

Camere, & Almie Urbis prefate, & aliis quibuscumque Statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis dictae Urbi, Populo Romano, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, necnon reliquis omnibus, quae in secunda praesertim Sixti praedecessoris literis concessa sunt non obtant: quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Februarii 1628. Pontificatus nostri anno quinto.

XCVIII. Deputatio executorum alternativae circa electionem Provincialium, Dignitatum ac Officiorum, & declaratio ejusdem pro Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini Provinciae Mechoacanæ.

Quod in toto Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini nulli prater eos, quibus de jure, juxta dicti Ordinis Constitutiones, liceat vocem in Capitulis Provincialibus habere, habes in cons. 117. hujus Pontificis, Alias per .&c. infra.

Edita A.D. 1628.

URBANUS PAPA VIII.
Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Mexicano, ac Episcopis Mechoacanis, & Guadaxarensibus in Indiis seu dilectis filiis eorum Officialibus.

Venerabiles Fratres, seu dilecti filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Progenium.

Aliis à fel. recordationis Gregorio Papa XV. praedecessore nostro emanant literae tenoris subsequentes, videlicet. Gregorius Papa XV. Ad futuram rei memoriam. Ex inuncto nobis desuper Apostolicae servitutis officio, votis illis, per quae paci, & quieti inter Christi Fideles quoslibet, praesertim sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantes opportunè consulitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

Referuntur Cause hujus Consist.

§. 1. Cum itaque sicut dilecti filii Prior, & Procurator Generales Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper exponi fecerunt, alias ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum delatum fuerit, in Provincia de Mechoacan, in Indiis Occidentalibus inter Fratres dicti Ordinis super electione, & distributione Provincialatus, Dignitatum, aliorumque Officiorum Ordinis, & Provinciae hujusmodi diversas controversias exortas esse, majoresque verisimiliter exoriri posse: Nos discordias hujusmodi de medio tollere, ac pacem, & quietem inter ipsos fratres confovere volentes, Priore, & Procuratore Generalibus dicti Ordinis super hoc auditis, de eorumdem Cardinalium consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus; electiones Provincialium, Dignitatum, & Officiorum Provinciae praedictae de Mechoacan, fiant alternativè ex qualibet partialitate, scilicet pro una ex Fratribus, qui nati in His-

pania, insipi, vel in Indiis habitum susceperunt; pro altera ex illis, qui in Indiis nati sunt. Criolique vulgariter nuncupantur, itaut in quolibet Capitulo Provinciali usque ad ultimum Officium praedicti Ordinis, & Provinciae dignitates, & Officia; quae distribuenda fuerint, alternativè juxta dictas partialitates distribuatur, quae alternativa in proximo Capitulo post intimationem praesentium literarum celebrando à partialitate Criolorum initium habeat.

§. 2. Quod si Provinciale, vel aliquem Officialium Ordinis, & Provinciae hujusmodi, non peracto suo Officio decedere contingat, tunc alius ejusdem partialitatis, cujus defunctus erat, in ejus locum usque ad tunc proximum futurum Capitulum subrogetur, si vero post intimationem praesentium literarum hujusmodi electiones Provincialium, Dignitatum, & aliorum Officialium praefatorum aliter, quam ut praescribitur, fieri contigerit, nullae sint, & inanes: praesentes vero literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illi aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 29. Novembris 1621. Pontificatus nostri anno primo.

Executores deputati.

§. 3. Nunc autem nos literas praesertim hujusmodi debitae executioni, ut par est, demandari volentes, Vobis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum praesertim literas hujusmodi, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum, & Fratrum Ordinis, & Provinciae hujusmodi fueritis requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciatis auctoritate nostra praesertim literas & in eis contenta quaecumque ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari. Non permittentes, illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet impediri, molestari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac in praemissis non parentes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris; & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus recolendae memoriae Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, necnon omnibus illis, quae in eisdem praesertim literis concessa sunt non obtant, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem protus fides ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Februarii 1628. Pontificatus nostri anno quinto.

Dat. Pont. A. 5. die 9. Febr.

Ampliatio constitutionis Clem. VIII. contra non promotos ad Presbyteratum confessiones Sacramentales audientes, aut Missam celebrantes, ad minores

X C I X. Edita A. D. 1623. 25. tes

URBANUS OCTAVUS

- Mort. Pont. A. 5.*
C. res 25. annis, dummodo 20. annum compleverint. *Hebentur Tomo 4. 79. in ordine, pag. 137. incipit: Apostolicus officium.*
- Edita A.D. 1648. 15. Mort. Pont. A. 5.*
C. Extensio indulgi recitandi Officium, & celebrandi Missam de S. Felice de Cantalicio Ordinis Capitularium in eius Festo, ad omnes Sacerdotes ad Ecclesias ejusdem Ordinis confluentes. *Exat Tomo 4. 86. in ordine fol. 145. incipit: Aliis nomine.*
- Edita A.D. 1628. 5. Apr. Pont. A. 5.*
C.I. Confirmatio, & innovatio Regule Cancellarie, Decreti Camere Apostolicæ, & constitutionum Julii III. quoad fructus beneficiorum Ecclesiasticorum inexactos. *Exat Tomo 4. 80. in ordine, fol. 137. incipit: Eternus.*
- Edita A.D. 1628. 8. Apr. Pont. A. 5.*
C.II. De electione Priorum, Provincialium, ac celebratione Capitulum Provincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Provincias Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Italianæ. *Reperitur Tomo 4. ordine 81. pag. 140. incipit: Aliis pro parte.*
- Edita A.D. 1628. 8. Apr. Pont. A. 5.*
C.III. Indictio universalis Jubilate ad agendas gratias, & divinam opem in imminentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam. *Reperitur Tomo 4. ordine 82. fol. 140. incipit: Quid ab infitio. Sed non reperitur alibi in novissima editione Romana.*
- Edita A.D. 1628. 8. Apr. Pont. A. 5.*
C.IV. Erectio unius Cathedræ Eloquentiæ in publico Urbis Gymnasio cum annuæ provisionis assignatione, & privilegiorum, quibus alii Cathedralici Gymnasii gaudent, communicatione. *Reperitur Tomo 4. 83. in ordine fol. 143. incipit: Militantis.*
- Edita A.D. 1628. 18. Apr. Pont. A. 5.*
C.V. Revocatio concessionis factæ Religiosis Joannis Dei, ut possent singulis hebdomadis duas Missas ad libitum celebrare, & de earum elemosynis disponere: ac prohibitio ne dicti Fratres audeant exercere officia, & dignitates in eadem Religione exerceri solita, &c. *Exat Tomo 4. 84. in ordine, fol. 143. incipit: Circumspecta.*
- Edita A.D. 1628. 29. Apr. Pont. A. 5.*
C.VI. De electione Præfecti Generalis, Consultorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmitatibus. *Reperitur Tomo 4. ordine 85. pag. 144. & 145. incipit: Romanus Pontifex.*

C.VII. Declarat, quod expleto triennio nunc currente ex parte Criolorum supradictæ Alternativæ, dictæ Provincie Officia Hispanorum partim omnino devolvantur.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliis felicis recordationis Gregorio Pape XV. Prædecessori nostro pro parte tunc existentium Prioris, & Procuratoris Generalium Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini exposito, quod aliis ad Congregationem Venerabilium fratrum nostrorum, tunc suorum, S.R.E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum delatum fuerat, in Provincia de Mechoacan, in Indiis Occidentalibus inter Fratres dicti Ordinis super electione, & distributione Provincialatus, Dignitatum, aliorumque Officiorum Ordinis, & Provincie hujusmodi diversas controversias exortas esse, majoresque verisimiliter exoriri posse.

§. 1. Idem Gregorius prædecessor discordias hujusmodi de medio tollere, ac pacem, & quietem inter ipsos Fratres conservare volens, de eorundem Cardinalium consilio per suas in simili forma Brevis expeditas literas, quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus electiones Provincialium, Dignitatum, & Officiorum Provincie prædictæ de Mechoacan, fierent alternativè ex qualibet parte, scilicet pro una ex Fratribus, qui nati in Hispania, inibi, vel in Indiis habitum suscepissent, pro altera ex iis, qui in Indiis pari essent,

Criolique vulgariter nuncupabantur, itaut in quolibet Capitulo à Provincialatu usque ad ultimum Officium prædicti Ordinis, & Provincie Dignitates, & Officia, quæ distribuenda essent, alternativè inter dictas partes distribuenterentur, quæ alternativè in tunc proximo primo Capitulo post intimatam literarum præfatarum celebrando à parte Criolorum initium haberet, & aliàs, prout in dictis literis, quarum tenores præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, plenius continerentur.

§. 2. Cum item, sicut pro parte dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis in Hispaniis natorum, Nobis expositum fuit, ante emanatas literas prædictas per ipsos Cardinales prædictis expositum fuerit, dilectum filium Martinum de Aragonia dicti Ordinis Professorem in Provincia prædicta à quodam Nicolao de Sancto Angelo tunc temporis Priore Generali ejusdem Ordinis Visitatorem deputatum supradictæ alternativè observantiam de triennio in triennium à Criolorum parte inchoandam antequam ad ipsos Cardinales fuerit petitus, vel habitus recursum, ex sui Officii præscripto ordinasse, cujus ordinationis vigore Crioli præfati Officia, & Dignitates fuerunt consequuti, quos modò literas præfatas non nisi post eorum triennium expletum, ut alio subsequenti triennio, in grave eorundem Fratrum in Hispaniis, ut præfertur, natorum præjudicium, Religionis officia retineant, intimaturos propter mundanam calliditatem suspicantur.

§. 3. Nos pro nostri pastoralis Officii debito, Fratrum in Hispaniis natorum hujusmodi indemnitati ex æquitate distributiva, ut par est, consulere, ipsosque Fratres specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio triennium prædictum, quod à parte Criolorum initium habere per literas Gregorii prædecessoris hujusmodi, ut præfertur, decretum extitit, à die datæ eorundem literarum currere debere, itaut Criolorum triennio nunc currente statim expleto dictæ Provincie officia Hispanorum parti omnino devolvantur, salvis aliis remanentibus literis præfatis: sicque, & non aliter in præmissis ab omnibus & singulis dictæ Provincie Superioribus, & Fratribus inviolabiliter observari, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore presentium decernimus, & declaramus. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Mexicano, ac Episcopo Mechoacano, & Guadalaxarensi, seu dilectis filiis eorum Officialibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum in Hispaniis natorum hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, ac Fratres in Hispaniis natos præfatos præmissorum eorundem commodò, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet impediri, molestari, inquietari, vel perturbari.

§. 4. Contradictores quolibet ac in præmissis non parentes, essque auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato

Declaratio de quatin rubrica.

Contrariis derogat.

URBANUS OCTAVUS:

25

invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quæ in literis Gregorii prædecessoris huiusmodi concessa sunt non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 5. 1628. 14. Apr. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1628. Pontificatus nostri anno quinto.

CVIII. De electione Definitorum Congregationis Cassinensis, Ordinis D. Benedicti, ac de eorumdem vacatione ab officio: necnon de autoritate Dietæ circa depositionem Abbatum. *Reperitur Tomo 4. 87. in ordine, fol. 146. incipit: Commisisti Nobis.*

CIX. Confirmatio Constitutionum pro Fratribus Ministris Conventualibus Sancti Francisci in Capitulo generali anni 1625. editarum, cum annullatione quarumcumque Constitutionum prædictis non repugnantium. *Habetur Tomo 4. 88. in ordine, pag. 146. & 147. incipit: Militantis.*

CX. Ordinationes, & leges observandæ in electione Magni Magistri Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani. *Exat Tomo 4. ordine 89. pag. 148. incipit: In specula.*

CXI. Approbatio, & confirmatio multarum Constitutionum, seu Ordinationum pro tutiori Fratrum Discalceatorum reformatorem Ordinis Sancti Augustini Congregationis Gallie gubernio editorum. *Habetur Tomo 4. ordine 90. pag. 150. incipit: Ex injuncti Nobis.*

CXII. Quod Fratres Capucini Ordinis S. Francisci ad laxiorem Ordinem sine Sedis Apostolicæ; ad Carusiensium verò sine Ministri Generalis licentia de cætero non transeant. *Reperitur Tomo 4. ordine 91. fol. 151. incipit: Injuncti Nobis.*

CXIII. Revocatio omnium indulgentiarum, & privilegiorum quibuscumque Regularibus, Militibus, Hospitalibus, Collegiis, &c. concessorum audiendi secularium Confessiones absque approbatione, & examine Ordinarum. *Exat Tomo 4. ordine 92. pag. 152. incipit: Cum sicut.*

CXIV. Quod indulta concessa diversis Urbis Tribunalibus & Judicibus cognoscendi causas criminales super delictis quarumcumque personarum, privative quoad alios, non privative quoad Governatorem Urbis pro tempore existentem, sed cum eadem eo concessa intelligantur. *Reperitur Tomo 4. ordine 93. fol. 153. incipit: Decet Romanum.*

CXV. Extensio Indulti celebrandi Officium, & Missam de viginti tribus Martyribus, ex Ordine Minorum Sancti Francisci Discalceatorum ad alias Ecclesiasticas, & Sæculares personas.

De huiusmodi Martyribus lege qua notantur ad Constitus. 70. Salvatoris, supra Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Præsum. Aliis pro parte dilecti filii Petri Baptistæ Procuratoris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum Nuncupatorum Provinciae S. Georgii Philippinarum, & Japoniæ Nobis Bullariis Magni. Tom. V.

bis exposito, quod Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositi in causa Canonizationis viginti trium Martyrum, videlicet Petri Baptistæ, & sociorum ejus ex dicto Ordine, quorum nempe sex Professi, cæteri verò Laici familiares, & Coadjutores eorumdem sex Professorum erant, quique omnes pro Christi nomine in Oppido Civitate nuncupato Nagaquæ extra muros in Regno Japoniæ Cruci affixi, & transverberati fuerunt, in sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato nostro ab eisdem Cardinalibus, referente dilecto filio nostro Tyberio tituli Sanctæ Priscæ Presbytero Cardinali Muto nuncupato discussa censerunt constare de martyrio, & miraculis; ideoque ad actualem illorum Canonizationem quandocumque deveniri posse, Superiores verò dicti Ordinis pro eorumdem Fratrum nomine, verum etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus, ac charissima in Christo filia nostra Isabella Regina Catholica Hispaniarum, necnon universa Civitas Manilensis, & Chinenfis, seu Machanensis, alique Nobis per eorum literas ad Nos transmissas humiliter supplicaverant, deveniretur, recitari posse desiderabant.

§. 1. Nos huiusmodi supplicationibus tunc inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, ut de eisdem Martyribus, tam ab omnibus dicti Ordinis Sancti Francisci Religiosis ubique existentibus, quam etiam aliis Ecclesiasticis, & sæcularibus personis Manilensis Diocesis dumtaxat, ubi præcipue dicti Martyres pro Christi Fide laborantes valde profecerant, Officium, & Missa de communi plurimorum Martyrum, die eorum Natalis, videlicet die 5. Februarii recitari, & celebrari respective liberè & licite posset, & valeret, Apostolica auctoritate licentiam & facultatem concessimus, & impartiti sumus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut nomine Populi, & Cleri Abulensis Diocesis Beati Petri Baptistæ, & Mexicanæ Patriæ Beati Philippi de Jesu ex dictis viginti tribus Martyribus prædicti Ordinis Discalceatorum Provinciae S. Georgii Philippinarum huiusmodi Nobis nuper expositum fuit, ipsi pro eo, quem erga eosdem Martyres gerunt, devotionis affectu plurimum cupiant licentiam, & facultatem prædictas per Nos, ut infra extendi: Nos piis eorum votis huiusmodi annuere, illisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio licentiam, & facultatem Officium, & Missam de dictis Martyribus, ut supra, recitandi, & celebrandi per Nos, ut præfertur, concessas, ad alias Ecclesiasticas, & sæculares personas dictarum Civitatum Abulensis, & Mexicanæ dicta auctoritate tenore præsentium perpetuo extendimus, & ampliamus.

§. 3. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obstante, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Septembris 1628. Pontificatus nostri anno sexto.

Causa huiusmodi Canonizationis.

Concedit.

C Quod

CXVI. Quod Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini in Hispania, & Indiis ad Doctoratum promovendi ab Examinatoribus in Capitulo generali deputandis à Priore generali examinentur, cum extensione constitutionis Clem. VIII. *Exat in Tomo 4. 42. in ordine, fol. 86. incipit: Romanus Pontifex.*

CXVII. Quod in toto Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, nulli præter eos, quibus de jure, juxta dicti Ordinis Constitutiones, liceat vocem in Capitulis Provincialibus habere.

De his Fratribus vide notata in Constitutionibus præcedentibus, & præcipue in Constit. 116. Romanus Pontif. item in Constit. 61. Romanus, ac Constit. 129. Alias per, &c. Tom. 4.

Edita A.D. 1628. **URBANUS PAPA VIII.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. **A**liis per fel. record. Clementem PP. VIII. prædecessorem nostrum inter alia accepto, quod in Provinciis Bætica, Mexicana, de Mechoacana, del Perú, del Quinto novi Regni Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electionibus ex gratia habuerant, ex quo propter magnum vocalium numerum in Capitulis Provincialibus ut plurimum confusiones, & perturbationes oriri solebant, idem Clemens prædecessor ad eas omnino tollendas, ut de cætero perpetuum in quacunque dictarum Provinciarum nulli præter eos, quibus de jure juxta dicti Ordinis Constitutiones licebat, vocem in Capitulis Provincialibus haberent, sed ii, quibus ex gratia concessa esset, voce activa omnino carerent, & ex nunc privati essent, & esse censerentur, prout ipse Clemens prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit.

§. 1. Nuper verò nos Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione statutum, & Ordinationem hujusmodi ad Provincias Italiæ dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & ampliavimus, prout in ipsius Clementis prædictis, ac nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nunc autem prospero, felicitique quarumcumque aliarum dicti Ordinis Provinciarum statui, & directioni in præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire volentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus statutum, & Ordinationem per Clementem prædecessorem hujusmodi facta, & per Nos extensa, & ampliata, ut præfertur, ad universas Provincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti eadem auctoritate tenore præsentium rursus perpetuo extendimus pariter, & ampliavimus, illaque in universarum Provinciarum, & Congregationum hujusmodi Capitulis Provincialibus locum habere, & sic ab omnibus censi, atque ita per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate etiam, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & singularum illius Provinciarum prædictarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, aliisque omnibus, & singulis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis

in suo robore permanentibus, hac vice duratæ specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Septem. 1628. Pontificatus nostri anno sexto.

CXVIII. Confirmatio privilegiorum, & indulgiorum Ordinis Beate Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, & illius personis concessorum, &c. *Habetur Tomo 4. 94. in ordine, pag. 133. incipit: Ex Clementi.*

CXIX. Indultum, ut in universo Ordine Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum celebrari possit festum Sancti Petri Nolasci, cum Officio & Missa de communi Confessoris non Pontificis. *Exat in Appendice Tomi 4. 16. in ordine, fol. 304. incipit: Domini nostri.*

CXX. Concedit Domum, & Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino in Capite de Urbe Fratribus Reformatis Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

Illorum Fratrum privilegia confirmavit S. D. N. Constitut. 94. Ex Clementi, dedit eis facultatem erigendi Hospitium in partibus Asia Constitut. 91. Tom. 5. Inter cætera, habent indultum recitandi officium de Sancto Petro Nolasci Constitut. 16. Domini Nostri, in Appendice Tomi 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut filius Didacus de Sancto Raymundo Procurator Generalis Fratrum Reformatorum nuncupatorum Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniarum Nobis nuper exponi fecit, aliis dilectæ in Christo filie Abbatissa, & Moniales Sancti Silvestri in Capite de Urbe usum Ecclesiæ, & domus Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino nuncupatæ in Regione Columnæ, sub proprietate dicti Monasterii, & apud illius viciniam existentibus Fratribus præfatis, reservato nostro & Sedis Apostolicæ beneplacito concesserint, prout plenius continetur in publico Instrumento desuper confecto tenoris, prout in eo: cupiat autem dictus Didacus præmissa pro illorum validitate, & subsistentia Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti, & aliis desuper ut infra per nos opportunè provideri.

§. 1. Nos Didacum, & Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti D. Didaci nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum exponentium, ac dilectorum Filiorum Prelatorum Congregationis Visitationis Apostolicæ aliis per nos indictæ consilio concessionem usus dictæ Ecclesiæ Fratribus præfatis, ut supra factam, ac desuper confectum præfatum Instrumentum hujusmodi

Transumptis credi jubet.

D. P. A. 6. die 14. Sept.

Edita A. D. 1628. 9. Ob. Pont. An. 6.

Edita A. D. 1628. 11. Ob. Pont. A. 6.

Edita A. D. 1628.

Motiva hujus Constitutionis.

Concedit ut in rubrica.

modi cum omnibus, & quibuscumque in eo contentis Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilitate Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Conventio-
nis in In-
strumento
expressè ob-
servanda.

§. 1. Et nihilominus pro potiori cautela, & ad minucendum dicti Monasterii sumptus, eidem Fratribus usum Ecclesiæ, & Dñm Sanctæ Mariæ in Sancto Joannino hujusmodi ad dictum Monasterium, ut præfertur, spectantium, eorumque sumptibus de presenti, ut asseritur, gubernatur, cum pactis, & conventionibus in præinserto Instrumento hujusmodi contentis, & expressis.

§. 3. Et ulterius quod Fratres prædicti, tam præfentes, quam futuri fabricam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ejusque Monasterium aliud erigere, sive ejus Ecclesiæ faciem in vitis Abbatissa, & Monialibus prædictis immutare non possint, nec valeant, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo concedimus, & assignamus.

Decretum
irritant.

§. 4. Decernentes præmissa omnia, necnon præfentes literas perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, sub omni plenariis, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogatis.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Monasterii, & Ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quodque beneplacitum nostrum hujusmodi juxta pactum cum Abbatissa, & Monialibus prædictis initum de illud obtinendo infra tres menses, ut præfertur, obtentum non sit, cæterisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præfentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus.

Cautela re-
dimendi Ec-
clesiam.

§. 6. Volumus autem, quod fratres prædicti, si, & postquam pro parte dilectorum filiorum, & Deputatorum dicti Monasterii, seu majoris partis illorum, aut per Episcopos, & Prælatos Congregationis Visitationis prædictæ ad hoc fuerint requisiti, dictam annuam responsionem scutorum sexaginta, solutis scutis bis mille, redimere teneantur, qua redemptione sequuta, Ecclesia, & domus hujusmodi ad Fratres prædictos pleno jure spectet, & pertineat: & nihilominus in casu redemptionis hujusmodi Ecclesia, & domus ad Monasterium deputata, seu deputanda, Monialibus in vitis, ac nisi præviâ dilecti filii nostri in alna Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis licentiâ aliud erigi non possint.

Depositum
pecunie fa-
ciendum pe-
ni Montem
Piscatoris.

§. 7. Quodque scuta bis mille prædicta deponi debeant penes montem pietatis de Urbe ad effectum, ut pro concurrenti quantitate totius ipsius Monasterii Sancti Sivestri debita, prævio mandato ab eisdem Monasterii Abbatissa, & Vicario nostro prædicto, sive ejus Vicegerente pro tempore existente, subjiciendo extinguantur.

D.P. An. 5.
die 21. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, die 21. Augusti 1628. Pontificatus nostri Anno sexto.

M. Antonius Maraldus.

Loco † Anuli Piscatoris.

CXXI. Excommunicatio contra extrahentes sacras reliquias, aut libros ex Ecclesia, aut Bibliotheca Sancti Franc. Bullaris Magni Tom. V.

cifet de Paula ad Montes Urbis Fratrum Missionum nationis Cithoris Calabriz. Habetur Tomo 4. ordine 95. pag. 155. incipit: Iustis, & honestis.

1618. 31.
Ord. Pont.
A. 6.
CXXII.
Edita A.D.
1628. 19.
Dec. Pont.
A. 6.

Nova institutio Collegii in oppido Fuldensi ad Scholares Germanicæ nationis sibi Latinis literis, & aliis liberalibus disciplinis instruendos, unâ cum congruâ dotis assignatione, & privilegiorum exemptione. Extrat Tomo 4. ordine 96. fol. 155. incipit: Quoniam divinæ.

Confirmatio decreti consistorialis super vacatione officiorum Romanæ Curie, & locorum montium vacabilium per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium. Reperitur Tomo 4. 150. in ordine. fol. 214. incipit: Decet Romanum.

CXXIII.
Edita A.D.
1629. 2.
Janu. Pont.
An. 6.

Confirmat Decretum Sacræ Rit. Congregationis, quod in Ecclesia Calaritana servetur ad unguem Cereemoniale Episcoporum.

CXXIV.

Cereemoniale Episcoporum, quæ contineat, lege Constitus. 69. Clement. VII. Tom. 3. In qua Constitutione injussis Cereemoniale novum à se restitutum observari ab universali Ecclesia.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D.
1619.

Exponi Nobis fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Calaritanæ, quod alias in causa, seu causis differentiarum inter ipsos ex una, ac dilectos etiam filios Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ ex altera partibus, in Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris ritibus præpositorum vertentes, ab eisdem Cardinalibus emanavit decretum tenoris subsequens, videlicet.

Exordium

§. 1. Illustrissimi, & Reverendissimi Signori. Per comporre le differenze vertenti in questa Sacra Congregatione trà li Canonici, & Capitolo della Chiesa di Calleri per una parte; & li Beneficiati della medema Chiesa dall'altra, piacque alle Signorie Vostre Illustrissime de scrivere à quell'Archivescovo, che faria stato bene di far osservare quanto disponeva il Cereemoniale Romano. Mà perche tal lettera conteneva solo una semplice inclinazione della Sacra Congregatione, non ordine, & precepto alcuno; perciò non è mai stato messo in esecuzione, onde di nuovo supplicano li Canonici le Signorie vostre Illustrissime, che si degnino far decreto preciso sopra l'observanza di detto Cereemoniale Romano, conforme la Costituzione di Clemente VIII. sopra l'aprobatione, & confirmatione di esso: Chetutto, &c. Sacra Rituum Congregatio mandavit, & præcepit in Ecclesia Calaritana servari ad unguem Cereemoniale Episcoporum, die 30. Septembris 1628.

Decretum
Sac. Rit.
Congregate.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Capitulum, & Canonici prædicti plurimum cupiant, decretum hujusmodi pro firmitate illius subsistentia, inviolabilique observantia, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti: Nos Capitulum, & Canonicos hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censuras, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præinsertum decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apo-

Confirmatio decreti.
 stolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, decretumque hujusmodi, ac præsentis literas valida, firma, & efficacia esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac in præfata Ecclesia ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, perpetuo observari, & ita per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate & tenore præfatis decretimus, & declaramus.

Contrarii derogat.
 §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrariam quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 6. die 30. Junii.
 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1629. Pontificatus nostri anno sexto.

CXXV. Religiosi Societatis non possunt uti facultate literarum Sanctæ Cruciatæ, & virtute illarum clausularum eligere alium, & diversum Confessarium ac assignatum à suis Superioribus pro illorum confessionibus.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.
 Romanus Pontifex ad ea sollicitudinis suæ partes intendere debet, per quæ Religiosorum status in pace, & quiete tutius conservetur.

Indicat concessione alias factas a Greg. XIII. Clem. VIII. & Greg. XV.
 §. 1. Sanè cum ratio doceat, & experientia compertum sit, Religionibus valde perniciosum existere, ut eorum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere: & licet fel. recordationis Greg. XIII. ac Clem. VIII. & Greg. XV. Romani Pontifices Prædecessores nostri per suas in forma brevis literas expressè prohibuerint, ne Religiosi Societatis JESU facultatibus Cruciatæ Sanctæ uti absque Superiorum suorum licentia valerent.

Assignat causas hujusmodi Conf.
 §. 2. Nihilominus quia nonnulli existimant ex clausulis literarum dictæ Cruciatæ cuicumque ipsius Societatis privilegio derogari, & propterea ipsi Religiosis hujusmodi facultatibus uti licitum esse, ita ut specialis ad hoc nostro, & Apostolicæ Sedis opportuno remedio necesse sit.

Ex certa scientia, & motu proprio. Et declarat non licere Religiosis Societ. Jesu uti quoad electionem Confessarii facultatibus Cruciatæ publicatæ, & publicatæ.
 §. 3. Nos pro nostri Pastoralis muneris debito ea, quæ ipsius Societatis quieti, & pacifico statui, ac debite Superioribus obedientiæ conservandæ opportuna esse cognoscimus, salubriter providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuè valitura Constitutione sancimus, nulli Religiosorum ejusdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ hujusmodi in quacumque mundi parte publicatæ, vel publicandæ, quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à casibus refervatis uti, nec eis quoad hanc eligendi Confessarium, & obtinendam absolutionem prædictam facultatem Cruciatæ hujusmodi suffragari, minuscque præsentem literas sub quibuscumque ejusdem Cruciatæ concessionibus, extensionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi.

§. 4. Sicque per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Tollit obstaculo.
 §. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptum.
 §. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu Secretarii Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Societatis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 6. die ult. Mar.
 Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die ultima Martii 1629. Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmatio Privilegiorum Religionis Hierosolymitanæ circa alienationes, & præscriptiones suorum bonorum.

Hujus Religionis Privilegia confirmavit Urban. Constitus. 19. Universalis, qui etiam moderavit Constit. Greg. XV. de Conservatoribus, Constit. 78. Exponi, Tom. 4. demum confirmavit Ordinationes pro electione Magni Magistri. Constit. 89. In specula, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.
 Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, divina providentiâ præfidentes, inter cæteras Apostolicæ servitutis curas in eam peculiari studio invigilamus, ut militarium Ordinum ad Sanctæ Fidei Catholicæ defensionem, & propagationem piè, salubriterque institutorum bona in eisdem Ordinibus conserventur, & propterea ea, quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris hac in parte sancita, & decreta sunt, ut firmiora, & validiora persistant, Apostolicæ confirmationis robore communimus, aliasque disponimus prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Clem. VIII. edidit Constit. de hac materia.
 §. 1. Aliàs siquidem fel. recordationis Clemens Papa VII. prædecessor noster donationes, concessiones, locationes, investituras, & alias alienationes centuum, reddituum, jurium, jurisdictionum, & bonorum quorumcumque ad Baillivas, Prioratus, Castellaniam Empostæ, Præceptorias, Domos, Hospitalia, beneficia, & loca Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani pertinentium, in illorum læsionem, jacturam, vel detrimentum, etiam per personas dicti Hospitalis, etiam cum renunciationibus, pactis, juramentis, & penis desuper impositis, & adjectis, ac instrumentis, & literis desuper confectis, & confirmationibus forsan inde secutis, etiâ de licentia Sedis Apostolicæ, absque tamen consensu, seu expressa licentia Magni Magistri, & Cœventus dicti Hospitalis, quacumque præscriptione, seu longissima pacifica possessione, & detentione non obstantibus callavit, revocavit, & annullavit, ac irritavit, nulliusque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decrevit, ac census, redditus, jurisdicciones, & bona alienata hujusmodi, ac etiam per quoscumque seculares occupata, usurpata, & detenta ad jus, & proprietatem dicti Hospitalis, seu illius Baillivarum, Prioratum, Castellaniæ Empostæ, Præceptoriarum, Domorum, Hospitalium, & beneficiorum præfatorum reduxit, illaque in integrum adversus concessiones, donationes, & alias quolibet alienationes prædictas, necnon investituras illarum prætextu quomodolibet quavis aucto-

ritate factas, & concessas in integrum, ac in pristinum, & eum statum, in quo antea erant restituit, reposit, & plenarie reintegravit, illorumque detentores cujuscumque dignitatis, Status, gradus, Ordinis, & conditionis existentes ad illorum relaxationem per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia cogi, & compelli posse voluit, & similes alienationes de cetero sub excommunicationis late sententia, & privationis beneficiorum per eos obtentorum poenis per contrahentes eo ipso absque ulla declaratione incurrendis fieri prohibuit, & si fierent, illas viribus omnino carere decrevit: postmodum vero rec. memor. Pius Papa I V. similiter prædecessor noster per suas sub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLX. Kal. Junii, Pontificatus sui anno primo, sub plumbo expeditas literas inter alia cassationem, revocationem, annullationem, decreta, reductionem, reposicionem, restitutionem, reintegrationem, voluntatem, declarationem, & prohibitionem hujusmodi Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine approbavit, & confirmavit, & aliis prout in dictis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Pius I V. aliam editit Constituit.

Confirmat prædictas Constituit, & prohibet quascumque alienationes.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, propter malam nonnullorum Præceptorum, seu Commendatariorum dicti Hospitalis administrationem, multa ipsius Hospitalis bona contra illius statutorum, seu stabilimentorum, ac ordinationum Capitularium auctoritate Apostolica confirmatarum, prohibitionisque hujusmodi formam usurpata, & alienata reperiantur: Nos ejusdem Hospitalis indemnitati, ejusque bonorum, ut præfertur, usurpatorum, & alienatorum recuperationi, & conservacioni, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine prædictas Pii prædecessoris literas quoad præmissas emanatas, in iis tamen, quæ præsentibus non adferantur, approbantes, confirmantes, & innovantes, omnes, & quascumque alienationes censuum, reddituum, & bonorum quorumcumque ad Baillivas, Prioratus, Castellaniæ Empostæ, Præceptorias, Domos, Hospitalia, beneficia, & loca Hospitalis hujusmodi pertinentium à personis religiosis dicti Hospitalis, etiam de licentia dictæ Sedis Apostolicæ sine consensu, vel licentia Magni Magistri, & Conventus hujusmodi, in illorum læsionem, jacturam, vel detrimentum, cum quibusvis renunciacionibus, pactis, juramentis, & literis desuper confectis, & confirmationibus desuper à Sede Apostolica subsecutis, ad personarum religiosarum Hospitalis hujusmodi, non autem Regum, vel Principum supplicationem, neque aliàs Motu proprio hujusmodi factas, quacumque præscriptione, seu longissima pacifica possessione, & detentione non obstante, tenore præsentium etiam cassamus, revocamus, & annullamus, ac irritamus, nulliusque roboris, vel momenti fore, & pro infectis haberi decernimus, necnon Baillivas, Prioratus, Castellaniæ Empostæ, Præceptorias, Domos, Hospitalia, & beneficia prædicta adversus alienationes hujusmodi in integrum, ac in pristinum, & eum in quo antea erant statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, bonorumque, ut præfertur, alienatorum detentores cujuscumque dignitatis, Status, Gradus, Ordinis, & conditionis existentes ad illorum relaxationem per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia cogi, & compelli posse volumus, & similiter decernimus, literasque Clementis, & Pii prædecessorum hujusmodi in & quoad omnia, & singula præmissa ad præsentium formam, tenorem, & terminos reducimus, ac restringimus, & nihilominus quascumque alienationes bonorum hujusmodi, si quas de cetero à personis religiosis prædictis sine consensu, vel approbatione Magni Magistri, & Conventus prædictorum, etiam de licentia per Nos, seu Romanos Pontifices successores nostros pro tempore existentes ad Religiosorum quorumcumque, non tamen Regum, vel Principum supplicationem, seu instantiam, nec aliàs Motu

proprio, quæ suam habeant, & sortiantur executionem & effectum, concessa fieri contigit; ex nunc prout extunc nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore & esse, nullisque jus tribuere, præsentibus vero literas etiam ex eo quod quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes ad præmissa concedendum, seu concedendum vocari non fuerint, aut eisdem præmissis non consenserint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio; aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari minime posse, sed illas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore; ac ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari.

§. 3. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; pariter decernimus. Quocirca dilectis filiis causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac nostris, & Apostolicæ Sedis in Francia, & Hispaniarum Regnis Nunciis per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, seu eorum quilibet eisdem præsentibus literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Magni Magistri, Priorum, Baillivorum, Præceptorum, Militum, & Fratrum prædictorum, seu alicujus eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem præsentibus literas, & in eis contenta quacumque firmiter observari, & singulos; quos ipse concernunt, illis pacifice frui, & gaudere.

§. 4. Contradictores quolibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contradictores per sententiam poena.

Non obstantibus, quatenus opus sit, eisdem Clementis & Pii Prædecessorum literis, necnon recol. mem. Bonifacii Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, & in quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac etiam legibus, & etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, conventionibus, & instrumentis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris; hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credit mandati.

§. 8. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Martii 1629. Pontificatus nostri anno sexto.

D. P. An 6. die 15. Martii.

Approbatio & confirmatio Decreti Sac. Congreg. Rit. super usu Baldachini, & assistentium, & alio-

CXXVII. Edicta A.D. tam

URBANUS OCTAVUS

1619. f. Ap. Pont. A. 6. num. ministrorum pro Abbatibus Congreg. Olivetanae, Ordinis S. Benedicti. *Exat Tomo 4. 97. in ordine, fol. 158. incipit: Exponi Nobis.*
- CXXVIII. Quod Praeses generales Ordinis Eremitarum S. Augustini utentes aliqua facultate à Sede Apostolica concessa, in patetium Literarum expeditionibus earum tenores inserant de verbo ad verbum, &c. *Exat Tomo 4. ordine, 98. fol. 158. incipit: Commilli Nobis.*
- CXXIX. Prohibitio in posterum concedendi exemptiones Officiorum, eas praesertim, quibus Fratres Provinciales, Definidores, &c. Ordinis Eremitarum S. Augustini gaudent, Fratribus ejusdem Ordinis, qui ea nunquam exercuerunt, &c. *Reperitur Tomo 4. ordine 99. fol. 159. incipit: Inter ceteras.*
- CXXX. Exemptio concessa clericis regularibus pauperum Martiris Dei Scholarum Piarum à processionibus, & aliis actibus publicis. *Habetur Tomo 4. 100. in ordine, fol. 160. incipit: Debitum Pastoralis.*

CXXXI. Confirmatio quarundam Constitutionum in Capitulo Generali Fratrum Discalceatorum Recollectorum nuncupatorum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum.

De his Fratribus vide notam ad Const. 120. Cum sicut, Tom. 4. & separationem à Calceatis, Const. 86. In sede, hujus Pontif. Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII
Ad perpetuam rei memoriam.

Sacri Apostolatus Ministerio per abundantiam divinæ gratiæ (nullis licet nobis suffragantibus meritis) praesidentes, ex juncti nobis muneris debito Religiosorum Ordinum quorumcunque in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantibus affectibus, hisque propterea, quæ praesertim in eorumdem Ordinum Capitulis Generalibus providè sancita fuisse comperimus, ut firma perpetuè, & illibata persistant, exactiusque observentur, Apostolicæ nostræ confirmationis robur libenter adjicimus, ejusdemque muneris partes propensius studiis impartimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Provisio Pro- curatoris Generalis.

§. 1. Exponi liquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Alonius de Sanctissimo Sacramento Fratrum Discalceatorum Recollectorum nuncupatorum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Procurator Generalis, quod in Capitulo Generali eorumdem Fratrum de Mense Maii anni proxime praeteriti 1618. celebrato, pro felici, prosperoque ipsorum Fratrum regimine, & gubernio Constitutiones editæ fuerunt tenoris subsequenter, videlicet.

§. 2. Hic Summus Pontifex inserit duas distinctiones continentes capita 67. Scilicet in prima distinctione capita quadraginta, nempe Cap. 1. ubi nostri instituti ratio, Religionisque nomen exponitur, Cap. 2. De uniformi vita ab omnibus etiam Superioribus observanda. Cap. 3. De indispensabili perpetuitate Regulae, & Constitutionum. Cap. 4. De officio Divino. Cap. 5. De horis cum cantu solemniter celebrandis. Cap. 6. De aliis ad Ecclesiam, & Missarum celebrationem spectantibus. Cap. 7. De oratione Mentali. Cap. 8. De suffragiis mortuorum. Cap. 9. De horis fratrum obedientiæ. Cap. 10. De disciplinis. Cap. 11. De silentio. Cap. 12. De clausura, & modo excundi. Cap. 13. De jejuniis. Cap. 14. De cibo. Cap. 15. De honesta animi recreatione post prandium. Cap. 16. De vestitu. Cap. 17. De Praelatorum circa communem usum, & epistolas provincialia. Cap. 18. De Infirmis. Cap. 19. De fratribus iter

agentibus. Cap. 20. De Redemptione Captivorum. Cap. 21. De his, qui pro Redemptione Captivorum elemosynas petunt. Cap. 22. De Redemptoribus. Cap. 23. De Ordinibus recipiendis. Cap. 24. De confessionibus, & Confessoribus. Cap. 25. De Confessoribus Monialium. Cap. 26. De officio Concionatorum. Cap. 27. De levi culpa, & de ejus poena. Cap. 28. De gravi culpa, & de poena ei exhibenda. Cap. 29. De gravi culpa, & de poena ei debita. Cap. 30. De gravissima culpa, & de poena ei exhibenda. Cap. 31. De proprietariis. Cap. 32. De apostatis, & fugitivis. Cap. 33. De incorrigibilibus & eorum expulsionem. Cap. 34. De aliquibus declarationibus in poenis praedictis observandis. Cap. 35. De absolutione apostatae, vel excommunicatae. Cap. 36. De recipiendis ad Ordinem. Cap. 37. De modo, & Ceremoniis, quibus habitus conferri debet. Cap. 38. De instructione Novitiorum. Cap. 39. De Professione. Cap. 40. De tradendo habitu manentibus in Saeculo, & de recipiendis ad beneficia Ordinis. In secunda verò distinctione cap. 27. nempe Cap. 1. De Capitulo generali. Cap. 2. De Electoribus Capituli Generalis, & eorum convocazione. Cap. 3. De Electione Vicarii Generalis. Cap. 4. De aliis ad Electionem, & Capitulum spectantibus. Cap. 5. De electione, & officio Procuratoris Generalis Romanae Curiae, & Regiae. Cap. 6. De officio Vicarii Generalis. Cap. 7. De Capitulo Provinciali. Cap. 8. De electione Provincialis. Cap. 9. De Vicario Provinciali, & ejus electione. Cap. 10. De prima die Capituli Provincialis, & de Electione Definitorum, & Procuratoris Generalis Provinciae. Cap. 11. De secunda die Capituli Provincialis. Cap. 12. De tertia die Capituli Provincialis. Cap. 13. De quarta die, & absolutione Capituli Provincialis. Cap. 14. De officio Provincialis. Cap. 15. De electionibus in communi, & in particulari. Cap. 16. De statu omnium Provinciarum, & de quibusdam aliis ad totum Ordinem spectantibus. Cap. 17. De Definitoribus, eorumque officio. Cap. 18. De officio Commendatorum. Cap. 19. De officio Vicarii Conventus. Cap. 20. De Capitulo Conventuarii. Cap. 21. De Visitatione. Cap. 22. De Ordine sedendi. Cap. 23. De Collegiis, & Studentibus in eis. Cap. 24. De Bibliotheca, literarumque exercitio in aliis Conventibus. Cap. 25. De possessionibus habendis, & de Domibus acceptandis de novo. Cap. 26. De bonis temporalibus. Cap. 27. De modo servando in petendis elemosynis.

Sequitur Bulla.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungat, praedictus Alonius plurimum cupiat praesertim Constitutiones hujusmodi pro firmiori illarum substantia, ac inviolabili observantia Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti. Nobis propterea eorumdem Fratrum nomine humiliter supplicari fecit, ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, qui Constitutiones hujusmodi aliquibus Romanae Curiae Praelatis pietate, prudentia, doctrina, & Religionis zelo praestantibus diligenter examinandas, & ubi opus foret, corrigendas commisimus, Fratres praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus Inclinati, Constitutiones praesentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti, & alios quoscumque defectus, si qui in praemissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Decet

Confirmat prout in rubr.

URBANUS OCTAVUS.

Decretum irritans

§. 5. Decernentes easdem Constitutiones, ac praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ab eisdem fratribus nunc, & pro tempore existentibus firmiter, & inviolabiliter perpetuo observari, & adimpleri, sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii, Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, dictaque Sedis Nuntios judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Transumptis crediti jubet.

§. 6. Volumus autem, quod praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prout ubique fides adhibetur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D.P. An. 6. die 2. Junii.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 2. Junii 1629. Pontificatus nostri Anno sexto.

CXXXII.

Confirmatio decreti à Sac. Rit. Congreg. editi super usu Baldachini, & Ministrorum, ac aliarum caeremoniarum pro Abbatibus Congreg. Cassinensis, alias S. Justinae de Padua. Reperitur Tomo 4. ordine 101. fol. 160. incipit: Exponi Nobis.

Edita A.D. 1629. 11. Jul. Pont. An. 6.

CXXXIII.

Unio quarundam Domorum Reglariarum novi Regni Granat. in Indiis Occidentalibus Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini, sub gubernio Fratrum Calceatorum ejusdem Ordinis existentium, Fratribus Discalceatis dicti Ordinis Congregationis Hispaniarum. Reperitur Tomo 4. ordine 102. fol. 161. incipit: Universalis.

Edita A.D. 1629. 16. Jul. Pont. A. 6.

CXXXIV.

Taxa reddituum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario Romano, denuo praescripta.

Alumnorum Seminariorum materiam lege Constituit. 9. Clem. VIII. Tom 3. ubi videbis quid dicti Alumni gerere debeant circa pietatem, precautiones, virtutes, studium orationis, & literarum custodiam.

Edita A.D. 1629.

URBANUS PAPA VIII.

URBIS

Confirmatio applicationis, seu assignationis annuorum reddituum, pro Manuentione, seu subventionem Seminarium in Urbe erecti.

Referri Taxa factam a Pio 11.

§. 1. Motu proprio, &c. Cum, sicut nobis innuit, pridem fel. record. Pius Papa IV. praedecessor noster, pro perpetua Seminarium puerorum Ecclesiastici, per eum in Urbe Apostolica auctoritate erecti, & instituti, necnon illius, ejusque Rectoris, & Alumnorum, aliorumque ministrorum pro illius servitio necessarium sustentatione, annuam, & perpetuam pecuniariam Collectam, seu Taxam super diversorum Urbis, & illius districtus Monasteriorum, seu aliorum Regularium diversorum Ordinum locorum, necnon ejusdem Urbis Basilicarum, & aliarum Collegiarum Ecclesiarum, Mensarum Capitularium, ac aliarum cum cura, & sine cura Ecclesiarum, ac Beneficiorum, Capellaniarum fructibus distinctè impostam, & repartitam, ac per Monasteriorum, seu aliorum Regularium locorum hujusmodi Abbates, seu alios Superiores, aut perpetuos Commendatarios, vel

alios Administratores, quavis auctoritate, & dignitate, etiam Cardinalitia fulgentes, necnon Basilicarum, & aliarum Collegiarum Capitula, ceterarumque Ecclesiarum cum cura, & sine cura hujusmodi Rectores, ac perpetuos Beneficiarios, & Capellanos, Beneficia, & Capellanias hujusmodi pro tempore obtinentes, annis singulis, in certis tunc forsan expressis terminis, ipsius Seminarium Rectori, aut ejus Ministris, vel Procuratoribus pro rata quemlibet tangente integre solvendam, juxta normam, seu ordinem impositionis Taxae hujusmodi desuper emanatae, tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. Nota Monasteriorum Capitulum, Parochiarum, Capellarum, & Ecclesiarum, quae manutentioni Clericorum Seminarium Romani contribuere debent. Monasterium Criptaeferratae scuta 150. Monasterium Farsense scut. 150. Monasterium Sublacense scut. 250. Monasterium S. Gregorii scut. 85. Monasterium Triumfontium scut. 200. Monasterium S. Laurentii scut. 60. Capitulum S. Mariae Majoris scut. 130. Capitulum S. Petri in Vaticano scut. 1300. Capitulum S. Joannis Lateranensis scut. 218. Capitulum S. Laurentii in Darsalo scut. 132. Capitulum S. Mariae in TransTyberim scut. 66. Capitulum S. Mariae Rotunda scut. 15. Capitulum S. Mariae in Vialata scut. 107. bai. 40. Capitulum S. Marci scut. 15. bai. 75. Capitulum S. Nicolai in Carcere scut. 12. Capitulum S. Eustachii scut. 63. bai. 50. Capitulum S. Angeli in foro piscium scut. 27. bai. 50. Capitulum SS. Iuliani, & Celi scut. 38. bai. 50. Capitulum S. Anastasiae scut. 10. Capitulum S. Mariae in Cosmedin scut. 38. bai. 50. Capitulum S. Laurentii in Lucina scut. 11. Parochialis Ecclesia S. Mariae in Postierla scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Blasii della Fossa scut. 6. Parochialis Ecclesia S. Salvatoris delle Cupelle scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Stephani in Piscinola scut. 10. Parochialis Ecclesia S. Andreae de Funaris scut. 4. Parochialis Ecclesia S. Mariae in Vallicella scut. 6. Parochialis Ecclesia S. Salvatoris in Primicerio scut. 5. Parochialis Ecclesia SS. Simonis, & Judae scut. 6. Parochialis Ecclesia S. Nicolai in Novana scut. 7. Parochialis Ecclesia S. Agnetis in Navona scut. 10. Parochialis Ecclesia S. Blasii de Annulo scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Salvatoris de Curtibus scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Martini in Grottapinta scut. 12. bai. 50. Parochialis Ecclesia S. Simonis scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Ceciliae in Monte Jordano scut. 4. bai. 50. Parochialis Ecclesia S. Thomae in Parione scut. 4. bai. 50. Parochialis Ecclesia S. Joannis in Ayna scut. 4. bai. 50. Parochialis Ecclesia S. Mariae in Caberis scut. 4. Parochialis Ecclesia S. Laurentii in Monte scut. 4. Parochialis Ecclesia S. Joannis de la Pigna scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Blasii ad Scalas Campitelli in Araceli scut. 4. bai. 50. Parochialis Ecclesia S. Salvatoris in pede Pontis scut. 4. Parochialis Ecclesia S. Benedicti alla Regola scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Sebastiani della Valle scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Mariae in Publiculis scut. 5. Parochialis Ecclesia S. Martinelli scut. 7. Parochialis Ecclesia S. Blasii della Tinta scut. 7. Parochialis Ecclesia S. Leonardi in Judea scut. 2. Parochialis Ecclesia S. Mariae in Campitello sc. 2. Parochialis Ecclesia S. Martini in foro Boario scut. 7. Parochialis Ecclesia S. Mariae de Curtis scut. 5. Capella S. Pauli in S. Maria in Campitello sc. 25. Capella S. Lucia in S. Cecilia in Monte Jordano scut. 3. bai. 51. Capella S. Andreae ad Columnam in S. Maria in Via sc. 2. bai. 25. Capella SS. Petri, & Pauli in S. Angelo in foro Piscium scut. 2. bai. 50. Capella SS. Laurentii, & Antonii in S. Stephano del Cacco scut. 2. Monasterium Monialium Turris Speculorum scut. 2. Capella in S. Maria Rotunda sc. 2. Capella Sanctissimae Trinitatis in S. Eustachio scut. 2. Capella SS. Patris Mutii, Coprete, & Alexandri in S. Maria in Vallicella scut. 4. Capella S. Nicolai in S. Maria in Campitello scut. 7. bai. 50. Capella S. Joannis Baptistae in S. Barbara scut. 2. Capella S. Nicolai in S. Maria in Vialata scut. 1. bai. 80. Capella S. Nicolai in Monte in S. Marco scut. 4. Capella S. Mariae Magdalena in S. Joan Lateranensi scut. 25. Capella

Taxa imposti facta a Pio 11.

SS. Philippi, & Jacobi in S. Laurentio in Lucina scut. 7. Capella S. Ioan. Baptistæ, & S. Lucie in S. Celso scut. 4. Capella SS. Sergii, & Bacchi in S. Adriano scut. 4. Capella S. Mariæ Innocentii Papæ VIII. in S. Petro in Vaticano scut. 12. Capella S. Petronillæ in S. Petro in Vaticano scut. 5. Capella S. Marci in S. Petro in Vaticano scut. 10. Capella S. Nicolai in S. Eustachio scut. 1. bai. 50. Capella S. Francisci in S. Marco scut. 1. bai. 50. Capella S. Cecilie in Maria de Planctu scut. 2. bai. 25. Capella S. Ioannis in S. Laurentio in Lucina scut. 1. bai. 50. Capella S. Mariæ Magdalene in S. Angelo in foro Piscium scut. 1. bai. 50. Capella Sanctissimæ Nativitatis in S. Celso scut. 2. bai. 20. Capella S. Annæ, & Conceptionis B. Mariæ Virginis in S. Laurentio in Damaso scut. 2. bai. 50. Capella Sanctissimi Crucifixi in S. Laurentio in Damaso scut. 2. Capella S. Joannis Baptistæ in S. Laurentio in Lucina scut. 1. bai. 50. Capella S. Lucie in S. Laurentio in Damaso scut. 2. Capella S. Mariæ Misidianæ in S. Celso scut. 2. Capella S. Margaritæ in S. Laurentio in Damaso scut. 2. Ecclesia S. Joannis in Campo scut. 10. Capella B. Virginis, & S. Laurentii in S. Angelo in foro Piscium scut. 3.

*Temporali-
lutionum.*

§. 3. Quoad S. Petri, & S. Mariæ in Vialata Capitula, in tribus solutionibus distinctis, videlicet quoad S. Petri in qualibet Resurrectionis Dominicæ pro secunda, & Assumptionis B. Mariæ pro quarta, & in qualibet Nativitatis Dominicæ festivitibus pro reliquorum septingentorum scutorum summis, Rata, Collectæ, seu Taxæ hujusmodi, & idem Capitulum S. Petri tangens: & quoad Capitulum S. Mariæ in Vialata hujusmodi in tribus æqualibus solutionibus, nempe in eisdem festivitibus Rata, Impositionis, Collectæ, seu Taxæ hujusmodi ipsum tangens. Quo verò ad Monasteria, & aliarum Collegiarum Capitula, & Parochialium, & aliarum Ecclesiarum præfatarum Rectores, ac Capellanos, & Capellanas superius expressas, seu alia beneficia hujusmodi, pro tempore quomodolibet obtinentes, in duabus æqualibus solutionibus Ratae quemlibet tangens, pro una videlicet in Domini Nostri Iesu CHRISTI, & altera medietatibus Ratae quemlibet tangens hujusmodi in B. Joannis Baptistæ Nativitatum festivitibus, integrè perpetuis futuris temporibus persolvenda imposuerit.

*Seminarii
administratio,
et cura
commissa
Vicario Vr-
bi, & oc.
IESI Gene-
rali, &c.
Deputatio
Commissarii
pro exactione
Taxæ fa-
cta a Pro V.*

§. 4. Ipsiusque Seminarium sic erectum, & institutum Curie, Regimini, & Administrationi Præpositi Generalis, & Presbyterorum Soc. Iesu, & sui, ac Romani Pontificis pro tempore existentis in dicta Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis tutelæ, patrociniis, & protectioni commiserit.

§. 5. Et subinde pia mem. Pius Papa V. similiter prædecessor noster, ipsius Seminarium indemnitati conlulare cupiens, & ut facilius annuæ Collectæ, & Taxæ hujusmodi eidem Seminario pro tempore debita facilius exigenterentur, bon. mem. Iacobo, dum vixit, Tituli S. Mariæ in Cosmedin Presbytero Cardinali Sabello nuncupato, tunc suo in Urbe, & ejus districtu in eisdem spiritualibus Vicario licentiam, & facultatem unum, vel plures Commissarios ad exactionem Collectæ, seu Taxæ hujusmodi, & pecuniarum illius occasione tunc debitarum, & in futurum quodocumque debendarum, ab illarum debitoribus etiam Episcopis, & S. R. E. Cardinalibus, Abbatibus, & aliis quarumcumque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatibus, seu Commendatariis, aut aliis Administratoribus, necnon Basilicarum, aliarumque Collegiarum Capitulis, & aliis quibuscumque, etiam de necessitate exprimendis, cum facultatibus amplissimis ad id necessariis deputandi Mox simili concesserit, prout in diversis decretis, seu aliis scripturis desuper confectis plenius dicitur contineri.

*Confirmatio
verum om-
nium prædi-
ctarum ab
Urbanus Pa-
pa VIII.*

§. 6. Nos decretorum, seu scripturarum desuper confectarum hujusmodi tenores, etiam veriores, præmissis tamen minimè contrarios, ac datam præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ac hujusmodi Seminarium manutentioni, ac felici progressui in præ-

missis opportuna ratione consulere volentes, Motu simili, non ad alicujus nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, & de Apostolicæ potestatis plenitudine Collectam, seu Taxam, vel assignationem præfatas, prout in prædicta nota continetur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnèque & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui forsitan desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§. 7. Decernentes omnium, & singulorum Monasteriorum Abbates, seu Commendatarios, aut alios Administratores, necnon Basilicarum prædictarum, aliarumque Ecclesiarum Capitula, ac singulas Ecclesias, ac Capellanas præfatas nunc, & pro tempore quomodolibet in titulum, Commendam, aut aliàs obtinentes, quavis etiam Episcopali, vel Cardinalitia, aut alia quavis auctoritate, & dignitate præfulgentes.

*Prædicti
omnes ad
solutionem
Taxæ tenentur.*

§. 8. Necnon Ecclesiarum, seu Mensarum Capitularium, aut aliorum locorum piorum, quibus forsitan aliqua ex Monasteriis, Ecclesiis, Capellanis, seu aliis beneficiis præfatis, etiam prævia illorum perpetua suppressione, & extinctione, concessa, aut etiam unita, annexa, & incorporata, vel etiam eorumdem Monasteriorum, & Mensarum Capitularium fructus in toto, vel in parte, etiam per viam dismembrationis, seu aliàs Apostolica, vel alia Canonica auctoritate applicati, & appropriati fuerunt, Capitula, Rectores, seu Administratores nunc, & pro tempore existentes ad integram solutionem Taxæ, seu Collectæ hujusmodi pro rata eorumdem fructuum illis, ut præfertur, unitorum, & incorporatorum, seu aliàs applicatorum, & appropriatorum à die, qua singulæ uniones, annexiones, & incorporationes, aliæque applicationes suum sortitæ fuerunt effectum, & aliàs juxta formam notæ, impositionis, Taxæ, seu Collectæ hujusmodi, ejusdem Seminarium Rectori, seu illius Agentibus, vel Ministris, debitis, & consuetis locis, & temporibus faciendum efficaciter teneri, ac omnino obligatos esse, & fore.

*Pro unitis
etiam sup-
pressis, in-
corporatis,
&c. solven-
dum.*

§. 9. Ac eos, eorumque singulos à præfata Urbis Vicario, seu Seminarium Rectore, vel aliis Ministris præfatis à Vicario hujusmodi deputatis, omnibus, & singulis juris, & facti remediis necessariis, & opportunis, Manu regia, ac sine figura, & strepitu iudicii, etiam per fructuum hujusmodi sequestrationem, appellatione postposita, cogi, & compelli posse, sic, &c.

*Facultates
Vicarii cir-
ca executionem
solutionum.*

§. 10. Quæ, & non aliàs, per quoscumque Judices, &c. etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata, &c. iudicari, & definiti debere, irritumque, &c. attentari, &c.

*Clausula
sublata.*

§. 11. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore existentis, in Urbe, ejusque districtu Vicario in spiritualibus Generali per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse, si, & postquam præfates sibi præsentatæ fuerint, per se, vel per alium, seu alios, eisdem præfates, & in eisdem contenta quæcumque, quodocumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris ejusdem Seminarium pro tempore existentis fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque, ac eorum singulis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra præfates, & in eis contenta quæcumque per eos ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter observari, & per singulorum Monasteriorum præfatarum Abbates, seu perpetuos Commendatarios, aut alios Superiores, ac Ecclesiarum Capitula, Rectores, & Capellanas præfatas pro tempore quomodolibet obtinentes, quavis auctoritate, vel dignitate, etiam Cardinalitia, fulgentes, omnes, & singulas pecuniarum præstationes prædictas, aut illarum ratas pro tempore debitas, Manu regia, & sub censuris & pœnis sibi benevisis, integrè persolvi, necnon ejusdem Seminarium Rectorem pro

*Decretum
irritans.*

U R B A N U S O C T A V U S .

33

pro tempore existentem, ejuſdemque Seminarii Alu-
nos, ceteraque illius perſonas praſentibus pacifice
frui, & gaudere.

Subſcriptionis
& panis. §. 12. Non permittentes ipſos, vel eorum quempiam
deſuper per quocumque, contra eandem praſen-
tium formam, & tenores indebitè moleſtari, perturbari,
vel inquietari.

Derogatio
contrariis. §. 13. Contradictores appellatione poſtponita com-
peſcendo, ac in legitimis ſuper his habendis proceſſibus
cenſuras, & poenas ipſas, etiam iteratis vicibus, ſerva-
ta forma Concilii Tridentini aggravando, invocato
ad hoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio, non ob-
ſtantibus praemiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, necnon
in Synodalibus, Provincialibusque, & univerſalibus
Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitu-
tionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſin-
gularum Monafteriorum, ac ſingularum Eccleſiarum
praſatarum, etiam juramento, &c. roboratis ſtatutis,
privilegiis quoque indulis, & literis Apoſtolicis illis,
illorumque Abbatibus, Commendatariis, Capitulis,
& Canoniciſ, aliſque Superioribus, & perſonis, ſub
quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque effectori-
bus, & inſolitis clauſulis, & irritantibus, vel aliis de-
cretis in genere, vel in ſpecie, aut aliis quomodolibet
conceſſis, quibus omnibus, etiamſi de illis, &c. eorum
tenores, &c. latiffimè hac vice, dumtaxat ſpecialiter, &
expreſſè Motu pari derogamus, ceteriſque contrariis
quibuſcumque, cum clauſulis opportunit.

Fiat Motu proprio M.

Subſcriptio
S. D. N.

Clauſula
facultati-
va.

§. 14. Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.
& quod ſingularum literarum, ſeu decretorum, alia-
rumve ſcripturarum praedeceſſorum praedictorum teno-
res, praemiſſis tamen minimè contrariis, habeantur pro
expreſſis, vel in toto, vel in parte exprimi poſſint, &
de perpetuis approbatione, confirmatione, roboris
adjectione, deſ. etiam ſuppletionem, decreto, deroga-
tione, aliſque praemiſſis latiffimè extendendis.

Sola Signa-
tura ſuffi-
ciat.

§. 15. Et quod pro praemiſſorum omnium, & ſingu-
lorum etiam denominatione, qualibet nuncupatione,
invocatione annexorum, aliorumque neceſſariorum
major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in
literis, ſeu ſi videbitur, ſola praſentium ſignatura
ſufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra,
Regula quacumque contraria non obſtante.

Fides adhi-
beatur tra-
ſumptis.

§. 16. Cum decreto, quod praſentium tranſumptis,
etiam impreſſis, manu ipſius Vicarii ſubſcriptis, &
ſigillo ejuſdem Vicarii, vel perſonae in dignitate Ec-
cleſiaſtica conſtitutae munitis eadem proſus ubique in
iudicio, & extra illud fides adhibeatur, quae ipſis
praſentibus adhibetur, ſi forent exhibitae, vel
oſtenſae.

Regulares,
& alii obſi-
gentes hu-
juſmodi be-
neſicia uni-
ta, ad Tax-
am illoru
teneantur.

§. 17. Et cum alio decreto, quod quacumque Ec-
cleſiae, tam ſeculares, quam cujuſvis Ordinis Regu-
lares, aut Capitula, Conventus, vel Collegia, quibus
aliqua ex beneficiis, ſive Eccleſiis in praſata Taxa
comprehenſis, praevia eorum ſuppreſſione, unita, ſeu
eorum fructus, &c. etiam pro erectione Canonica-
rum, & praebendarum, vel novorum titularum bene-
ficiorum, ſeu aſſignatione quotidianarum distribu-
tionum applicati fuerunt, vel in poſterum uniti, vel ap-
plicari contigerit, ad Taxae contributionem, & ſolu-
tionem Seminario hujuſmodi faciendam teneantur, &
ad id per Vicarium praſatum omnibus iuris, & facti
remediis cogi, & compelli poſſint, & debeant.

Fiat M.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, ſexto Kal.
Septembris, Anno ſeptimo.

Ereſta Reformationis Provinciae S. Salvatoris
Hungariae Ordinis Fratrum Minorum Stri-
ctioris Obſervantiae S. Franciſci. cxxxv.

De his Fratribus vide indicata ad Conſtit. 154.
Sacroſanctum, infra.

U R B A N U S P A P A V I I I . Edita A.D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1629.

Sacroſanctum miniſterium humilitati noſtrae, nullo
ſicet meritorum ſuffragio, per ineffabilem divina ſa-
pientiae providentiam commiſſum poſtulat, ut inter
multiplices, graviffimaeque Apoſtolicae ſervitutis cur-
ras, illam peculiari ſtudio amplectamur, per quam per-
ſonae ſub ſuavi Religionis jugo Salvatoris, & Domini
noſtri obſequiis famulantes felicioribus in dies profi-
ciant incrementis.

Probandum.

§. 1. Cum itaque, ſicut dilectus filius Ambroſius à
Galbiano Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci
Strictioris obſervantiae per Germaniam Superiorem
Commiſſarius Generalis nobis nuper exponi fecit, di-
lecti filii Fratres Ordinis praedicti Provinciae Sancti
Salvatoris Hungariae pro celebratione Capituli Provin-
cialis congregati, ſe puritatem Regulae Sancti Franciſci,
juxta Decretum deſuper à nobis alias emanatum, &
prout dilecti etiam filii Fratres reformati nuncupati
ejuſdem Ordinis ſervant, ſervare velle unanimis de-
creverint, proindeque Provinciam praedictam in Pro-
vinciam Fratrum Reformatorum Diſcalceatorum nuncu-
patorum, per Nos modo, & forma infraſcriptis erigi,
& inſtitui ſummopere deſiderent.

Causa ha-
jus Conſt.

Declarat
Provinciam
Reformatam
& ſubſtituit
Superiori
Generali
Italicae na-
tionis.

Viſitari non
poſſet niſi à
Reformatis.

§. 2. Nos eoſdem Fratres in hujuſmodi eorum lau-
dabili propoſito conſovere, ac ſpecialibus favoribus,
& gratiis proſequi volentes, & eorum ſingulares per-
ſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis,
& interdictionis, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris,
& poenis à jure, vel ab homine quavis occasione,
vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatae exi-
ſtunt, ad effectum praſentium dumtaxat conſequendum,
harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes,
ſupplicationibus dicti Ambroſii eorumdem Fratrum
nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,
Provinciam praedictam in Provinciam Fratrum Diſcal-
ceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hiſpa-
niarum conformem, & ad illarum inſtar eſſe, necnon
ſub omnimoda Miniſtri Generalis dicti Ordinis, ac eo
Italicae Nationis, & extra Italiam exiſtente, ejus Vicarii
Generalis, necnon & Commiſſarii Generalis, juxta
Bullam unionis electi, non autem Commiſſariorum
Generalium ejuſdem Ordinis, & Regnorum, nec
ſuperioris, vel inferioris Germaniae.

Moderari
debet ſicut
aliae Prov.
Reformatae.

§. 3. Ita quod Miniſter, ac Vicarius, & Commiſſa-
rius Generalis praedicti juxta Bullam hujuſmodi electi,
nonniſi per ſe ipſos, aut Commiſſarios Ordinis Refor-
matorum praedictorum viſitare valeant jurisdictione,
auctoritate, & ſuperioritate cujuſquam Fratres, ac juxta
declarationes felic. record. Nicolai III. & Clementis V.
Romanorum Pontificum praedeceſſorum noſtrorum
vivere debeant.

§. 4. Et cum hoc etiam, quod ex nunc Miniſter
Provincialis Provinciae Hungariae hujuſmodi omnem
jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in
Fratres Ordinis praedicti ſibi ſubditos, quam circa
novarum Domorum ejuſdem inſtituti in eadem Provin-
cia foundationem, ſeu erectionem ſaut aedificationem,
necnon etiam circa Novitios, aliisque in literis Apo-
ſtolicis recol. mem. Gregorii PP. XIII. etiam praede-
ceſſoris noſtri contenta, prout alii Miniſtri Provincia-
les aliarum Provincialium Fratrum ejuſdem Ordinis
Reformatorum Diſcalceatorum nuncupatorum in om-
nibus, & per omnia habeant, & tam ipſi, quam ſin-
gularum Donorum dictae Provinciae Fratrum Minorum.

148.

rum S. Francisci Reformatorem Discalceatorum nuncupatorum Hungariae Superioris, necnon singulares eorum, & cujlibet illorum personarum omnibus, & singulis prerogativis, prerogativis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indulgentiis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, & illarum Domorum regularium Superiores, & singulares personarum uti, frui, potest, & gaudere solent, ac possunt, & poterunt quomodolibet, pariter, & pariformiter, ac aequè principaliter, sine ulla proculs differentia uti, frui, & gaudere possint, & valeant.

§. 5. Quoddamque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis praedictus, aut Visitatores ab eo etiam pro tempore mittendi, Statuta, Constitutiones, & Ordines ejusdem Provinciae Hungariae, illiusque Domorum regularium hujusmodi, nisi de consensu majoris partis Fratrum vocalium dictae Provinciae Hungariae in eorum Capitulis Provincialibus praestando alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta easdem declarationes vivant, disturbare.

§. 6. Necnon quoddam Fratres ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupati infra limites ejusdem, seu alterius Provinciae existentes collectas, seu quasturas ad Domos regulares ejusdem Provinciae Reformatorem Discalceatorum Hungariae spectantes, exceptis eis à Fratribus Provinciae dictae Hungariae in dicto eorum Capitulo Provinciali forsitan concedendis occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciae Hungariae hujusmodi desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò erigimus, & instituimus.

§. 7. Et insuper eidem Ministro Generali, ut Ministrum Provinciale, Custodem, & Diffinitores dictae Provinciae Hungariae creare, & eligere, caeteraque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint, quae magis specialem, specificam, individua, & expressam requirent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi liberè, & licitè possit, & valeat, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, & tenore praesentis concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem.

§. 8. Itaque, ut Fratres Provinciae hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus in Capitulo, seu Congregatione generali factis, quae strictiori observantiae non adversentur, subjaceant, ad illarumque observantiam omnino teneantur.

§. 9. Decernentes Provinciam per praesentes erectam, & institutam hujusmodi decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus praedecessoribus, & successoribus nostris pro reformationibus, & custodiis Italiae emanatis, seu emanandis nullatenus subiectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provinciale, Custodem, & Diffinitores, aliosque Superiores, & Fratres Provinciae per praesentes erectae, & institutae à quoquam, quavis etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungentes desuper molestari, inquietari, perturbari, aut impediri non posse, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illiusque illarum Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis dictis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, con-

firmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contractis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoram, sub annulo Piscatoris, die 15. Septembris 1629. Pontificatus nostri Anno septimo.

Dat. Pont. 1629. 26. Sept. Pon. 7.

Confirmatio Decreti Sac. Rit. Congreg. super usu Baldachini, ministrorum, ac aliarum caeremoniarum pro Abbatibus Congreg. Coelestinae, Ordinis S. Benedicti. *Reperitur Tomo 4. 104. in ordine, fol. 163. incipit: Exponi Nobis.*

CXXXVI. Edita A.D. 1629. 26. Sept. Pon. 7.

Quoddam Regens, & Collegiales Collegii S. Bonaventurae in Domo Ss. Duodecim Apostolorum de Urbe subiaceant obedientiae Guardiani dictae Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum.

CXXXVII.

Fratres Minores Conventuales approbavit Honorius III. Constit. 5. Tom. 1. Horum Fratrum Regulam declaravit Martinus V. in Const. 13. Tom. 2.

URBANUS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edit. An. D. 1629.

Felici, ac prospero Collegii S. Bonaventurae in Domino Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum erecti, quantum cum Domino possimus, pro nostri pastoralis officii munere regimini consulere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris.

Exordium.

§. 1. Quoddam de caetero perpetuis futuris temporibus dilecti filii Regens, & Collegiales dicti Collegii obedientiae, correctioni, & visitationi dilectorum filiorum Guardianorum dictae Domus, aliorumque dicti Ordinis Superiorum, prout caeteri Fratres in eadem domo degentes subiaceant, ita ut debitis poenis puniri possint, non tamen in loco Collegiali.

Principio prout in rub.

§. 2. Quoddamque Oeconomus pro tempore deputandus ipsius Collegii cautionem idoneam de bene administrando dare debeat, necnon Guardiani, & alii praedicti Ordinis Superiores hujusmodi computa ipsius Oeconomi quolibet semestri revidere possint, & ita in praemissis observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus.

Oeconomus quolibet semestri revid. datratione.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Collegii etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Collegio, illiusque Regenti, & Collegialibus praedictis, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

URBANUS OCTAVUS

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 16. Septembris 1629. Pontificatus nostri anno septimo.

Pro Ordine S. Basilii Congregationis Reformatæ del Tardon, & S. Antonii de valle del Gassegillos.

Istius Ordinis materiam habes ad Const. 268. In his, infra, & in Const. 326. In Sede.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis ex alto commissi debitum postulat, ut circa statum Religiosorum Ordinum quorumcunque in Ecclesia Dei militantium salubriter dirigendum mentis nostræ aciem assidue intendentes, ad ea præcipue ejusdem officii partes sedulo impendamus, ut quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro felici eorumdem Ordinum statu, & directione proinde sunt statuta, & ordinata, ab iis, ad quos spectat, inviolabiliter observentur.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Monachorum Ordinis S. Basilii Congregationis Reformatæ nuncupatæ, quod alias fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster cupiens S. Basilii hujusmodi regulam cum suo laudabili de labore manuum instituto in sua propria, & primitiva Sanctorum Patrum Observantia stabiliri, ac perpetuo conservari, duo Monasteria ejusdem Ordinis tunc expressa in Monasteria Reformationis, & veræ regulæ Observantiæ constituens, & separans, inter alia voluit, quod Monachi Monasteriorum Reformationis hujusmodi Abbati dicti Ordinis Generali taliter subjacerent, ut ipse per se, non verò per alium, nisi forte ex eadem Congregatione Reformatæ Monachum possit illa, tam in capite, quam in membris visitare, corrigere, & emendare, non verò in aliquo contra predictam reformationem, seu Constitutiones ab ipsis Sæde Apostolica approbandas, in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam aliud mutare, sive innovare, neque Monachos Reformatos à suis Monasteriis ad alia, quacumque de causa transferre, seu alios ab ipsis etiam ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statueri, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare, & aliàs prout in ipsis Clementis Prædecessoris in simili forma Brevis desuper expeditis literis plenius continetur.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissis nequaquam obstantibus nonnulli ejusdem Ordinis Abbates Generales, eorumque Vicarij quibusdam Monachis Reformatis ad Provincias non reformatas transeundi licentiam, & facultatem concesserint, atque ex hoc non leves in Congregatione Reformatæ hujusmodi exoriantur perturbationes, proinde que per Nos desuper opportunè provideri summopere desideret. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus, obviam ire, prosperoque Monachorum prædictorum regimini, & gubernio consulere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis, &c. censentes, supplicationibus dicti Procuratoris Nobis, &c. inclinati. De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio dilecto filio Abbati Generali dicti Ordinis pro tempore existenti per præsentis præcipimus, ut in posterum prædictas literas in forma Brevis prædicti Clementis Prædecessoris omninò observet, & observari faciat.

Decernentes illura, si unquam aliquem ex Monachis Reformatis hujusmodi contra dispositionem dictarum literarum ad Provincias non reformatas trans-

ferre præsumpserit, poenam privationis vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrere, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Commissarios quavis auctoritate fungentes judicari, &c. attentari. Non obstantibus omnibus illis, quæ dictus Clemens Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obitare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 30. Octobris 1629. Pontificatus nostri anno septimo.

Beatificatio Cajetani Thienæi Clericorum Regularium Fundatoris: ac Indultum celebrandi Missam, & Officium de eodem recitandi. Reperitur Tomo 4. 103. in ordine fol. 162. incipit: In Sede Principis.

Jubilæi universalis concessio ad divinam opem pro imminentibus in diversis Christiani orbis partibus periculis postulandam. Extra Tomo 4. ordine 105. fol. 163. incipit: Irritatus assiduis. Sed nullibi reperitur in novissima editione Romana.

Erectio Montis Vacabilis subsidii nuncupati.

Materiam subsidii latè videte poteris in Const. 39. Pauli III. Decens, Tom. 1. item in Const. 20. Pauli IV. Cupientes, Tom. 1. & Pauli V. Const. 11. In maximis, Tom. 3. Revocationem verò exemptionum à solutione subsidii triennalis vide in Const. 2. Sixti V. Inter varias, Tom. 2.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Impenarum moles, quas his durissimis, & difficillimis temporibus pro defensione, & conservatione Status nostri Ecclesiastici facere cogimur, Nos impellit, ut pecuniam, undequaque haberi potest, pro imminentibus Sedis, & Cameræ nostræ necessitatibus, & ad ea gerenda, quæ pro ejusdem Sedis, & prædicti Status nostri beneficio necessaria videntur assidue cogitemus colligere, & comparare, ut eam paratam in ipsis necessitatibus habeamus, idque minori, quo possimus, subditorum nostrorum, & ipsius Cameræ incommodo, & detrimento facere studeamus. Ided unum Montem Vacabilem, ex quo opportuna pecuniæ vis colligi possit, super augmento, seu subsidio julii unius pro quolibet Cado Vini, quod ad Urbem circumvicinis Civitatibus, & locis asportatur, pro annuis scuris viginti duobus millibus monetæ dilectis filiis Joanni Baptistæ, & Fratibus de Gallis locatis, & alio augmento, seu subsidio duarum ex tribus partibus quadrantis super qualibet libra Catnis, quæ in Urbe venditur, ad annua scuta 25. millia ascendente, per Nos impositis, & auctis, aliisque dictæ nostræ Cameræ introitibus erigere deliberavimus.

Motu igitur proprio, ac ex certa scientia, & potestatis plenitudine nostris Montem vacabilem scutorum 300. millium monetæ subsidii nuncupandum locorum, seu portionum trium millium vacabilium resignabilium ad instar aliorum officiorum, & Montium vacabilium Romanæ Curie, scutis centum monetæ pro quolibet loco computatis, annui fructus scutorum novem monetæ pro quolibet loco, & portione, & anno, à die prima mensis Julii proximè præteriti præsentis anni 1630. inchoando, ad instar aliorum Montium, & officiorum vacabilium, auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, creamus, facimus, & instituiamus.

Illique sic erecto, & instituto, ac personis, quæ in eo pecunias, ut infra dicitur, posuerint, pro dicti Montis congrua dote, ac fructibus, & emolumentis

Clem VIII. editis Const. de hac reformatione.

Quam hic Pontifex observari mandat.

Mandat puniti transgressori.

D. P. A. 75 die 30. Oct.

CXXXIX. Edita A. D. 1629. 7. Ob. P. Pont. An. 7.

CXL. Edita A. D. 1629. 23. Ob. P. Pont. An. 7.

CXL4

Edita A. D. 1630.

Causa hujus Const.

Dilecti filii gnat.

ad predictam rationem scutorum novem monetæ annis singulis pro quolibet loco, & quolibet bimestri in fine pro rata solvendis summam scutorum 27. millium monetæ, annuorum scilicet scutorum 20. millium monetæ ex dicto subsidio, seu augmento Julii pro quolibet Cado Vini, & reliquorum scutorum septem millium monetæ annuorum ex supradicto augmento Gallie Carnis per Nos, ut præferatur imposito, ac dictorum subsidiorum emolumentis, & redditibus discernamus, & separamus, sicque discernatam, & separatam dicto Monti, illiusque Depositario, & Montistis solvendam eodem Monte durante concedimus, applicamus, & appropriamus, & assignamus, applicatamque, & appropriatam esse volumus, & mandamus.

Diff. Montem ab omnibus oneribus liberamus.
 §. 4. Ipsumque Montem, & illius futuros Creditores in nostrum, ac Sedis, & Camere predictarum locum quoad integram summam predictam, ejusque liberam perceptionem, exactionem, & consecutionem, etiam irrevocabiler ponimus, substituimus, & subrogamus, eandemque summam ab omnibus oneribus, tributis, subsidiis, & collectionibus, & retentionibus per Nos, & pro tempore existentes Romanos Pontifices ex quacumque urgenti, & publica, ac etiam pestis, fidei Catholice tuendæ causâ, augmento cultus divini, seu alia subvariatione, & conservatione ejusdem nostri Status, & Romanæ Ecclesiæ quomodolibet impositis, & imponendis, ac ab omnibus, & quibuscumque aliis gravaminibus ordinariis, & extraordinariis præsentis, & futuris eximimus, & liberamus, exemptaque & libera, dictosque redditus, introitus, & emolumenta eidem Monti, & illius Creditoribus, & Montistis obligata, & hypothecata esse volumus, & obligamus, & hypothecamus.

Sedis Apost. & Cam. h. v. v. v. d. d. d. Montis obligatione obligat.
 §. 5. Et pro majori ejusdem Montis, & personarum in eo pecunias ponere volentium cautela, & securitate omnia, & singula alia Sedis, & Camere predictarum bona mobilia, immobilia, jura, res, & actiones quacumque præsentia, & futura ubique locorum existentia, introitusque, redditus, & proventus dicto Monti subsidii, illiusque singulis personis, & Montistis generaliter, & specialiter etiam obligamus, & hypothecamus, ac obligata, & hypothecata esse, nec super annuis summis predictis, ut supra assignatis, illarumque exactione, & perceptione etiam per Nos, & successores nostros predictos quovis modo Montistas predictos perturbari, inquietari, vel molestari posse volumus, & decernimus.

Facultatem omnibus tribuit in dicto Monte pecunias ponendi, exceptis Mendicantibus, & Infidelibus.
 §. 6. Necnon etiam eadem auctoritate statuimus, atque decernimus, quod quacumque utriusque sexus personarum cujuscumque ætatis, etiam Minores, Pupilli, ac Sparii, & Illegitimi, & cujuscumque status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentie existentes, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, & Ecclesiis Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, seu Monasteriis præsent, & quacumque, quocumque, & qualiacumque Ecclesiastica beneficia cum cura, & sine cura obtineant, in sacris, etiam Presbyteratus ordinibus constitutæ, necnon quorumvis sub quavis regula institutorum Hospitalium, & Militiarum, & quorumcunque (non tamen mendicantium) Ordinum Religiosi, quibus à jure, aut per privilegium concessum est proprium retinere posse, cujuscumque nominis, qualitaris, & conditionis, præterquam ratione regularis professionis in aliquo Ordine Mendicantium inhabiles, & incapaces, existant, ac Infidelibus exceptis, in Monte predicto subsidii quascumque pecuniarum quantitates, non tamen infra summam scutorum centum monetæ in singulas personas, itaut loca, & portiones hujusmodi dividi minime possint, usque ad dictam summam locorum trium millium ponere, & ipse personæ pro pecuniis sic positæ fructus ad rationem scutorum novem bimestri eorum ratam sine aliquo conscientie scrupulo, & fortis principalis diminutione, vel aliquo restitutionis onere integrè, omni præsertim impedimento cessante, percipere, & habere possint, & valeant.

§. 7. Præterea etiam expressè prohibemus, quod loca predicta, nec eorum fructus, & emolumenta etiam causâ rebellionis, prodicionis, assassini, sacrilegii, læsæ majestatis, & aliorum criminum quantumcunque gravium, & enormium per loca ipsa obtinentes, tam intus, quam extra ditionem nostram, & in qualibet mundi parte, non tamen in personam Romani Pontificis, aut alicujus ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus commissorum, etiam confessorum, & probatorum, publicari, seu deliberari, nec sub aliquibus, sive specialibus, sive generalibus omnium bonorum, rerum, & jurium confiscationibus comprehendantur, sed specialiter ab illis excepta fore, & esse censeantur, deque illis ipsimet delinquentes integrè disponere possint, ac si delicta hujusmodi nequaquam commisissent, minisque loca predicta, vel eorum fructus quolibet prætextu ad instantiam cujusvis personæ, etiam Camere nostræ, vel aliâ modo aliquo sequestrari, vendi, subhastari, aut impediri possint.

§. 8. Decernimus præterea, quod Mons predictus non possit redimi, vel reduci ad non vacabilem, nec extingui, minisque illius fructus à ratione scutorum novem hujusmodi pro quolibet loco, ut supra reduci, nec minui sub quovis prætextu, etiam necessitatis urgentis, & urgentissimæ, Sedis Apostolicæ enormissimæ læsionis, urgentis necessitatis, seu etiam evidentis utilitatis, aut aliâ quacumque causâ: & volentes Montem predictum, illiusque Montistas, & creditores pro tempore existentes specialibus favoribus, & gratis decorare, decernimus atque eadem auctoritate statuimus, & indulgemus, quod loca, seu portiones dicti Montis per quinquennium incipiendum Kalendis ejusdem mensis Julii proximè præteriti præsentis anni 1630. & ut sequitur finiendis, per obitum personarum super quarum vitæ periculis loca extabant, vel ab eis causam dicto quinquennio durante habentium, non vacent, sed illa ad decedentium, illorumque ad quos loca predicta spectabant hæredes ex Testamento, seu ab intestato omnino deveniant, ipsique hæredes, & successores loca, seu portiones hujusmodi retinere, vel resignare, ac pretium exinde proveniens recipere possint, & resignationes sic per eos factæ admitti debeant, etiam cum eodem privilegio non vacantiæ per dictum quinquennium à Kalendis Julij ut supra incipiendum, quod privilegium non vacantiæ dicto quinquennio durante transeat etiam in quolibet successores, quibus suffragari debeat pro residuo dicti quinquennij, quo elapso loca predicta per obitum illa obtinentium omnino vacent, & vacare debeant ad commodum, & favorem ejusdem Camere nostræ.

§. 9. Volumus præterea, quod Montis predicti creditores ad pecunias ab ipsis in eo positas, & erogatas, aut illarum partem, in aliquam subventionem, utilitatem, seu necessitatem Status Ecclesiastici, vel Sedis, & Camere predictarum conversas fuisse, & esse probandum, haud quaquam teneantur, sed cum simplicibus literis parentibus ab infradicendo Thesaurario nostro Generali, & Secretario dicti Montis, ab ipso, ut infra deputando expeditis iidem creditores, & Montistæ tuti sint, eidemque Monti, & personis in eo pecunias habentibus Collegium, & Defensores creandi, & deputandi, Ordinationes, & statuta quacumque, licita tamen, & honesta à predicto Thesaurario nostro Generali examinanda, & approbanda condendi licentiam, & facultatem concedimus, necnon iis, ut omnibus, & singulis aliis privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, & immunitatibus, libertatibus, prærogativis, gratis, & indultis, quibus ceteri creditores aliorum Montium vacabilium Romanæ Curie potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ac si illa sic de verbo ad verbum inserta forent, uti, frui, & potiri, liberè, & licitè valeant indulgemus, quodque præsentis vim, & robur veri, & validi contractus, ac obligationis inter Nos, Sedem, & Cameram predictas ex una; & eos, qui pecunias in ipso Monte posuerint, ex altera partibus legitime initii,

Confessione prohibet.

Reductionem prohibet, & vacationem per quinquennium liberat.

Facultatem exemptionis, & privilegiorum concedit.

et stipulati obtineant, & obcinere, & obcinere Mons, & illius Montis in pacifica, libera, & quieta dicto- rum annorum centum 27. millium, ut praefer- tur, assignationem exactionis, & perceptionis possessio- nis dicto Monte durante manuteneri, & conservari debeant.

§. 10. Praeterea dilectum filium Magistrum Step- hanum Duratium Theaurarium nostrum Generalem, aliosque pro tempore existentes Theaurarios Generales dicti Montis Protectores cum potestate literas pa- tentes sub eorum nominibus, & sigillis expediendi, & concedendi, necnon omnes, & quascunque cau- sas super dicto Monte, illiusque causa, & occasione, & ab eo quomodolibet dependentes movendas pri- vative quoad omnes alios Judices cognoscendi, & terminandi, ac omnia alia quae ad eisdem Montis utilitatem, providamque directionem pertinere cogno- verit, peragendi cum facultate etiam Depositarium, ac Secretarium, & Ratiocinatorem, seu Computistam dicti Montis cum emolumentis eidem beneficiis ad eorum vitam, & donec vixerint, & prout ipsis melius placuerit, & videbitur, eligendi, & deputandi.

Classulas
preservatio-
nis apponit.

§. 11. Decernentes praesentes nostras literas de subre- ptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu notari, argui, vel impugnari, aut revocari, restringi, vel limitari minime posse, seu debere, subisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtine- re debere, etiam quod in dictae Camerae, ejusque libris non admittantur, neque registrentur, sicque & non alias in omnibus, & singulis praemissis per quoscunque Judi- ces Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, & dictae Camerae Clericos, Cameraeque ip- sam, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos in quavis causa, & instantia, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & au- thoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis au- thoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii
derogat.

§. 12. Non obstantibus praemissis, & fel. rec. Synma- chi, Calixti Tertii, Pauli Secundi, Pauli Tertii, Pauli Quarti, & Pii Quinti, aliorumque Romanorum Ponti- ficum praedecessorum nostrorum, ac etiam nostris de re- bus Ecclesiae, & Camerae non alienandis, & alienatis re- cuperandis, ac etiam Pii IV. de registrandis, aliisque Apo- stolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus, ac univer- salibus Conciliis editis specialibus, & generalibus Con- stit. & Ordinari. etiam praedicta fieri specialiter expresse prohibentibus, & facta irrita esse decernentibus, dictae- que Camerae juramento, confirmatione Apostolica, & quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudini- bus, & iuramentis, & naturis, privilegiis quoque, & indultis, & literis Apostolicis eidem Camerae, & quibus- vis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliis- que efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam Motu proprio, ac ex certa scien- tia, & potestatis plenitudine similibus, & pro conserva- tione Status, dignitatis, & existimationis S. R. E. con- cessis, confirmatis, ac etiam reiteratis vicibus innovatis, extensis, & moderatis, quibus omnibus, etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis specifica, integra, & individua mentio habenda esset, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficien- ter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, illaque quatenus praemissis obstant, tolli- mus, abrogamus, & abolemus.

Exemplis
fidei adhi-
betur.

§. 13. Volumus autem, ut praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii dicti Montis, seu publici Notarii subscriptis, & sigillo praedicti The- saurarii Generalis, seu personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique locorum adhibeatur, quae eisdem praesenti- bus, si forent exhibitae, vel ostensae, adhiberetur.

Papa sub-
scriptio.

Placet Motu proprio. M.
Bullarii Magni. Tom. V.

Quod Praecedentia in eorum cum aliis Regularibus in Processionibus competitis Frat- ribus Discalceatis Sancti Francisci in Provin- ciis Hispaniarum.

De Praecedentia horum Fratrum vide Const. 328.
Alias a nobis, Tom. 5. & Const. 154. Exponi nobis, & ad Const. 14. Innocentii. X. Roma- nus Pont. Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D.
1630.

EX incumbenti Nobis Apostolici muneris debito ad ea mentis nostrae aciem assidue intendimus, per quae Christi Fideles, sub suave Religionis jugo, & stri- ctioris Observantiae Regulis Altissimo famulantes, sub- laribus obstaculis, in quietis, ac pacis amantate vota sua Domino reddant, ac felicioribus in via mandato- rum ejus proficiant incrementis.

Promissum.

§. 1. Nuper siquidem a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus Praepositis emanavit Decretum tenoris subsequens, videlicet, Procurator Fratrum Discalceatorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Provinciae Sancti Joannis Baptistae Hispaniarum exposuit, suos Fra- tres Discalceatos pati controversiam ab aliis Regulari- bus, & praecipue ab Augustinianis circa praecedentiam in processionibus, & alias praerogativas ipsis etiam Discalceatis, cum veri filii reformati ejusdem Ordinis sint, pariter suffragantes, & expressas in Bulla Cle- mentis Octavi, incipiente: Ex injuncto Nobis: sub die septimo Septembris 1602. quotiescumque dicti Discalceati non incedunt, aut degunt cum Fratribus familiae de Observantia: quod cum sit contra expres- sam mentem, & Bullam dicti Clementis Octavi, cita- to ad hoc Procuratore Generali Ordinis Sancti Au- gustini, supplicavit provideri. Et Sacra Rituum Con- gregatio, sequendo votum Illustrissimi Deti, cui haec causa erat commissa, censuit praecedentiam in concu- su cum aliis Regularibus in Processionibus, & acti- bus publicis, semper competere dictis Discalceatis, si- ve soli de per se, & sub propria cruce, sive sub cruce & cum familia de observantia incedant, & sive Discalcea- ti, Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo sint vere Reformati Ordinis Sancti Francisci: necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis praeroga- tivis in supradicta Bulla Clementis Octavi expressis, & ita in posterum ubique servari mandavit hac die 22. Decembris, & juxta alias resoluta in antecedenti Con- gregatione sub die 10. ejusdem mensis 1629.

Decretum
Sac. Rit.
Congr.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Fratrum Discalceatorum praedictorum Nobis exposi- fecit, ipse plurimum cupiat praesentum Decretum hu- jusmodi, quo firmus subsistat, exactiusque ob omni- bus observetur, Apostolicae nostrae confirmationis ro- bore communiti: Nos qui pacem, & quietem, inter Regulares praesertim personas, vigere sinceris deside- ramus affectibus. Procuratorem, & Fratres, quod praemissarum commodo, & effectu pacifice uti va- leant, specialibus favoribus, & gratis prosequi vo- lentes, eorumque singulares personas a quibusvis ex- communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesen- tium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclina- ti, praesentum Decretum hujusmodi cum omnibus & singulis in eis contentis, & expressis Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae fir- mitate

D mitate

URBANUS OCTAVUS

mitti robur adhibere, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quibusvis alios defectus, si qui in praemissis quomodolibet intervenierint, aut intervenisse dici, vel censei possent, supplemus. Necnon Decretum, & in eo contenta hujusmodi praesentis litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, fuisseque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus Discalceatis praedictis ubicunque existentibus, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, necnon ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter perpetuo observari, sicque ab omnibus censei, & ita per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Laico Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, ubique, & in quavis instantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid fecerit super hoc a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore praefatis decretum & declaramus.

Excoꝛcatoris deputat.

§. 3. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, ac Oriolensi, & aliis Episcopis in Provinciis, & locis, in quibus Fratrum Discalceatorum hujusmodi Regulares domus erectae sunt, sive in posterum eriguntur, constitutis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecunque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Discalceatorum hujusmodi requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisdemque Fratribus Discalceatis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra praemissa omnia, & singula ab iis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in futurum inviolabiliter observari, eisdemque Fratres Discalceatos praemissorum commodo, & effectu quiete, & pacifice ubique frui, & gaudere, non permitentes illos per aliorum quorumvis Ordinum, & institutorum Regulares in praemissis quovis praetextu, causa, vel occasione, aut alijs quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri.

Mandat p̄mi transmissi.

§. 4. Contradictores quoslibet, & rebelles, aut alios in praemissis non parces, seu seseque quomodolibet opposites, et quae auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, aut indirecte quomodolibet praestantes per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus felic. rec. Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duobus Dietis, summodò ultra tres Dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quorumvis Ordinum, & Congregationum, illorumque domorum & locorum Regularium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque superioribus, & personis, ac quibusvis aliis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, aut alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 6. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentibus, illis illis in suo robore permansuris, hac vice damtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Voluntas autem, quod praesentium titulum, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Episcopalis constitutae munitis eadem praesentibus ubique adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhibeatur, & fore exhibita, vel ostensa.

Fides transmissorum.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majoram, sub Annulo Piscatoris, die 9. Januarii 1630. Pontificatus nostri anno Septimo.

D. P. An. 7. die 9. Janu.

Confirmatio Concordiae, necnon & revalidatio Literarum, quibus jussu ejusdem Sanctiissimi de Anno 1626. in Conventu Virginis Mariae Solitudinis de la Jana Provinciae Sancti Joannis Baptistae Minorum Discalceatorum S. Francisci Observantiae celebratum, ac insuper confirmatum fuit Capitulum Provinciale, cum perpetuo repositio silentio, ac poenis, & censuris per contrafacientes eo ipso incurrendis.

CXLIII.

Vide infra revalidationem harum literarum in Constit. 215. Tom. 5. Cum sicut, & confirmationem Privilegiorum pro hac Provincia in Constit. 266. Cum ea, &c. Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1630.

Ad perpetuam rei memoriam.

R Egis pacifici vices quamquam imperiti gerentes in terris, inter caetera cordis nostri desiderabilia illud sinceris semper exoptamus affectibus, ut Christi Fideles, praesertim sub suavi Religionis jugo, & strictioris observantiae regulis divinis obsequiis famulantes vota sua in pacis amoenitate Altissimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter si quae pro litibus, & controversiis inter eos, supereminante humani generis hoste zizania, exortis evellendis, penitusque extirpandis concorditer facta fuisse comperimus, illa, ne in recidivae contentiois vitium denuò prolabantur, Apostolicae nostrae confirmationis munimine roboramus, ac alijs desuper pastoralis officii nostri partes, quantum Nobis ex alto conceditur, sedulo impendimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Alijs siquidem à Nobis emanarunt litterae tenoris subsequentes, videlicet: Urbanus PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam, In Cathedra Beati Apostolorum Principis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, per abundantiam divinae gratiae constituti, inter gravissimas Pastoralis sollicitudinis curas illa nos sollicitos jugiter habuit, ut religiosi viri, divini Numinis obsequiis sub regularibus arctioris vitae institutis famulantes, majoribus in dies in sanctitatis, & justitiae coram Domino proficiant incrementis, ac proinde quae in hoc impedimento esse possent, etiam per opportuna declaratione ministerium solliciti, aliisque statuimus, & ordinamus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Alijs siquidem sol. record. Clementis VIII. Praedecessor noster felici, ac prospero Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Provinciae Sancti Joannis Baptistae Hispaniarum regimini, & gubernio pastorali sollicitudine insvigilans, inter alia concessit, & indulgit Fratribus praedictis, quod suis arctioribus Constitutionibus gubernarentur, nec ad observanda Statuta generalia Ordinis facta, vel pro tempore facienda, & Capitulis, vel Congregationibus Generalibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, nec ad peculiaris Superiorum

Referuntur causa hujusmodi.

URBANUS OCTAVUS.

rum mandata, que Diffinitorum Provinciae iudicio...

Delat...

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, circa concessione...

Facultat...

§. 4. Praeterea pro majori quiete, & pace, & ad...

Mandat...

§. 4. Mandatum propterea in virtute Sanctae obediencie...

...debet, ac scilicet, & inane si...

§. 6. Subinde vero pro parte dilecti filii Joannis Baptiste...

Imponit...

Concordia...

§. 7. Cum autem, sicut denuo dictus Joannes Baptista...

Die 12. Septembris 1628. Concordia facta inter R. P. Fratrem Joannem à Sancto Bernardino Ordinis Sancti Francisci Generalem Procuratorem, & PP. Fratrem Joannem Baptistam Bervegal, Fratrem Damianum Estellet, Fratrem Joannem Rutz, & Fratrem Franciscum Siruent Provincie S. Joannis Baptiste Discalceatorum ejusdem Ordinis speciales Procuratores ex una, & ex altera partibus, Doctorem Jacobum Palau Procuratorem Fratris Honuphrii Legaza, aliorumque Patrum ipsius Provincie. Primo, quod literæ remissoriales à Sacra Congregatione obtentæ die 31. Decembris 1627. anni proxime præteriti totaliter annullentur, quamvis examen, seu processus fuerint inchoati, & ut paci, quietique Provincie consulatur, comburantur. Secundo, Decretum, & Motus proprius concessus à Sanctiss. D. N. Papa Urbano VIII. die 18. Januarii 1628. permaneant semper in suo robore, validitateque, quoad illam partem nempe, & clausulas revolidantes, ac perpetuum silentium ponentes Capitulo, & electionibus ritè, & canonicè habitis in Conventu Virginis Mariæ Solitudinis de la Jana die 17. Maii 1626. virtute literarum, seu Motu proprii ejusdem Sanctissimi incipientis: Urbanus VIII. Ad futuram rei memoriam. In Cathedra Beati Apostolorum Principis, &c. sub datum die 6. Februarii 1626. quin potius ex communi partium consensu illud totum ratum sit, ac denud confirmetur, quacumque dubitatione non obstante, aut quæ forsan inde oriri potest, eo quod in ipsismet Decreto, & Motu proprio de hujusmodi literis remissorialibus specialis fiat mentio, cum illas nunc, & in posterum, partibus convenientibus, specialiter, & expressè irritas, ad nihilumque redigendas omnimodè placuerit. Tertio circa sententias latas die 19. Januarii 1621. tam in favorem Fratris Honuphrii Legaza, quam in pœnam quorundam Fratrum, prout in ipsismet sententis Majoris Provincie sigillo munitis, & à pleno Diffinitorio, hoc est R. P. Fr. Blasio Aybar Ministro Provinciali, Fratre Joanne Ximenez, Fratre Hieronymo Planes, Fratre Antonio Sobrino Provincie Patribus, & Fratre Michaele Blanch, Fratre Petro Adam, Fratre Vincentio Naucafa, Fratre Sylvestro Sanz Diffinitoribus, etiam pronuntiatis, subscriptisque liquidò constat: hujusmodi igitur sententiæ declarandæ sunt, & admittendæ à Provinciali præsentè, & Diffinitorio tanquam bene late, neque aliquam patientes nullitatem. Quocirca idem Frater Honuphrius Legaza ab eodem Provinciali, & Diffinitorio pleno per literas patentes declaretur liber juxta sensum expressum in prædictis sententiis, itaut quicquid post latas sententias, vel prædictæ concordie confirmationem, seu interim dum executioni mandatur, attentatum pro parte cujuscumque fuerit, nullum sit, irritum, & abque ullo fundamento, & si quis aliquid in contrarium præmissorum suscitare, commovere, seu allegare quovis modo, vel quacumque de causa præsumperit, pœnis in confirmatione Concordie assignandis, seu infligendis subjiciatur, quibus etiam donetur idem Frater Honuphrius, si aliquid in posterum prætenderit, aut directè, vel indirectè facere tentaverit contra Fratres contentos in illis sententiis, seu alias quascumque personas. Quarto: Rursus circa præsentem apostasiam prædictus Frater Honuphrius subjiciat se ad cautelam absoluti, ita & taliter, ut nullis donetur pœnis à Constitutionibus Generalibus Ordinis, & Provincie constitutis, nec censeatur activè, nec passivè incapax ad quodcumque Religionis Officium. Quinto: Insuper in ipsa Concordia declaretur, quod à Provinciali, & Diffinitorio, non solum dictus Honuphrius, verum etiam omnes illi Patres, qui mandatum Procuratoris dederint ad effectum præsentium revocationis supradicti Decreti, seu quarumcumque literarum Apostolicarum, affligi, molestari, seu aliqua pœna affici nequeant. Sexto denique inter partes concordantes declaretur etiam, quod prædicta transactio, seu concordia nullum habeat vigorem quousque tandem ab ipsa Sacra Regularium Congregatione fuerit confirmata, & ante hujusmodi confirmationem in par-

tibus acceptata, quibus positus prædictus Frater Honuphrius à die datæ confirmationis Concordie infra duos Menses ad suam teneatur remeare Provinciam.

§. 8. Nos inviolabili Concordie, & transactionis hujusmodi subsistentiæ, & observacioni, quantum eum Domino possumus, consulere, ac Joannem Baptistam, & alios præfatos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium Præpositorum consilio, ac auditis Procuratoribus utriusque partis, Motu proprio: & ex certa scientia nostris Concordiam, & transactionem præinsertas hujusmodi cum omnibus in eis contentis, superadditis tamen in primo capite loco verbi (comburantur) sequentibus verbis, scilicet, quod dicti processus comburantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuè & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, etiam consensus partium prædictarum, ac tam juris, quam facti, & solemnitate, ac quovis alios etiam substantiales defectus, si qui in præmissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel ceteri possent, supplemus, sanamus, & abrogamus, necnon omnibus, & singulis Fratribus Discalceatis præfatis cujuscumque conditionis, seu gradus existant, perpetuum super præmissis silentium imponimus, eisdemque sub præcepto sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, necnon quorumcumque Officiorum quæ obtinent, ac perpetuè inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, pœnis eo ipso incurrendis injungimus, ne de cætro dictæ Provincie Fratres hujusmodi lites, seu controversias quavis occasione, causa, seu prætextu directè vel indirectè, per se, vel alios movere, vel prosequi possint, nec inter se molestare, seu molestari facere quomodolibet audeant, seu præsumant.

§. 9. Decernentes concordiam, & transactionem prædictas, præsentisque literas cum omnibus in eis contentis semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis Fratribus prædictis, cæterisque ad quos spectat, & in futurum pro tempore quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter in omnibus, & per omnia observari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore resisti posse, sicque ab omnibus ceteri, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ad Sedis Apostolicæ Nuncios, in quavis causa, & instantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Valentino, ac Orolensi & Carthaginensi Episcopis tunc, & pro tempore existentibus per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios, præsentem literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Joannis Baptiste, & Fratrum prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra concordiam, & transactionem prædictas, præsentisque literas ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, & adimpleri.

§. 11. Non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari,

Confirmatio concordie.

Decretum irritans.

Executores deputati.

Mandatp- niri trans- gressores.

URBANUS OCTAVUS

Mandat... nisi trans... gressores.

quibari, aut... Com... quilibet... cas, aliisque... latorum... hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felic. rec. Bonifacii Pape VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provincie prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transsum... nisi credi... jubet.

§. 12. Volumus autem, quod præsentium transcriptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique profus fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. Pont. A. 7. die 22. Apr.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Aprilis 1630. Pontificatus nostri anno septimo.

CXLIV. Ne de cætero alia Mendicantium Ordinum Monasteria, Domus, seu Conventus, aut Regularia loca per tres leucas circum circa Monasterium, & Ecclesiam Beatæ Mariæ de Monte Serrato construantur, sub pœna excommunicationis.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Incipit.

Complura pietatis, & charitatis opera, quæ in Monasterio Beatæ Mariæ de Monteferrato, Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, Vicentini, seu nullius Duceffis exerceri consueverunt, Nos inducuntur in his provisionis nostræ ministerio libenter intendamus, per quæ pia opera hujusmodi conservari, majoraque in dies suscipere valeant incrementa.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, ad Ecclesiam dicti Monasterii, ac sacram ejusdem Beatæ Mariæ de Monteferrato imaginem inibi existentem magnus Peregrinorum ex omnibus Orbis partibus devotionis causâ confluentium fiat concursus; ipsiusque Monasterium, in quo erga eosdem Peregrinos Hospitalitas, & alia Christianæ charitatis opera exercentur, plenam in civilibus, & criminalibus jurisdictionem per longam circuitus spatium habeat, eaque mediante loca eidem Monasterio subiecta, licet aspera, & deserta, proindeque ad hanc viarumque grassatorum receptionem apta sint, ab illis tamen hæc tunc semper salva, & illata, ipsique peregrinis tuta servaverit.

§. 2. Nos attendentes, quod si alia Mendicantium Ordinum Monasteria, Domus, seu Conventus in districtu ipsius Monasterii, sive illius jurisdictione construerentur, id non solum eidem Monasterio circa pias Fidelium elemosinas, & oblationes eidem Monasterio, & Ecclesie fieri solitas, piorumque operum prædictorum exercitium maximum præjudicium, & detrimentum illaturum fore, verum etiam hanc, & Conventus hujusmodi recipiendi occasionem præbitum; idcirco præmissis quantum cum Domino possu-

Bullarum Magni. Tom. V.

... quilibet... cas, aliisque... latorum... hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felic. rec. Bonifacii Pape VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provincie prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Decernentes præsentibus litteras perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarias, & integros effectus sortiri; & obtinere, ac eidem Monasterio in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiiri debere; ac irritum, & inane si quid secus super his à quodquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca venerabilibus Fratribus Episcopis Elnenli, & Urgellensi, ac dilecto filio Curie Cæliarum Camera Apostolicæ Generali Auditori per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, si, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatis, & Monachorum dicti Monasterii fuerint requisiti solemnitè publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, ac Abbatem, & Monachos prædictos illorum commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari.

§. 5. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas; aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postpositâ compellendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felic. rec. Bonifacii Pape VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Mendicantium Ordinum, hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordinibus, illorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis temporibus specialis, specifica, expressa, individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Decretum irritum.

Executio deposita.

Mandat... nisi trans... gressores.

§. 6. Volu

URBANUS OCTAVUS.

42

§. 6. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripseris, ac sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitutae munus eadem processu ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub anno Pilatoris, die 7. Junii 1630. Pontificatus nostri anno septimo.

CXLV. De facultate eligendi Confessarium ad Regulares utriusque sexus, & cujuscunque Ordinis non extendenda, nec extra forum conscientiae. Extat Tomo 4. 106. in ordine fol. 165. incipit: In specula.

CXLVI. Concessio Plenariae indulgentiae in Urbe ad agendas Deo gratias pro preservatione dictae Urbis, & aliarum civitatum ab epidemia: & extensio praedictarum indulgentiarum ad universam Italiam, &c. Extat Tomo 4. 110. in ordine fol. 167. incipit: Pax misericordiarum. * Sed non reperitur alicubi in novissima editione Romana.

CXLVII. Prohibitio erigendi Scholas sub denominatione Scholarum Piarum: & annullatio erectarum, sub tali nomine ab aliis quam a Clericis Regularibus Religionis Pauperum Matris Dei, &c. Reperitur Tomo 4. ordine 107. fol. 165. & 166. incipit: Ad uberes.

CXLVIII. Declaratio super constitutione Pii IV. de registrandis in Camera gratis illius interesse concernentibus. Reperitur Tomo 4. 108. in ordine fol. 166. incipit: Cum sicut.

CXLIX. Relatio Fratris Joannis Dei Congregationis hujus nominis Fundatoris in Beatorum Confessorum numerum, necnon concessio recitandi Officium, & Missam celebrandi de eo. Habetur Tomo 4. ordine 109. fol. 167. incipit: In Sede Principis.

CL. Quod Magister Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis B. MARIAE de Mercede Redemptionis Captivorum infra quindecim dies confirmare debeat electionem Vicarii Generalis pro tempore Fratrum Discalceatorum Recollet ejusdem Ordinis.

Horum Fratrum separationem a Calceatis confirmavit Gregor. XV. Const. 13. Alias a Nobis, & iste Pontif. Aliam edidit Const. super hanc separationem, in Sede, Const. 86. Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Commisisti nobis per abundantiam divinae gratiae pastoralis officii debitum postulat, ut in his, per quae Christi Fidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo simulantium prospero statui, felicitique directioni consulimus, sedulo intendamus, eaque statuamus, & discernamus, per quae iidem Christi Fideles litem sublati obstaculis in pacis amoenitate reddere valeant Domino abundanter fructus suos.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Calceatos Ordinis B. MARIAE de Mercede Redemptionis Captivorum ex una, & Fratres Discalceatos nuncupatos ejusdem Ordinis ex altera partibus, vertatur lis, & causa de, & super confirmatione Vicarii Generalis praedictorum Fratrum Discalceatorum, instantibus, & petentibus Fratribus Discalceatis hujusmodi, & cum supplici libello Nobis porrecto, & per Nos ad Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotiis Regularium praepositos transmissis, illos de cetero amplius juxta concordiam inter ipsos factam, & per fel. rec. Gregorium

Papam XV. praedecessorem nostrum, ac etiam Nos confirmatam, non astringi, aut teneri petere dictam electionis confirmationem a dilecto filio Magistro Generali Fratrum Calceatorum hujusmodi, ex quo fieri non possit sine magno ipsorum Fratrum Discalceatorum incommodo, & perturbatione, praesertim cum Magister Generalis etiam sine aliqua justa causa per binas vicis illam concedere recusaverit, vel dare distulerit: dictis vero Fratribus Calceatis aliter praetendentibus, rebusque aliis in actis causae, & causarum hujusmodi latius deductis.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis Officii debito paci, quieti, Felicitique Fratrum ejusdem Ordinis regimini, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, ad dissensiones, quibus Religiosi carere debent, de cetero verè evitandas, de eorundem Cardinalium consilio partibus pluries auditis, Apostolica autoritate tenore presentium perpetuo statuimus, & ordinamus, quod Vicarius Generalis dictorum Fratrum Discalceatorum pro tempore electus, in signum solius praesentis Magistro Generali Fratrum Calceatorum hujusmodi in supplicata concordia reservata, infra tres menses à die suae electionis teneatur eandem electionem praesentare eidem Magistro Generali Fratrum Calceatorum, qui illam absque aliqua contradictione, & cognitione super ejusdem electionis validitate, an videlicet canonice facta fuerit, confirmari debeat: si verò id facere recusaverit, vel confirmationem praedictam à die praesentis electionis ultra quindecim dies dare distulerit, dictus Vicarius Discalceatus electus accedat, & recursum habeat pro eadem confirmatione obtinenda ad nostrum, & Sedis Apostolicae Nuntium in Regnis Hispaniarum commorantem. Dictis vero Fratribus, tam Calceatis, quam Discalceatis perpetuum super praemissis silentium imponimus.

§. 3. Decernentes Statutum, & Ordinationem nostram hujusmodi, praesentisque literas perpetuo valida, firma, & efficacia fore, & esse, subisque plenariis, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque, & non aliter in praemissis perpetuo observari, & ita per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, dictaque Sedis Nuntios, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca dilectis filiis causarum Curiae Camerae Apostolicae Generali Auditori, ac nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, ac Officiali Toletano nunc, & pro tempore existentibus praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Discalceatorum praedictorum fuerint, requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos praemissorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quocumque quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari: contradicentes quoscunque, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juria, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus diebus, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus praemissis adversatur, concordia praedicta, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenore, & formis, ac

Quod Generalis infra 15 dies confirmet Vicarium Gener.

Decretum irritum.

Executores deputat, ac mandata punit transgressores.

URBANUS OCTAVUS.

49

ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis altis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transsum-
psero
subt.

§. 6. Voluntas autem, quod præsentium transsumptis, etiam expressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. S.
die 9. Nov.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris, 1630. Pontificatus nostri anno octavo.

Diaconus Cardinalis Trivulcius nuncupatus, à nobis super hæc specialiter deputati, Nobis, & eodem Francisco Cardinale annuentibus, totum huiusmodi negotium dilectis filiis Magistris Martino Alifeto, & Antonio Tornello in utraque Signatura nostra Referendaris discutiendum commiserint, præfati verò Martinus, & Antoninus plures super negotio huiusmodi tractatus, præsentibus eodem Cosmo, ac dilectis patris filii Joanne Baptista Befutio Canonico Mediolanensi, necnon Hieronymo Rampono nostro, & Se- dis Apostolicæ Notario, uti præfati Federici Cardinalis, ac dilectorum etiam filiorum Præpositi, & Canonicorum ejusdem Ecclesiæ S. Ambrosii Procuratoribus respectivè, necnon Mattheo Moretto ejusdem Theodori Cardinalis Auditore, de illius mandato habuerint, negotiisque ipso maturè discussio, ac visis omnibus, & singulis juribus, & processibus per Martineum, & Antonium, necnon Mattheum præfatos, & nomine ejusdem Roberti Cardinalis dilectum similiter filium Franciscum Nerlium ejus Auditorem, & facta per eos omnes dictis Roberto, & Theodoro Cardinalibus relatione, habitisque primò coram ipso Theodoro, & successivè coram eo, & prædicto Roberto Cardinalibus super nonnullis capitibus, quorum resolutione illorum prudentiæ, & iudicio relicta fuerat, diversis Congregationibus; tandem auctoritate eorundem Roberti, & Theodori Cardinalium, & in eorum præsentia fuerint inter dictas partes sub die 21. mensis Septembris proxime præteriti firmata, & subscripta transactionis, sive concordie capitula tenoris subsequenti, videlicet.

CLL. Super concordia inter Præsules, seu Administratores ex una, necnon Præpositos, & Canonicos ex alia, ac Abbatem, & Monachos Ecclesiæ Sancti Ambrosii Mediolani Cisterciensis Ordinis ex reliqua partibus.

Edita A.D.
1630.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Incipimus.

Regis Domini cura à Salvatore, & Domino nostro, qui charitas est, & Deus pacis, humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, commissa postulat, ut inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari solitudine incumbamus, qua litibus, & controversiis inter Christi Fideles quolibet, præsertim Ecclesiarum Præsules, & Cardinalatus honore fulgentes, ac personas Ecclesiasticas Sæculares, & Regulares exortis opportune transactionis remedio obviam itur, ut personæ ipsæ Ecclesiasticæ, quæ in sortem Domini vocatæ sunt, divinis ejus obsequiis commodius deserviant in sanctitate, & iustitia coram ipso, eique semoris litium impedimentis, tranquilliori spiritu reddant abundantè fructus suos. Unde his, quæ propterea facta fuissent dicuntur, ut perpetua roboris validitate subsistant, & à partibus ipsis inviolabiliter observentur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout rebus omnibus matura consultatione pensatis, conspiciamus salubriter in Domino expedire.

Causæ huius
Constr.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, à quingentis annis, & amplius inter Ecclesiæ Mediolanensis Præsules, seu Administratores, ex una, necnon Præpositos, & Canonicos ex alia, ac Abbatem, & Monachos Ecclesiæ Sancti Ambrosii Mediolanensis Cisterciensis Ordinis, ex reliqua partibus, qui pro tempore respectivè fuerunt, his, & causæ, seu questionis materia ratione dictæ Ecclesiæ S. Ambrosii, ac illius domini, & usus, necnon administratione, tam in spiritualibus, quam in temporalibus intentata, & ad hæc usque tempora magno earundem partium dispendio protracta fuerit.

Promotore
concordia.

§. 2. Cùmque nuper dilectus filius noster Federicus Sanctæ Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis Borromeus prædictæ Ecclesiæ Mediolanensis ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsul liti, & causæ prædictis finem aliquando amicabiliter imponi desideraret, & dilectus etiam filius Cosmus Reynonus ejusdem Ecclesiæ Sancti Ambrosii Abbas, & in Italia Congregationis Cisterciensis Præses, pio dilecti filii nostri Francisci Sanctæ Agathæ Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, nostri secundam carnem ex fratre germano nepotis hortatu inductus propensam ejus ad huiusmodi concordiam voluntatem ostendisset, dilecti similiter filii nostri Robertus tituli S. Prædixi Presbyter Card. Ubaldinus, Ordinis Cisterciensis apud Nos, & hanc S. Sedem Protector, & Theodorus Sancti Cæsarii

§. 3. Capitula concordie inite inter Eminentissimum, & Reverendissimum D. D. Federicum Cardinalem Borromeum, Mediolani Archiepiscopum, & Capitulum Præpositi, & Canonicorum Ecclesiæ Collegiæ, & insignis Sancti Ambrosii Mediolani, ac Abbatem, & Monachos ejusdem Ecclesiæ, ac Monasterii, quæ infra scripti eorum Deputati inviolabiliter, & bona fide observare promittunt. 21. Septembris 1630.

Canonici tam horis diurnis, quam vespertinis teneantur ingredi Chorum per dimidium horæ antequam ingrediatur Capitulum Metropolitanæ, servatâ semper ordinariâ tabellâ Illustrissimi D. Archiepiscopi.

In diebus solemnioribus, & præcipuè Sancti Ambrosii, & Sanctorum Gervasii, & Protasii caveat Capitulum Canonicorum, ne diutius immoretur in Choro, quàm par sit, ita ut Monachis remaneat tantum temporis, quo possint congruè eorum vespere celebrare.

Ritu Ambrosiano, quo Clerus utitur, Monachi utantur in solemnioribus diebus, videlicet à die Domini in Ramis Palmarum usque ad Dominicam in Albis, & in primis Vesperis Sancti Ambrosii, & Sanctorum Gervasii, & Protasii; reliquis verò suo Ambrosiano monastico, quem vocant, juxta solitum utantur, & in musicis possint etiam adhibere Instrumenta ad symphoniam pertinentia.

Unica Missa Sabbati Sancti, quæ in qualibet Ecclesia celebrari solet, juxta solitum alternis vicibus ab unoquoque Collegio celebretur, Monachi nunquam divina celebrare incipiant donec Capitulum Canonicorum à Choro discesserit.

Tam Canonici, quàm Monachi sub quovis prætextu tempore celebrationis divinarum nullum actum faciant, per quem possit ad invicem celebratio impediri.

Liber usus Pontificalium Abbati Monachorum non controversatur in quibuscumque ejus functionibus Ecclesiasticis. Sedes Abbatis ad usum Pontificalium exercendorum diebus, quibus Illustrissimus Archiepiscopus solet in Ecclesia Sancti Ambrosii solemniter celebrare, in latere Epistolæ apponatur: Cæteris verò diebus Abbas in utroque latere, prout sibi magis libuerit Pontificalia exerceat. Super sede solita arcuata Abbatis Baldachinum non apponatur.

Decreta Sacre Congregationis Rituum, tam quotad
D 4 numerum

numerum ministrorum, quam quoad alia in solemnibus Abbatibus celebratione, seu functione (quae reseruantur in usu) observentur.

Illustrissimus D. Archiepiscopus à latere Monachorum non possit visitare; nisi ad limites quatuor visitationum tantum, ut infra, & non alias, &c. duarum scilicet factarum per Sanctum Carolum de annis 1566. & 1578. tenoris, ut in eorum authentico integrè, ac de verbo ad verbum, & non alias inferendi Instrumento desuper inter ipsas partes celebrando, & aliarum duarum factarum per Eminentissimum D. Cardinalem Archiepiscopum modernum de anno 1607. prout tamen in particulis inferendis, ut supra in dicto Instrumento celebrando, ita quod praesens Concordia dictarum visitationum respectu sit restricta ad dictas particulas duntaxat, & non ad totas, & integras visitationes, ac reliquum eorum tenorem, etiam si quid amplius ad favorem Archiepiscopi in illis possit contineri, quia sic, &c. non alias, &c. omni, &c.

Oblationes publicae, & praecipue Altaris Majoris ad Cantecos spectent. Privatas unaquaqueque pars in suo latere percipiat, quae absque alio impedimento, aut dubitatione percipientium fiant.

Hereditates, legata, & caeterae dispositiones factae ad favorem Ecclesiae Sancti Ambrosii in genere praeter supradictas oblationes, quae hic non comprehendantur, neutri Collegio censeantur acquisitae, sed debeantur fabricae ipsius Ecclesiae.

Claves portarum Ecclesiae lateralium tres consuevas teneat Capitulum Canonicorum, inter quas clavis portae majoris connumeratur, tres alias Monachi, prout hucusque consueverunt.

Custodia altaris auri ad Capitulum Canonicorum spectet, ejusque claves ab eodem, seu à deputando ab eo, custodiantur; Habeant Canonici curam thesauri dictae Ecclesiae, ac sacrae suppellectilis, etiam communis, si quae, &c. & in specie candelabrorum argenteorum.

Custodia Sanctissimi Sacramenti in Altari Majori existentis ad Capitulum Canonicorum pertineat, quoad illius tam publicam, quam privatam expositionem serventur ut infra, videlicet: Quando exponendum est processionaliter, prout in festivitibus quadraginta horarum, vel similibus, fiat alternis vicibus à Capitulo Canonicorum, & Monachorum, ita ut primus terminus in executionem concordiae sit Canonicorum; clavam igitur Tabernaculi quando solemnitas fiet per Monachos durante duntaxat solemnitate Monachi per Canonicos traditam custodiant, finita solemnitate eisdem Canonicis absque mora restituendam. Vbi verò ex privatorum precibus erit exponendum, si recursus priorum erit ad Monachos, teneantur illic Canonici, eisdem Monachis instantibus, sanctuarium aperire, & ad eandem pariter instantiam claudere.

Capitulum Canonicorum semper Altare majus, & Ecclesiam apparari faciat, & ejus sit peculiare. Superstantarius à Capitulo Canonicorum juxta consuetum nominandus pro tempore liberam habens superstantiarum, ejusdemque introituum administrationem factam, & Ecclesiam manuteneat debet.

In accessu Legatorum, Archiepiscopi, Ecclesiasticarum personarum, & Principum, ubi recipere opus est ad Januam majorem, tam Capitulum Canonicorum, quam Monachi obviam eant, & ab ambobus Collegiis recipiantur; Abbas tamen, & Monachi cupillati incedant, nec obviam eant, nisi praesente Capitulo Canonicorum. Vicarius, quem vocant provisorum, cum suo tribunali, ejusque publicae oblationes à solo Capitulo Canonicorum excipiantur.

Unica Crux in Ecclesia adoranda populo die Veneris majoris hebdomadae ad altare majus, nec alibi exponatur alternis vicibus ab utroque Collegio, prout in processione, & expositione solemnium Sanctissimi Sacramenti, eodemque turno servato. Eleemosyna ejusdem occasione adorationis populi ministris expo-

nentium pro tempore relinquatur. Adoratio solemnium Crucis juxta solitum fiat in Ecclesia Sancti Ambrosii per Monachos tantum, quae actio intelligatur prout ab expositione Crucis separata.

Sepulchrum Domini, quod in majori hebdomada in qualibet Ecclesia fieri solet, unicum pariter in Ecclesia Sancti Ambrosii fiat alternis vicibus à Capitulo Canonicorum, & Monachis quolibet anno, servata forma turni, prout in solemnibus expositione Sacramenti, & Crucis die Veneris Sancti, Canonici quidem in Navi dexteri lateris, Monachi autem in sinistri.

Quando ob supplicationes summo mane faciendas, vel aliud simile impedimentum binæ Missae Capitulares celebrari non possunt, Canonici celebrant ad Altare majus, & Monachi in Capella Sancti Saryri, vel alia versus monasterium, Rogationibus exceptis, quas litanias vocant.

Festivitas baptismi Sancti Ambrosii in die Sancti Andreae solemniter à Capitulo Canonicorum celebratur. Monachi verò eadem die celebrent prout in aliis festivis diebus ordinariis solent. Canonici, & Monachi quilibet in labello versus navem sui lateris existenti aquam ad aspergendum populum benedicant. In navi Ecclesiae, sive majori, relicto loco medio ad usum sepulchri pro Archiepiscopis Mediolani, duo sepulchra fiant, à dextero scilicet pro sepulchra Praepositorum, & Canonicorum; alterum à sinistro latere ad usum Abbatum, & Monachorum; neque alia sepulchra in dicta navi media fieri, aut concedi valeant.

Funeralibus Praepositorum, & Canonicorum Monachi interveniant, & pariter Abbatum, & Monachorum Canonici. Quoad ordinem, quando Praepositi, aut Canonici erit funus, Abbas, vel dignior post ipsum, Abbate impedito, in ejus locum officium celebret mortuorum, & cadaver deferatur à Monachis, ipsi à latere dextero cum Canonici à sinistro binis procedentibus. Cum verò Abbatibus, vel Monachis funus erit peragendum, observetur ordine converso, Praepositus scilicet, vel eo impedito, dignior primus ex Capitulo officium celebret, cadaver à Presbyteris deferatur, Canonici latus dexterum, & Monachis sinistrum tenentibus, bini bini, prout in funere Canonici, procedant. Circa qualitatem, & sumptum funerum, solitum servetur, sicut in hanc usque diem fuit servatum.

Quoad sepulturas extraneorum laicorum, vel Ecclesiasticorum, quilibet in suo latere concedat, & sepeliat. Nullum ducatur in Ecclesia funus absque interventu Canonici. Funeralia cadaverum in media navi Ecclesiae fiant. Emolumenta funerum in quocumque latere sepeliuntur mortui, aequaliter inter Capitulum Canonicorum, & Monachos dividantur. Officiorum verò integraliter emolumenta sint eorum, in quorum latere celebratur officium.

Capitulum Canonicorum provideat Ecclesiae de subcellis, mensis, & aliis hujusmodi ad usum Ecclesiae communem spectantibus. Dignior locus semper in quocumque functione sit Capituli Canonicorum, excepto tamen casu funeris Praepositi, vel Canonici in Ecclesia Sancti Ambrosii. In recitatione Completorii servetur detretum Sancti Caroli in visitatione sub die 27. Februarii 1578. Organum, Pulpitum, seu vulgò Lettorino, utriusque Collegio, Canonicorum scilicet & Monachorum, tam quoad usum, quam quoad reparationem, quamvis in diversis lateribus reperiantur, sint communia.

Polluta Ecclesia si quando contigerit, facultas reconciliandi ab Illustrissimo Archiepiscopo impetretur, eoque nolente per se ipsum, alternis vicibus à Praeposito Ecclesiae, & Abbate Monachorum reconcilietur, ita ut primus terminus sit Praepositi. Teneatur Cimiliarcha absque ulla contradictione utriusque Collegio necessaria, communis tamen, pro servitio divinorum tradere.

Redditi Superstantiarum in ornatum, reparationem & alios necessarios usus Ecclesiae erogandi diligenter per Canonicos, eorumque Cimiliarcham ministrentur.

URBANUS OCTAVUS.

43

In solemnibus Ecclesiam decenter ornari pro utroque Collegio curet, & ornata pariter in pristinum redigi, idque etiam pro Missis prima vice tam à Canonicis, quam à Monachis, sive Præpositis, aut Abbatibus pro tempore, item in funeribus eorumdem, seu aliarum Illustrium personarum, expensis tamen Monachorum, ubi ad eorum instantiam fiat.

Benedictio solemnis Cerei Paschalis librarum 60. in die Sabbati Sancti alternis vicibus per Capitulum Canonicorum, & Collegium Monachorum fiat, ita ut illud, ad quod spectabit onus sacre functionis expensas Cerei faciat, & quod remanebit finito usu retineat. Ordo benedictionis antedictæ sit, ut à Collegio celebrante Missam Sabbati sancti fiat. Ad postulationem Abbatis, Canonici seu ab eis deputandi Altare aureum in adventu Illustrium personarum ostendant. Castrum doloris, quod vulgo, Tomba vocant, & delabra pro eodem servitio destinata servantur in loco solito subtus Organum ad usum communem utriusque Collegii. Possint Monachi diebus festivis Sanctorum particularium Capellas in suo latere existentes in eorumdem Sanctorum honorem erectas arbitrio suo tam intus, quam foris, unâ cum columnis è regione Capellæ existentibus in honorem festivitatum eorumdem ornare.

Ut commodius officiis divinis Monachi incumbere possint, Capitulum Canonicorum in gratiam Eminentissimi Domini Cardinalium Ubaldini, & Trivulzii concedit clavem unam eisdem Monachis tenendam perpetuò, donec præsens concordia durabit, ut Cancellos ferreos Altaris majoris aperire possint, his tamen adjectis conditionibus, & non aliter, &c. quod ab Abbate dicti Monasterii Monachus eligatur, cui dicta clavis consignetur, qui tamen cavere debet ne cancelli aperti remaneant, extra horas divinarum officiorum. Ulterius, ut Custodiæ Altaris quantum minus fieri potest, præjudicetur, quotiescumque aperiri contigerit Altare aureum, idque apertum remanere teneatur, dictus Monachus hora præambula ad monitionem simplicem Superintendantis Canonici dictam clavam ei consignare teneatur ab eo tenendam donec dictum Altare aureum apertum remanebit, eo tamen statim clauso, Superintendens eandem clavam reddat Monacho sic ut supra deputato.

In festivitibus Sanctorum juxta stylum Calendarii Monastici Ambrosiani (quæ tamen in diebus festivis ex communi præcepto contigerint) si apparatus ad usum Canonici Monachorum festivitati non respondeat, teneantur Canonici statim eorum divinis peractis proportionabiliter Pallium Altaris majoris, & conopæum Ciborii immutare. Idem particulariter fiat in festo Sancti Benedicti, etiam si in die non festivo communi occurrat. Abbas pro suo arbitrio propria Monachorum candelabra argentea, & Sanctorum reliquiis in suis vasis existentes ad ampliorem Altaris majoris ornatum, candelabris tamen argenteis communibus non amotis, exponere valeat.

Lampades numero 11. circa Altare majus pro Sanctissimo Sacramento supra idem existente, quinque ad Capitulum Canonicorum, quinque ad Monachos, & una ad Societatem, quam vocant Scuroli, spectent, & earum mantentio ad singulos proportionabiliter pertineat. Clavis Confessionis, seu Scuroli cuique Collegio consignetur ad usum communem.

Altare privilegiatum pro defunctis Fidelibus à Sanctissimo Domino Nostro in Scurolo impetrandum ad usum utriusque Collegii, tam Canonicorum, quam Monachorum petatur, cum generali pariter prohibitione, ne quicquam per Confratres dicti Scuroli, neque pro Missarum celebratione, aut sub alio quovis prætextu nomine elemosynarum à quoquam percipiatur. Quoad elemosynas pro Missis mortuorum ibidem celebrandis nullus in dicta Ecclesia, aut Scurolo ad hunc effectum deputetur, aut pro eisdem recipiendis à Fidelibus assistat, sed utrumque Collegium in sua Sacristia à sponte consignantibus recipiat. Ne ulla confusio quoad modum in Scurolo gignatur, modus infra dicendus servetur.

Quotidianæ, & ex perpetuis obligationibus hinc inde celebrandæ statutis diebus juxta præcisam formam obligationis, & consueti celebrentur. Extraordinariæ quæ diem occurrunt, pro defunctis alternis diebus ab utroque Collegio adimpleantur. Quilibet è sua Sacristia exteros Sacerdotes ad Altare privilegiatum dirigere possit, discreto tamen modo ita ut alter ab altero non impediatur: quod à prudentia hinc inde utenda speratur.

Clavis Organi utriusque Collegio consignetur, ita ut quilibet pro suo arbitrio, & usu ex se aperire possit, & Organista quandocumque pro servitio utriusque sit paratus. In solemnibus processione Corporis Christi, & Rogationum ad Ritus Ambrosianum quilibet in suo latere Ecclesiam in Navi majori viridibus frondibus, & similibus ornet. Lampades, aliæque luminaria Sanctorum Imaginibus tam in navi majori, quam minori è suo latere existentibus, Monachi absque contradictione accendant. Antiphona, Sub tuum præsidium, per Monachos processionaliter diebus festivis procedendo per navem Canonicorum, & inde per medium Ecclesie ad eorum libitum cantari possit. Item eodem modo in festivitibus Purificationis, Olivarum, & Dedicacionis Ecclesie egredi à Janua laterali Canonicorum, procedere per Cortinam, & Portam majorem ingredi eisdem liceat, quemadmodum à Capitulo Canonicorum vice versa solet.

In vigiliis Sancti Ambrosii, ac Sanctorum Gervasii, & Protasii Abbas celebrans cum Monachis ad Altare Sancti Michaelis à latere Canonicorum existens antelatis insignibus Abbatialibus procedat, ibique pro solita statione immoretur, & inde discedens, portamque majorem Ecclesie egrediens per plateam proximam ad Ecclesiam Divi Francisci pergat, redeundo per portam Canonicalem ingrediatur Ecclesiam Sancti Ambrosii, & omnes easdem Ecclesiasticas caeremonias præcedenti die per Capitulum Canonicorum factas ipse Abbas cum suis proportionabiliter adimpleat. Monachi in suo latere subtellica ad usum Confessionarium, quæ vulgò Confessionalia nuncupantur, habeant, quæ tamen sint conformia cum aliis à latere Canonicorum existentibus.

Finito funere in medio Ecclesie cum assistentia Cleri secularis secundum determinationem superius factam eorum qui debent sepeliri in latere Monachorum possint Monachi absque ullo intervenitu ejusdem Cleri asportare cadavera ad sepulturam destinatum propria auctoritate. Cerei, seu candelæ, quæ solent sustineri per binos Angelos hinc, & hinc super Altare existentes, & per Canonicos celebrantes solent accendi, eodem modo per Monachos celebrantes, propriis tamen sumptibus, apponantur, & accendantur. Monachos Religionem Cisterciensem ingredientibus Abbas ad Altare majus novis vestibus pro libito induat: ibique Professionem suorum Monachorum, & Equitum sui Ordinis recipiat.

Officia mortuorum, etiam cum solitis ornamentis ab utroque Collegio in medio Ecclesie juxta solitum fiant. Ubi corpora, vel reliquiæ Sanctorum, vel alii thesauri in Ecclesia Sancti Ambrosii reperiantur, si in navi majori, liberè Archiepiscopi dispositioni remaneant; si verò in latere dextero, Collegio Canonicorum, sicuti in latere sinistro Monachorum Collegio cedant, non tamen corpora, vel reliquiæ Sanctorum ex eadem navi, seu latere extrahantur, sed in eo, vel ea, debita veneratione servantur, ea tamen inquirentia, re nemini liceat, absque expressa Archiepiscopi licentia.

In Ecclesia Sancti Ambrosii non intelligantur comprehensæ Ecclesia Sancti Sigismundi, ac Capella Sancti Saryri, & S. Joannis.

Item ad tollendas dissensiones, ac lites quæ hæcenus verè fuerunt, ac vertuntur inter D. Archiepiscopum, ac duo Collegia Canonicorum, & Monachorum super

super pertinentia domini Ecclesie Sancti Ambrosii Mediolanensis, eadem Collegia ex causa predicta, & pro bono pacis, ut evulsa radice communis controversie cum divini cultus augmento, quiete, ac libertate fruatur, in posterum omni commodo dictae Ecclesie cessent, ac cedant D. Archiepiscopo Mediolani pro tempore dominium ejusdem Ecclesie, quod ambo pretendunt habere, ea tamen conditione, ac lege, & non aliis, ut debeat perpetuo penes eum residere, nec ipse possit ullo unquam tempore illud, vel aliquam illius partem, aut majorem commoditatem quam de presenti habeant, eis, aut eorum alteri, seu aliis quibuscumque cedere, aut quod illud habeant, consentire: quodque deinceps D. Archiepiscopus vigore dictae concessionis sic ut supra factae nihil amplius quavis auctoritate, titulo, aut jure, etiam si indigerent speciali mentione, in dicta Ecclesia contra, & in praedictum utriusque Collegii, eorumque personas, fructus, redditus, proventus, & emolumenta, tam conjunctim, quam divisim facere, seu pretendere possit, quam usque in presentem diem appareat habuisse, & fecisse respectu utriusque Collegii, singula singulis congrue referendo, vel circumscripta presenti cessione, de jure plus habere, & facere quavis auctoritate, titulo, & jure potuisset, & possit, quod etiam hujusmodi cessio in quieto, ac libero usu ipsius Ecclesie, ac etiam in aliis concordatis nullatenus praedictet, nec contra eorum usum, & utilem substantiam, aut exercitium quomodolibet, & qualitercumque possit allegari, aliis quolibet contraria praetensio, & quilibet actus in contrarium attentatus sint ipso jure nulla, non solum praemissa, sed etiam omni alio meliori modo.

Hujus concordie intuitu, liti fabricae Monasterii monachorum Sancti Ambrosii Mediolanensis finis perpetuo imponatur, neminique liceat pretendere demolitionem fabricae hactenus factae, & in futurum fiendae; teneantur tamen Abbas, & Monachi providere, ne ex hujusmodi fabrica, tam facta, quam fienda inferatur praedictum Ecclesiae Sancti Ambrosii, videlicet aliis eam tollendo versus dictam Ecclesiam ultra summitatem in qua reperitur de presenti, vel eidem magis appropinquando dictam fabricam, & praecipue ne ex aqua pluviae murus Ecclesiae e latere Monasterii labefactetur, construendo cloacam per quam illa recipiatur, & ducatur extra. Et quia nonnullae Capellae dictae Ecclesiae versus Monasterium occasione luminis ampliandi nuper fuerunt ab antiqua earum forma deformatae Abbatis, & Monachorum expensis in priorem formam reducantur, quatenus ita videatur Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Borromeo moderno Archiepiscopo, & non alteri ejus successori.

Tandem ne in posterum aliquid in dicta Ecclesia innovetur, per quod fabricae uniformitas deturpetur, convenerunt nihil aut restorationis, aut novae reedificationis praetextu in eadem fieri, nisi accedente expresse consensu Illustrissimi Domini Archiepiscopi, Praepositi Ecclesiae, & duorum Canonicorum per suum Capitulum deputandorum, necnon Abbatis ejusdem Ecclesiae, & duorum Monachorum de corpore Monasterii Sancti Ambrosii per Monachos eligendorum, ita ut saltem duae partes ex tribus consentiant, & non alia, &c. Salva tamen Superstantaria cum suis concordatis, & quoad expensas, haec ubi a Fidelibus non subministrantur, & ubi non adiant redditus, vel proventus ad hunc effectum destinati, qui sufficiant in subsidium, Abbas, & Monachi non possint adstringi ad contribuendum ultra tertiam partem. Attentis omnibus super praedictis concordatis voluerunt ac volunt, tam Illustrissimus D. Archiepiscopus, quam duo Collegia, quod omnes controversiae, & quaecumque lites cessent, & sint omnino extinctae super dominio quomodolibet praetensae, tam per D. Archiepiscopum, quam per utrumque Collegium, & perpetuum silentium quoad omnes desuper impositum, &c.

§. 4. Nos quibus deinde, & eidem Francisco Cardinali

facta fuit postmodum per eosdem Robertum, & Theodorum Cardinales de praemissis omnibus religio, inviolabili concordiae, sive transactionis, & quaeque & singulorum Capitulorum praesentium observantioni quantum Nobis ex alto conceditur, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, concordiam, sive transactionem hujusmodi, omniaque, & singula Capitula praesentia hujusmodi, cum omnibus, & singulis in eis contentis, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis perpetuo, & inviolabilis Apostolicae firmitatis vim, & robur adjicimus, ac omnes, & singulos non modo consensus omnium, & singulorum in praemissis interesse habentium, seu habere praetendentium, sed solemnitarum etiam substantialium, & a quibusvis statutis, legibus, & consuetudinibus, aut aliis quomodolibet, & ex quacumque causa requisitarum, & forsitan omittarum, necnon quoscumque alios, tam juris, quam facti, & quolibet alios defectus cogitatos vel incogitatos, si qui principaliter, vel accessorie, aut aliis quomodolibet intervenerint in eisdem, etiam si de illis ad hoc ut suppleri, & sanari possint, specialis, specifica, & expressa mentio habenda esset, quam tamen pro habita, & facta haberi volumus, plenissime supplemus, eisdemque omnes, & singulos defectus a concordia, seu transactione, & praesentibus capitulis hujusmodi ex nunc tollimus, abrogamus, & amovemus.

§. 5. Necnon concordiam, seu transactionem, ac Capitula praesentia hujusmodi, omniaque, & singula in illis quomodolibet contenta ab omnibus, & singulis ad quos nunc quomodolibet spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, eaque omnia, & singula suum plenarium effectum, executionem, & observantiam sortiri debere volumus, & mandamus in omnibus, & per omnia perinde, ac si cum omnibus, & singulis solemnitaribus, ac aliis etiam substantialibus de jure, privilegio etiam Apostolico, etiam in corpore Juris clauso, stylo, & consuetudine etiam immemorabili, vel aliis quomodolibet, etiam ex Constitutionum Apostolicarum, vel statutorum etiam juratorum, aut aliis quomodolibet requisitis, ac aliis servandis plenè servatis, facta, & gesta, conventa, & celebrata forent.

§. 6. Decernentes concordiam, seu transactionem, ac praesentia Capitula, praesentisque literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, aut habere praetendentes eis nullatenus consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, minusque causa propter quas eadem praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificatae, vel aliis justificatae fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, maximo, & incogitato; sive etiam ex eo quod in eisdem praemissis, seu eorum aliqua solemnitates, & quaevis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplenda non fuerint, aut ex quovis alio etiam a jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, & enormissimae, ac in totum laesionis, sive alio capite etiam in corpore juris clauso, aut occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessariè exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductiois ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes, & in eis contenta praedicta sub quibuscumque generalibus, vel specialibus, etiam per viam legis,

Confirmatio
Concordiae.

Mandat ob-
servari
Concordiam.

Decretum
irritans.

URBANVS OCTAVVS

legis, aut alijs, etiam Motu proprio, ac etiam Consi-

opportuna ratione possumus operi ferre, & committent

Contraria derogat.

§. 7. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, &

§. 1. Habita igitur super his omnibus cum Venerabilibus

Interpretibus

Dat. P. A. S. die 7. Dec.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno

CLII. Edita A. D. 1631. 13. Janu. Pont. An. 8.

Annulatio, & suppressio prætense Congregationis

CLIII.

Indictio Sex Decimarum super omnibus fructibus

Edita A. D. 1631.

URBANVS EPISCOPVS

Exordium.

Suprema dispositione illius, cujus inscrutabili providentia

alia Apostolica fuerit concordatum (Hospitalis Sancti Ioannis

Causa huius Conflic.

§. 1. Quare nos officii nostri partes esse duximus

bus,

bus, Militiis, Mensis, Massis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, personali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua suffultis, quos omnes ad hoc obligatos, pro una intra proximam diem festum Sancti Michaelis Archangeli proximi mensis Septembris, & pro alia intra eundem festum anni proxime futuri, & pro tertia partibus æqualibus intra illum ipsum diem festum consequentis proximo anni Camere prædictæ, & illius Depositario generali ad id constituendo, omnino volumus persolvisse.

Depositarii officium.

§. 3. Eiusdem verò Depositarii manus erit sedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex Decimis colligitur, id diligenter, ac fideliter asservetur, de mandato nostro speciali in prædictos usus dumtaxat, nec aliàs erogandum.

Decimas contra non integre solventes imponit.

§. 4. Quicumque verò Decimas hujusmodi nullo modo, vel non integre scienter, aut non secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, proveniunt, jurium, obventionum, distributionum, & emolumentorum, vel concordiam cum Sede, & Camera prædictis, ut præfertur in eundem, sive terminis constituendis non exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, vel fraudem, Ecclesiarum Antistites suspendimus à divinis, Capitula verò, Conventus, Collegia quæcumque Ecclesiastico interdictione suspendimus, ac singulares personas Antistite inferiores excommunicationis sententiâ innodamus. Cæterum ad prædictas Decimas consequendas præcipimus etiam omnibus Conductoribus, Censuariis, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & jurium prædictorum, etiam hujusmodi pensionibus oneratorum, ut utraque Decimas nomine Dominorum, ac Pensionariorum ad computum suæ quicquæ locationis, omnibus verò possessoribus, usufructuariis, & aliis Pensiones solvere debentibus, ut ipsi etiam Decimas pensionum hujusmodi nomine Pensionariorum Camere, & Depositario prædictis integre persolvant.

Decimas in causa nullam, vel concorsione.

§. 5. Decernentes Decimas fructuum, reddituum, proveniunt, & aliorum jurium prædictorum secundum verum valorem annum, vel saltem juxta taxam, de qua cum dilectis filiis nostris Hippolyto Sancti Angeli in foro piscium Diacono Cardinali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac nostro, & Camere prædictæ Thesaurario generali, quibus etiam Ecclesiarum, Monasteriorum, beneficiorum, & aliorum prædictorum fructus hæcenus non taxatos taxandi, & taxam in libris Camere Apostolicæ describendam describi faciendi, necnon taxas antiquas, quas opus fuerit, juxta verum fructuum valorem augendi, licentiam, facultatem, & potestatem, & auctoritatem plenariè concedimus, & impartimus, ut præfertur concordaverint, alias verò pensionum Decimas ad rationem decem pro centenario præstari debere, & secundum ea prædictos omnes in solidum cogendos esse, ipsarumque Decimarum Procuratores à quibus libuerit integre exigendi optionem, facultatemque habere, neque ulla immunitates, & exemptiones etiam ex causa resignationis, cessionis Juris, concordie, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione quocumque modo concessas, & interim concedendas, integram solutionem, hujusmodi minuere, vel impedire, neque possessores, usufructuarios, aut alios pensiones hujusmodi solvere debentes, etiam ipsi Juri, & actioni petende, vel detrahendæ, vel retinendæ portionis, & raris partis pensionarios contingenti Jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Camere amplissima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore constringi posse.

Decimas in causa non integre solventes imponit.

§. 6. Omnes verò confessiones, & quietantias receptionis Decimarum à Procuratoribus, & Ministris Camere prædictæ, tam Conductoribus, Censuariis, & Locatoribus nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensiones solvere debentibus nomine pensionariorum faciendas perinde valere, atque in iudicio, & ex-

tra illud ubique locorum fides habere, ac si ipsimet principalibus, & pensionariis presentibus, & solventibus factæ, & exhibitæ fuissent. Conductores autem qui prædictam locationem dominis legitime antehabuerint, locationem suam hujusmodi, quam ad hoc prorogamus, usque ad integram satisfactionem, ut prius etiam adveniente successore continuare debere. Siquæ per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublatæ, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Collectores facit, & dat ei privilegia.

§. 7. Ut autem omnia prædicta, sicut causa urgens postular, diligenter, & fideliter executioni demandentur, prædictum Hippolytum Cardinalem Camerarium, cuius integritas, atque experientia jam pridem Nobis perspecta est, generalem omnium Decimarum prædictarum Collectorem in universa Italia cum omnibus, & quibuscumque privilegiis, Jurisdictionibus, ac Juribus, quæ omnes alii antehac hujusmodi Collectores habuerunt, auctoritate prædicta tenore præscriptum constituimus, & deputamus, etque plenam, liberam, & absolutam potestatem, & facultatem, & auctoritatem tribuimus omnes ipsas Decimas Camere prædictæ nomine ubique procurandi, prædictos omnes tam conjunctim, quam divisim ad illarum integram solutionem, ut prædictum est, faciendam, etiam per Edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in censuras, & poenas incidisse, servatâ formâ Conc. Trident. declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum etiam manu regia apprehendendi, & usque ad condignam satisfactionem retinendi.

Contrafactibus poenas poenis.

§. 8. Contradictores, & perturbatores, molestatores, & rebelles quoscumque, esque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occultè quovis quæstione colore præstantes, cuiuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, & aliis censuris, & poenis Ecclesiasticis, necnon pecuniariis, cæterisque juris, & facti remediis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitatibus, beneficiis & officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictionem Ecclesiasticam apponendi, auxiliūque brachii secularis, quodcumque opus fuerit, invocandi: ad sanitatem verò reverts, qui debitè satisfecerint, ab omnibus censuris, & poenis supradictis in forma Ecclesiæ consueta absolvendi, super irregularitate forsan incurra dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi.

Alia facultates generales collectis.

§. 9. Præterea Collectores, & Subcollectores fidei, & facultatibus idoneis in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiæ prædictæ quotquot viderit expedire, cum simili, vel limitata, non tamen absolvi potestatem constituendi, cumque vel eos arbitrio suo revocandi, negligentes, & morosos removendi, ac alium, seu alios subrogandi, quotiescumque ei videbitur in delinquentes, & suspectos per se, vel alium, seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura Judicii inquirendi, & meritis poenis puniendi, modos, & formas in prædictis servandos præscribendi, dubia quæcumque in præmissis fortè occitura declarandi, ac proferus omnia, & quæcumque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam si talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale quàm præsentibus est expressum.

Contrafactibus poenis poenis.

§. 10. Non obstantibus pie memorie Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac aliis Apostolicis Constitutionibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum prædictorum jaramento, confirmatione Apostolica, vel quavis similitate alia

URBANUS OCTAVUS

alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilitimentis, ubi, & natura: quodque Prælati, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis illis communiter, aut divisim à prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi; vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi, necnon personis, eorumque nominibus, & cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & locis huiusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in specie quomodocumque concessis, confirmatis, & innovatis, etiam solutionem Decimarum aliter quam secundum antiquam taxam, & nisi in universali Decimarum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, denominationibus, obligationibus, juramentis, & renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimarum huiusmodi neminem teneri, neque eas quoad præmissa contra quemcunque locum habere similiter declaramus, aliisque Indultis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus, cuiuscumque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, quæ omnia contra præmissa nolumus cuiquam in alio suffragari, necnon aliis huiusmodi impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsam, si quæ sint, factis, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Per sacras
pro solutio-
ne accipere
prohibet.*

§. 11. Cæterum in percipiendis Decimis prædictis Constitutionem recolendæ memoriæ Clementis Papæ V. similiter prædecessoris nostri in Concilio Viennensi editam, quod Decimæ ad monetam currentem communiter levari, nec calices, libri, cæteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut alias quomodolibet occupari debeant, ubique volumus observari: quin etiam præcipimus, ne quisquam etiam plura quancumque valoris beneficia Ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia mixtim obtinens pro litera, & sigillo quietantiæ universalis, si illam habere voluerit, ultra unum carolenum consistentem quatenus triginta septem monetæ Romanæ solvere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu cambii uspiam compellatur.

*Exemplis
facere jubet.*

§. 12. Quia verò difficile nimis esset presentes literas quocumque illis opus erit, perferre, volumus quoque ut illarum exemplis etiam impressis, & Norarii publici manu, ac Hippolyti Cardinalis & Camerarii prædicti, aut alterius Collectoris, seu Prælati Ecclesiastici, ejusve Curie sigillo obfirmatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ illis ipsis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

*Tena lacc-
tantium.*

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indictionum, impositionum, suspensionis, impositionis, innodationis, decreti, concessionis, impartitionis, prorogationis, constitutionis, deputationis, tributionis, declarationis, præcepti, & voluntatum nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D.P. An 9.

Datum Romæ, apud Sanctam Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1631. 14. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno nono.

*Papa sub-
scriptio.*

✠ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

*Card. sub-
scriptio.*

† Ego Dominicus Episcopus Ostiensis, & Velletrensis Card. Gymnasium. Bullarii Magni. Tom. V.

- † Ego G. Episcopus Portuenfis, Cardinalis Pius.
- † Ego Scipio Episcopus Sabinensis Card. Burghesius, Major Pœnitentiarius.
- † Ego M. Episcopus Tusculanus, Cardinalis Lanres.
- † Ego P. Paulus Episcopus Prænestinus Cardinalis Crescentius.
- † Ego G. Episcopus Albanensis, Cardinalis Botgia.
- † Ego R. tituli Sanctæ Præxedis Presbyter Cardinalis Ubaldinus.
- † Ego B. tit. Sanctæ Crucis in Hierusalem, Presbyter Card. Sandoval.
- † Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo Cardinalis Bentivolus.
- † Ego Fr. Desiderius tit. S. Caroli Presbyter Cardinalis de Cremona.
- † Ego Augustinus tit. Sancti Bartholomæi in Insula Presbyter Card. Spinula.
- † Ego Fr. Antoninus tit. S. Honuphrii Presbyter Cardinalis S. Honuphrii.
- † Ego Aloysius tit. Sanctæ Pudentiæ Presbyter Card. Cajetanus.
- † Ego Bernardinus tit. S. Stephani in Monte Pincio Presbyter Card. Spada.
- † Ego Laudivius tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. S. Sixti nuncupat.
- † Ego Berlinggerius tit. Sancti Augustini Presbyter Card. Gypsius.
- † Ego Julius tit. Sanctæ Sufannæ Presbyter Cardinalis Sacchettus.
- † Ego Joan. Baptista tit. S. Eusebii Presbyter Cardin. Pamphilius.
- † Ego Joan. Fr. tit. Sancti Alexii Presbyter Cardinalis à Balneo.
- † Ego F. tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Card. Verospius.
- † Ego Ægidius tit. S. Mariæ in Via Presbyter Cardinalis Albornotius.
- † Ego Gregorius tit. SS. Quiricii & Julitæ Presbyter Card. Narus.
- † Ego Lucas Antonius tit. S. Salvatoris in Lauro Presbyter Card. Virilis.

†
†
†
†
†
†

- † Ego Hippolytus Sancti Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.
- † Ego Franciscus S. Agathe Diaconus Cardinalis Barberinus.
- † Ego P. Maria Burghesius Diaconus Cardinalis Sancti Georgii.
- † Ego Hieronymus Sanctorum Quatuor Coronatorum Diac. Card. Vidonus.
- † Ego L. SS. Viti & Modesti Diaconus Cardinalis Bisca.
- † Ego Martius Sancte Marie Novae Diaconus Cardinalis Ginetus, Sanctissimi Domini Nostri. PP. Vicarius.
- † Ego Alexander S. Marie in Dominica Diac. Card. Cesarinus.
- † Ego Card. Anronius Barberinus Signat. Justitiae Praefectus.
- † Ego Hieronymus S. Agnetis in Agone Diac. Card. Columna.

CLIV. Erectio unius Congregationis Fratrum Discalceatorum Reformatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Red. Captiu. in Regno Franciae.

Edita A.D. 1619. **URBANUS PAPA VIII.**
Ad futuram rei memoriam.

Præmium. Aliis à Nobis emanarunt literæ tenoris subsecquentis, videlicet, *Urbanus Papa Octavus. Ad perpetuam rei memoriam.* Ad militantis Ecclesie regimen divina dispositione, meritis licet imparibus evecti, illud Nobis præ cæteris curandum proposuimus, ut Ecclesiasticorum, & Religiosorum Ordines quoscunque ad pristini regularis cujuscunque eorum instituti normam, à qua non parùm deflexerunt, quantum in Domino possumus, reduceremus. Ac propterea, qui sua sponte religionis, ac arctioris vite zelo ducti pristinae Regulae, quam suæ Religionis Auctores instituerunt, observantiam cum antiquo illo rigore amplecti, ac de cætero sectari consueverunt, eosdem non solum in eorum proposito confovere, sed etiam opportunis gratiis, & favoribus libenter prosequi solentur.

Causabilis §. 1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli pii, & religiosi Ordinis sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Professores Regni Francie, pie considerantes prædictum Ordinem, qui à felic. recordationis Innocentio Papa Tertio prædecessore nostro institutus, & confirmatus fuit, prout in ejus literis sub datum in Laterano quinto Idus Februarii Pontificatus sui anno primo expeditis continetur, temporum injuria, & hominum tepiditate à primis ejus instituti regularis observantia deflexisse, & laxiorem vivendi modum suscepisse, & adhuc retinere, ac propterea divina inspirante gratia arctioris vite zelo ducti primario dicti Ordinis regulare institutum imitari cupientes, postpositis quibuscunque corporis commoditatibus, dummodò Christum lucrifacerent, pristinam ipsius Ordinis Regulam à prædicto Innocentio Prædecessore institutam cum pristino illo rigore observare ceperint, & nonnullas ejusdem Ordinis Domos ad hujusmodi primitivam Re-

gulam reducerint, videlicet, Sancti Dionysii de Urbe, Sancti Laurentii Aqueensis, & Sanctissimae Trinitatis Nannetensis, seu de novo instituere sperent, ac alii quæpiures eorum vestigia sectantes sub eadem primitivæ Regulae observantia Altissimo famulari desiderent.

§. 2. Nos qui pro nostri Pastoralis officii debito Religiosorum quorumcunque statui prospere dirigendo libenter intendimus, pium dictorum Religiosorum propositum summopere in Domino commendantes, ac eorum laudabilia principia felicioribus progressibus, quantum cum Domino poterimus, augere cupientes, & eorum quemlibet à quibuslibet excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ex venerabilium Fratrum nostrorum Sancte Romanæ Ecclesie Cardinalium super Episcoporum, & Regularium negotiis, & consultationibus deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & Nobis referendum commisimus sententia.

§. 3. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine unam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum nuncupandam, qui primitivam regulam Ordinis prædicti perpetuò observent, habitu, quem modò gestant, utentes, in Regno Francie, per unum Priorem Provinciale in Capitulo dictæ Provincie, seu Congregationis, postquam, ut in Domino speramus, eorumdem Religiosorum Reformatorum numerus auctus fuerit, canonicè pro tempore celebrando, ex eisdem Reformatis, & Discalceatis eligendum, regendam, & gubernandam in perpetuum auctoritate Apostolica tenore præsentium erigimus, & instituimus, eamque sic erectam, & institutam ab aliis Provinciis, & Congregationibus dicti Ordinis perpetuò sejungimus, separamus, & dismembramus, ipsosque Fratres Reformatos, & eorum Domos, & Monasteria, tam hæcenus erecta, quam in posterum erigenda, ab omni, & quacunque jurisdictione, visitatione, & superioritate, tam Commissarii Generalis, quam aliorum Ministrorum Provincialium, aut localium, & aliorum quorumcunque Superiorum ejusdem Ordinis, super dictis Reformatis, & eorum Domibus eis competente, excepto Ministro Generali, ut infra dicitur, perpetuò eximimus, & liberamus.

§. 4. Ipsamque, tam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum Discalceatorum, eisque Domos, & Monasteria præsentia, & futura, sub obedientia, & superioritate Ministri Generalis totius Ordinis prædicti, sicut alie Provincie ejusdem Ordinis ei subsunt, & subjacent, perpetuò subesse, atque subjectam remanere, & subiacere volumus, qui per seipsum tantum, vel alium idoneum, ex ipsis tamen Fratribus Reformatis ab eo eligendum, eos, juxta eorum primitivam regulam, & instituta regularia, visitare, reformare, corrigere, & punire possit, in Monasteriis tamen, Domibus, & locis eorumdem Fratrum Reformatorum, extra quæ nullatenus dicti Fratres Reformati, vel aliqui eorum ab eodem Ministro Generali, quovis prætextu, vel occasione amoveri, assignari, mutari, extrahi, aut transferri, vel ad alias Provincias mitti, aut in eis retineri possint, nec ipse Minister Generalis aliqua ejusdem Ordinis Fratrum Reformatorum statuta auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata, seu confirmanda, vel quæ ipse Nuncius nunc fecerit, vel quæ postea à quocunque Capitulo Provinciali dictorum Fratrum Reformatorum facta fuerint, si auctoritate nostra, ut dictum est, fuerint confirmata

Concedit prout in rub.

Subjicit Provinc. Min. Generali.

URBANUS OCTAVUS.

firmata, mutare, nec aliquas gratias, exemptiones, aut privilegia alicui, vel aliquibus adversus ipsa statuta concedere valeat.

Datur anni probationis ad dicitur.

§. 5. Quia vero nonnulli predicti Fratres Reformati ex predicto Ordine Regulæ modificatæ, quam professi olim fuerint, sunt assumpti, volumus, & mandamus, ut his, & aliis, qui ut dictum est, ex Conventibus dictam primitivam regulam non profitentibus ad hos Reformatos in posterum recipiantur, anni spatium concedatur loco probationis, intra quem si qui predicti instituti, vitæque austeritatem tolerare non possint, ad Priores Conventus reverti liceat, & si Reformati sibi minus expedire eorum societatem existimaverint, missos facere valeant; post annum vero elapsum, quod ad experimentum, perlectionemque conceditur, sine nova professione nulli Fratrum Reformatorum hujusmodi liceat ad aliam Religionem, neque etiam ad ullam aliam ejusdem Ordinis Provinciam, aut Congregationem dictam primitivam Regulam non profitentem absque apostasie nota transire.

Examinandi sunt.

§. 6. Ut autem in hujusmodi Monasteriis ij tantummodò admittantur, qui ad onera supradictæ primitivæ Regulæ supportanda habiles, & idonei futuri sint, dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in eodem Regno Franciæ Nuncio nunc, & pro tempore existenti per præsentem committimus, & mandamus, quatenus aliquem Religiosorum ex Fratribus Ordinis Discalceatorum B. Mariæ de Monte Carmelo, aut alium cujus alterius Ordinis Mendicantium Reformati, pietate, & prudentia, doctrina, & experientia, ac in primis religionis zelo præstantem, quem ad hoc munus magis aptum, & idoneum judicaverit, in Visitatorem predictorum Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis eligat, qui Monasteria predictorum Fratrum Reformatorum personaliter visitare, & in singulorum Fratrum predictorum, qui hujusmodi primitivæ Regulæ observantiam amplecti sunt, vitam, mores, & qualitates diligenter inquireat, ac eorum, quos verè ætioris vitæ zelo ductos ad hanc Primitivæ Regulæ normam transire judicaverit, professionem per eos, ut supra dictum est, emittendam recipere curet: ceteros vero, quos minus idoneos, & aptos esse compererit, ut habitum Fratrum Reformatorum dimittant, & ex eorum Domibus supra dictum est, Provinciam elegerit, Procuratorem Generalem apud Sedem Apostolicam pro ejusdem Provincie negotiis tractandis deputare, & perpetuò retinere valeat.

Edantur statuta.

§. 7. Præterea idem Nuncius cum consilio predicti Visitatoris, ac aliorum piorum, & eruditorum virorum dictorum Ordinum Discalceatorum Carmelitarum, aut alicujus alterius Ordinis Mendicantium Reformati, & etiam ex ipsismet Reformatis Ordinis SS. Trinitatis Statuta, & Constitutiones pro felici dictæ Provincie Reformatorum, ejusque Domorum, & Monasteriorum gubernio, primitivæ Regulæ prædictæ, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversantes auctoritate nostra faciat, & observari mandet.

Infirmitur Mag. Novitiorum.

§. 8. Ministros insuper, Domorum Vicarios, & Magistros Novitiorum, tam ex predictis Reformatis, si alioquin idonei fuerint, quam etiam in supplementum ex dictis Carmelitis, aut alicujus alterius Ordinis Mendicantium Reformatis, prout felici hujus novæ Provincie progressui in Domino magis expedire judicaverit, eadem auctoritate nostra eligat. Dantes, & concedentes eidem Nuncio, & ab eo deputando Visitatori predicto, aut alii, vel aliis, quos idem Nuncius, ad hoc semel, aut iterum, ut præmittitur, duxerit deputandos respectivè, tam præmissa faciendi, quam etiam Domos, seu Monasteria ejusdem primitivæ regulæ visitandi, ac Ministris, seu aliis eorum Superioribus, ut eos, qui relicto sæculo ad prædictam Religionem confugere divina inspirante gratia statuerint, & alios, qui ex predicto Ordine modificatæ regulæ Ordinis SS.

Trinitatis, aut ex aliis, laxioris tamen regulæ Ordini, ad prædictum Reformatorum Ordinem transire voluerint, servatis servandis, admittere possint; licentiam, dommodò quoad eos, qui ex aliis Ordinibus ad hunc transitum facere voluerint; major pars vocatum Domus, in qua recipiendi erunt; in illos consentiat, & Visitatoris predicti licentia accedat: & nihilominus integrum Novitiatum annum; prout alii de novo recipiendi, antequam Professionem emittant, perficiant.

§. 9. Postquam autem benedicente Domino predictorum Fratrum Reformatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis numerus creverit, ita ut predictorum exterrorum Religiosorum auxilio non indiguerint, & octo saltem Domos, seu Monasteria habuerint, in quorum singulis duodecim saltem Fratres Reformati hujusmodi existant, predictus Nuncius eos ad Capitulum celebrandum convocari faciat, & in dicto Capitulo ipse præsideat, & tam Visitator, quam Ministri, & eorum Procuratores canonicè electi vocem, & locum habeant, ac Ministrum Provinciale, ceterosque Ministros Domorum ex eisdem Fratribus Reformatis, juxta præsentium tenorem, & regularia ejusdem Ordinis instituta eligant; ipse vero Minister Provincialis primò electus aucto itate nostra prædicta ea vice dumtaxat ab ipso Nuncio confirmetur, & tam ipse, quam ejus successores eandem Provinciam Fratrum Reformatorum, salvâ semper Ministri Generalis, tam in ipsam Provinciam, quam in eundem, ut supra dictum est, superioritate, ita ut visitandi, & gubernandi plenam, & omnimodam habeat potestatem.

Ad Capitulum convocentur.

§. 10. Ceteri autem Ministri Provinciales pro tempore in Capitulis Provincialibus, quæ de triennio in triennium, tam pro statutis faciendis, moderandis, aut ex causa abrogandis, quam electionibus Superiorum, & aliis ad bonum regimen ejusdem Provincie pertinentibus faciendis, & ordinandis celebrari debeant, eligendi à Ministro Generali confirmationem quamprimum petere, ac obtinere curabunt; statim tamen, ac electi fuerint, prædictam auctoritatem habeant, & exercere possint.

Provinciales les confirmentur à Min. Generali.

§. 11. Concedimus quoque eidem Provincie, ut cum crescente numero Domorum, & Fratrum, prout supra dictum est, Provinciam elegerit, Procuratorem Generalem apud Sedem Apostolicam pro ejusdem Provincie negotiis tractandis deputare, & perpetuò retinere valeat.

Habeant Procuratorem Generalem.

§. 12. Præterea omnibus, & singulis dictæ Provincie personis nunc, & pro tempore existentibus, quod omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indulgentiis, exemptionibus, & immunitatibus, prærogativis, favoribus, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus Fratres dicti Ordinis de jure, vel consuetudine, aut aliâ quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum; decretis Sacri Concilii Tridentini, Constitutionibus Apostolicis, ac primitivæ regulæ prædictis non contrariis uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeat, indulgemus.

Gubentur privileg.

§. 13. Inhibentes Ministro Generali Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Commissario Generali, Ministris Provincialibus, & Localibus, & aliis quibuscunque dicti Ordinis Superioribus, ne per se, aut alios predictos Reformatos ejusdem Ordinis, aut etiam Visitatores predictos, aut super præmissis quoquo modo molestare, aut inquietare audeant, vel præsumant, etiam si nondum Professionem prædictam Regulæ primitivæ emisserint: quod si secus fecerint, eos, & eorum singulos excommunicationis sententiâ ipso facto incurrendâ innodamus: dicti vero Reformati nullo modo parere, aut deferre teneantur, salvâ tamen in reliquis obedientiâ dicti Ministri Generalis, cui eos perpetuò subiectos esse, & subjacere volumus, ut dictum est.

Prohibetur molestentur.

Decretum irritant.

§. 14. Decernentes presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vicio, aut intentionis nostrae defectu, etiam ex eo, quod omnes interesse habentes forsan vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam ab eadem Sede emanatis, & in posterum emanandis comprehendi posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri debere, sicque per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 15. Quocirca eidem moderno, & pro tempore existenti in dicto Regno Franciae Nuncio, ac venerabilibus Fratribus modernis Episcopis Senonensi & Lingonensi per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quoscunque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Reformatorum praedictorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant eos auctoritate nostra praemissis omnibus, & singulis, juxta praesentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per ministrum Generalem, aliisque praedictos quomodolibet indebitè molestari, contradicere quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuris, & poenis ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§. 16. Non obstantibus praemissis, ac aliis Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis praedictis, vel quibusvis aliis personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & aliis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Transumptis crediti jubet.

§. 17. Ceterum quis difficile foret earundem praesentium literarum notitiam ad quascunque personas pervenire, & ubique illas praesentare, eadem auctoritate volumus, & decernimus, quatenus transumptis earundem praesentium literarum manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem proinde Fides ubique adhibeatur, quae eisdem praesentibus

adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Septembris 1629. Pontificatus nostri anno septimo.

§. 18. Cum autem, sicut pro parte dictorum Fratrum Nobis denudè expositum fuit, praesentiae litterae huiusmodi multis, ac diversis in locis à se invicem distantibus executioni demandandae sint, praedictus verò noster, & Apostolicae Sedis Nuncius ob continuas, quibus detinetur, occupationes, ad loca huiusmodi se transferre nequeat, exindeque fiat, ut earundem literarum executio non solum retardetur, verum etiam omninò impediatur: Nobis propterea iidem Fratres humiliter supplicari fecerunt, ut sibi desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur literas praedictas debitae executioni, ut par est, demandari cupientes, ac Fratres praedictos amplioribus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, attentis narratis, executionem praesentiarum literarum nostrarum Nuncio praedicto, ut praefertur, demandaram, dilecto filio nostro Ludovico Alphonsio Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Lugdunensi nuncupato, Ecclesiae Lugdunensis ex concessione, & dispensatione Apostolica Praesuli, ejusque in Archiepiscopatu praedicto pro tempore successoribus, cum facultatibus, & auctoritatibus, ac aliis modo, & forma in eisdem praesentis litteris contentis, & expressis, dicta auctoritate tenore praesentium committimus, & demandamus. Non obstantibus praemissis, ac omnibus illis, quae in eisdem literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque.

Confirmatio executioni.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1631 Pontificatus nostri anno 8.

D. P. An. 8. die 18. Feb.

Confirmatio nonnullorum statutorum Congregationum Lombardiae, & Tusciae Monachorum Ordinis Cisterciensis, pro reformatione in eis statuenda. CLV.

Cistercienses Provincia Tuscia, & Lombardia univrs in quam Congregationem Sancti Bernardi in Italia nuncupandam Alex. VI. in Constitut. 7. tom. 1. Julius II. Constitut. 26. tom. 1. Horum statutorum declarationem habes supra in Constitut. 17. Alias à Nobis, in Appendice Tomi 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1631.

IN Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divina providentia constituti, inter multiplices pastoralis officii curas, ad ea, per quae regularis disciplinae observantia in quibuslibet Ordinibus, & Congregationibus conservetur, majoraque in dies suscipiat incrementa, sollicitudinis nostrae partes sedulo intendimus, & iis, quae propterea pie, & provide statuta sunt, Apostolicae confirmationis robur libenter adjicimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Procurator.

§. 1. Cum

URBANUS OCTAVUS.

*hujus
confit.*

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, pro felici, pro-
speroque dilectorum filiorum Monachorum Cister-
ciensis Ordinis Congregationum Lombardie, & Tus-
ciae insimul unitarum statu, & reformatione in eis
introducenda nonnullae Constitutiones, & Statuta
edita, & a dilecto filio nostro Roberto tituli Sancti
Alexii Presbytero Cardinali Ubaldino nuncupato ejus-
dem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Pro-
tecto, ac duobus aliis Romanae Curiae Praelatis pie-
tate, doctrina, & religionis zelo praestantibus, audi-
tis etiam, & consultis dilectis filiis Praeside, Procura-
toribus, & duobus ex antiquioribus Abbatibus di-
ctarum Congregationum, de mandato nostro visa,
& examinata fuerint, tenoris subsequentis, videlicet.

Praelati omnes quorumcunque Monasteriorum re-
sidentiam requirentium debeant omnino in eis perso-
naliter residere, nec ullo praetextu possint ab eis abesse
ultra tempus praescriptum a Constitutione edita a Ca-
pitulo anni 1616. videlicet ultra viginti dies conti-
nuos, Praelatus, qui ultra praedictum tempus, vel in
totius anni cursu ultra quadraginta dies, continuis, &
discontinuis computatis, sine licentia Regiminis ex
legitima causa in licentia exprimenda, & in actis re-
digenda abfuerit a suo Monasterio, graviter puniatur,
etiam privatione vocis activae, & passivae: quin etiam
ipsi Patres Regiminis si absque legitima causa hujus-
modi licentiam concesserint, gravi poena pro arbitrio
Discretarii afficiantur.

Universae pecuniae communes ad singulas Provin-
cias pertinentes habeantur repositae, & custoditae in
capla triclavi, quae retineatur clausa tribus clavi-
bus, quarum una remanere debeat penes caput Regi-
minis, altera penes Visitatorem majorem, tertia pe-
nes Caplarium, quo munere fungi debeat unus ex Ab-
batibus titularibus, qui pro Provincia Lombardiae
teneatur residere in Monasterio Sancti Ambrosii, isque
eligi debeat per Capitulum, & interim usque ad ejus
celebrationem providebit Illustrissimus Protector, di-
ctisque Caplarius retineat libros introitus, & exitus,
in quibus omnia distincte, & ordinate adnotata
appareant, nec aliquid omnino erogare, aut solvere
possit alicui personae absque mandato Regiminis in-
scriptis; & si sine praedicto mandato quidquam eroga-
verit, aut solverit, privationem Praelaturae incurrat.
Supradicta autem computa, & mandata omnia singu-
lis trienniis ante Capitulum diligenter revideri debeant
pro Provincia Lombardiae per Abbates Sancti Ste-
phani de Comu, & Aquae frigidae; & pro Provincia
Tusciae a duobus Praelatis, qui non sint de Regimine,
deputandis per Capitulum, qui accuratam, & plenam
relationem praedictorum omnium teneantur facere in
Capitulo.

Tempore per Constitutiones ad eligendos Discre-
tos deputato nullus Abbatum accedat ad aliena Mona-
steria, sed unusquisque in suo se Monasterio contineat:
qui secus fecerit, voce activa in Capitulo careat. Ele-
cti in Discretos ad alia Monasteria se minime transfe-
rant, sed in Monasterio, in quo degunt, expectent
discessum sui Abbatis, cum quo recta accedant ad
Capitulum; si secus fecerint, voce in Capitulo
careant, interim vero se informant de statu Monaste-
rii, de quo interrogentur diligenter in Capitulo: &
casu, quo non reperiantur diligenter informati, sint
inhabiles in futurum ad hoc, ut possint eligi in
Discretos.

In virtute Sanctae Obedientiae praecipimus tam
Discretis, ne quid omnino ab aliquo accipiant, etiam
sponte dari volente, quam omnibus, & singulis Re-
ligiosis, ne quid eis dare audeant: quod si delictum
hujusmodi quis commiserit, & fuerit sufficienter
probatum, tunc tam dans, quam accipiens priva-
tionem omnium dignitatum, & officiorum incur-
rant, necnon inhabilitatem ad eadem, vel alia in per-
petuum.

Sicut ex praescripto Constitutionum tenentur sub-

Bullarii Magni Tom. V.

ditil singulis annis tradere Praelatis inventaria rerum
omnium, quas habent penes se, & contra facientes
inter proprietarios censentur; & penes proprietario-
rum in utroque foro subjacent, ita in posterum
Abbates, & Praelati omnes tempore visitationis;
ipse autem Praeses, & Visitatores tempore Capituli
sub iisdem penis ipso facto incurrendis teneantur
conficere inventaria, in quibus cujuscumque generis
res omnino, pecuniae, & bona, quae habeant, quam di-
ligentissime praescripta sint, eaque Abbates, & Prae-
lati supradicti Praesidi, & Visitatoribus, Praeses autem
& Visitatores Discretoribus tradere teneantur repo-
nenda, & conservanda in capla triclavi: supradicti
Visitatores autem, & Discretos in hac re, juxta
praescriptum Sacri Concilii Tridentini curare debe-
bunt, ut uniuscujusque Religiosi suppellect statui pau-
peratis, quam professi sunt, conveniat, nihilque
superflui in ea sit, nihil etiam quod necessarium sit eis
denegetur.

Visitatio Provinciarum, ut serio, & diligenter ha-
beatur, debeant omnino Praeses, & Visitatores om-
nia; & singula Monasteria personaliter per seipos
visitare, & in unoquoque per tantum tempus perma-
nere, quantum necessarium erit ad visitationem plenam,
& accurate perficiendam; Ideoque visitationibus pera-
gendis deputentur menses Aprilis, Maii, & Junii, non
obstante dispositione Constitutionum in hac parte;
Visitatores autem utantur communi mensa, & frugali
victu sint contenti, idemque servent in Comitibus;
Praecipitur vero in virtute sanctae obedientiae, ut tam
ipse Praeses, & Visitatores, quam eorum Conversi, &
famuli nihil omnino percipiant a visitatis, etiam spon-
tè dare volentibus; quod si Praesidem, seu Visitatores
quicquam accepisse, aut a Conversis, & famulis ipsis
scientibus acceptum fuisse probatum fuerit, inhabiles
sint in perpetuum ad Praesidentatus, & Visitatoriatus
officia; & nihilominus Conversi, qui acceperint, gra-
viter puniantur, & famuli absque spe redditus a servitio
statim eiciantur.

Abbas, Prior, & Revisores computorum tenean-
tur singulis mensibus revidere computa, tam Celle-
rarii, quam aliorum omnium ministrorum, qui sub-
stantiam Monasterii administrant, singuli autem eor-
um adnotent in particulari schedula omnia supradicta
computa, dictaque schedulam penes se custodiant, &
tempore Capituli consignent Discretis, ut deferat ad
Capitulum: quod si Abbas facere neglexerit, de mala
administratione suspectus censeatur, ita ut adversus eum
procedi possit.

Conversi deputari non possint ad administrationes
extra Monasteria, ad officium Subcellerariatus, aut ad
servitia particularia Abbatum, nisi post quintum Pro-
fessionis annum completum: qui secus aliquem depu-
taverit, voce activa in proximo Capitulo careat.

Nemini Monachorum, sed praesertim juvenibus
non Sacerdotibus ullo modo detur licentia permanen-
di recreationis gratia in loco, in quo sit eis pernoctan-
dum extra Monasteria, vel loca Monasteriorum: Prae-
latis, qui adversus hoc licentiam concesserint, ab officio
per sex menses suspendantur.

Abbatibus emeritis, qui ex legitima causa renun-
taverint dignitati, liceat honoris gratia Abbatis no-
mine vocari, quod maluerint Monasterium pro habi-
tatione tempore renunciationis, & celebrationis Ca-
pituli sibi eligere, habere Conversum ad servitia sibi
deputatum, & quoad victum, & vestitum censeri vice
Abbatum.

Nemini Praelatorum liceat pecunias Monasteriorum
exigere, aut erogare, aut eas quovis modo contra-
cte, neque item in rebus Monasteriorum dividendis, aut
necessariis comparandis per seipos se immiscere, sed
ea omnia per Cellerarios, aut alios Ministros, ad
quos ex Constitutionum praescripto attinet, flant: qui
tamen Cellerarii, & Ministri teneantur in hujusmodi
rebus peragendis suorum Praelatorum praecipis obed-

E 3 tē,

re, nec quicquam nisi eodem Prelato iubente, & mandante exequi possint; pecunie autem à Capfario ad id munus specialiter deputato custodiantur in capsâ triclavi, quæ in singulis Monasteriis habeatur in cubiculo Prelati, eademque clavibus unam retineat Prelatus Monasterii, aliam Capfarius, tertiam Cellerarius, per quem Cellerarium, seu alios Ministros, ad quos spectaret, ut supra, tam elemosinæ, quam munuscula, si quæ dari licuerit, dentur, de Prelatorum tamen mandato, aut licentia, ac servata forma Constitutionis Clementis VIII. de largit. muner. semperque rei, quæ datur, qualitas, quantitas, & si fieri possit, etiam nominum eorum, quibus dantur, aut per quos transmittuntur, in libro dati, & accepti fideliter scribantur; quod si Prelati prædicta, aut aliqua eorum per se ipsos, & non adhibitis Ministris facere ausi fuerint, tunc in eos tanquam fraudis, & parum sinceræ administrationis suspectos, tam Capitulum, quam Visitatores, & Regimen procedant.

Si quis Prelatus, aut Religiosus privato nomine equos, & iumenta, pecudes, frumenta, blada, legumina, aut alios quoscumque fructus ex terra provenientes tenere, possidere, aut à Monasteriis emere, vel in solutionem accipere ausus fuerit, is præter amissionem usus earum rerum omnium, & singularum, si Prelatus sit, poenam contra exercentes mercaturam, cap. 25. Constitutionum taxatam incurrat; Monachi, qui transgressores reperti fuerint, poenæ inhabilitatis ad officia omnia, & dignitates subiaceant: Conversi denique per annum carceri emancipentur, & deinceps ab omni temporali administratione arceantur. Ad effectum vero probandi, quempiam privato nomine aliqua prædictorum tenuisse, aut possedisse, sufficit probare, quod à die emptionis, ademptionis, aut captæ possessionis, seu retentionis eorum in libris publicis Monasterii scripta non fuerint.

In Visitatorem minorem assumi non possit, qui trigessimum ætatis annum non expleverit, aliàs electio nulla sit ipso iure.

Ex Patribus, qui immediatè in Regimine refectorii, non possunt tempore Capituli assumi in Diffinitores, nisi ad summum duo tantum pro singulis Provinciis: quod si agatur directè, vel indirectè de negotiis ad personam, vel Regimen, seu Administrationem alicujus ex Diffinitoribus pertinentibus, tunc ipse, de cuius negotiis, ut supra agitur, debeat omnino exire à Diffinitorio.

In Diffinitorio habeat omnino locum unus saltem ex Discretis pro singulis Provinciis, Patres Regiminis eandem habeant in Regimine curationem, & vacationem, quam habent Prelati in gubernio Monasteriorum, nisi fortè assumendus sit aliquis ex dictis Patribus in Præsidem.

Liceat Præsidi post finitum officium eligere sibi quod maluerit ex Monasteriis suæ Provinciæ gubernandum, exceptis pro Provincia Lombardiæ Monasteriis Claræ-vallis Mediolani, Sancti Ambrosii majoris Mediolani, Martini Parmensis, & Sanctæ crucis in Hierusalem de Urbe: & pro Provincia Tusciæ Monasteriis Septimi, Cistelli, Florentino, & Trium Fontium de Urbe, ad quorum Monasteriorum gubernationem, sicut & in Procuratorem Provincie in Curia Romana is, qui Præsidentatus munere proximè defunctus est, nullo pacto eligi valeat, Nullus Abbatem eligi possit ad loca Regiminis, nisi saltem per triennium fuerit Abbas.

Superiores omnes, præsertim Monasteriorum, in quibus viget regularis observantia, enixè hortamur in Domino, ac etiam eis præcipimus, & mandamus, ut in frequentando noctu, diuque Chororum, vita communi in Refectorio agenda, ceterisque observantiis omnibus, quæ per Regulam, & Constitutiones præscribuntur, exactè obsecandis, subditis exemplo sint. Nullus possit eligi ad exercenda officia, qui præter alias conditiones, & requisita, non habuerit decem annos completos Professionis, aliàs electio sit nulla, &

Electores facultate eligendi deinceps careant, Officia Prioratus, Cellerariatus, & Magistri Novitiorum non vacent singulis annis, sed sint triennialia, ut olim observabatur.

In Abbatem deinceps nullus assumatur, qui non habeat sufficientem scientiam ad exercendam curam animarum, aliàs electio sit ipso facto nulla, supradictam autem scientiam ad hunc effectum eos tantum habere intelligi volumus, qui pro Provincia Lombardiæ ad exercendam curam animarum approbati fuerint ab Ordinario Mediolanensi; à Florentino vero pro Provincia Tusciæ, vel pro utraque Provincia ab Urbis Vicario, sive ab alio Ordinario per Eminentissimum Cardinalem Protectorem pro tempore existentem deputando.

Capitulum duret saltem per octo dies, & singulis diebus bis congregetur Diffinitorium duraturum singulis vicibus saltem per tres horas, Constitutio, quæ disponitur, ut Præses resideat in partibus Mediolani, intelligatur de Monasteriis non distantibus ab Urbe Mediolani ultra dietam, in quibus aliàs non sit prohibitum residere Patribus Regiminis. In proximo futuro Capitulo ad præscriptum decreti de celebratione Missarum, taxetur numerus Religiosorum in unoquoque Monasterio retinendorum, juxta ejusdem Monasterii redditus; & idem fiat de famulis, & equis, quorum taxato non licebit Abbatibus numerum, etiam famulorum, & equorum augere, sub poenis expressis in supradictis decretis.

Erigatur in Monasterio deputando in proximo Capitulo aliud Collegium in Provincia Lombardiæ, in quo habeantur saltem decem Collegiales, & decem alii Collegiales retineantur pro Provincia Tusciæ in uno, vel pluribus Collegiis: ad quem effectum debeat in futuro Capitulo unum, vel alterum Monasterium deputari. Novitii non recipiantur in posterum nisi tempore celebrationis Capituli in ipso Capitulo, & priusquam admittantur ad habitum, debent omnino degeere in habitu sæculari per duos menses in Monasterio sub regulari observantia. Circa receptionem vero, & qualitates eorumdem servantur decreta Clementis VIII. & constituatur omnino Professorium, in quo pariter servantur decreta ejusdem Clementis.

Pro sustentatione Monachorum Monasterii, & Collegii S. Crucis in Hierusalem de Urbe, & aliis nonnullis oneribus, & expensis, quæ in Urbe consueverunt fieri pro Provincia Lombardiæ, de quibus in scheda per Præsidem, & Abbatem S. Crucis subscripta, assignentur redditus bonorum de Viono, quorum administratio ad Abbatem pro tempore S. Crucis, vel ad eos, qui eidem Abbati benefici fuerint, spectabit, quamdiu Collegium in prædicto Monasterio S. Crucis perseverabit: quod si Collegium aliud transferri, aut quovis modo in dicto Monasterio cessare contigerit, tunc, & eo casu redditus, & administratio bonorum de Viono ad capfam, quam vocant triclavem, pertineant, prout hæcenus pertinuerunt; contributiones autem pro Collegii sustentatione Monasteriis in proximo præterito Capitulo impostæ, ipsi capse Congregationis persolvantur quamdiu redditus prædictorum bonorum de Viono Collegii sustentationi deputati manserint. Per supradictos autem articulos pro reformatione dictæ Congregationis formatos, non intelligitur derogatum in aliquo decretis Sac. Conc. Trid. ac sel. record. Clem. VIII. & S. D. N. quoad Regulares editis.

§. 1. Nos inviolabili Constitutionum, ac Statutorum huiusmodi observationi, felicique earundem Congregationum directioni, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere, ac Præsidem & Monachos prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet in iudicium existunt, ad effectum præsentium dumtaxat con-equendum, harum serie absolventes, & absolutis

Confirmatio & approbatio Statutorum. absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Constitutiones, & Statuta præsertim hujusmodi Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, ac solemnitate omittimus, & quosvis alios, etiam quantumvis substantialis defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici possent, supplemus.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes illa in prædictis Congregationibus ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, & adimpleri omnino debere, irritumque nihilominus, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinibus, & Congregationum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Dat. P. A. S. die 21. Mart. Datum Romæ apud Sanctam Petram, sub Annulo Piscatoris, die 21. Martii 1631. Pontificatus nostri anno octavo.

CLVI. Prorogatio Indulgentiæ plenariæ, in forma Jubilei, de qua Constit. 159. ad alios duos menses, &c. Habetur Tomo 4 ordine 112. pag. 171. incipit: Aliis à Nobis. Nullibi autè reperitur in novissima editione Romana.

CLVII. Declaratio facultatum transferendi, & reservandi pensiones beneficiorum per S. R. Ecclesiæ Cardinales obtentorum. Reperitur Tomo 4. ordine 113. pag. 172. incipit: Cum S. R. E.

CLVIII. Contra Atrologos judicarios, qui de Statu Reipublicæ Christianæ, Sedis Apostolicæ, &c. judicia facere præsumunt, necnon & illos, qui tales desuper consulunt. Reperitur Tomo 4. ordine 114. pag. 173. incipit: Inscrutabilis.

CLIX. Super Professionibus per Regulares emissis, non factis in locis designatis Novitiatu. Extr. Tomo 4. 115. in ordine, pag. 175. incipit: Religiosos viros.

CLX. Revocatio licentiarum quarumcunque legendi, & habendi libros prohibitos. Reperitur Tomo 4. 116. in ordine, fol. 176. incipit: Apostolatus officium.

CLXI. Quod Laici Professi Ordinis Capucinorum præcedant Clericos Novitios nondum Professos in omnibus locis, tam publicis, quam privatis.

De tota istorum Fratrum Religione plenè notatum est ad Constit. 21. Clem. VII. tom. 1. Innovatio constitutionum prohibentium habitum Capucinorum deferri ab aliis Regularibus facta fuit à Greg. XV. Constit. Ex injuncto.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Hieronymi Narniensis Vicarii Generalis, ac Francisci Genuesis Procuratoris generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum expostum fuit, quod à Venerabilibus Patribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Regularium

Præpositis emanavit decretum tenore subsequentis, videlicet: Pater Frater Hieronymus Narniensis Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capucinorum, ac Pater Frater Franciscus Genuesis ejusdem Ordinis Procurator Generalis supplicavit Sacræ Congregationi pro opportuna declaratione Infra scripti dubii nuper ab aliquibus excitati, videlicet.

§. 1. An Laici Professi ejusdem Religionis possint, ac debeant inter sedendum, eundem, atque in omnibus locis, & in publicis, ac privatis actionibus semper, & ubique præcedere Clericis nondum Profellis, Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præposita censuit, Laicos Professos utique posse, ac debere Novitios etiam Clericis, nondum Profellis, in omnibus locis, & actionibus, tam publicis, quam privatis, ut supra, in dicta Religione præcedere. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes prædicti plurimum cupiant, Decretum præinsertum pro illius validitate, & subsistentia firmioribus Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiti.

§. 2. Nos illos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: Supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes, illud, necnon præsentis literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Maii 1631. Pontificatus nostri anno octavo.

Indultum pro Præteritis Reformatis Discalceatis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, quærendi, & petendi quæcunque pro redemptione captivorum relicta. Extr. Tomo 4. 118. in ordine pag. 177. incipit: Ex incumbenti.

Communicatio & extensio indulgentiæ eclesticæ S. Mariæ Angelorum Assisientis temporæ Restis.

Vide qua indicavi ad Constit. Gregor. XV. Splendor Paternæ de hac indulgentia.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Perpetua, ac præcipua charitatis affectus, quo Regem Dominicum curæ nostræ divinitus creditum prosequimur,

Edita A.D. 1631.

Peritis dubiis.

Datum

Confirmatio decreti præinserti in rubra

Transumptis præsentibus

D. P. A. S. die 7. Martii

CLXIII

Edita A.D. 1631.

Prosequimur.

prosequitur, juxta nos impellit, ut communi illius salutem, quantum nobis ex alio conceditur, pastoralis sollicitudine invigilemus.

Causa hujus Confir.

§. 1. Cura itaque (sicut non sine gravi animi nostri motu accipimus) contagium in nonnullis Civitatibus, & locis Italiae grassari asseratur: Nos pro injuncto nobis desuper Apostolicæ servitutis officio, pro averrendo quantum divinæ placuerit misericordie, contagionis hujusmodi periculo, nihil quod ad muneris nostri partes spectat, præternittere, ac ejusdem Gregis spirituali consolationi, animarumque salutem paternam charitate consulere volentes.

Extr. Indulg. de pœnitentiis.

§. 2. De Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Indulgentiam Portuenculæ nuncupatam, Christi Fidelibus Ecclesiam Beate Mariæ Angelorum Assisensis, secunda die mensis Augustini visitantibus concessam, omnibus, & singulis Domorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci, tam Conventualium, quam de Observantia, & Capucinatorum nuncupatorum, ac etiam tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci ubilibet in Italia existentibus, & ubi Domus eorumdem Fratrum non sunt, Matricibus, seu principalibus Ecclesiis locorum in Italia similiter existentium, Apostolica auctoritate tenore presentium, hac vice dumtaxat communicantibus, & ad easdem extendimus. Itaut Christi Fideles Ecclesias dictorum Fratrum, & ubi illæ non sunt, Matrices, seu principales Ecclesias prædictas eadem die devotè, & verè poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti visitantes, eandem Indulgentiam consequantur, sicut consequentur, si dicta die Ecclesiam præfaram Sanctæ Mariæ Angelorum visitarent, aliisque propterea adimplenda adimplerent.

§. 3. Non obstante regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique Fides adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Rom. A. 8. die 15. Julii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. Julii 1631. Pontificatus nostri anno octavo.

*CLXIV. Edita A. D. 1631. 21. Aug. Pont. A. 9. **

Prorogatio Indulgentiæ plenariæ in forma Jubilei, de qua in Constit. 159. supra, ad alios tres menses, &c. Reperitur Tomo 4. ordinis 117. fol. 117. incipit: Nuper à nobis. * Sed nullibi reperitur in novissima editione Romana.

CLXV.

Quod Fratres Capucini Conventus Terræ Modogni, Barenfis Diocesis, non possint prohiberi in publicis Processionibus incedere sub propria Cruce.

De hujusmodi Fratribus lege qua usantur ad Constit. 21. Clementis VIII. Tom. 1. & eisdem, ac Crucem propriam in publicis Processionibus ubique locorum deferre possint indulsit Paulus V. in Constit. 107. Pastoralis, Tom. 3.

Edita A. D. 1631.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Extr.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Guardianus, & Fratres domus Ordinis Minorum S. Francisci Capucinatorum nuncupatorum Terræ Modogni Barenfis Diocesis, quod nuper à venerabilibus Fratribus Nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus Præpositis emanavit Decretum tenoris subiequentis, videlicet.

§. 1. Fratres Capucini Terræ Modogni Barenfis Diocesis, conquesti sunt de Clero seculari illius loci, prohibente eos in publicis Processionibus incedere sub propria Cruce, supplicantes sibi provideri. Et Sacra Rituum Congregatio respondit, Regulares in publicis Processionibus non posse prohiberi, quin incedant sub propria Cruce, & ita in casu proposito servari mandavit. Die 2. Augusti 1631. non obstante contraria consuetudine.

Decretum Sac. Rit. Congr.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Guardianus, & Fratres prædicti plurimum cogitant, Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & inviolabiliter observetur, Apostolicæ Nostre confirmationis robore confirmari: Nos Guardianum, & Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, etensuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis.

Confirmati. Sac. Rit. Congr. 9. maii 1631.

§. 3. Decretumque hujusmodi, ac presentes literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac Guardianiano, & Fratribus prædictis plenissime suffragari, ac omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contrarii derogati.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis credi mandati.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1631. Pontificatus nostri anno nono.

Dat. Rom. A. 9. die 30. Aug.

Quod Fratres Capucini (exceptâ Provinciâ Romanâ) non audeant accedere Romam absque licentia Cardinalis Protectoris, aut Superiorum Generalium.

Fratres isti ad laxiorem Ordinem transire non valent, prout in Constit. 112. Injuncti nobis, supra, Tom. 4. ac Provinciam Romanam eorundem subjecit Generali ministro S. D. N. in sua Constit. 247. Injuncti nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1631.

In specula Militantis Ecclesiæ, nullis licet Nostri suffragantibus meritis, divinâ providentiâ constituti, ad ea potissimum vigilantie Nostre studium intendimus.

Premium.

dimus, per quæ Religiosi viri, qui spectis hujus sæculi vanitatibus, divini numinis obsequiis sese manciparunt, in via Domini prosperè dirigantur, & gubernentur.

Præcipit
prout in
subr.

§. 1. Hinc est, quod Nos felici dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capucinorum nuncupatorum statui, & gubernio quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Provinciis (exceptâ Romanâ) illarumque Superioribus quocumque nomine nuncupatis, ne deinceps aliquem, vel aliquos dicti Ordinis Religiosos, tam propriè eorum, quam quarumvis aliarum Provinciarum hujusmodi quovis prætextu, occasione, vel causâ, etiam quantumvis legitimâ, & à quocumque Capitulo Provinciali, vel quovis alio Superiore approbatâ, ad Almam Urbem Nostram, nisi obtentâ priùs in scriptis à pro tempore existentibus ejusdem Ordinis Cardinale Protectore, seu Ministro, aut Vicario, seu Procuratore generalibus ad id auctoritatem habentibus licentiâ, mittere quoquo modo audeant, seu præsumant, sub excommunicationis majoris lætæ sententiæ, tam quoad ipsas Provincias, earumque Superiores mittentes, quam quoad Religiosos absque hujusmodi licentiâ accedentes, ac etiam quoad ipsos Religiosos privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, & mancipationis carceribus per annum, per contrefactores incurrendis pœnis, Apostolica Auctoritate tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus.

Decretum
irritans.

§. 2. Non obstantibus quibusvis Decretis per felicis recordationis Clementem VII. factis, & per Paulum V. & Gregorium XV. Romanos Pontifices Prædecessores Nostris, ac per Nos approbatis, & confirmatis, necnon aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Provinciis, illarumque Superioribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis specialis, specificæ, & expressæ individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
credi
jubet.

§. 3. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu Ministri, seu Vicarii, aut Procuratoris generalis prædicti subscriptis, & sigillo dicti Ordinis munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P. An. 9.
die 13. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Septembris 1631. Pontificatus nostri anno nono.

CLXVII. Moderatio Constitut. editæ à Clemente VIII. circa distractionem Castrorum, & bonorum fideicommissariorum, pro satisfactione Batonum, & Domicellorum Status Ecclesiastici, &c. Reperiuntur Tomo 4. ordinis 119. fol. 178 incipit: Romanum decet.

CLXVIII. Quod in Ecclesia Sancti Jacobi Nationis Hispanorum de Urbe celebrari possit Festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, etiam si in Dominica secunda Adventûs venerit, sub Ritu Duplicis Primæ Classis.

Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis dispensatio est præbilita, & punita: Pius V. Constitut. 114. Tom. 2. Paulus V. Constitut. 97. Tom. 3. Gregor. XV. Constitut.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1631. Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctæ, & Immaculatæ Virginis Genitricis Dei Mariæ omni laude dignissimæ cultum, & venerationem augere desiderantes, pia Christi Fidelium in id tendentia vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, favoribusque, & gratis prosequimur opportunis.

Promittimus.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Administratores Ecclesiæ, & Hospitalis Sancti Jacobi Nationis Hispanorum de Urbe, quod ipsi pro eo præcipuo, quem universa Natio hujusmodi erga Festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis gerit devotionis affectu, Festum hujusmodi quotannis in prædicta Ecclesia solemniter celebrare consueverunt.

Consuevit
Constit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Administratores prædicti cupiant Festum hujusmodi, quod quandoque in secundam Dominicam Adventus incidit, sub Ritu Duplici Primæ Classis celebrare posse, proindeque sibi per nos de opportuna ad hoc licentia provideri: Nos piis dictorum Administratorum votis in præmissis quantum cum Domino possumus, annuere, illisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eisdem Administratoribus nunc, & pro tempore existentibus, quod de cætero in dicta Ecclesia Festum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis hujusmodi, etiam ipsa secundâ Dominicâ Adventûs, cum in illam incidit, sub Ritu Duplicis Primæ Classis, juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani, celebrare liberè, & licitè valeant, cum hoc tamen, quod in Missis, tam privatis, quam solemnibus, & in utriusque Vesperis fiat commemoratio de Feria currenti, & cum in Dominicam incidit, de ipsa Dominica, cujus etiam Evangelium legatur in fine, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam concedimus, & impartimur.

Concedit
prout in
rub.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ Ecclesiæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis
derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 26. Novembris 1631. Pontificatus nostri anno nono.

D.P. An. 9.
die 29. Nov.

Quod constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium hætenus editæ, & super quacumque alia re deinceps edendæ omnes Regulares afficiant, nisi specialiter

CLXIX. Edita A.D. 1631. 5. Nov. Pont. An. 9.

URBANUS OCTAVUS.

38

cialiter excipiantur. Habetur Tomo 4. ordine 120. fol. 180. incipit: Cum sicut.

CLXX. Extensio Constitutionis Gregor. XV. revocatorie omnium concessionum viva voce oraculo factarum, præter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & eorum manu firmatarum, ad omnes etiam factas Cardinalibus, & eorum manu signatas. Reperitur Tomo 4. in ordine, pag. 181. incipit: Alias fel. record.

CLXXI. Notarii extra Urbem creandi antequam officium Notariatus exercere incipiant, examini se subijcere debeant, sub poena nullitatis, & falli, Habetur Tomo 4. in ordine, fol. 182. incipit: Ratio Pastoralis.

CLXXII. Declaratio nullitatis Notariorum creatorum à Gubernatoribus civitatum, aliorumque locorum Prætoribus, prætextu Bannimenti Henrici Cardinalis Cajetani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarii, &c. Extra Tomo 4. in ordine fol. 184. incipit: In Suprema.

CLXXIII. Ampliatio Constitutionis Pauli V. super simplicibus votis, quæ Professores Societatis Iesu emittunt post Professionem solemnem circa paupertatem, & acceptationem dignitatum extra Religionem, & quæ dispensari nullatenus possunt, nisi à Romano Pontifice: dictamque dispensationem sibi, & pro tempore Romano Pontifici reservavit; editæ ad commutationem, & relaxationem: & super qua declaravit, quod in dicto voto de dignitatibus extra Societatem, comprehenduntur etiam dignitates seculares, & officia secularia, quæ jurisdictionem habent extra Societatem.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Vota, quæ Deo sunt, omnino reddi debent, & præsertim, si in manibus Superiorum emittantur per Religiosos, qui tantò plus cæteris tenentur opere, quanto plus promiserunt Professione. Unde Romanus Pontifex inter maximas Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari studio jugiter incumbit, ut Religiosi ipsi reddant Domino vota sua in sanctitate, & iustitia coram ipso.

Indicatio. §. 1. Quapropter à felicis recordationis Paulo V. Prædecessore nostro circa vota Clericorum, & Presbyterorum Societatis Iesu emanarunt literæ tenoris sequentis.

Exordium. Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Ex incumbenti Nobis Pastoralis officii debito, ad ea sedulo intendimus, per quæ Religiosorum Ordines in Militanti Ecclesia ad divini nominis laudem, & gloriam, animarumque salutem piè, rectèque instituti, sub salubribus eorum regulis, & constitutionibus perseverent, ac majoribus in dies in Dei obsequio, & sanctitate vite proficiant incrementis.

Supplicatio Generalis Societatis. §. 1. Sanè dilectus filius Mutius Vitellescus Societatis Iesu Præpositus Generalis nobis nuper exponi fecit, quod Clerici Regulares ejusdem Societatis, qui ad solemnem Professionem in dicta Societate admittuntur, post emissam Professionem hujusmodi, hoc inter alia infra scripta simplicia vota emittere consueverunt, verbis sequentibus, videlicet.

Formula, quæ adhibet. §. 2. Ego N. Professus Societatis Iesu promitto Deo omnipotenti, coram ejus Virgine Matre, & to-

ti Curia Cælesti, & coram R. P. Præposito Generali, vel coram N. locum Præpositi Generalis tenente, nunquam me acturum quacumque ratione, vel consensurum, ut quæ ordinata sunt circa paupertatem in Constitutionibus Societatis immutentur, nisi quando ex causa justa rerum exigentium videretur paupertas restringenda magis. Promitto præterea, nunquam me curaturum, præsenturumve extra Societatem Prælationem aliquam, vel dignitatem, nec consensurum in mei electionem, quantum in me fuerit, nisi coactum obedientiæ ejus, qui mihi præcipere potest sub poena peccati.

§. 3. Cum verò vota hujusmodi laudabilibus prædictæ Societatis institutis convenientia sint: Nos ad eximios, & uberes fructus, quos ejusdem Societatis Clerici in agro Dominico in dies faciunt, considerationis nostræ dirigentes intuitum, ne Societas prædicta processu temporis aliquod in spiritualibus detrimentum faciat quantum cum Domino possumus, providere volentes, supplicationibus ejusdem Mutii Præpositi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 4. Quod de cætero perpetuò futuris temporibus cum Clericis ejusdem Societatis super votis prædictis nisi per Nos, aut Romanum Pontificem pro tempore existentem dispensari nullatenus possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & ordinamus, ac facultatem super votis prædictis disponendi, Nobis & Romano Pontifici pro tempore existenti reservamus.

§. 5. Decernentes, quascunque votorum prædictorum dispensationes contra præsentium tenorem quancumque faciendas, nullas, irritas, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti.

§. 6. Præsentibus verò literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere.

§. 7. Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios, quavis auctoritate fungentes, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Ianuarii 1618. Pontificatus nostri anno tertio decimo.

§. 9. Et licet præinsertæ literæ hæcenus inviolabiliter observatæ fuerint, nihilominus, quia sicut dilectus filius Mutius Vitellescus ejusdem Societatis Præpositus Generalis Nobis nuper exponi fecit, à nonnullis dubitatur, Præpositum Generalem dictæ Societatis pro tempore existentem, vel quemlibet ejus Superiorem etiam Legatum Sedis Apostolicæ, etiam de latere, seu Nuncium facultates prædicti Legati habentem, vel quemcumque alium Superiorem potuisse, & posse, saltem in foro conscientie, cum prædictis Clericis, & Presbyteris Societatis prædictæ super præinsertis votis, & præcipue super dicto voto non procurandi, nec acceptandi extra ipsam Societatem Prælaturam, vel dignitatem, dispensare, seu prædicta vota relaxare, & commutare.

§. 10. Nos volentes quæcunque dubia de medio tollere, ac attendentes servitio Dei, & prædictæ Societatis quieti valde expedire, ne ipsius Societatis Religiosi, qui prædicta vota emisserunt, immemores eorum Professionis, quæ contemptis honoribus, abjectis divitiis, spretilque deliciis, arbitrium proprium alterius ditioni subjugarunt, retrò aspiciant ad aratum manum mittentes, ut solum Prælaturæ, seu dignitatis extra eorum Religionem conscendere moliantur.

§. 11. Supplicationibus ejusdem Mutii Præpositi Nobis

in unig. sine votis.

Comm. datio emi. sanis vobis.

Dispensatio spectat ad Pontificem, & reservat.

Annullat dispensationes in sacris factas.

Præcipit observantiam Confisit.

Acta, & non aliter declarari statuit.

Removet obsequia.

D. P. A. 1. 1. die 13. Janu.

Explicit causam nova sua Confisit.

Admonet Religiosos Societatis de illorum statu, ac emissionem votorum.

URBANUS OCTAVUS.

Nobis humiliter porrectis inclinati, praeferas literas Pauli praedecessoris nostri tenore praesentium confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, etiam ex nostra certa scientia innovamus.

§. 12. Praeterea super votis praedictis, & praecipue super illo, de non procuranda, nec acceptanda extra Societatem praedictam dignitate, vel Praelatura, neminem etiam de latere Legatum, Nuncium, & quemcumque alium etiam speciali nota dignum potuisse, vel posse, etiam vigore quarumcumque facultatum generalium super votis dispensandi, commutandi, & relaxandi, a Nobis, & Romanis Pontificibus etiam ad supplicationem, seu contemplationem Imperatoris, Regum, aliorumque sublimium Principum, etiam Motu proprio, contraque scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ac aliis quomodolibet, etiam vigore cujuscumque Jubilei, vel Cruciae, seu Missionum, & aliis quovis modo, & quacumque causa, quantumlibet pia, favorabili, publica, & privilegiata concessarum, & concedendarum potuisse, nec posse, tam in foro conscientiae, quam in foro exteriori, vel aliis quomodolibet cum praedictis Clericis, & Presbyteris Societatis praedictae super praedictis votis, & praesertim super praefato voto de Praelatura, & dignitate Ecclesiastica extra ipsam Societatem non acceptanda, nec assequenda, dispensare, nec praedicta vota commutare, vel relaxare, sed hujusmodi dispensationem, & commutationem, vel relaxationem dumtaxat nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservatam fuisse, & esse declaramus.

§. 13. Insuper cum a Sacris Canonibus prohibitum sit omnibus personis Ecclesiasticis, & praesertim Regularibus, ne officia saecularia acceptent, & exercent, negotiisque saecularibus se immisceant, tenore praesentium nedum Praelationes, seu dignitates Ecclesiasticas extra ipsam Societatem existentes, sed multo magis saeculares quascumque, ac quaecumque officia, quorum Officiales jurisdictionem Ecclesiasticam, vel laicalem de jure, usu, vel consuetudine habent, seu quomodolibet extra ipsam Societatem exercent, sub praedicto voto, & prohibitione hujusmodi comprehensa fuisse, & esse, ac comprehendi debere similiter declaramus, & decernimus.

§. 14. Praesentes quoque literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, seu ad viam, & terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut concedi, sive etiam Motu proprio, seu alias concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, & extra illud nullatenus posse, sed illas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac in dicta Societate ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter servari.

§. 15. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, auctoritateque, interpretari, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus foret, etiam regula nostra de non tollendo jure quaesito, necnon omnibus illis, quae in eisdem praesentibus literis concessa sunt non obstare. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non

autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Januarii 1631. Pontificatus nostri anno nono.

D. P. An. 30
25. Januar.

Prohibitio super concessione licentiae pro Fratribus Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum transeundi ad statum Clericalem.

Ipsi Fratres non possunt transire ad Calceatos absque licentia Sedis Apostolicae, ut in Constitut. 77. Injuncti, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis fecerunt dilecti filii Vicarius & Procurator generales Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum alias nonnulli ipsius Ordinis Laici, sive Conversi, vel cum falsa narrativa, seu alias a dilecto filio nostro, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio licentias obtinissent, quarum vigore se ad sacros Ordines promoveri fecerant, & faciebant, indeque gravia in dicto Ordine inconvenientia non sine Dei offensa orientur, venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum, & Regularium praepositi, quibus pro opportuno super praemissis remedio supplicatum fuerat, eidem Nuncio, & Magistro generali dicti Ordinis injunxerunt, ut ille a similibus licentiarum concessione abstineret, hic vero praefatos conversos puniret.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Magistri generalis officium hujusmodi brevi temporis spatio duret, & Ordo praefatus in multas adeo, si quisque maxime distantes orbis partes diffusus existat, ut ob maxima terrarum intervalva sui Generalatus tempore mandata sua in eisdem partibus executioni demandari facere nequeat: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum Procuratorem generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Magistro Generali, ceterisque Superioribus Ordinis hujusmodi, ad quos spectat, Apostolica auctoritate tenore praesentium inhibemus, ne de cetero inconsulta Congregatione eorundem Cardinalium, & sine expressa illius approbatione praefatis Fratribus Laicis, seu Conversis licentiam transeundi a statu Laicali ad Clericalem, seu de se promoveri faciendo ad minores, ac sacros Ordines, ullo modo concedant, alioquin Magistri Generales, ac Superiores praefati contra facientes excommunicationis, necnon vocis activae & passivae, ac Officiorum quae obtinent privationis, ac perpetuae inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda poenas eo ipso incurrant: Laici vero, seu Conversi, qui cum licentia hujusmodi, vel aliter absque spe-

CLXXIV.

Edita A. D. 1632.

Causa hujusmodi Constit.

Prohibitio prout in rubr.

Confirmat
causam
confirmat
em, & ex
erta scientia
innovat.
Nemo qui
habet gene-
ralem fa-
cultatem
dispensandi,
commutan-
di, relaxan-
di vota po-
est suam
auctoritatem
super dictis
votis, sed
sola omnia
sunt reser-
vata Sum-
mo Pontifi-
ci.

In voto de
non accep-
tando di-
gnitates ex-
tra Societa-
tem compre-
henduntur
dignitates,
Officia sae-
cularia, qua
jurisdictione
habent.

Clausulas
praesentium
voti appo-
nit.

Alter judi-
candi fa-
cultatem
tollit.

Contraria
tollit.

ciali ipsius Congregationis approbatione ad statum Clericalem prædictum transferant, vel minores, ac sacros Ordines susceperint, à susceptis Ordinibus sine in perpetuum suspensi, atque Laici, seu Conuersi, ut prius remanere intelligantur, ac Laicorum seu Conuersorum habitum deferre omnino cogantur, aliisque poenis mulctentur arbitrio Superiorum, absque spe dispensationis in præmissis obtinendæ.

Decretum
vitalis.

§. 3. Decernentes præsentis literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuolabiliter observari, sicque per quoscumque Iudices Ordinariorum, & Delegatos, etiam causarum Palatii, Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarius
derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transsum-
ptis credi
mandat.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. A. 9.
die 10.
Mart.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Martii 1632. Pontificatus nostri anno nono.

CLXXV. Quod Festum Transitus Sancti Benedicti in singulis locis, in quibus existunt Ecclesiæ Ordinis ipsius Congregationis Hispaniarum, ad instar aliorum de præcepto Ecclesiæ celebrandorum recolatur.

Monachos Castrienses Congregationis Sancti Benedicti, adeo se vocari iussit Iulius I. quia Monasterium Castriense est caput aliorum Monasteriorum, ut in ejus Constit. 1. Tom. 1.

Edita A.D. 1632. URBANUS EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Præmissis.

Sancta Mater Ecclesia, quæ salutaribus Nos semper instruit documentis, annuas Orthodoxæ fidei filiis venerandas proponit Sanctorum celebritates, qui in terris non solum exempla ad salutem reliquerunt, sed in cælo Beati Christi Fidelium patrocinium suscipere, eorumque orationes, & vota suis precibus adjuvare non cessant: quam omnibus opem apud Misericordem Deum credentes Beatum Benedictum Monachorum Principem, & Patriarcham assiduo impendere, dignum quidem Pastoralis Officii nostris humeris ex alto commissi debitum reputamus, ut felicitis ejus Transitus dies, qua ipsius anima beatifica fruitione digna ad æternas illas divinæ claritatis sedes humanis exuta spoliis translata fuit, jucundissima recordatione undique celebreretur.

causa hujus
Constit.

§. 1. Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectæ in Christo filiz nobilis mulieris modernæ Comitissæ de Monterrey Regni Neapolitani Proreginz, & nobilis viri moderni Marchionis, Castri Rodighi apud Nos, & Sedem Apostolicam pro cha-

ritissimo in Christo filio Nostro Philippo Hispaniarum Rege Catholico Oratoris, necnon Mauri de Villafraque Ordinis ejusdem Sancti Benedicti Abbatis Generalis, ac Augustini de Castro olim Comitis de Lemos Ordinem ipsum expressè Professi, dilectorum filiorum petitione continebat, quod cum ejusdem gloriosi Monachorum Patriarchæ Sancti Benedicti inter mortales de gentis vita jam inde ab ejus pueritia ad eam virtutum trophæis admiranda fuerit, ut Beato Gregorio Magno dum in humanis sanctam vitam ageret Romano Pontifice Prædecessore nostro teste divina interius luce splendens sublatas in mentis lumine superior mundo, & expansus in Deo, mentis laxato sinu, beatifico lumine humani imbecillitatem intellectus elevante Deum ipsum, & in ipso Deo adhuc mortalis omne quod intra Deum est, videre meruerit, ac demum post vitam sanctissimè exactam, purissimamque pompa mirabili per viam pallis stratum, & innumeris coruscant lampadibus summo rerum Auctori conjungendus in Cælum migrans, efflaverit animam; proptereaque Comitissa, & Marchio, ac Maurus, & Augustinus præfati pro eximio eorum in tanti Viri sanctitatem devotionis affectu plurimum cupiant felicitis ejus animæ Transitus diem ad majorem Præpotentis Dei gloriam, ac Fidelium devotionis incrementum solemnitus celebrari. Quare pro parte dictorum Comitissæ, & Marchionis, ac Mauri, & Augustini Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus piis eorum votis hac in parte favorabiliter annuere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur, qui Fidelium quorumlibet devotionem erga Beatos illos sempiternæ beatitudinis Cives non solum promoveri, sed etiam consecrari sinceris exoptamus affectibus, eosdem Comitissam, & Marchionem, ac Maurum, necnon Augustinum, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie abfolventes, & abfolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus ex voto venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus, & Cæremoniis præpositorum inclinatis, ut deinceps perpetuis futuris temporibus ejusdem Sancti Benedicti Transitus dies præfatus duodecimo Kalendas Aprilis, videlicet quolibet anno in omnibus, & singulis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis, in quibus ad præsens existunt Ecclesiæ Ordinis ipsius Sancti Benedicti Congregationum Hispaniarum, ad instar aliarum de præcepto Ecclesiæ celebrandarum festivitatum recolatur, & celebretur, Apostolica auctoritate tenore præsentium præcipimus.

Mandat ob-
servari pro-
ut in rubr.

§. 3. Mandantes propterea omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisque Ecclesiarum Prælatibus, sub quorum jurisdictione spiritali Civitates, Oppida, Terræ, & loca hujusmodi extiterint, ut præsentis Nostræ in eisdem Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis suæ Jurisdictioni hujusmodi subjectis solemniter publicari, ac ab omnibus, & singulis personis cujuscumque status, gradus, Ordinis, & conditionis existentibus faciant inuolabiliter observari.

Executores
deputat.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, etiam in Provincialibus, & Synodalibus, etiam universalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrarius
derogat.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transsum-
ptis credi
jubet.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

paginam postea absolutis, præcepti, mandati, & voluntati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attente præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. A. 9. die 21. Mart.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1632. duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno nono.

CLXXVI. Edita A.D. 1632. 1. Ap. Pont. A. 9.

Pia, & pastoralis adhortatio ad Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Clerum, & Religiosos viros, ac omnes Christi Fideles, ut ab omnipotenti Deo, suis precibus, pacem inter Principes Christianos obtineant. *Habetur Tomo 4. 124. in ordine, pag. 186. incipit: Unanimi Catholicæ.*

CLXXVII. Edita A.D. 1632. 31. Jul. Pont. A. 9.

Confirmatio sententiæ latæ super Caputio rotundo, & largiori Mozerta à Fratibus S. Francisci Strictionis observantiæ Recollectis Regni Franciæ deferendo, &c. *Reperitur Tomo 4. ordine 125. fol. 186. incipit: Aliàs à Nobis.*

CLXXVIII. Edita A.D. 1632. 15. Sept. Pont. A. 10.

Confirmatio decreti editi à Sæc. Rit. Congreg. ad favorem Abbatis Congreg. Camaldulensium Monachorum Ordinis S. Benedicti super usu Baldachini, ac facultate celebrandi solemniter in Pontificalibus. *Reperitur Tomo 4. 126. in ordine, fol. 187. incipit: Nuper pro parte.*

CLXXIX. Edita A.D. 1632. 1. Dic. Pont. A. 10.

Prohibitio ne Fratres Carmelitæ Calceati de Observantiâ in Belgio, & Sicilia Provincis gestent habitum per Fratres ejusdem Congregationis Dilcalceatos gestari solitum, &c. *Habetur Tomo 4. 127. in ordine, fol. 188. incipit: Romanus Pont.*

CLXXX. Edita A.D. 1632.

Declaratio Privilegiorum Congregationis Clericorum Regularium Papiensium de Somasca quoad Oratoria privata.

Clericorum Regularium de Somasca Congregationis erectio, & Privilegia habentur in Constit. 78. Pii V. Tom. 2. Quis eos sic appellari iussit, ibid. §. 8.

Edita A.D. 1632.

URBANUS PAPA VIII. *Ad futuram rei memoriam.*

Tenor litterarum Pii V. referuntur.

Aliàs fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster, inter alia privilegia Congregationi Clericorum Regularium de Somasca alias S. Majoli nuncupatorum Papiensium concessit, ut singuli Presbyteri præfissi dictæ Congregationis omnibus, & quibuscumque personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis, sub curâ, regimine, & administratione dictæ Congregationis existentibus Extremæ Unctionis, necnon etiam tempore Paschæ, Resurrectionis Dominicæ festivitatis Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenta, absque aliquo censurarum, & poenarum incursum ministrare possent, prout in dicti Pauli Prædecessoris literis desuper confectis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Causa hujusmodi.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Tontulus Procurator generalis dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, à nonnullis locorum Ordinariis revocetur in dubium, an per suprascriptam concessionem Presbyteris prædictis implicite etiam concessa sit licentia, privata Oratoria in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujusmodi, præsertim dictæ Congregationis non propriis habendi, in eisque Sacrosanctum Missæ Sacrificium etiam extra tempus Paschæ celebrandi: Nobis propterea dictus Procurator generalis humiliter supplicari fecit, ut dubium hujusmodi opportunè nostræ declarationis ministerio è medio tollere de benignitate Apostolica dignaremur.

Bullarii Magni Tom. V.

§. 2. Hinc est, quod Nos dictam Procuratorem generalem, totamque ipsam Congregationem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & ejus singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ laicis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Congregationi, quod ipsa in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis hujusmodi, etiam non propriis dictæ Congregationis, sub ejus tamen curâ, regimine, & administratione existentibus Oratoria privata habere, ipsiusque Congregationis Presbyteri Professi in eis Sacrosanctum Missæ Sacrificium in personarum in dictis Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis degentium, & commorantium presentia, tam intra, quam extra tempus Paschæ, Resurrectionis Dominicæ festivitatis hujusmodi celebrare libere, & licite possint, & valeant, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium declaramus, ac quatenus opus sit, eis de novo concedimus, & indulgemus. Non obstantibus præmissis ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Declarat. posse haberi in eis collegiis.

Contrariis derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1632. Pontificatus nostri anno nono.

Dat. Pont. A. 10. die 22. Dec.

Erectio Reformationis Provinciæ Austriæ Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantiâ.

CLXXXI.

De erectione Custodiarum Fratrum Reformatorum in Provincias, lege qua notavi ad Constit. 263. Injuncti nobis, infra Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Edita A.D. 1632.

In Apostolicæ dignitatis speculâ, meritis licet imparibus, à Domino constituti, circa statum Religiosorum quorumcumque, præsertim sub strictioris observantiæ Regulis Altissimo famulantium prosperè dirigendum mentis nostræ aciem assidue intendimus, atque hic quæ pro felici eorum statu, & directione facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuò subsistant, & inviolabiliter observentur, Apostolicæ firmitatis robur adicimus, prout pia Catholicorum Principum vota exposcunt, nosque conspicimus in Domino salubriter expedire.

Promissum.

§. 1. Cum itaque, sicut charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Romanorum Rex in Imperatorem electus Nobis nuper exponi fecit, aliàs in Domibus regularibus dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantiâ Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Austriæ, operâ Dilecti filii Antonii à Galbiato, tunc dicti Ordinis in illis partibus Commillarii Generalis, Reformatio introducta fuerit, dictique Fratres uberes in vincâ Domini fructus afferant, & propterea quod uberiores sub hujusmodi reformatione in pacis amœnitate fructus Domino reddere valeant, per Nos desuper, ut infra opportunè providere summopere deberet.

Causa hujusmodi.

§. 2. Nos piis dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Reformationem in Domibus regularibus dictæ Provinciæ Ordinis hujusmodi, ut præfertur introductam, cum iisdem Privilegiis, gratiis, & indultis, modo, & formâ, quibus

Confirmatio Reformationis.

URBANUS OCTAVUS

quibus similem reformationis introductionem in Pro-
vinciis Bavarie, & Tirolii, aliis Apostolica auctoritate
confirmavimus, eadem auctoritate tenore presentium
approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apo-
stolice firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singu-
los, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper
quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum
irritans.

§. 3. Decernentes premissa, ac presentes literas
valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque
ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit,
inviolabiliter observari, & ita per quoscumque Iudices,
& Commissarios quavis auctoritate fungentes judicari,
& definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super
his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

Contrarius
derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in
contrarium premissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis,
eorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter
expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus,
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Rom.
A. 10. die
11. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris, die 11. Decembris 1632. Pontificatus no-
stri anno decimo.

CLXXXII. Quod Magister Generalis Ordinis Prædicato-
rum possit suppressere parvos Conventus,
eorumque res, & bona in majores ipsius
Ordinis Conventus transferre.

Edita A. D.
1633.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto filio Magistro Generali Ordinis
Prædicatorum.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

Um sicut dilectus filius Procurator generalis Or-
dinis Prædicatorum Nobis nuper exponi fecit, in
eodem Ordine nonnulli parvi Conventus reperiantur,
ac ejus Fratrum numerus observatiæ regulari sufficiens
nequaquam manuteneri possit, & propterea illos sup-
primi, eorumque res & bona, necnon onera eis incum-
bentia in majores ipsius Ordinis Conventus transferri
posse plurimum desideret: Nobis idcirco humiliter
supplicari fecit, ut sibi de infra scripta facultate provide-
re de benignitate Apostolica dignaremur.

Concedit
prout in
subr.

§. 1. Nos prospero ejusdem Ordinis, illiusque Domio-
rum statui, regularisque disciplinæ incremento consul-
tum esse cupientes, supplicationibus ejusdem Procu-
ratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis
inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium negotiis Regularium præpositorum con-
silio, Tibi parvos Conventus prædictos, illorumque
statum, & essentiam Regularis in eis auctoritate No-
stræ Apostolicæ perpetuò suppressendi, & extinguendi,
eorumque res, & bona, ac onera quæcumque eis
incumbentia in majores ejusdem Ordinis Conventus
etiam perpetuò transferendi facultatem Apostolicam
auctoritate, tenore presentium concedimus, &
impartimur.

Decretum
irritans.

§. 2. Decernentes presentes literas, & illarum vigore
faciendas suppressiones, extinctiones, & translationes
prædictas, postquam factæ fuerint, validas, firmas, &
efficaces existere, & fore, ac majoribus Conventibus
hujusmodi plenissime in omnibus, & per omnia suffra-
gari, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, &
Commissarios, quavis auctoritate fungentes judicari,

& definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super
his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, & dicti Ordinis etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel aliâ quavis firmitate
roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Contrarius
derogat.

Volumus autem, quod presentium transumptis manu
alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis
eadem proferri fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 10.
die 21.
Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 21. Junii 1633. Pontificatus
nostri anno decimo.

Fratres Minores Strictioris Observantiæ Sancti
Francisci introducuntur in Monasteriis S.
Claræ, & Mariæ Magdalene Neapolii.

CLXXXIII.

Istorum Fratrum materiam habes signatam ad
Const. 12. Romanus Pontifex, supra.

Dilecto filio nostro Francisco S. Laurentii in Da-
maso Diacono Cardinali Barberino nuncupato
S. R. E. Vicecancellario, nostro secundum car-
nem ex fratre germano Nepoti, Fratrum Ordinis
Minorum S. Francisci de Observantiâ apud Nos,
& Apostolicam Sedem Protectori.

URBANUS PAPA VIII.

Edita A. D.

Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

1633.

§. 1. EX dignis, & rationabilibus causis animum
nostrum moventibus circumspeditioni tuæ to-
tius Ordinis Minorum S. Francisci de Observantiâ
Protectori per presentes injungimus, ut semotis à
Monasterio, & Ecclesiâ Monasteriorum Monialium S.
Claræ, & S. Mariæ Magdalene Civitatis Neapolitanæ
Fratribus Ordinis Minorum de Observantiâ S. Francisci,
si qui nunc sunt, eorum loco, & vice pro hujusmodi
Ecclesiarum servitio, ac Monialium curâ speciali non-
nullis Religiosis Professores dicti Ordinis ex Refor-
matis nuncupatis Provinciarum Romanæ, Siciliæ, ultra
Pharum, & Mediolanensis, provectæ ætatis, exemplaris
vitæ, bonæ famæ, atque doctrinæ, quotquot necessarij
erunt, Neapolim proficisci, & ibi permanere jubens,
etque, seu aliquibus ex ipsis singulo saltem triennio
mutandis, postquam ab Ordinario pro tempore exa-
minati, & approbati fuerint, & non aliter, auctoritate
nostrâ mandes, ut regimen spirituale & curam animarum
earundem Monialium S. Claræ, & S. Mariæ Magdalene
suscipiant, & deinceps, sicuti speramus, laudabiliter
exerceant, eisdemque Monialibus, ut ipsis Fratribus
pareant, & obediant, districtè præcipias sub censuris, &
pœnis arbitrio tuo infligendis, quod à te diligenter fieri
cupimus, ita ut diligentiam, & pietatem tuam in hoc
merito collaudare possimus.

Motiva hu-
jus Constit.

Deputat
Fratres Re-
format. pro
servitio Mo-
nialium.

§. 2. Volumus tamen, ut Venerabili fratri Archie-
piscopo Neapolitano nunc, & pro tempore existenti
salvum, & reservatum sit omne jus, tam ex juris com-
munis dispositione, quam ex Sacri Concilii Tridentini
Decretis super hujusmodi Monialium Monasteriis re-
gularium curâ commissis, præsertim in his, quæ ad
clausuræ custodiam pertinent, competens, ita ut
facultas concedendi licentias quibuscumque personis
cujusvis status, conditionis, & Ordinis, etiam Regula-
ribus, præterquam supradictis Religiosis prædictarum
Monialium speciali curâ ut supra deputatis, tam in-
grediendi Monasterii clausuram, etiam ex causâ urgen-
ti, & necessariâ, quàm accedendi ad loca collocutio-
num, ad eundem Ordinarium spectet, quibus sanè li-
centiis.

Archiep.
habet juris-
dict. ordina-
riam.

centiis antequam executioni demandentur, Superioris Regularis prædictorum Fratrum Reformatorum ejusdem Monasterii consensus accedat, contrariis non obstantibus quibuscumque.

D. P. A. 10. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Februarii 1633 Pontificatus nostri anno decimo.

CLXXXIV. De missionibus Religiosorum cujuscunque Ordinis ad Japonicas, & alias Indiarum Orientalium regiones: & de in impedientium pœnis, & aliis ad eos pertinentibus. Reperitur Tomo 4. 128. in ordine, fol. 189. incipit: Ex debito.

CLXXXV. Confirmatio designationis Novitiatuum factæ à Fratribus Eremitis S. Augustini Congregationis Lombardiz, vigore Facultatis concessæ Cardinali Protectori vivæ vocis oraculo à Paulo V. &c. Extat Tomo 4. ordine 129. fol. 191. incipit: Expolitum Nobis.

CLXXXVI. Indictio, seu Impositio duorum pro centenarij super omnibus fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis universæ Italiæ.

Aliam Indictionem sex Decimarum fecit iste Pontifex in Const. 173. Tom. 5. Supremæ dispositioni, super omnibus fructibus Ecclesiasticis Italia.

URBANUS EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Procurator. Nuper Nos ingentes orthodoxæ Fidei hostium in inclytam Germaniam irruptiones, & Catholicorum illarum partium oppressiones, ac miserabile statum paternâ meditatione considerantes, & ne ipsi Catholici in majores inciderent ærumnas anxie pertimescentes, Charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Romanorum Regi in Imperatorem electo, quacumque potuimus opportunâ ratione subvenire statuimus.

Necessitas imponendi. §. 1. Verum, quia Camera nostræ Apostolicæ vires valde attritæ ad ea comparanda subsidia, quæ immittentes postulabant necessitates, nequaquam sufficiebant, ad aliarum etiam Ecclesiarum peculium Nos convertere coacti fuimus, & proinde de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu indiximus, & imposuimus sex integras decimas omnium & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium Ecclesiarum, etiam Patriarchalium, & Metropolitanarum, ac quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, tam secularium, quam cujusvis Ordinis Regularium, etiam Militiarum, quas omnes per ea obtinentes (nonnullis tamen, ut potè S. R. E. Cardinalibus, Militibus S. Joannis Hierosolymitani, ac duodecim Congregationibus quæ cum Camera prædictâ aliàs concordaverant exceptis) pro unâ intra tunc proximum diem festum S. Michaëlis Archangeli mensis Septembris, & pro aliâ intra idem festum anni tunc proxime futuri, ac pro tertiâ partibus æqualibus intra illum ipsum diem festum consequentis anni Camera prædictæ, & illius Depositaro generali ad id constituendo volumus persolvi, prout in nostris, sub datum 14. Kalend. Februarii Pontificatus nostri anno nono, desuper confectis literis plenius continetur.

Causa hujus Confis. §. 2. Verum, quia postmodum calamitates Germaniæ cum magno animi nostri dolore admodum invaserunt, & res Catholicorum in deterius prolapsæ longè majora, quam ex dictis sex integris decimis colligi possint, auxilia postulare cognovimus, aliud magis opportunum remedium adhibere volumus, certò Nobis persuadentes neminem fore, qui circumspæctis cau-

salum, & temporum qualitatibus, onus sibi in tam piam causam imponendum promptè, & libenter non subeat.

§. 3. Habitâ itaque cum eisdem S. R. E. Cardinalibus super præmissis maturâ deliberatione, de eorum consilio, & assensu impositionem sex integrarum decimarum quoad solutionem tertiæ partis earundem adhuc non exactæ de cætero faciendam revocantes, & a mulantes, ac viribus, & effectu carere, ac neminem ex nominatis obligatis in dictis literis ad ipsius tertiæ partis non exactæ solutionem cogi posse, aut debere declarantes, indicimus, & imponimus ad decennium proximum solutionem annuam duorum pro quolibet centenarij omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum, & extraordinariorum omnium, & quorumcumque Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, & Parochialium, necnon Monasteriorum & Conventuum, ac etiam menfarum Patriarchalium, Primatialium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canonicatum, Præbendarum, dignitatum, personatum, administrationum, & officiorum, cæterorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Juspatronatus Laicorum, tam ex privilegio, quam ex fundatione, & donatione, cum curâ, & sine curâ, secularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensium, Cisterciensium, Præmonstratensium, S. Basilii, Silvestrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel aliàs possident, Mendicantium, ac quorumcumque aliorum Ordinum utriusque sexûs, necnon Congregationum Regularium, & Hospitalium, etiam pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus ultra infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt pia officia exercenda possidentium, (non tamen per Cardinales prædictos, quia ipsi pro sustentandâ tantâ dignitate gravissimas impensas, & labores Reipublicæ Christianæ causâ continuo subire coguntur, obventorû, necnon S. Mariæ Theutonicorum, S. Lazari de Alto Palu, Templi Dominici, & aliarum, non tamen Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Militiarum in Italia universâ consistentium, etiam duodecim Congregationum, quæ cum Camera prædictâ de subsidio ordinario concordarunt,) & insuper omnium Collegiorum possidentium bona stabilia fructifera Ecclesiastica per viam unionis, aggregationis, aut alio quovis titulo, Monasteriorum, Prioratum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quovis nomine nuncupatorum, secundum verum, & realem annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum præmissorum, necnon etiam indicimus, & imponimus ad idem tempus similem annuam solutionem duorum pro singulo centenarij omnium, & quorumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac distributionibus, in favorem quorumcumque, etiam duodecim Congregationum prædictarum assignatarum, & assignandarum percipiendam, exigendam, & levandam ab omnibus, & quibuscumque Episcopis, Archiepiscopis, & Primatibus, Patriarchis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac cæteris cujuscunque dignitatis, gradus, status, & conditionis personis (prædictis Cardinalibus, & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Militibus dumtaxat exceptis) prædictâ quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon Oeconomis, & Administratores perpetuis, & temporalibus usufructuariis, ac fructus, pensiones, res, & alia hujusmodi jura quacumque causâ sibi Apostolicâ auctoritate in toto, vel in parte reservatâ habentibus, & habituris, secularibus, & regularibus, Ordinum, Congregationum, Militiarum, & Hospitalium (non tamen S. Joannis prædictorum) necnon ab ipsis Ecclesiis, Capitalis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitali

Omnes Ecclesiæ obligatæ exceptis solum pauperibus.

URBANUS OCTAVVS.

Hospitalibus, Militiis, mēsis, massis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, personali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua suffultis, quos omnes ad hoc obligatos intra diem festum S. Michaelis Archangeli cujuslibet anni dicti decennij, à proximè venturo incipiendo, ac Camera prædictæ, & illius Depositaro generali ad id constituendo omnino volumus persolvi.

§. 4. Eiusdem verò Depositaro munus erit sedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex annua solutione hujusmodi colligetur, id diligenter, ac fideliter asseruetur, de mandato nostro speciali in prædictos usus dumtaxat; nec aliàs erogandum.

§. 5. Quicumque verò annuam solutionem hujusmodi nullo modo, vel non integrè, scienter, aut non secundum verum annuum valorem fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, distributionum, & emolumentorum, etiam medio juramento juxta id quod à quinquennio citra, si per tantum tempus fuerint possessores, sin minus pro tempore quo possederint, & perceperint denunciandum, non autem juxta taxam hæcenus observatam exprimentum, vel concordiam cum Camera prædicta, cum interventu dilecti filii illius Commissarii in eandem in præscriptis terminis non exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, vel fraudem, Ecclesiarum Antistites suspendimus à divinis; Capitula verò, Conventus, & Collegia quæcumque Ecclesiastico interdicto supponimus, ac singulares personas Antistite inferiores excommunicationis sententiâ innodamus.

§. 6. Ceterum ad prædictam annuam solutionem consequendam præcipimus etiam omnibus Conductoribus, Censuariis, & locatariis proprietatum, fructuum, & jurium prædictorum, etiam hujusmodi pensionibus oneratorum, ut utramque annuam solutionem nomine Dominorum ac Pensionariorum, ad computum suæ quisque locationis; omnibus verò possessoribus, usufructuariis, & aliis, pensiones solvere debentibus, ut ipsi etiam pensiones hujusmodi nomine Pensionariorum Camera, & Collectoribus, seu Subcollectoribus deputatis, seu deputandis integre persolvant.

§. 7. Decementes annuam solutionem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum jurium prædictorum secundum verum, & realem valorem annuum, ut præfertur, verificandum, vel saltem juxta taxam de qua cum dilectis filiis nostris Hippolyto S. Eustachii Diacono Cardinali S. R. E. Camerario, ac nostro, & Camera prædictæ Thesaurario generali, cum interventu Commissarii, ut præfertur, concordaverint, annuam solutionem hujusmodi Collectores, seu Subcollectores prædictos, à quibus libaerit, integrè exigendi optionem, facultatemque habere, neque ulla immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis juris, concordie, conventionis, compositionis, aut quacumque aliâ gravi, & onerosâ occasione quocumque modo concessas, & interim concedendas, integram solutionem hujusmodi minuire, vel impedire, neque possessores, usufructuarios, aut alias personas pensiones hujusmodi solvere debentes, etiam si ipsi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, vel retinendæ portionis, & ræ partis pensionarios contingenti jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Camera amplissimâ caverint, modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore constringi posse.

§. 8. Omnes verò confessiones, & quietantias receptionis annuæ solutionis à Procuratoribus, & Ministris Camera prædictæ, tam Conductoribus, Censuariis, & Locatariis nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensiones solvere debentibus nomine pensionariorum faciendas perinde valere, atque in iudicio, & extra illud ubique locorum fidem habere, ac si ipsi principalibus, & pensionariis presentibus, & solventibus factæ, & exhibitæ fuissent. Con-

ductores autem, qui pretium locationis domibus legitime anticipaverint, locationem suam hujusmodi, quam ad hoc prorogamus, usque ad integram satisfactionem, ut prius, etiam adveniente successore, continuare debere. Sicque per quoscunque Judices ordinarios, & Delegates quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Ut autem omnia prædicta, sicut causa urgens postular, diligenter, & fideliter executioni demandentur, prædictum Hippolytum Cardinalem Camerarium, cuius integritas, atque experientia jam pridem Nobis perspecta est, generalem annuæ solutionis hujusmodi Collectorem in universâ Italiâ, cum omnibus, & quibuscumque privilegiis, Jurisdictionibus, ac Juribus, quæ omnes alii antehac hujusmodi Collectores habuerunt, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium constituimus, & deputamus, eisque plenam, liberam, & absolutam potestatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus annuam solutionem hujusmodi Camera prædictæ nomine ubique procurandi, prædictos omnes, tam conjunctim, quam divisim ad illarum integram solutionem, ut prædictum est, faciendam, etiam per Edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi non parentes, fraudantes, & ceteros contumaces in censuras, & penas incidisse, servatâ formâ Concilii Tridentini, declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum, etiam manu regia apprehendendi, & usque ad condignam satisfactionem retinendi.

Contradictores, & perturbatores, molestatores, & rebelles quoscunque, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè quovis quæsito colore præstantes, cujuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, & aliis censuris, & penis Ecclesiasticis, necnon pecuniariis, ceterisque juris, & facti remediis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitatibus, beneficiis & officiis omnibus privandi, & amovendi, & ad futura inhabiles faciendi, interdictionem Ecclesiasticam apponendi, auxiliûmque brachii sæcularis quandocumque opus fuerit, invocandi, ad sanitatem verò revertsos, qui debite satisfecerint, ab omnibus censuris, & penis prædictis in formâ Ecclesiæ consuetâ absolvendi, super irregularitate fortan incurâ dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi.

§. 10. Præterea Collectores, & Subcollectores fideles, & facultatibus idoneos in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiæ prædictæ, quotquot videntur expedire, cum simili, vel limitatâ, non tamen absolventi potestate, deputandi, eumque, vel eos arbitrio suo revocandi, negligentes, & morosos removendi, ac alium, seu alios subrogandi, quocumque ei videbitur in delinquentes, & suspectos per se, vel alium, seu alias, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figurâ Judicii inquirendi, & meritis penis puniendi, modos, & formas in prædictis servandos præscribendi, dubia quæcumque in præmissis fortè oritura declarandi, ac profus omnia, & quæcumque circa ea necessaria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam si talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale, quam præsentibus est expressum.

§. 11. Non obstantibus piæ memor. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de unâ, & in Concilio generali editâ de duabus dietis, ac aliis Apostolicis Constitutionibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum prædictorum juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, ulibus,

Depositaro

Contrafactum

Conductores

intra valorem, vel taxam, vel concordiam, vel solvendum est.

Quietantias

Collectorem generalem instituit, & facultates illi tribuit.

Alias facultates dictis Collectoribus explicat.

Contrariis derogat.

usibus, & naturis: privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & aliis quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: quodque Prælati, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim à prædicta sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, necnon personis, eorumque nominibus, cognominibus, Ecclesiis: Monasteriis, Ordinibus, & locis huiusmodi mentionem: & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus in genere, & in specie quomodocumque concessis, confirmatis, & innovatis, etiam solutionem annuam huiusmodi aliter quam secundum antiquam taxam, vel conventionem factam, & nisi in universali solutionum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, donationibus, obligationibus, juramentis, & renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione prædictarum pensionum factis, quibus per impositionem annuæ solutionis huiusmodi neminem teneri, neque eas quoad præmissa contra quemcumque locum habere similiter declaramus: aliisque indultis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus, cujuscumque tenoris existant, per quæ præsentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in literis nostris mentio specialis: quæ omnia contra præmissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari, necnon aliis impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsam, si quæ sint, factis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Pro solutione pecuniarum tantum, & non res sacras pro pignore accipere jubet.

§. 12. Cæterum in exigenda annuæ solutione huiusmodi Constitutionem rec. mem. Clementis Papæ V. similiter prædecessoris nostri in Concilio Viennensi editam, quod Decimæ ad monetam currentem communiter levati, nec calices, libri, cæteraque ornamenta divino cultui dicata ex causa pignoris capi, vel distrali, aut aliis quomodolibet occupari debeant, ubique volumus observari: quin etiam præcipimus ne quisquam etiam plura quancumque valoris beneficia Ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia mixtim obtinens, pro litera, & sigillo quietantæ universalis, si illam habere voluerit, ultra unum carolenum conficientem quatenos triginta septem monetæ Romanæ, solvere teneatur, nec ad aliud onus etiam prætextu cambii usquam compellatur.

Exemplaria fandum.

§. 13. Quia verò difficile nimis esset præsentibus literis quocumque illis opus erit, perferre, volumus quoque, ut illarum exemplis etiam impressis, & Notarii publici, ac Hippolyti Cardinalis & Camerarii prædicti, aut alterius Collectoris, seu Prælati Ecclesiastici, ejusve Curie sigillo obsignatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ illis ipsis adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Contra laesuras penas.

§. 14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, annullationis, indictionum, impositionum, suspensionis, suppositionis, inmodationis, decreti, prorogationis, constitutionis, deputationis, tributionis, declarationum, præceptorum, & voluntarum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. A. 11.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1634. 11. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno undecimo.

* Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ *Papa sub- scriptis.* Episcopus.

† Ego Dominicus Episcopus Ostiensis & Veliternensis, *Cardinalis Gymnalis.* Card. Gymnalis.

† Ego C. Episcopus Portuensis, Card. Pius. *Cardinalis lorum sub- scriptis.*

† Ego M. Episcopus Tusculanus, Card. Lantes.

† Ego G. Episcopus Albanensis, Card. Borgiæ.

† Ego R. tit. S. Prædixis Presbyter Card. Ubaldinus.

† Ego Tib. tit. S. Priscæ Presbyter Card. Mutus.

† Ego I. tit. S. Sabinae Presbyter Card. Sabellus.

† Ego Guido tit. S. Mariæ de Populo S. R. E. Presbyter Card. Bentivolus.

† Ego Fr. Desiderius tit. S. C. roli S. R. E. Presbyter. Card. de Cremona.

† Ego Augustinus tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Card. Spinula.

† Ego Cosinus tit. S. Pancratii, S. R. E. Card. de Tortes.

† Ego A. tit. Sancti Martini S. R. E. Presbyter Card. de la Cueva.

† Ego Fr. Antonius tit. S. Honuphrîi S. R. E. Presbyter Cardinalis Barberinus.

† Ego B. Card. Spada tit. Sancti Stephani in Monte Celio.

† Ego Laudivius tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Card. S. Sixti nuncupat.

† Ego Berlingerus tit. S. Augustini Card. Gypsius.

† Ego I. B. tit. Sancti Eusebii Presbyter Card. Pamphilus.

† Ego F. tit. S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Verospius.

† Ego Gregorius tit. SS. Quiricii & Iulittæ Presbyter Card. Narus.

† Ego Franciscus Maria tit. Basil. SS. Apostol. Presbyter Cardinalis Brancaccius.

† Ego Uldericus tit. S. Anastasiæ Presbyter Cardin. Carpineus.

† Ego Stephanus tit. S. Laurentii in Pane, & Perna Presbyter Cardinalis Duratius.

† Ego Augustinus Cardin. Oregius tit. Sancti Sixti Presbyter.

- †
- †
- † Ego Hip. S. Eustachii Diaconus Card. Aldobrandinus, S. R. E. Camer.
- † Ego Franciscus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Cardinalis Barberinus Sanctae Romanae Ecclesiae Viccancellarius.
- † Ego P. Maria Card. Burghesius.
- † Ego L. S. Mariae in Cosmedin Diaconus Cardinalis Biscaia.
- † Ego Martius S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Ginettus Sancti. D. N. PP. Vicarius.
- † Ego A. SS. Cosmae, & Damiani Diaconus Card. Caesarinus.
- † Ego S. Agathae Diaconus Card. Antonius Barberinus.
- †
- †
- †
- †
- † Ego Benedictus SS. Viti & Modesti Diaconus Card. Ubaldus.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Indictione secunda, die vero 24. Aprilis, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Urbani Divina Providentiâ Papae VIII. anno undecimo, praesentes litterae Apostolicae litterae, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicam Lateranensem, & Principis Apostolorum, Cameraeque & Cancellariae Apostolicae, ac in aetate Campi Florae, per nos Franciscum de Paulis, & Dominicum Mangiliam praesbiteros Sanctiss. D. N. Papae Cursores.

Ioannes Radica pro D. Mag. Curf.

CLXXXVII. Concedit facultatem Generali Minimorum supprimendi Conventus tenues, eorumque bona in Conventus maiores transferendum cum oneribus annexis.

Vide qua de his Fratribus indicavi tibi supra ad Constit. 21. Ut ca, &c. Tom. 4.

Edita A.D. 1633. URBANUS PAPA VIII.

Dilecto filio Correctori Generali Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula.

Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Motiva huiusmodi Constit. §. 1. Cum, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in visitatione tui Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, per te haecenus facta, compereris, & in dies comperias, nonnullos ipsius Ordinis Conventus adeo pauperes, & tenues existere, ut spes nulla sit illos unquam ad formam Conventuum reduci, minusque eorum Religiosorum numerum, qui per Constitutiones Apostolicas pro Regulae ejusdem Ordinis observantia, divinique cultus servitio praescriptus existit, in eis sustentari posse, quin etiam Conventus huiusmodi in observantia regularis, ac disciplinae relaxationis, totiusque Ordinis huiusmodi dedecus, & ruinam esse noscas, & expectaris, & propterea tibi de infra scripta facultate per Nos provideri summo opere desideres.

Concedit prout in rubr. §. 2. Nos de tua fide, virtute, prudentia, & diligentia plurimum in Domino confisi, necnon Conventuum huiusmodi situationes, confines, qualitates, eorumque fructuum redditus, & proventus veros, ac annuos valores praesentibus pro expressis habentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium fratrum nostrorum

S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, tibi, ut Conventus tenues huiusmodi, facta per Ordinarios locorum eorum Ecclesiarum profanatione, sive Confraternitatibus, vel aliis locis piis applicatione, eorumque onerum, ut infra, translatone, supprimere, & extinguere, & eorum bona quaecunque maioribus conventibus perpetuo unire, & incorporare, & ad ipsos maiores Conventus, quibus bona huiusmodi unita, & incorporata fuerint, onera etiam ipsorum minorum Conventuum transferre, ac si magis utile Ecclesiae futurum judicaveris, bona huiusmodi, vel eorum partem vendere, permutare, aut alias alienare, dummodo id in Conventuum huiusmodi, & illorum Ecclesiarum utilitatem cedat, ac pretium inde redigendum in alia bona stabilia dictis Conventibus maioribus applicanda, & incorporanda omnino, & unico contextu convettatur, Apostolica auctoritate, tenore praesentium licentiam, & facultatem impartimur.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes praesentes litteras, & illarum vigore faciendas uniones, incorporaciones, vendiciones, permutaciones, & alienaciones huiusmodi, si, & postquam factae fuerint, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac eisdem Conventibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarius derogat. §. 4. Non obstantibus fel. rec. Pauli I. & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac nostra de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, & Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permittis fieri prohibentis, necnon Conventuum, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Junii 1633. Pontificatus nostri anno decimo. Dat. Pont. A. 10. die 23. Junii.

CLXXXVIII. Concedit quod Regulares non possint prohiberi associare corpora defunctorum, & quod Curati non possint cogere haeredes defunctorum celebrari facere Missas in suis Ecclesiis Parochialibus.

Parochi non possint cogere habentes sepulturam in Ecclesiis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in Indis sepeliri in Ecclesiis Parochialibus. Urban. VII. Constit. 26. supra, Alias fel. &c. Tom. 4. Nec plus percipere possunt in sepulcris, qua sunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis, qua sunt in propriis. Constit. 244. Cum licet, &c. Tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1633. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Procuratorum Generalium Ordinum praedictorum S. Francisci, S. Augustini, & B. Mariae de Monte Carmelo

Carmelo, Discalceatorum nuncupat. Nobis expositum fuit, quod aliis à venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis, emanavit decretum tenoris subsequenti, videlicet. Instantibus Procuratoribus Generalibus Ordinum Prædicatorum, Sancti Francisci, Sancti Augustini, & Discalceatorum Carmelitarum, declarari. Primum, an liceat Curatis, salvis eorum juribus parochialibus, impedite contra voluntatem hæredum defunctorum, ne Regulares Curati ad funus corpora defunctorum ad quasvis Ecclesiis deferenda, unâ cum Parochis, & Clericis processionaliter associent. Et ad hoc Sacra Rituum Congregatio respondit, Regulares in casu proposito non posse impediri. Secundò an prædicti Curati possint cogere hæredes, seu executores testamentarios, ut solvant pro defunctis, qui tumulantur in Ecclesiis Regularium, in quibus cadavera sepeliuntur. Et Sacra Rituum Congregatio respondit, non posse cogere. Die vigesima tertia Aprilis 1633.

Concedit prout in rub.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes Decretum præinsertum Apostolicæ nostræ confirmationis robore commuari summo per se desiderent: Nos illos specialibus favoribus, & gratiis profectui volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Ira iudicari mandat, cum Decretis irritante.

§. 3. Decernentes, Decretum præfatum, necnon literas præsentis valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P. A. 10. die 25. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1633. Pontificatus nostri anno decimo.

CLXXXIX.

Edita A.D. 1633. 9. Jul. Pont. A. 10.

Quod Fratres S. Augustini Discalceati Hispaniarum in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes à quovis Catholico Episcopo minores, & sacros Ordines, etiam non servatis interstitiis, recipere possint. *habetur Tomo 4. 130. in ordine, fol. 191. & 192. incipit: Cum sicut.*

CXC. Edita A.D. 1633. 12. Aug. Pont. A. 11.

De vacatione non expleto sexennio, & aliis casibus Ministri Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Reformatorem SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum. *Reperitur Tomo 4. ordine 131. pag. 192. incipit: Injuncti Nobis.*

CXCI. Edita A.D. 1633. 3. Dec. Pont. A. 11.

Confirmatio decreti Sac. Congreg. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum super concordia inita inter PP. Redemptores S. Mariæ de Mercede, & PP. Discalceatos ejusdem Ordinis Recollectos, in

negotio Redemptionis Captivorum. *Reperitur in Appendice Tomo 4. ordine 17. fol. 305. incipit: Cum sicut.*

67
CXCII.
Feria quinta, xv. Decembris 1633. In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habitâ in Palatio Apostolico coram Sanctissimo Domino Nostro Urbano Divinâ Providentiâ Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sancta Sede Apostolicâ specialiter deputatis.

DECRETUM.

Ut omnes Regularium Superiores suos subditos, & Religiosos persæpe commoneant de injuncta omnibus observantia, & executione Apostolicarum Constitutionum, & Decretorum, ad Officium Sanctissimæ Inquisitionis adversus Hæreticam pravitatem pertinentium.

Sanctissimus Dominus Noster sedulo incumbens, Sicut ea, quæ salubriter Apostolicis Decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim quæ ad Sanctum Officium Inquisitionis contra hæreticam pravitatem pertinent, inviolabiliter observentur, & omnimodam sortiantur executionem, districte mandat, & præcipit: Ut omnes Superiores cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimentæ, Regularis, aut cujusvis alterius Instituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, etiam per amplissima privilegia, cum clausulis, ne comprehendantur in literis, Decretis, Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, non faciendis plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, necdum de ipsis Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, sed etiam de hujusmodi exemptione, privilegio, vel indulto mentionem, quibus hac vice, & ad effectum præsentis decreti dumtaxat, illis aliis in suo robore permanentibus, specialiter, & expressè, & ad formam etiam generalis Constitutionis Sux Sanctitatis incipientis, *Cum sicut accepimus*, sub Dat. Romæ die 5. Novembris 1631. Sanctitas Sua derogavit, & derogat, cæterisque contrariis quibuscunque, teneantur sub pœna privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendâ, aliisque arbitrio Sanctitatis Sux infligendis pœnis, in perpetuum, semel saltem in anno, idest feria sexta post octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, in publica mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, & insuper in quocumque generali, ac Provinciali Capitulo, Conventu, Dieta, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari Congressu, suis subditos, ac Religiosos commoneat de injuncta omnibus observantia, & executione earundem Apostolicarum Constitutionum, Decretorum, ad Sanctum Officium Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem pertinentium, ac præsertim.

Julii III. Constitutio 11. incipit: *Licet à diversis*. Contra impediens Inquisitores hæreticæ pravitatis in eorum Officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes, eorumque complices, & fautores: Et contra ipsos Inquisitores admittentes Laicos ad criminis hæreticæ cognitionem. Et Pii V. Constitutio 82. incipit: *Si de protegendis*. Contra occidentes, verberantes, dejicientes, aut perterreficientes quemvis ex Ministris Sanctissimi Officii Inquisitionis, vel Episcoporum id munus in sua Diœcesi, vel Provincia obeuntium, seu Accusatorem, Denuciatorem, aut Testem, in causa

Fidei quomodocumque productum, vel evocarum: necnon contra diripientes, expugnantes, invadentes, incendentes, expilantes, alióve exportantes alicujus prædictorum bona, libros, literas, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliáve Instrumenta, sive publica, sive privata, ubicumque posita, eorumque Complices, & fautores: & contra effringentes carcerem, vel custodiam publicam, vel privatam, extrahentes, vel emittentes vinctum, prohibentes capiendum, captumve eripientes, recipientes, occultantes, seu facultatem effugiendi dantes, seu id fieri jubentes, eorumque complices, & fautores, etiam effectu non secuto, nullatenus excusandos, nisi clara tantummodò probationes in contrarium adducentes: & contra intercedentes pro præfatis delinquentibus, insiditibus contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Julæ Majestatis, eorumque filii irrogantur, & oblata revelantibus impunitate.

Pii IV. Constitutio 31. incipit: *Cum sicut nuper*. Contra Sacerdotes, qui Pœnitentes Mulieres in actu Sacramentalis Confessionis ad inhonestos actus provocare, & allicere tentant, & sollicitant. Et Gregor. XV. Constitutio, quæ incipit: *Universis Domini Gregis*, ampliativæ circa hujus criminis probationes, & extensivæ contra Confessarios, qui personas (quæcumque illæ sint) ad inhonestas, sive inter se, sive cum aliis, quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante, sive post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis, vel extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut alio loco ad audiendam Confessionem electo sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint. Et contra Confessarios non monentes eos, quos sciunt ab aliis Confessariis sollicitatos esse, ut Inquisitoribus, vel Ordinariis sollicitantes denuncient, vel docentes eos ad ita denunciandum non teneri.

Gregorii XIII. Constitutio 21. incipit: *Officii nostri partes*. De Jurisdictione Inquisitorum hæreticæ pravitatis in eos, qui ad Ordinem Presbyteratus non promoti Missas celebrant, & Sacramentaliter confessiones audiunt. Clementis VIII. Constitutio 81. incipit: *Et si aliis*, declaratorie pœnæ contra eos infligendæ per Judices Laicos, prævia eorum degradatione. Et Sanctitatis Sux Constitutio, quæ incipit: *Apostolatus officium*. Extensivæ ad minores 25. annis, dummodò vigesimum ætatis annum compleverint.

Sixti V. Constitutio 17. incipit: *Celi, & Terra Creator*. Contra exercentes artem Astrologiæ Judiciarie, & alia quæcumque Divinationum genera, libròve harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis Sux Constitutio, quæ incipit: *Inferribilis Indictorum Dei*. Extensivæ ad alia, & cum gravioribus pœnis.

Clementis VIII. Constitutio 42. incipit: *Cum sicut*. Contra Italos, ne extra Italiam proficiscantur ad loca, in quibus liber, & publicus cultus, sive usus Catholicæ Religionis non existat, minúsque eis in locis habitent. Et Gregor. XV. Constitutio, quæ incipit: *Romani Pontificis*. Contra hæreticos, ne in locis Italiæ, & insularum adjacentium quovis prætextu commorentur, & contra eorum fautores, & receptatores.

Pauli V. Constitutio 26. incipit: *Romani Pontificis*. Revocatorie facultatum Superioribus quorumcumque Ordinum, & Religiosorum quoquo modo concessarum, cognoscendi causas suorum subditorum ad Officium Sanctæ Inquisitionis quomodolibet pertinentes.

Ejusdem Constitutio 97. incipit: *Regis pacifici*. Innovatorie Constitutionum à Sixto Quarto, & Pio V. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis editarum: impolitionis majorum pœnarum in transgressores, à locorum Ordinariis, & hæreticæ pravitatis Inquisitoribus puniendos. Et Gregor. XV. Constitutio, quæ incipit: *Sanctissimus Dominus noster*, auditis. Ampliativæ, & declaratorie prohibitionis asserendi Beatam Mariam Virginem conceptam in peccato originali.

Gregor. XV. Constitutio, quæ incipit: *Romani Pontificis in specula*. Revocatorie quarumcumque concessionum vivæ vocis oraculo factarum, Et Sanctitatis Sux Constitutio extensivæ ad quoscumque, quantumvis privilegiatos, & exemptos, incipit: *Alias felic. recordationis Gregorius Papa XV. sub Dat. Roma 20. Decembris. 1631.*

Ejusdem Constitutio, quæ incipit: *Apostolatus officium*. Et Sanctitatis Sux Constitutio, quæ incipit eo modo, revocatorie licentiarum quarumcumque legendi, & habendi libros prohibitos.

Sanctitatis Sux Constitutio, quæ incipit: *Sanctissimus Dominus noster sollicitè animadvertens*. De Imaginibus nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, vel Beatorum, cum Radiis, Splendoribus, aut Laureolis non proponendis, Tabellis, aut Laminaribus ad eorum sepulchra non apponendis, edrânve gestis, miraculis, revelationibus, & beneficiorum impetrationibus non publicandis, aut imprimendis.

Pariter Sanctitatis Sux Constitutio, quæ incipit: *Sanctissimus Dominus noster pro debito sui Pastoralis officii*. De libris ubicumque compositis, de quacumque materia tractantibus, ab his, qui degunt in Statu Ecclesiastico, non transmittendi aliò, ut imprimantur, sine Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Urbe, vel extra eam sine Ordinarii, & Inquisitoris, aut ab eis deputatorum licentiâ.

Et ejusdem Sanctitatis Sux Constitutio, sub Dat. Romæ die 5. Novembris 1631. incipit: *Cum sicut accepimus*. Quod Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam, & Sanctæ Inquisitionis Officium hæctenus edictæ, & in posterum etiam super quacumque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet privilegiatos comprehendant, nisi in edendis illis specialiter excipiantur.

Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conserventur, ita ut ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri, ac legi commode queant. Deque hujusmodi commonitione publico documento statim certiorum facere Congregationem Sanctissimæ Inquisitionis in Urbe. Et nihilominus voluit, ut Decretum hujusmodi, seu illius exemplum, intimatum Procuratori Generali cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, ut supra, in Urbe degenti, vel ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Urbis, & in acie Campi Floræ affixum, etiam absque intimatione prædicta, infra duos citra Montes, ultra verò Montes infra quatuor menses ex tunc proximos omnes, & singulos eorundem Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti Religiosos perinde arctet, & afficiat, ac si commonitio, & affixio prædictæ executæ essent, & unicuique hoc ipsum Decretum exhibitum, ac personaliter intimatum foret. Et ita mandat, & præcipit Sanctitas Sua.

Ioannes Antonius Thomasius S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not.

Anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Indictione secundâ, Pontificatus S. D. N. D. Urbani Divinâ Providentiâ Papa VIII. anno 11. die verò 5. Januarii supradictæ literæ sive Decretum affixum, & publicatum suis ad Valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Antonium Bardum prælibatî S. D. N. Papa Cursorem.

cxclii. Declaratio nonnullorum Statutorum pro Congregationibus Tusciae & Lombardiae Monachorum Ordinis Cisterciensis emanatorum.

Horum Statutorum confirmationem habes supra in Consist. hujus Pont. 155. In Sede, Tom. 3. ubi etiam videre poteris, quae annotata sunt de hujusmodi Congregationum unione.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Alia ab hoc Pont. emanavit Const. super reform. & confirmat. nonnullorum Statutorum Cuius tenor hic refertur.

Aliis à nobis emanant literae tenoris subsequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. In Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suffragantibus meritis, divinitus providentiâ constituti, inter multiplices Pastoralis Officii curas, ad ea per quae regularis disciplinae observantia in quibuslibet Ordinibus, & Congregationibus conservetur, majoraque in dies suscipiat incrementa, sollicitudinis nostrae partes sedulo intendimus & in iis, quae propterea pie, & provide statuta sunt, Apostolicae Confirmationis robur libenter adjicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, pro felici, prosperoque dilectorum filiorum Monachorum Cisterciensium Ordinis Congregationum Lombardiae, & Tusciae in simul unitarum statu, & reformatione in eis introducenda, nonnullae Constitutiones, & Statuta edita, & à dilecto filio nostro Roberto tituli Sancti Alexii Presbytero Cardinali Ubaldino nuncupato, ejusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectore, ac duobus aliis Romanae Curiae Praelatis pietate, doctrina, & Religionis zelo praestantibus, auditis etiam, & consultis dilectis filiis Praeside, Procuratoribus, & duobus ex antiquioribus Abbatibus dictarum Congregationum, de mandato nostro visa, & examinata fuerint, tenoris subsequentis, videlicet. Praelati omnes quorumcumque Monasteriorum residentium requirerentium debeant omnino in eis personaliter residere, nec ullo praetextu possint ab eis absesse ultra tempus praescriptum à Constitutione edita à Capitulo anni 1616. videlicet ultra viginti dies continuos. Praelatus, qui ultra praedictum tempus, vel in totius anni cursu ultra quadraginta dies continuos, & discontinuis computatis, sine licentiâ Regiminis ex legitima causa in licentiâ exprimentâ, & in actis redigendâ abfuerit à suo Monasterio, graviter puniatur, etiam privatione vocis activae, & passivae, quin etiam ipsi Patres Regiminis, si absque legitima causa hujusmodi licentiam concesserint, gravi poenâ pro arbitrio Diffinitorii afficiantur.

Secundò. Universae pecuniae communes ad singulas Provincias pertinentes habeantur repositae, & custoditae in Capla Triclavi, quae retineatur clausa tribus clavibus, quarum una remanere debeat penes caput Regiminis, altera penes Visitatorem majorem, tertiam penes Caplarium, quo munere fungi debeat unus ex Abbatibus titularibus, qui pro Provincia Lombardiae teneatur residere in Monasterio Sancti Ambrosii, isque eligi debeat per Capitulum, & interim usque ad ejus celebrationem providebit Illustrissimus Protector, dictusque Caplarius retineat libros introitus, & exitus, in quibus omnia distinctè, & ordinate adnotata appareant, nec aliquid omnino erogare, aut solvere possit alicui personae, absque mandato Regiminis in scriptis, & si sine praedicto mandato quicquam erogaverit, aut solverit, privationem Praelaturae incurrat. Supradicta autem computa, & mandata omnia singulis triennii ante Capitulum diligenter revideri debeant pro Provincia Lombardiae per Abbates S.

Stephani de Cornu, & Aquae frigidae, & pro Provincia Tusciae à duobus Praelatis, qui non sint de Regimine, deputandis per Capitulum, qui accuratam, & plenam relationem praedictorum omnium teneantur facere in Capitulo.

Tertio. Tempore per Constitutiones ad eligendos Discretos deputato nullus Abbatum accedat ad aliena Monasteria, sed unusquisque in suo se Monasterio contineat: qui secus fecerit, voce activa in Capitulo careat.

Quarto. Electi in Discretos ad alia Monasteria se minime transferant, sed in Monasterio, in quo degunt, expectent discessum sui Abbatis, cum quo rectè accedant ad Capitula: si secus fecerint, voce in Capitulo careant, interim verò se informent de statu Monasterii, de quo interrogentur diligenter in Capitulo: & casu quo non reperiantur diligenter informati, sint inhabiles in futurum, ad hoc, ut possint eligi in Discretos.

Quinto. In virtute sanctae Obedientiae praecipimus tam Discretis, ne quid omnino ab aliquo accipiant etiam sponte dare volenti, quam omnibus, & singulis Religiosis, ne quid ei dare audeant: quod si delictum hujusmodi quis commiserit, & fuerit sufficienter probatum, tunc tam dans, quam accipiens privationem omnium Dignitatum, & officiorum incurrant, necnon inhabilitatem ad eadem, vel alia in perpetuum.

Sexto. Sicut ex praescripto Constitutionum teneantur Subditi singulis annis tradere Praelatis inventaria rerum omnium, quas habent penes se, & contrafacientes inter proprietarios censentur, & poenis proprietariorum in utroque foro subiacent; ita in posterum Abbates, & praelati omnes tempore Visitationis, ipsi autem Praeses, & Visitatores tempore Capituli sub iisdem poenis ipso facto incurrendis teneantur conficere inventaria, in quibus cujuscumque generis res omnino, pecuniae, & bona, quae habent, quam diligentissime praescripta sint, eaque Abbates, & Praelati supradicti Praesidi, & Visitatoribus; Praeses autem, & Visitatores Diffinitoribus tradere teneantur reponenda, & conservanda in Capla Triclavi: supradicti Visitatores autem, & Diffinitores in hac re, juxta praescriptum Sacri Concilii Tridentini curare debeant, ut uniuscujusque Religiosi suppellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam, quod necessarium sit eis denegeretur.

Septimo. Visitatio Provinciarum, ut serio, & diligenter habeatur, debeant omnino praeses, & Visitatores omnia, & singula Monasteria personaliter per se ipsos visitare, & in unoquoque per tantum tempus permanere, quantum necessarium erit ad visitationem plenè, & accuratè perficiendam; ideoque Visitationibus peragendis deputentur Menses Aprilis, Maii, & Junii, non obstante dispositione Constitutionum in hac parte. Visitatores autem utantur communi mensa, & frugali victu sint contenti, idemque servetur in Comitibus. Praecipitur verò in virtute sanctae obedientiae, ut tam ipse Praeses, & Visitatores, quam eorum Conversi, & famuli nihil omnino percipiant à visitatis, etiam sponte dare volentibus: quod si Praesidem, seu Visitatores quicquam accepisse, aut à Conversis, & famulis ipsis scientibus acceptum fuisse probatum fuerit, inhabiles sint in perpetuum ad Praesidentatus, & Visitatoratus officia, & nihilominus Conversi, qui acceperint, graviter puniantur, & famuli absque se reditus à servitio statim ejiciantur.

Octavo. Abbas, Prior, & Revisores computorum teneantur singulis mensibus revidere computa, tam Cellerarii, quam aliorum omnium ministrorum, qui substantiam Monasterii ministrant, singuli autem eorum adnotent in particulari schedula omnia supradicta computa, dictamque schedulam penes se custodiant, & tempore Capituli consignent Discreto, ut deferat ad Capitulum. Quod si Abbas facere neglexerit, de mala

administra

URBANUS OCTAVUS

administracione suspectus censetur, ita ut adversus eum procedi possit.

Nono. Conversi deputari non possint ad administraciones extra Monasteria ad officium Subcellerariatus, aut ad servitia particularia Abbatum, nisi post quinque professionis annum completum: qui secus aliquem deputaverit, voce activa in proximo Capitulo careat.

Decimo. Nemini Monachorum, sed presertim junioribus non Sacerdotibus ullo modo detur licentia permanendi recreationis gratia in loco, in quo sit eis pernoctandum extra Monasteria, vel loca Monasteriorum. Prælatus qui adversus hoc licentiam concesserit, ab officio per sex menses suspendatur.

Abbatibus emeritis, qui ex legitima causa renunciaverint dignitati, liceat honoris gratia Abbatibus nomine vocari, quod maluerint Monasterium pro habitatione tempore renunciationis, & celebrationis Capituli sibi eligere, habere Conversum ad servitia sibi deputatum, & quoad victum, & vestitum ceteri vice Abbatum.

Nemini Prælatorum liceat pecunias Monasteriorum exigere, aut erogare, aut eas quovis modo contrahere, neque item in rebus Monasteriorum divendendis, aut necessariis comparandis per seipsum se immiscere, sed ea omnia per Cellerarios, aut alios Ministros, ad quos ex Constitutionum prescripto attinet, fiant: qui tamen Cellerarii, & ministri teneantur in huiusmodi rebus peragendis suorum Prælatorum preceptis obedire, nec quicquam, nisi eodem Prælato jubente, & mandante, exequi possint: pecunie autem à Caplario ad id munus specialiter deputato custodiantur in Caplari triclavi, quæ in singulis Monasteriis habeatur in cubiculo Prælati, earumque clavium unam retineat Prælatus Monasterii, aliam Caplarius, tertiam Cellerarius, per quem Cellerarium, seu alios ministros, ad quos spectaret, ut supra, tam elemosynæ, quam munuscula, si quæ dari licuerit, dentur, de Prælatorum tamen mandato, aut licentiâ, ac servatâ formâ Constitutionis Clementis VIII. de largit. muner. semperque rei, quæ datur, qualitas, quantitas, & si fieri possit, etiam nomina eorum, quibus dantur, aut per quos transmittuntur, in libro dari, & accepti fideliter scribantur. Quod si Prælati prædicta, aut aliqua eorum per seipsum, & non adhibitis ministris facere ausi fuerint, tunc in eos tanquam fraudis, & parum sinceræ administrationis suspectos, tam Capitulum, quam Visitatores, & Regimen procedant.

Decimo-tercio. Si quis Prælatus, aut Religiosus privato nomine equos, jumenta, pecudes, frumenta, blada, legumina, aut alios quoscumque fructus ex terra provenientes tenere, possidere, aut à Monasteriis emere, vel in solutionem accipere ausus fuerit, is præter amissionem usus earum rerum omnium, & singularum, si Prælatus sit, poenam contra exercentes mercaturam, cap. 25. Constitutionum taxatam incurrat. Monachi, qui transgressores reperti fuerint, poenæ inhabilitatis ad officia omnia, & dignitates subiaceant. Conversi denique per annum carceri mancipentur, & deinceps ab omni temporali administratione arceantur. Ad effectum verò probandi quempiam privato nomine aliqua prædictorum tenuisse, aut possedisse, sufficiat probare, quod à die emptionis, adeptionis, aut capte possessionis, seu intentionis eorum in libris publicis Monasterii scripta non fuerint.

Decimo-quarto. I. Visitatorem minorem assumi non possit, qui triginta annorum non expleverit, alias electio nulla sit ipsi jure.

Decimo-quinto. Ex Patribus qui immediatè in Regimine resederunt, non possint tempore Capituli assumi in Diffinitores, nisi ad summum duo tantum pro singulis Provinciis: quod si agatur directè, vel indirectè de negotiis ad personam, vel Regimen, seu administrationem alicujus ex Diffinitoribus pertinentibus, tunc ipse, de cupis negotiis, ut supra agitur, debeat omnino cedere à Diffinitorio.

Decimo-sexto. In Diffinitorio habeat omnino locum unus saltem ex Discretis pro singulis Provinciis.

Decimo-septimo. Patres Regiminis eandem habeant in Regimine durationem, & vacationem, quam habent Prælati in gubernio Monasteriorum, nisi forte assumendus sit aliquis ex dictis Patribus in Præsidentem.

Decimo-octavo. Liceat Præsidi post finitum officium eligere sibi, quod maluerit ex monasteriis suæ Provinciæ gubernandum, exceptis pro Provincia Lombardiæ, Monasteriis Claravallis Mediolani, Sancti Ambrosii majoris Mediolani, Sancti Martini Parmensis, & Sanctæ Crucis in Hierusalem de Urbe, & pro Provincia Tusciæ Monasteriis Septimi, Cistelli Florentini, & Trium Fontium de Urbe, ad quorum Monasteriorum Gubernationem, sicut, & in Procuratorem Provinciæ in Curia Romana is, qui Præsidentatus munere proximè defunctus est, nullo pacto eligi valeat.

Decimo-nono. Nullus Abbatum eligi possit ad loca Regiminis, nisi saltem per triennium fuerit Abbas.

Vigesimo. Superiores omnes, presertim Monasteriorum, in quibus viget regularis observantia, enixe hortamur in Domino, ac etiam eis precipimus, & mandamus, ut in frequentando noctu, diuque chorum, vitâ communi in Refectorio agendâ, ceterisque observantiis omnibus, quæ per Regulam, & Constitutiones præscribuntur, exactè obeundis, subditis exemplo sint.

Vigesimo-primo. Nullus possit eligi ad exercenda officia, qui præter alias conditiones, & requisita non habuerit decem annos completos Professionis, alias electio sit nulla, & Electores facultate eligendi deinceps careant.

Vigesimo-secundo. Officia Prioratus, Cellerariatus, & Magistri Novitorum non vacent singulis annis, sed sint triennialia, ut olim observabatur.

Vigesimo-tercio. In Abbatem deinceps nullus assumatur, qui non habeat sufficientem scientiam ad exercendum curam animarum, alias electio sit ipso facto nulla: supradictam autem scientiam ad hunc effectum eos tantum habere intelligi volumus, qui pro Provincia Lombardiæ ad exercendum curam animarum approbati fuerint ab Ordinario Mediolanensi, à Florentino verò pro Provincia Tusciæ, vel pro utraque Provincia ab Urbis Vicario, sive ab alio Ordinario per Eminentiſſ. Card. Protectorem pro tempore existentem deputando.

Vigesimo-quarto. Capitulum duret saltem per octo dies, & singulis diebus bis congregetur Diffinitorium duraturum singulis vicibus saltem per tres horas.

Vigesimo-quinto. Constitutio, quâ disponitur, ut Præsides resideant in partibus Mediolani, intelligatur de Monasteriis non distantibus ab Urbe Mediolani ultra diem, in quibus alias non sit prohibitum residere Patribus Regiminis.

Vigesimo-sexto. In proximè futuro Capitulo ad præscriptum Decreti de celebratione Missarum taxetur numerus Religiosorum in unoquoque Monasterio retinendorum juxta ejusdem Monasterii redditus, & idem fiat de famulis, & equis: quo taxato, non licebit Abbatibus numerum etiam famulorum, & equorum augere, sub poenis expressis in supradictis Decretis.

Vigesimo-septimo. Erigatur in Monasterio deputando in proximo Capitulo aliud Collegium in Provincia Lombardiæ, in quo habeantur saltem decem Collegiales, & decem alii Collegiales retineantur pro Provincia Tusciæ in uno, vel pluribus Collegiis, ad quem effectum debeat in futuro Capitulo unum, vel alterum Monasterium deputari.

Vigesimo-octavo. Novitii non recipiantur in postero nisi tempore celebrationis Capituli in ipso Capitulo, & priusquam admittantur ad habitum, debeant omnino degere in habitu sæculari per duos menses in Monaste

Monasterio subregulari observantia: circa receptionem verò, & qualitates eorumdem serventur Decreta Clementis VIII. & constituantur omnino Professorium, in quo pariter serventur decreta eisdem Clementis.

Vigesimo-nono. Pro sustentatione Monachorum Monasterii, & Collegii Sanctæ Crucis in Hierusalem de Urbe, & aliis nonnullis oneribus, & expensis, quæ in Urbe consueverunt fieri pro Provincia Lombardiæ, de quibus in schedulâ per Præsidem, & Abbatem Sanctæ Crucis subscriptâ, assignentur redditus bonorum de Viono, quorum administratio ad Abbatem pro tempore Sanctæ Crucis, vel ad eos, qui eidem Abbati bene visi fuerint, spectabit; quandiu Collegium in prædicto Monasterio Sanctæ Crucis perseverabit. Quod si Collegium aliud transferri; aut quovis modo in dicto Monasterio cessare contigerit; tunc & eo casu redditus, & administratio bonorum de Viono ad capsam, quam vocant triclavam, pertineant; prout hæcenus pertinuerunt. Contributiones autem pro Collegii sustentatione Monasterii in proximo præterito Capitulo impositæ ipsi Capite Congregationis persolvantur, quandiu redditus prædictorum bonorum de Viono Collegii sustentationi deputati manserint.

Per supradictos autem articulos pro reformatione dictæ Congregationis formatos, non intelligitur derogatum in aliquo decretis Sacri Concilii Tridentini, ac felic. recordationis Clem. VIII. & S. D. N. quoad Regulares editis.

Nos inviolabili Constitutionum; ac Statutorum huiusmodi observationi, felicique earundem Congregationum directioni quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere, ac Præsidentem, & Monachos prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac maturâ deliberatione nostris Constitutiones, & Statuta præinserta huiusmodi, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, ac solemnitarum omittimus, & quovis alios etiam quantumvis substantialis defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, aut intervenisse dici possent, supplemus.

Decernentes illas in prædictis Congregationibus ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, & adimpleri omnino debere, irritumque nihilominus, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationum huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 21. Martii 1631. Pontificatus nostri anno octavo.

Et quia ali-
qua ex su-
perdictis
statutis in-
digebant
explicatio-
ne.

§. 2. Cum autem, sicut denud accepimus, post emanatas præinsertas literas huiusmodi in Capitulo Generali earundem Congregationum, de modo, & formâ suprainsertas Constitutiones, & Statuta executioni, & observantia demandandi actum fuerit, ac maturâ

consultatione adhibita comperit, faciliore, atque exactiori, tam ipsarum superius insertarum, quam etiam aliarum Constitutionum earundem Congregationum olim à fel. record. Gregorio Papâ XIII. Prædecessore nostro confirmatum executioni, & observantia securius consultum fore, si tam ipsæ supra insertæ, & nonnullis ex supradictis capitibus, videlicet vi. vii. xiii. xxiii. & xxviii. quàm etiam aliæ à dicto Gregorio Prædecessore, ut præfertur, confirmatæ Constitutiones, & Statuta, in duobus infrascriptis capitibus, quorum unum est, videlicet: Electio, sive imbursement Discretorum fiat præsentibus, & intervenientibus pro veritatis testimonio religiosi alijs in illo Monasterio commorantibus, inter quos saltem quatuor Sacerdotes interveniant, ex alio Monasterio vocandi, si ex eo haberi non poterunt, sicque electi Discreti ad Capitulum accessuri, literas testimoniales fidem facientes de legitimitate eorum electione ab omnibus Sacerdotibus, seu saltem à quatuor eorum, qui intervenierint electioni, subscriptas deferant, aliter sine literis huiusmodi ad Capitulum non admittendi. Alterum verò est, videlicet: Illi tantum ad Prælaturam, & ad Vilitatoris majoris officium approbentur, qui officia minoræ, Prioratus scilicet, & Cellerariatus dignè, gradatim, saltem biennio in quolibet officio fideliter exercuerint, per Nos ut infra declarentur, moderentur, limitentur, & alia etiam addantur respectivè.

§. 3. Quare Nos, qui negotium huiusmodi dilectis filiis nostris Antonio tit. Sancti Hippolyti Presbytero, nostro secundum carnem fratri germano, ac Martino Sanctæ Mariæ Novæ Diacono Cardinali Gæneti occupato, maturè, diligentèrque examinandum, Nobisque referendum committimus, pro incumbens Nobis Pastoralis officii debito prosperum earundem Congregationum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, ac singulares eorumdem Monachorum personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de eorumdem Antoni, & Martii Cardinalium consilio, motu, scientiâ, & deliberatione similibus.

Quoad vi ut per capsam triclavam intelligatur triclavis Congregationis.

Ad vii. singulis trienniis una tantum visitatio fiat; uno quidem anno in Monasteriis omnibus circa Montes Apenninos, altero verò in iis, quæ sunt ultra montes, itaut prima visitatio sit ejus partis, in quâ fuerit Præses, eaque fiat temporibus in ipsâ Constitutione assignatis, scilicet mensibus Aprilis, Maii, & Junii singulorum annorum ex duobus, in quibus non celebratur Capitulum: quod si Præses, & Visitatores singula Monasteria personaliter non visitaverint, privationem vocis activæ, & passivæ, & inhabilitatem ad officia Præsidentatus, & Vilitatoratus incurrant.

Ad xiii. Monachi, qui extra claustra ad curam animarum, vel alia beneficia Ecclesiastica degunt, res huiusmodi ad usus proprios habere poterunt, sed singulis annis rerum huiusmodi notas Abbati suo tradere tenebantur sub pœnis proprietariorum incurrendis.

Ad xxiii. examen, & approbatio fiat per examinatores deputandos in Capitulo Congregationis.

Ad xxviii. In Capitulo numerus tantum Novitiorum præfigatur, non autem necesse sit, ut eorum nomina exprimentur, & quoad tempus deferendi habitum secularium sufficiat mensis.

Quo verò ad Constitutiones à dicto Gregorio Prædecessore, ut præfertur, confirmatas.

In iis Monasteriis, in quibus non sunt quinque Sacerdotes ultra Abbatem, sufficiat interventus, & subscriptio eorum Sacerdotum, qui ibi commorantur.

Insuper verò Monachis curam animarum exercendis;

Modo de-
clarat, non
deratur, &
alia addit.

tibus, tempus talis exercitii suffragetur ad effectum habilitatis ad Prælaratum, & Visitationis majoris officium, non secus, ac tempus exercitii officiorum Prioris, & Cellerarii, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo declaramus, moderamus, limitamus, & ad id additis respectivè.

Nec aliter
judicari
posse de
m.

§. 4. Decernentes Constitutiones, & Statuta sic per presentes declarata, moderata, limitata, & addita respectivè in prædictis Congregationibus ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum pro tempore spectabit, inviolabiliter perpetuo observari, & adimpleri, & ita per quoscunque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogat.

§. 5. Non obstantibus literis nostris præinsertis, ac aliter disponentibus Constitutionibus, & Statutis in eis contentis prædictis, aliisque omnibus, & singulis, quæ in eisdem præinsertis literis volumus non obitare, ceterisque contrariis quibuscunque.

D. P. A. 11.
die 5. Febr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Januarii 1634 Pontificatus nostri anno undecimo.

EX CIV. Confirmatio Triennialis impositionis super fructibus Commendarum Ordinis S. Iohannis Hierosolymitani.

Istius Ordinis materiam habes supra ad Constit. 19. Universalis, & in Constit. 110. In speculâ, Tom. 4.

Edita A. D.
1634.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Inter cæteras, quibus assidue premitur, Apostolatus nostri curas, in eam præcipue incumbimus, ut Insula Milevitana Hospitalis Sancti Iohannis Hierosolymitani firmissimum Christiani nominis adversus Turcarum tyrannidem propugnaculum debite muniatur, & quæ propterea ab ipsius Hospitalis magno Magistro, & Concilio providè ordinata sunt, Apostolicæ firmitatis munimine roboramus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa huius
Constit.

§. 1. Sanè pro parte dilectorum filiorum Antonii de Paula Magni Magistri, necnon Concilii completi dicti Hospitalis nobis expositum fuit, quod cum pro reficiendis, & instaurandis mœnibus Civitatum Victoriolæ, Senglez, & Valleræ, earumque arcium, necnon propugnaculis, aliisque fortificationibus perficiendis, ac de novo construendis, commune ærarium dicti Hospitalis ingenti pecuniarum summa indigeat, infra scriptam impositionem sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito statuerunt, & ordinarunt, prout plenius continetur in decreto de super emanato tenore subsequenti, videlicet.

Decretum
super factis
impositionibus
faciendis.

§. 2. Frater Antonius de Paula Dei gratiæ sacræ Domus Hospitalis Sancti Iohannis Hierosolymitani, ac militaris Ordinis Sancti Sepulchri Dominici Magister humilis, pauperumque JESU-CHRISTI Custos. Universis, & singulis presentes nostras literas visuris, lecturis, & audituris salutem. Notum facimus, & in verbo veritatis attestamus, qualiter infra scriptum decretum extractum fuit ex libro, seu registro Conciliorum nostræ Cancellariæ, in quo similia annotari, & registrari solent, quod quidem in hanc publicam formam extrahi, & redigi iussimus, ut ubique, tam in iudicio, quam extra eadem plena, & indubitata Fides adhibeatur. Cujus tenor est, qui sequitur, videlicet. Die 25. mensis Novembris 1633. Cum pro reficiendis, & instaurandis mœnibus Civitatum Victoriolæ, Senglez, & hujus humilitate Valleræ, earumque arcium, ac pro-

pugnaculis, aliisque fortificationibus perficiendis, ac de novo construendis opus sit communi ærario ingenti pecuniarum summa juxta decretum per venerandum Concilium, referentibus Venerandis Commissariis de super deputatis, nuper conditum, quod præmissa pro conservatione hujus domini, imò totius Reipublicæ Christianæ tuitione fieri censuit, ac mandavit, Eminentissimus, ac Reverendissimus D. Magnus Magister, ac Venerandum Concilium Completum legitime congregatum, intellectâ denuò relatione præteritorum, Commissariorumque maturâ deliberatione præhabita cum Scrutinio ballottarum, sub beneplacito, & confirmatione Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Sedis Apostolicæ, & non aliter, nec alio modo, ordinarunt, statuerunt, & imposuerunt, ac imponunt pensionem, sive impositionem duodecim millium scutorum monetæ de arenis duodecim pro singulis scutis super omnibus Prioratibus, Castellania Empostæ, Baulivatibus, Commendis, membris, pensionibus, ac bonis Ordinis tam exemptis, quam non exemptis, etiam per commune ærarium (si in mortuario, & vacanti extiterint) in quolibet ex tribus proximè sequentibus annis tantum, & dumtaxat præter, & ultra responsiones, & impositiones ordinarias pro rata, & juxta taxam, sive æstimationem de anno 1583. editam exfolvendum in Capitulis Provincialibus cujuscumque Prioratus in singulis futuris annis 1634. 1635. & 1636. celebrandis, prout solvi consueverunt responsiones, & impositiones, ita ut in prædictis tribus annis summa triginta sex millium ad præmissum effectum, & non alium eroganda exigi possit, & debeat, nec ulterius iis transactis, quovis prætextu, seu colore ipsa impositio continuari valeat, sed statim suppressa, & extincta sit, & esse censeatur. Volentes, ut pecuniæ ex hujusmodi impositione proveniunt in Arcâ sub clavibus suæ Eminentiæ, & Commissariorum super fortificationibus deputatorum conserventur, & exinde quando opus erit, extrahi valeant per eos fideliter in præfarum usum impendendæ. Quodque singulis mensibus iidem Commissarii rationes, & computa expensarum Venerabili Concilio, sub pœnâ de proprio ipsas expensas illius mensis satisfaciendi, reddere teneantur. Et quia ita se habet veritas, factaque Fideli cum originali collatione, concordare comperimus, idè in hujus rei testimonium Bulla nostra Magistralis in cerâ nigrâ presentibus est impressa. Datum Melitæ in Conventu nostro, die 19. mensis Novembris. 1633.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes impositionem hujusmodi, desuperque confectum decretum præinsertum, quo exactius observentur, Apostolici roboris firmitate communiti summo perè desiderant. Nos illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, impositionem prædictam, desuperque confectum decretum præinsertum, Apostolicâ auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio
præfati de-
creti.

§. 4. Decernentes impositionem, & decretum hujusmodi, presentisque literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore, spectabit, inviolabiliter observari, sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac

Decretum
irritans.

URBANUS OCTAVUS.

dicti Hospitalis etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, stabilimentis, usibus & naturis, ac
Ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque in-
dultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque teno-
ribus, & foemis, ac cum quibusvis etiam derogato-
riarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insoli-
tis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in gene-
re, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis,
Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum
sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenori-
bus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de
verbo ad verbum, non autem per clausulas generales
idem importantes mentio, seu quavis alia expressio
habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda
foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus
pro sufficienter expressis habentes, illis aliis
in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specia-
liter, & expresse derogamus; caeterisque contrariis
quibuscumque.

Contrariis
derogat.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transump-
tis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica
constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio,
& extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibere-
tur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D. P. A. 11.
die 30. Janu.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris, die 30. Januarii 1634. Pontificatus nostri
Anno undecimo.

c c v x. Quod Ordinarii locorum, & Concionatores
Verbi Dei tempore Adventus, & Qua-
dragesimae necessitates locorum Terrae
Sanctae commendari curent.

Edita A. D.
1634.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Primum.

Salvatoris, & Domini nostri, qui pro humani ge-
neris redemptione se ipsum exinanivit factus obe-
diens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes
in terris inter multiplices, gravissimaeque Apostoli-
cae servitutis curas, in ea praecipua pastoralis sollici-
tudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, ac tam salu-
bris ministerii monumenta, quae in Civitate Hierusa-
lem, & locis circumvicinis sunt conservantur, &
omni qua fieri poterit, majori honorificentia reco-
lantur.

Principit
prout in
rubr.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Ambrosius
della Polla Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci
de observantia Professor, ac Commissarius Terrae
Sanctae nobis nuper exponi fecit, Ecclesiae, & alia lo-
ca pia ibidem existentia ferè diruta sint, & quae ibi
adhuc sunt Monasteria, aere alieno ob impiam Turca-
rum, Haereticorum, & Schismaticorum tyrannidem
& pro sanctae fidei Catholicae in eisdem locis conser-
vatione contracto, admodum gravata sint: Nos eorundem
Sacrorum monumentorum hujusmodi conser-
vationi, & mantentioni quantum nobis ex alto
conceditur, consulere volentes.

§. 2. Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archie-
piscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec-
non omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Con-
gregationum, & Institutum regularium Generalibus
per praesentes committimus, & mandamus, ut ad mi-
nus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Qua-
dragesimae temporibus, tam per Verbi Dei Praedi-
catores in suis sacris concionibus, quam in actionibus,
& functionibus publicis necessitates eorundem sacro-
rum monumentorum populo proponi, & commenda-
ri curent, & faciant: quod & Omnipotenti Deo bo-
norum omnium retributori acceptissimum, nobis
verò gratissimum erit.

Bullariis Magni. Tom. V.

§. 3. Volumus autem, ut praesentium transump-
tis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica
constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, &
extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur,
si forent exhibitae, vel ostensa.

73
Transumptis
et di man-
uar.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Pesca-
toris, die tertia Februarii 1634. Pontificatus nostri
Anno undecimo.

Dat. Pont.
A. 11. die
3. Feb.

Indictio Jubilei ad divinam iram avertendam, & Ca-
tholicae rei pericula, & detrimenta, praesertim in
Germania ingruentia, removenda: & ejusdem pro-
rogatio ad duas alias hebdomadas: &c. Exat
Tomo 4. 132. in ordine, fol. 193. incipit: Iteratis
precibus.

CXCVI.
Edita A. D.
1634. 23.
Mart. Pont.
A. 11.

Communicatio privilegiorum omnium non Mendi-
cantium, & Mendicantium Ordinibus, seu Con-
gregationibus Clericorum concessorum, Fratribus
Discalceatis Hispaniarum Ordinis Sanctissimae Tri-
nitatis Redemptionis captivorum. Reperitur To-
mo 4. ordine 133. pag. 194. & 195. incipit: Redem-
ptoris nostri.

CXCVII.
Edita A. D.
1634. 23.
Mart. Pont.
A. 11.

Declaratio, ac confirmatio decretorum editorum circa
imagines defunctorum nondum à Sede Apostolica
canonizatorum, &c. Habetur Tomo 4. 134. in or-
dine, fol. 196. incipit: Coelestis Jerusalem.

CXCVIII.
Edita A. D.
1634. 3.
Jul. Pont.
A. 11.

Declaratio circa praecedentis inter Fratres Sancti
Francisci de Observantia Reformatos. Habetur
Tomo 4. ordine 135. fol. 198. incipit: Inter gravissimi-
mas.

CXCIX.
Edita A. D.
1634. 23.
Aug. Pont.
A. 12.

Quod Fratres Ordinis Beatae Mariae de Monte
Carmelo, in Collegio Sanctae Theresiae
Salamantinae absolutis per eos cursu, lectu-
ris, vel exercitiis literarum à Regularibus
dicti Ordinis requisitis, in eadem Sacra
Theologia Lauream suscipere possint abs-
que expensis.

CC.

De hujusmodi Fratribus lege, quae notavi ad
Constit. 201. Tom. 5. Nuper, infra: & ad Con-
stit. 179. Tom. 4. Romanus Pontifex, &c.

Dilecto filio Theodoro Stratio Priori Genera-
li Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte
Carmelo.

URBANUS PAPA VIII.
Dilecto filii nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita A. D.
1634.

Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu juxta
Regularja tui Ordinis instituta Apostolica aucto-
ritate confirmata, Ordinis praedicti Professores, qui
eos cursus, lecturas, vel exercitia literarum perege-
runt, quae secundum eorundem regularium Institutio-
rum formam, & tenorem requiruntur, ejusdem Ordinis
Magistros in Sacra Theologia creandi, & instituen-
di facultatem habeas dummodo tamen iidem Profes-
sores Magisterii, sive Doctoratus in eadem Sacra Theo-
logia lauream in aliqua approbata Studii generalis Uni-
versitate suscipiant: quia verò in suscipienda Magiste-
rii, sive Doctoratus in Universitate generali hujusmodi
laurea, intolerabiles pecuniarum summae expendendae
sunt, in magnum pauperum inter Mendicantes Reli-
gionis detrimentum, & Collegium Sanctae Theresiae
Salamantinae ejusdem Ordinis semper habuit, & in po-
sterum habiturum speratur Regentes, & in eadem Sacra
Theologia Magistros Doctos, & in literarum exercitiis
maximè versatos: Nobis propterea, quod debitus
virtutis honos ejusdem Ordinis Provinciae Hispani-

Motivum

ni

nia, & Lusitanis Professoribus, qui in artibus, & Sacre Theologiae hujusmodi studiis cursum profecerunt, & aliis digni, & idonei sunt, sublati expensis hujusmodi, habeatur, humiliter supplicari fecisti, ut super praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat pro ut in rub.

§. 1. Nos igitur te, ac Provinciarum praedictarum tui Ordinis hujusmodi Professores specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, teque & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laicis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinanti de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio, Tibi, omnibus, & singuli dicti Ordinis, & Provinciarum praedictarum Professoribus quos absolutis per eos cursu, lecturis, vel exercitiis litterarum à regularibus dicti Ordinis institutis, ut praefertur, requisitis, & servatis aliis servandis in eadem Sacra Theologia creaveris, & institueris, quod illi in praedicto Collegio Sanctae Theresiae Salamantinae cum rigoroso examine, & approbatione Regentium, & aliorum Magistrorum ejusdem Collegii, ac servatis aliis conditionibus juxta regularia instituta hujusmodi necessariis, à Superiore ejusdem Collegii, Magisterii, sive Doctoratus in eadem Sacra Theologia lauream suscipere liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate nostra concedendi, & indulgendi, Apostolica auctoritate tenore praesentium facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritum.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus privilegiis quoque indulgis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

D. T. An. 12. die 16. Aug.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 16. Augusti 1634. pontificatus nostri Anno duodecimo.

CCZ. Designatio Conventuum pro Novitiatibus Laicorum, seu converforum Ordinis Fratrum B. Mariae de Monte Carmelo.

Fratres Carmelita suam Regulam susceperunt ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, quem Honorius III. approbavit in Constit. 8. Tom. 1. Cappis albis uti iussit Bonif. VIII. in Constit. 3. Tom. 3.

Edita A.D. 1634.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, Nobis expositum fuit, quod à Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Regularium praepositis emanavit Decretum per dilectum filium nostrum Murium Sancti Angeli in Foro Piscium Diaconum Cardinalium Ginet-

tum nuncupatum, dicti Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Protectorem exponi demandatum infra scripto sub tenore; videlicet.

§. 1. Eminentissimi & Reverendissimi Signori. Ill. Procuratore Generale de Carmelitani esponsi all' Eminenza Vostra, come nella sua Religione è stato sempre solito, che i Fratri Conversi, seu Laici facessero l' Anno del Noviziato in qualsivoglia Convento in virtù di delle loro Constitutioni, come anco per concessione della bon. mem. di Clemente VIII. ma perche forsi tale concessione sarebbe troppo ampla, supplica che almeno si dia facoltà al Padre Generale, che in ogni Provincia d' Italia, & Isola adjacenti possa designare quatro à cinque Conventi de principali, dove sono la cura di persona idonea detti Conversi, seu Laici facciano l' Anno del Noviziato, quale finché possono poi fare la loro professione solennemente, non obstante li decreti di Clemente VIII. bon. mem. & altri in contrario che si riceverà à gratia singularissima. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium praeposita censuit, committendum esse eminentissimo Cardinali Ginetto Ordinis hujusmodi apud hanc sanctam Sedem Protectori, prout praesentis Decreti virtute committit, ut pro suo arbitrio, & prudentia, & prout magis in Domino expedire arbitrabitur, Conventus praedictos in singulis Provinciis ad Novitios Laicos, seu Conversos recipiendos designet, contrariis quibuscumque non obstantibus, dummodò in reliquis Novitij Conversi ad habitum & professionem in ipsis Conventibus, ut supra designandis admittantur, servata forma Decreti Sanctissimi Domini nostri, super receptione, & educatione Novitiorum ultimo loco editi; necnon felic. recordationis Sixti V. ac aliarum Constitutionum Apostolicarum, & decretorum pariter similis mem. Clementis VIII. institutionumque generalium super receptione & educatione Novitiorum ejusdem Clementis, necnon san. mem. Pauli V. auctoritate editarum Romae die 10. Februarii. 1634.

Causa hujusmodi constit. referuntur & decreti desuper emanatum.

Designatio Conventuum pro Novitiis laicorum.

§. 2. Nos Marius Sancti Angeli in foro Piscium Sanctae Romanae Ecclesiae Diaconus Cardinalis Ginetus, totius Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Protector, vigore retroscripti Decreti institutum, deputamus, & designamus in singulis Provinciis Italiae, & Insularum adjacentium Conventus infra scriptos, videlicet in Provincia Sancti Alberti in Sicilia Conventus Placiae, Melatii, Sicli, Syracusae, Mazarini: In Provincia Romana Conventus Transpontinae, Sancti Martini in Montibus, Praeneste, Velitrum, Roncilionis: In Provincia Lombardiae Conventus Mediolani, Cremonae, Novariae Montis Calerij, Novarum: In Provincia Venetiarum Conventus Vicentiae, Roboreti, Dezensani: in Provincia Tusciae Conventus Pifarum, Prati, Montis Politiani, Emporii: In Provincia Romandiola Conventus Anconae, Casenae, Arimini, Senogalliae: In Provincia Neapolis Conventus Capuae, Nucerinae, Apuliae, Beneventi, Salerni, Aversa: In Provincia Apuliae Conventus Licii, Bituntini, Neriti, Baruli, Monopolis: In Provincia Sancti Angeli in Sicilia Conventus Marsalae, Alcamii, S. Nicolai de Bononia, Calatanixete, Racalbuti: In Provincia Calabriae Conventus Cossentiae, Rhegi, Caroleorum, Catanzarii: In Provincia Aprutii Conventus Terami, Ortonae, Bilantis: In Granciae Conventus Neapolis, Conventus, Summae, Surrenti, & Concordiae: In quibus possint recipi, & admitti ad habitum, & expleto probationis anno ad professionem Fratres Conversi, seu Laici, servata forma Decreti Sanctissimi Domini super receptione & educatione Novitiorum ultimo loco editi, necnon felic. recordationis Sixti V. ac aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Decretorum pariter similis memoriae Clementis VIII. institutionumque generalium super receptione & educatione ejusdem Clementis, necnon, san. mem. Pauli V. auctoritate editarum. Et ita observari mandamus contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die 14. Julii 1634.

Confirmat Apost.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Procurator generalis decretum praesentem, Conven

URBANUS OCTAVUS.

Conventumque predictorum ad effectum supradictum designationem huiusmodi ab eodem Marcio Cardinale...

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Prædicatorum nobis nuper exponi fecit...

Secretum irritum.

§. 4. Decernentes illa, necnon præsentem litteras, valida, firma, & efficacia existere, & fore...

§. 2. Ne de cætero dicti Ordinis Fratres in partibus Indiarum existentes extra Conventuum, Domorum...

D.P. A. 12. die 12. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Augusti 1634.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit...

CCII. Edita A.D. 1634. 21. Off. Pont. A. 12.

Præfixio, & approbatio Cæremonialis pro electione Magni Magistri Hospitalis S. Iohannis Hierosolymitani.

§. 5. Volumus autem; ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis...

CCIII. Edita A.D. 1634. 29. Off. Pont. A. 12.

Prohibitio facta Fratribus Discalceatis Reformatis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum...

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Novembris 1634.

CCIV. Edita A.D. 1634. 27. Nov. Pont. An. 12.

Declaratio, quod Clerici Regulares Pauperes Matris Dei Scholarum Piarum non comprehendantur in Decretis...

Quod in Familiâ Ultramontanâ, sicut in Cismontanâ, duo Fratres germani Diffinitoriis interesse non possint.

De huiusmodi Fratribus lege, qua notavi ad Constit. 57. Sacrosanctum, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1634. Ad futuram rei memoriam.

CCV. Edita A.D. 1634. Prognium.

Ne de cætero Fratres Ordinis Prædicatorum in partibus Indiarum existentes extra Conventum...

Ipsorum Fratrum materiam habes signatam ad Constitut. 2. Honoris III. Tom. 1. Fratres Prædicatores Sancti Domini sunt verè, & propriè mendicantes...

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1634. Ad perpetuam rei memoriam.

Injunctum Nobis desuper Apostolicæ servitutis officium postulat, ut Religiosorum quorumlibet felici, prosperoque regimini, atque statui jugiter consulentes...

§. 1. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Didacus de Cea Commisarius Generalis Curie Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia...

§. 2. Nos igitur dicti Didaci Commisarii Generalis votis quantum cum Domino possumus annuere, etiam illumque specialibus favoribus...

79

Præcipit prout in rub.

Contrariis derogat.

Transumptis prout creditur.

D.P. A. 12. die 8. Nov.

CCVI.

Causa huiusmodi Constit.

Confirmat prout in rub.

cenſuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati: Quod etiam eorundem Fratrum Diſſinctoriiſ Regnum Hiſpaniarum duo intereſſe non poſſint, qui ſunt Fratres Germani, ſedque quemadmodum in Diſſinctoriiſ Italiae, omnino obſervari debeat, ſub indignatoriis noſtræ, & cenſuris Eccleſiaſticis, necnon privationis vocis activæ, & paſſivæ poenis ipſo facto per contrafacientes incurrendis, Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium ſtatuiſmus, ac præcipimus, & mandamus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes nihilominus irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus præmiſſis, ac quibûſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibûſcumque.

Dat. Pont. A. 12. die 17. Nov.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 17. Novembris 1634. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

CCVII. Edita A. D. 1634. 1. Dec. Pont. An. 12.

Super reſidentiâ Episcoporum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & aliorum Eccleſiis Cathedralibus præſectorum, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, &c. *Exat. Tomo 4. ordine 139. pag. 102. incipit: Sancta Synodus.*

CCVIII.

Quod Fratres Ordinis Prædicatorum profeſſi in Conventibus pro Novitiatibus non deſignatis ſimpliciter emittant novam Profeſſionem ſine nova Fratrum Vocalium acceptatione.

Novitiis Religioſorum in quibus locis recipiendâ, deſignavit Clemens VIII. in Conſtit. 83. Tom. 3. Novitiis Fratrum Ordinis Prædicatorum in articulo mortis in manibus Prælatorum, ante tempus Regulam profeſſeri poſſunt, ut in Conſtit. 109. Tit. V. Tom. 2.

Edita A. D. 1635.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Cauſa reſignationis hujus Conf.

§. 1. Aliis per Nos accepto, quod quamplures Ordinum, Congregationum, & Inſtitutorum regularium Profeſſores ad habitum regularem recepti, probationis annum in Monasteriis, ſeu Domibus regularibus ad id deſignatis, vel ab Apoſtolicâ Sede approbatis minime fecerant, proindeque juxta Conſtitutionem ſel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri deſuper editam profeſſio per eos ſubinde emiſſa invalida exiſtebat.

Mandat. obſervans prout in rub.

§. 2. Nos Motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac maturâ deliberatione noſtris bon. mem. Scipioni Episcopo Sabinenſi Cardinali Burgeſio nuncupato, Majori Penitentiario, vel Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæteriſque Ordinaris locorum, in quibus eorundem Religioſorum Monasteria, Domus, ſeu Conventus, aliâque regularia loca conſiſtebant, ſive ipſorum Religioſorum Præſectis, vel Superioribus generalibus per noſtras in ſimili formâ Brevis ſub die 2. Aprilis 1631. expeditas literas commiſimus, & mandavimus quatenus omnes, & ſingulos Religioſos prædictos, qui ad habitum regularem aliis canonicè recepti annum probationis in Monasteriis, ſeu Domibus regularibus ad id deſignatis minime fecerant, ſubindeque profeſſionem denudè ſervatis aliis ſervandis emittendam, quæ ſic emiſſa illis, & co-

rum cuilibet tam in foro interiori, quàm exteriori ſuffragari deberet, abſque novo probationis anno, ex ſpeciali hujus ſanctæ Sedis benignitate auctoritate noſtrâ Apoſtolicâ reciperent, & admitterent, eorundemque poſtquam Profeſſionem denudè, ut præfertur, emiſſerant, ad omnes gradus, honores, dignitates, præmiſſentias, &que habilitates, quas ſi ab initio valide profeſſi eſſent, legitime obtinerent, eadem auctoritate reſtituerent, ac reſtitutos eo ipſo eſſe, & cenſeri declararent, ita ut haberent eundem locum, ſeſſionem, & votum prout haberent, ſi priores profeſſiones valide fuſſent, & nondum promoti ad omnes etiam ſacros, & Presbyteratus Ordines, ſervatis aliis ſervandis promoveri, & tam ipſi, quàm alii ad eorundem Ordines jam tunc promoti in ſubſequentibus Ordinibus hujusmodi, etiam in Altaris miſtiterio miniſtrare liberè, & licitè valerent, necnon omnes actus, ſive contractus, quos contraxerant, & legitime contraxiſſent, vel cum Laicis, vel cum aliis Monasteriis, ſeu alterius religionis viris, ſi nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, niſi ex eo ſolum quia inſiti, aut contracti erant invalidè ab iis, qui contra dictam Conſtitutionem in Domibus non deſignatis, ſive ab eadem Sede non approbatis profeſſi erant, auctoritate noſtrâ prædictâ confirmarent, & approbarent, ac validos omnino declararent, ſuper quibus omnibus, & ſingulis plenam & amplam facultatem dictâ auctoritate tribuimus, & impartiti ſumus, & aliis prout in dictis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Cum autem, ſicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Prædicatorum nobis nuper exponi fecit, in nonnullis dicti Ordinis Provinciis novè oriantur difficultates, quæ conſcientias multorum ſollicitas habent: Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit dictus Procurator Generalis, ut ſuper præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur omnem in præmiſſis ambiendi, ſeu hæſitandi materiam è medio tollere, dictorumque Fratrum quieti, quantum cum Domino poſſumus, conſulere, ac Procuratorem Generalem prædictum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibûſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdictionis, aliisſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis regularium præpoſitorum conſilio Apoſtolicâ auctoritate prædictâ tenore præſentium ſtatuiſmus, atque ordinamus, quod in ratificationibus, ſive novis Profeſſionibus faciendis in manibus, Prælati nova fratrum vocalium acceptatio nullatenus requiratur, ſed ſtatim Profeſſus intelligatur, & filius ejus Conventus, in quo profeſſionem fecerat, ſupplendo cum ſimplici ratificatione, ſeu nova profeſſione qualecumque requiſitum, quod de jure requireretur, ſeu de facto occurreret, cum retentione eorum graduum, officiorum, honorum, dignitatum, vel præmiſſentiarum, quibus ad præſens gaudent, ita tamen, ut qui de facto habitum regularem dimiſerint, recipiantur, ſalvâ Ordinis diſciplinâ.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſubſque plenarias, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, pleniffimè ſuffragari, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibûſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 31. Januarii 1635. Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

D. P. A. 12. die 31. Jan.

Confirmatio præſentionis habitus factæ inter Fratres Diſcalceatos S. Theresiæ, & Fratres primi Inſtituti, 1635. 3.

CCIX. Edita A. D. 1635. 3.

URBANUS OCTAVUS

Institutum, vulgo de Monte Sancto nuncupatos. Sicut Tomo 4. 140. in ordine, pag. 205. incipit: inter ceteras.

CCX. Declamatio quod Constitutiones revocatorie vive vocis articulo non comprehendant illos Officiales, quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebat. Exat Tomo 4. 141. in ordine, fol. 205. incipit: Alias felic. recordationis.

CCXI. Regulares qui ultra vota solita, etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, &c. à voto huiusmodi nullatenus liberantur. Reperitur Tomo 4. ordine 142. fol. 206. incipit: Cum sicut.

CCXII. Quod assertiones, & enunciationes scriptorum & aliorum quorumcumque non faciant fidem, nisi servata forma in hac Constitutione prescripta. Exat Tomo 4. ordine 143. fol. 207. incipit: In supremo.

CCXIII. Constitutio super præstatione alimentorum Hebræis pauperibus ad Instantiam Christianorum creditorum carceratis. Habetur Tomo 4. 151. in ordine pag. 215. incipit: Cum sicut.

CCXIV. Quod Procurator Generalis Ordinum Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium possit suppressere parvos Conventus, in quibus non potest manueri numerus sufficiens Fratrum pro regulari observantia.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto filio Ministro Generali Ord. Minor. Conventual. S. Francisci salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut dilectus filius F. Blasius à Chersio Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, quod in eodem Ordine nonnulli parvi Conventus reperiantur, ac in eis Fratrum numerus observantia regulari sufficiens nequaquam manuteneri possit, & propterea illos suprimi, eorumque res, & bona, necnon onera eis incumbenda in majores ipsius Ordinis Conventus transferri posse plurimum desideret: Nobis idcirco humiliter supplicari fecit, ut sibi de infrascripta facultate providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos prospero ejusdem Ordinis, illiusque Domorum statui, regularisque disciplinae incremento consultum esse cupientes, supplicationibus ejusdem F. Blasii Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Tibi parvos Conventus predictos, illorumque statum, & essentiam regularem in eis auctoritate nostra Apostolica perpetuo supprimendi, & extinguendi, eorumque res, & bona, ac onera quaecumque eis incumbenda in majores ejusdem Ordinis conventus etiam perpetuo transferendi facultatem Apostolica auctoritate renore presentium concedimus, & impartimur.

§. 3. Decernentes presentes literas, & illarum vigore faciendas suppressiones, extinctiones, & translationes predictas, postquam factæ fuerint, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac majoribus Conventibus huiusmodi plenissime in omnibus, & per omnia suffragari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Commissarios quavis auctoritate fungentes iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Bullarii Magni Tom. V.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1635. Pontificatus nostri Anno decimo tertio.

Revocatio literarum Concordiæ inter Provinciam S. Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum ex una, & F. Honuphrium Legazam, ex alia ejusdem Ordinis, cum perpetuo silentio.

De huiusmodi Fratrum Concordia lege Conf. 143. supra Regia Pacifici, ac confirmationem Privilegiarum in Constitutione 266. Cum et, infra, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut accepimus, ob causam, & causas vertentes inter Provinciam Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum in Regnis Hispaniarum, seu Joannem baptistam Bervegal illius Procuratorem ex una, ac Honuphrium Legazam, ejusdem Ordinis, & Provincie Professores dilectos filios, & illi adherentes partibus ex altera de, & super controversiis ortis causa, & occasione assertarum inobedientiarum, ut dicebatur, præstitarum dilecto etiam filio Petro Logroño in generali Visitatione dictæ Provincie, ac decretorum à Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus negotiis Regularium præpositis de anno 1626. emanatorum, necnon de, & super præterita nullitate, seu revocatione trium Capitulorum Provincialium, seu electionum inde sequutarum, ac de, & super præterita nullitate, & revocatione confirmationum Apostolicarum desuper emanatarum, ut in litteris Apostolicis in forma Brevis sub data 22. Aprilis 1630. desuper expeditis plenius continetur; necnon super præterita apostasia dicti Honuphrii Legazæ, ac aliorum dicti Ordinis Fratrum forsitan à dicta Provincia occasione præmissorum absque Superiorum licentia absentium; ac de, & super quibuscumque etiam speciali nota dignis in causa, & causis prædictis appositis, seu præteritis delictis contra eundem Honuphrium Legazam, rebusque aliis in actis causæ, & causarum huiusmodi larius deductis, habita fuerit Congregatio die 18. Aprilis præsentis anni coram dilectis filiis nostris Desiderio Sancti Caroli de Cremona, ac Berlingerio Sancti Augustini Gypsi, & Laudivio Sancti Petri ad Vincula titularum Sancti Sixti Presbyteris, necnon Martio Sancti Angeli in foro Piscium Diacono Cardinalibus Ginetto respectivè nuncupatis, ac dilectis filiis Joanne Baptista Coccino, & Alexandro Buccabella Capellano nostris, & causarum Palatii Apostolici Auditoribus, & Nobis super præmissis specialiter deputatis: & in eadem Congregatione Joannes Baptista, ac Honuphrius prædicti, eorumque Procuratores, & Advocati pluries prius etiam in contradictorio auditi, scripturæque quamplurimæ hinc inde exhibitæ visæ ac negotium diu, maturæque, & diligentissimè perpensum, ac examinarum respectivè fuerint: Nos auditâ plenâ relatione meritorum, ac status causæ, & causarum huiusmodi per eisdem Desiderium, Berlingerium, ac Laudivium, & Martium Cardinales prædictos Nobis factâ.

§. 2. Ad tollendas discordias, lites, & controversias, quæ in præmissis ortæ fuerunt, & in dies ortiri possunt, non sine maxima inquietudine, perturbatione & detrimento dictæ Provincie, & eorumdem Religiosorum Paci, & quieti, felicique, ac prosperæ ejusdem Provincie gubernationi consulere volentes, ac statum & merita causæ, & causarum huiusmodi, nominatim, & cognomina Judicum, & collicigantium, aliisque etiam hic de necessitate exprimentia, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes: Motu proprio, non

Edita A.D. 1635.

causa huius Confir.

Concedit prom. in rub.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Edita A.D. 1635.

causa huius Confir.

Avocando ad se causas controversas, si penitus extinguuntur.

URBANUS OCTAVUS.

ad alienos Nobis super hoc oblati petitionis instanciam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica processibus, & quocumque controversiarum hujusmodi causis, & molestias super premissis, & illarum occasione civiliter, vel criminaliter habentibus quomodolibet motas, & pendentes, seu que desuper moveri possent, cum omnibus suis annexis, & dependentibus, ad Nos hanc serie advocantes, illas penitus extinguimus, ac Fratres praedictos, & quibuscumque aliis in eisdem habentibus, seu pretenduntibus persequenda super premissis silentium imponimus, necnon omnibus, & singulis Fratris Disceatris praedictis, cujuscumque conditionis, seu gradus existant, sub praescepto sanctae Obedientiae, & sub excommunicationis, ac privationis vocis active, & passivae, necnon quoruncumque officiorum, quae obtinent ac perpetuae inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda poenis eo ipso incurrendis praecipimus, & mandamus, ne de cetero dictae Provinciae Fratres hujusmodi lites, & controversias, quavis occasione, causa, seu praetextu, directe, vel indirecte, civiliter, vel criminaliter, per se, vel alios quoscumque movere, vel prosequi possint, nec inter se molestare, affligi, aliqua poena affici, seu molestare facere quomodolibet audeant, seu praesumant praemissorum occasione, ipsique Monachis, & aliis illis adherentibus (si qui sint absentes) pariter mandamus, ut infra tres menses a data praesentium, nisi dilecto filio nostro Francisco Sancti Laurentij in Damasco Diacono Cardinali Barberino nuncupato, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellario, nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti, dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Prorectori aliter videbitur, ut ad suam debeant remeare Provinciam: districtè praecipiendo ejusdem Provinciae Superioribus, & Fratribus, ut illum, seu illos recipiant, ac eum, aliosque Fratres, qui ei adhererunt, etiam si poenis aliquibus occasione praemissorum possent affici, seu condemnari, aut effecti, vel condemnati fuerint, benè, & benignè tractent, neque illos in futuris Capitulis, vel alibi occasione praemissorum ab officiis, & muneribus Religionis excludant, imò eos ad ipsa, nulla de praemissis habita consideratione, si alii habiles sint, absque ulla differentia, ac pariformiter, pro ut & alios Fratres, eligant, seu admittant, facultatemque tribuimus Confessariis ordinariis ejusdem Provinciae absolvendi, & dispensandi respectivè, tam praedictos, quam quoscumque alios Fratres ejusdem Provinciae, vel aliquos illorum, si id petierint etiam ad cautelam, seu alios a censuris, seu irregularitatibus, & aliis poenis forsan incursum praemissorum occasione.

§. 3. Insuper quibusvis Judicibus, & personis quibuscumque, quavis auctoritate fungentibus, districtè inhibemus, ne Fratres hujusmodi, seu alios pro eis super praemissis ulterius audire, seu alios desuper ingerere quomodolibet audeant seu praesumant.

§. 4. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, seu invalidari posse, sed semper valida, & firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa concernunt, in futurum inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstante regula nostra de Jure quasito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confir-

mas, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem pro eius fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Octobris 1635. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Quod in Provinciis Hispaniarum, & Indiarum Fratrum Sancti Francisci de Observantia Disceatrorum amplius non sint, nec habeantur tituli Lectorum Jubilatorum, nec exemptione Patris gaudeat nisi qui Minister Provincialis fuerit. Extra 1635. 4. ordine 144. pag. 209. incipit: Religiosos viros.

Quod nullus Fratrum Ordinis Praedicatorum per se, vel per alium negotium aliquod tractare audeat in Romana Curia, inconsulto Procuratore generali dicti Ordinis.

Vide qua de his Fratribus indiarum tibi supra ad Constit. 66. Cum sicut, Tom. 4. & ad Constit. 208. Tom. 5. Injunctum nobis, &c. & Constit. 203. Tom. 5.

URBANUS PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Galassinus Ordinis Praedicatorum Procurator Generalis, quod licet per decreta Capitulum generalem dicti Ordinis prohibeatur ejusdem Ordinis Professoribus, sub certis inibi expressis poenis, ne per se, vel per alium, pro se, vel pro alio, etiam praetextu procuratoris, vel commissionis sibi datae à propria Provincia, vel Domo regulari, negotium aliquod, cujuscumque illud generis sit quomodolibet tractare, procurare, inchoare, aut attentare audeant nisi per pro tempore existentem dicti Ordinis Procuratorem Generalem, vel de ejus scitu, & expressa in scriptis licentia, & aliis prout in dictis decretis latius continetur, tenoris subsequentis, videlicet. Ex Actibus Capituli generalis Romae 1612. Admonemus omnes, ac singulos nostri Ordinis Patres, ac Fratres, cujuscumque gradus, status & conditionis existant, eisdemque justis de causis, & ad tollenda, evitandaque incommoda multa, quae in dies oriri cognoscimus, in virtute Spiritus Sancti, & sanctae obedientiae, & sub formali praescepto, necnon sub poenis excommunicationis latae sententiae, hac una, pro trina canonica monitione praemissa, à qua non nisi per Magistrum Ordinis, vel ejus Vicarium Generalem, praeterquam in mortis articulo possint absolvi, & si Praelati fuerint, sub poena etiam absolutionis à suis officiis ipso facto incurrenda praecipimus, & mandamus, ne in Romana Curia negotium aliquod, cujuscumque illud generis sit, per se, vel per alium, pro se, vel pro alio, etiam praetextu procuratoris, vel commissionis sibi datae à propria Provincia, vel conventu quomodolibet tractare, procurare, inchoare, aut attentare audeant; nisi per praedictum admodum Rev. Patrem Procuratorem Ordinis, vel de ejus scitu, & expressa licentia in scriptis. Revocantes praesentium tenore omnes facultates hactenus in contrarium datas, & si quas in posterum his contrarias dari contingat. Ex actibus Capituli generalis Bononiae 1615. Confirmamus, & renovamus ordinationem Romae factam 1612. & sub poenis in eodem Capitulo taxatis, & praecipimus omnibus, & singulis nostri Ordinis Patribus, ac Fratribus,

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem pro eius fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Octobris 1635. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

CCXVII. Edita ad 1635. 3. Der. Pont. 4. 13.

CCXVII.

Edita ad 1635.

Causa hujusmodi Constit. referuntur & decreta desuper emanantur.

URBANUS OCTAVUS.

bus, ut nemo sive per se, sive per alium, sive secularis, sive nostri Ordinis Frater fuerit, & cujuscumque gradus, & conditionis existat, in Curia Romana quicquam sine scitu R. admodum P. Procuratoris Ordinis tractare, vel procurare audeat.

Confirmat. Prout in sub.

§. 2. Nihilominus cum experientia compertum sit, quod aut sub pretextu ignorantiae dictorum decretorum, aut quod illa non sint in usu, partim, aut nihil observantur, in grave dicti Ordinis praedicti, necnon Officii Procuratoris Generalis illius spectum; idcirco ne provisio observantiae regularis adeo salutaris, & Ordini praedicto proficua in desuetudinem abeat, praedictus Franciscus Procurator generalis Nobis humiliter supplicavit fecit, ut decreta hujusmodi Apostolicae nostrae confirmationis robore communitate de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decreta praesentia cum omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes illa, necnon praesentes literas, valida, firma, & efficacia existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis dicti Ordinis Fratribus inviolabiliter observari debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Rom. A. 13. die 3. Dec.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Decembris. 1635. Pontificatus nostri Anno decimotertio.

CCXVIII. Edit. An. D. 1636. 28. Febr. Pont. An. 13.

Exemptio fratrum reformatorem Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, Congreg. Hispaniarum a jurisdictione, obedientia, & superioritate Ministri Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis praefati. Reperitur Tomo 4. 145. in ordine, pag. 209. & 210. incipit: Ex quo regimen.

CCXIX. Edit. A. D. 1636. 8. Mart. Pont. An. 13.

Declaratio quoad facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus, ac translationes, novaeque reservationes pensionum, aut fructuum antea translatorum. Reperitur Tomo 4. 146. in ordine, fol. 211. incipit: Inter gravissimas.

CCXX. Edit. A. D. 1636. 12. Febr. Pont. An. 13.

Præcipit, & mandat omnibus Fratribus Discalceatis B. Mariae de Mercede, ut R. P. Magistro Generali PP. Calceatorum in omnibus sibi ad Redemptionis opus commissis irrefragabiliter obediant. Exat in Appendice Tomi 4. in ordine 18. fol. 306. incipit: Alias propterea.

CCXXI. Edit. A. D. 1636. 8. Mart. Pont. An. 13.

Declaratio super facultatibus transferendi pensiones, seu illarum loco fructus; ac translationibus, novaeque reservationibus pensionum, seu fructuum antea translatorum. Reperitur Tomo 4. in ordine 152. fol. 216. incipit: Inter gravissimas. * Sed nullibi reperitur in novissima editione Romana.

Quod Officium proprium Sanctae Theresiae Virginis, alias a sacra Rituum Congregatione approbatum, possit relectari in universis Hispaniarum Regnis.

Hujus Sanctae Canonizationem vide ad Const. 23. Gregor. X. Potentens sermo. Confirmatio vero praesentis facta circa habitum Instituti Fratrum Discalceatis S. Theresiae, & Fratrum primi Instituti de Monte Carmelo, adest in Const. 209. Urbani VIII. Inter caeteras, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. Edita A. D. 1636. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias a fel. rec. Paulo Papa V. praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsecquentis, videlicet: Paulus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. In supremo Apostolatus solio meritis licet insufficientibus divina dispositione constituti, ad ea, per quae Servorum, & Ancillarum Christi honos, & veneratio in teris promoventur, juxta creditum nobis desuper Apostolicae servitutis officium libenter intendimus, & Christi Fidelium, praesertim Catholicorum Regum id exoptantium voris libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Alias siquidem nomine dilectorum filiorum omnium Religiosorum totius Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmelo nobis exposito, quod ben. mem. Theresia a Jesu dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Fundatrix, tam multis, & eximii virtutum, & gratiarum, ac miraculorum donis a Domino illustrata fuerat, ut magna idcirco erga ejus nomen, & memoriam Christi fidelium devotio vigeret, & propterea non solum universus Ordo praedictus, sed etiam charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, ac omnium fere Hispaniarum Regnorum Archiepiscopi, Episcopi, Principes, necnon Communitates, Universitates, & homines nobis iteratis precibus humiliter supplicari fecerant, ut donec Canonizationis honor ab Apostolica Sede dictae Theresiae haberetur, sacrosanctum Missae Sacrificium, & officium ab omnibus, & singulis dicti Ordinis utriusque sexus Religiosis personis de dicta Theresia, tanquam de una B. Virgine agi, & recitari respectively posset. Nos re prius per Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus praefectos, quibus eam examinandam mandaveramus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio hujusmodi supplicationibus inclinati, ut singulis annis in die depositionis dictae B. Theresiae, videlicet die 5. mensis Octobris, in omnibus Monasteriis, & Ecclesiis dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum ab omnibus ejusdem Ordinis Religiosis utriusque sexus Officiis, & Missa de B. Theresia praedicta, tanquam de una Virgine, necnon in Oppido Albæ Salmantinae Diocesis in Monasterio, & Ecclesia, in qua corpus dictae Beatae asservari asseritur, ab omnibus Presbyteris, tam saecularibus, quam Regularibus, cujuscumque Ordinis in dicta die 5. Octobris eadem Missa in honorem ejusdem B. Theresiae pro eorum devotione, juxta regulas Breviarii, & Missalis Romani recitari, & celebrari respectively posset, concessimus, & indulgimus: Et subinde de simili eorumdem Fratrum consilio, ut ex tunc in futurum in omnibus Ecclesiis quarumcumque Civitatum, & Diocesum Regni Castellae veteris tantum Missa, & officium de eadem B. Theresia in die ejus depositionis praedicta dumtaxat, juxta rubrica Breviarii Romani, a quibuscumque utriusque sexus personis Ecclesiasticis, servata aliis in omnibus, & per omnia nostrarum superioris gratiae, & concessione expeditarum literarum forma, & tenore, celebrari, & recitari respectively liberè

Paulus V. edidit const. de hac materia.

URBANUS OCTAVUS.

posset, & valeret, concessimus, & indulgimus, aliaque prout in diversis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus poe sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut nomine dictorum Religiosorum nobis nuper iterum expositum fuit, tam Philippus Rex, quam etiam Ordo predicti, attenta universalis devotione erga dictam Beatam Theresiam omnium populorum, non solum Regni Castellae veteris, sed etiam omnium aliorum Regnorum Hispaniarum, necnon Portugalliae, & Algarbiorum, concessionem, & indulgentiam predictam ad universa Hispaniarum, necnon Portugalliae, & Algarbiorum Regna per Nos Apostolica auctoritate extendi summo desiderio desideret: Nos supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc iterum humiliter porrectis inclinatis, de eorumdem Fratrum consilio, quod de caetero perpetuis futuris temporibus in omnibus Hispaniarum, ac etiam Portugalliae, & Algarbiorum Regnis dicta die 15. mensis Octobris ab omnibus utriusque sexus personis Ecclesiasticis, saecularibus, & regularibus officium, & a quibuscumque Presbyteris, tam saecularibus, quam cujusvis Ordinis Regularibus, etiam Missa de eadem Beata Theresia, servata alias in omnibus, & per omnia literarum praedictarum forma, & tenore, celebrari, & recitari libere, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & Indulgimus, non obstantibus omnibus illis, quae in dictis nostris literis volumus non obtare, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, seu Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem proferri Fides adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus adhibeatur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Augusti 1617. Pontificatus nostri anno decimotertio.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte dictorum Religiosorum dicti Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Beatae Mariae de Monte Carmelo nobis nuper expositum fuit, approbatis per Venerabiles Fratres nostros S.R.E. Cardinales sacris Ritibus praepositos tribus lectionibus, duobus hymnis, & oratione pro festo Sanctae Theresiae praedictae, aliqui ex iis, qui praedictam habent facultatem, dubitaverint, an dictas lectiones, hymnos, & orationem recitare possint, & propterea eisdem Cardinalibus pro parte dictorum Religiosorum supplicato pro habenda desuper opportuna declaratione, iidem Cardinales responderint, tutum posse, tam a saecularibus, quam a Regularibus, qui recitant Officium Sanctae Theresiae in die ejus festo recitari cum lectionibus, hymnis, & oratione propriis approbatis ab eisdem Cardinalibus pro Religione Carmelitarum, prout in decreto desuper sub die 18. Augusti 1619. emanato plenius dictum contineri.

§. 3. Nobis propterea Religiosi praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut pro firmitate dicti decreti validitate, & subsistentia illud Apostolica confirmationis robore communitate de benignitate Apostolica dignaretur. Nos igitur piis dictorum Religiosorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laicis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequentium, harum serie absolventes, & absolutos fore consententes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum praedictum Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam laicos, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

§. 4. Decretum praesentis literas validas, firmas, &

efficaces existere, & fore, dictisque Religiosis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicut per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si locus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus illis, quae dictus Paulus praedecessor in literis praedictis voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, seu Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis eadem proferri Fides adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus adhibeatur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 23. Julii 1636. Pontificatus nostri Anno decimotertio.

Erectio Montis Communitatum Status Ecclesiastici Tertiae Erectionis nuncupati.

URBANUS PAPA VIII. Motu proprio, &c.

Licet aliis sel. rec. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster, ut Communitates, & Universitates Status Ecclesiastici ab aere alieno per eas diversimode contracto, gravioribusque interusuriis sublevarer, Montem non vacabilem Communitatum Status Ecclesiastici nuncupatum ad rationem scutorum quinque, & juliorum duorum monetae pro quolibet centenario, & anno, in quo postea dictae Communitates, & Universitates dicti Status pro censibus extinguendis, aliisque earum necessitatibus reparandis admittae fuerunt, exererit, & instituerit, deindeque similis memoriae Paulus V. etiam praedecessor noster pro servitio, & comodo earumdem Communitatum alium Montem non vacabilem Communitatum, & Universitatum Status Ecclesiastici Secundae Erectionis nuncupatum, ad rationem scutorum quatuor eum dimidio ejusdem monetae pro quolibet centenario, & anno exererit pariter, & instituerit, in quo etiam Communitates praedictae pro diversis summis pro earum necessitatibus participarunt: Nos nihilominus, quia sicut accepimus, nonnullae Communitates dicti nostri Status adhuc non solum remanent debitrices pro diversis summis in primodiecto Monte Communitatum, & aliis Montibus Cameralibus, Verum etiam diversis aliis debitis, pro quibus majora interusuria sustinent, gravatae reperiuntur, eisdem Communitatibus, & Universitatibus quantum possumus prodesse cupientes, alium Montem non vacabilem Communitatum, Universitatum dicti nostri Status Ecclesiastici Tertiae Erectionis nuncupandum ad eandem rationem scutorum quatuor cum dimidio monetae pro quolibet centenario, & anno, ex quo omnes Communitates dicti nostri Status non solum pro extinctione censuum, sed etiam dictorum locorum Montis Communitatum, & aliorum locorum Montium, & debitorum, pro quibus majora interusuria solvunt, pro eorum extinctione, & redemptione, ac pro aliis pro tempore occurrentibus necessitatibus pecunias in promptu habere valeant, erigere, & instruere deliberamus. Motu igitur simili, ac ex certa scientia, & deliberatione nostris, deque Apostolicae nobis attributae potestatis plenitudine, Montem non vacabilem Communitatum, ac Universitatum Status nostri Ecclesiastici Tertiae Erectionis nuncupandum pretio scutorum centum monetae pro quolibet loco redimibilem pro beneficio, & comodo omnium Communitatum, & Universitatum dicti nostri Status Ecclesiastici locorum quatuor millium, & pro ea summa, & quantitate locorum, quae pro censibus, locis Montium, & aere cujusvis generis alieno, legitime

Confirmat prout in sub.

Decretum irritum.

URBANUS OCTAVUS

82

timè tamen, & debitis cautelis, & solemnitatibus contracto, pro quibus majus interesse scutorum quatuor cum dimidio pro singulo centenariò, & anno quolibet persolvitur, redimendis, & penitus extinguendis sufficiens fuerit, & cujus singulorum locorum pretia scuta centum monetæ, fructus autem annui, quos illius creditoribus pro ratâ pecuniarum in eo expositarum singulis annis de bimestri in bimestre in sine proportionabiliter liberè, & sine aliquo impedimento hic Romæ solvi volumus, annua scuti quatuor cum dimidio pro quolibet loco non excedant, & cum amplissimis privilegiis, facultatibus, libertatibus, indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, assignationibus, cautelis, modoque, & formâ infra latius dicendis, & exprimendis, sine tamen omnium, & quorumcunque jurium Cameræ nostræ Apostolicæ aliquo præjudicio, & citra ejusdem Cameræ, suorumque bonorum aliquam obligationem, tenore præsentium creamus, erigimus, & instituímus. In quo quidem Monte sic à Nobis erecto, & instituto volumus, & nostra auctoritate decernimus, & ordinamus omnes, & singulas Communitates, & Universitates dicti Status nostri Ecclesiastici pro eâ ratâ, & summâ, & quantitate censuum, ac locorum Montium, & quorumcunque debitorum, pro quibus dictis scutis quatuor cum dimidio pro quolibet centenariò, & anno majus interesse, ut supra persolvitur, ad effectum æs alienum prædictum extinguendi, etiam si super eorumdem censuum, locorum Montium, & debitorum solutione, & extinctione cum Mercatoribus, aut quibusvis aliis personis aliter pacta fuerint, seu quomodolibet contraxerint, & pro aliis eorum occurrentibus indigentibus de nostrâ, successorumque nostrorum Romanorum Pontificum licentiâ, & mandato, & non aliâs participare & contribuere, fructusque ad rationem prædictam, modo, & formâ, ac in terminis infra dicendis persolvere omnino posse, & debere. Et in super ad tollendas difficultates, quæ in his posset suboriri, & tam Communitatum, quàm Montistarum indemnitati, ac potiori securitati consulendum: Volumus pariter, & Ordinamus, quod censuum prædictorum creditores, præviâ disiectâ, & intimatione per duos menses antea, juxta bullam fel. rec. Pii V. prædecessoris nostri super formâ creandi census, ac ipsorum censuum Instrumentorum formam, & dispositionem faciendâ sortes principales dictorum censuum, unâ cum fructibus ex tunc decursis, & non solutis recipere, ac de illis quietantiam facere, & eorum jura, & actiones quæcumque translativè, & non extinctivè, ac talia qualia habent contra easdem Communitates & Universitates, & quoscunque alios eis quomodolibet occasione dictorum censuum obligatos ad favorem dicti Montis, illiusque emporis, & emporum, & futurorum creditorum, ac Montistarum ad majorem eorum cautelam cedere teneantur. Alioquin si statuto termino notificationis, & intimationis prædictæ, ut præfertur faciendæ pecunias supradictas recipere recusaverint, aut alias quomodolibet distulerint, seu neglexerint, tunc pecuniæ prædictæ à die lapsi termini in depositum stare intelligantur, & stent eorumdem Creditorum risico, periculo, fortunâ, sumptibus, & expensis, fructusque ulterius non currant, & quietantiæ, & cessiones prædictæ habeantur pro factis, dictaque jura, & actiones, ut supra cessâ, & translata esse censeantur, & nihilominus quandocunque postea illa receperint, quietantias, & cessiones prædictas ad majorem cautelam, ut supra facere teneantur: ita tamen, quod jura prædicta pro Cederalum Bancariarum, seu fidejussorum renovatione, vel præstatione, ad quam, seu quas Communitates, seu Universitates prædictæ se obligarunt, minúsque pro fructibus ultra rationem prædictam pro quolibet centenariò & anno exigendis ullatenus experiri, aut aliâs exercere non possint. Cæterum, ut etiam Mons sic à Nobis, ut præmittitur erectus, & institutus suas habeat debitas cautelas, & assignationes, & illius Creditoribus, & Montistis in sine cujuslibet bimestris debito tempore hic Romæ fructuum solutio fiat, volumus, atque statuimus, quod Communitates, & Universitates prædictæ ratam partem fructuum unamquamque ipsarum tangentem pro illis locis, & portionibus, pro quibus ratione, & causâ censuum locorum Montium, & debitorum prædictorum in eodem Monte erunt participes factæ, ut supra contribuant integram, & sine ullâ diminutione, & ab omnibus, & singulis oneribus, impositionibus, contributionibus, collationibus, tributis, subsidiis, & collectis ex quavis causâ, etiam urgenti, & urgentissimâ, etiam Sedis, & Cameræ Apostolicæ, aut etiam Communitatum, & Universitarum prædictarum necessitate etiam publica, & pro Fide orthodoxâ tuendâ, & quavis aliâ quantumvis necessariâ, cogitatâ, & incogitatâ causâ hæcenus etiam per quosvis Prædecessores nostros Romanos Pontifices, & Nos impositis, & per Nos, seu Successores nostros forsitan imponendis quibuscumque liberam, immunem, & exemptam, unâ cum Portu ad hanc Almam Urbem quotannis in perpetuum durante hujusmodi Monte, & proportionabiliter, & pro ratâ, videlicet de quadrimestri in quadrimestre anticipatis solutionibus in manibus, seu Banco Depositarii hujus Montis, vel Thesaurarii illius Provinciae, cui unamquamque Communitas, & Universitas subjecta est, vel erit. Qui quidem Provinciae Thesaurarius, & Thesaurarii volumus, atque decernimus, quod ad instar onerum Cameralium facultatem habeant exigendi dictos fructus, quodque illos de bimestri in bimestre in sine cujuslibet bimestris proportionabiliter, & pro ratâ liberè, & integrè sive exegerint, sive non, persolvere teneantur Depositario hujus Montis in Urbe, ut infra constituendo modis, formis, obligationibus, & cautelis in solutionibus onerum Cameralium ipsi Cameræ faciendis, fieri, servari, & adhiberi solutis, & ad hoc etiam in formâ Cameræ nostræ Apostolicæ sese obligare teneantur. Communitates vero, & Universitates in manibus prædictorum Thesaurariorum, seu aliorum Exactorum persolvere, & exburfare, ac tam pro hujusmodi solutionibus, ut supra faciendis, quàm omni & quacunque evictione, & defensione generali, & particulari illorum locorum omnium, pro quibus in hoc Monte erunt, ut supra participes, per suos certos Procuratores in publico, & generali Concilio ad id deputatos, & approbatos promittere, præsentisque nostras literas ratificare, ac sese, & eorum bona, introitus, & jura quæcumque, etiam in ampliori ejusdem Cameræ Apostolicæ formâ, & suo juramento obligare, seu ratificationum, promissionum, & obligationum prædictarum hujusmodi publica, & authentica instrumenta in eisdem actis exhibere teneantur. Nos enim earum ratificationes, & obligationes, & desuper confecta instrumenta hujusmodi ex nunc, prout ex tunc approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus. Ac easdem Communitates, & Universitates omnes, & singulas supradictas, quæ ut supra, in hoc monte admittæ fuerint, ac ratificabunt, & obligabunt earum bona, introitus, & jura quæcumque præsentia, & futura ubilibet existentia pro omnibus, & singulis præmissis, & præmissorum occasione, etiam in formâ Cameræ nostræ Apostolicæ ampliori, pleniori generaliterque, & specialiter, & expressè obligamus, & hypothecamus, & obligata, & hypothecata esse volumus, & declaramus, annuamque summam pro fructibus illorum locorum, pro quibus in dicto Monte erunt, ut supra participes, modo, & formâ, ac terminis, & locis quibus supra persolvendis necessariam, illam sic ut supra integram, liberamque, immunem, exemptam, ex quibuscumque eorum introitibus, redditibus, & proventibus Ordinariis, & extraordinariis, certis, & incertis dismembrantes, & separantes, eidem Monti, ejusque Collegio, & futuris Creditoribus, & Montistis prædicti perpetuè assignamus, applicamus, & appropriamus, & quoad illam, illiusque liberam perceptionem, exactionem & consignationem in omne jus, locum, & privilegium earundem Communitatum, & Universitarum ponimus, substituimus, & subrogamus. Deficientibus autem Communitatibus, & Universitatibus supradictis in solutionibus de quadrimestri in quadrimestre

dimeſtre, ut ſuprà faciendis, poſſint Theſaurarii, & eorum Exactores contra eos procedere cum eiſdem privilegiis, facultatibus, & prerogativis, quibus in exactio- nibus Cameralibus fieri, & procedi ſolet: Theſaurarii tamen prædicti cum ad exactorem rigorofam procedi contigerit, illam cum exactione onerum Cameralium, tunc augmento impenſæ facere debeant, Communitates, & Univerſitates verò prædictæ facta per eas in manibus Theſaurarii, & Exactorum, ut ſuprà ab eis deputatorum fructuum ſolutione, pro fructibus ſic ab eis ſolutis ulterius, nec etiam à Montifſtis moleſtentur, nec moleſtari poſſint. Et inſuper volentes Montem prædictum ſpecialibus privilegiis, & gratiis decorare, Motu, ſcientiâ, & poteſtate ſimilibus perpetuò ſtatuiſmus, decernimus, Ordinamus, & declaramus, quòd huius Montis loca ad inſtar aliorum Montium non vacabili- um Romanæ Curie reſignabilia ſint, & non vacent, Et quicumque etiam Laici utriuſque ſexus, ac Presby- tery, & alii Clerici, necnon Eccleſiarum, aut alii qui- cumque Prælati, etiam S. R. E. Cardinales, ac ceteri cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis ſeculares, & quorumcumque Ordinum etiam in com- muni Mendicantium, ac Militiarum, vel Hoſpitalium Regulares, & alia quæcumque perſonæ cujuſvis æta- tis, etiam minores, & pupilli, ac etiam ſpurii, illegiti- mi, aut aliâs quomodolibet inhabiles, & incapaces, nec- non Communia, Univerſitates, Eccleſiæ, Capitula, Collegia, Congregationes, Conventus, Societates, Hoſ- pitalia, Capellæ, & alia quavis tam profana, quam pia, & Religioſa loca, tam intus, quam extra ditionem noſtram temporalem, & etiam in qualibet Mundi parte nunc, & pro tempore exiſtentes (Infidelibus tamen ſemper exceptis) nihilominus in Monte huiusmodi Communitatum, & Univerſitatum Tertiarum Erektionis nuncupando, quæcumque pecuniarum ſummas, & quantitates ſemel, & pluries, ac quoties eis viſum fue- rit ponere, & erogare, ac pro ſingulis locis, & portio- nibus prædictis annua ſcuta quatuor cum dimidio mo- netæ ſimilis in ſine cujuſlibet bimæſtris pro illorum rata ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, ſeu ſortis principalis reſtitutione, aut quovis alio reſtitutionis onere, ac om- ni prorsus impedimento cellante percipere, conſequi, & in eorum ulum, & utilitatem convertere liberè, & licitè poſſint. Quin etiam loca prædicta quæcumque modo obtinentes, ſi illi in alia cedere, & transferre, ac etiam qui loca huiusmodi aliis acquirere voluerint, tales in huiusmodi ceſſionibus, translationibus, vel ac- quiſitionibus ſibi ipſis, vel aliis etiam quoad vixerint, omnimodam dictorum locorum ſic ceſſorum, vel ac- quiſitorum adminiſtrationem, eorumque fructuum, & emolumentorum perceptionem, necnon plenam, libe- ram, & abſolutam poteſtatem illa quæcumque volue- rint, nullâ etiam ſubſiſtente cauſa ad ſe recipiendi, & revocandi, ſeu alii, vel aliis vendendi, alienandi, do- nandi, relinquendi, obligandi, & pignori, ſuper eis paciſcendi, & contrahendi, & prorsus omnem aliam ipſorum diſpoſitionem, jus, & facultatem, nullo obli- gentium conſenſu deſuper requiſito, aut aliâ ſolemnita- te ſervatâ, ac etiam cum prohibitione huiusmodi admi- niſtrationis, fructuum perceptionis, ceſſionis, venditio- nis, obligationis, fidejuſſionis per ipſos obtinentes fa- ciendæ, necnon decreto irritante adjecto his quæ ſecus facta fuerint, ab eiſdem reſervare, & obtinere liberè, & licitè valeant, Montemque ipſum, illiſque loca, & portio- nes etiam reſpectu fructuum, & emolumentorum ad rationem prædictam illi assignatorum, nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut menſium, ſeu men- ſatarum quarumcumque retentionibus, & quibuſvis aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam prætextu urgentis neceſſitatis, ſeu etiam evidentis utilitatis, tam Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, quam ipſarum Communitatum, & Univerſitatum prædictarum, & pro Eccleſiaſticæ di- rectionis, & Catholicæ fidei deſenſione, vel ex quavis aliâ cogitatâ, vel incogitatâ cauſa, etiam neceſſariò expri- mendâ, ſubjecta, vel quomodolibet obnoxia fore, vel eſſe, ſed firma, & valida ſemper perſiſtere, & ab illis fore, & eſſe ſemper excepta, nec quemcumque ex ipſius

Montis futuris Creditoribus, illorumque hæredes, & ſucceſſores quocumque, ſeu cauſam, & jus ab eis quo- modolibet habentes, & habituros ſuper locis, & portio- nibus, ac illorum integris fructibus, & emolumentis prædictis quoquo modo contra præſentium formam turbari, vel impediri, nec eos ad pecunias in ipſo Monte poſitas, & erogatas; aut illorum partem aliquam in ſolutionem, & extinctionem cenſuum, & debitorum prædictorum, aut aliam quamvis earumdem Communi- tatum, & Univerſitatum neceſſitatem, cauſam, vel uti- litatem converſas fuiſſe, & eſſe, aut aliqua alia, etiam neceſſaria, & requiſita in iudicio, vel extra probanda, deducenda, ſeu quomodolibet veriſicanda ullo un- quam tempore teneri, nec probationem contrariam in his obſeſſe, ac pro præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quacumque eviſione, & deſenſione generali, & parti- culari dicti Montis, & illius locorum, & portionum quorumcumque Communitates, & Univerſitates præ- dictas, & earum, & cujuſque ipſarum bona mobilia, ſtabilia, & ſe moventia, introitus, effectus, & proven- tus, ac res, actiones, & iura quæcumque præſentia, & futura ubique locorum exiſtentia generaliter, ſpeciali- ter, & expreſſè; ita tamen quod ſpecialitas generalitati non derogeret, nec è contra, in ampliori ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ formâ teneri, & obligata, & hypothecata fore, & eſſe, prout obligamus, & hypothecamus, præſentef- que vim validi, ac ſolemniter, & legitime inſiti, & ſtipu- lati contractus, & utrinque jurati inter dictas Commu- nitates, & Univerſitates ex una, & ejuſdem Montis Emptores, & futuros Creditores, illorumque hæredes, & ſucceſſores quos cumque habere, & obtinere pariter ſtatuiſmus, decernimus, & Ordinamus. Volumus etiam quod dictus Mons, ut ſuprà à Nobis erectus, & inſtitu- tus extingui non poſſit, niſi cæteris aliis earumdem Communitatum debitis extinguiſſibus, tam hucusque contractis, quam contrahendis in futurum quibuſcum- que, pro quibus majus, vel æquale intereſſe dictorum ſcutorum quatuor & dimidio pro quolibet centenario, & anno perſolvant, ac etiam dicto Monte Communita- tum Secundæ Erektionis per ſel. rec. Paulum V. ut præ- mittitur erecto, penitus extinctis, itaut Mons hic Ter- tiarum Erektionis poſt cetera debita hucusque contracta extingui poſſit, & non antea. In caſu verò extinctionis Montis prædicti Communitates, & Univerſitates prædictæ non ultra ſcuta centum monetæ pro quolibet loco reſtituere, Creditores verò, & Montifſtæ ita reci- pere teneantur. Extinctio autem Montis, & locorum illius quando fieri contigerit, tunc pretium, ſeu pecu- niæ ad hunc effectum deſtinatæ in banco Depositarii Generalis Communitatum Statûs noſtri Eccleſiaſticæ deponantur, prout hætenus fieri conſuevit. Et ut præ- miſſa omnia & ſingula faciùs, & rectius gerantur, & exequantur, dilectum filium Magiſtrum Petrum Do- natum Cæſium Theſaurarium noſtrum Generalem, aliſque pro tempore exiſtentes Theſaurarios Genera- les dicti Montis Protectores eligimus, & deputamus eum poteſtate literas patentes ſub eorum nominibus, & ſigillis expediendi, & concedendi, necnon omnes, & quæcumque cauſas ſuper dicto Monte, illiſque cau- ſis, & occasione, & ab eo quomodolibet dependen- das, & movendas privativè quoad omnes alios iudices cognoscendi, & terminandi, ac omnia alia, quæ ad ejuſdem Montis utilitatem, providamque directionem pertinere cognoverint peragendi, cum facultate etiam Secretarium, & Ratiocinatorem, ſeu Computiſtam dicti Montis, cum emolumentis per Secretarium, & Com- putiſtam Montis Communitatum Secundæ Erektionis exigi ſolitâ, ad eorum vitam, & donec vixerint, & prout ipſis melius placuerit, & videbitur eligendi, & deputandi: Depositarium verò dicti Montis dilectum filium Joannem Franciſcum Sacchetti donec vixerit, ejuſ vitâ durante, qui tamen de ſolvendo Montifſtis dicti Montis debitis terminis, & temporibus fructus locorum, quæ obtineant, exactis, vel non exactis assignationibus, & quæcumque impedimento cellante, & non obſtante, ſe obligare teneantur, & debeat, eligimus, & deputamus.

URBANUS OCTAVUS.

83

Causulas
preferunt
super
addit.

§. 1. Decernentes presentes literas ad omnia, & singula necessaria, & requisita legitime sufficientes, tam in iudicio, quam extra plene probandum, verificandum, nec alterius probationis adminiculum requiri, eademque presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu, etiam ex eo, quod Communicates, & Universitates praedictae, aut alii quicumque in praemissis jus, & interesse forsan habentes, seu habere praetendentes, vocati, seu auditi, aut quod ipsae literae in eadem Camera Apostolica admittantur, & in eius libris registratae minime fuerint, vel ex alia quavis causa, quantumvis legitima, urgenti, & juridica, etiam necessarii exprimenda, notarii, impugnari, invalidari, ad terminos juris, reduci, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam intentari posse, vel debere, minusque sub similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, reductionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & eum in quo erant statum restitutas, repositas, & plenarie, etiam sub quacumque posteriori data reintegratas, ac de novo concessas, ac semper majorem vim, robur, & efficaciam habere, & obtinere, ac si de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu, & in nostro Consisterio secreto editae, factae, & emanatae fuissent.

de iudicari
nulli.

§. 2. Sicque, & non aliter per Camerarium, necnon Vicecamerarium, ac ejusdem Camerae Thesaurarium, & Clericos Praesidentes; & quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, sublatis eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogat.

§. 3. Non obstantibus praemissis, & quatenus opus sit, nostra regula de non tollendo iure quacumque, necnon etiam super bono regimine reddituum Communitatum, & Universitatum praedictarum, ac Pii IV. nostri praedecessoris de registrandis, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam de bonis earundem Communitatum, & Universitatum non alienandis, nec obligandis, aut quod in illorum alienationibus, & obligationibus certa solemnitates servandae sint. Necnon earundem Communitatum, & Universitatum statutis, Ordinationibus, reformationibus, necnon instrumentis, seu scripturis quibuscumque inter praedictas Communitates & Universitates ex una, & quovis Mercatores, seu alias personas quascumque parte ex altera, super extinctione debitorum dictarum Communitatum, seu Universitatum quomodolibet factis, in iuris executioni demandari coactis, etiam obligatione Camerali, seu Guarantigia, aut alia etiam strictiori forma vallatis, necnon juramento, & quavis alia cautela roboratis, atque firmatis, privilegiiis quoque indultis, concessionibus, & facultatibus etiam pluries, aut etiam auctoritate Apostolica concessis, factis, innovatis, confirmatis, & approbatis, necnon stylis, ulibus, regulis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Quae omnia, & singula, etiam si de illis specialis, expressa, & individua mentio habenda esset, illorum tenores hic pro expressis, & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, si obstant, tollimus, & abrogamus.

Camerae
Apostolice
ab
obligatione
referunt.

§. 4. Volumus autem, & nostra auctoritate decernimus, & declaramus, quod praemissa omnia, & singula intelligantur, & sint facta, & concessa sine omnium, & quorumcumque iurium Camerae nostrae Apostolicae aliquo praedicio, & citra aliquam ejusdem Camerae, bonorumque suorum obligationem, ita ut iuribus Camerae nequaquam praediciatur, neque de suo in aliquo proprio ipsa Camera teneatur, vel obligetur.

§. 6. Quodque praesentis nostri Motus proprii cedula sola signatura sufficiat absque eo, quod declaretur, vel registratur, regula quacumque, & aliis contrariis non obstantibus.

Signatura
sufficit.

§. 7. Quodque ejusdem cedulae transumptis, etiam impressis, & per unum ex dictae Camerae Notariis subscriptis, & ejusdem Thesaurarii sigillo signatis stentur, & credatur, illaque plenam fidem faciant, tam in iudicio, quam extra, ac si ipsa cedula foret exhibitae, vel ostensa.

Exemplis
fate jubet.

Subscriptio
Papa.

Placet Motu proprio M.

Extensio Constit. Gregor. XIII. ne Subcollectorum, & Commissariorum crimina possent cognosci, nisi a Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, ob crimina in aliis locis patrata, &c. **CCXXIV.**
Edita A.D. 1636. 2. Jul. Pont. A. 13.
Habetur Tomo 4. 147. in ordine. fol. 212. incipit: Alias rec. mem.

Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini, Discalceatorum nuncupatorum, possint erigere Crucem in publicis Processionibus. **CCXXXV.**

De modo regendi & gubernandi Provincias horum Fratrum, vide Const. 102. Alias pro, &c. Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII. *Edita A.D. 1636.*
Ad futuram rei memoriam.

Um sicut dilectus filius modernus Vicarius Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Italiae nobis nuper exposi fecit, alias postquam ipse Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus praepolitis exposuisset, praedictos Fratres Discalceatos incedere in Processionibus publicis sub Cruce Fratrum Eremitarum ejusdem S. Augustini, petiissentque Fratribus Discalceatis hujusmodi concedi licentiam erigendi propriam Crucem, & sub ea in Processionibus incedendi: iidem Venerabiles Fratres licentiam praedictam Fratribus Discalceatis hujusmodi sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito concesserint, dummodo digniorem locum omnibus aliis regularibus, qui haecenus Crucem exererunt, concederent, prout in Decreto desuper emanato plenius dicitur contineri: cupiatque propterea dictus Vicarius Generalis praemissa omnia pro illorum validitate, & subsistentia firmiter Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiti.

Causa hujus
Constit.
referuntur
ad decretum
desuper
emanatum.

§. 1. Nos dictum Vicarium Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum praedictum, ac omnia & singula in eo contenta Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectu, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

Confirmat
provis
in
rubr.

§. 2. Decernentes illa, necnon praesentes literas, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Fratribus Discalceatis hujusmodi in omnibus, & per omnia suffragari debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum
irritum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, **Contrariis
derogat.**
confirmat

URBANUS OCTAVUS

confirmacione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D.P.A. 14. die 1. Oct.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1636. Pontificatus nostri anno decimo-quarto.

CCXXVI.

Quod de cetero nullus Fratrum de Observantia in Guardianum, aut Magistrum Novitorum in Conventibus Recollectorum Provinciae Granatensis deputari possit, quin prius habitum per eosdem Recollectos gestari solitum susceperit.

Ne jam vindicata otiose repetam, te remitto ad ea, quae supra notavi in Clemente VII. Constit. 35. In Suprema, Tom. 1.

Edita A.D. 1636.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Constit.

Cum sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Provinciae Granatensis in Regnis Hispaniarum, dum à Provincialibus non recollectis, sed de Observantia dumtaxat gubernantur, diversa inconvenientia, sive incommoda experti sint, quoniam Provinciales praedicti Conventibus Recollectorum Guardianos praeficiunt similiter de observantia, qui rigorose, exacteque regularis disciplinae observantiae, sub cuius regulis ipsi Recollecti vivunt, minus assueti, modorumque, & caeremoniarum eorumdem Recollectorum nescii, multis relaxationibus, abusibusque ansam praebent, non sine regulae, & normae vivendi arctioris eorumdem Recollectorum praerudicio; praeterea iidem Fratres de Observantia Ordinis sui profelliores ad eosdem Fratres Recollectos facile mittere consueverint, qui quidem Fratres de Observantia ad eosdem Recollectos, ut praefertur, missi ad pristinum eorum vitae institutum saepe saepius redire volunt, non sine scandalo, & eorumdem Recollectorum perturbatione.

Concedit prout in eabr.

Nos felici eorumdem Recollectorum regimini, & gubernio, eorumque quieti quantum cum Domino possumus, consulere, illisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium statuimus, & Ordinamus: Quod de cetero nullus in Guardianum, Diffinitorem, nec Magistrum Novitorum in Conventibus eorumdem Fratrum Recollectorum deputari, eligi, seu aliàs assumi, aut constitui possit, quin prius habitum per eosdem Recollectos gestari solitum susceperit, & inter eosdem Recollectos per sexennium ad minus vixerit, juxta eorumdem Recollectorum constitutiones, quas in hac parte ex certa scientia nostra, quo autem ad reliqua illarum capita, dummodo sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, regularibusque eorumdem Recollectorum institutis non adversentur, approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmata Recollectorum.

Transmissa ad Recollectos.

§. 2. Insuper quod etiam de cetero Fratres de Observantia praedicti ad Recollectos hujusmodi transire non

possint absque eorumdem Recollectorum consensu, seu majoris partis ejus Conventus, ad quem transire quilibet voluerit, quodque si ex Observantibus praedictis, qui ultra tres vias transitum hujusmodi fecerint, inter eosdem Recollectos amplius admitti nullo modo valeant, Apostolica auctoritate eorumdem tenore praesentium pariter statuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctae Obedientiae omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, sub privationis officiorum, ac ex communicationis, aliisque censuris, & poenis Ecclesiasticis ipso facto incurrendis, ne constitutiones, ordinationes, & statuta eorumdem Fratrum Recollectorum quovis praetextu alterare, mutare, seu abrogare audeant, vel praesumant, ac decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis eadem prorsus Fides in judicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum in Arce Gaudulphi, Albanensis Diocesis, D. P. A. 14. die 25. Octobris 1636. Pontificatus nostri anno decimo-quarto.

De electione, ac confirmatione Ministri Generalis Fratrum reformatorum Discalceatorum Congregationis Hispaniarum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. Reperitur Tomo 4. ordine 148. fol. 213. incipit: Exponi Nobis.

Confirmatio decreti, videlicet, Praecedentiam in Processionibus in Civitate Oriolensi competere Augustinianis supra Franciscanos Recollectos, & Discalceatos.

De hac materia vide Constit. 142. Ex incumbenti, Tom. 5. & Constit. 328. Aliàs à nobis, ac Constit. 312. Exponi nobis.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

EX incumbenti Nobis Apostolici muneris debito ad ea mentis nostrae aciem assidue intendimus, per quae Christi Fideles sub suavi religionis jugo Altissimo famulantes, sublaris obstaculis, in quietis, & pacis amoenitate vota sua Domino reddant, ac felicioribus in via mandatorum ejus proficiant incrementis.

§. 1. Nuper siquidem à Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus Praepositis emanavit decretum tenoris subsequens, videlicet: Orta controversia circa praecedentiam in processionibus inter Regulares Recollectos Conventus S. Annae, & Discalceatos S. Gregorii Ordinis S. Francisci de Observantia

Mandatum nri transmissum.

Contrarii derogat.

Transumptis creditur.

Edita A.D. 1636. Dec. Pont. An. 14.

CCXXVI.

Edita A.D. 1637.

Exordium.

Causa hujus Constit. referunt.

URBANUS OCTAVUS

85

servantia Civitatis Oriolensis ex una, & Regulares Conventus S. Augustini Ordinis Eremitarum S. Augustini ejusdem Civitatis, partibus ex altera: Sacra Rituum Congregatio, citatis scilicet, & auditis utriusque partis Procuratoribus, utraque parte informante, censuit ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Verospilii, Præcedentiam, & digniorem locum in processibus, tam publicis, quam privatis competere, & debere Augustinianis supra Franciscanos Recollectos, & Discalceatos, juxta dispositionem Bullæ Gregorii XIII. quæ incipit: Exposcit, sub die 15. Julii 1583. editam, Et hoc sive dicti Recollecti, & Discalceati in prædictis processibus incedant conjunctim, sive divisim. Et ita in posterum inter dictas partes in Civitate Oriolensi servari mandavit. Quibus præterea in præmissis perpetuum silentium imposuit. Die 20. Decembris 1636.

Decretum
super
mandatum.

Confirmat
prout in
rub.

§. 2. Nos, quod decretum hujusmodi firmius subsistat, exactiusque ab omnibus observetur, illud cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes illud, necnon præsentis literas semper, & perpetuo valida firma, & efficacia existere, & fore subique plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus Augustinianis prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, necnon ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari perpetuo, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos & Sedis Apostolicæ Nuncios ubique, & in quavis instantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Executores
deputat.

§. 3. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Oriolensi, seu dilecto filio Officiali Oriolensi per præsentis committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentis literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Augustinianorum hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisdemque Fratribus Augustinianis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula ab iis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, eosdemque Fratres Augustinianos præmissorum commodo, & effectu quiete, & pacifice frui, & gaudere, non permittentibus illos per aliorum quorumvis ordinum, & institutorum regulares in præmissis quovis pretextu, causa, vel occasione, aut aliis quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel impediri.

Contravenientium
pena.

§. 4. Contradictores quoslibet, & rebelles, aut aliis in præmissis non parentes, seu sese quomodolibet opposcentes, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet præstantes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, & appellatione postposita compescendo, legitimè super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis
derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum, Congregationum, illorumque Domorum, & locorum regularium etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, ac quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis derogatoriis, aliisque decretis in genere, vel in specie, ac

Bullarii Magni Tom. V.

aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 1. A.
die 12. Janu.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Januarii 1637. Pontificatus nostri anno decimoquarto.

CCXXV.

Quod in Provinciis S. Bernardini, & Sanctæ Mariæ Magdalensæ in Gallia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum, seu Recollectorum nuncupatorum nullus omnino gaudeat privilegiis Patrum Provinciae.

Similem Constit. fecit Gregor. XV. pro toto Ordine S. Francisci, qua est num. 21. Militantis Ecclesiæ.

URBANUS PAPA VIII.
ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. Di.
1637.

Proclama.

Inter gravissimas, multiplicisque Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari sollicitudine incumbimus, ut Religiosi viri, qui obliiti populum suum, & domum patris sui divini numinis obsequiis se manciparunt, vota sua reddant Domino abundanter in spiritu humilitatis, & sanctitate & justitia coram ipso.

Mand. et
prout in
rubra.

§. 1. Hinc est, quod nos Felici dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum, seu Recollectorum nuncupatorum Provinciarum S. Bernardini, & S. Mariæ Magdalensæ in Gallia, statui, quantum cum Domino possumus, consuleri volentes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra harum serie, sub excommunicationis, ac privationis omnium actuum legitimorum pœnis, prohibemus, ne ullus omnino in præfatis Provinciis gaudeat privilegiis Patrum Provinciae: mandantes præterea in virtute sanctæ obedientiæ, ut absolute tales Patres Provinciae sublatis sint, non obstante quacumque constitutione, vel concessione Provinciali, aut alia quavis: exceptis tamen his, qui fuerint, aut erunt in posterum Patres Ordinis, vel Diffinitores Generales.

Executores
deputat. &
transgressores
penis
mandata.

§. 2. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Albienensi per præsentis committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentis literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum fuerit requisitus, solemniter publicans, & eisdem in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra eosdem Fratres præsentium literarum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentibus illos desuper à quoquam quavis auctoritate fungente quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, ac præmissis non parentes per censuras, & penas Ecclesiasticas aliisque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Decernentes præsentis literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces, existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque

H bulcum

URBANUS OCTAVUS.

bucumque tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & seu praesumant.

§. 6. Decernentes, si aliquis Religiosus ex praedictis Discalceatis jam professus novam professionem in praedictis Ordinibus, seu in alio quolibet Ordine quomodocumque nuncupato emiserit, ultra poenas in praedictis nostris literis appositas, Professionem hujusmodi ipso facto nullam, irritam, & inanem, nulliusque valoris, & effectus: Eodemque profus modo, Professionem per eisdem primò emittam abque licentia prius petita, & obtepta à Superioribus praedictae Congregationis Fratrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis hujusmodi, etiam ipso facto nullam, irritam, & inanem, nulliusque valoris, & effectus existere, & fore, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Transumptis creditur jubet.

D. P. An. 14. die 18. Febr.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1637. Pontificatus nostri anno decimo-quarto.

CCXXX. Ne Fratres Discalceati Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniae, post emissam Professionem possint transire ad Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci de Paula.

Edita A. D. 1637.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Alii hinc dicitur, quod praesentibus, non ad solendam habitationem, antequam hinc transire ad quendam Nominum S. Francisci de Paula, Procurator Generalis praedictae Congregationis supplicavit.

§. 1. Alias à Nobis emanarunt literae tenoris subsecquentis, Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam, Commissi Nobis per abundantiam divini gratiae Pastoralis officii debitum postulat, &c.

§. 2. Sed ne aliquis dubitare possit, an Fratres praedicti, per praesentibus nostras literas hujusmodi, in illis verbis, etiam emissio quarti voc, vel Strictioris Regulae praetextu, transitus ad Ordinem Minorum S. Francisci de Paula nuncupatorum prohibitus sit.

§. 2. Sed ne aliquis dubitare possit, an Fratres praedicti, per praesentibus nostras literas hujusmodi, in illis verbis, etiam emissio quarti voc, vel Strictioris Regulae praetextu, transitus ad Ordinem Minorum S. Francisci de Paula nuncupatorum prohibitus sit.

§. 3. Idem pro majori quiete, & conservacione Regularis Observantiae Congregationis Fratrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis hujusmodi, Dilectus filius Joannes de Annuntiatione ejusdem Congregationis Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis per aliquod opportunum declarationis nostrae ministerium providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Qui declaravit quod praesentibus praesentibus, etiam transumptis, non ad solendam habitationem, antequam hinc transire ad quendam Nominum S. Francisci de Paula, Procurator Generalis praedictae Congregationis supplicavit.

§. 4. Nos igitur eundem Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio tenore praesentium declaramus, prohibitionem in praesentibus nostris literis contentam, & expressam, quod nimirum, non liceat Fratribus Discalceatis Congregationis hujusmodi post emissionem in ea professionem ad alium Ordinem, seu Religionem praeterquam Fratrum Carthusianorum, ut praefertur, transire, comprehendere etiam Ordinem Fratrum Minorum S. Francisci de Paula.

Præterquam quod de cetero transumptis, non ad solendam habitationem, antequam hinc transire ad quendam Nominum S. Francisci de Paula, Procurator Generalis praedictae Congregationis supplicavit.

§. 5. Ac proinde omnibus, & singulis Fratribus Discalceatis ejusdem Congregationis Sanctissimae Trinitatis, tam laicis, quam ceteris choro deputatis, explicitè, nominatim, & expressè prohibemus, ne de cetero, sub praedictis, & aliis quibusvis praetextibus, & aliis, quam hujusmodi maximo suo cum detrimento graventur, ut praefertur, ad secundò dictum Ordinem Fratrum si dictum Capitulum generale tam saepe celebrandum foret.

§. 6. Decernentes, si aliquis Religiosus ex praedictis Discalceatis jam professus novam professionem in praedictis Ordinibus, seu in alio quolibet Ordine quomodocumque nuncupato emiserit, ultra poenas in praedictis nostris literis appositas, Professionem hujusmodi ipso facto nullam, irritam, & inanem, nulliusque valoris, & effectus: Eodemque profus modo, Professionem per eisdem primò emittam abque licentia prius petita, & obtepta à Superioribus praedictae Congregationis Fratrum Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis hujusmodi, etiam ipso facto nullam, irritam, & inanem, nulliusque valoris, & effectus existere, & fore, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Ac irrita professio emissam est, & praesentibus, non ad solendam habitationem, antequam hinc transire ad quendam Nominum S. Francisci de Paula, Procurator Generalis praedictae Congregationis supplicavit.

§. 7. Non obstante, quod de jure communi concessum est in cap. licet, de Regularibus, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictorum Ordinum, & Congregationis hujusmodi: etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis Congregationi, & Ordinibus hujusmodi, illorumque quibusvis personis, & fratribus, sub quibusvis verborum tenore, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis illorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatur contrariis.

§. 8. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, & Ministri Generalis, seu Procuratoris Generalis Romanae Curiae eorundem Fratrum Discalceatorum, seu alicujus Praelati, vel personae in dignitate Ecclesiastica constitutae sigillo munitis, & Notarii publici manu subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Hujusmodi transumptis fidem adhiberi jubet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1637. Pontificatus nostri anno decimo-quarto.

D. P. A. 14. die 4. Apr.

CCXXXIX. Quòd Capitulum generale Congregationis Clericorum regularium Ministrantium infirmis de sexennio in sexennium dumtaxat celebretur.

Hanc Congregationem approbavit Sixt. V. in Const. 25. Tom. 2. & quòd Capitulum celebretur quolibet sexennio aliàs ordinavit Clemens VIII. in Const. 75. Tom. 3.

CCXXXIX.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1637.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Matthaeus Mortuells Praepositus Generalis, & Consultores generales, & Arbitri Consultae Congregationis Clericorum regularium ministrantium infirmis quod licet juxta Congregationis constitutiones Apostolica auctoritate confirmatas statutum sit, ut Capitulum generale ejusdem Congregationis quolibet sexennio celebretur; nihilominus à nonnullis asseritur celebrationem Capituli generalis hujusmodi ad triennium Apostolica auctoritate redactam esse; quare cum de tali reductione non constet, ut cuicumque difficultati, quae inde oriri possit, occurratur, & gravissimi sumptus, quibus domus regulares, & praesertim Romanae Congregationis hujusmodi maximo suo cum detrimento graventur, si dictum Capitulum generale tam saepe celebrandum foret.

Motiva hujusmodi Constit.

URBANUS OCTAVUS.

foret, evitentur: Nobis exponentes prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.1. Nos igitur Congregationis, & Domorum prædictarum indemnitati, quantum cum Domino possumus consulere, dictisque Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulas personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, attento quòd non constat de Capituli hujusmodi reductione prædicta, Capitulum generale prædictum de sexennio in sexennium dumtaxat juxta dictas Congregationis hujusmodi Constitutiones celebrandum esse, & celebrari, electionemque modernæ Generalis, & aliorum Officialium in Capitulo generali Congregationis hujusmodi novissimè celebrato aliàs canonicè factam, juxta formam Constitutionum prædictarum per integrum sexennium durare debere, ac Generalem, & alios Superiores in Capitulis generalibus, seu in Consulta generali eligi solitos, scilicet Procuratorem generalem, Provinciales, & Secretarium Consultæ prædictæ officia eorum per totum sexennium hujusmodi, servata tamen dictarum constitutionum dispositione, libere, & licitè exercere posse, & valere, ita tamen ut literæ nostræ super modo, & forma eligendi Generalem, Consultores, & Arbitrum dictæ Congregationis, sub die 29. Aprilis 1628. emanatae omninò observentur.

§.2. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§.3. Non obstantibus, quatenus extet, reductione prædicta ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictæque Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 14. die 24. Apr. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Aprilis 1637. Pontificatus nostri anno decimo-quarto.

CCXXXII. Edita A.D. 1637. 20. Jan. Pont. A. 14. Contra eos, qui mentito nomine, vel cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas nuptias transeunt. Reperitur Tomo 4. 149. in ordin. pag. 213 incipit: Magnum in Christo.

CCXXXIII. Facultas alienandi usque ad summam ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, necnon reducendi annuos Censuum ad minus interusurium, concessa Congregationi Cassinensi.

Pro hac alienatione observa Constit. 250. Alias à nobis, &c. & 323. Alias, infra.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator generalis Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, prædictæ Congregationis, illiusque regiminis nomine, quòd ob malas temporum conditiones, damna, detrimenta, atque incommoda per eandem Congregationem accepta ratione bellorum, incursum militum, & destructionis ædificiorum in bonis ejusdem Congregationis, necnon rapinas, ablationesque animalium, aliisque extraordinarias calamitates, quæ bona ex parte ejusdem Congregationis prædia inculta reddiderunt, necnon graves solutiones, quæ pro summa quadraginta trium circiter millium scutorum quorannis per dictam Procuratorem sunt, ratione diversorum subsidiorum Sedis Apostolicæ, Monasteria dictæ Congregationis ob defectum suorum reddituum ad præsens summadè oppressa ut illorum nonnulla jam ruinis everfa, & se sublevare impotentia reddita sunt, aliis verd eadem ruina impendat, nisi illis de opportunò subventionis auxilio per Nos provideatur, prout alias per Romanos Pontifices prædecessores nostros Monasteriis hujusmodi fuit in similibus occasionibus provisum & præsertim per Pium V. qui similes, & forsitan minus urgentes ob causas per quasdam suas, sub die 19. Martii 1570. duodecim Congregationibus Regularium tunc expressis bona stabilia pro summa quadraginta trium millium scutorum auri, quorum centum, & triginta tria millia dictæ Congregationi Cassinensi pro sua rata obtulerunt; & postmodum, quia summa hujusmodi non sufficiebat, per alias suas sub die 5. Octobris 1571. in simili forma Brevis respectivè expeditas literas, eidem Congregationi Cassinensi bona stabilia pro alia summa quinquaginta millium scutorum aureorum vendendi facultatem respectivè concessit, eoque modo damnis, & periculis Monasteriis dictæ Congregationis tunc temporis imminentiibus opportunè occursum fuisse, eademque Monasteria notabilem exinde subventionem percipillè, experientia compertum est.

§.1. Nobis propterea dictis Procurator quo supra nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & aliàs ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictæ Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati quantum cum Domino possumus, consulere, eaque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, ac illorum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, necnon prædictarum dicti Pij V. prædecessoris literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Abbatibus Monasteriorum dictæ Congregationis, quæ prædictis, & aliis majoribus necessitatibus ad præsens gravata reperiuntur, ut cum approbatione tamen dilecti Filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nūcupati S.R.E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano Nepotis, ac prædictæ Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, ac licentia Regiminis dictæ Congregationis ea prædictæ Congregationis bona stabilia, quæ pro liberanda ab ære alieno Congregatione prædicta, restorationibusque necessariis, & utilibus in ejus bonis faciendis magis opportuna fuerint judicata usque ad summam in totum ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, quibusvis personis meliorem conditionem offerentibus, servatisque modis, & formis in prædictis Pij V. prædecessoris nostri literis contentis, & juxta illarum tenores, & continentias, vendere, distrahere, atque alienare, sive in emphyteusim dare, necnon census annuos super ipsas Congregationis bonis stabilibus de licentia Sedis Apostolicæ impositos cum pecuniis ad minorem rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori interusurio obnoxiiis, super eodem fundo accipiendis, & cum conditionibus in priori instrumento appositis redimere; ita tamen ut præsentibus aliis ejusdem Congregationis Monasteriis

Concedit prout in rubi

Declarat servari prout in rubi

Deferunt irritum.

Contrariis derogat.

D. P. A. 14. die 24. Apr.

CCXXXII. Edita A.D. 1637. 20. Jan. Pont. A. 14.

CCXXXIII

Edita A.D. 1637.

Motiva.

nasteris minimis, subrogentur, quibus lis duntaxat, quae ad onerum per Sedem Apostolicam impostorum debitam solutionem integre concurrerunt, & concurrunt libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Contrariis derogat.

§. 2. Non obstantibus sel. rec. Pauli Papae I. etiam praedecessoris nostris de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque omnibus, quae dictus Pius V. praedecessor noster in praedictis suis litteris voluit non obstat, ac aliis contrariis quibuscumque.

D. P. A. 14. die 19. Iulii.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Julii 1637. Pontificatus nostri Anno decimo-quarto.

CCXXXIV.

Quod in Provincia Granatensi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nullus Frater, aut consanguineus in primo, & secundo gradu Ministri actualis pro tempore possit succedere immediatè ad Provincialatum dictae Provinciae, &c.

Vide qua de his Fratribus indicavi tibi ad Const. Pastoralis officii, Gregor. XV. & ad Const. 57. Sacrosanctum, hujus Pontificis, Tom. 4.

Edita A. D. 1637.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva huius Const.

Um, sicut dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupati Provinciae Granatensis, Nobis nuper exponi fecerunt, alias contigerit, ut Ministri Provinciales animadvertentes, sese ad idem Provincialatus officium in vim litterarum Apostolicarum reeligere minime posse, dederint operam, ut eorum frater, aut nepos ad officium huiusmodi eligeretur, & sic multorum annorum spatio dictum officium inter ipsos hereditarium per continuatam sibi sanguine conjunctionem in officio huiusmodi successionem effectum fuerit; proptereaque dicti exponentes cupientes opportunum aliquod in praemissis remedium adhiberi, ac alias ne dictae Provinciae Fratres huiusmodi graves, & benemeriti ab officiis excludantur, illaque juvenibus inexpertis in maximum dedecus, & boni regiminis dictae Religionis detrimentum conferantur, desuper provideri.

§. 1. Nos praedictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, Volumus, & Apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, & ordinamus.

Obsequium mand. approb. ut in rub.

§. 2. Quod de cetero nullus Frater, aut consanguineus in primo, & secundo gradu Ministri Provincialis dictae Provinciae, Provincialatus officium huiusmodi dimittentis, immediatè post ipsum in Ministrum Provinciale dictae Provinciae eligi quoquo modo possit, & valeat; Mandantes propterea omnibus, & singulis dictae Provinciae, & Ordinis huiusmodi Superioribus, fratribus, & personis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit, ne quicquam contra presentium nostrorum litterarum contentum, & tenorem facere, vel attentare audeant, seu praesumant,

ac decedentes presentes litteras validas, firmas, & effectivas existere, & fore, sed quae plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, & esse, irritumque de his, si quid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter commiserit, & commiserit.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provincialibus huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro expressis & insertis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Transumptis manu alicujus Notarii publici subscribitis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§. 4. Volumus autem quod presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscribitis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1637. Pontificatus nostri decimo-quinto.

D. P. A. 15. die 1. Octobris.

Prohibitio extrahendi libros è Bibliothecis, & Paramenta ab Ecclesiis Conventuum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Provinciae Granatensis.

CCXXXV.

Plures Summi Pontifices prohibuerunt extrahendum librorum è Bibliothecis Regularium.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1637.

Conservationi, & manutentioni Bibliothecarum singularium Domorum, necnon paramentorum, & ornamentorum illarum Ecclesiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Provinciae Granatensis, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, ipsarumque Domorum Guardianos, & Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati.

Motiva.

§. 1. Ne de cetero quicquam quavis auctoritate fungentes, libros, quaternas, folia, sive impressa, sive manuscrita Bibliothecis, aut paramenta, & ornamenta quaecumque Ecclesiarum huiusmodi per quoscumque Christi Fideles hactenus quomodolibet donata, & assignata, seu in posterum forsitan donanda, & assignanda ex Bibliothecis, & Ecclesiis huiusmodi respectivè extrahere, seu quibusvis aliis Ecclesiis, Monasteriis, locis piis aut personis commodare, sive ut extrahantur, seu commodeantur permittere, quovis praetextu, aut quaesito colore, causa, ingenio, ratione, vel occasione auctoritatis, seu praesumant, sub excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae poenis per contraventionem incurrendis.

Prohibet prorsus in rubri.

URBANUS OCTAVUS.

incurrendis Apostolica auctoritate tenore presentium interdicimus & prohibemus.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Domorum, & Ordinis praedictorum etiam Juramentis, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis copia in valis singularum Bibliothecarum, & Ecclesiarum hujusmodi respectu, aut aliquibus aliis perspicuis locis, unde ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat.

§.4. Quodque praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Octobris 1637. Pontificatus nostri anno decimoquinto.

Quod Minister Fratrum de Observantia Provinciae Granatensis teneatur recipere Religiosos missos ex Recollectis ejusdem Provinciae, qui à perfecta suae Regulae Observantia declinarunt.

De transitu Fratrum à Reformatione ad Observantes dat modum Paul. V. in sua consil. 31. Postulat., §.6. Tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Cum, sicut dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum nuncupatorum Provinciae Granatensis Nobis nuper exponi fecerunt, temporis progressu compertum sit, quod quando Religiosus aliquis Ordinis, & Provinciae hujusmodi à perfecta suae Regulae observantia declinavit exinde aliis Fratribus perturbationes non sine maximo eorundem praedicio perveniant, cupiantque propterea pro majori divini cultus incremento inconvenientibus hujusmodi opportunitatem aliquod remedium adhiberi.

§.1. Nos dictorum Exponentium votis in praemissis quantum cum Domino possumus annuere, ipsosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laeis, si quibus quomodolibet innodari existunt ad effectum praesentium duntaxat consequendum, haurum ferie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter potrectis inclinari.

§.2. Volumus, & Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, & ordinamus, ut tunc, & eo casu possint Diffinitores, & quatuor Guardiani dictorum Fratrum Recollectorum sese congregare, sique apud Ministrum Provincialem Fratrum Minorum eorundem institerint pro amotione alicujus ex Recollectis Religiosi, & transmissione ad Fratres de Observantia nuncupatos, dictus Minister Provincialis teneatur eundem Fratrem ex Recollectis remove, illumque inter dictos Fratres de Observantia recipi facere liberè, & absolute, & absque ulla prorsus mora, & tergiversatione.

§.3. Decernentes praesentes literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum inviolabiliter, & inconcussè observari debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bullarii Magni Tom. V.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus & Provinciae praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum omnium tenores praesentibus proplene, & sufficienter expressis habentes, His aliis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Octobris 1637. Pontificatus nostri anno decimoquinto.

Quod Moniales Conversae Ordinis S. Clarae Monasterii S. Marcelli Parisiensis debeant manuteneri in possessione eligendi Abbatisiam.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Universis praesentes literas inspecturis.

Exposito Nobis pro parte dilectarum in Christo filiarum Sororum Conversarum Monasterii Sanctae Clarae Ordinis Sancti Francisci, in Suburbio Sancti Marcelli Parisiensis sita, sub regimine Fratrum Minorum dicti Ordinis existentium, quod dilecta in Christo filia nostra Magdalena Rebours, Abbatissa triennialis ejusdem Monasterii, absque consensu Ministeri Provincialis, & alterius Superioris ipsius Monasterii dictas Sorores Conversas in electione Abbatissae dicti Monasterii voce activa, de qua gaudent à trecentis annis, aut circiter, voluerit privare; & ad hunc effectum voces, & suffragia sanioris partis Sororum Chori efflagitaverat, cum quibus aliquot in Capitulo fecerat Decretum, cui Decreto aliae Sorores Chori cum omnibus Sororibus Conversis sese formaliter opposuerant tanquam nullo, & invalido, atque contra Constitutiones Regulae suae facto, quae vult, ut in illa nil immutari possit absque expresse consensu totius Conventus. Quibus de causis praedictis, Supplices Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus praemissis auctoritate nostra Apostolica providere vellemus, & dignaremur.

§.1. Nos igitur ipsas supplicantes specialibus favoribus, & gratiis nostris prosequi volentes, ipsasque, & earum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis de jure, vel facto, si quibus quomodolibet innodatae existunt absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium praepositorum volumus, & in virtute praesentium declaramus, quod dictae Sorores Conversae sunt, & debent manuteneri in possessione eligendi Abbatissam, cum aliis Sororibus Chori, secundum praescriptam, & immemorabilem consuetudinem, qua gaudent.

§.2. Decernentes praesentes literas firmas, & validas, ac stabiles remanere, suumque plenum, & integrum sortiri effectum, & ab omnibus inviolabiliter observari debere.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus omnibus & Ordinationibus, Statutis, & omnibus Conciliis his contrariis.

H 3 Datum

Contrariis derogat.

Transumptis etiam impressis.

D. P. A. 15. die 16. Oct.

CXXXVII.

Edita A. D. 1637.

Mirum.

Mandat ob- servari pro- ut in rubr.

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

Transumptis etiam impressis.

D. P. A. 15. die 16. Oct.

CXXXVIII.

Edita A. D. 1637.

Supplicatio.

Mandat prorsus irritum.

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

URBANUS OCTAVUS.

D.P. A. S. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die 15. Novembrii, anno Domini 1637. Pontificatus nostri anno decimo-quinto.

CCXXXVIII. Confirmatio, extensio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum prohibentium Civitates, Castra, & alia stabilia in Statu Ecclesiastico consistentia in forens alienari. Reperitur Tomo 4. ordine 153. fol. 216. incipit: Olim felicit.

CCXXXIX. Super Praeferentia inter Regulares diversarum Religionum.

Cum de hac materia non possit dari certa regula cum qua moderentur omnes Religiones, S. Congreg. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita censuris servandas esse literas Greg. XII. & has Urbani VIII. Roma 6. Octobris 1645.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Nuper pro parte dilecti filii Blasii à Chersio Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod dictus Ordo gravatur admodum litibus occasione praecedentiae cum aliis aliarum Religionum Regularibus in Processionibus; ex quo etiam aliàs à Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis Regularium praepositis diversis in praefata materia praecedentiae literis emanatis, unam videlicet contra ejusdem Ordinis de Observantia nuncupatos Arbensis, aliam contra Servorum B. Mariae Virginis Soanensis, necnon duas literas contra Praedicatorum respectivè Ordinum Fratres Callanensis, & Ferentinus obtinuerit tenoris subsequenti, videlicet.

Archiepiscopo Arber.

§. 1. Arbi. All' Arcivescovo, Pare, che sia nata differenza della precedenza trà costelli Frati di S. Francesco Conventuali, & Osservanti, allegando ogn'un di loro alcune ragioni, per le quali si persuadono di dover precedere à gli altri, le quali essendosi diligentemente considerate, nella Congregazione di questi miei Illustrissimi Signori preposti da Nostro Signore sopra le cause de Vescovi, è Regolari, s'è risoluto etiam con il parere dell' Illustrissimi Protettori di tutte due le Religioni di far scrivere à V. S. che occorrendo piu simili differenze le termini senza alcuna eccezione nell'istello modo, che quel Convento tenga il primo, è piu degno luogo, che è piu antico nella Città; secondo, che s'è fatto sin' hora, per quanto si presuppone, impercio che questo mezzo usato altrove è stato tale, che hà finito ogni controversia, come si spera, che farà anche costi per mezzo della prudenza, & destrezza di V. S. è Dio, &c. Roma 6. Marzo 1582.

Episcopo Soanen.

§. 2. Al Vescovo di Soana, & suo Vicario. Havendo inteso questi miei Signori Illustrissimi, che in costella Città sono in dispartire di precedenza li Frati de Servi con quelli di Francesco Conventuali, hanno voluto, ch'io faccia sapere à V. S. che nella precedenza di questi Frati Mendicanti secondo il parere di Nostro Signore, s'attende solamente l'antichità de i loro Conventi, cioè che precedino quelli, che prima hanno ottenuto li Monasterii ne i luoghi, ove è nata la differenza; & perciò ella potrà dichiarare, che quelli precedino, li quali prima sono venuti ad habitare in costella Città, che sarà appunto conforme à quello, che s'è risoluto, & osservato in altri luoghi, &c. Roma li 24. di Maggio 1583.

Episcopo Callanen.

§. 3. Al Vescovo di Callano. Fù dato in Congregazione un memoriale dal Procuratore Generale de Frati Conventuali di S. Francesco à nome del suo Monasterio di Castrovillari de costella Diocesi, nel quale si doleva, che alcuni Padri di San Domenico, che poco fa hanno

pigliato luogo nella medesima Terra, Pretendevano nell'attioni publiche di precedergli, non ostante che già siano 350. anni, che quel Monasterio di S. Francesco è fondato: è sapendosi, che Nostro Signore altre volte haveva dichiarato come si doveva procedere in simili casi, questi miei Signori Illustrissimi vollero, che se ne desse conto à Sua Beatitudine, la quale hà commesso, che si scriva à V. S. che faccia havere la prerogativa, ove nascano queste novità alle Religioni, che sono piu antiche nel luogo, il che farà V. S. intendere à detti Padri di S. Domenico, & oprerà che così si eseguisca. Roma li 24. Maggio 1583.

Episcopo Ferentinu.

§. 4. Ferentino. Al Vescovo. Nella differenza, che verte trà costelli Frati di S. Domenico, & quelli di S. Francesco per conto della precedenza, la Sacra Congregazione vuole, che s'osservi per l'avenire quello, che è stato osservato trà loro per il passato, sin tanto, che non sia destinato altro, & inclina, che conforme al moto proprio di Gregorio XIII. di fel. mem. debbano precedere quelli, che prima hanno hauuto il luogo nella Città, & i decreti, che si allegano per parte de Frati di S. Domenico in contrario, non sono stati fatti per derogare generalmente al Moto proprio di Gregorio XIII. oltre che in quelle occasioni militavano altre ragioni di quelle che possono militare costì. Questa è la mente di questi Illustrissimi miei Signori, & ella la douerà alleguire, è Dio, &c. Roma il primo Giugno 1604.

§. 5. Attamen in casibus occurrentibus eadem literae reputantur provisiones particulares, non autem declarationes generales, dictisque Fratres Conventuales nova semper judicia iisdem de rebus subire coguntur. Quare dictus Blasius Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut circa praedictarum literarum observantiam per aliquod opportunum declarationis nostrae ministerium providere, ac aliàs ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Blasium Procuratorem generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censebimus, hujusmodi supplicationibus inclinati, De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium eisdem Regularium negotiis praepositorum consilio, praesertim literas ab eisdem Cardinalibus, aliàs utcumque in casibus particularibus emanatas, cum innitentur justitiae Motus proprii Gregorii XIII. hac de re editi, & sint conformes declarationibus Sacrarum Tridentini Concilii, ac Rituum Congregationum, ut qui sunt in possessione praecedentiae praecedant, & ubi non probatur, aut non constat de possessione praecedant, qui sunt antiquiores in loco controversiae, esse generaliter observandas ubicumque contigerit de eadem praecedentia dubitari, Apostolica auctoritate tenore praesentium praecipimus, & mandamus.

Qui sunt in possessione praecedentiae praecedant.

§. 6. Decernentes irritum, & inane, si secus super Decretum irritans, ranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac praedictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenore, & formis, ac cum quibusvis Ecclesiae Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum

URBANUS OCTAVUS

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1637. Pontificatus nostri anno decimoquinto.

Quod Imagines Sanctorum Augustini, Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum Ordinis Sancti Augustini à Fratribus Discalceatis impressa, vel depicta cum habitu, quo ipsi Discalceati utuntur, suspendantur.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Augustini, quod cum ipse Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus sacris Ritibus praepositis exposuisset, qualiter dilecti filii Fratres Discalceati, ejusdem Ordinis, tum Romae, tum multis aliis in locis imprimebant, & depingebant Imagines Sanctorum Augustini, Nicolai Tolentinatis, & aliorum ejusdem Ordinis Sanctorum cum habitu, quo ipsi Discalceati utuntur, quodque id vergebat in maximum praedictum ejusdem Ordinis, & in dies dare poterat occasionem plurimum controversiarum, & scandalorum, dicti Cardinales hac super re ediderunt decretum tenoris subsequenter, videlicet.

Congregatio

§. 1. Referente Eminentissimo & Reverendissimo D. Cardinali Verospio petitionem supradictam, ad instantiam Procuratoris Generalis Ordinis Sancti Augustini, Sacra Rituum Congregatio citatis, & auditis partibus, censuit, Imagines Sancti Augustini, Sancti Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis Sancti Augustini impressas, aut depictas à Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis cum habitu, quo ipsi Discalceati utuntur, suspendendas, & abolendas esse, injungendumque dictis Fratribus Discalceatis, ne sub poenis arbitrio hujus Sacrae Congregationis talia amplius audeant peragere. Et ita omnino servari mandavit. Die 19. Decembris 1637.

Confirmatur & approbatur, ut supradictum, & plenius, ut de seorsum.

§. 2. Ut autem decretum hujusmodi firmiter subsistat, exactiusque ab omnibus, ad quos spectat, observetur, nobis idem Procurator humiliter supplicari fecit, quatenus illud Apostolicae confirmationis robore communiri de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inopodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti, & solemnitarum quantumvis substantialium, & quovis alios defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censi possint in eodem, supplemus.

Mandat ob servari cum decreto irritante.

§. 3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, sicque ab omnibus censi, & ita per quoscumque Indices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque do-

morant, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, ac quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, & alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam tenore praesentibus pro sufficienter expressis habentes, & alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae, seu Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus Fides ubique adhibeatur, quae praesentibus ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Transumptis fieri adhiberi jubet.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Januarii 1638. Pontificatus nostri anno decimo-quinto.

D.P. A. 191 die 23. Janu.

Communicatio omnium indulgentiarum, ac piorum operum per PP. Redemptionis S. Mariae de Mercede omnibus Christi Fidelibus fieri solita, cum assignatione diei qua fieri debet, Exat in Apendice Tomi 4. ordine 19. fol. 306. incipit: Cum sicut.

CCXLI. Edita A.D. 1638. 16. Janu. Pont. A. 15.

Annulatio Capituli Provincialis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum nuncupatorum Provinciae S. Bernardini in Gallia celebrati in spreum, & contemptum literarum Apostolicarum.

CGXLII.

De hujusmodi Fratribus lege ad Constit. 229. Inter gravissimas, supra.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1638.

Cum sicut accepimus, in Provincia S. Bernardini Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum in Gallia, fuerit de mense Septembris proximè praeteriti Capitulum Provinciale dictae Provinciae celebratum cum assentientia, jussu, & mandato dilecti filii Martialis de la Chaumette dicti Ordinis Professoris, praesentis Visitatoris à dilecto filio ejusdem Ordinis Ministro generali ad id deputati, in spreum, & contemptum nostrarum in simili forma Brevis literarum, per quas dilectus pariter filius Romanus Cupif ejusdem Ordinis etiam Professor in eadem Provincia, illiusque Fratrum Commissarium, & Visitatorem deputatus, seu delegatus fuerat.

Motiva hujus Constit.

§. 1. Imò verò Apostolicarum literarum executioni ipsius Martialis nomine interposita ad Nos, & Sanctam Sedem Apostolicam appellatione, negotium hujusmodi ad Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotiis Regularium praepositos, ut examinaretur, & à dilecto filio Francisco S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinale Barberino nuncupato Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellario, nostro secundum carnem ex fratre germano nepote, dictique Ordinis apud Nos, & eandem Sedem Protectore decideretur, remissum fuerit.

Remittitur contra. Sac. Congreg.

§. 2. Nos rationibus pro utraque parte allegatis, & deductis mature consideratis, accuratèque discussis: De eorumdem Fratrum nostrorum consilio, Capitulum Provinciale praedictum cum omnibus inde secutis fuisse, & esse nullum, nulliusque roboris, vel momenti extare, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus, illudque irritamus, revocamus, & annullamus: Eundemque propterea Martialem, omnèque alios, qui

Declarat Capitulum prout in rub.

URBANUS OCTAVUS

praedictis nostris literis, ac mandatis Venerabilis fratris Episcopi Biterrensis illarum executoris resistere, vel alias contraire ausi sunt, praeter censuras, & poenas in eisdem literis comminatas, & per eos incurfas, ad quaecumque dicti Ordinis officia, munia, & dignitates inibi in posterum obtinenda inhabiles, vocisque activae, & passivae beneficio ad nostrum, & ejusdem Sedis Apostolicae beneplacitum privatos declaramus, ac eundem Romanum in praefati Visitatoris, & Commissarii hujusmodi officii Possessione manutenendum esse, & fore decernimus.

§. 1. Nos qui Religiosorum Ordinum pacem, & unitatem sinceris desideramus affectibus, ut querelis, & incommodis hujusmodi obviam eatur, Motu proprio, & ex certa scientia, ac meta deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium statuimus, ut Lectores jubilati juxta praescriptum literarum s. l. record. Clementis Papae VIII. Praedecessoris nostri, necnon Generalium dicti Ordinis Constitutionum pluries renovatarum, ac postremo in Capitulo generali dicti Ordinis in Civitate Toletana celebrato instituantur, ita quod nullus post hac ad jubilationem admittatur, quin prius Logicam, & Philosophiam tres annos, ac Theologiam decem absque ulla intermissione edocuerit, vel si intermiserit contigerit, duodecim annos Theologiae Lector extiterit.

Lectores jubilati injuncta Ordinis Confis.

Præceptum de Observantia

§. 3. Mandantes propterea omnibus, & singulis dictae Provinciae Fratribus, & personis in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub indignationis, & alius arbitrii nostri poenis, ut eundem Romanum in Visitatorum, & Commissarium hujusmodi habeant, & recognoscant, illique debitum honorem, & obedientiam in quocumque dictae Provinciae Visitationis actu per eum faciendo praestent: ac eidem Romano, ut peracta per ipsum Visitatione hujusmodi, denud Capitulo Provinciale dictae Provinciae indicat, intiner, ac celebret, vocatis vocandis juxta seriem, & continentiam eandem, ac decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari, licque per quocumque Commissarios, & quovis alios quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Singulis quibusque annis publica, & authentica attestatio à Guardiano, & Discretis eorum manu propria, & juramento firmata, Conventusque sigillo obliqnata conficiantur, & in publico Conventus Archivio servetur, ubi cum opus fuerit, reperiat. Ut Theologiae lectio in Ordine ad futuram jubilationem non introducat, nisi ubi studia formata vigerint, & generalia, atque à Capitulo, & Congregatione generalibus instituta. Quod Lectores, qui non intervenientibus praedictis conditionibus per Provinciam, vel per Superiores generales ad jubilationem admitti reperientur, eo ipso nulliter jubilati censeantur.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis Apostolicis quibusvis dicti Ordinis, & Provinciae hujusmodi Superioribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenore praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Ut numerus Lectorum jubilationum restringatur juxta dispositionem Capituli Generalis in Alma Urbe anno 1612, celebrati pro Ultramontana familia, videlicet ut pro unoquoque Studio generali in singulis Provinciis existenti, duo tantum jubilati permittantur, & quolibet deficiente, loco ipsius alter sufficiatur, qui lectionis cursum prius absolverit. Demum pro servanda in Provinciis dicti Ordinis tranquillitate, reprimendisque querelis in hac Curia in dies exurgentibus, eo quod plurimi non probato legitime lectionis tempore, & cum majorum deceptione Superiorum, jubilationem obrinuerunt, statuimus pariter, & Ordinamus, ut praefato more informationes, & temporis ad lectionem constituti attestaciones per Ministros Provinciales de novo conficiantur, & ad Generales Superiores firmatae, sigillataeque remittantur, ut hac ratione relaxationibus, & abutibus obviam eatur.

Mandatis servari jubilationis.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarii 1638. Pontificatus nostri Anno decimoquinto.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Februarii 1638. Pontificatus nostri Anno decimoquinto.

CCXLIII Circa Lectorum jubilationem Fratrum Minorum de Observantia Cismontanae Familiae.

De hujusmodi Fratrum materia lege, qua indicavi tibi ad Confis. 57. Sacrosanctum, & ad Confis. 50. Greg. XV. Pastoralis, &c.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Missa.

Cum sicut accepimus, ex frequentissima, & numeratissime Lectorum jubilatione in Cismontana familia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum quamplures querelae, multaeque & gravia incommoda in eadem familia redundarent, ac de remedio incommodis hujusmodi adhibendo cum primis illa ad dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii in Damiano Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, dictique Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, aures pervenerunt, tractatum fuerit.

§. 4. Mandantes propterea omnibus, & singulis dictae Cismontanae familiae Ordinis hujusmodi Superioribus, Fratribus, & personis quocumque nomine nuncupatis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in virtute Sanctae obedientiae, ac sub indignationis, aliisque arbitrii nostri poenis, nec circa praedictorum Lectorum jubilationem quocumque alias quam in praedictis statutis disponitur, ullo unquam tempore de cetero facere, vel attentare audeant, seu praesumant, ac decernentes statuta hujusmodi, necnon praesentes literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & Cismontanae familiae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis; ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam

URBANUS OCTAVUS.

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-
ptis, & sigilla personæ in dignitate Ecclesiastica con-
stitutæ munitis eadem proferus Fides in iudicio, & ex-
tra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibere-
tur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris, die 2. Martii 1638. Pontificatus nostri
Anno decimo-quinto.

CCXLIV. Ne Parochi plus percipere possint in sepultu-
ris, quæ sunt in Ecclesiis Regularium, quam
in eis quæ sunt in propriis.

De hac materia vide, qua indicavi tibi ad Con-
stit. 2. 3. Tpm. 4. Alias felic. circa elemosinas,
quas Rectores Parochiarum præsumere possunt
ab his, qui in Ecclesiis Ordinis Sancti Francisci
sepeliuntur.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Basilius Procurator Ge-
neralis Fratrum Ordinis Minorum Conventua-
lium Sancti Francisci nuncupatorum, Nobis nuper ex-
poni fecit, diversæ extorsiones excessivæ à dilectis filiis
Capitulo, & Canonicis secularis, & Collegiæ loci de
Veglie Brundisina Diocesis, necnon etiam à diversis
Parochis aliorum locorum fiant pro impedienda liber-
tate electionis sepultura in Ecclesiis Ordinis hujusmo-
di, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut de
opportuno in præmissis remediis providere de benigni-
tate Apostolicâ dignaremur.

§. 1. Nos igitur dictum exponentem specialibus fa-
voribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à ju-
re, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet innolatus existat, ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum serie ab-
solventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi
supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum
nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ne-
gotiis Regularium præpositorum consilio, Ordinariis
locorum per præsentem committimus, ut provideant
omnino, ne diutius abusus hujusmodi tolerantur, &
decernant, ne Parochi plus percipere possint in sepul-
turiis, quæ sunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis,
quæ sunt in propriis, seu aliorum Clericorum, non
obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris die 11. Martii 1638. Pontificatus nostri
Anno decimo-quinto.

CCXLV. Quod Abbates Monasteriorum pauperiorum
Congregationis Montis Oliveti, de licentiâ
Procuratoris generalis possint imponere
unum, seu plures Censuræ pro sublevandis
indigentibus eorumdem.

De hac materia vide notata ad Constit. 215.
Exponi Nobis, &c. supra.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

In his præcipuè sollicitudinis nostræ partes libenter
interponimus, per quæ regularium personarum ne-
cessitatibus commodiori, qua fieri potest, ratione suc-
curratur, cum non modò Pastorale nostrum munus,

à Nobis id exposcat, sed ad hoc etiam paternus amor,
quo illas diligimus, nos inducat;

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis nuper, exponi fecit
dilectus filius Congregationis Montis Oliveti Procuro-
rator Generalis, quamplurima dictæ Congregationis
Monasteria, tum propter steriles quorundam anno-
rum messes, aliisque calamitates, ad eam devenissent
egetatem, adeoque ære alieno gravata existant, ut
illorum Ordinarii redditus, & proventus ipsius æris
alieni interusurio persolvendo, necnon Camere Apo-
stolicæ oneribus, aliisque sibi incumbendis oneri-
bus supportandis non sufficiant: Nobis propterea hu-
militer supplicari fecit, ut super præmissis aliqua
ratione providere de benignitate Apostolica digna-
remur.

§. 2. Nos Monasteriorum hujusmodi indigentis pa-
terna pietate prospicere, illorumque Superiores, &
Monachos specialibus favoribus, & gratis prosequi
volentes, & eorum singulares personas à quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui-
bus quomodolibet innodata existunt, ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum serie ab-
solventes, & absolutas fore censentes, Supplicationi-
bus dicti Procuratoris generalis nomine Nobis super
hoc humiliter correctis inclinati.

§. 3. Quod Monasteriorum pauperiorum dictæ Con-
gregationis Abbates, & Superiores de Abbatis, seu
Procuratoris Generalium ejusdem Ordinis licentiâ, &
assensu unum, seu plures census annuos usque ad pec-
uniarum summas, quas ipsi Abbas, seu Procurator
Generalis hujusmodi illis necessarias esse judicaverint,
in forte principali ascendentes ad rationem quinque pro-
centenario super suorum Monasteriorum bonis impo-
nere, illisque aliis ditioribus dicti Ordinis Monasteriis
tantum alienare, seque & dicta Monasteria, sive illo-
rum bona ad solutionem censuum sic imponendorum,
& alienandorum faciendam obligare; Monasteria verò
ditiora hujusmodi pauperioribus Monasteriis prædictis
pecuniarum summas eis necessarias ad census, seu pro-
centibus hujusmodi concedere, censurisque prædictis
sibi, ut præfertur vendendos, & assignandos recipere,
ac Instrumenta desuper necessaria, & opportuna cele-
brare respectivè liberè, & licitè possint, & valeant
Apostolicâ auctoritate tenore præsentium concedimus,
& indulgemus, dictisque Abbatibus, seu Procuratori
generalibus Monasteria dicta hujusmodi ad pauperio-
ribus Monasteriis prædictis pecuniarum summas illis
necessarias, ut præfertur, concedendas cogendi, &
compellendi plenam auctoritate, & tenore præfatis tri-
butimus facultatem.

§. 4. Decretes præsentis literas semper validas,
firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plena-
rios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omni-
bus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore specta-
bit, inviolabiliter observari: pauperioribus verò Mo-
nasteriis prædictis plenissime suffragari: sicque per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & dif-
finiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contingent attentari.

§. 5. Quocirca omnibus, & singulis locorum Ordina-
riis per præsentem committimus, & mandamus, qua-
tenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium,
seu alios præsentis literas, & in eis contenta quacun-
que ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte
Abbatibus, seu Procuratoris Generalium, Monasterio-
rumque dictæ Congregationis, illorumque Superio-
rum, & seu alicujus eorum fuerint requisiti solemniter
publicantes, ac in illis in præmissis officiiis de-
fensiones præsidio assistentes faciant auctoritate nostra
eisdem præsentibus, ac omnia in eis contenta ab om-
nibus, quos illa concernunt, integrè, inviolabiliter
observari.

§. 6. Contradictores quoscumque, & rebelles per senten-

URBANUS OCTAVUS.

Transmissio-
nis mandata.

tas, censuras, & penas ipsas Ecclesiasticas, ali- que opportuna Juris, & facti remedia, appellatone postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis Processibus, sententias, & censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis derogat.

§. 7. Non obstantibus fel. record. Pauli II. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesie non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis, illiusque Monasteriorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transmissio-
nis crediti
jubet.

§. 8. Volumus autem, quod census hujusmodi sic ut præfertur imponendi, quantum citius fieri poterit, extinguantur, quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 15.
die 12. Apr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Aprilis 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-quinto.

CCXLVI.

Quod Sacerdos celebrans in Altari Capellæ Sanctæ Catharinæ Senensis super Miner- vam pro anima alicujus defuncti, liberet eam à penis per modum suffragii, ac Indulgentia plenaria pro visitantibus dictam Capellam in ejus die festo communionem refectis.

Plures Summi Pontifices concesserunt similes indulgentias diversis Regularibus, ut copiosissime habes in Repertorio, Tom. 5. verb. Indulgentia plenaria.

Edita A. D.
1638.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Causa-
bus
Constit.

Um sicut accepimus, dilectus filius noster Antonius Sanctæ Agathæ Diaconus Cardinalis Barberinus nuncupatus, noster secundum Carnem ex fratre germano Nepos, Ordinis Sancti Dominici apud nos, & Sedem Apostolicam Protector, pro eximia sua in Deum pietate, ac erga Sanctam Catharinam Senensem dicti Ordinis devotione, Capellam olim Cubiculum dicte Sanctæ Catharinæ in Urbe existens, cum suis parietibus, incrustationibus, & picturis antiquis in eo existentibus transferri ad Ecclesiam Beatæ Mariæ super Minervam Domus Regularis dicti Ordinis de eadem Urbe, & prope Sacristiam dicte Ecclesie collocari curaverit.

Concedit
prout in
rubr.

§. 1. Nos eandem Capellam spiritualibus Indulgentiarum muneribus decorare volentes, auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilii, Ut quodcumque Sacerdos aliquis secularis, live cujusvis Ordinis Regularis Missam defunctorum pro anima cujuscumque Fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad Altare dicte Capellæ celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesie per modum suffragii indulgentiam consequatur.

§. 2. Ita ut Domini nostri JESU CHRISTI,

ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, à Purgatorii penis liberetur, concedimus, & indulgemus. Insuper mulieribus cujuscumque status, gradus, Ordinis, & conditionis existant, sub excommunicationis læte sententiæ pena, à qua non possint nisi à nobis, & Romano Pontifici pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi; ne Capellam prædictam ingredi audeant, seu præsumant, præterquam in die festo ejusdem Sanctæ Catharinæ Senensis, quo die mares eò devotionis causâ confluentes, sub eadem pena illam ingredi non possint, distictè prohibemus.

Indulgentia
plenaria
pro visitan-
tibus.

§. 3. Omnibus autem, & singulis fœminini sexus Christi Fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacra communionem refectis, quæ dictam Capellam die festo Sanctæ Catharinæ prædictæ à primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam: Universis verò, & singulis masculini sexus Christi Fidelibus, etiam verè penitentibus, & confessis, ac sacra eadem Communionem refectis, qui eandem Capellam in Nativitatis Domini Nostri JESU CHRISTI, ac Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, necnon Sancti Dominici festis diebus à primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devotè similiter visitaverint, & ibi ut prædicitur, oraverint, etiam plenariam peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in domino concedimus. Cæterum spirituali consolationi dilectarum in Christo filiarum nobilium mulierum, nunc & pro tempore existentium nobilis, & antiquæ domus, & familiæ nostræ Barberinæ consulere volentes, eisdem mulieribus nunc, & pro tempore existentibus, ut unâ cum aliis mulieribus eas comitantibus, ac cum suis matronis, & ancillis prædictam Capellam ultimò dictis quatuor festis diebus, absque ullius penæ propterea incurfu ingredi, eisdemque mulieribus etiam comitantibus, ac matronis, & ancillis verè penitentibus, & confessis, ac sacra communionem refectis, quæ Capellam hujusmodi ultimò dictis quatuor festis diebus, ut prædicitur, visitaverint, & ibi ut supra oraverint, quod eandem Indulgentiam plenariam, & remissionem consequantur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus, perpetuis futuris temporibus, valiturus.

Contrariis
derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Maii 1638. Pontificatus Nostri anno decimo-quinto.

D. P. A. 15.
die 22.
Maii.

Quod Provincia Romana fratrum Capuciorum subjiciatur Generali, & in ejus absentia Procuratori Generali eorundem, eodem modo quo cæteræ Provincie.

CCXLVII.

Istius Ordinis materiam habes supra ad Constitut. 16. Gregor. XV. Ex injuncto, & ad Constitut. 68. Salvatoris, hujus Pontif. Tom. 4. Demum de tota eorum Religione plenè notatum est ad Constit. 22. Clem. VIII. Tom. 1.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D.
1638.

Njuncti Nobis à Domino Apostolici muneris ratio postulat, ut Religiosorum virorum, qui spretis hujus sæculi vanitatibus divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo, & strictioris Observantiæ regulis se mancipaverunt, paternam curam gerentes, in his ejusdem muneris partes sedulo intedamus, per quæ prospero, felicique eorum statu, & directioni opportunè consulatur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Premium.

§. 1. Hinc

URBANUS OCTAVUS.

§. 1. Hinc est, quod Nos, quo difficultates, quae ut accepimus, Ordini Fratrum Minorum Sancti Francisci Capucinatorum nuncupatorum aliquid molestiae adferunt, è medio tollantur, quantum cum Domino possumus providere volentes, Ministrum Provinciale Province Romanae dicti Ordinis, ipsamque Provinciam cum omnibus, & singulis eius Domibus, locisque regularibus, & Conventibus dilectis filiis modernis, & pro tempore existentibus Ministro generali, & Procuratori ejusdem Ordinis, dum hic vices ipsius Ministri Generalis sustinet, Commissarii quoque generalis appellatur, & est, iis legibus, eoque modo, quo ceterae Provinciae, ceterisque Ministri Provinciales Ordinis hujusmodi, juxta ejus Constitutiones Apostolicae auctoritate confirmatas subjectae, & subjecti sunt, Apostolica auctoritate tenore praesentium subjicimus, ac praesentibus nostris literis alias à Nobis die 16. Martii anno 1626. emanatas minimè obstat, Nosque per secundo dictas literas auctoritati Commissarii generalis dicti Ordinis, cui Minister Provincialis Romanae Provinciae praedictae, ipsaque Provincia more ceterarum Provinciarum, ceterorumque Ordinum parere debent, eo maxime tempore, quo dictus Minister generalis transmarinas, & ultramarinas Provincias incolit, invistitque, noluisse, nec intendisse derogare declaramus.

§. 2. Mandantes propterea dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali, aliisque Officialibus, & Fratribus dictae Provinciae Romanae quomodolibet nuncupatis, nunc & pro tempore existentibus in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub suspensionis, & irregularitatis, depositionisque ab eorum officiis, & muneribus, perpetuaeque privationis vocis activae, & passivae ipso facto incurrendae, aliisque arbitrii dilecti filii nostri, Antonii videlicet S. Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis S. Honuphrii nuncupati, nostri secundum carnem fratris germani moderni, & pro tempore existentis Ordinis praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, pœnis, ut Ministrum Generalem, ac Procuratorem Generalem, dum vices ipsius Ministri Generalis sustinet, estque Commissarius Generalis Praefatorum, in suos Superiores recipiant, & agnoscant, eorumque salubria monita, & iussa suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit praedictis nostris literis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Provinciae, ac Ministro Provinciali, aliisque Fratribus praedictis, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolica potestate plenitudine in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio faciendae, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permissuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Maii 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-quinto.

Privilegium pro Congregatione Cassinensi CCXLVIII. contra appellantes, & ambientes.

Plures Summi Pontifices Congregationibus Monachorum prohiberunt dignitatum ambitum, ut copiose habes in Repertorio, verb. Ambitus.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Edita A.D. 1638.

Alia à felic. recordationis Gregor. XIII. Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequen- tis, videlicet. Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nihil in unaque religiosa familia, in qua obedientiae firmissimè jactis fundamentis plerique Fideles in claustris altissimo famulari student, aequè arbitratum esse utile, quam supremam in eisdem auctoritatem gerentibus omni contentione exclusa, ea qua deet reverentia, univèrsos parere, eorumque dictis audientes esse, necnon à regularis observantiae Professorum pectoribus bonorum assequendorum nimiam cupiditatem exulare. Utque haec, divina assistente gratia maxime in Congregatione Monachorum de Observantia Congregationis Cassinensis alias Sanctae Justinae de Padua Ordinis Sancti Benedicti, quae vitae Sanctitate claruit ex sententia nostra succedant, antiquas constitutiones approbandas, & in illarum transgressores duriores pœnas proponendas, & alias opportunè providendum esse censemus, prout in Domino conspiciamus expedire.

§. 2. Accepimus enim, quod licet alias fel. record. Eugenius Papa IV. Praedecessor noster, sub datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Domini 1432. nono Kalendas Decembris, Pontificatus sui anno secundo, inter alia voluerit, in Capitulo generali ejusdem Congregationis singulis annis celebrando, novem Diffinitores ex Monachis dictae Congregationis eligi, qui vocem in Capitulo haberent, sicque electos totum Capitulum praedictum representare, eorumdemque Diffinitorum statutis, constitutionibus, Ordinationibus, diffinitionibus, & correctionibus singulos Congregationis ejusdem Monachos, cujuscumque dignitatis, status, gradus, sive conditionis existerent, in omnibus efficaciter parere, ac hujusmodi Diffinitores de Monasteriis, & locis, illorumque bonis, prout viderent expedire, disponent, necnon ex Monachis tunc praesentibus, & futuris, quos ad id idoneos judicavissent, in Abbatibus pro tempore vacantium Monasteriorum, ac Prioratum hujusmodi, alias juxta dictae Congregationis Constitutiones, Ordinationes, & statuta eligere, sive nominare, necnon ad eorum beneplacitum taliter electos absque aliqua etiam causae cognitione à regimine etiam dictorum Monasteriorum, & Prioratum, à quibus tunc praesentibus, & quae tunc propterea vacare censerentur, absolvere, & amovere posse. Idemque per alias literas datas Florentiae, Pontificatus sui anno quarto decrevit dum occurrente vacatione Monasteriorum, & Prioratum dictae Congregationis, etiam apud Sedem Apostolicam vacantium, qua illis ratione providendum esset, & ordinavit, prout in singulis ejusdem Praedecessoris literis plenius continetur.

§. 3. Nihilominus nonnullos dictae Congregationis Monachos, ejus quam Deo voverunt obedientiae plane oblitos, praefatis Superioribus in electione, & amotione Abbatum, & aliis ad eorundem nutum, & beneplacitum à Monasteriis, & aliis Officiis absolvendis, & liberandis, aut ad illa eligendis, & nominandis adversari, & contradicere, & cum illis ad contentiones devenire: alios vero, ne contra eos, veluti inobedientes, vel alia etiam ex causa, aut ex quantumvis gravi crimine, & excessu procedi possint, contra

idrecog-
cant Su-
ores ge-
ales.

trarii
gat.

Pon-
die
Maii.

Littera Gre-
gor. XIII.

ejusdem

ejusdem Congregationis statuta, & Ordinationes, varias oppositiones, & subterfugia, aut alia impedimenta afferre, vel interponere, necnon absque eorumdem Superiorum licentia in his, quæ ad morum correctionem, & regimen, administrationemque Congregationis ejusdem pertinent; Jurisperitos, & alios consulere temerè aulos fuisse, & nunc præsumere quosdam etiam professionis, & regulæ, quam sub humilitatis habitu professi sunt, penitus immemores, reperiri, qui sic ambitione Dignitatum, & Officiorum Ecclesiasticorum in dicta Congregatione consequendorum, quod facilius de Congregationis rebus, & personis ad eorum libitum disponant, se effert patiuntur, ut ad Ecclesiasticorum, & Secularium Principum auxilia vel occultè, vel palam recurrant, & à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque Prælati commendaritiis literas propterea expectant, & novi aliquid semper, ut operari compotes fiant, in eorum animarum perniciem parando, aut moliendo, ejusdem Congregationis quietem cum animarum illorum periculo non modico perturbent.

§. 4. Nos igitur præmissis occurrere, ac ejusdem Congregationis Monachorum honori, & quieti, quos in visceribus gerimus charitatis, necnon ad deterrenda maleficia gravioribus etiam poenis propositis, consulere cupientes, ac dictarum Prædecessoris literarum seriem, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia singulas Prædecessoris prædicti literas, ea in parte, qua illæ auctoritatem illorum, qui pro tempore regendæ Congregationi deputati erunt, respiciunt, quod ad eorum nutum, & beneplacitum Abbates, & alios quovis nomine nuncupatos dictæ Congregationis Prælatos, vel Officiales eligunt, & electos similiter absque aliqua causæ cognitione, servatis aliis ipsius Congregationis Constitutionibus, ab officio amovere, & absolvere possunt, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & quatenus etiam opus sit, easdem quoad præmissa dumtaxat innovamus, quodque contra eos, qui in præmissis eidem Superioribus in electionibus, vel amotionibus hujusmodi contradicere, vel se opponere, aut cum illis contendere præsumpserint, per poenam privationis Officiorum, quæ obtinuerint, ac personæ coercitionem, & carcerationem animadvertatur, statuimus.

§. 5. Cum idem Prædecessor districtius inhibuerit, ne cui Prælatorum, vel Monachorum dictæ Congregationis ab institutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis Capituli Generalis, sive Præsidentis, aut Visitatorum, vel Rectorum ejusdem Congregationis, ad quemcumque, etiam Sedem Apostolicam, nisi de speciali indulto Summi Pontificis, liceret appellare, quamcumque appellationem, si aliquam quandoque interponi contingeret, cum inde secutus irritam decernendo; si autem contra aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis civiliter, aut criminaliter ageretur, secundum statuta, & consuetudines Congregationis prædictæ, juris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omissis, procedi debere mandaverit: ejusdem Prædecessoris exemplo adducti, quod quandocumque contra Monachos judicium ex quavis causa institui contigerit, summarie, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, necnon omni, & quacumque appellatione remota agi; appellantes verò, aut de nullitatibus sententiarum, processuum, & aliorum quorumcumque contra se decretorum, vel actorum dicentes, vel aliquod aliud impedimentum interponentes, illis non obstantibus privationis Officiorum, & carceris poenis itidem affici, & ad ulteriora in causis, quas pro tempore agitari contingeret, privationis officii, carceris, & aliarum poenarum propterea inflictarum executionem procedi posse volumus, easdemque poenas ad eos etiam Monachos, qui à Jurisperitis, aut aliis quibusvis personis extra dictam Congregationem absque eorum Superiorum licentia in his, quæ obedientiam, aut correctionem, ejus-

demve Congregationis regimen pertinebunt, consilium capient, extendimus, ac omnes, & singulos Monachos Congregationis prædictæ, cujuscumque ætatis, gradus, conditionis, præminentie, & literaturæ existentes, & quacumque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, & alia officia dictæ Congregationis assumenda intenti, ad Principum, & Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non existentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directè, vel indirectè, palam, vel occultè ad dignitates, seu officia in Congregatione præfata obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, illorumque complices, & fautores ad quascumque Prælaturas, dignitates, & officia spiritualia, vel temporalia, & præsertim in ipsa Congregatione obtenta, & obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, administrationibus, vel officiis eo ipso privamus, ac privatos voce tum activa, tum passiva carere decernimus, & declaramus, & in virtute sanctæ obedientie, ac sub excommunicatione lætæ sententiæ omnibus dictæ Congregationis Monachis, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erant, præcipientes, districtèque mandantes, ne aliquos precibus, literis, vel favoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium existentium adducti, ad cujusvis generis Prælaturas, dignitates, officia, administrationes, & gradus promovere præsumant. Immo promovendorum meritis, & virtutibus tantum inspectis, quod Dei causam agant memores sint, quo magis puro & sincero corde, nulla privata, aut mundana affectione commoti, in electionum negotio procedant.

§. 6. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, sic literis, aut aliis favoribus Principum & Prælatorum, vel aliorum extra gremium, ut præferatur, existentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus injustè, ac debitè exortas, nullas, invalidasque esse, & adversus eos, qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monasteria, vel Prioratus, aut alia officia se eligi, aut assumi obtinuerint, per ejusdem Congregationis Superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, conditionis poenis, tanquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici posse, & debere, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, & Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illis, & illorum Superioribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis concessis, & confirmatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, hac vice motu, & scientia similibus latissimè derogamus, ac derogatum esse volumus, contrariis quibuscumque, aut si prædictis Congregationi, & Monachis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possunt per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem

mentionem. Ac ut harum literarum notitiā ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus illas in generali dictæ Congregationis Capitulo singulo quoque anno publicè legi, illasque in dicto Capitulo lectas sic archare, ac si legitime unicuique intimatæ fuissent, illarumque exemplis, vel impressis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præsidentis ipsius Congregationis, vel alterius in dignitate Ecclesiastica constituti ob signatis eandem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus haberetur, si eadem exhiberentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Aprilis 1574. Pontificatus nostri anno secundo. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis nobis nuper exponi fecit, ipse præsertim literas per Nos confirmari, necnon præceptum, quoddam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna in huiusmodi literis sit Prælati, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erunt, ne Monachos ad Prælaturas, dignitates, gradus, administrationes, & alia ipsius Congregationis officia precibus, literis, vel favoribus Principum, vel Prælatorum extra gremium dictæ Congregationis existentium adducti promovere præsumant, ad alios quoque, & singulos Abbates, & Superiores quorumcumque dictæ Congregationis Monasteriorum, qui prædictos Monachos ad Rectorias, Vicariatus, Administrationes, & cujusvis generis officia, tam spiritualia, quam temporalia, ab eisdem Monasteriis dependentia, precibus, & favoribus huiusmodi deputant, extendi, eosdemque Monachos ad similes favores recurrentes, eadem pœna ligari summopere desideret.

§. 8. Nos prospero, felicique dictæ Congregationis gubernio, & regimini per amplius consultum esse cupientes, ipsūque Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim literas dicti Gregorii prædecessoris cum omnibus, & singulis in eis contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac quatenus opus sit, innovamus, necnon omnibus & singulis quorumcumque Monasteriorum dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus quomodolibet nuncupatis, nunc, & pro tempore existentibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, preces, & requisitionem quorumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra gremium dictæ Congregationis existentium, etiam Cardinalatus honore, & quacunque seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, Imperiali fulgentium, quovis dictæ Congregationis Monachos ad cujusvis generis Rectorias, Vicariatus, administrationes, & officia quacunque, tam spiritualia, quam temporalia singulorum Monasteriorum deputare præsumant, eosdemque dictæ Congregationis Monachos, cujuscumque ætatis, gradus, conditionis, præminentie, & literaturæ existant, & quacunque dignitate præfulgeant, qui tam ad Prælaturas, dignitates, gradus, & alia officia à Prælati pro tempore regimini dictæ Congregationis deputatis assequenda, quam etiam ad Rectorias, Vicariatus, administrationes, & alia officia quacunque, tam spiritualia, quam temporalia à Prælati, & Superioribus singulorum Monasteriorum impetranda, ad prædictarum personarum Principum, & Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non existentium favores per se, vel interpolitam personam, directè, vel indirectè, occultè, vel palam, aut aliis quomodolibet recurrerint, vel ad Prælaturas, dignitates, administrationes, & alia huiusmodi dictæ Con-

Bullarii Magni Tom. V.

gregationis, & Monasteriorum officia aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere conati fuerint, prædictas excommunicationis lætæ sententiæ, aliisque inhabilitatis, & privationis pœnas in præsertim Gregorii Prædecessoris literis contra similia perpetrantes comminatas, eo ipso incurrere & incurrisse decernimus, & declaramus.

§. 9. Non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in præsertim literis idem Gregorius Prædecessor voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem harum literarum nostrarum notitiā ad omnes Monasteriorum dictæ Congregationis Abbates, Superiores, & Monachos facilius deveniat, volumus illas in generali dictæ Congregationis Capitulo singulo quoque anno publicè legi, illasque in dicto Capitulo lectas sic archare, ac si legitime unicuique personaliter intimatæ fuissent, illarumque exemplis impressis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præsidentis ipsius Congregationis, vel alterius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, eandem prorsus fidem adhiberi, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Maii 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-quinto.

Dat. Pont.
A. 15. die
11. Maii.

Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis Cœventuum Fratrum Capucinorum ubique existentibus, cum facultate Superioribus commutandi inutiles per Syndicos.

CCXLIX.

Similem prohibitionem pro huiusmodi Fratribus fecit Alex. VII. in sua Constit. Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1638.
Ad futuram rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni Bibliothecarum singularium Domorum ubique existentium Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Capucinorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, earumdemque Domorum Guardianos, & Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dilecti filii moderni dicti Ordinis Procuratoris generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Motiva

§. 1. Ne de cætero quisquam quavis auctoritate iungens libros, quaternaria, folia, sive impressa, sive manuscripta dictis Bibliothecis per quoscumque Christiani Fideles hæcenus quomodolibet donata, & assignata, seu in posterum forsitan donanda, & assignanda, ex eis extrahere, sive ut extrahantur, permittere, sub quovis quæsito colore, causa, prætextu, vel occasione audeant, seu præsumant, sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus. Permittimus tamen Provincialibus, & Diffinitoribus dicti Ordinis cōiunctim procedentibus, ut per eorum Syndicos earumdem Bibliothecarum libros dicto Ordini inutiles cum aliis utilibus, de licentia tamen illorum, qui eosdem libros, ut præfertur, donaverint, aut eorum hæredum, si extiterint, permutare. Superioribus autem singularum huiusmodi Domorum, ut libros, quaternaria, & folia huiusmodi, etiam è dictis Bibliothecis pro usu Verbi Dei Prædicatorum dicti Ordinis, qui in Civitatibus, Oppidis, Terris, Castris, & locis, in quibus dictæ Domus

Mandat
prout in
rub.

1 existant,

existent, vel existent, aut in aliis locis ejusdem Diocesis, vel non multum distantibus prædicabunt, extrahere, ac Fratibus Domorum Regularium hujusmodi, ut illa studendi causa ad suas cellas deferre valeant, dummodò in libro ad id in Bibliothecis hujusmodi parato nomina sua, & librorum, seu quinternorum, ac foliorum hujusmodi, quæ sumpserint, annotent, ac postquam dicti Prædicatores, & Fratres illis usi fuerint, illa illic ad dictas Bibliothecas sub eisdem pœnis reportentur, concedere possint.

*Contrariis
delegat.*

§. 2. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Domorum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copiam in valvis singularum dictarum Bibliothecarum, aut aliis perspicuis locis, unde ab omnibus commode cerni possint, continuò affixæ remaneant. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique Fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*D. P. A. 15.
die 29.
Julii.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1638. Pontificatus Nostri anno decimo-quinto.

CCL. Facultas alienandi usque ad summam ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, necnon reducendi annuos Census ad minus interursurium, concessa Congregationi Cassinensi, cum declaratione, quod pro hujusmodi alienatione non requiritur licentia Protectoris.

De istorum Monachorum Congregatione notavi supra, ad Constit. 175. Sancta Mater, & ad Constit. 233. Exponi nobis, Tom. 5.

*Edita A. D.
1638.*

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

*Refert Cõp.
alias edit.
tam.*

Alias à nobis emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, prædictæ Congregationis, illiusque regiminis nomine, quod ob malas temporum conditiones damna, detrimenta, atque incommoda per eandem Congregationem accepta ratione bellorum, incursum militum, & destructionis ædificiorum in bonis ejusdem Congregationis, necnon rapinas, ablationesque animalium, aliisque extraordinarias calamitates, quæ bona ex parte ejusdem Congregationis prædia inculta reddiderunt, necnon graves solutiones, quæ pro summa quadraginta trium circiter millium scutorum quotannis per dictum Procuratorem fiunt, ratione diversorum subsidiorum Sedis Apostolicæ, Monasteria dictæ Congregationis ob defectum suorum reddituum ad præsens sunt adeò oppressa, ut illorum nonnulla jam ruinis everfa, & se sublevare impotentia reddita sint, aliis verò eadem ruina impendat, nisi illis de opportuno subventionis auxilio per Nos provideatur, prout alias per Romanos Pontifices Prædecessores nostros Monasteriis hujusmodi fuit in similibus occasionibus provisum, & præsertim per Pium V. qui similes, & forsitan minus urgentes ob causas per quasdam suas sub die 19. Martii 1570. duodecim Congregationibus Regularium tunc expressis bona stabilia pro summa quadragintorum millium scutorum auri, quorum centum &

triginta tria millia dictæ Congregationi Cassinensi pro sua rata obtigerunt, & postmodum, quia summa hujusmodi non sufficiebat, per alias suas sub die 5. Octobris 1571. in simili forma Brevis respectivè expeditas literas eidem Congregationi Cassinensi bona stabilia pro alia summa quinquaginta millium scutorum auro-rum vendendi facultatem respectivè concessit, eoque modo damnis, & periculis Monasteriis dictæ Congregationis tunc temporis imminentibus opportunè occursum fuisse, eademque Monasteria notabilem exinde subventionem percipisse, experientia comperitum est.

§. 1. Nobis propterea dictus Procurator, quo supra nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & alias ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictæ Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati, quantum cum Domino possumus consulere, eaque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac illorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, necnon prædictarum dicti Pii V. Prædecessoris literarum tenores præsentibus pro expressis habentes, Abbatibus Monasteriorum dictæ Congregationis, quæ prædictis, & aliis majoribus necessitatibus ad præsens gravata reperiuntur, ut cum approbatione tamen dilecti filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, ac prædictæ Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, ac licentia Regiminis dictæ Congregationis, ea prædictæ Congregationis bona stabilia, quæ pro liberanda ab ære alieno Congregatione prædicta, restorationibusque necessariis, & utilibus in ejus bonis faciendis magis opportuna fuerint judicata, usque ad summam in totum ducentorum, & quinquaginta millium scutorum monetæ, quibusvis personis meliorem conditionem offerentibus, servatisque modis, & formis in prædictis Pii V. Prædecessoris nostri literis contentis, & juxta illarum tenores & continentias vendere, distrahere, atque alienare, sive in emphyteusim dare, necnon census annuos super ipsius Congregationis bonis stabilibus de licentia Sedis Apostolicæ impositos cum pecuniis ad minorem rationem pro quolibet centenatio, & anno, sive minori interursurio obnoxii, super eodem fundo accipiendis, & cum conditionibus in priori Instrumento appositis redimere; ita tamen ut præsentibus aliis ejusdem Congregationis Monasteriis minimè suffragentur, quàm iis dumtaxat, quæ ad onerum per Sedem Apostolicam impositorum debitam solutionem integrè concurrerunt, & concurrunt, liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Non obstantibus fel. record. Pauli Papæ II. etiam Prædecessoris nostri de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque omnibus, quæ dictus Pius V. Prædecessor noster in præfatis suis literis voluit non obstare, & aliis contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1637. Pontificatus Nostri Anno decimo-quarto.

§. 3. Cum autem, sicut idem Procurator Generalis nobis nuper exponi fecit, à quamplurimis, præsertim verò à census super bonis ejusdem Congregationis juxta tenorem præfatarum literarum imponendis emergere volentibus dubitetur, an pro imponendis censibus hujusmodi dicti Francisci Cardinalis Protectoris hujusmodi

URBANUS OCTAVUS.

modi approbatio, & regiminis predicti licentia sint necessitate: Nobis propterea dictus Procurator generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune declarationis nostrae ministerio providere de benignitate Apostolica dignaremur.

aliqua alia licentia.

§. 4. Nos igitur dictae Congregationis, & illius Monasteriorum indemnitati per amplius consultum cupientes, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod in vim praesentium nostrarum literarum Abbatibus Monasteriorum dictae Congregationis intelligatur, intelligique debeat absque alia licentia, & approbatione concessa facultas super eorum, & dictae Congregationis Monasteriorum bonis stabilibus novos, annuos, & redimibiles census juxta formam Constitutionis praefati Pii Praedecessoris imponendi, ad effectum census annuos super ipsius Congregationis bonis stabilibus aliis de Sedis Apostolicae licentia impositos, cum pecuniis novorum censuum hujusmodi, ad minorem tamen rationem pro quolibet centenario, & anno, sive minori intersursio obnoxii, super eodem fundo, & non aliis accipiendis, servata, in reliquis earundem literarum forma reditendi, Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus.

inter alia iurata.

§. 5. Non obstantibus fel. record. Pauli Papae I. etiam Praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasteriorum praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, caeterisque omnibus, quae dictus Pius Praedecessor voluit in praedictis suis, & Nos in nostris volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut novorum censuum hujusmodi impositio, & veterum extinctio unico contextu fiant, vel saltem pecuniae ex nova impositione hujusmodi provenientes penes Montem pietatis, aut personam Fidei, & facultatibus idoneam deponantur, inde non amovendae, nisi ad effectum extinctionis praedictae.

D. P. A. 16. de 11. Aug.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

CCLII.

Quod Fratres strictioris Observantiae S. Francisci Provinciae Principatus non erigant conventum in Civitate Neapolitana, sed observent concordiam jam factam.

De hujusmodi Fratribus lege, quae copiose notavi ad Consil. 263. in juncti nobis, Tom. 5.

Edita A. D. 1638.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Praemium.

Christi Salvatoris nostri, qui charitas est, & Deus pacis, vices meritis licet imparibus gerentes in terris, his quae pro bono pacis inter Christi Fideles quouslibet, & praesertim Altissimo sub suavi Religionis jugo, & arctioris vitae disciplina famulantes concorditer factae fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ioannes de Neapoli Ordinis fratrum Minorum Reformatorem Sancti Francisci nuncupati. Provinciae Terrae-Laboris Professor, quod vertente quadam inter Patres Custodiae Terrae-Laboris, & Custodiae Principatus Bullarii Magni Tom. V.

tus dicti Ordinis controversia; Patres praedicti Reverentissimi ad concordiam tenore subsequenti, videlicet. Ad omnem sedendam, tollendamque controversiam, quae inter Patres Custodiae Terrae-Laboris, & Patres Custodiae Principatus, versatur, in hoc omnes unanimiter conveniunt, ut Patres Reformationis Principatus desisterent a lite, & praesensione conventus in Civitate Neapolitana construendi, sive jam constructi pendendi, Patresque Terrae-Laboris tria infra scripta executioni mandarent. Et primo, ut quoties aegroti Custodiae Principatus pro infirmitatibus insolitis, & alibi curari non valentibus, praecipue ob indigentiam renecliorum Puteoli Neapolim perveniunt, charitativiter a Fratribus Terrae-Laboris recipiantur, ac juxta Seraphici Patris mandatum, eis interserviant, sicut vellent sibi serviri. Secundo vero, ut quoties pro necessariis & honestis negotiis, Fratres Principatus Neapolim confugiunt, ab ipsis tractandis minime impediatur, sed potius eis favcant, & tandem quoties pro ejusdem Custodiae occurrentibus negotiis eandem Civitatem Neapolitanam ad eunt, juxta Reformatorem consuetum morem, Patriumque gradus, & conditiones, de cella, caeterisque hospitibus necessariis, benigne provideatur, ac si propriae Custodiae Fratres, ac filii essent: & ne ob concurrentium Fratrum multitudinem, confusio, ac hospitandi impossibilitati detur locus, Custos pro tempore Reformationis Principatus, sit circumspiciendus, ne plures, quam deceat, simul Neapolim Fratres mittat. Ego Frater Laurentius a Monte Corvino, Custos Reformationis Provinciae Principatus confirmo, ut supra. Ego Frater Marcellus a Summa a Patre Custode, & a Patribus meae Reformationis ad hoc missus, & delegatus confiteor ut supra. Ego Frater Joannes Baptista a Dongo Procurator Generalis Reformatorem interfui, ac pro bono publico, & pace annui.

Capitulum concordia observanda.

§. 2. Pro nostri muneris ratione utriusque Custodiae paci, & quieti consulentes supra dictam conventionem, & concordiam perpetuo valituram, praesentis Decreto confirmamus, & approbamus, ab omnibusque, & singulis utriusque reformationis pro tempore existentibus Superioribus, & Inferioribus observari volumus, decernimus, & praecipimus sub poenis inobedientiae, aliisque arbitrio infligendis. Dat. Romae ex Palatio nostrae solitae residentiae, die 29. Martii 1638.

Approbatio prioris.

Fabritius Card. Verallus Protector.

§. 3. Cum autem, sicuti eadem expositio subjungebat, dictus Joannes praemissa pro firmiori illorum substantia Apostolica auctoritate comprobari desideret: Nos ipsum Joannem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Joannis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concordiam praedictam, cum omnibus in ea contentis, Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam Iuris, quam facti defectus, si qui defu- per quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio prioris in rub.

§. 4. Decernentes Concordiam hujusmodi, necnon praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obrinere, ac a dictarum Custodiarum Superioribus, & Fratribus, & quibusvis aliis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, ac irritum, ac inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictaque Ordinis, & Custodiarum omnium etiam juramento, confirmatione

Contrariis derogat.

Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indulgentis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 16. die 17. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Martii. 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

CCLII. Edita Ad. 1638. 11. Sept. Pont. An. 16.

Decretum Sac. Rit. Congreg. de non jejunando in vigilia S. Joannis Baptiste, quando contingit in die Solemnitatis Corporis Christi. Repertur Tomo 4. 154. ill. ordine, fol. 219. incipit: Cum evenire.

CCLIII.

Quod in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis, aut alias ab ipsis dependentes, Cura animarum exerceri possit etiam per Monachos ad nutum suorum Superiorum amovibiles.

Vide qua de hujusmodi Monachis indicavi tibi ad Cassinens. 108. Commissi nobis, Tomo 4. & ad aliam 175. Sancta Mater, Tom. 5.

Edita AD. 1638.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

Alia à Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus super subinserto supplici libello tibi tunc porrecto emanavit Decretum tenoris subsequentis, videlicet.

Supplicatio.

§. 1. Illustrissime, & Reverendissime Domine. Monasterium Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis Civitatis Patavinae habet nonnullas parochiales Ecclesias in eadem Diocesi, quæ non sunt unitæ Monasterio, sed sunt parochiales dependentes ab illo, in quibus dictus Episcopus Patavinus dicit, Monasterium fuisse solitum deputare Presbyteros sæculares, qui prævio ipsius Episcopi examine, & approbatione curam animarum exercuerunt, sed ab aliquo annis coepisse deputari unum Monachum, qui sine Socio regulari, & cum solo famulo habitat in dicta parochiali, & curam administrat etiam sine Episcopi approbatione. Unde nunc queritur, an in dictis Parochialibus ab ipsis Monasteriis quoquo modo dependentibus, non autem unitis, debeat cura animarum exerceri per Monachum, vel per Presbyterum sæcularem ab ipsis Monachis nominatum, & ab Episcopo approbatum. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partibus auditis censuit, in Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis, aut alias ab ipsis dependentes, curam animarum exerceri posse etiam per Monachos ad suorum Superiorum nutum amovibiles, ita tamen ut iidem prius examinentur, & approbentur ab Episcopo, ejusque jurisdictioni subiciantur in his, quæ ad ipsam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius saltem Monachus ejusdem Ordinis Professus ad præscriptum Concilii Lateranensis sub Alex. III. c. 10.

Declaratio prædictæ rubr.

Confirmatio decreti.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, ipsam Decretum hujusmodi pro illius firmitate subsistentia Apostolicæ nostræ confirmationis patrocino communiti summo: è desideret: Nos eundem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari.

ci sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum præmissum cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolicæ auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjuvamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes illud, necnon præsentis litteras, valida, firma, & efficacia existere, & fore, subisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

Contra deferentes habitum Tertiiorum Tertii Ordinis Sancti Francisci, absque licentia Superiorum Ordinis, vel deferentes Tunicam oblongam cum, vel sine Caputio, cum Mantello.

Proobservantia hujus Constitutionis die 27. Novembris 1638. Provicarius Papa Fr. Antonius Cardinalis Barberinus expedivit edictum, sub pena carceris, & expulsiōnis habitus in contrasacientes.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum regularis Observantia S. Francisci Nobis nuper exponi fecit, quampresertim ab utriusque habitu Fratrum Tertiiorum Ordinis ejusdem S. Francisci, vel simplicem Tunicam oblongam cum Mantello, vel sine eo absque Superiorum prædictæ Religionis licentia deferant, vel etiam eis caputium, aut Tunicam adjunctum, aut ipsi Mantello confutum superaddant, eorumque nonnulli extra Claustra degentes tum scandalosè, & inopportune sub specie peregrinationis, aut alterius emendicati prætextu divagentur, tum etiam aliquas Ecclesias, seu Capellas, adscito sibi Heregitarum nomine incolant, exindeque maxima apud sæculares scandali materia, & pravæ opinionis erga prædictam Religionem ingeratur: nobis propterea dictus Procurator generalis humiliter supplicari fecit, ut tot incommodis, & scandalis opportunum aliquod remedium adhibere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eundem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari.

§. 2. Omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac nostris,

Ita indicat mandatum Decretis rstante.

CCLII.

Edita AD. 1638.

Supplicatio.

E

D

su

di

Mandatum
ordinis, si
quod inue-
nerint, de
quibus in
rebus, carce-
ri mancipa-
deresse, &c.

nostris, & Sedis Apostolicæ Nunciis ubiuis Terrarum
constitutis, & Agentibus tenore præsentium districtè
præcipiendo mandamus, ne de cætero quemquam
prædictam Tunicam oblongam, cum, vel sine Man-
tello, absque Superiorum prædictæ Religionis Mino-
rum de Observantia, & cuiusvis Instituti, seu Congre-
gationis Ordinis ejusdem Sancti Francisci licentia in-
scriptis obtenta quoquo modo deferre permittant, ut-
que si aliquem præmissorum transgressorem repererint,
illum carceri mancipandum, tali habitu exuendum, &
arbitrariis poenis mulcandum irremissibiliter curent,
& præterea nemini licitum faciant, etiam prædictæ
Religionis Minorum de Observantia, & cuiusvis In-
stituti, seu Congregationis univèrsi Ordinis hujusmo-
di Superiorum scripta, seu quovis alio prætextu robo-
rata licentia desuper accesserit, ut habitum hujusmo-
di cum prædicto Caputio, vel Tunica, seu Mantel-
lo, ut præfertur, consultò deferant, sublata ejusdem
Ordinis Superioribus, ipsisque locorum Ordinariis,
ac Nunciis Apostolicis, & eorum cuilibet quavis au-
thoritate licentias hujusmodi cuiquam concedendi: ac
demum, earundem tenore præsentium volumus, &
ordinamus, ut si quisquam tale deferens Caputium, vel
cum licentia, vel sine ea inventus fuerit, carceris de-
tentione, habitus privatione, & aliis arbitrariis poenis
ab eisdem Ordinariis, & Nunciis omninò puniatur.

Contrariis
derogatis.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento,
confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que indultis, & literis Apostolicis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium
tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expres-
sis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, ad
præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem
præsentis nostræ literæ ad omnium, quos illæ concer-
nunt, noticiam facilius deveniant.

§. 4. Volumus, quòd illarum transumptis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis,
& sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ
munitis eadem proferri Fides in iudicio, & extra illud
adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P.A. 16.
die 5. Octob.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 5. Octobris 1638. Pontificatus no-
stri anno decimo-sexto.

CCLV.

Quòd Monachi Cassinenses non sunt ullo
modo cogendi accedere, nisi ad Processio-
nem Sanctissimi Sacramenti.

Ne jam indicata otiosè repetam, id remitto ad ea,
quæ notavi ad Constitut. 108. Commissi No-
bis, &c. Tom. 4. & ad aliam 175. Sancta Ma-
ter, &c. Tom. 5.

Edita A.D.
1638.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Motivum
Decreto de-
super ema-
nate.

§. 1. NUPER pro parte dilecti filii Procuratoris Ge-
neralis Congregationis Cassinensis Ordinis
S. Benedicti Nobis expositum fuit, quòd aliâs, seu nu-
per à Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus Præpositis emana-
vit Decretum tenoris subsequenti, videlicet. Pro Mo-
nachis S. Sixti Congregationis Cassinensis Placentiæ
commorantibus narratum fuit, quòd ipsi Monachi
nunquam in eadem Civitate, nec alibi soliti sunt acce-
dere ad alias Processiones, præterquam ad Processio-
nem Sanctissimi Sacramenti. Nunc verdè Episcopus
fuit cogere, ut accedant etiam ad Processiones, quæ
veri solent pro Rogationibus majoribus, & minori-
Bullarij Magni. Tom. V.

bus singulis annis, ad quas antea nunquam accesserunt,
& propterea petierunt non adstringi ultra co-
rum solitum, & consuetum, Sacra Rituum Con-
gregatio respondit, Monachos prædictos non esse ullo
modo cogendos accedere, nisi ad Processionem San-
ctissimi Sacramenti, juxta eorum antiquam consuetu-
dinem, quam tam dictis Monachis Placentiæ com-
morantibus, quam alijs ejusdem Congregationis Cas-
sinensis, ubique conservandam esse censuit, & declara-
vit. Die 10. Junii 1602. Dat. hac die 9. Octobris 1638.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subjunge-
bat, dictus Procurator Generalis Decretum hujusmodi
pro illius firmitati subsistentia Apostolicæ nostræ con-
firmationis robore communiri summopèrè desideret:
Nos eundem Procuratorem Generalem specialibus fa-
voribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis
excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui-
bus quomodolibet innodatus existit, ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum serie ab-
solventes, & absolutum fore censentes: Supplicatio-
nibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porre-
ctis inclinatis, Decretum præinsertum cum omnibus, &
singulis in eo contentis Apostolica auctoritate tenore
præsentium confirmamus, & approbamus, illique
inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac
omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus,
si qui desuper quomodolibet intevererint, supple-
mus.

Confirmatio
Decreti, de
quo in rubr.

§. 3. Decernentes illud, necnon præsentis literas,
valida, firma, & efficacia existere, & fore, subque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac
ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tem-
pore quomodolibet in futurum spectabit, inviolabili-
ter observari: sique per quoscumque Judices Ordina-
rios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, &
inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ita indicata
mandat, cū
Decreto in-
struatur.

§. 4. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis Apo-
stolicæ nunc, & pro tempore existenti in Regno
Neapolis Nuncio, ac Causarum Curie Cameræ Apo-
stolicæ generali Auditori per presentes committimus,
& mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eo-
rum per se, vel alium, seu alios Decretum, & præ-
sentis literas hujusmodi, & in eis contenta quæcum-
que ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte
tam prædictorum Monasterii Placentini, quam alio-
rum quorumcumque ejusdem Congregationis Mona-
chorum requisiti fuerint, solemniter publicantes, illis-
que in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten-
tes, faciant illos auctoritate nostra præmissorum om-
nium, & singulorum commodo, & effectui pacificè frui,
& gaudere, non permittentibus eos desuper à quoquam
quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari.
Contradictores quoscumque, & rebelles per sententias, cen-
suras Ecclesiasticas, aliisque opportuna iuris, & fa-
cti remedia, appellatione postposita compescendo,
invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii
sæcularis.

Executores
deputati.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-
dinationibus Apostolicis, ac quibusvis Congregatio-
nis, & Monasteriorum hujusmodi etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate
roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

Contrariis
derogatis.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pesca-
toris, die 17. Novembris 1638. Pontificatus nostri
Anno decimo-sexto.

D.P.A. 16.
die 17. Nov.

CCLVI. Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias Societatis Iesu, ac Communionem refectis in festo Sancti Francisci Xaverii, cum translatione Indulgentiae, quando festum occurrit primam Dominicam Adventus.

Edita A.D. 1638. **URBANUS PAPA VIII.**
Ad futuram rei memoriam.

Greg. XV.
edidit Const.
de hac materia.

Aliis felic. recordationis Gregorius XV. Praedecessor noster omnibus, & singulis Presbyteris, & Clericis Societatis Iesu, ac aliis utriusque sexus Christi Fidelibus verè poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictae Societatis ubique existentibus in festo Sancti Francisci Xaverii devotè visitant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuò concessit, prout in literis desuper confectis plenius dicitur contineri.

§. 1. Cum autem, sicut Praepositus Generalis dictae Societatis Nobis nuper exponi fecit, Festum Sancti Francisci Xaverii praedicti quandoque in Dominicam primam Adventus incidat, cupiatque propterea illud in aliam Nobis beneficam diem, ut infra transferri.

Concedit
prout in
rub.

§. 2. Nos ad augendam eorum Presbyterorum, aliorumque utriusque sexus Christi Fidelium devotionem, & animarum salutem, Coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, quotiescumque de cetero festum huiusmodi in dictam primam Dominicam Adventus incidit, celebrationem festi huiusmodi in unum ex diebus infra Octavam festi praedicti Sancti Francisci Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò transferimus, iidemque Presbyteris, ac aliis Christi Fidelibus praedictis aliquam ex dictis Ecclesiis Societatis huiusmodi visitantibus, & praemissa peragentibus die, in quam celebrationem festi huiusmodi transferri contigerit, plenariam similiter omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Transum-
ptis credi
mandat.

§. 3. Volumus autem quòd praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prout fides adhibeatur, quae praesentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D. P. A. 16.
die 15. Dec.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 2. Decembris 1638. Pontificatus nostri anno decimo-sexto.

CCLVII. Statuta generalia à Sanctiss. D. N. Urbano Octavo in forma speciali, & ex certa scientia, ac cum praesertione ipsorum literis sequentibus confirmata.

Similia statuta habes in Constit. hujus Pont. 57. Sacrosanctum, Tom. 4. ubi plura ad materiam annotata reperies.

Edita A.D. 1638.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In Supremo Apostolatus folio, meritis licet imparibus, divina dispensatione praesidentes, ex incumbenti Nobis Pastoralis officii debito Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei Militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantibus affectibus, iis, quae propterea pie, & providè, praeterim in eorum Capitulis Generalibus facta fuisse comperimus, ut firma perpetuò, & illibata remaneant, li-

benter, cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout conspiciemus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Joannes Merinero Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Domo Beatae Mariae de Araceli nuncupatae de Urbe praedicti Ordinis novissimè celebrato, pro felici Universi Ordinis huiusmodi gubernio, & directione nonnulla statuta edita fuerint, tenoris subsecquentis, videlicet.

In Capitulo
Generali
Ordinis
fuerunt
nulla statuta.

STATUTA GENERALIA Pro utraque Familia.

De Ministro Generali.

Declarat Capitulum Generale, omnem, & quamlibet potestatem, quae in Ministro Generali reperitur ad dispensandum in statutis Generalibus, totam ipsi provenire à Generali Capitulo: unde quoties ab eodem Capitulo Generali decreto irritante prohibetur, ne in aliquo statuto concedatur absolute dispensatio, vel nonnisi sub certis conditionibus ibidem expressis, si Generalis Minister, aut absolute dispenset, aut conditiones ad dispensandum requisitas non observet, huiusmodi dispensatio ipso facto irrita evadit.

Ordinatur à Capitulo Generali, ne liceat Ministro Generali, & multò minus aliis inferioribus Praelatis, qui electionibus praesident, illas jam inchoatas suspendere, aut iis jam congregatis, ad quos spectat faciendis electionibus interesse, eas impedire, ne fiant. Praeterea iidem Praelatis Generalibus interdicitur, ne functiones, quae ad Congregationem legitime convocatam spectant, suspendere, aut impedire praesumant: scientes eorum hoc irritum fore, ut potè violentum, & libertati electionis contrarium.

Item prohibetur iidem Praelatis Generalibus, ne posthac ad Provincias quemquam mittant, ut celebrandis earum Congregationibus intermediis praesint, nisi causa valde notoria, & urgens se obtulerit, vel major Diffinitorii pars Provinciae ita postulet. Alioquin Provinciales, & alii, ad quos attinet, uti jure suo in hac parte permittantur.

Si Generalis Minister à familia discedat, ex qua fuit assumptus, & neminem ibi relinquit, cui vices suas commiserit, ut ad eum veluti Commissarium Generalem à Provinciis recurratur, in hoc eventum determinat Capitulum Generale Provincialibus fas esse cum Diffinitoriis ad intermedias Congregationes celebrandum devenire. Capitulum tamen Provinciale nullatenus celebrabunt.

Declaratur nemini Praelatorum deinceps licere vices suas alteri committere, ut in Capitulo Generali ipsius loco tam ad eligendum, quam ad alios actus ibi exercendos intersit. Quia Sanctissimus Dominus noster Urbanus VIII. Constitutione edita, & in praesenti Capitulo promulgata, similes substitutiones contra formam constitutionum factas interdixit.

Commissarius Generalis Belgicae nationis secundum antiquam consuetudinem fit à Ministro Generali cum potestatis plenitudine, & huiusmodi officium triennale est.

Praedicto Commissario Generali Belgico fas erit auctoritatem suam alteri subdelegare, atamen subdelegatus non habebit in electionibus votum, quo fruatur ipse Commissarius.

Congregationes intermedias, ex vi sui muneris cogere nequit, & ideo in hac parte statutorum generalium decretis standum est. Quinimò omni severitate praefatis Commissariis praecipitur, & decreto, quicquid in contrarium fecerint, irritante prohibetur, ne Congregationes nationales cogere aut celebrare praesumant, quicquid in contrarium habeatur in statutis Generalibus Barchinonensibus pro eadem natione commodatis,

URBANUS OCTAVUS.

modatis, quæ Capitulum Generale ad hunc effectum duntaxat revocat. Quod si id necessarium censuerint, Capitula, seu Congregationes Generales expectent, & sibi nationalem Congregationum celebrationem fieri ipsis permittitur.

De Vicario Generali Ordinis.

Ad tollendam omnem ambiguitatis speciem atque ut certior cognitio de qualitate eligendi in Vicarium Generale habeatur, revocat Capitulum Generale constitutionem illam Ultramontanæ familiæ, quæ statuebatur, ut vitâ functo Generali Ministro, electio Vicarij generalis fieret in familia, in qua vitâ functus est Generalis dummodò is, qui Vicarium totius Ordinis erit eligendus, sit ex illa familia, ex qua erat Generalis Minister, ex cujus persona officium Ministri Generalis vacavit. Et statutis Cismontanæ familiæ adherens præcipit, ut vacante quacumque de causa officio Ministri Generalis, electio Vicarij Generalis in ea familia celebretur, ex qua erat Generalis assumptus. In electione autem facienda unaquæque familia modum sibi in constitutionibus præscriptum observabit.

Jubetur deinde, ut in ejusmodi electione votum activum habeant Patres omnes, qui pro tempore in Generali diffinitorio assistunt: videlicet discreti perpetui Ordinis, aut familiæ, quales sunt Ministri & Commissarii Generales præteriti, & Vicarii Generales præteriti, qui per biennium completum officium Vicarij Generalis exercuerunt, Deinde Procurator, & Commissarius Romanæ Curie, Procurator Generalis Reformatorum Cismontanæ familiæ, & Diffinitores Generales utriusque familiæ, quamdiu munere suo actu funguntur dummodò in ea natione præsentibus sint, ubi electionem fieri contingat. Quod si absentes sint, nec vocandi erunt, nec expectandi, sed ad electionem juxta præscriptum constitutionum Generalium erit procedendum, quam utraque familia, nemine dissentiente, novo compromisso sic faciendam pronuntiavit.

De patribus perpetuis Ordinis, & Familiæ.

Attento Ordinis, ac honoris gradu, in quo singuli, pro sua quisque dignitate constitui debent, Capitulum Generale determinat, ut perpetui Ordinis, & familiæ Patres secundum à Superiore locum semper obtineant, ita quod Ordinis Patres in toto Ordine, unus tantum Superior sedendi ordine præcedat. Unde præsentibus Ministro, vel Commissario Generali, illi solummodò præcedent. Si verò absint, solus Provincialis, & hoc absente, Guardianus Conventus anteibit. Et idem cum familiæ Patribus, unoquoque in sua familia observetur, sicut statuto Cismontanæ familiæ fuerat præceptum, à qua mutuatim in Ultramontana familia observandum statuit Capitulum Generale.

De Procuratore, & Commissario Generali Curie Romanae.

Declarat Capitulum Generale juxta Constitutionem Gregorii XIII. Procuratorem, & Commissarium Generalem Curie Romanæ, tam in Capitulis, quam in Congregationibus Generalibus, in Diffinitoriis assistere semper debere, nimirum, ut in veteri Diffinitorio, quod tunc absolvitur, & in novo, quod creatur, Religionis rebus determinandis intersint. Et idem statuitur de Procuratore Reformatorum Cismontanæ familiæ, juxta constitutionem Sanctiss. D.N. Urbani VIII.

De Diffinitoribus Generalibus, & eorum subrogatis, ac substitutis.

Censuit Capitulum Generale nimis indecorum esse, atque ab optimi regiminis ratione valde alienum, ut Diffinitores Generales primarii in ordine judices, penes quos est aliorum suffragatorum discussio, & approbatio, in Congregationibus, & Capitulis Generalibus

suffragandi potestate careant. Et ideo statuit, ut posthac Diffinitores Generales utriusque familiæ, tam in Congregationibus, quam in Capitulis Generalibus, ubi suo funguntur officio, suffragium ferant: non aliter quam in suarum Provinciarum Capitulis, & Congregationibus suffragantur.

Quando in utraque familia continget, ut Diffinitores Generales absint, vel quolibet eventu deficient, statuitur, ut eorum loco alii statim subrogentur, vel substituantur. Verùm tam in substitutione, quam in subrogatione, forma in statutis apud Toleram novissimè editis tradita observetur.

Patres illi, qui loco Diffinitorum Generalium, dum adhuc vivunt, & absentes, substituantur pro Capitulo Generali, deinceps in ea Provinciae suæ Patres numerentur: dummodo ultimi sint, & post eos locum habeant, qui Ministri, & Vicarii Provinciales jam existerunt, vel postea eisdem officiis perfungentur.

De Ministris Provincialibus.

Prohibet Capitulum Generale, ne in Ministros Provinciales assumantur, nisi qui de eorundem Provinciarum corpore, hoc est, ibi Professores, vel à longo jam tempore (saltem per decennium) in eis fuerint incorporati, & insuper in inferiorum officiorum gradibus aptitudinis suæ ad gubernandum specimen præbuerint: aliter electio ipso facto irrita, & nulla sit.

Titulares Ministri ad suffragandi effectum solummodò electi, ad instar Commissariorum Provincialium habeant, qui pro Provincialibus legitime impeditis Generali Capitulo suffragantur: Nec ullo Patrum Provinciae privilegio aut exemptione gaudeant.

De Vicariis Provincialibus.

Provinciali Ministro è vitâ decedente, determinat Capitulum Generale ad amputandas licium occasiones, quæ ex diversis Provinciarum Constitutionibus, ac constitutionibus oriuntur, ut in toto Ordine Regestum scripturæ, & sigilla ad digniorem Provinciae Patrem, eum videlicet, qui primum locum vendicat, statim deferantur. Is verò absque mora convocato Diffinitorio faciet Vicarij Provincialis electionem, in qua votum activum habeat & passivum. Quod si Minister, aut Commissarius Generalis intra tres dietas consistant, consulendi sunt, & eorum responsio expectanda. Si tamen longius absint iis inconsultis fiat electio, non obstante statuto in contrarium edito, quod ad hunc effectum revocat Capitulum Generale.

Vicarij Provinciales, qui per biennium completum in officio steterint, Patrum Provinciae Privilegium, & præcedentiam habeant: eos tamen subsequenter, qui Ministri Provinciales extiterint, vel postmodum existant. Absoluto tamen Vicariatus Provincialis officio, non nisi post triennii vacationem in Provinciales Ministros eligentur. Qui verò per biennium integrum in officio non steterint, nullo gaudeant privilegio, sed absque ullo vacationis interstitio eligi poterunt Provinciales Ministri.

Is, qui mortuo Provinciali Ministro, vel quolibet eventu vacante, in Vicarium Provinciale fuit assumptus, usque ad Capituli provincialis celebrationem in officio durabit. At verò Capitulum pro Superiorum Generalium arbitrio anticipari poterit, vel prorogari, dummodò tempus lege præscriptum non excedatur.

Provincialibus Ministris è Provincia discedentibus vel ad Generale Capitulum, vel negotiorum causâ, quæ per ipsos fieri necesse sit, quolibet eventu officium vacaverit, Commissarii Provinciales, qui relicti fuerint, sub titulo, & appellatione Vicariorum Provincialium in officio succedent, quousque Capitulum Provinciale celebretur. Quando autem absentibus Ministris Provincialibus Commissarii morientur, Provinciae regimen ad digniorem ipsius Patrem, cum eadem autoritate, usque ad Provincialis regestum deferatur.

De Custodibus.

Decrevit Capitulum Generale, ut Custodes in solo Diffinitorio extra Capitulum electi, Custodem qui officium abolverunt, privilegio minime gaudeant, nisi per duos annos integre functi fuerint Custodiatu officio, vel ad Capitulum, seu Congregationem Generalem suffragari accesserint, quamvis biennium non sit completum. Sive autem Custodes in Capitulis, sive in Diffinitoriis sunt electi, in Capitulo Provinciali eorum cesser officium, & alii de novo eligantur. Ille tamen qui duos annos non complevit, reeligari poterit ad idem officium.

De Secretariis Curia Romana.

Sanctissimus Dominus Noster Urbanus VIII. considerato labore, ac ingenti fatigatione, quam Secretarii, Procuratores, & commissarii Generales in Romana Curia subeunt, quatenus eos in suorum officiorum administratione coadjuvant, literis in forma Brevis expeditis decrevit, ut predicti Secretarii, postquam officium per triennium expleverint, in suis Provincialibus immunitatibus, & privilegiis gaudeant eorum, qui ibi Diffinitores extiterunt, sed semper post eos, qui per electionem Diffinitores fuerunt, vel postea existant.

De Privilegiis & Privilegiatis.

Creverat aded in Religione nostra Privilegiatorum numerus, & tam frequenti abusu immunitates, & privilegia laborantibus in praemium destinata ignavis forsitan, & ambiciose gratuito, & sponte donabantur, ut propterea Sanctiss. D. N. Urbanus VIII. Motu proprio omnia privilegia personalia ex gratia, & favore per quemcumque concessa abstulerit, sublata facultate alia de novo concedendi; iis tamen exceptis, quae in iustum laboris praemium & virtutis incitamentum constitutionibus nostris, & statutis stabilita sunt, vel postmodum stabilientur. Exemptis hinc etiam Regum, & Imperatorum Praedicatoribus, & Confessoribus, quos ab hac Regula Sanctissimus exclusit.

PRO ULTRAMONTANA FAMILIA.

De Patribus Provincia.

Provinciarum Patres à Gregorio XV. quoad jus suffragandi in Capitulis, & Diffinitoriis in toto Ordine extinctos, S. D. N. Urbanus VIII. in tota Ultramontana Familia iterum suscitandos iudicavit non tamen omnes, ne Provinciae tot iudicibus onerata premerentur, sed aliquos, qui rerum Religionis experti in Capitulis, Congregationibus, & Diffinitoriis existentes, auctoritate sua, & consilio alios in officio novos erudiant, & compefcent. Quapropter motu proprio decrevit ut in unaquaque Provincia Ultramontanae familiae duo essent Provinciae Patres, unus qui foret perpetuus, is videlicet, qui in Provincia dignior esset, hoc est primum inter Provinciae Patres locum vendicaret, Quod si Pater iste alio titulo sit de corpore Diffinitorii, pro illo tempore assumatur alius in dignitate propinquior. Idem etiam subrogationis ordo servetur, cum per mortem vacare contingerit.

Alter Provinciae Pater juxta praedictam constitutionem Apostolicam ille est, qui immediate Provincialatum absolvit. Per triennium tantummodum durabit huiusmodi Pater, quo finito, succedet Provincialis, qui post ipsum subsequetur, officio absoluto. Quod si ante triennium deesse contingat, alius assumatur, qui immediatus Provincialis extiterat.

Praecipit verò Sanctissimus Ministris Generalibus, & aliis, ad quos praedictae Constitutionis Apostolicae executio spectat, ut sub gravissimis poenis, & nullitate electionis illam observent, & inviolabiliter observari procurent.

De Commissario Generali Terra Sancta in Curia Regis Catholici Residente.

Declarat Capitulum Generale Commissarium Generalem Terrae Sanctae, qui residet in Curia Regis Catholici non esse Praelatum; proindeque non solum Ministro Generali, sed etiam Commissario Generali familiae subditum esse, ac in omnibus, & per omnia subiectum. Ipsi autem socii quoad regularem disciplinam Provinciali Ministro, & Guardiano Conventus subijci debent.

Praedictus verò Commissarius singulis sex mensibus rationes reddere teneatur sub poena privationis, quae ipsi Segobienfibus statutis imponitur.

De Magistris novitiorum.

Abrogatur statutum ultimi Capituli Toletani, in quo Magistri Novitiorum concedebatur, ut qui per octo annos in Conventibus principalioribus munus illud exercuissent, Lectorum Jubilatorum privilegio quoad praecedentiam dumtaxat fruerentur. Et decernit Capitulum Generale, ut Statutum Segobienfense observetur.

De Lectoribus.

Censuit Generale Capitulum Theologiae Lectoribus nullum unquam jus quaesitum, aut actionem ad contumendum legendi officium, quousque tempus jubilationis praescriptum compleverint. Et ided statuit posse à Ministris Provincialibus amoveri de consensu Diffinitorii, & aliis muneribus, prout necessarium videbitur destinari. Eodem namque jure Lectores primo instituere, & cum libeat amovere ad Ministerium Provinciale & Diffinitorium pertinet.

De Praecedentia.

Quoniam variatis in Ordine nostro aliquibus statutis & constitutionibus Apostolicis, non parva circa praecedentiam exorta est confusio, & abusus aliqui pullularunt; quapropter visum est graduum, & praecedentiae Ordinem hunc in modum dirigere, quem ab omnibus in Ultramontana familia inviolabiliter observandum statuimus.

Primo igitur inter Praelatos actuales habeat primum locum Minister Generalis: Postea Commissarius Generalis familiae: Deinde Commissarius Visitor Provinciae, & Minister Provinciae, & tandem Guardianus loci.

Post Praelatos autem sedeant, qui Ministri Generales, deinde qui Vicarii Generales per biennium fuerunt post quos sequentur qui Commissarii Generales fuerunt, secundum Bullam unionis electi: Deinde qui Vicecommissarii Generales biennio extiterunt.

Postea sequentem locum habeat Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici residens.

Deinde Procurator, & Commissarius Romanae Curiae, dum actu suis muneribus funguntur: post quos sequetur Procurator Reformatorem Cisimontanae familiae.

Postea Diffinitores Generales dum in suis officiis actualiter persistunt.

Deinde Procuratores, & Commissarii Curiae Romanae officii functi (etiam si Ministri Provinciales alij non fuissent) qui intra suam Provinciam, & extra omnes alios praecedent, licet Ministri Provinciales, aut Diffinitores generales extiterint.

Post praedictos sequentur qui Ministri Provinciales fuerunt in suis Provinciis.

Deinde qui Diffinitores Generales extiterunt, qui si Ministri Provinciales antea fuerunt, alios qui eodem munere functi sunt, praecedent: sin minus illos dumtaxat qui postquam ipsi Diffinitoriatus officium expleverunt, ad Ministerium sunt promoti.

Postea verò ij, qui triennio Secretarii Ordinis fuerunt, videlicet Ministri, aut Vicarii, aut Commissarii,

aut

aut Vicecommissarii Generales, secundum Bullam unio-
nis electi.

Deinde qui Commissarii Generales fuerunt in Re-
gno Peruviano, & in nova Hispania, & in India Orien-
tali per triennium; dummodo in eisdem muneribus
obsequiis laudabiliter se gesserint.

Deinde qui in propriis Provinciis Vicarii Provin-
cialis per biennium completum extiterunt.

Postea sedebunt, qui Ministri Provinciales in aliena
Provincia fuerunt intra Hispaniae Provincias.

Post quos sequentur actuales Praedicatoris Regis
Catholici.

Deinde qui pro Diffinitoribus Generalibus in Capi-
tulo Generali substituti sunt.

Postea sequentur qui per duodecim annos in Curia
Regis Catholici Commissarii Generales fuerunt Terrae
Sanctae.

Postea qui per duodecim annos Hispani Vicecommis-
sarii Generales Indiarum extiterunt.

Deinde Diffinitores, & Custodes actuales Provin-
ciae.

Postea qui in eadem Provincia Diffinitores, & Cu-
stodes fuerunt: quo gradu solum gaudent Custodes,
qui in Capitulo electi sunt, vel si extra, per solum Dif-
finitorium, per biennium completum in officio dura-
runt; vel si in Capitulo Generali tulerunt suffragium,
licet biennium non compleverint.

Deinde qui per biennium Secretarii fuerunt Procü-
ratoris, aut Commissarii Curiae Romanae.

Postea Secretarii Commissarii Generalis Indiarum,
qui residet in Curia Regis Catholici, dummodo per
sexennium laudabiliter officium illud exercuerint.

Deinde qui per octo annos Commissarii Generales
Terrae Sanctae in Curia Regis Catholici extiterunt. Et
illi postea, qui etiam per octo annos Hispani Vicecom-
missarii Indiarum fuerunt.

Deinde Lectores Jubilati, juxta Ordinis Statuta.

Postea sedebit Procurator, seu Commissarius Curiae
Regis Catholici.

Deinde Commissarius Generalis Terrae Sanctae, dum
actu exercet officium in Curia Regis Catholici.

Postea immediate sedebit Vicecommissarius actualis
Indiarum, qui Hispani residet.

Deinde sedebit primus Lector Sacrae Theologiae.

De aliis vero Lectoribus, & Praedicatoribus, cate-
risque Officialibus, & Religiosis circa praecedentiam
serventur Statuta Segobiensia, exceptis quae huic dif-
positioni contraveniunt.

Pro Indianis.

Quoniam decretum illud ultimi Capituli Toletani
quo concedebatur Ministris Provincialibus Indiarum,
ut mittere possent Commissarios ad Capitulum Gene-
rale, nullum erat, utpote contrarium alteri Statuto edi-
to in Capitulo Generali Romano ad annum 1625. te-
noris sequentis. Caveant ex Indianis Provinciis Ministri
Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi
veniant vel Commissarios suo nomine mittant, solis
Custodibus veniendi facultate concessa. Quod statu-
tum à Sede Apostolica in forma speciali, ac ex certa
scientia cum illius praesertione fuit confirmatum. At-
que aded non nisi ab eadem Sede Apostolica potuit re-
vocari. Quapropter cum in hoc capitulo Generali san-
ctum fuerit, restituendum esse Ministris Provincialibus
jus antiquum, quod habebant, ut Commissarios ad Ca-
pitulum Generale suo nomine suffraganeos mitterent,
ad Sedem Apostolicam recursum est, quatenus non ob-
stante praedicto Statuto Romano, facultatem mittendi
Commissarios Indianis Provincialibus indulgeret, pro-
ut clausulis sequentibus Sanctiss. D. N. Urbano VIII.
indulserit.

Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum In-
diarum pro tempore existentibus, quod ad Capitulum
Generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios,
qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege
ut tam Commissarii, qui mittentur, quam etiam Custo-

des, filii earum Provinciarum respectivè sint, pro qui-
bus mittantur, vel in eis, per sexennium completum
antea incorporati (sive in Indiis, sive in aliis Europae
partibus) etiam dummodo ad electionis effectum non
incorporaverint, aliter electio sit nulla ipso facto, ac ut
tam Commissarii, quam Custodes praedicti à suis Pro-
vinciis non aliter quam juxta constitutiones generales
Segobienses eligantur. Quod si Commissarii, & Custo-
des hujusmodi in itinere decedant, suffragium suum no-
mini etiam tanquam Procuratori absentis, vel praesenti
committere possunt: ac idem in aliis etiam Praelatis, &
Vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudi-
nem à Sede Apostolica approbatam servetur.

Et insuper pro commodiori praemissorum executio-
ne constitutionem sel. rec. Clementis Papae VIII. quae
incipit: *Hic, qua ad Regularium personarum statum*,
die 4. Martij 1600. Pontificatus sui anno 9. editam,
qua caveatur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus
Indiarum, praesertim in Limentina Provincia, ad Minis-
tratus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis officium
assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quam
illi, qui ejusdem Provinciae alumni sunt, vel ad eam ex-
presse, ac nominatim missi ex Hispaniis, cum Ministris
Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholici
Hispaniarum Regis Curiam assentis literis obedi-
tialibus in illis Provinciis incorporati fuerint, omnino
admittimus, & praecipimus observandum esse.

Declarantes sub illis verbis, seu quodlibet aliud di-
gnitatis officium, in dicta Clementis VIII. constitutione
expressis, Ministri Provincialis, tam pro regenda Pro-
vincia, quam pro ferendo suffragio in Capitulo Gene-
rali designari, Vicarii Provincialis, Custodis, Diffini-
torum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum
officia comprehendere, & comprehensa intelligi.

Quocirca Commissarii Generalibus nunc & pro
tempore existentibus in Indiis in virtute sanctae Obe-
dientiae, ac sub excommunicationis latae sententiae
privacionisque suorum Officiorum, & perpetuae inha-
bilitatis ad alia obtinenda poenis praecipimus, & manda-
mus, ut praesentes literas, & in eis contenta quacun-
que inviolabiliter servent, & ab aliis, ad quos spectat,
& spectabit quomodolibet, servari curent. Alioquin
si eos in hac parte deliquisse compertum fuerit, ipso
facto ad propriam Provinciam regredientes, omni
privilegio, titulo, immunitate, & exemptione privati
retrahantur: injungentes, & districtè praecipientes
Ministro Generali, & aliis pro tempore existentibus
Ministris Generalibus, ut citra convenientiam quancun-
que, poenas praedictas contra transgressores debita
executioni demandari faciant, onerando in his eorum
conscientias.

Declarat insuper Capitulum Generale, ut nullus ex
Sociis, quos secum deferunt Commissarii Generales
Indiarum, nec etiam alii Religiosi, ad Provincialis, Cu-
stodis, Diffinitoris, & Guardiani officium assumi va-
leant, nisi postquam sexennium ab incorporatione fue-
rit transactum, aliter electionem ipso facto irritam esse
determinat. Quod si Commissarii Generales Indiarum
in hac parte deliquerint, idem Capitulum Generale de-
cernit, ut ipso facto poenas à Sanctiss. D. N. Urbano VIII.
in Brevi supra posito adversus transgressores impositas
incurrant, inane irritumque judicans, si quid in con-
trarium per quosvis Ordinis Superiores fuit, vel post-
modum fuerit statutum.

De Autoritate Commissarii Generalis Peruvensis.

Determinat Capitulum Generale, ut praedictus Com-
missarius de Peru in omnibus electionibus sitarum
Provinciarum votum habeat, & auctoritatem suam cui-
libet alteri subdelegare possit; atamen subdelegatus non
habeat in electionibus votum, sicuti Commissarius
habet. Et idem statuitur de Commissario novae His-
paniae.

De Vicecommissario Indiarum Hispani residentis.

Vicecommissarius Indiarum ex decreto Capituli Generalis, dum actu exercet officium, sedeat immediate post Lectorem jubilarum. Et qui per octo annos completos idem officium continuaverit, eorum privilegio gaudeat, qui fuerunt Diffinitores: Si autem per duodecim annos in vicecommissariatu steterit, præcedentiam, & Paternitatem habeat dumtaxat, qua Patres Provinciae fruuntur: dummodo sedeat post omnes, qui Ministri, seu Vicarii Provinciales fuerunt, vel postea existant.

De Secretario Commissarii Generalis Indiarum.

Secretarius Commissarii Generalis Indiarum, qui residet in Curia Regis Catholici, ex concessione S.D.N. Urbani VIII. postquam per sexennium in eo munere recte, & laudabiliter se gesserit, in sua quisque Provincia dumtaxat privilegiis, & exemptionibus gaudeat, quibus uti, & gaudere solent ii, qui fuerunt Diffinitores. Illum tamen omnes præcedent, qui vel jam Diffinitores extiterunt, vel postea extiterint.

Reliqua negotia, quæ pro Indianis tractanda supersunt, Capitulum Generale determinat, ut à Reverendissimo P. Ministro Generali, unà cum Indiarum Commissario generali, & Patribus de Diffinitorio generali apud Matritum existentibus tractentur, & resolvantur.

Pro Canaria.

Statuitur ne in Canaria priventur Guardiani voce activa, ante electionem factam, nisi delictum sit aliud publicum, & scandalosum.

Pro Sardinia.

Decrevit Capitulum generale Provinciam Sardiniam in duas fore dividendam, quarum una sub nomine S. Saturnini Martyris haberet Conventus, qui in Capite Calatitano continentur, & alia sub titulo S. Mariæ Gratiæ fieret ex Conventibus, qui sunt in Capite Sacris servato illi pristino nomine, unà cum prioritatis, & antiquitatis jure, prout Sanctiss. D.N. Urbani VIII. Motu proprio sancitum fuit.

Conf. edita die 12 Julii An. 1639.

Pro Custodia Insularum de Açores.

In Diffinitorio Generali, præside, assistentique D. Cardinali Barberino Protectore nostro, decretum est, custodiam Insularum de Açores ab Algarbiorum Provincia, cui aliàs in regimine subiciebatur, separatam esse, prorsusque dividendam, ac in novam Provinciam erigendam, & de facto S. D. N. Urbanus VIII. Motu proprio prædictam Custodiam divisit, ac dimembravit, & in novam Provinciam sub invocatione S. Joannis Evangelistæ crexit.

Conf. edita die 12 Julii An. 1639.

Pro Cismoniana Familia.

Sanctissimus D.N. Urbanus VIII. omnes Cismonitanæ familiæ Custodias Reformatorum, quæ viginti quinque numerum expleat, in Provinciam crexit, & unicuique præcedentem locum juxta ordinem infra scriptum assignavit.

- Provincia S. Francisci.
- Provincia Romana.
- Provincia Marchiæ.
- Provincia Tusciæ.
- Provincia Bononiæ.
- Provincia S. Antonii.
- Provincia Genuæ.
- Provincia Mediolani.
- Provincia Principatus.
- Provincia septem Martyrum.

Provincia Vallis Nemorum.

Provincia Vallis Mazzari.

Provincia Vallis Neri.

Provincia S. Nicolai.

Provincia S. Bernardini.

Provincia S. Angeli.

Provincia minoris Poloniæ.

Provincia Majoris Poloniæ.

Provincia Corsicæ.

Provincia Brixinæ.

Provincia Basilicatæ.

Provincia Terræ-Laboris.

Provincia Calabriæ.

Provincia S. Didaci.

Provincia S. Thomæ Apostoli.

Receptum est Breve S.D.N. Urbani VIII. circa Lectorum Jubilationem, cujus initium est: *Cum sine*

acceptimus, &c. Nullus deinceps Prædicator, aut Lector instituat, nisi prius fidem suorum Lectorum exhibeat per Provinciale Ministerium authenticatum, & nisi ab eodem Ministro cum suo Diffinitorio fuerit antea examinatus, atque idoneus repertus.

Nec aliquis studens possit in futurum ad Sacræ Theologiæ studium transire, nisi Philosophiæ cursum antea perfererit, & à Diffinitorio Provinciae, quoad sufficientiam, & bonos mores fuerit approbatus. Cursum autem Philosophiæ declaramus esse trium annorum completorum. De quo studens tenebitur suorum Lectorum fidem per Provinciale, & Diffinitorium authenticatum præsentare.

Renovatur Statutum, quo præcipitur, nullum institui posse Prædicatorem, nisi prius cursum Theologicum trium annorum completorum perfererit: neque Lectorem, nisi quatuor annis expletis studuerit.

Renovatur etiam generale Statutum prohibens, ne studentes Generales à Conventu possint egredi, nisi bis pro quolibet mense; nec Guardianus aut alius Superior localis possit eis licentiam concedere nisi pro gravissima causa à Discretis Conventus prius approbata.

Ministri, & Diffinitores Provinciales actuales, extra suam Provinciam præcedant eos qui fuerunt Provinciales, & Diffinitores respectivè.

Lectores Artium, & Casuum conscientiarum eos Sacerdotes præcedant, qui trigentesimum annum Religionis non compleverunt, inter sese juxta antiquitatem habitus sedeant, & incedant, nisi aliquis Theologiam aliàs legisset.

Laici transeuntes ad statum clericalem, non possint habere officia, & dignitates in Religione.

Duo fratres germani in Provincialatu immediate sibi succedere, aut simul in Diffinitores duo ex eadem agnatione eligi minime possint, ut aliàs statutum est.

Minister in eo Capitulo, in quo suum explet officium in Diffinitorem eligi non possit, sub pœna nullitatis electionis.

Moriente aliquo Diffinitore extra limites Provinciae, vel absente, ita ut infra tres dies ejus præsentia haberi non possit, subrogetur alter Pater dignior illius Provinciae, aliter electio nulla sit.

Ut induendis Fratribus opportune consularur, Ministris districtè præcipitur, ut officinas pro lanificio, & pannorum fabricatione introductas conservare procurant. Et ubi introductæ non fuerint, intra unius anni spatium illas erigant, & introducant, sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda: Nec ex alio panno quàm ex fabricato in supradictis officinis indui Fratres possint, aliàs indui inhabiles ad officia, & Dignitates Provinciae indispensabiliter censeantur.

Defunctorum spolia non nisi Conventibus, in quibus Fratres decedere contigerit, applicentur; sublatà Ministris Provincialibus in hac parte facultate aliàs dispensandi sub pœna privationis officii.

Ut multis abusibus, & periculis occurratur, statui-mus, ut qua die quisque Fratrum itineris causa discesserit, & qua item accesserit, ab eisdem Conventuum Superioribus

perioribus in ea ipsa facultate discedendi causa fideliter no-
tetur. Si secus fecerint, Prælati ab officio suspendan-
tur per mensem; & subditi sicut apostatae plectan-
tur. Quod ut exactius observetur, districtè præcipitur
Superioribus, ut in obedientiarum, & licentiarum exem-
plis id ipsum Guardianis, cæterisque locorum Superio-
ribus districtè injungant, & terminum temporis præ-
fixum secundum distantiam viarum, & dispositionem
mittentium, & qualitatem euntium apponant.

Pro Germania Provinciis.

In Provinciis Germaniæ Confessarii, & Commissarii
Monialium, & Guardiani durent tantummodò ad trien-
nium, & nullo pacto possint Provinciales, nec Com-
missarii Generales super hoc dispensare, cum sit man-
datum Apostolicum. Quod etiam servetur de Abbatibus
Monialium.

Minister Provincialis Bohemiæ habeat jurisdictionem
in Moniales S. Claræ, quam regulariter habent
Ministri aliarum Provinciarum in suos.

Pro Polonia Provinciis.

Tollitur autoritas Ministris Poloniæ incorporandi
Fratres unius illarum Provinciarum in aliam, sub pœna
privationis mandantibus, & recipientibus. Capitulum
Generale prohibet sub pœna privationis officiorum, &
actuum legitimorum Superioribus, & subditis Provin-
ciarum Poloniæ, ne ullo unquam tempore tractent de
reuniendis illis Provinciis.

De Bulgaria.

Guardiani ultra triennium durare non possint, cum
Apostolicis Constitutionibus repugnet. Aliter facta
electio nulla sit, & invalida.

§. 2. Nos inviolabili Statutorum hujusmodi observa-
tioni, perpetuæque firmitati, quantum nobis ex alto
conceditur opportunè consulere, ipsūque Joannem
Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis
prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet in-
nodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum, harum serie absolventes, & absolutum
fore censentes, supplicationibus ejusdem Joannis Mini-
stri Generalis nomine nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati, Statuta præinserta hujusmodi Apo-
stolica autoritate tenore præsentium, sine præjudicio
tamen observantiæ regularis, & Statutorum Apostolica
autoritate confirmatorum, ac Ordinationum, &
Brevium Apostolicorum pro Fratibus Discalceatis
Hispaniarum, & Indiarum factorum, & emanatorum,
perpetuò approbamus & confirmamus, illisque invio-
labili Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac om-
nes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui
desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes eadem Statuta in prædicto Ordine
ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quomo-
dolibet spectabit, in futurum inviolabiliter perpetuò
observari, & adimpleri debere, irritūque, & inane, si
secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ord-
nis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudini-
bus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscato-
ris, die 8. Novembris 1639. Pontificatus nostri anno
decimosextimo.

Præter ea, quæ sub hac confirmatione Apo-
stolica in forma specialis, ut potè majoris mo-
menti facta continentur, alia etiam à Ca-
pitulo Generali sancita sunt non minori ob-
servatione custodienda, cujusmodi sunt.

Pro Monialibus Hispaniarum.

Præcipit Capitulum Generale, ut statuta nunc pro
Monialibus edita, & approbata Typis mandentur, &
inviolabiliter observentur.

Pro India Orientali.

Præcipit Capitulum Generale ut in India Orientali
serventur statuta Segobientia pro iis partibus edita,
nunc verò renovata, & approbata, in melioremque
methodum cum aliquibus additamentis redacta, quæ
ad felicius earum Provinciarum regimen, tranquillita-
temque deserviant.

Pro Regestis.

Sit in utraque familia Regestum, in quo notentur
actus omnes Capitulares, non solum ad futuram rei
memoriam; sed ut Religionis status cognoscatur, &
ad regiminis directionem inserviat.

Ad præsentis Decreti properam executionem iube-
tur, ut actus omnes Capitulares, Decreta, Bullæ, De-
clarationes Sacrarum Congregationum, Decisiones
Rotæ, & sententiæ late in causis nostræ Religionis
specialiter Romæ in Archivio reperta, quamprimum
transcribantur, & transumptum authenticum ad Ultra-
montanam familiam remittatur, ubi etiam aliud fiet
transumptum earum rerum, quæ ibi fuerint inventæ
ad Cismontanam familiam pariter transmittendum.

Tria Apostolica Brevia pro feliciori nostri Ordinis
regimine, nunc à S. D. N. Urbano VIII. expedita, vide-
licet: Primum, in quo omnia Privilegia personalia in
nostro Ordine abrogantur. Secundum, in quo pro
unaquaque Ultramontanæ familiæ Provincia, duo
Provinciæ Patres instituuntur. Tertium ad favorem
Provinciarum indiarum expeditum, ad finem horum
Statutorum excudantur.

Ut Statutorum varietas, & multiplicatio tollatur, ac
in sacris Ritibus, & administranda justitia, æqualis
in omnibus Provinciis forma servetur; statuit Capitu-
lum Generale, ut Statuta Cismontanæ familiæ, per
ejusdem Patres revisa, reformentur, & ad normam
Apostolicarum Constitutionum strictius reducantur:
edantur Cæremoniales, & Præxis Criminalis; quibus
standum esse, Superioribus omnibus, & subditis re-
spectivè præcipitur.

*Numerus Defunctorum à postremo Capitu-
lo Generali.*

Numerus Fratrum, qui à præterito Capitulo
Generali, usque in præsens è vita deceffe-
runt, juxta computationem factam per
testimonia ad Capitulum delata, complet
septem millia ducentos, & nonaginta tres,
Gallis hinc exceptis, qui ad Capitulum
non venerunt.

Ita est

Cardinalis Barberinus Protector, & Præsident:

F. Joannes Merinero Minister Gen.
Fr. Didacus de Cea Commillarius Generalis Curie.
Fr. Joseph. Vasquez Diffin. Gen.
Fr. Bartholomæus Foyas Diffinitor Gen.
Fr. Lazarus Sanguessa Diffinitor Gen.
Fr. Antonius Hiqueus Diffinitor, & Secretarius Diffini-
torii Gen.

Fr. Benignus

Quæ hic
confirmat.
in supple-
mento defe-
ctum.

ab omni-
bus serva-
mandat.

intra vias
regat.

P. A. 17.
8. Nov.

- Fr. Benignus à Genua Commiss. Gen.
- Fr. Joannes Baptista à Campana Pater totius Ordinis.
- Fr. Joseph Redaëllus Procurator Gen.
- Fr. Ascanius de Alffio Procurator Gen. Reformato- rum Cismontane familie.
- Fr. Evangelista Mogminio Diffin. Gen.
- Fr. Thomas à S. Agatha Diffin. Gen.
- Fr. Petrus Polnaniensis Diffin. Gen.
- Fr. Nicolaus de Spinazzola Diffin. Gen.
- Fr. Joannes à Neapoli Diffin. Gen.
- Fr. Pacificus de Roma Diffin. Gen.

Loco † Sigilli

CCLVIII.

Contra ambientes dignitates, & officia Ordinis Sancti Hieronymi Congregationis Fesulanæ.

Promotor Ipsi Congregationis Fesulana fuit Carolus Comes Montis Granelli, cuiusque regularem vitam approbavit Innoc. VI. & Greg. XII. ut in ipsius Gregor. Const. 3. Tom. 1. Fratres predictos iterum approbavit sub regula S. Augustini, Eugen. VI. Const. 21. Tom. 1.

Edita A.D. 1639.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Premium.

Quoniam nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à Regularis vite instituto valde alienum est, ut religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus sanctitate vite, ac aliis Religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eoque gradus, cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptisque humiliter administrare decet, mendicatis secularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendat, unde magna in Ecclesia Dei pernicies adferri solet. Nos, qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candori restitatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine S. Hieronymi Congregationis Fesulanæ, professionis & regulæ, quam professi sunt, penitus immemores, nimia dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum in dicta Congregatione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis Ecclesiasticorum, & secularium Principum studia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, aliisque Prælatibus commendatitias litteras, aliisque favores, & gratias propterea expectent, quibus aduti, quos ipsi ex se promeruisse minus confidunt gradus, & dignitates in eadem Congregatione consequi valeant, si que ejusdem Congregationis quietem, non sine animarum suarum periculo perturbant.

§. 2. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Congregatione, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiæ sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra Pastoralis sollicitudine propellere summo opere cupientes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eos omnes & singulos Fratres dicti Ordinis, & Congregationis, cuiuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis & Congregationis assequenda intenti, ad Principum & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam secularium, quam Ecclesiasticarum, de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalium honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis,

pollicitationibus, aliisque viis directè, vel indirectè, palam, vel occultè, ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis modis legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam sponte oblatis, & minimè conquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores ad quascumque Prælaturas, dignitates, & officia gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis huiusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce, tam activa, quam passiva carere decernimus, & declaramus, atque in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ poena, omnibus dicti Ordinis, & Congregationis Fratribus, Superioribusque & Prælatibus quocumque titulo munitis, etiam Priori generali, præsentibusque & futuris præcipimus, districtèque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium, quam Ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cuiusvis generis Prælaturas gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ congregationis promovere, vel poenas aliquas remittere audeant, vel præsumant.

§. 3. Decernentes Electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Congregationis contra præsentium dispositionem (quod ablit) quocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore & esse, nullisque viribus subsistere: ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & poenas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & poenas præmissas damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum, solas præmissarum personarum instantias, preces & favores, etiam ore tenus porrectas plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri & ita per quoscumque Judices & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinibus, & Congregationis huiusmodi iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Fratribus, vel quibusvis aliis communitè, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possunt per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 5. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis & Congregationis Fratres facilius deveniat, volumus illas in generali Capitulo dictæ Congregationis publicè legi, illasque in dicto Capitulo lectas sic archare, ac si legitime unicuique intimatæ fuissent, illarum

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

Transmissis creditur.

URBANUS OCTAVUS.

109

illarumque exemplis, etiam impressis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & Prioris generalis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ ob signatis eandem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus haberetur, si eadem præsentibus exhiberentur.

dat. Pont.
An. 16.
Febr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die 15. Februarii 1639. Pontificatus nostri anno decimo sexto.

CLIX.

Privilegia Molitoribus Urbis concessa.

Urbis A. D.
1639.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Notitia hu-
ius Consi-
lii.

Um sicut accepimus, dilectis filiis Universitati, & Hominibus Artis Molitorum Almæ Urbis, nedum Molarum, ac domorum eisdem Molis contiguarum, ob necessitates repentinas necessariorum, ac Scalarum, & Turricularum earundem pensiones, seu locationes quandoque augeri contingat; verum etiam per multi Molariam artem reverà non exercentes, Molas, Domos, Scalas, & Turriculas huiusmodi Molitoribus locandas, seu sublocandas conducant, vel in socios sibi Molitores, qui suo nomine Artem huiusmodi exercent, assumant, hinc artibus lucrum ex alieno labore capiendo, & aliis pauperibus Molitoribus occasionem sibi querendi victum subtrahendo.

§. 1. Nos attendentes Molitorum operam Reipublicæ maximè necessariam, & utilem esse, ac proinde illorum commodis, & quieti, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine.

§. 2. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus, Molarum, tam in terra, quàm in flumine existentium, Turricularum, Scalarum, & Domorum ipsis Molis contiguarum, & pro illarum custodia commodarum, in quibus Molitores habitant, seu habitabunt, pensiones, seu locationes augeri nequeant, quòdque locationes Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiusmodi factæ illis, qui realiter, & cum effectu Molitores non sunt, & personaliter artem prædictam non exercent, licet patentes desuper ipsorum Universitatis, & Hominum literas obtinuerint, etiam si de locationibus huiusmodi specialis mentio faciendæ foret, ipsæque etiam Apostolica auctoritate confirmatæ sint, nullæ, & invalidæ sint, & esse, ac expirasse censentur, inque illis in omnibus, & per omnia Molitores prædictas Molas, Scalas, Domos, & Turriculas huiusmodi inhabitantes, restituito tamen dictis locatariis suorum honorum mobilium valore, succedere debeant.

§. 3. Ac præterea, quòd nullus cuiusvis Molarum, aut illius partis dominus, qui verè, & actu non sit Molitor, possit illam per tertiam personam exerceri facere, nec ab illa Molitores actu exercentes ad effectum illam inhabitandi amovere, etiam si prædictæ Molarum, Domo, Scalæ, & Turriculæ, ad quasvis Basilicas, Collegiatas, & alias Ecclesias, loca pia, & alias qualvis privilegiatas personas, etiam speciali nota, & mentione dignas, & hic forsitan de necessitate exprimendas spectarent, & pertinerent, tenore præsentium statuimus, & Ordinamus, ipsosque Molitores in emptione Molarum, Domorum, Scalarum, & Turricularum huiusmodi cæteris omnibus, & quibuscumque præferri volumus.

§. 4. Et propterea omnes, & singulas lites, & causas hæcenus forsitan contra ipsos Universitatem, & Homines occasione augmenti pensionum, seu locationum Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiusmodi, vel aliorum quorumcumque prædictorum, coram quibusvis Iudicibus, seu Tribunalibus, etiam quantumvis privilegiatis, & supremis, etiam speciali, & individua expressione dignis motas, pendentes, & indicatas, in eisdem statu, & terminis, in quibus ad præ-

Bullarii Magni Tom. V.

sens reperiuntur, statum earum huiusmodi veriore, & certum, ac merita, & causas, nominatimque & cognominata Iudicum, Notariorum, ac Collitigantium, & Dominorum Molarum, Scalarum, Domorum, & Turricularum huiusmodi, aliorumque causam ab eis habentium, etiam si Basilicæ, Ecclesiæ, Monasteria, Confraternitates, Hospitalia, & alia loca pia, ac etiam Viduæ, Pupilli, & Minores, aliisque quantumvis privilegiati existant, præsentibus pro sufficienter expressis habentes ad Nos harum serie avocamus, illisque sic avocatas, ac quascumque alias ratione præmissorum de cætero movendas dilecto filio moderno, & pro tempore existenti Annontæ Præfecto privativè quoad omnes alios, & singulos Romanæ Curie Iudices, Magistratus, & Tribunalia committimus, illisque plenam, liberam, & absolutam facultatem, & auctoritatem per se, vel alium, seu alios ab eo deputandos, privativè quoad alios quoscumque Iudices, Magistratus, & Tribunalia, etiam supremos, & suprema, ac speciali mentione, & expressione dignos, & digna, cognoscendi, decidendi, & debito fine terminandi omnes, & singulas causas huiusmodi motas & movendas, ut præfertur, cum omnibus & singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac etiam cum clausula Quam & quas, etiam si contra ipsos Universitatem, & Homines ageretur & procederetur vigore obligationum Cameralium iuramento vallatarum, & cum expressa renunciatione præsentis indulti, necnon Domus, Scalæ, Molæ, & Turriculæ huiusmodi ab eis possessæ, seu conductæ, directè, vel indirectè ad quasvis personas, quantumvis privilegiatas, ac etiam Basilicas, & quasvis Ecclesias etiam Parochiales, Capellas, Religiones, Præceptorias, seu Commendas, Monasteria, Conventus, Hospitalia, Confraternitates, & alia pia loca, etiam insignia, & pauperum privilegio suffulta, ac etiam ad quoscumque Pupillos, Minores, & Viduas, & quoscumque alios, quantumvis amplissimis privilegiis suffultos, etiam speciali mentione dignos spectarent, necnon etiam in eisdem causis & litibus, ac illarum qualibet singulis diebus & horis, præterquam in honorem Dei feriatas, summarè, & executivè, simpliciter, & manu regia, sine strepitu & figura Iudicii, sed sola facti veritate inspecta & aliis prout eidem Annontæ Præfecto, & ab eo deputandis prædictis, ac secundum rei & casus exigentiam visum fuerit expedire, omni & quacumque appellatione, promotione, & recurso postpositis, procedendi, cum facultate patitur avocandi, & reassumendi prædictas lites, & causas motas, & movendas, ac quibusvis Iudicibus, Tribunalibus, & magistratibus Ecclesiasticis, & Sæcularibus, etiam Curie Causarum Camerae Apostolicæ Generali Auditori, & quibusvis aliis Iudicibus, etiam supremis, ac privilegiatis, & necessariò exprimendis, necnon omnibus, & singulis supradictis, & aliis, quibus opus fuerit, sub præmissis, & censuris eidem Annontæ Præfecto, & ab eo deputandis placitis, & benevisis inhibendi, aliisque omnia & singula in præmissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, & exequendi concedimus.

§. 5. Decernentes præsentibus literis nullo unquam tempore ex quocumque capite vel causâ de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, in jus vel controversiam revocari, aut adversus illas quocumque iuris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, sed semper, & omni tempore contra, & adversus quascumque impugnationes validas, & efficaces extitere, suosque effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, & Camerae Apostolicæ Auditores, ac ipsam Cameram, ejusque Camerarium, Vicecamerarium, Thesaurarium, Decanum, & Præsidentes, Clericos, necnon etiam Vicarium nostrum in Alma Urbe in spiritualibus generalis, & quocumque Locum tenentes & Auditores Senatuum, Collaterales,

Decretam
irritantur

K lesy

les, Viarum Magistrorum Urbis predictae, eorumque Assesores, & quosvis alios Romanae Curiae Judices, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus omnibus & singulis praemissis, ac quod in illis interesse quomodolibet habentes, aut habere praetendentes, ad illa vocati, & auditi non fuerint, vel illis contradicent expressè, & se opponent, necnon quibusvis litis pendentia, & instrumentis factis, & de cetero faciendis, etiam cum obligatione in forma Camerae praedictae, & juramento, & cum praesentis indulti, & quavis alia renunciatione, & cautela, & quibusvis aliis privilegiis, & facultatibus concessis quibusvis Tribunalibus, & Magistratibus dictae Urbis, ipsique Camerae, ejusque Camerario & Clericis, etiam dictae Camerae Auditori Generali, dictoque Vicario nostro, Populo Romano, Magistris Viarum, eorumque Assessoribus, necnon Basilicis, Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis supradictis, ac aliis quomodolibet in genere, vel in specie, etiam ex titulo oneroso, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac fel. record. Gregorii Papae XIII. Praedecessoris nostri super jure congrui edita, ac cum quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac etiam Cancellariae Apostolicae regulis, & praesertim illa de jure quaesito non tollendo, ac praedictae Urbis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, confirmationibus, stylis, & usibus etiam Palatii nostri Apostolici, ac decretis etiam Consistorialibus, & conventionibus. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio de illis habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi perinde, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, necnon forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 16. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Aprilis 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

Die 9. Maii 1639. Supradictum Breve fuit in plena Camera Apostolica exhibitum, & ex illius decreto commissum Illustri & Reverendissimo D. Dongho ejusdem Camerae Clerico, & per ipsum die Veneris 13. ejusdem, praevia citatione contra Reverendissimum D. Commissarium Generalem ejusdem Camerae Exequutorem. facta relatione in eadem plena Camera, ex alio decreto illius fuit admissum, & Lib. 12. Din. S. D. N. sub fol. 159. registratum.

Ioannes Cermontinus.

CCLX. Confirmatio concessionum Domorum Regularium de Observantia Fratibus Reformatis S. Francisci quomodolibet factarum.

istorum Fratrum materiam habes signatam plene ad Const. 263. Injuncti nobis, ubi notavi, Tom. 5.

Edita A. D. 1639. URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium. EX injuncti Nobis Apostolici muneris debito Christi Fidelium sub suavi Religionis jugo, & Strictioris Observantiae Regulis Altissimo famulantium votis,

per quae eorum quieti opportunè consulitur, libenter annuimus, ac de super ejusdem muneris partes propensis studiis interponimus, ut iidem Christi Fideles, sublatam omni perturbationum materiam, in pacis aemulatione, ac Justitia, & Sanctitate coram Deo felicioribus in dies proficiant incrementis.

Motiva.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Ascanius ab Assisio Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum, nonnullae domus Regulares, quas Fratres Minores de Observantia nuncupati Ordinis praedicti possidebant, dictis Fratibus Reformatis Apostolica auctoritate, vel à Superioribus Ordinis hujusmodi, aut aliis alio modo assignatae, & concessae fuerint: ut aemulicibus, & controversiis, quae propterea fortassis excitari possent, via pracludatur, idem Procurator assignationes, & concessiones praedictas auctoritate nostra Apostolica comprobari, & aliis desuper ut infra provideri summopere desideret: Nos ejusdem Ascanii Procuratoris votis hujusmodi benignè annuere volentes, illumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Ascanii Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter portatis inclinati.

Confirmatio praesentium rubr.

§. 2. Assignationes, & concessiones domorum Regularium praedictarum dictis Fratibus Reformatis Apostolica auctoritate vel à Superioribus Ordinis hujusmodi, vel aliis quomodolibet factas, ut praesertim, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis perpetuae firmitatis Apostolicae robor adjuicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus. Mandantes propterea quibusvis dicti Ordinis Superioribus, & Fratibus quomodocumque nuncupatis, & qualificatis in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub privationis vocis activae, & passivae eo ipso incurrendis, aliisque arbitrii nostri poenis, ne super assignationibus, & concessionibus praedictis litem, seu lites contra Reformatos hujusmodi movere, seu intentare, vel illos in jus vocare, aut aliis quomodolibet eis desuper molestiam exhibere audeant, seu praesumant, & nihilominus ex nunc irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictaque Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque domibus Regularibus, Superioribus, Conventibus, Fratibus, & quibusvis aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 16. die 31. Maii.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Maii 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

Præfinitio

CCLXI. Præfinitio numeri Magistrorum Provinciae Romanæ Ordinis Prædicatorum,

De istorum Fratrum Religione notavi supra ad Constit. 208. Tom. 5. & ad Constit. 217. Exponi, &c.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

In his Apostolici nostri muneris partes libenter interponimus, per quæ felici Regularium personarum statui opportunè consuli judicamus. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Michaelis Mazarini Sacræ Theologiæ Magistri, ac Romanæ Provinciae Fratrum Ordinis Prædicatorum Prioris Provincialis nobis expolitum fuit, quòd in non mediocri dictæ Provinciae bonum cederet, si quemadmodum in quibusdam aliis dicti Ordinis Provincialibus sancitum est, certus, ac determinatus Magistrorum in Sacra Theologia Ordinis hujusmodi, cum loco & voce, qui acceptati communiter nuncupari solent, numerus in dicta Romana Provincia per nos constitueretur: Nobis propterea dictus Michael Prior Provincialis hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè ut infra providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ejusdem Provinciae felici regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, ipsūque exponentem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatis Magistris acceptatis in Provincia Romana hujusmodi numerum Vicenarium, qui non nisi per eos qui in Studio Generali dictæ Provinciae Regentis munere functi fuerint, excipi possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium præscribimus, & præfinimus.

§. 2. Ac insuper quòd de cætero nullus, nisi Regens ut supra fuerit, in ejusdem Provinciae Magistrum acceptari valeat, donec & quoad usque Magistri, qui modo sunt in dicta Provincia acceptati, quibus præfentes nullum præjudicium inferre intendimus, ad numerum viginti redacti fuerint, auctoritate & tenore præsentium interdiciamus, & prohibemus. Deterentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Capitulum Generale dicti Ordinis decretis, si quæ præmissis adversentur, ac Ordinis, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita formi ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Bullarii Magni Tom. V.

expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Maii 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

D. Pont.
A. 16. die
17. Maii

Quòd priores Provinciales Provinciae Romanæ Ordinis Prædicatorum debeant esse Biennales.

Vide quæ de his Fratribus indicata sunt ad Constit. 7. Gregorii XI. Virtute.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Michaelis Mazarini in Sacra Theologia Magistri, ac Romanæ Provinciae Fratrum Ordinis Prædicatorum Prioris Provincialis Nobis expolitum fuit, quòd dictæ Provinciae Priores Provinciales ante Capitulum Generale ejusdem Ordinis in Alma Urbe nostra novissimè de anno 1629. celebratum Biennales erant, in eo autem Capitulo Generali statutum fuit, ut Priores Provinciales abinde quadriennales forent, exceptis tamen Provinciis specialibus quoad hoc indulto Apostolico gaudentibus. Verum, quia dubitari potest, an in prædicta Provincia Romana hujusmodi indultum vigeat, ad omnem scrupulum è medio removendum, statutum etiam fuit ista Dieta nuper in eadem Alma Urbe in domo Regulari, seu Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam dicti Ordinis habita, supplicandum esse, prout idem exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur felici Provinciae hujusmodi gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, ac eundem Michaeli specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

§. 2. Quòd de cætero perpetuis futuris temporibus dictæ Provinciae Romanæ Priores Provinciales Biennales sint, & esse debeant, nec ultra biennium in hujusmodi Provincialatus officio perdurare possint, & quidquid secus à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane existat, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, statuimus, & Ordinamus respectivè. Non obstantibus prædicta Capituli Generalis ordinatione, seu Statuto, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

D. P. A. 16.
die 28.
Maii

CCLXIII. Erectio Custodiarum Fratrum strictioris Observantiae S. Francisci Cismontanae familiae in Provinciis Reformatas.

De horum Reformatorum primæ Congregationis approbatione, totique ejus statu multa habes indicata in Clemente VII. Const. 35. In suprema militantis, Tom. 1. Alias ordinationes dedit Gregor. XIII. in Const. 55. Cum illius, Tom. 2. Etiam Pius V. de domibus à Fratribus de Observantia eis assignandis sanctionem ediderat in Const. 81. Injunctum. Deinde Clemens VII. eosdem veros Regula B. Francisci, non autem nova Regula professores esse declaravit in sua Const. 92. Ex injuncto. Ac etiam confirmavit, & declaravit præfatam Gregor. XIII. Const. in sua Const. 45. Pro injuncti nobis, Tom. 3. Postremo dictas Constitutiones profectiori horum fratrum regimini progressu S. D. N. Urban. VIII. innovavit, & superaddidit alias Constitutiones hic suprâ. Const. 14. Romanus Pont. Tom. 4.

Edita A.D. 1639.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Præmissum. Injuncti nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii ratio postulat, ut circa statum regularium personarum quarumlibet, præsertim illarum, quæ sub acrioris observantiæ norma gratum Altissimo exhibent famulatum, jugiter invigilantes, ad ea, per quæ pium eorum institutum, ad majorem Dei gloriam, & ejus Ecclesiæ decorem propagetur, pax & concordia inter eos conservetur, ipsique facilius in dies in via Domini proficiant incrementis, propensius intendamus, ac in his ejusdem officii nostri partes interponamus, prout conspicimus in Domino feliciter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, Custodiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum adeo excreverint, ut in Provinciis erigi possint, distinctasque Fratrum Reformatorum hujusmodi, ab illis Fratrum de Observantia ejusdem Ordinis Provinciis institui, pacis inter illos stabiliendæ plurimum intersit.

Motivum. §. 1. Idcirco Motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Majoris, & Minoris Poloniæ, ac omnes alias Cismontanas Fratrum hujusmodi custodias, quæ duodecim saltem Conventus habent, in Provinciis Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi, tenore præsentium erigimus.

Erectio Provinciarum. §. 2. Ac dilecto filio nostro Francisco S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, nostro secundum carnem ex fratre germano Nepoti, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, Ministros Provinciales Provinciarum hujusmodi, & Diffinitores, pro prima vice constituendi, & deputandi, Capitulis verò Provincialibus cæteros Officiales, facultatem concedimus.

§. 3. Necnon, quod Provinciarum sic, ut præfertur, per Nos erectæ retineant proprium nomen, additò solummodo, quod sunt Reformatæ.

§. 4. Ac habeant locum, & præsentiam juxta consuetudinem dicti Ordinis post Provincias jam erectas: ita ut eo loco permaneant, quo dum Custodiæ nominabantur, erant.

Protector. §. 5. Ac insuper, quod Provinciarum Reformatæ hujusmodi habeant Procuratorem Generalem nominandum, & eligendum à dicto Francisco Cardinale, & pro tempore existente Ordinis prædicti Protectore.

§. 6. Qui Procurator Generalis in Capitulis, & Congregationibus, ac Diffinitoriis Generalibus sedeat immediate post Procuratorem, & Commissarium Generalem dicti Ordinis: & in eis votum, seu suffragium habeat quemadmodum habent Procurator Generalis Ordinis, & Commissarius Curie. Finito autem suo officio remaneat Pater Ordinis perpetuus, cum omnibus privilegiis, exemptionibus, & præcedentiis, quæ conceduntur Procuratori Fratrum de Observantia, & Commissario Curie ejusdem Ordinis.

§. 7. Ad hæc quod, quando Minister Generalis erit ex Ultramontana familia, Commissarius Generalis eligatur ex Cismontana familia: & idem servetur in electione Vicarii Generalis, quando Minister Generalis ex Cismontana familia discessurus est ultra montes: reservata Nobis hac vice Commissarii Generalis hujusmodi electione, & deputatione suo tempore per Nos declaranda.

§. 8. Deinde, quod Diffinitores Generales ex diversis Provinciis, juxta formam Statutorum Generalium dicti Ordinis, eligantur, quorum tamen quatuor ex familia, & duo ex Reformatis esse debeant.

§. 9. Dictique Reformati, & eorum Conventus, nisi per Patres alicujus ex Provinciis Reformatis hujusmodi visitari minimè possint.

§. 10. Gubernarique debeant cum solis Statutis Reformationum, quæ nec à Capitulo, nec à Ministro Generali possint alterari, seu immutari, sed eorum moderatio fieri debeat à Reformatis tantum, in Capitulo, vel Congregatione Generali.

§. 11. Nec Minister Generalis Constitutiones, vel Ordinationes perpetuas, vel ad tempus, quæ Reformatos obligent, vel contra illos condere possit.

§. 12. Ipsique Reformati ad peculiaria illius mandata, quæ Diffinitorum Provinciarum judicio, & dictorum Reformatorum Reformationi, & observantiæ non fuerint congruentia, minimè teneantur.

§. 13. Insuper, quod ad Visitationes, & negotia Reformatorum nullo modo possint deputari fratres de familia, sed solummodo ipsimet Reformati.

§. 14. Ac demum, quod transitus ab Observantia ad Reformationem concedatur, prout hæcenus observantes habuere; ita ut dictæ Provinciarum Reformatæ inserviant pro Reformatione observantium hujusmodi.

§. 15. Sublatâ eisdem observantibus in perpetuum novam Reformationem erigendi, seu instituendi facultate.

§. 16. Quodque Reformati prædicti possint etiam transire ad observantes, ex causis in Constitutione felicis Pauli Papæ V. hac super re emanata expressis. Et sic transeuntes nequeant ab Observantibus rejici, eandem tenore præsentium statuimus, volumus, & ordinamus.

§. 17. Mandantes præterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, alisque nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio pœnis, omnibus, & singulis Ordinis prædicti Superioribus, & Fratribus quomodocumque, & qualitercumque qualificatis, ut præsentibus nostras literas, ac in eis contenta quæcumque inviolabiliter observent, & ab eis ad quos spectat, ad amissum servari curent, & faciant.

§. 18. Et nihilominus ex nunc irritum, & inane decernimus quidquid secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 19. Quocirca eidem Francisco Cardinali per præsentibus injungimus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum prædictorum fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat illa auctoritate nostra ab omnibus, ad quos spectabit, inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita

Privilegia quibus gaudet Procurator generalis Reformatorum.

Commissarius generalis ex quo familia, eligendus.

Executores deputati.

Decretum.

sita compescendo, legitimisque super his habendis ser-
vatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam ite-
ratis vicibus aggravando, invocare etiam ad hoc, si
opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 20. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII.
prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali
edita de duobus dietis, aliisque Apostolicis, & in Uni-
versalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conci-
liis editis generalibus, vel specialibus Constitutioni-
bus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, & illius
Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litem
Apostolicis eidem Ordini, illiusque Provinciis, Sa-
perioribus, & Fratribus, & quibuscumque aliis, sub
quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,
& insolitis clausulis, irritantibusque & aliis de-
cretis in genere, vel in specie, ac aliis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam
de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica,
expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non
autem per clausulas generales idem importantes men-
tio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum om-
nium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus,
ad præmissorum effectum specialiter, & expressè de-
rogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 12. Maii 1639. Pontificatus no-
stri anno decimo-sexto.

CCXLIV. Declaratio, quod per alienationem quorumcumque lo-
corum in Statu Ecclesiastico existentium non cen-
seatur translati in acquirentem titulus Ducatus,
Marchionatus, &c. *Habetur Tomo 4. ordine 155.
fol. 219. incipit: Cum rationi.*

CCXLV. Quod Secretarii Generales Ordinis Minorum
de Observantia in Ministrum, seu Com-
missarium Generalem eligi non possint,
nisi transacto sexennio ab expiratione sui
officii.

*De vacantia officiorum Ordinis lege ad Constit. 21
Militantis, Gregor. XV. ac meum Theatrum
Regularium, verb. Vacantia.*

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Prospero, felicique dilectorum filiorum Fratrum
Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nun-
cupatorum regimini, & gubernio, pro Pastoralis nostri
soll. citudine, quantum cum Domino possumus, consu-
lere volentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, matura
que deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis
plenitudine.

§. 1. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus,
ille, seu illi ex Fratribus dicti Ordinis, qui pro tem-
pore existentis Ministri Generalis ejusdem Ordinis Sec-
retarius, seu Secretarii fuerint, in Ministrum, seu
Commissarium generalem Ordinis hujusmodi innu-
diatè, & per sexennium post illum Ministrum gene-
ralem, cui in officio Secretarii inservierint, ac pari-
ter durante dicto sexennio, si novi Ministri generalis
immediatè quocumque modo officium vacare con-
tingat, in Vicarium generalem nullo modo eligi pos-
sint, & valeant tenore præsentium statuimus, & Ordina-
mus.

§. 2. Sicque inviolabiliter observari, & per quos-
cumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam cau-
Bullarii Magni. Tom. V.

farum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardina-
les, etiam de latere Legatos judicari, & definiiri debere,
irritumque, & inane, si secus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari decernimus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, dictique Ordinis etiam jurame-
nto, confirmatione Apostolica, vel alia quavis fir-
mitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privile-
legiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem
Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac Sec-
retariis hujusmodi, & quibusvis aliis in contrarium
præmissorum forsan concessis, confirmatis, & innova-
tis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium ten-
tores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis
habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præ-
missorum effectum specialiter, & expressè derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 12. Junii 1639. Pontificatus no-
stri Anno decimo-sexto.

*Contrariis
derogati*

*D. P. A. 163.
die 12. Junii*

Confirmat omnia, & singula privilegia à
Clemente Papa VIII. Provinciæ Sancti
Ioannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minoro-
rum Discalceatorum nuncupatorum Re-
gularis Observantiæ S. Francisci in Hispa-
nia concessa.

CCLXVI.

*De hujusmodi Fratribus Discalceatis lege, qua no-
tari ad Const. 143. Regis pacifici, & ad Con-
stit. 213. Cum sicut, Tom. 5.*

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

*Edita A. D.
1639.*

Um ea, quæ propter justas, & rationabiles causas
Caliquando stabilita sunt, ipsa rerum, & tempo-
rum experientia doceat providè oportere moderari, &
immutari, superioribus verdè annis per quasdam no-
stras in simili forma Brevis literas pro bono regimine
Provinciæ Sancti Ioannis Baptistæ Fratrum Minorum
Discalceatorum nuncupatorum, Regularis Observan-
tiæ Sancti Francisci in Hispania, quædam clausulæ
quarundam aliarum in eadem forma Brevis in favo-
rem ejusdem Provinciæ à fel. rec. Clemente Papa VIII.
prædecessore nostro emanatarum, incipientium: *Ex in-
juncto nobis Apostolici muneris debito*, sub datum die
29. Novembris 1599. declarata, & aliæ limitatæ fue-
rint, ex præfata verdè limitatione, seu moderatione,
nonnulla gravia inconvenientia, quæ novis litibus, &
inquietudinibus janua aperuerunt, in dies oriri vi-
teantur: Nobis propterea dilecti filii Michael Teruel
Minister Provincialis, & Diffinitores dictæ Provinciæ
Fratrum eorumdem per dilectum etiam filium Franciscum
Segueer dicti Ordinis professorem eorum Procurato-
rem humiliter supplicari fecerunt, ut omnia, & sin-
gula gratias, & privilegia in prædictis Clementis præ-
decessoris literis eidem S. Joannis Baptistæ Provinciæ
aliàs concessa confirmare, & opportunè sibi, ut infra
providèrè, & indulgere de benignitate Apostolica di-
gnaremur.

*Motiva hujus
Constit.*

§. 1. Nos igitur, qui personarum quarumlibet, præ-
sertim sub suavi Religionis jugo Altissimo famulan-
tium quieti, & statui, quantum cum Domino possu-
mus, libenter consulimus, omnem super præmissis in-
convenientiam hujusmodi materiam, & occasionem è
medio submovere, ipsosque exponentes specialibus fa-
voribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singu-
lares personas à quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasio-
ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ
existunt, ad effectum præsentium Juxtaat consequen-

*Confirmatio
prout in
rubr.*

nam, harum factis obsequentes, & ab illis fore cen-
 sentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prefatas
 Clementis predecessoris litteras in favorem Provinciae
 praedictae S. Joannis Baptistae Ordinis Fratrum Mino-
 rum S. Francisci Discalceatorum hujusmodi, cum om-
 nibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctori-
 tate tenore praefatarum confirmamus, & approbamus,
 illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adji-
 cimus, ut omnes, & singulos tam juris, quam facti de-
 rectorum, si qui desuper quomodolibet intervenerint, sup-
 pletur.

*Quod pos-
 sunt erigere
 nova loca,
 cum sola
 Ordinarii
 licentia.*

§. 2. Et insuper modernis eidem Michaeli, & pro
 tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi,
 Diffinitoribus, Guardianis, & Fratribus dicte Provin-
 ciae, ut quicumque Domo, sive Heremitoria, seu
 locum, a quo sibi a Christi Fidelibus in Hispania
 patet concedantur, reciperent, & in illis Conventus
 sui Ordinis erigere, & fundare, servata tamen aliis Sa-
 crorum Canonum, & Decretorum Sacri Concilii Tri-
 dentini forma, de sola Ordinarii loci licentia, ac nul-
 lo quarumvis aliarum personarum cujusvis Ordinis,
 Congregationis, aut instituti Regularium desuper re-
 quisito consensu ac in Domo sui Ordinis, & Pro-
 vinciae praefatae, cum Ecclesia, Sacrario, Campana,
 seu Campanis humilibus, Cimetis, Claustro, Re-
 fectorio, Cellis, Hortis, aliisque officinis, & aedificiis
 necessariis erigere, & fabricari facere, ac in illis Fratres
 sui Ordinis Discalceatorum introducere, atque in ipsa-
 rum Domorum Ecclesiis, postquam erectae, & fabri-
 catae fuerint, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum
 pro infirmis afferre, ac divina officia celebrare, &
 Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ut in ceteris
 Fratrum Discalceatorum eorumdem Domibus fieri
 solet.

*Ac recipere
 ad habitum
 et profes-
 sionem.*

§. 3. Ac ejusdem Provinciae nunc, & pro tempore
 existentibus Ministris Provincialibus, seu Guardianis,
 sive alio quovis nomine nuncupatis Praelatis, ad quos
 de jure, & juxta regularia ejusdem Ordinis statuta Apo-
 stolica auctoritate confirmata spectat, & pertinet, ut
 quocumque praedictum Discalceatorum Ordinem in-
 gredi, & profiteri volentes, dummodo in qualibet di-
 ctarum Domorum erigendarum, tam Fratres professi,
 quam Novitii numerum triginta non excedant, juxta
 regularia ejusdem Ordinis instituta ad habitum, & pro-
 fessionem recipere, & admitti, ac cum aliis Religiosis
 professis incorporare libere, & licite valeant, licentiam,
 & facultatem perpetuo concedimus.

*Quod mo-
 derentur
 cum suis
 Statutis Re-
 gulari.*

§. 4. Praeterea, quod Provincia praefata, illiusque
 Fratres, & Conventus suis archaeribus Constitutioni-
 bus, & Statutis, quae in pleno Capitulo provinciali a
 majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gu-
 bernentur, nec ad observanda Statuta generalia a Ca-
 pitulis, vel Congregationibus generalibus Ordinis Fra-
 trum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupa-
 torum iam facta, vel pro tempore facienda, nec ad
 specialia ejusdem Ordinis Superiorum mandata, quae
 Ministri Provincialis, Custodi, & Diffinitorum Pro-
 vinciae judicio fuerint dictorum Fratrum Discalcea-
 torum reformationi, aut commodo dissentanea, te-
 neantur.

*Quod Con-
 gregationes
 convocare
 possint.*

§. 5. Quod Ministri, seu Praelati Provinciales, Con-
 gregationes particulares, quas Diffinitoriales vocant,
 quando, & ubi commodis sibi visum fuerit, libere, &
 licite convocare, & celebrare, ac in eis quilibet electio-
 nes Guardianorum, & aliorum Officiorum facere, &
 quascumque causas, sive civiles, sive criminales, & ne-
 gotia ad eandem provinciam spectantia juxta formam
 Sacrorum Canonum, & regularium Statutorum, &
 Statutum Constitutionum Provincialium tractare, diffi-
 nire, & sententiarum possint. Quodque Praelati Generales
 ejusdem Ordinis hujusmodi Congregationes particula-
 res Diffinitoriales, aut earum electiones, seu diffinitio-
 nes, vel Decreta, & sententias nequaquam impedire,
 immutare nec dilatare valeant.

*Quod Pro-
 vincia non
 possit visi-
 tari nisi per
 visitationem
 discalceat.*

§. 6. Quod dicta Provincia, ejusque nunc, & pro
 tempore existentes Conventus, & Fratres, nisi per
 Fratres Visitatores alicujus Provinciae Discalceatorum

hujusmodi, a Praelatis tamen generalibus deputandos,
 nullatenus visitari, aut indicari possint: quodque hu-
 jusmodi Visitatores Discalceati in dictam Provinciam
 ingredi, aut in ea aliquam jurisdictionem exercere non
 valeant, nisi tempore statuto circa finem triennii Mi-
 nistri Provincialis, nempe post duos annos, & septem
 menses Provincialatus cujuslibet Ministri Provincialis
 ejusdem Provinciae transactos, & non antea, Tales au-
 tem Visitatores omnia statuta Provincialia ejusdem
 Provinciae observare, & juxta illorum tenorem, &
 praescriptum Provinciam visitare, & gubernare de-
 beant, & teneantur, nec in eisdem statutis, nisi de
 consensu majoris partis Diffinitorii plene dispensare
 valeant, quamvis hoc idem in literis patentibus, &
 authenticis a Praelatis generalibus, aliisque Superi-
 oribus specialiter illis indultum, & concessum
 fuerit.

*Punitio-
 sunt per
 celebrati-
 nem Cap-*

§. 7. Ut autem omnes ambitionis, & injustitiae oc-
 casiones, quae sub simulato, ac apparentis correctio-
 nis, & reformationis zelo obrepere solent, a medio
 penitus evellantur, postquam praedicti Visitatores
 Commissarii suam jurisdictionem, & Visitationem in
 Provincia hujusmodi ceperint exercere, nulli Guar-
 diani, nullique Vocales, quibus concursus ad Capi-
 tulum proxime futurum de jure competit, possint ante
 ipsum celebratum Capitulum ob aliquam, seu aliquas
 causas ab officio removeri, nec voce activa, aut pas-
 siva privari: Si autem in ipsa visitatione aliquibus de-
 lictis, & culpis quidam praefatorum reperiantur ob-
 noxii, vel eorum punitio, & correctio post omnes ele-
 ctiones Capituli factas differatur, vel aliis canonicis,
 & regularibus poenis praeter privationem officii, ac
 vocis activae, & passivae arbitrio Superiorum puniti
 debeant.

*Quod quic-
 que omni-
 bus privi-
 legiis
 Provincia-
 rum.*

§. 8. Insuper quod Fratres ejusdem Provinciae Sancti
 Joannis Baptistae, ab ipsa sua Provincia per quoscum-
 que Superiores abstrahi nequeant, ut ad Indos, vel
 alias partes, & Provincias remittantur, nisi de con-
 sensu Capituli Provincialis, vel Diffinitorii pleni ejus-
 dem Provinciae. Et quod hujusmodi Superiores, qui-
 cumque illi sint, non possint Fratres praefatos licentia-
 re, ut in domibus saecularium, seu extra claustra habi-
 tent, nisi servata ad unguem forma a Clemente praede-
 cessore praefato praescripta in Bulla, seu literis de Re-
 formatione Regularium, incipientibus: *Nullus omnino
 pro extra consuetudine Privilegii*, sub anno 1599, nempe
 quod tales licentiae nisi ex gravissima causa a Sede Apo-
 stolica approbata nullatenus concedantur, quae verò
 aliter concessae sint, ipso facto irritae, & nullae censean-
 tur, & Religiosi talibus licentiis utentes statim ad clau-
 stra revocentur.

*Quod quic-
 que omni-
 bus privi-
 legiis
 Provincia-
 rum.*

§. 9. Quodque possint iidem Fratres Discalceati in-
 tra septa domus regularis suae libros a bibliothecis de
 licentia Praelati abstractos habere, & illis uti, dum-
 modo postquam illis usi fuerint, eisdem bibliothecis il-
 los restituere procurent; ac demum Ministro Provin-
 ciali, Custodi, necnon Guardianis, Conventibus, &
 Fratribus universis dicte Provinciae nunc, & pro tem-
 pore existentibus, ut omnibus, & singulis gratis, in-
 dultis, & privilegiis, exemptionibus, immunitatibus,
 libertatibus, favoribus, indulgentiis, & literis Apo-
 stolicis, tam Provinciae S. Josephi, & S. Pauli, quam
 quibusvis aliis ejusdem Ordinis Fratrum Discalceato-
 rum Hispaniarum Provinciae per quoscumque Roma-
 nos Pontifices praedecessores, ac per Nos, & Sedem
 Apostolicam hactenus concessis, & in posterum conce-
 dendis aequè, ac si ipsimet Provinciae S. Joannis Baptistae
 nominatim concessa fuissent, frui, potiri, & gaudere
 perpetuo possint, & valeant, auctoritate, & tenore praef-
 atis pariter perpetuo concedimus, & indulgemus. Vo-
 lumusque, statuimus, & ordinamus respective, & insuper
 praecipimus Ministro, & Commissario Generalibus Or-
 dinis Minorum Regularis Observantiae, & quibusvis
 Commissariis, & Visitatoribus ad dictam Provinciam S.
 Joan. Baptistae destinatis, ceterisque tam Praelatis, quam
 Subditis sub excommunicatione latae sententiae, ac pri-
 vatione quorumcumque officiorum, & dignitatum eo
 ipso

URBANUS OCTAVUS.

Ipso absque alia declaratione incurrendis in premis-
sis Fratres prefatos Discalceos Provinciae S. Joannis
Baptista hujusmodi licentibus gravari aut quovis modo
molestari permittant, quinimo prefata omnia privile-
gia, & indulta illis inviolabiliter observent, & obser-
vari factant, ac per suas proprias literas, quoties pro
parte prefatorum Fratrum Discalceorum fuerint re-
quisiti, faveant, & assistant.

§. 10. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Va-
lentino, & Granatensi Archiepiscopis, necnon Car-
thaginensi, Guadixensi, Oriolensi, Nerufensi, & Il-
lerdensi Episcopis, eorumque Vicariis Generalibus, seu
Provisoriis, ac dilecto filio Curie Cameræ Apostoli-
cæ generali Auditori per presentes committimus, &
mandamus, quotiens ipsi, vel duo, aut unus eorum
per se, vel alium, seu alios, presentes literas, & in eis
contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac
quoties pro parte eorundem Fratrum Discalceorum
desuper fuerint requisiti solemniter publicent, illisque
in præmissis efficacis defensionis presidio assistant, fa-
ciantque auctoritate nostra eos præmissis omnibus, &
singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes
eos desuper per Prælatos Generales, & Visitatores præ-
fatos quomodolibet molestari. Contradictores quosli-
bet & rebelles, & præmissis non parentes per senten-
tias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliæque oppor-
tuna juris, & facti remedia, appellatione postposita
compescendo, necnon legitimis super his habendis
servatis processibus, censuras, & poenas præfatas illos
incurrille declarando, illisque etiam iteratis vicibus
aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, au-
xilio brachii sæcularis.

§. 11. Decernentes presentes literas nullo unquam
tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu
intentionis nostræ defectu, etiam eo quòd in præmissis
interesse habentes, vel Fratres de Observantia præfati,
aut quicumque alii vocati non fuerint, notari, impu-
gnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodoli-
bet in jus, vel controversiam revocari, sed semper, &
perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, sicque
per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judica-
ri, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus
super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus felic.
record. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri, per
quam cavetur expressè, ne Professores Ordinum Men-
dicantium loca ad habitandum absque dictæ Sedis li-
centia speciali, de prohibitione hujusmodi expressam
mentionem faciente recipiant, & de una, & Con-
cilli generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres
dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium, non
trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationi-
bus Apostolicis, ac nostris literis, quæ incipiunt: *In
Cathedra B. Petri Apostolorum Principis*, de anno 1626.
emanatis, ac quibusvis ejusdem Ordinis Fratrum Mi-
norum de Observantia, etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, etiam per Fratres Dis-
calceos hujusmodi acceptatis, præsertim Capitulo-
rum, seu Congregationum generalium quibus cave-
tur expressè, ne Fratres Discalcei hujusmodi, do-
mum aliquam dicti eorum Ordinis absque expressa
licentia Capitali generalis, aut infra quinque leucas à
Domo eorundem Fratrum Minorum erigere audeant,
privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eis-
dem Ordini Fratrum Minorum, illisque Superiori-
bus, & quibusvis Religiosis particularibus, aliisque
personis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque
efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque
aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in con-
trarium quomodolibet concessis, confirmatis, & ap-
probatis. Quibus omnibus, etiam de illis eorundem
tenoribus specialis, specifica, & expressa, & in-
dividua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau-
sulas generales idem importantes mentio, seu quævis

alia expressio habenda, aut aliqua alia expolitica forma
ad hoc servanda foret, eorum tenores presentes pro
sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore
permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, &
expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque
que. Aut si Ministro & Commissario generalibus,
aut Fratribus dicti Ordinis Minorum de Observan-
tia, seu quibusvis aliis communitè, vel division ab
Apostolica sit Sede indultis, quòd Interdicti, suspen-
di, vel excommunicari non possint per literas Aposto-
licas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo
ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 12. Ceterum quia dicitur Rex presentes litteras
ad singula quæque loca, ubi necesse fuerit, defendi
volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd
transumptis earundem presentium etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muni-
tis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis
presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel
ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 15. Junii 1639. Pontificatus
nostri Anno decimo-sexto.

Abrogat omnia & singula Privilegia persona-
lia per Religiosos Congregationis Clerico-
rum Regularium Minorum nuncupatorum
obtentæ, quæ eorundem Constitutionibus
adversantur.

*Clericorum Regularium Minorum Congregatio-
nem approbavit Sixt. V. Constitut. 81. Tom. 2. Hu-
jusmodi Clericis Privilegia Clericorum Regulari-
um Theatinorum concessit Gregor. XIV. Con-
stit. 2. Tom. 2.*

URBANUS PAPA VIII. Edita A. D. 1639.
ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, æqui bonique supernus asser-
tor, gregi Dominico à Deo & Salvatore nostro
præpositus, ut juxta verbum propheticum noxia evel-
lat & destruat, ut illaque plantæ & ædificet, ea quæ
rationabilibus ex causis etiam à Sede Apostolica con-
cessa sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente,
& majoribus ex causis, quibus præsertim felici Chri-
sti Fidelium sub suavi Religiois jugo Altissimo famu-
lantium statui, & salubri gubernio consulitur, revo-
cat, in hisque sue sollicitudinis studium interponit, pro-
ut conspiciat in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii, Capitulum ge-
nerale Congregationis Clericorum Regularium Minoro-
rum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecerunt, alias
diversi dictæ Congregationis Clerici à Sede Aposto-
lica, & à qui pro tempore fuerunt Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus ejusdem Congregationis apud
Nos & eandem Sedem Protectoribus, frequentius
verò à Nunciis Apostolicis varia privilegia, concessio-
nes, & indulta, dispensationes à Regulis, necnon
exemptiones Constitutionibus & aliis dictæ Congre-
gationis Ordinationibus, etiam Apostolica auctoritate
confirmatis minime conformia, imò contraria obti-
nerint, nempe, ut redditus administrare, elemosy-
nas certis usibus applicare, suffragium sive votum
perpetuum in Capitulis habere, ab aliqua domo non
removeri, socium certum habere, & alia hisce similia
facere possint: experientia verò compertum sit, præ-
missa omnia observantia Regulari non leviter officere:
Nobis propterea iidem, & Capitulum generale com-
muni omnium illius Vocatum nomine humiliter sup-
plicari fecerunt, ut in præmissis opportunè, ut infra,
providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus fa-
voribus

URBANUS OCTAVUS.

Annulus
Piscatoris
prope in
rota.

veribus & gratis prosequi volentes, & eorum singu-
larem personam a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Societasticis sententiis,
censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occa-
sione, vel causa laica, si quibus quomodolibet impo-
suerint, ad effectum presentium duntaxat con-
sequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore
sententias, hujusmodi supplicationibus inclinatis, praefata
omnia privilegia, concessiones, & indulgentias, ac dispensa-
tiones, & exemptiones hujusmodi, & quavis alia hic
non expressa, aliis, ut praefertur ab ipsius Congrega-
tionis Clericis obventa quomodolibet, quae quoquo-
modo eisdem Constitutionibus, & Ordinationibus, ad-
versantur, Apostolica auctoritate tenore presentium
perpetuo Casamus, Irritamus, & Annulamus, viri-
bulis de effectu Vacuamus.

§.3. Et insuper, ne de cetero perpetuis futuris
temporibus similia privilegia, concessiones, & indulta,
aliquae supra expressa, cuiquam ullatenus conce-
dantur, nec a quoquam absque Capituli generalis dicte
Congregationis licentia impetrentur, statuimus, & or-
dinamus: & nihilominus omnia & singula aliis quam
ut praefertur concessa, & quomodolibet impetrata, nul-
la & subrepticia fore, & censeri, nec cuiquam ullatenus
suffragari.

Decretum
irritum.

§.4. Ac praesentes literas validas, firmas, & effica-
ces existere, & fore, subque plenarias, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & sin-
gulis, ad quos spectat, inviolabiliter & inconcussè
observari: sicut per quoscumque Iudices Ordinarios
& Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audi-
tores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, ac inane,
si secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decerni-
mus.

Contrarius
derogat.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon
dicte Congregationis etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statu-
tis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indulgentiis,
& literis Apostolicis quibusvis ipsius Congregatio-
nis Superioribus & personis, sub quibusvis tenoribus
& formis, ac cum quibuscumque derogatoriis de-
rogatoriis, aliisque efficacioribus & insolentibus clausulis,
irritantibusque & aliis decretis, in genere, vel in spe-
cie, in contrarium praemissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis.

§.6. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi illo-
rum pro sufficienti derogatione specialis, specifica,
expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non
autem per clausulas generales idem importantes men-
tio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum teno-
res praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis
habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad
praemissorum effectum, specialiter & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque: Aut si ali-
quibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede in-
dultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari
non possint per literas Apostolicas non facientes ple-
nam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulgentiis
hujusmodi mentionem.

Transum-
ptis credi
jubet.

§.7. Volumus autem, quod praesentium transum-
ptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & si-
gillo dicte Congregationis, seu alicujus personae in
dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem pro-
cessus in iudicio, & extra adhibeantur fides, quae adhibe-
retur, si forent exhibitae, vel ostensae.

D. P. A. 16.
die 22. Junii

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 22. Junii 1639. Pontificatus
nostri anno decimosexto.

Declarat, quod in Monasteriis S. Basilii del Tardon, & S. Antonii de Gualliguillos inter Choristas & Sacerdotes non possint esse nisi unus ex quibuslibet quatuor, & reliquae tres partes sine laici

CCLXVIII

De istorum Monachorum Congregatione notavi
supra ad Constit. 118. Pastoralis, & ad Con-
stit. 326. In Sede, infra Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Edita A.D. 1639.
Ad perpetuam rei memoriam.

In his Pastoralis officii nostri partes libenter inter-
ponimus, per quem Personarum regularium, quae spem
Mundi vanitatis totas se Deo devoverunt, statui,
& quieti opportunè consuli judicamus.

Exordium.

§.1. Alias siquidem fel. record. Clemens Papa VIII.
Praedecessor noster certior factus, quod ex duorum
Eremitiorum, videlicet Eremiti del Tardon Cordu-
bensis, & Vallis de Gualliguillos Hispanensis Dioece-
sis in Monasteria Ordinis S. Basilii Magni per pie me-
mor. Gregorium Papam XIII. etiam praedecessorem nos-
trum erectorum, cum alio Monasterio Sanctae Mariae
de Oivedo Giennensis, a similibus & col. mem. Pio Papa IV.
etiam Praedecessore nostro prius erecto in unam Pro-
vinciam S. Basilii Hispaniarum nuncupandam, nec-
non aliis Monasteriis in Hispaniarum Regnis in posse-
rum construendis unione a praedicto Gregorio Prae-
decessore facta, multae contentiones inter dicte Pro-
vinciae Monachos super modo vivendi exortae fuerant,
ut contentionibus hujusmodi finem imponeret dicte
duo Monasteria S. Basilii Eremiti del Tardon, ac etiam
S. Antonii de Gualliguillos, in Monasteria reformatio-
nis & verae ejusdem S. Basilii Regulae observantiae
deputavit, constituit, & separavit, ad quae se recipere
rent omnes quotquot in dicte Provincia Monachi zelo
Dei, & Spiritu sancto ducti tanti Patriarchae pra-
cepta, & instituta desiderarent observare, quae juxta
nonnullas Constitutiones pro dicte reformatione a se
tunc editas iussit in omnibus, & per omnia practicari, &
aliis prout in ejusdem Clementis praedecessoris literis
in simili forma Brevis hac super re emanatis, quarum
tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, ple-
nius continetur.

Causa hu-
jus Co-
stituit.

Prasinitur
merum Ch-
ristiarum.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, licet idem Cle-
mens praedecessor majorem, & principalem par-
tem Monachorum hujusmodi ex Laicis esse voluerit, &
sufficientes Choristas, & Sacerdotes ad Chori & di-
rectoribus officiorum ministeria haberi permiserit; quia
tamen certum eorundem Choristarum, & Sacerdo-
tum numerum non praesinit, nonnullae inter Laicos
ex una, & Choristas, ac Sacerdotes hujusmodi ex al-
tera partibus ea propter controversiae exortae fuerint.

§.3. Nos ut semotis quibusvis perturbationibus, &
dissentionibus Monachi praedicti juxta laudabile eo-
rum institutum, & ad praescriptum literarum ejus-
dem Clementis praedecessoris in pacis amoenitate &
tranquillitate vivant, & felicioribus in dies in via Do-
mini proficiant incrementis, quantum cum Domino
possumus, providere volentes, Motu proprio, ac ex certa
scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apo-
stolica potestatis plenitudine, quod de cetero perpetuis
futuris temporibus in praedictis S. Basilii de Tardon, &
S. Antonii de Gualliguillos Monasteriis inter Choristas
& Sacerdotes non possint esse nisi unus ex quibuslibet
quatuor, ita ut quarta pars Monachorum cujuslibet ex
dictis duobus Monasteriis sit ex Choristis & Sacerdo-
tibus, & reliquae tres partes sint Laici, ac donec Choristae
& Sacerdotes qui ad praesens sunt in eisdem Monasteriis
ad numerum praedictum redacti fuerint, alii in Chori-
stas & Sacerdotes hujusmodi recipi non possint, sub
pena nullitatis receptionis hujusmodi, & inde sequen-
dorum

Indi-
cat.

dorum quorumcumque tenore presentium statimius & ordinamus : & nihilominus predictas Clementis predecessoris literas innovantes, illas prout disponunt, etiam quoad Capitulum 7. prohibens studium Philosophiæ & Theologiæ ; & alia in eo expressa sub excommunicationis vocis activæ, & passivæ pœnis omnino observari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios judicari & diffiniri debere, irritumque & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus in his quæ presentibus adversantur, predictis Clementis predecessoris literis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ac Monasteriis, illorumque Superioribus, Monachis, & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Julii 1639. Pontificatus nostri anno decimo sexto.

ECLXIX. Indulgentia Plenaria Perpetua pro Confratribus & Confororibus Confraternitatis, sub invocatione Conceptionis B. Mariæ Virginis loci de Chaul Goënsis Diocesis in Indiis Orientalibus.

De modo aggregandi Confraternitates, lege Constit. 115. Clementis VIII. Quæcumque, Tom. 3.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Um sicut accepimus, in Ecclesia Sanctæ Barbaræ Domus Fr. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia loci de Chaul Goënsis Diocesis, in Indiis Orientalibus una pia, & devota utriusque sexus Christi Fidelium Confraternitas sub invocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, non tamen pro hominibus unius specialis artis, canonicè erecta, seu erigenda existat, cujus Confratres & Conforores quamplurima pietatis, & charitatis opera exercere consueverunt.

§. 1. Nos ut Confraternitas prædicta majora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus, qui dictam Confraternitatem in posterum ingredientur, postquam erit canonicè instituta, die primâ

eorum ingressus, si verè poenitentes, & confessi SS. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam, necnon tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta Confraternitate Confratribus & Confororibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contra nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus, corde devotè invocaverint, etiam Plenariam.

§. 2. Ac eisdem nunc de pro tempore existentibus Confratribus, & Confororibus, verè quoque poenitentibus, & Confessis, ac sacra Communione refectis, qui prædictæ Confraternitatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium die festo principali ipsius Confraternitatis, à primis Vespertis usque ad occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 3. Insuper eisdem verè etiam poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in Nativitate, Purificationis, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis festis diebus, ut præfertur, visitantibus, & orantibus, quo die prædictorum id egerint septem annos, & totidem quadragenas. Quoties verò Missis, ac aliis divinis officiis in dictis Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, & recitandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis ipsius Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, aut componi fecerint, vel procuraverint, ac etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum & Confororum hujusmodi, quam aliorum ad sepulturam Ecclesiasticam associaverint, aut quascumque processiones de licentia Ordinarii faciendas, Sanctissimumque Eucharistiæ Sacramentum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut aliàs ubicumque, & quomodocumque pro tempore deferretur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies Orationem & Salutationem eisdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Confororum prædictorum recitaverint, aut demùm aliquem ad viam salutis reducerint, & ignorantes præcepta Dei, & ea quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis poenitentibus in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

§. 4. Presentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut si aliàs dictis Confratribus, & confororibus præmissa peragantibus aliquant aliam indulgentiam perpetuam, vel ad tempus nondum elapsam duraturam concesserimus, præsentibus nullæ sint, quodque si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, vel quavis alia ratione uniat, seu etiam quomodolibet instituat, priores, & quævis aliæ literæ Apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus nullæ sint.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 20. Julii 1639. Pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Abrogatis

CCLXX. Abrogatio omnium privilegiorum personarum Fratrum Minorum concessorum.

Abrogationem omnium gratiarum, & indulgentiarum, qua observantia Regula S. Francisci quomodolibet contraria sunt, habes supra in Constit. 17. Sacrosanctum, Tom. 4. ubi plura pro istorum Fratrum gubernio Statuta, & qua sunt annotata videre poteris.

Edita A.D. 1639. Exordium.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter ceteras Apostolicæ servitutis curas, quibus circa Universalis Ecclesiæ regimen humilitati nostræ à Domino commissum assidue premimur, ea Nos non parum sollicitos habet, ut personæ Regulares divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipata, juxta Regularia earum instituta salubriter regantur, & propterea, si quæ felici earum statui obesse, aut in aliquod observantiæ Regularis earum, & disciplinae detrimentum vergere cognoscimus, ea quantum nobis ex alto conceditur, removemus, & prohibemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Causa hujus Const.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, in ordine Fratrum Minorum S. Francisci introductus fuerit abusus, ut passim à Superioribus Patres privilegiati efficiantur, ex quo magnum relaxationi ostium aperitur, & gratiosius paupertati, & humilitati, quas dictus Ordo proficitur, nocumentum inferitur, & propterea unanimi vocalium in generali dicti Ordinis Capitulo nuper celebrato Congregatorum voto abusus hujusmodi auctoritate nostra tolli desideratum fuerit.

R. vocat privilegia hujusmodi s. moti Fratrum concessa.

§. 2. Nos qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi summo cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & quæcumque privilegia personalia quomodocumque nuncupata, quibusvis dicti Ordinis Fratribus, cujuscumque dignitatis, qualitatibus, & conditionibus existant, Charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Prædicatoribus, & Confessariis dumtaxat exceptis, quocumque titulo; prætextu, causa, & occasione, & ad cujusvis instantiam, & supplicationes, tam à Nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quam etiam à Dilecto filio nostro Francisco Sancti Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino nuncupato nostro secundum carnem ex fratre germano nepote dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore, aliisque ejusdem Ordinis Protectoribus, ac quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hæcenus quoquo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti instituta, & Apostolicas constitutiones concessa, harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, juribusque & effectu vacua esse, & fore, neminique ullatenus suffragari, neque de cætero à quoquam con-

Et ita, & non aliter iudicari deinceps.

Executores deputat. & contrafact. tribu. panis imponit.

§. 3. Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & diffiniri debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis, privationisque suorum officiorum, vocalisque activæ, & passivæ pœnis eo ipso incurrendis, dilectis filiis Mini-

stro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, & Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præsentibus nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes & singulos Patres & Fratres Ordinis hujusmodi similia privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant, inobedientes quomodolibet, & rebelles opportunis juribus, & facti remediis juxta Regularia ejusdem Ordinis statuta Apostolicæ auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamacione, & recursum remotis, compescendo.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis literis Apostolicis, super concessione, seu confirmacione concessionis privilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmacione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribusque, & insolitius clausulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, & scientia, ac potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogacione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Julij 1639. Pontificatus nostri anno decimo-sexto.

Transumptis creditur.

D. P. An. die 16. Julij.

Contra Superiores Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, qui favores extra suum Ordinem attendentes, officia, dignitates, & gratias concedunt. Et contra eosdem Fratres dictos favores conquirentes, &c.

CCLXXI

Plures Summi Pontifices Regularibus prohibuerunt dignitatum ambitum, ut copiose habes in Reperitorio, verb. Ambitus.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1639.

Exordium.

Admonemur pastoralis officij nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi sæculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus patiar accessus.

§. 1. Quocirca Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine dilectis filiis Ministro Generali, Commissario generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & reformatorum nuncupatorum Prælaris, nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisicionem quarumcumque personarum

Prohibitis prout in rubr.

personarum, tam laicarum, quam Ecclesiarum ex-
tra dictum Ordinem constituantur; etiam Cardina-
tus honore, & quascumque seculari dignitate, & ex-
cellencia, etiam Ducali, Regali, Imperiali fulgentium,
cuius praedicti Ordinis Religioso ullam gratiam con-
cedere, vel poenas aliquas remittere, seu gradus, hono-
res, dignitates, officia, & administrationes, functio-
nes, & Praelaturas ejusdem Ordinis concedere audeant;
quinimo dicti Ordinis Fratres Religiosos, qui contra
decreta hac via & his mediis, per conquistos favores,
& suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & si-
milia, ac etiam majora in eodem Ordine consequen-
da perpetuo inhabiles declaramus.

§. 2. Insuper dictis Religiosis, & Fratribus ejus-
dem Ordinis quibuscumque sub eisdem poenis praeci-
pimus, & expressè interdicimus, ut non solum in pra-
missis omnibus favores hujusmodi minimè procurent,
sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè pro-
curatos recipere, & similiter nec ad hunc effectum mu-
nera aliqua praedictis personis exhibere audeant, seu
praesumant.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, &
consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque
contrariis quibuscumque; aut si eidem Ordini, & Fra-
tribus praedictis communiter, vel divisim ab Apostoli-
ca sit Sede indultum, quod interdicti: suspendi, vel ex-
communicari non possint per literas Apostolicas non
facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum
de indulto hujusmodi mentionem.

§. 3. Volumus autem, quod praesentium literarum
transumptis, etiam impressis, manu alicujus No-
tarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in
dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem pro-
fus fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si
forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 29. Julii 1639. Pontificatus
nostri Anno decimo-sexto.

Restitutio Patrum Provinciae, & Revocatio,
seu moderatio Motus proprii Gregorii XV.
pro tota Familia Ultramontana.

Statuta pro Ultramontana Familia vide ad
Consilium 57. hujus Pont. Sacro-sanctum, Tom. 4.
& ea qua sequuntur post ipsam.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Onerosa Pastoralis officii cura Nobis ex alto; me-
ritis licet imparibus, commissa crebro nos ad-
monet, ac inducit, ut ad statum Christi Fidelium quo-
runlibet, praesertim regularem vitam profitentium sa-
lubriter dirigendum operosis studiis intendentes; ea quae
pro felici eorum gubernio, prosperaque directione
providè statuta, & ordinata esse comperimus, Apostoli-
cae confirmationis robore communiemus, prout con-
spicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Nuper siquidem ad aures nostras pervenit, quod
deficientibus in Diffinitoriis omnium Provinciarum
Ultramontanae Familiae Ordinis Fratrum Minorum S.
Francisci, qui Ministro generali ejusdem Ordinis subji-
ciuntur, iis, qui Provinciae Praetres nuncupantur, &
inibi praestantiores Judices, electoresque habentur, ma-
gna totus Ordo praedictus sustinet incommoda, & sub-
ditorum regimen, & officiorum provisio difficiliora in-
dies efficiuntur, ideoque communi Vocalium in Gene-
rali dicti Ordinis Capitulo nuperimè celebrato con-
gregatorum assensu decretum fuit nobis supplicandum
esse, ut omnes Patres Provinciarum, quos fel. record.
Greg. XV. Praecessor noster per suas in simili forma

Brevis literas abtulit, & abolevit, Nos de benignitate
Apostolica restituere dignemur. Veruntamen re in
Diffinitorio generali ejusdem Ordinis maturis delibe-
ratis, de consensu dilecti filii nostri Francisci S. Lau-
rentii in Damasco Diaconi Cardinalis Barberini nuncu-
panti Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarii, nostri
secundum carnem ex fratre germano nepotis, ac Ordini
praedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Proto-
thoristarum statutum fuit, ut duo tantum Patres Provinciae
in praedicto singularum Provinciarum Ultramontanae
familiae hujusmodi diffinitorio introducantur, unus
scilicet, qui in Provincia reliquis dignior sit, ille ni-
mirum, qui inter Patres Provinciae primum locum sibi
vendicat, qui quidem semper in Diffinitorio assistat;
alter vero, qui immediatè Ministri Provincialis offi-
cium absolverit, ut sequenti etiam immediatè triennio
dumtaxat eam obtineat dignitatem, & in Diffinito-
rio assistat, ea lege tamen, ut si iste ex qualibet causa
deficiat, in ejus locum subrogatus eo ipso sit, qui ante
ipsum Minister Provincialis immediatè extiterit; trien-
nio autem hujusmodi transacto, alius qui Ministri Pro-
vincialis officio etiam immediatè functus fuerit, sub-
sequatur, & sic deinceps de triennio in triennium dum-
taxat servetur, ita quod nunquam hi duo Patres in di-
ctarum Provinciarum Diffinitoriis desiderentur. Quod
si contingat, ut qui erit dignior, & perpetuus in
Diffinitorio hujusmodi vigore praesentium literarum
assistens alio titulo de eodem Diffinitorio existat, sibi-
que jus in illud ingrediendi competat, tunc in ejus
locum ipso facto subrogatus sit ille Pater Provinciae,
qui eidem dignitate proximus fuerit.

§. 2. Quare nos attendentes ea ratione, & multitu-
dinem Patrum Provinciae auferri, ac de iis qui pro
felici Provinciarum hujusmodi directione, & gubernio
necessarii sunt, sufficienter provideri, ac praedictarum
Gregorij Praecessoris hujusmodi literarum tenoribus,
& datis praesentibus pro expressis, & insertis habentes:
Motu proprio, & ex certa scientia, matureque de-
liberatione nostris institutionem, seu restitutionem pra-
dictorum duorum Patrum Provinciae pro Diffinitoriis
Provinciarum praedictarum in dicto Diffinitorio gene-
rali, ut praefertur factam Apostolica auctoritate te-
nere praesentium confirmamus, & approbamus, illi-
que inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjici-
mus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti
defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint,
supplemus.

§. 3. Decernentes illa, & praesentes literas validas,
firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus,
ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter
observari.

§. 4. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios
& Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audi-
tores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & ina-
ne quicquid secus super his à quoquam quavis auctori-
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Quocirca dilectis filiis Ministro, & Vicario,
seu Commissario generalibus dicti Ordinis in virtute
sanctae obedientiae praecipimus, & mandamus, ut pra-
sentes literas, & in eis contenta quaecumque à sibi
sublitis omnibus, ad quos spectat, & pro tempore
spectabit, quomodolibet sub excommunicationis, pri-
vationisque suorum officiorum, & vocis activae, &
passivae poenis eo ipso incurrendis, debita executio-
ni demandari, ac inviolabiliter observari curent, &
faciant.

§. 6. Non obstantibus quoad praemissa dumtaxat,
praefati Gregorij Praecessoris literis, aliisque Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Or-
dinis & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini &
Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, &
personis quibuscumque, sub quibuscumque tenoribus, &
formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis dero-
gatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis,
ac

Institui
duos Patres
pro diffinito-
riis Provin-
ciis Ultra-
montanae

Praemissa ob-
servari ma-
dat.

Aliter judi-
cari non pos-
se decernit.

Executores
deputat, &
punas con-
trafacientibus
addit.

Contrariis
derogat.

varie
7at.
varie
7at.
asum-
credi
dat.
m
m
A. 16.
19. Julii.
ra
lu
LXXII.
XL
A. D.
1639.
a
hu
hu
Conf.

URBANUS OCTAVUS.

820

de irritantibus & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium premissorum, etiam motu, scientia, & deliberatione similibus quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantis mentio factenda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripseris, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Julii 1639. Pontificatus nostri Anno decimo sexto.

CCLXXIII. Edita A.D. 1639. 28. Jul. Pont. An. 16.

Declaratio, quod quæcumque pactiones particularium personarum super locis Montium quoruncumque factæ absque Sedis Ap. & Protectorum, aut officialium licentia, non attendantur, nec afficiant Montes aut loca hujusmodi. Reperitur Tomo 4. 156. in ordine, fol. 220. incipit: Decet Nos.

CCLXXIV.

Quod Ministri Provinciales Indiarum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia pro tempore existentes possint mittere Commissarios, qui eorum nomine in Capitulo Generali suffragium ferant.

Plura pro istis Fratribus Statuta habes ad Constit. 75. Sacrosanctum, supra, Tom. 4.

Edita A.D. 1639.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumspecta Romani Pontificis providentia ea, quæ in personarum Regularium Capitulis Generalibus interdum sancita, & autoritate Apostolica comprobata fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, præsertim cum felici eorumdem personarum statui, & quieti opportunè consulitur, immutat, in hisque suæ sollicitudinis partes favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expedire.

Causa hujusmodi Constit.

§. 1. Aliis siquidem in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupat. de anno 1625. celebrato, inter alia conditum fuit statutum tenoris sequentis, videlicet. Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultate concessa. Nosque statutum hujusmodi, illius tenore inserto confirmavimus, & approbavimus, prout in nostris desuper ipi simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis habere volumus, plenius continetur.

General. supplicat hanc Pontif. de indulto. prout in sub.

§. 2. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Joannes Mermero dicti Ordinis Minister Generalis, Patres in Capitulo generali ejusdem Ordinis in hac Alma Vrbe nostra novissimè celebrato congregati Ministris Provincialibus prædictarum Provinciarum Indiarum antiquum jus, quod habebant, ut ad Capitulum generale Commissarios eorum nomine suffragium lauros mittere possent, justis ex causis restitutum esse censuerint: Nobis propterea dictus Joannes Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in premissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri Generalis votis annuere volentes, illi omnesque spectabilibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum Indiarum pro tempore existentibus, quod ad Capitulum generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittentur, quam etiam Custodes, filii earum Provinciarum respectivè sint, pro quibus mittentur, vel in eis incorporati, sive in indiis, sive in aliis Europæ partibus existant, dummodo ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii, quam Custodes prædicti à suis Provinciis non aliter, quam juxta Constitutiones Generales Segobienfes eligantur; quodque si Commissarii, & Custodes hujusmodi in itinere decedant, suffragium suum nemini, etiam tanquam Procuratori absentis, vel presentis committere possint, ac idem in aliis etiam Prelatis, & Vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudinem servetur, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Cui ille au.

§. 4. Et insuper pro commodiori premissorum executione Constitutionem felic. recordationis Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: His quæ ad Regularium personarum statum. Die 4. Martij 1600. Pontificatus sui anno nono editam, quæ cavetur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, præsertim in Limesi Provincia ad Ministratus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi quam illi, qui ejusdem Provinciæ Alumni sunt, vel ad eam expressè, ac nominatim missi in Hispaniis, & cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam assistentis literis obedientialibus in illis Provinciis incorporati fuerint, innovamus, approbamus, & confirmamus. Declarantes sub illis verbis, Seu quodlibet aliud dignitatis officium, in dicta Constitutione expressis Ministri Provincialis, tam pro regenda Provincia, quam pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati, Vicarii Provincialis, Custodis, Distributorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum officia comprehendere, & comprehendere intelligi.

Constitutio ment. 1. 67. Hujus ad. tom. confirmat.

§. 5. Sicque in premissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios judicari, & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nec aliter iudicari. sit decretum.

§. 6. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Commissariis Generalibus in indiis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ, privationisque suorum Officiorum, & perpetuè inhabilitatis ad alia obtinenda pœnis præcipimus, & mandamus, ut presentes literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter servent, & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit, quomodolibet servari curent. Alioquin si eos hac in parte deliquisse compertum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regredientes, omni privilegio, titulo, immunitate, & exemptione privati remaneant, injungentes, & districtè præcipientes dicto Joanni, & aliis pro tempore existentibus Ordinis prædicti Ministris Generalibus, ut citra conniventiam quamcumque pœnas prædictas contra transgressores debite executioni demandari faciant, ocrando in his eorum conscientias.

Præmissa servari. bit.

§. 7. Non obstante statuto, & literis nostris prædictis

Contrariis derogat. dictis

dictis, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, & Provinciarum prædictarum, & in iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illorumque Ministris Generalibus, ac Provincialibus, & Commissariis prædictis, aliisque Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis; manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem profus adhibeatur Fides, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Augusti 1639. Pontificatus Nostri anno decimo-septimo.

CONFIRMATIO DECRETI CONGREGATIONIS REGULARIUM CIRCA DELATIONEM HABITUS FRATRUM TERTII ORDINIS SANCTI FRANCISCI.

Istorum Fratrum in communi Viventium Regularum accommodavit Leo X. Constit. 42. Tom. 1. Fratres prædicti, qui servare debeant in eligendis eorum Prælatibus, sancit Clem. VIII. Constit. 33. Tom. 3. Gestare tenentur habitum distinctum à colore habitus Fratrum Minorum S. Francischi de Paula, Paul. V. Constit. 66. Tom. 3.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Nobis pro parte dilecti filii Marci Antonii Bottoni Bononiensis Tertii Ordinis Sancti Francischi Commissarii Generalis, & Procuratoris nuper expositum fuit, quoddam inter generalia dicti Ordinis Statuta Apostolica auctoritate confirmata reperitur infrascriptum, videlicet.

§. 1. Religionis consulentes decernimus, ut iuxta nostra Apostolica privilegia, nostrorum habitus sit tunica talaris cum scapulari, veste, sive cucullo utrinque angulari, posteriori tamen angulo funiculum attingenti: Pallium verò instar impluvii, nulla vel coloris, vel formæ differentia, ut eodem modo, & colore, quem vulgò Beretinum appellamus, omnes vestiantur.

§. 2. Verùm quia Fratres dicti Ordinis alicubi aliquando à Fratribus Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francischi Conventualium nuncupatorum super hoc de facto perturbantur: Nobis propterea dictus Exponens ad obviandum controversiis, & litibus quibuscumque humiliter supplicari fecit, ut præfatum decretum pro illius firmiori subsistentia Apostolicæ confirmationis patrocinio communitè de benignitate Apostolica dignaremur.

Bullæ Magni Tom. V.

§. 3. Nos igitur eandem Exponentem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi applicationibus inclinari.

§. 4. De Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum consilio, Decretum præfatum cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolicæ auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§. 5. Decernentes illud, necnon præsentis literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, subique plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primo-dictis Fratribus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari, nec eos à quoquam quavis auctoritate fungente, quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari posse, vel debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Septembris 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-septimo.

DECLARAT RELIGIOSOS CONGREGATIONIS PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM, CIRCA NULLITATEM PROFESSIONIS RECLAMANTES, ESSE VEROS PROFESSES: ET QUI PROFESSIONEM ANTE VIGESIMUM PRIMUM ANNUM EMISERUNT, ESSE VEROS CLERICOS.

De istorum Clericorum Congregatione notavi supra ad Constit. 15. Greg. XV. In supremo, & in Constit. 147. Ad uberes, hujus Pontificis, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Religiosos viros, qui spretis hujus sæculi vanitatibus divini numinis obsequiis sub suavi Religionis jugo sese manciparunt, Pastoralis charitate complectimur, utque in vocatione, quâ vocavit eos Dominus, permaneant, ibique sublaris quibusvis perturbationibus tranquillè famulentur, juxta creditum Nobis Apostolicæ servitutis munus, sedulo intendimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensis studiis interpretamur, pro ut conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cùm itaque, sicut accepimus, nonnulli Religiosi Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatarum, circa nullitatem Professionum regularium per eos emissarum, prætextu non servatæ formæ Constitutionum ejusdem Congregationis

Confirmatio Decreti, ad quæ in rub.

Interdum irritum.

Contrariis derogat.

D. P. A. 175 die 9. Sept.

CCLXXVI

Edita A. D. 1639.

Præmissum

Matrua

L

gationis Apostolica auctoritate confirmatarum reclamatione, ac in eadem Congregatione circa distinctionem inter Clericos, & Laicos nonnullae differentiae vigeant.

Declaratio prout in rub.

§. 2. Nos in praemissis quantum Nobis ex alto conceditur, opportunè providere volentes, de nonnullorum Romanae Curiae Praetorum, & Theologorum, quibus auditis partibus negotium hujusmodi mature jussu nostro discussum, consilio, dictos Religiosos reclamantes circa nullitatem professionum, sub praetextu non servatae formae Constitutionum praedictarum, non esse audiendos, & maxime post quinquennium, ac insuper omnes Religiosos reclamantes hujusmodi, qui emisissent Professionem ante vigesimum-primum annum elapsum, esse veros Clericos, & si infra tempus à dilecto filio nostro Alexandro S. Eustachii Diacono Cardinali Caesario nuncupato Congregationis praedictae apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore assignandum fuerint idonei reperti, posse ad omnes, etiam Sacros Ordines promoveri, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus.

Validas Professiones.

§. 3. Et quoniam, sicut pariter accepimus, aliqui ex praedictis Religiosis minime tuti sibi videntur de validitate suae Professionis propter defectum solemnitatum ex suo Instituto requisitarum, eorum conscientiae, & quieti consulere volentes, quaecumque aliqui, vel aliqui ex istis Professiones suas ratas habere voluerint, Nos eas ex nunc acceptamus, & validamus, atque ad omnes gradus, honores, dignitates, praerogativas, atque inhabilitates quas, si ab initio valide professi fuissent, haberent, & obtinerent, restituimus, ac restitutos eo ipso esse, & censei decernimus, ita ut habeant eundem locum, sessionem, & votum prout haberent, si priores Professiones validae fuissent, & nondum promoti ad omnes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, servatis aliis servandis, promoveri, & tam ipsi, quam alii ad eosdem Ordines jam promoti in susceptis Ordinibus hujusmodi, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licite valeant, necnon omnes actus quos contraxerunt, & legitime contraxissent, vel cum Laicis, vel cum aliis Monasteriis, seu alterius Religionis viris, si nullum aliud paterentur vitium, vel defectum, nisi ex eo solum, quia in initio aut contracti sunt invalide ab eis qui sine praedictis solemnitatibus professi sunt, auctoritate nostra praedicta confirmamus, & approbamus, ac valida omnino esse volumus, & declaramus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illa concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, eosque praemissorum occasione, vel praetextu quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, nec debere, sicque, & non aliter ab omnibus censei, & ita per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios in quavis causa, & instantia, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis illi, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium, motu proprio, & ex certa scientia, & Apostolicae potestatis plenitudine, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis specialiter, specifica, expressa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentium notitia ad omnes facilius perveniat, volumus ut illarum exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Octobris 1639. Pontificatus nostri Anno decimo-septimo.

Trasumpti credi non debent.

D. P. A. die 22. Oct.

Erectio Provinciae S. Antonii Regni Portugaliae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum ad instar Provinciae S. Ioannis Baptistae Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania.

CCLXXVI

De horum Fratrum Discalceatorum materia lege quae notavi ad Constit. 17. Alias, &c. Greg. XV. Et ad Constit. 266. Cum ea, hujus Pontificis, circa confirmationem Privilegiorum dictae Provinciae S. Ioannis Baptistae.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita die 1639.

Cum sicut dilecti filii Franciscus Ulisbonensis Minister Provincialis, & Diffinitores Provinciae S. Antonii Regni Portugaliae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, & illorum nomine Berardus à Martyribus Commissarius Provincialis & Guardianus Collegii S. Antonii Colimbriensis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi negotium Reformationis dictae Provinciae iisdem fere modis & mediis, quibus Provincia S. Joannis Baptistae Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupatorum Regularis Observantiae ejusdem S. Francisci in Hispania reformata existit, promovere summo opere desiderent.

Supplicavit

§. 1. Nos qui personarum quarumlibet, praesertim sub suavi Religionis jugo altissimo famulatum quieti, & statui, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus, super praemissis opportunè providere, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratis profectui volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

Ab soluti exponentes à censuris &c.

§. 2. Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, modernis eidem Francisco, & pro tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi, Diffinitoribus, Guardianis, & Fratribus dictae Provinciae S. Antonii, ut quascumque Domos, sive heremitoria, seu loca, si quae sibi à piis Christi Fidelibus in Portugalliae partibus concedantur, recipere, & in illis Conventus sui Ordinis erigere, & fundare, servata tamen aliis Sacrorum Canonum, & Decretorum Sac. Concilii Tridentini formam, de sola Ordinarii loci licentia, ac nullo quarumvis aliarum personarum cujusvis Ordinis, Congregationis, aut Instituti Regularium desuper requisito consensu, ac Domos sui Ordinis, & Provinciae S. Antonii praedictae cum Ecclesia, Sacario, Campana, seu campanis humilibus, Caemeteriis, Claustro, Refectorio, Cellis, Hortis, aliisque officinis, & aedificiis necessariis erigere,

Quod ppi sint recepti nova loca

erigere, & fabricari facere, ac in illis Fratres sui Ordinis Discalceatorum introducere, atque in ipsarum Domorum Ecclesiarum, & fabricarum fuerint, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro infirmis aservare, ac divina officia celebrare, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ut in ceteris Fratrum Discalceatorum eorundem Domibus fieri solet, ac ejusdem S. Antonii Provinciae nunc, & pro tempore existentibus Ministris Provincialibus, seu Guardianis, sive alio quovis nomine nuncupatis Praelatis, ad quos de jure, & juxta regularia ejusdem Ordinis Statuta Apostolica auctoritate confirmata spectat, & pertinet, ut quoscumque praedictum Discalceatorum Ordinem ingredi, & profiteri volentes, dummodò in qualibet dictarum Domorum erigendarum tam Fratres professi, quam Novitii numerum triginta non excedant, juxta regularia ejusdem Ordinis Instituta, ad Habitum, & Professionem recipere, & admittere, ac cum aliis Religiosis professis incorporare liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem perpetuò concedimus.

§. 3. Praeterea quòd Provincia Sancti Antonii praedicta, illiusque Fratres, & Conventus suis archioribus Constitutionibus & Statutis, quae in pleno Capitulo Provinciali à majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gubernentur, nec ad observanda statuta generalia à Capitulis, vel Congregationibus generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, jam facta, vel pro tempore facienda, nec ad specialia ejusdem Ordinis Superiorum mandata, quae Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitorum Provinciae judicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum reformationi, aut commodo dissentanea, teneantur.

§. 4. Quòd Ministri, seu Praelati Provinciales Congregationes particulares, quas Diffinitoriales vocant, quando & ubi commodius sibi visum fuerit, liberè & licitè convocare, & celebrare, ac in eis quasilibet electiones Guardianorum, & aliorum officiorum facere, & quascumque causas, sive civiles, sive criminales, & negotia ad eandem Provinciam spectantia, juxta formam factorum Canonum, & regularium Statutorum, & suarum Constitutionum Provincialium tractare, diffinire, & sententiae possint. Quòdque Praelati generales ejusdem Ordinis hujusmodi Congregationes particulares, Diffinitoriales, aut earum electiones, seu diffinitiones, vel decreta & sententias nequaquam impedire, immutare, nec dilatare valeant.

§. 5. Quòd dicta Provincia Sancti Antonii, ejusdem nunc & pro tempore existentes Conventus, & Fratres, nisi per Fratres Visitatores alicujus Provinciae Discalceatorum hujusmodi, à Praelatis tamen generalibus deputandos nullatenus visitari aut sindicari possint, quòdque hujusmodi Visitatores discalceati in dictam Provinciam ingredi, aut in ea aliquam Jurisdictionem exercere non valeant, nisi tempore statuto circa finem triennii Ministri Provincialis, nempe post duos annos, & septem menses Provincialatus cujuslibet Ministri Provincialis ejusdem Provinciae transactos, & non antea; tales autem Visitatores omnia Statuta Provincialia ejusdem Provinciae observare, & juxta illorum tenorem & praescriptum Provinciam visitare, & gubernare debeant, & teneantur, nec in eisdem Statutis, nisi de consensu majoris partis Diffinitorii plenè dispensare valeant, quamvis hoc idem in literis patentibus, & authenticis à Praelatis generalibus, aliisve Superioribus specialiter isdem indultum, & concessum fuerit.

§. 6. Ut autem omnes ambitionis, & injustitiae occasionis, quae sub simulacro, ac apparentis correctionis, & reformationis zelo obrepere solent, è medio penitus evellantur, postquam praedicti Visitatores, & Commissarii suam jurisdictionem, & visitationem in Provincia hujusmodi ceperint exercere, nulli Guardiani, nullique Vocales, quibus Conventus ad Capitulum proximè futurum de jure competit, possint ante ipsum celebratum Capitulum ob aliquam, seu aliquas causas ab officio removeri, nec voce activa, aut passiva privari. Si autem in ipsa visitatione aliquibus deli-

ctis, & culpis quidam peccatorum reperiantur obnoxii, vel eorum puniitio & correctio post omnes electiones Capituli factas differatur, vel aliis canonicis, & regularibus poenis, praeter privationem Officii, ac vocis activae, & passivae, arbitrio Superiorum puniri debeant.

§. 7. Insuper quòd Fratres ejusdem Provinciae Sancti Antonii ab ipsa sua Provincia per quoscumque Superiores abstrahi nequeant, ut ad Irdeos, vel alias partes, & Provincias remittantur, nisi de consensu Capituli Provincialis, vel Diffinitorii pleni ejusdem Provinciae, & quòd hujusmodi Superiores, quicumque illi sint, non possint Fratres praedictos licentiae, ut in domibus secularium, seu extra claustra habitent, nisi servata unguem formà à Clemente VIII. praedecessore nostro praescripta in Bulla, seu literis de Reformatione Regularium, incipiente, Nullus omninò praetextu cujuscumque privilegii, sub anno 1599, nempe quòd tales licentiae nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica approbata nullatenus concedantur, ut verò aliter concessae sint ipso facto irritae, & nullae censeantur, & Religiositalibus licentiis utentes statim ad claustra revocentur.

§. 8. Quòdque possint iidem Fratres Discalceati intra septem Domus regularis suae libros à Bibliothecis de licentia Praelati abstractos habere, & illis uti, dummodo postquam illi usi fuerint, isdem Bibliothecis illos restituere procurent.

§. 9. Ac demùm Ministro Provinciali, Custodi, necnon Guardianis, Conventibus, & Fratribus universis dictae Provinciae, nunc & pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis gratiis, indultis, & privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, indulgentiis, & literis Apostolicis, tam S. Josephi, & S. Pauli, quàm quibusvis aliis ejusdem Ordinis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum per quoscumque Rom. Pont. praedecessores nostros, ac per Nos & Sedem Apostolicam praedictam haecenus concessis, & in posterum concedendis, aequè ac si ipsimet Provinciae Sancti Antonii nominatim concessa fuissent, frui, potiri, & gaudere perpetuò possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis pariter perpetuò concedimus, & indulgemus. Volumusque, statuimus & ordinamus respective, & insuper praecipimus Ministro, & Commissario generalibus Ordinis Minorum Regularis Observantiae, & quibusvis Commissariis, & Visitatoribus ad dictam Provinciam S. Antonii destinatis, ceterisque tam Praelatis, quàm Subditis, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis quorumcumque Officiorum, & dignitatum eo ipso absque alia declaratione incurrenda poena, ne in praemissis Fratres praedictos Discalceatos Provinciae S. Antonii hujusmodi libitus gravari, aut quovis modo molestari permittant, quin imò praedicta omnia privilegia, & indulta illis inviolabiliter observent, & observari faciant, ac per suas proprias literas, quoties pro parte praedictorum Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, faveant & assistant.

§. 10. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Ulisbonensi, Bracharensi, & Elborensi Archiepiscopis, ac Conimbriensi Episcopo, eorumque Officialibus; ac dilecto filio Caesarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas & in eis contenta quaecumque ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Fratrum Discalceatorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicent, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistant, faciuntque auctoritate nostra eos praemissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere non permittentes eos deluper per Praelatos generales, & Visitatores praedictos quomodolibet molestari, contradictores quoslibet & rebelles, & praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras & poenas ipsas etià iteratis vicibus agravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, & auxilium bra-

Quid Fratres transmittantur ad alia Provincias.

Possunt uti libris Bibliothecae.

Communitatis eis privilegia aliarum Provinciarum.

Executores deputati.

(num) i ma

1. d. 21.

XXVII

id possint

39

caus.

id visitari se ex

caus.

id

ales am

Capitulum

voce

voce

chii secularis, quatenus ~~est~~ invocandum. Decer-
nentes presentes literas. Nullo unquam tempore de sub-
reptionis, vel ~~deceptionis~~ vitio, seu intentionis nostre
defectu, ~~ex quo~~ quod in premissis interesse habent
res, vel Fratres de Observantia, aut quicumque alii vo-
cati, ~~ad fuerint~~; notari; impugnari, redargui, infringi,
factari, aut quomodolibet in jus, vel controversiam
revocari, sed semper & perpetuo validas, & efficaces
existere & fore; sique per quoscumque Judices Ordini-
arios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales,
sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi,
& interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, &
defensuri debere, ac irritum quoque, & inane si secus
super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fel-
ice. Bonifacii Papae VIII. pariter Praedecessoris nostri,
per quam caveatur expresse, ne Professores Ordinum
Mendicantium loca ad habitandum absque dicte Sedis
licentia speciali, de prohibitione huiusmodi expres-
sam mentionem faciente recipiant, & de egra, ac
Concillii generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres
dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non
trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, ac nostris literis, quae incipiunt: In Cathedra
Beatri Petri Apostolorum Principis, de anno 1626.
emanatis, ac quibusvis ejusdem Ordinis Fratrum Mi-
norum de Observantia etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, etiam per Fratres Discal-
ceatos huiusmodi acceptatis, praesertim Capitulum,
seu Congregationum generalium, quibus caveatur ex-
presse ne Fratres Discalceati huiusmodi Domum ali-
quam dicti eorum Ordinis absque expressa licentia Ca-
pituli generalis, aut infra quinque leucas à Domo eor-
undem Fratrum Minorum erigere audeant, privilegiis
quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini
Fratrum Minorum, illisque Superioribus, & quibusvis
Religiosis particularibus, aliisque personis, sub quibus-
vis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoria-
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis,
& insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis
in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quo-
modolibet praemissorum concessis, approbatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque
totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indi-
vidua, ac de verbo ab eorum, non autem per clausu-
las generales idem importantes mentio, seu quavis alia
expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad
hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo
ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tra-
dità observatà exprimerentur, & insererentur, presen-
tibus pro plenè, & sufficienter expressis & insertis ha-
bentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum
effectum specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si Ministro
& Commissario generalibus, aut Fratribus dicti Ordinis
Minorum de Observantia, seu quibusvis aliis com-
muniter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod
interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per
litteras Apostolicas non facientes plenam, & expres-
sam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
mentionem.

*Transumptis
credi jubet.*

§. 11. Ceterum quia difficile foret presentes literas
ad singula quaque loca, ubi necesse fuerit, deferri, vo-
lumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd transum-
ptis earundem presentium impressis, manu alicujus
Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in digni-
tate Ecclesiastica constitutae munitis eadem protus Fi-
des in iudicio & extra adhibeatur, quae presentibus ad-
hiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

D. P. A. 17. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub
die 1. Dec. Anno Piscatoris, die 1. Decembris 1639. Pontificatus
nostri anno decimo-septimo.

CCLXXVIII. Decernit, quòd omnes dispositiones pro Captivorum
redemptione faciendae in favorem Ordinis Bea-

tae Mariae de Mercede pertineant, quoad ejusdem
Ordinis Fratres Recollectos ad Reverendissimum
totius Ordinis Magistrum Generalem, &c. *Incipit*
in *Appendice Tomi 4. ordine 2. fol. 306 & 307.*
incipit: Exponi Nobis.

Quòd Fratres Minores Conventuales, tanquam
Mendicantes, prohiberi non possint ab Or-
dinariis locorum, seu aliis Regularibus, quo-
minus per se ipsos in locis ubi habent Con-
ventus, eleemosynas quaerant.

De *reza ipsorum Religione plenè notatum est ad
Consist. 5. Honorii III. Tom. 1. & ad Consist. 88.
Militantis. Tom. 4.*

URBANUS PAPA VIII. *Edita A.
Ad futuram rei memoriam.*

§. 1. CUM sicut dilectus filius Blasius à Chersio
Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci
Conventualium nuncupatorum Procurator generalis
Nobis nuper exponi fecit, Fratres praedicti, qui nedum
ex regula, quam profitentur, sed etiam ex Constitutio-
num dicti Ordinis Urbanarum nuncupatarum, Aposto-
lica auctoritate confirmatarum observantia verè men-
dicantes sunt, & haecenus privilegiis Mendicantium
gavisi fuerunt, & gaudent, impediri non debeant quo-
minus eleemosynas quaerant, praesertim in partibus
Ultramontanis, ubi ab haereticis majori parte rerum,
quas in communi possident, exuti sunt, & absque pio-
rum eleemosynis fame perirent, aut suas Domos regu-
lares deserere cogerentur: Nobis propterea dictus Bla-
sius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut
in praemissis opportunè providere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eundem Blasium Procuratorem
Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi
volentes, & à quibusvis excommunicationis suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis oc-
casione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innoda-
tus existit, ad effectum presentium dantur at consequen-
dum harum serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, De Vene-
rabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ne-
gotiis Regularium praepositorum consilio, inhærentes
declarationibus aliis super editis, praefatos Fratres Mi-
nores Conventuales Sancti Francisci tanquam mendi-
cantes nequaquam posse ab Ordinariis locorum, seu
aliis Regularibus prohiberi, quominus per se ipsos in
locis ubi habent Conventus, eleemosynas quaerant, sed
tantùm si extra loca, ubi Conventus existunt, quaeritare
voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordini-
nario ostendere, Apostolica auctoritate tenore presen-
tium declaramus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute Sanctae Obe-
dientiae, ac sub aliis arbitrii nostri poenis, omnibus, &
singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodoli-
bet in futurum spectabit, ut eosdem Fratres Conventua-
les praemissorum omnium commodo, & effectui frui, &
gaudere sinant, & faciant, non permittentes eos desuper
à quibusvis quavis auctoritate fangentibus, etiam aliis
Regularibus mendicantibus, quovis praetextu quomo-
dolibet indebitè molestari, ac decernentes presentes
litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obti-
nere, dictisque Fratribus Conventualibus in omnibus,
& per omnia plenissimè suffragari: Sicque per quos-
cumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cau-
sarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & diffi-
niri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tingerit attentari.

§. 4. Non

URBANUS OCTAVUS

127

§. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Februarii 1640. Pontificatus nostri anno decimo-septimo.

CLXXX. Erectio Custodiæ Reformatæ Transilvaniæ Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ.

istorum Fratrum Reformatorum materiam habes signatam ad Constit. 38. Sacrosanctum, Tom. 4. Et in Constit. 263. Injuncti nobis, Tom. 5. ubi agitur de Reformatione Provinciarum.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Salvatoris nostri JESU CHRISTI, licet immeriti, vires gerentes in terris, illam curam libenter amplectimur, per quam Religiosorum Ordines multiplicatis cultoribus, quorum assiduis precibus, & fructuosis operibus Omnipotens Deus propitiatur, & fides Catholica propagatur, nostris etiam temporibus suscipiant incrementum, quod ut optatum sortiatur effectum, officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Fratrum Minorum Reformatorum nuncupatorum Ordinis S. Francisci Nobis nuper expositum fuit, quòd pro cultura Catholicorum in Transilvania, ac Hæreticorum, & Schismaticorum in illis partibus degentium conversione maxime expedit ex domibus Regularibus Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ Ordinis hujusmodi, in eisdem partibus existentibus unam Custodiam Transilvaniæ nuncupandam erigi, & à Provincia S. Salvatoris Ungariæ ejusdem Ordinis separari.

§. 2. Nobis propterea idem Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Procuratoris Generalis votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium admittat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tres, quæ à Fratribus Minoribus Strictioris Observantiæ hujusmodi ad præsens, ut asseritur, habitantur in Transilvania, necnon aliam de Cich, eorundem Fratrum Provincie Bullarij Magni. Tom. V.

ciæ S. Salvatoris Ungariæ prædicæ, Domos regulares ab eadem Provincia S. Salvatoris, illisque Ministri Provincialis jurisdictione, & superioritate, ita quòd illi amplius minime subsint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò separamus, ipsisque quatuor Domos regulares hujusmodi in Custodiam Transilvaniæ nuncupandam eisdem auctoritate; & tenore etiam perpetuò erigimus, illamque jurisdictioni, superioritati, visitationi, & correctioni Ministri, & Commissarii Generalium pro tempore existentium ejusdem Ordinis, qui custodiam per Nos sic erectam pro tempore regant, illique de Religiosis, & aliis necessariis provideant, immediare subijcimus, necnon in Custodem Custodiæ hujusmodi, pro hac prima vice dilectum filium Stephanum Salines ejusdem Ordinis Professore deputamus, & constituimus.

§. 3. Demum eidem custodiæ sic erectæ, illisque Domibus regularibus, Custodi, & Fratribus, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, concessionibus, & indultis, quibus alia ejusdem Ordinis custodiæ, illarumque Domus Custodes, & Fratres utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum similiter, & æquè principaliter, ac si custodiæ per præsentem erectæ, illisque domibus, Custodi, & Fratribus concessa fuissent, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, indulgemus.

§. 4. Decernentes præsentem literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios effectus sortiri, & obtinere debere, sicque per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ S. Salvatoris prædicæ etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, ac singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1640. Pontificatus nostri Anno decimo-septimo.

Declaratio Mentis circa reductionem onerum quorundam beneficiorum. Habetur Tomo 4. 157. in ordine, fol. 220. incipit: Alijs non.

Prohibitio erigendi nova loca sub titulo de Propaganda Fide, ubique Terrarum, absque facultate Sedis Apostolicæ.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

NE nova loca sub titulo de Propaganda Fide in posterum ubivis gentium temerè, & inconsulta Sede Apostolica erigantur, aut instituantur, quantum cum Domino possumus, opportunè providere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandæ Fidei hujusmodi præpositorum consilio, Superioribus cujuscumque Ordinis, Religionis, Congregationis, Societatis aut instituti sub pœnis privationis officiorum, & vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis ad ea, Apostolica auctoritate tenore præsentium prohibemus, ne Monasteria, Conventus, Domos, Seminaria, Collegia, Hospitia, seu Oratoria sub titulo de Propaganda Fide construant, aut erigant,

Erectio Custodiæ

Quod hæc Custodiæ gaudeat privilegijs

Decretum irritans

Contrariis derogati

Dat. Pont. A. 17. die 3. Febr.

CCLXXXI. Edit. An. D. 1640. 6. Mart. Pont. An. 17.

CCLXXXII.

Edita A. D. 1640.

Prohibiti prout in rubr.

erigant, vel à suis subditis construi, aut erigi permittant, sine speciali eorumdem Cardinalium licentia, Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cujuscumque Ordinis, Religionis, Congregationis, Societatis, & Instituti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Contrariis derogat.

§. 2. Quibus omnibus, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis crediti subet.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii Congregationis, dictorum Cardinalium de Propaganda Fide, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præfecti Congregationis hujusmodi, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibite, vel ostensæ.

D. P. An. 17. die 13. Mar.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Martii 1640. Pontificatus nostri anno decimo-septimo.

Publicatio.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo, indictione octava, die vero vigesima quarta mensis Martii, Pontificatus autem Sanctiss. D. N. Damiani Divini Providentiæ Urbani Papa VIII. anno ejus decimo-septimo, prædictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia, in acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Bardum prælati Sanctiss. D. N. Papa Curforem.

CC LXXXIII.

Pro restituendo, ac conservando in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia disciplinæ regularis candore.

De hujusmodi Fratrum Religione plenè notatum est ad Constitut. 57. Sacrosanctum, Tom. 4. & in sequentibus statutis generalibus.

Edita A. D. 1640.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesie regimini, meritis licet impatris, inscrutabili divinæ providentiæ voluntate præidentes, quid pro felici Christi Fidelium quorumlibet, & præsertim regularium personarum, quæ abjectis Mundi vanitatibus, Deo sub suavi Religionis jugo se totas devoverunt, statim tonferat, diligenter prospicimus, ac que ipsis per emissorum votorum summas ad perfectionis apicem contendentibus, offendiculo esse possunt, remove studemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Motus.

§. 1. Cum igitur, sicut accepimus, in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ob minus accuratam aliquorum præceptorum regulæ eorumdem Fratrum Observantiam, nonnullisque abusum, qui in Ordine prædicto contra Apostolicarum Constitutionum, & præcipuè fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri decretorum pro reformatione Regularium editorum præscriptum, pacem, mentisque quietem turbari, religionis candorem

minui, ac fidelibus non paucorum scandalorum occasionem præberi contingar.

§. 2. Hinc est, quod Nos ejusdem Clementis decretis, dictique Ordinis statutis, per Sedem Apostolicam confirmatis inhærendo, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, ac nostra perpetuè valitura Constitutione confirmantes quæ aliis à Nobis circa Patrum privilegiatorum abrogationem, sub die 23. Julii anni 1639. sancita fuere, Patrum ex electione factorum, sive ii Procuratores, & Commissarii Generales Curia, sive Diffinitores generales Ordinis, seu Ministri Provinciarum, sive eorumdem Custodes, & Diffinitores, à quibus ob majorem multitudinem majora etiam in eisdem oriuntur incommoda, quos ultra numerum in Statutis Ordinis præscriptum minime augeri posse sine dispensatione decernimus, sive Provincialium gratiis, & privilegiis ex Ordinis concessione gaudentes extiterint, vel existant; relicta tantummodò præcedentiâ, ac antelatione, ac socio eisdem per Ordinis statuta respectivè concessis, omnes exemptiones, immunitates, licentias, consuetudines, quæ potius abusus dici possunt, quoquo modo in dicto Ordine obtenta, inducta, intrusaque in perpetuum cassamus, tollimus, abolemus, & abrogamus, ac cassata, ablata, abolita, & abrogata esse, & ceteri debere, cuicumque in posterum tales exemptiones, & privilegia concedendi facultate penitus interdictâ, sub privationis vocis activæ, necnon excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendis pœnis, decernimus, & ordinamus.

Tollit quædam de iudiciorum pœnalis nra.

§. 3. Declarantes, ex officiis, quibus functi fuerint, nullum aliud in ipsis remansisse, vel remanere, aut eos prætere posse jus, arbitrium, superintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur, præminentiam in Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus; ita ut liberum omnino sit Provincialibus, & Diffinitoribus (nullo ad prædictos Patres habito respectu) de Conventibus disponere, Guardianos instituire, Fratres collocare, aliisque exequi, sicuti communi Provinciarum bono viderint expedire. Necnon Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem Apostolicam Cardinali Protectori, Ministro, ac Commissario Generalibus pro tempore existentibus, contravenientes Provinciales, & Guardianos taliter electos, obtentis officiis, eorum arbitrio, privandi; Patres verò præfatos, qui præteritorum officiorum per eos obtentorum prætextu, aliquid contra præsentis Constitutionis tenorem moliri, innovare, vel attentate præsumperint, ad majorem tranquillitatem, & pacem, eorumdem Protectoris, & Generalium arbitrio, etiam si opus fuerit in alienas Provincias transferendi, transmittendi, facultatem concedimus, & impartimur.

Dat. fact. tatem Superioribus liberè exercendi mun. suum.

§. 4. Ne autem in dicto Ordine recipiendi pro concionibus pecuniarias elemosynas, deque illis ad Concionatorum arbitrium disponendi, neve nimis equitandi abusus ulterius invalescant, gravissimisque regulæ Beati Francisci voto, & præcepto passim contraveniatur, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Concionatoribus, ultra pœnas in proprietarios per ejusdem Ordinis statuta fulminatas, in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub privatione officiorum, quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcumque officia, gradus, & dignitates in posterum ipso facto incurrendis, præcipimus, & mandamus, ut de prædictis elemosynis per se nullo modo disponant, nec eas ab offerentium manibus in suas recipiant, vel in Procuratoris, sive alterius cujuslibet deponi faciant, sed easdem integras Superiori Provinciali significant, qui de illis juxta Regulæ præscriptum disponat: quibus etiam pœnis eo ipso subicimus omnes ejusdem Ordinis Fratres, qui sine manifesta, vera, gravique necessitate, aut infirmitate, & absque licentia Provincialis, vel in casu urgenti, Superioris localis, de consilio, & judicio trium Discretorum Conventus in scriptis obtenta, equitare ausi fuerint: eadem pœnas solis Ministro, & Commissario Generalibus

Mandat. quod Fratres concionatorum elemosynas Superioribus significent.

URBANUS OCTAVUS.

177

libus aliquando, & ex rationabili causa remittendi, facultate relicta.

§. 5. Quos cum Provincialibus, Provinciarum Commissariis, & ad urgentiora negotia destinatis paternè monemus, ut in casu urgenti, ac per regulam permissio memores sine paupertatis, humilitatis, & patientiæ Christi Domini Salvatoris Nostri, ad cuius vitæ exemplum B. Franciscus, & conversationem instituit, & Ordinem suum fundavit, vilioribus, despectisque jumentis contenti sint, & comitatu, qui sæculares divites decet, relicto, majori quàm fieri poterit modestià gradiantur exemploque cæteros præeuntes, sciant in concessis tantum casibus equitandi licentiam indulgere, super quo Superiorum omnium, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, conscientiam oneramus. Concedentes Provincialis, & Provinciarum Commissariis, ut uno, eoque humili jumento, pro se tantum, non autem pro sociis, in necessitatis articulo uti possint: aliàs, si contrafecerint, suis officiis eo ipso destituti remaneant.

§. 6. Ad hæc, ut prædicti Clementis VIII. Prædecretis nostri decreta inviolabiliter observentur, omnes Fratres, præcipuè nominatos Ordinis, & Provinciarum Patres legitime non impeditos, ad Chori servitium, & ad faciendam hebdomadam, aliàsque Ecclesiasticas functiones, ad vestitum, & cellarum suppellectilem eorum statui convenientes, ad communem mensam, cum eisdem pane, vino, obsonio (nihil cuiquam singularitatis concessio) ad egressum de Conventibus cum licentia, & socio, qualibet vice à Superioribus obtinendis, benedictionisque receptione post regressum, ad cubitum singulorum in singulis lectis, ad orationis mentalis studium, à qua nullus, cuiuscumque conditionis existat exemptus censeatur, ad silentii custodiam, ad culpæ capitula, ad virtutum exercitium, ad colloquutiones, & sermones, singulis saltem hebdomadis, de regulari disciplina, spiritalique profectu tractantes, teneri volumus, & obligamus, nedum sub pœnis in eisdem decretis contentis, verum etiam sub privatione officiorum, & perpetua habilitate in posterum ipso facto incurrendis: Guardianis, Provincialibus, & Generalibus respectivè, qui sine legitima causa prædictorum transgressionem permiserint, & notabiliter negligentes, ac transgressores non legitime impeditos, voce activa, & passiva non privaverint, & in posterum ad alia non inhabilitaverint, prout Nos hac nostra Constitutione (quam in sola Cistoniense familia valere, statimque post ejusdem notitiam à prædictis Superioribus sub fulminatis pœnis in quolibet Conventu, pro felici executione publicari, ac in statutis Ordinis inferi, & cum illis bis saltem anno publicè in Communitate Fratrum legi, sub destinatione ipso facto Superiorum localium negligentium, volumus) privamus, & inhabilitamus, ac tanquam candoris Ordinis obscuratores, disciplinæque regularis relaxatores, privatos esse volumus, & declaramus.

§. 7. Sicque in præmissis omnibus, & singulis inviolabiliter observari, & per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac quibusvis aliis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquilita forma ad hoc

servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Junii 1640. Pontificatus nostri anno decimo-septimo.

Confirmatio declarationis Constitutionis Clementis CCLXXXIV. Papæ VIII. de largitione munerum Regularibus utriusque sexus interdicta. Reperiuntur Tomo 4. ordine 158. fol. 221. incipit: Nuper à Congregatione.

Confirmat electionem Sancti Dominici in Patronum Civitatis Neapolitanæ, & totius Regni.

URBANUS PAPA VIII. Editâ A.D. 1640. ad futuram rei memoriam.

Domini nostri JESU CHRISTI, qui servos suos æternæ gloriæ præmio donat in Cœlis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, ex injuncto Nobis Pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorumdem Servorum Christi debitus honor, & veneratio in terris in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis.

§. 1. Quamobrem Christi Fidelium ad eorumdem Sanctorum patrocinium confugientium vota, ut optatum sortiantur effectum, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ac desuper ejusdem officii partes propensius studeamus impendimus prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Sanè pro parte dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis Neapolitanæ, aliàsque Communitatum, & Universitatum, ac hominum totius Regni Neapolitani, Nobis nuper expolitum fuit, quod ipsi ob singularem, quem erga S. Dominicum Ordinis Prædicatorem Institutorem gerunt devotionis affectum, eundem S. Dominicum in Patronum, & Protectorem Civitatis, & Regni hujusmodi elegerunt: Cum autem, sicut eadem expolitio subijungebat, exponentes prædicti plurimum cupiant electionem hujusmodi, quo firma perpetuè subsistat, Nostro & hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ patrocinio communitari.

§. 3. Nos eorumdem exponentium pietatem, & consilium hujusmodi plurimum in Domino commendantes, illisque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus Exponentium eorumdem nomine Nobis super hoc humiliter potrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, electionem prædictam Apostolicæ auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam jur's, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis,

litigat in de...

Observari...

facit...

at...

inter...

Transumptis...

D.P. A. 17...

Editâ A.D. 1640. 16. 158. fol. 221. incipit: Nuper à Congregatione.

CCLXXXV.

Editâ A.D. 1640.

Proximis.

Supplicatio.

Confirmat...

Contra...

URBANUS OCTAVUS.

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub- scriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

D. P. A. 18. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub An- nulo Piscatoris, die 23. Augusti 1640. Pontificatus no- stri anno decimo octavo.

CCLXXXVI.

Breve executorialis super literas Apostolicas Clementis VIII. ac Urbani VIII. ac super statuta pro Indiarum Provinciis Fratrum Minorum de Observantia, quod mittere possint Commissarios ad Capitulum Gene- rale.

De hujusmodi Fratibus Indiarum plura indicavi- mus supra ad const. 22. Alias fel. Const. 46. Cum sicut. Tom. 4. Const. 274. Circumspe- cta, &c. Tom. 5.

Edita A. D. 1640.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Littera A. postolica.

§. 1. Aliis a Nobis emanarunt literae tenoris sub- sequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam, Circumspecta Romani Pontificis providentia ea quae in personarum Regularium Capitulis Generalibus interdum sancita, & auctoritate Apostolica comprobata fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, praesertim cum felici eorumdem personarum statui, & quieti opportunè consulitur, im- mutat, in hisque sua sollicitudinis partes favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expe- dire. Alias siquidem in Capitulo Generali Ordinis Fra- trum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupa- torum de anno 1635. celebrato, inter alia conditum fuit Statutum tenoris sequentis, videlicet.

Quod Mini- stri Provin- cialibus In- diarum pos- sint mittere Commissa- rios ad Ca- pit. Gen.

§. 2. Caveant ex Indiarum Provinciis Ministri Provin- ciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultate concessa. Nosque Statutum hujus- modi illius tenore inserto confirmavimus, & approba- vimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro ex- pressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Joannes Merinero dicti Ordinis Minister Generalis, Patres in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in hac Alma Urbe nostra novissime celebrato congregati, Ministris Pro- vincialibus praedictarum Provinciarum Indiarum anti- quum jus quod habebant, ut ad Capitulum Generale Commissarios eorum nomine suffragium laturos mit- tere possent, iustis ex causis restituendum esse censue- rint. Nobis propterea dictus Joannes Minister Genera- lis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri Generalis votis annuere volentes, illi neque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen- tentiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine qua- vis occasione, vel causa laeis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, Magistris Provincialibus dictarum Provinciarum In- diarum pro tempore existentibus, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittentur, quam etiam Custo- des filii earum Provinciarum respectivè sint pro quibus mittentur, vel in eis incorporati, sive in Indiis, sive in aliis Europae partibus existant, dummodo ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii,

quam Custodes praedicti a suis Provinciis non aliter quam juxta Constitutiones generales Segobienfes eli- gantur, quodque si Commissarii, & Custodes hujusmo- di in itinere decedant, suffragium suum nemini etiam tanquam Procuratori absentis, vel praesenti committere possint, ac idem in aliis etiam Praelatis, & Vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudinem servetur Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Et insuper pro commodiori praemissorum execu- tione Constitutionem fel. rec. Clementis Papae VNI. praedecessoris nostri, quae incipit: His qua ad Regula- rium personarum statum. Die 4. Martii 1600. Pontifica- tus sui anno nono editam, qua caveatur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, praesertim in Li- mensi Provincia ad Ministratus Provincialis, seu quod- libet aliud dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quam illi, qui ejusdem Provin- ciae Alumni sunt, vel ad eam expressè, ac nominatim missi ex Hispaniis, cum Ministri Generalis, aut Gom- missarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam assistentis literis obedientialibus in illis Pro- vincias incorporati fuerunt, innovamus, approbamus, & confirmamus; Declarantes sub illis verbis, Sen quodlibet aliud dignitatis officium, in dicta constitutione expres- sis, Ministri Provincialis, tam pro regenda Provincia, quam pro ferendo suffragio in Capitulo Generali desi- gnati, Vicarii Provincialis, Custodis, Diffinitorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum officia comprehendendi, & comprehensa intelligi, sicque in pra- missis, etiam per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audito- res, & S. R. E. Cardinales de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten- tari.

Quod Prae- ses non pro- moventur ad Officia.

§. 4. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore exi- stentibus dicti Ordinis Commissariis generalibus in Indiis in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommuni- cationis latae sententiae, privationisque suorum officio- rum, & perpetuae inhabilitatis ad alia obtinenda poenis praecipimus, & mandamus, ut praesentes literas, & in eis contenta quaecumque inviolabiliter servent, & ab aliis ad quos spectat, & spectabit, quomodolibet servari cu- rent. Alioquin, si eos in hac parte deliquisse comper- tum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regre- dientes, omni privilegio, titulo, immunitate, & exem- ptione privati remaneant: injungentes, & districtè pra- cipientes dicto Joanni, & aliis pro tempore existi- entibus dicti Ordinis praedicti Ministris generalibus, ut citra conniventiam quaecumque poenas praedictas contra transgressores debite executioni demandari faciant, onerando in his eorum conscientias.

Executores deputat. & mandat p. niri trans- gressores.

Non obstante statuto, & literis nostris praedictis, aliis- que Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel speciali- bus Constitutionibus, & Orinationibus, necnon dicti Ordinis, & provinciarum praedictarum etiam juramen- to, confirmatione Apostolica, vel alia quavis fir- mitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privi- legiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Ministris Genera- libus, ac Provincialibus, & Commissariis praedictis, aliis- que Superioribus, Fratibus, & personis sub quibus- cumque tenoribus, formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in ge- nere, vel in specie, ac alias in contrarium praemisso- rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innova- tis. Quibus omnibus, & singulis etiam de illis, eorum- que totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indi- vidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau- sulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, illo- rum omnium tenores praesentibus pro plene, & suffi- cienter expressis habentes, illis aliis in suo robore per- manentibus,

manfuis, ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Voluntis autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhibetur presentibus, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die 6. Augusti 1639. Pontificatus Nostri anno decimo-septimo.

§. 1. Cum autem, sicut accepimus, Commissarii Generales Indiarum in praedictis Provinciis circa provisionem Officiorum multa quotidie contra praedictas nostras literas, & Statuta illis confirmata in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in Urbe celebrato pro Indianis edita moliantur, eremim peracta Provincialis Ministri, Diffinitorumque electione tabulas Guardianorum arbitrato suo conscriptas proferunt, atque a Provincialibus, & Diffinitoribus subscribi violententer faciunt, necnon captiosas, & dolo plenas Praelatorum postulationes sibi fieri procurant in maximum dicti Ordinis detrimentum, & sacrorum Canonum, Decretorumque Concilii Tridentini transgressionem; idcirco Nos cupientes praesertim nostras literas, & Statuta hujusmodi debita, ut par est, executioni demandari, & ne talia deinceps fiant providere, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Venerabili fratri nostro Archiepiscopo Limano, ac dilectis filiis Decano, & Archidiacono Ecclesiae Limanae, nunc, & pro tempore existentibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel per alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Superiorum, & aliorum quorumcumque Ordinis, & Provinciae hujusmodi Religiosorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praedictas nostras praesertim, ipsarumque statutum, ac praesentes etiam nostras literas debite executioni demandari, & ab omnibus, quos illae concernunt, & in futurum quomodolibet concernent, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, ipsosque Superiores, & alios praedictos omnium, & singulorum in praedictis statuto & literis contentorum, aliorumque praemissorum effectu pacifice, frui, & gaudere; non permittentes eos deluper a quoquam quavis auctoritate fungente, quovis praetextu quomodolibet indebitè molestanti.

§. 6. Contradictores quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel favorem, publice, vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet praestantes, per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimeque super his servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 7. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in judicium non trahatur, necnon omnibus, & singulis illis, quae in dictis praesertim literis volumus non obstatè, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhibetur presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Septembris 1640. Pontificatus nostri anno decimo-octavo.

Quod Prior Provincialis Fratrum Ordinis Praedicatorum Provinciae Poloniae sit biennalis dumtaxat, ad instar Romanae, & Lombardiae dicti Ordinis Provinciae.

De his Fratribus vide notata ad Conf. 208. Alias per Nos, Tom. 5. ac ad Conf. 261. In his Apostolici, &c.

URBANUS PAPA VIII. Edita A. Di 1640. Ad perpetuam rei memoriam.

Omni Nostri Iesu-CHRISTI, qui charitas est, & Deus pacis, vices meritis licet imparibus gerentes in Terris, pacem, & concordiam inter Christi Fideles quoslibet, praesertim Regulares, sublatà dissidiorum materia, confovere studemus, ut ipsi in charitate, & sic in Deo manentes, ei sua vota reddant in sanctitate, & iustitia coram ipso.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Fratres Ordinis Praedicatorum Provinciae Poloniae Nobis nuper exponi fecerunt, gravissime in praedicta Provincia dissensiones, & controversiae super distributione officiorum vigeant, propterea ipsi Exponentes perpetuam inter ejusdem Provinciae filios, necnon inter Conventuales Conventus Cracoviensis Ordinis hujusmodi pacem stabiliri summopere desiderant.

§. 2. Nos pro nostri pastoralis officii debito desuper opportunè providere volentes, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 3. Quod de cetero futuris ejusdem Provinciae Prior Provincialis, biennalis dumtaxat, ad instar Priorum Provincialium Romanae, & Lombardiae dicti Ordinis Provinciae existat, alternis vicibus, primò videlicet ex Cracoviensi, secundò ex Vilnensi, tertio ex Lublinski, quarto ex Posnaniensi, ac demum quinto successivè ex aliis dictae Provinciae Conventibus Ordinis hujusmodi eligi, & assumi respectivè debeat, quòdque nec Diffinitor Generalis, seu Provincialis, nec Socius Diffinitoris, ac Provincialis sit unquam ex eodem Conventu, cujus erit ipse Prior Provincialis, Apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuò statuimus, mandamus, & ordinamus; ita tamen, ut post modernum dictae Provinciae Priorem Provincialem, qui, ut asseritur, filius Conventus Cracoviensis existit, ac cujus officium Dominica tertia post festum Paschatis Resurrectionis Domini Nostri Iesu-CHRISTI 1642. expirabit, eligatur primo loco Prior Provincialis ex Conventu Vilnensi praedicto, & sic deinceps ordine per Nos supra constituto.

§. 4. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suòque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconculsè observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provinciae hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis

For
pro
fua.

rei
p
fua.

re
p
fua.

re
p
fua.

re
p
fua.

re
p
fua.

oelxxvii

Edita A. Di 1640.

Provincium

Motiva

Prior Pro-
vincialis
eligatur al-
ternis vicibus
ex quibus
que nationibus.

Decretum
irritant.

Contrariis
derogat.

URBANUS OCTAVUS

expensis habentes, illius in suo robore... Datum Romae apud Sanctam Mariam...

Dat. P. A. 18 die 6. Nov.

CCLXXXVIII

Restitutio viae antiquae, & postarum à Terra Montis Rosarum per Loca, & Territoria...

Pro maintenance Viarum in Vrbe, & extra, vide quomodo plura notata in Repertorio Tom. 5. verb. Magistri Viarum.

Edita A. D. 1641.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Enodiam.

Monita h. Jos. Confis.

August 16. nos Sedi Apostolicae...

Decet, & equum est, ut Nos, qui pro pastorali nostra sollicitudine omnium Christi Fidelium...

§. 1. Hinc est, quod Nos ejusdem Sedis, ac praedictorum subditorum nostrorum indemnitati, & commodis...

per Civitatem, seu Suburbia Sutrina, & Terram Capranicam, Terramque, seu Territorium Vetrallae...

§. 2. Mandantes propterea omnibus, & singulis Veredariis, Tab. Hauris, Vectoribus, Aurigis, Quadrigaris...

§. 3. Praesentes quoque literas, & omnia, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod in temporalibus...

§. 4. Sicque, & non aliis in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos...

Viam...

Papa...

Præcepta...

Decretum...

Ecclesie

URBANUS OCTAVUS.

Ecclesie Cardinalis, etiam de Latere Legatos, & Sedis predictae Nuncios, ac quascumque Congregationes, etiam Sanctae Romanae Ecclesie Cardinalium, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublatam eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & interpretari, ac quicquid desuper a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane pariter decernimus.

eligendi, restituta reposita, & plenarie reintegrata; ac de novo concessa sint, & esse censentur, necnon pro illorum sufficienti derogatione, de illis, & quicquid tota tenoribus specialibus, specificis, & expressis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, harum serie, artento quod agitur de regalibus, specialiter, & expresse, ac latissime ad effectum praemissorum derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Quocirca dilecto filio nostro Antonio S. Agatha Diacono Cardinali Antonio Barberino nuncupato, nostro secundum carnem ex fratre germano nepoti nunc, & pro tempore existenti eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario per eandem praesentes injungimus, quatenus illas solemniter publicas, seu publicari faciens ipsas, & in eis contenta quaecumque per se, vel alium, seu alios debite executioni demandet, ac demandari curet.

Contradictores quoslibet, & rebelles, ac praemissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, recurso, & reclamacione, remotis, auctoritate nostra compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Nos enim eidem Cardinali Camerario plenam in praemissis, necnon ad eorum effectum vias novas aperiendi, vel antiquas instaurandi, aliaque necessaria quomodolibet, & opportuna gerendi, faciendi, mandandi, praecipendi, & exequendi facultatem eorumdem tenore praesentium concedimus, & impartimus.

§. 8. Ut autem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, & Apostolica auctoritate decernimus easdem praesentes ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac in acie Campi Florae per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui: quae sic publicatae, & affixae, omnes, & singulos quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, & intimatae fuissent.

Tr. ad illas Pii crudi mandatis.

§. 6. Non obstantibus quatenus unquam emanaverint, aut extent, fel. record. Iulii II. & Pauli III. praedictorum litteris, ac Magistrorum, seu Congregationis viarum decreto, seu decretis quibuslibet super negotio viae, & Post harum huiusmodi, ad Ducis, ac Universitatis dictae Terrae Roncilionis praefatorum, & quorumvis aliorum favore, & instantia, ut asseritur, editis, factis, & expeditis, necnon Bonifacii VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas extra suam Civitatem, & diocesim ad iudicium vigore praesentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum de gratis interesse dictae Camerae quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera insinuandis, & registrandis, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, nostra de non tollendo iure quaevis, aliisque Cancellariae Apostolicae regulis, ac Terrarum, & aliorum Locorum praedictorum statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputacionibus, confirmationibus, extensionibus, prorogacionibus, & litteris Apostolicis Duci, Universitatibusque, & hominibus, ac Cauponibus, & Veredariis, Postisque Terrarum, & Locorum praedictorum, & quibusvis aliis etiam speciali nota, & mentione dignis, etiam motu, scientia, & potestate paribus etiam consistorialiter de eorundem Cardinalium consilio, & assensu, & aliis quomodolibet, ac ex quocumque titulo, ratione, vel causa, etiam speciali mentione, & expressione dignis, sub quibuscuque verborum formis, & tenoribus, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & irritantibus, & aliis decretis, etiam necessariis exprimendis, etiam in vim contractus jurati, & camerali obligatione vallari, & quovis alio robore, & cautela firmati, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, editis, factis, emanatis, & pluribus, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis.

§. 9. Quodque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Anno D. P. Anni 8. lo Piscatoris, die 23. Januarii 1641. Pontificatus nostri Anno decimo octavo.

D. P. Anni 8. die 23. Janu.

Anno a Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, Indictione nona, die vero undecima mensis Martii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. Domini Urbani Divinae Providentiae Papa VIII. anno decimo octavo, praesentes litterae Apostolicae ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, ut moris est, & publicatae, & illarum exempla ibidem affixa, & relicta fuerunt per me F. Angelicum Cursorem Sanctiss.

Ita est. Hieronymus Mascella Cursor pro Magistro Cursorum.

Confirmatio Constitutionum Pij Papae V. & Gregorii XIII. prohibentium quosdam Theologorum sententias, & opiniones. Nec non prohibitio libri, cui titulus, Augustinus, Cornelii Iansenii, olim Iprensis Episcopi.

Circa hanc prohibitionem Iansenii Innocentius X. edidit Constitutionem, qua declarantur, & diffiniuntur quinque Propositiones in materia fidei, quae incipit: Cum occasione, quam confirmavit, & declaravit Alex. VII. in sua Constitutione.

URBANUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

In Eminenti Ecclesiae militantis Sede, meritis licet imparibus, constituti, sedulo meditatur, ut quae ad fidei Catholicae conservationem a praedecessoribus nostris providere Statuta, & ordinata sunt, firmiter & perpetuo observentur; & cum opus sit, nostrae auctoritatis munimine confirmantur.

1641.

§. 1. Dudum siquidem a fel. record. Pio Papa V. praedecessore nostro emanavit Constitutio tenoris subscriptae, videlicet, Pius Episcopus Servus Servorum Dei Ad futuram rei memoriam. Ex omnibus afflictionibus, quas in hoc loco a Domino constituti, tam luctuoso tempore sustinentus, ille animum nostrum praecipue excruciat.

Constitutio Pii V.

§. 7. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus facultatibus, licentiis, concessionibus, privilegiis, & aliarum gratiarum praefatarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore faciendis comprehendantur, sed semper ab eis excepta, & quoties illa emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum etiam sub posteriori data per eos, quibus concessa sunt

URBANUS OCTAVUS.

cruciat dolor, quod Religio Christiana tantis jam pri-
mam turbis agitata, novis quotidie propositis opi-
nionibus conflicatur. Christusque populus antiqui ho-
stis suggestionibus dissectus, in alios, atque alios errores
passim, & promiscue delectatur. Quantum vero ad Nos
attinet, totis viribus conamur, ut illa, simul atque pro-
siliunt, penitus opprimantur: magno enim moerore
afficimur, quod plerique, spectata; alioqui probitate,
& doctrina, in varias sententias, offensionis, & periculi
plenas, tum verbo, tum scriptis prorumpunt; deque
eis, etiam in Scholis, invicem controversantur, cujus-
modi sunt sequentes.

*Sententia
suspecta.*

§. 1. Nec Angeli, nec primis hominis adhuc integri
merita recte vocantur gratia. Sicut opus malum ex na-
tura sua est mortis aeternae meritorium: sic bonum opus,
ex natura sua est vitae aeternae meritorium. Et bonis An-
gellis, & primo homini, si in statu illo perseverassent us-
que ad ultimum vitae, felicitas esset merces, & non gra-
tia. Vita aeterna homini integro, & Angelo promissa
fuit intuitu bonorum operum; & bona opera ex lege
naturae ad illam consequendam per se sufficiunt. In pro-
missione facta Angelo, & primo homini continetur na-
turalis iustitiae constitutio, quae pro bonis operibus, sine
alio respectu, vita aeterna iustis promittitur. Naturali
lege constitutum fuit homini, ut si in obedientia per-
severaret, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non
posset. Primi hominis integri merita fuerunt primae
creationis munera; sed juxta modum loquendi Scriptu-
rae sacrae non recte vocantur gratia; quo fit, ut tantum
merita, non etiam gratia, debeant nuncupari. In redem-
ptis per Gratiam Christi, nullum inveniri potest bonum
meritum, quod non sit gratis indigno collatum. Dona
concessa homini integro, & Angelo, forsitan non im-
probanda ratione, possunt dici gratia; sed quia secun-
dum usum sacrae Scripturae, nomine gratiae, ea tantum
munera intelliguntur, quae per JESUM-CHRISTUM
malè merentibus, & indignis conferuntur, idèd neque
merita, neque merces, quae illis redduntur, gratia dici
debet. Solutio poenae temporalis, quae peccato dimissa,
saepè remanet, & corporis resurrectio, proprie non nisi
meritis Christi adscribenda est. Quod pie, & iuste in hac
vita mortali usque in finem conversati, vitam conse-
quimur aeternam, id non proprie gratiae Dei, sed ordi-
nationi naturali statim initio creationis constitutae iusto
Dei judicio deputandum est, neque in hac retributio-
ne bonorum, ad Christi meritum respicitur, sed tantum
ad primam institutionem generis humani, in qua, lege
naturali constitutum est, ut iusto Dei judicio obedien-
tiae mandatorum vita aeterna reddatur. Pelagii sententia
est. Opus bonum, citra gratiam adoptionis factum, non
est Regni Coelestis meritorium. Opera bona à filiis
adoptionis facta non accipiunt rationem meriti ex eo,
quod sunt per spiritum adoptionis inhabitantem cor-
da filiorum Dei, sed tantum ex eo, quod sunt confor-
mia legi, quodque per ea praestantur obedientia legi.
Opera bona iustorum non accipiunt in die iudicii ex-
tremi amplio remercedem, quam iusto Dei judicio
mereantur accipere. Ratio meriti non consistit in eo,
quod qui bene operatur, habet gratiam, & inhabitan-
tem spiritum sanctum, sed in eo solum, quod obedit
divinae legi. Non est vera legis obedientia, quae fit sine
charitate. Sentiant cum Pelagio, qui dicunt, esse neces-
sarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam
adoptionis sublevetur ad statum Deificum. Opera Ca-
thecumenorum, ut fides, & poenitentia, ante remissionem
peccatorum facta, sunt vitae aeternae meritoria, quam
vitam ipsi non consequuntur, nisi prius praecedentium
delictorum impedimenta tollantur. Opera iustitiae, &
temperantiae, quae Christus fecit, ex dignitate personae
operantis non traxerunt majorem valorem. Nullum est
peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum
meretur poenam aeternam. Humanae naturae sublimitas,
& exaltatio in consortiam Divinae naturae, debita
fuit integritati primae conditionis, & proinde natura-
lis dicenda est, & non supernaturalis. Cum Pelagio
sentiant, qui textum Apostoli ad Romanos secundo,
Gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis

faciunt, intelligunt de gentibus fidei gratiam
non habentibus. Absurda est eorum sententia, qui di-
cunt hominem ab initio, dono quodam supernatura-
li, & gratuito supra conditionem naturae suae fuisse
exaltatum, ut fide, spe, & charitate Deum supernatu-
raliter coleret. A vanis, & otiosis hominibus secun-
dum insipientiam Philosophorum, excogitata est sen-
tentia, quae ad Pelagianismum rejicienda est. Hominem
ab initio sic constitutum, ut per dona naturae super-
addita fuerit largitate Conditoris sublimatus, & in Dei
filium adoptatus. Omnia opera Infidelium sunt pecca-
ta, & Philosophorum virtutes sunt vitia. Integritas pri-
mae creationis non fuit indebita humanae naturae exal-
tatio, seu naturalis ejus conditio. Liberum arbitrium
sine gratiae Dei adjutorio, non nisi ad peccandum va-
let. Pelagianus est error dicere, quod liberum arbi-
trium valeat ad ullum peccatum vitandum. Non soli
fures ij sunt, & larrones, qui Christum Viam, &
Ostium veritatis, & vitae negant, sed etiam quicumque
aliunde, quam per ipsum, in viam Justitiae (hoc est ad
aliquam justitiam) conscendi posse docent, aut tenta-
tioni ulli, sine gratiae ipsius adjutorio resistere homi-
nem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea non
superetur. Charitas perfecta, & sincera, quae est ex
corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta tam
in Cathecumenis, quam in poenitentibus, potest esse
sine remissione peccatorum. Charitas illa, quae est pleni-
tudo legis, non est semper conjuncta cum remissio-
ne peccatorum. Cathecumenus iuste, rectè, & sanctè
vivit, & mandata Dei observat, ac legem implet per
charitatem ante obtentam remissionem peccatorum,
quae in Baptismi lavacro demum percipitur. Distinctio
illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus ama-
tur ut auctor naturae, & gratuiti, quo Deus amatur ut
beatificator, vana est, & commentitia, & ad illuden-
dum sacris literis, & plurimis veterum testimoniis ex-
cogitata. Omne quod agit peccator, vel servus peccati,
peccatum est. Amor naturalis, qui ex viribus naturae
exoritur; ex sola Philosophia, per elationem praesum-
ptionis humanae, cum injuria Crucis Christi defenditur
à nonnullis Doctoribus. Cum Pelagio sentit, qui boni
aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturae solis viribus
ortum ducit, agnoscit. Omnis amor creaturae rationalis,
aut vitiosa est cupiditas, quae mundus diligitur, quae
à Joanne prohibetur; aut laudabilis illa charitas, qua
per Spiritum sanctum in corde diffusa, Deus amatur.
Quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè ta-
men fit. In omnibus suis actibus peccator servit domi-
nanti cupiditati. Is libertatis modus, qui est à necessi-
tate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis,
sed solum nomen libertatis à peccato. Iustitia, qua ju-
stificatur per fidem impius, consistit formaliter in obe-
dientia mandatorum, quae est operum Iustitiae, non au-
tem in gratia aliqua animae infusa, quae adoptatur homo
in filium Dei, & secundum interiorese hominem re-
novatur, ac divinae naturae confors efficitur, ut sic per
spiritum sanctum renovatus, deinceps bene vivere, &
Dei mandatis obedire possit. In hominibus poenitenti-
bus, ante Sacramentum absolutionis, & in Cathecu-
menis ante Baptismum est vera justificatio, separata ta-
men à remissione peccatorum. Operibus plerisque, quae
à Fidelibus sunt, solum ut Dei mandatis pareant, cu-
jusmodi sunt, obedire parentibus, depositum reddere,
ab homicidio, à furto, à fornicatione abstinere, iusti-
ficantur quidem homines, quia sunt legis obedientia, &
vera legis iustitia; non tamen iis obtinent incrementa
virtutum. Sacrificium Missae non alia ratione est sacri-
ficium, quam generali illa, quae omne opus, quod fit,
fit ut sancta societate Deo homo inhaereat. Ad ratio-
nem, & distinctionem peccati non pertinet volunta-
rium, nec distinctionis quaestio est, sed causae, & origi-
nis, utrum omne peccatum debeat esse voluntarium;
unde peccatum originis verè habet rationem peccati
sine ulla relatione, ac respectu ad voluntatem, à qua
originem habuit. Peccatum originis est habitualiter domi-
parvuli voluntate voluntarium, & habitualiter domi-
natur parvulo, eò quod non gerit contrariū voluntatis
arbitrium

arbitrium, & ex habituali voluntate dominante fit, ut parvulus discodens sine regenerationis Sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deum odio habeat, Deum Blasphemet, & Legi Dei impugnet. Prava desideria, quibus ratio non consentit, & que homo fatuus patitur, sunt prohibita praecepto. Non concupisces. Concupiscentia, sive lex membrorum, & prava ejus desideria, quae inviti sentiunt homines, sunt vera legis Inobedientia. Omne scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem, & omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio. Quantum est ex vi transgressionis; tantum meritorum malorum à generante contrahunt; qui cum minoribus nascuntur vitis, quam qui cum majoribus. Distinctiva hæc sententia, Deum homini nihil impossibile precepisse, falsò tribuitur Augustino; cum Pelagii sit. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur. In peccato duo sunt actus, & reatus, transeunte autem actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad poenam. Unde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione, proprie reatus peccati dumtaxat tollitur, & ministerium Sacerdotum solum liberat à reatu. Peccator poenitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo, qui poenitentiam suggerens, & inspirans, vivificat eum, & resuscitat, ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur. Quando per elemosynas, aliæque poenitentiae opera Deo satisfacimus pro penis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant (nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte redemptores,) sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, & communicatur. Per passiones Sanctorum in Indulgentiis communicatas, non proprie redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartuntur, ut digni simus, qui pretio sanguinis Christi à poenis pro peccatis debitis liberemur. Illa Doctorum distinctio, Divinae legis mandata bifariam impleti, altero modo quantum ad praeceptorum operum substantiam tantum; altero quantum ad certum quendam modum, videlicet secundum quem valeant operantem perducere ad regnum æternum (hoc est ad modum meritorum) commentitia est, & explosenda; illa quoque distinctio, quæ opus dicitur bifariam bonum, vel quia ex objecto, & omnibus circumstantiis rectum est, & bonum (quod moraliter bonum appellare consueverunt) vel quia est meritorium Regni æterni, eò quod fit à vivo Christi membro per Spiritum charitatis, rejicienda est. Sed & illa distinctio duplicis iustitiae, alterius, quæ fit per Spiritum charitatis inhabitantem; alterius, quæ fit ex inspiratione quidem Spiritus Sancti, eor ad poenitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis; & in eo charitatem diffundentis, quæ Divinae Legis justificatio impleatur, similiter rejicitur. Item illa distinctio duplicis vivificationis, alterius, quæ vivificatur peccator, dum ei poenitentia, & vitæ novæ propositum, & inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius, quæ vivificatur, qui verè justificatur, & palmis vivus in vite Christo efficitur, pariter commentitia est, & Scripturis minimè congruens. Non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus, & gratiæ Christi injuriam facit, qui ita sentit, & docet. Sola violentia repugnat libertati hominis naturali. Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo, quod ne cessariò facit. Infidelitas purè negativa in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est. Justificatio impii fit formaliter per obedientiam Legis, non autem per occultam communicationem, & inspirationem gratiæ, quæ per eam justificationem facit implere legem. Homo existens in peccato mortali, sive in reatu æternæ damnationis, potest habere veram charitatem, & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis. Per contritionem, etiam cum charitate perfecta, & cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen, extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali

Bellaris Magni. Tom. V.

susceptione Sacramenti. Omnes, omnino Iustorum afflictiones; sunt ultiones peccatorum ipsorum; unde de Job, & Martyres, quæ passi sunt, propter peccata sua passi sunt. Nemo, præter Christum, est absque peccato originali; hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum, omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut, & aliorum Iustorum; fuerunt ultiones peccati actualis, vel originalis. Concupiscentia in reatu relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut & alii habitus pravi. Motus prævi concupiscentiæ, sunt pro statu hominis vitiosi, prohibiti præcepto; Non concupisces. Unde homo eos sentiens, & non consentiens, transgreditur præceptum, Non concupisces, quamvis transgressio in peccatum non deputetur. Quamdiu aliquis concupiscentiæ carnalis indiligente est, non facit præceptum; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Satisfactiones laboriosæ justificarum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatum. Immortalitas primi Hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio. Falsa est Doctorum sententia, primum Hominem potuisse à Deo creari, & institui sine iustitia naturali.

§. 3. Quas quidem sententias stricto coram Nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent; in rigore, & proprio verborum sensu ab assertoribus intento; hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias aures offensivam immittentes respectivè, ac quæcumque super iis verbo, scriptoque emissa, præsentium auctoritate damnamus, circumscribimus, & abolemus, deque eisdem, & similibus post hæc, quoquo pacto loquendi, scribendi, & disputandi facultatem quibuscumque interdiciamus. Qui secus fecerint, ipsos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis, & officiis perpetuò privamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus, vinculo quoque anathematis eo ipso innodamus, à quo nullus Romano Pontifice inferior valeat ipsos, excepto mortis articulo, liberare.

§. 4. Cæterum, ut jam commoti his de rebus tumultus, & contracta odia faciliùs comprimi possint, simulque animarum saluti plenius consulatur, Dilecto filio nostro Antonio Tituli S. Bartholomæi in Insula Presbytero Cardinali Granvelano nuncupato, per Apostolica scripta mandamus, ut ipse, quid ad perpetuam dictarum sententiarum, & scripturarum abolitionem, quid ad arcenda hujusmodi proloquia, & disputationes, quid denique ad unionem, & pacem cum communi omnium, & Ecclesiæ Catholicæ satisfactionem componendam, facto opus sit, in primis diligenter expedit, deinde in iis omnibus, quæ pro communi salute, tranquillitate, & honore optimum judicaverit, salva semper Ecclesiæ prædictæ unitate, etiam per alium, seu alios fide, doctrinam, & religione præstantes, ociosè exequatur, faciaturque quicquid decreverit, inviolatè ab omnibus observari.

§. 5. Contradictores quolibet per censuras, & poenas prædictas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus, quod forsitan aliquibus ab Apostolica sit Sede Indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, Indulgentiis, & literis Apostolicis, specialibus, vel generalibus, quorumcumque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, circumscriptionis, abolitionis, interdicti, decreti, & mandati, privationis, & innodationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis

M Dei,

Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se

Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1567. Kalendis Octobris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Gregor. XIII. confirmavit praedictam Pii constit.

§ 5. Deindeque pie mem. Gregorius Papa XIII. etiam Praedecessor noster, intellecto per eum, non sine animi sui dolore, non defuisse tunc temporis aliquos Theologos rum studiosos, rum Professores, qui articulos in praedicta Constitutione damnatos alterere, & pertinaciter defendere pergerent, pro officii sui munere eorumdem temeritatem, atque audaciam ad totius Ecclesiae periculum pertinentem, minime contemnendam, & dissimulandam censuit, sed ad coercenda huiusmodi ingenia, per aliam suam Constitutionem, sub datam 4. Kalendas Februarii, anno Incarnationis Dominicae 1579. Pontificatus sui Anno octavo editam, Pii Praedecessoris Constitutionem praedictam sua quoque auctoritate confirmavit, articuloque ibidem comprehensos iterato damnavit, & ne quis hac in re constantem Sedis Apostolicae voluntatem, ac sententiam ignorare posset, suam huiusmodi confirmationis Constitutionem, altera Pii V. comprehensa, publicavit, & promulgavit.

Paulus V.

§ 6. Postea recol. mem. Paulus Papa V. similiter Praedecessor noster, ad tollenda scandala, & dissensiones, quae in Ecclesia Catholica oriebantur occasione editionis librorum, & operum de Auxiliis tractantium, in Generali Congregatione Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis, sub die 1. Decembris Anni Domini 1611. coram ipso habita, decrevit, ut scriberentur Nunciis Apostolicis, quod notificarent, & ordinarent, Superioribus Religionum, & Universitatibus Studiorum, & Ordinariis eorum Nuntiaturae, ne sinerent imprimi in materia de Auxiliis, etiam sub praetextu commentandi S. Thomam, aut alio modo, & qui vellent de hac materia scribere, & imprimere, prius mitterent Tractatus, & Compositiones ad dictam Sanctam Universalem Inquisitionem; & in executionem mentis dicti Pauli Praedecessoris, ejusdem Decreti tenor omnibus praedictis per Nuncios respectivè fuit legitime intimatus: Successivèque ne contra praedictum Decretum aliquid attentari contingeret, sed scandala, & dissensiones omnino cessarent, Nos in alia Generali Congregatione dictae Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis, Feria 5. die 22. Maii, Anno Domini 1623. per aliud Decretum nostrum, ipsum Pauli Praedecessoris Decretum confirmavimus, & innovavimus, ac omnibus, & singulis cujusvis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis, etiam de necessitate exprimendae Regularibus, & aliis quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quam secularibus personis cujuscumque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis, tam Ecclesiasticae, quam secularis, ne in posterum auderent imprimere, vel quocumque modo in lucem edere libros, Tractatus, vel compositiones ex professo, vel incidenter, aut praetextu commentandi D. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occasione, praetextu, vel modo, de materia Auxiliorum Divinorum tractantes, sine expressa, & speciali licentia à Nobis in Congregatione S. Officii praedicta obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica foret ordinatum, districte praecipimus, & mandavimus, & ut huiusmodi nostrum Decretum inviolabiliter observetur, volumus, & declaravimus, contravenientes penas privationis dignitatum, & officiorum suorum, vocis activae, & passivae, facultatis concionandi, publice legendi, docendi, & interpretandi ipso facto, absque alia declaratione incurrere, & nihilominus aliis etiam penis nostro, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis subjacere, librisque, quos ex tunc deinceps, contra dicti nostri Decreti tenorem edi contingeret, abque alia declaratione, tanquam expressè prohibitos haberi, & Inpressos, praeter missionem librorum, pecuniariis, aliisque corporalibus poenis iuxta criminis gravitatem teneri.

§ 7. Novissimè tandem accepto per Nos in Oppido

(Civitate nuncupato) Lovanensi, quosdam affectos Cornelii Iansenii olim Episcopi Iprensis executores ex testamento in lucem edi curasse librum, cui titulus Augustinus, ex professo continentem, & constantem materiam de Auxiliis, nullà penitus petita, vel obtenta à dicta Congregatione licentia illum imprimendi, eisdemque operis occasione Patres Societatis Iesu, nonnullas in Civitate Antuerpiensi de eadem materia tractantes Theses, pariter absque licentia ejusdem Congregationis imprimi curasse; opinionisque Iansenii in praedicto libro contentas oppugnasse, turisque nonnullas alias orationes, scripturas, epistolas, Thesesque in calce infra scripti Decreti nostri tunc registratas, tam pro dicti libri Iansenii, quam Thesium à Patribus Iesuitis editarum defensione impressas fuisse, non solum contra praedictorum Decretorum prohibitionem, sed etiam in grave scandalum, & offensionem Ecclesiae Catholicae.

§ 8. Nos, ut malis huiusmodi imminetibus quanto citius occurreretur, & ne in posterum ullus audeat dictis Decretis contraire, per aliud Decretum in alia plena, & generali Congregatione ejusdem Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis coram Nobis die 1. Augusti proxime praeteriti habita, inhærendo Prioribus Decretis à Paulo Praedecessore, & à Nobis, ut supra editis, pro tunc dictum librum Iansenii, cui titulus Augustinus, Lovanii impressum, necnon Theses à Patribus Soc. Iesu Antuerpiae in lucem editas, aliisque scripturas in calce posterioris nostri Decreti huiusmodi registratas, jam vigore anteriorum supradictorum Decretorum prohibitas, de novo prohibuimus, ac pro prohibitis omnino haberi volumus: Mandavimusque sub poena excommunicationis, ipso facto incurrendae, ne quis cujuscumque status, gradus, conditionis, & qualitatis, etiam specialis, & specialissima nota dignae, librorum, & Thesium praedictarum, aliisque scripturas, ut supra, absque dictae Sedis licentia in dicta Congregatione S. Officii obtinenda, retinere, & legere posset. Mandavimus insuper omnibus & singulis cujusvis Religionis, Ordinis, & Dignitatis, Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate fultis, Collegiis, & Universitatibus, sub praedictis, ut supra, excommunicationis ipso facto incurrendae, Interdicti Ecclesiastici respectivè, aliisque arbitrio nostro poenis infligendis, etiam corporalibus, ne in posterum auderent imprimere, nec quoquo modo in lucem edere libros, Tractatus, compositiones, ex professo, vel incidenter, etiam sub praetextu commentandi D. Thomam, seu in Philosophicis agendi de concursu causae primae cum secunda, & praesertim defendendi, aut impugnandi librum dicti Iansenii, cui titulus Augustinus, vel Theses Patrum Soc. Iesu, aliisque scripturas in calce dicti posterioris nostri Decreti, ut praefertur, registratas, & prohibitas, aut alia quavis occasione, vel modo de materia Auxiliorum Divinorum, seu de gratia, & libero arbitrio tractantes, sine expressa licentia à nobis in dicta Congregatione S. Officii obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica praedicta foret ordinatum.

§ 9. Absolutionem verò à praedicta excommunicatione, necnon interdicti suspensionem, & relaxationem Nobis, & dictae Congregationi reservavimus: Non obstantibus quibuscumque privilegiis, etiam Sanctae Cruciae, Iubilaei (etiam generalis) & facultatibus Missionariorum, ac aliis à dicta Sede emanatis, seu emanandis, quibus omnibus in hac parte derogavimus: Volumusque ea omnia suum plenarium sortiri effectum, omnemque contravenientes, ut supra, ligare, nec quemquam excusari posse, etiam sub praetextu, quod anteriora Decreta Pauli Praedecessoris, & nostra, aliis, ut praefertur edita, non forent in Provinciis intimata, vel usua recepta. Irritum quoque & inane decernimus quicquid focus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Et ne praemissorum ignorantia posset ab aliquo praetendi, volumus ut posterius nostrum decretum huiusmodi, seu illius exemplum, ad Valvas Basilicarum Sancti Iohannis Lateranensis, & Principis

URBANUS OCTAVUS.

195

Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ affixum omnes ita ardeat, & afficeret, ac si un-

libro-
prohi-
bitum.

cuique personaliter intimarum foret.
§. 10. Nota verò librorum, & scripturarum prohibi-
tarum, in calce posterioris Decreti nostri hujusmodi
registrarum, hæc est, Liber cui titulus, Augustinus,
impressus Lovanii Typis Jacobi Zegeri Anno 1640. &
Parisiis 1641. Theses Theologicæ de Gratia, libero ar-
bitrio, & prædestinatione, Antwerpæ apud Joannem
Meursium anno 1641. Cornelii Jansenii Iprensis Epif-
copi, &c. Laudatio Funeralis dicta à Reu. Fratre Joanne
à Lapide, &c. Lovanii, Typis Bernardini Marri, &c.
Epistola Idiomate Hispano, all'Eminentissimo y Reve-
rendissimo Señor Cardinal de la Cueva de la Congre-
gacion de la Sacra Inquisition, por el Padre Pedro
Bivero de la Compañia de Jesus Predicador del Señor
Cardenal Infante. Data in Bruxellas 26. Enero 1641.
Memoriale Idiomate Hispano Cardinali Infanti Hispani-
æ, incipiens: Serenissimo Señor; & finiens, Como
es V. Cathol. Real A. Libellus, cui titulus, Humilis,
& supplex querimonia Jacobi Zegers Typographi Lo-
van. adversus Libellum R. P. S. I. Regiæ Capelle
Bruxell. Concionatoris, & Theses PP. Societatis, Lo-
vanii apud Jacobum Zegers anno 1641. primæ, se-
cundæ, & tertie editionis. Memoriale ad Eminentiss.
Cardinalem de la Cueva, circa Querimoniam frivolam
Jansenianam, &c. contra Theses Theologicas, & Li-
bellum supplicem, &c. ejusdem de eodem tela ingesta,
& regesta. Theses Theologicæ, Apologeticæ, & Mi-
cellanæ adversus doctrinam Cornelii, &c. sub præ-
textu querimonie Typographi Lovanensis, editionis
secundæ, &c. Antwerpæ apud Joannem Meursium
anno 1641. Libellus, cui titulus, Augustini Hippo-
lytensis, & Augustini Iprensis, de Deo omnes salvare
volente, &c. Homologia, &c. Lovanii apud Jacobum
Zegers, Anno 1641. Epistola Liberti Fromundi, &
Henrici Caleni, Lovanii 16 Junii 1641. R. P. Societ.
Jesu Lovan. incipiens: Theses vestras. Epistola Pro-
fessorum S. Thom. Colleg. Societ. Jesu Lovan. Li-
berto Fromundo, & Henrico Caleno, incipiens: Gra-
rias agimus, &c. Epistola, cui titulus, Petrus Biverus
Doctoribus Jansenianis, &c. Ad rem. Ad rem, &c. in-
cipiens: Ad rem, Amici, &c. Somnium Hipponense,
sive de Controversiis, &c. Relatore Phyletino S. T.
Baccal. Formato, Parisiis anno 1641. Insuper omnes
alii libri, Opuscula, Epistolæ, Orationes, Theses, &c.
aliæque omnia, tam edita hucusque, quam imprimen-
da, tam contra, quam pro Cornelio Jansenio; ac Pa-
tribus Jesuitis;

§. 11. Cum autem ex diligenti, & matura ejusdem li-
bri, cui titulus, Augustinus, lectione, postmodum com-
pertum fuerit, in eodem libro multas ex propositioni-
bus à Prædecessoribus nostris olim, ut præfertur, dam-
natas contineri, & magno cum Catholicorum scan-
dalo, & auctoritatis dictæ Sedis contemptu, contra
præfatas damnationes, & prohibitiones defendi: Nos
huic malo, in scandalum totius Reipublice Christiane,
& Fidei Catholice perniciem verenti, opportunum re-
medium adhibere volentes: Constitutionis Gregorii, ac
Pauli Prædecessorum prædictorum nostrorum, necnon
Decretorum hujusmodi totos, & integros tenores, ac
datas etiam veriores præsentibus pro totaliter expressis,
& insertis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia
nostra, ac de Apostolice potestatis plenitudine, hac per-
petuè valitura Constitutione ejusdem Pii, & Gregorii
Prædecessorum hujusmodi Constitutiones prædictas,
omniaque & singula in eis contenta, Apostolica aucto-
ritate tenore præsentium perpetuè confirmamus, & ap-
probamus, librumque prædictum, cui titulus est, Augu-
stinus, Articulos, opiniones, & sententias in dictis Con-
stitutionibus reprobatas, atque damnatas, ut à Nobis
compertum est, continentem, & renovantem, aliæque
omnia opera præsentibus nostris literis subinserta, quæ
aliis sub posteriori decreto nostro prædicto registraris
per præfatas addimus, atque adijungimus, eadem aucto-
ritate per præfatas omnino prohibemus, ac pro vetitis,
Bullarii Magni Tom. V.

& prohibitis haberi volumus, & mandamus, Jubentes
insuper sub omnibus pœnis, & censuris in prædicta
Constitutione Pii Prædecessoris contentis (à quibus
nullus Romano Pontifice inferior, excepto mortis arti-
culo, absolvere contrafacientes possit) ne quis cujuscum-
que conditionis, & qualitatis sit, etiam speciali, & spe-
cialissima nota, & expressione dignis, de prædictis, ut
suprà, damnatis, & in prædicto libro contentis, aliisque
(ut infra) subinsertis Articulis, Opinionibus, Sententiis
Libellis, Orationibus, Scripturis, Epistolis, Thesis
quoquo pacto loqui, scribere, & disputare audeat, Li-
brumque & alia prædicta penes se retinere, vel legere
presumat: Remanente nihilominus in reliquis in sub-
robore posteriori Decreto à Nobis in Sacra Suprema
& Universalis Inquisitionis Congregatione, ut præfer-
tur, edito: Decernentesque sic, & non aliis in præ-
missis omnibus, & singulis per quoscumque Interpre-
tes, Doctores, Academias, Universitates, & Studia
generalia, aliisque personas, Judices Ordinarios, De-
legatos, Mixtos, etiam Nuncios nostros, & Sedis præ-
dictæ, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter ju-
dicandi, & interpretandi, ac glossandi facultate, &
auctoritate, ubique judicari, & definiti debere: irri-
tūque, & inane quicquid fecus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum
forsan est hæcenus, vel in posterum contigerit atten-
tari. Non obstantibus omnibus, quæ in dicto nostro
posteriori Decreto volumus non obstare, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§. 12. Opera verò addita aliis in calce posterioris nostri
Decreti, ut præfertur, registraris, & prohibitis, sunt se-
quentia, videlicet. Liberti Fromundi Sacre Theologie
Doctoris, &c. Brevis Anatomia hominis, Lovanii apud
Jacobum Zegers, &c. anno 1641. Conventus Africanus,
sive disceptatio judicialis apud Tribunal Præfatis Au-
gustini, &c. enarratore Artemidoro Oneirocritico, à
Roien, Chez Nicolas de Montaigne, anno 1641. Mem-
orial au Roy incipiens, Jean Jansenius Chanoine,
&c. & finiens, contra illa duo Decreta Summorum
Pontificum, &c. Item attestatio Notarialis, &c. inci-
piens: Ego infra scriptus, & finiens, Petrus Mintart
Notarius. Approbatio sub nomine nonnullorum Theo-
logorum ex variis Religionibus, tam Ordinum Mona-
chalium, quam Mendicantium, necnon Archiepiscopi
Philippensis, aliorumve Theologorum Clericorum Sa-
cularium, Doctrinæ Cornelii Jansenii in dicto libro Au-
gustinus contentæ, incipiens: Quid censendum sit de
doctrina in opere Reverendiss. D. Cornelii Jansenii Epif-
copi Iprensis sel. mem. nuncupato Augustinus, contenta,
parebit ex subsequenti attestacionibus Doctissimo-
rum virorum in Belgio, & alibi existentium, &c. & fini-
ens: Et me publico, & Apostolico, ac dictæ Universi-
tatis Notario, & Scriba jurato. Quod attestor: Petrus
Mintart Notarius. Ut autem præfatas nostræ literæ,
omniaque & singula in eisdem literis, ut supra contenta,
ad omnium noticiam deducantur, nec illarum ignoran-
tia ab aliquo allegari possit, volumus easdem præfatas
nostras literas, seu earum transcriptum, etiam impres-
sum (cui manu Notarii publici subscripto, & sigillo ali-
cujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mu-
nito, plenam ubique locorum, & tam in judicio, quam
extra illud, fidem adhiberi decernimus) in Basilicæ Prin-
cipis Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ
Valvis, atque in acie Campi Floræ per aliquos ex Cur-
sibus Palatii Apostolici publicari, & affigi, earumque
copiam inibi affixam dimitti, publicationeque, affixio-
nem, & copiarum affixam dimissionem hujusmodi in omni-
bus, & quoad omnia sufficere, & pro solemnibus, & legiti-
ma haberi, nec aliam publicationem in Regnis, Pro-
vinciis, Civitatibus, Oppidis, & locis requiri, aut
expectari debere, omnesque & singulos perinde arcta-
re, & afficere, ac si unicuique nominarim, ac perso-
naliter intimare, atque præsentare fuissent.

Alia opera
prohibita.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ confirmationis, approbationis, adjunctio-
nis, prohibitionis, jussionis, Decreti, & voluntatis
infrin-

Sanctio per-
nata.

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

D. P. A. 19. die 6. Martii.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae. 1641. Pridie nonas Martii, Pontificatus nostri anno decimonono.

Anno Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadagesimo tertio, Indictione undecima, die vero decimaseptima Junii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. Domini Divina Providentia Praevidenti Papa VIII. anno eius vigesimo, supra dicta Constitutio officio, & publicata fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolica, atque in acie Campi Flora, ut moris est, per me Ioan. Baptistam Riccium eiusdem Sanctiss. D. N. Papa, & Sanctae Inquisitionis Cursorem.

CCXC.

Quod Laici, seu Conversi Ordinis Minorum suffragentur in admissione Novitiorum ad professionem.

De istorum Fratrum Religione plenè notatum est ad Const. 18. Ut ea, & ad Const. 20. Injuncti Nobis, Tom. 4.

Edita A.D. 1641.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Laici, seu Conversi Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, quod licet ipsi, etiam ab ipso dicti Ordinis primordio, in pacifica semper possessione fuerint nonnullis functionibus, & actibus Capitalibus interessendi, praesertim vero in Capitulis, quae pro Novitiorum acceptatione, & ad Professionem regularem admissione fiunt, votum, sive suffragium ad instar aliorum Ordinis huiusmodi Vocalium, & Sacerdotum ferendi.

Refertur Statut. Cap. Gener. Mas. fil. 2. n. 14. vide correct. 71. c. ex 10. de election. in 6.

§. 2. De anno tamen 1635. in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Civitate Massiliensi celebrato, Superiores, & alii Vocales Sacerdotes praedicti eosdem Laicos, seu conversos, suis huiusmodi jure, & possessione fuerint nonnullis functionibus, & actibus Capitalibus interessendi, praesertim vero in Capitulis, quae pro Novitiorum acceptatione, & ad Professionem regularem admissione fiunt, votum, sive suffragium ad instar aliorum Ordinis huiusmodi Vocalium, & Sacerdotum ferendi.

Refertur Statut. Cap. Gener. Mas. fil. 2. n. 14. vide correct. 71. c. ex 10. de election. in 6.

§. 3. 4. Postmodum vero petita nomine Correctoris Generalis Ordinis huiusmodi à Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis Regularium praepositis, eorumdem Constitutionum, & Statutorum, praesertim quoad eam partem, qua disponitur, quod Laici, seu Conversi huiusmodi in acceptatione Novitiorum votum non habeant, confirmatione; licet Nos de eorumdem Cardinalium consilio Constitutiones, & Statuta huiusmodi, exceptis tamen decimo Statuto circa dismembrationem Conventus Orbitelli, ac trigesimo quarto circa Laicorum, seu Conversorum votum in acceptatione Novitiorum, quae omnino tolli, & aboleri volumus, ita ut circa Conventum praedictum, ac Laicorum votum in acceptatione Novitiorum nihil omnino in posterum esset, vel esse censeretur innovatum, sed circa haec, omnia remanere in statu pristino, Apostolica Auctoritate confirmaverimus, ad haec fecerimus, ut in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores praesertim haberi volumus pro expressis, Uberius continetur. Nihilominus tamen Sacerdotes, &

Lasiterum super dicto voto turbato recurrunt ad Sa

alii Superiores locales Ordinis huiusmodi anno superiorum eisdem Laicos, seu Conversos in suis huiusmodi jure, & possessione de novo turbare tentarunt. Unde habito ab ipsis Exponentibus ad eosdem Cardinales recursum, praerari Cardinales inhærendo Decreto aliis, ut praefertur, desuper ab eis edito, audito prius Procuratore Generali Ordinis huiusmodi, dilecto filio nostro Antonio tituli Sanctorum Nerei, & Achillei Presbytero Cardinali Sanctaerucio nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori commiserunt, ut pro suo arbitrio, & prudentia in praemissis statueret, & decerneret, quod pro debita eorumdem Exponentium satisfatione, & profitentium quiete in Domino conspexisset salubrius expedire.

eram Con. Reg. qua commisit negotiorum Eminenti D. Card. Protectors.

§. 5. Qui Antonius Cardinalis in vim commissionis huiusmodi, mature considerata, & audito eodem Correctore Generali, dixit, & declaravit licuisse, & licere dictis Fratribus Laicis, seu Conversis pro acceptatione, & admissione Novitiorum ad Professionem suffragium ferre, ac vna cum Sacerdotibus, & Superioribus Conventuum, ubi dictas acceptationes, & admissiones fieri contingeret, votum praestare: eosque propterea in eorum quasi possessione fore, & esse manutenendos: & alia prout in ejusdem Antonii Cardinalis Decreto desuper emanato plenius continetur.

Cap. Prot. for declar. ut in Sum. m. gl. in 2. cap. ex 10.

§. 6. Cum autem, sicuti eadem expositio subjungebat, praefati Laici, seu Conversi praemissa, pro illorum Validitate, & subsistentia firmiter, Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiri summopere desiderarent. Nos eisdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum, seu declarationem huiusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus. Ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatur Decret. Cardin. P. test. ut in Sum. m. gl. in 2. deservit.

§. 7. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit, in virtute suae Obedientiae, ac sub voce, & passiva, nec non suorum Officiorum privationis, perpetuaeque ad illa, & alia in posterum obtinenda inhabilitatis, aliisque arbitrij nostri poenis eo ipso per contrafacientes absque ulla declaratione incurrendis, ut Decretum, seu Declarationem huiusmodi inviolabiliter observent, ac eosdem Exponentes omnium, & singulorum in eisdem Decreto, seu Declaratione contentorum commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant. Ac decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Pena facien. Et clar. praesertim.

§. 8. Sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios, ac quosvis alios quavis auctoritate fungentes, sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauula sublati, & Decretum irritum.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictis, & quibusvis aliis dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis ejusdem Ordinis Superioribus, fratribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus

Constitutio derogata.

notibus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogato- riarum derogationibus, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si quis, coramque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas gene- rales idem importantes mentio, seu quævis alia expres- sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser- vanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici sub- scriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsi adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscato- ris, die 23. Martii 1641. Pontificatus nostri anno de- cimo-octavo.

CCXCI. Constitutio super præsertione jurium Sedis Apo- stolicæ, & inferiori Ecclesiarum, personarumque Ecce- siasticarum à quibuscumque præjudicialibus. Extra Tomo 4. 159. in ordine pag. 222. incipit: Romanus Pontifex.

CCXCII. Quod Notarii etiam in Archivio Romanæ Curie descripti vacabilia Notariatum of- ficia non habentes, nulla transumpta literarum Apostolicarum facere possint, habentes verò, non nisi de Datarii licentia, sub pœnis.

De hujusmodi Notariorum materia, vide notata in Reperorio §. Tom. verb. Notariatus, & in sequentibus.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut nobis innotuit, nonnulli Notarii publi- ci etiam in Archivio Romanæ Curie descripti, va- cabilia tamen Notariatum officia non habentes, lite- rarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, nec non supplicationum à Nobis, vel ab Officiali ad id deputato signatarum transumpta in Vidimus, vel alia forma, etiam quandoque ex simplicibus earundem literarum, & supplicationum copiis, literisque, ac sup- plicationibus hujusmodi nondum registratis extrahant, faciant & publient, in maximum illorum, qui officia Notariatum vacabilia, & titulo oneroso possident, aliorumque Cancellariorum, & Secretariorum Apostolicarum Officialium præjudicium, & detrimētum. Hinc est, quod Nos abusus hujusmodi è medio tollere, & ne inde oc- casio falsitatis præbeat, pro Pastoralis nostræ sollicitu- dine, providere volentes, Motu proprio, & ex certa scien- tia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine.

§. 1. Quod deinceps perpetuis futuris temporibus qui- cumque Notarii etiam in Archivio Romanæ Curie descripti vacabilia Notariatum officia non habentes, nulla omnino quancumque literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in forma brevis, ac supplicatio- num à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris, vel ab Officiali ad id à Nobis, & illis respectivè pro tempore deputato signatarum transumpta; obti- nentes verò vacabilia Notariatum, & Curie Causa- rum Cameræ Apostolicæ, non autem Capitoli officia, transumpta literarum, & supplicationum hujusmodi non nisi postquam illæ per Officiales ad hoc constitutos registratæ fuerint, sub quingentorum scutorum mone- re, ac falsi, privationisque prædictorum officiorum eo ipso incurrendis pœnis facere possint, nisi de nostri, & pro Bullariis Magni Tom. V.

tempore existens Romanus Pontifex, Datarii licentia scriptis obtinenda, tenore præsentium Romanis, mandamus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes præsentibus litteris etiam ex eo, quod Notarii prædicti, vel alii quicumque in præmissa literè esse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis, notitatis, aut ina- validitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quocumque alio, quantumvis magno, & substantiali defectu, aut aliis ex quocumque alio capite, causa, occasione, pretextu, & colore, etiam in corpore juris clauso, etiam tali, qui ad effectum validitatis præsentium necessariè exprimi, deberet, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel con- troversiam, revocari, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperiendi oris, reductionis ad viam, & ter- minos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gra- tiæ remedium imperrari, vel etiam motu simili concessi, aut sic imperrato, vel concessio quemquam in iudicio, vel extra illud se juvare nunquam posse, sed semper easdem præsentibus literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenariis & integris effectibus fortis, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concer- nunt, inviolabiliter observari; sique per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublatæ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; & aucto- ritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scien- ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca dilecto filio nunc, & pro tempore existenti causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus, statim atque præsentibus nostræ literæ prædi- ctæ præsentate illi fuerint; illas solemniter publicet, & publicari faciat, ac in eis contenta quæcumque per se, vel alium, seu alios debita executioni demandet, seu demandari procuret. Contradictores quoslibet, & re- belles, ac præmissis non parentes, per sententias, censu- ras, & pœnas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggra- vando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 5. Non obstantibus pie mem. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis dummodò ultra tres dietas ali- quis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli- cis, ac quatenus opus foret, nostra de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, privilegiis quoque indultis, & li- teris Apostolicis quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam deroga- toriarum derogationibus, aliisque efficacioribus, & in- solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in ge- nere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, con- firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorundemque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indivi- dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expres- sio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum teno- res præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis ha- bentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmis- sorum effectum specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Ut autem præsentibus, & in eis contenta quæcum- que ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de his ignorantiam prætereundere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eisdem præsentibus per aliquem, seu aliquos

transumptis fides adhibenda.

De P. A. 8. die 23. Martii.

CCXCI. Extra Tomo 4. 159. in ordine pag. 222. incipit: Romanus Pontifex.

CCXCII.

Extra Tomo 4. 159.

Notariatus.

Mandatum.

Decretum irritans.

Executores deputati.

Contrariis derogat.

Transumptis credi mandati.

aliquos ex Curatoribus nostris ad Ecclesiam Lateranensem ac Basilicam Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellaria Apostolica valvas, ac in acie Campi Florae affigantur, & publicentur, quae sic publicentur, & affigantur, & singulos, quos concernunt perinde officiant, & ardeant, ac si unicuique illorum personaliter intimata, & notificata fuissent. Quodque illorum transumptis, etiam impressis, sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

D.P. A. 18. die 10. Julii.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Julii 1641. Pontificatus nostri Anno decimo-octavo.

Die, mense, Anno, & Indictione quibus supra supra dictum Breve affigantur, in acie Campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per nos Andream Cancellarium Apostolicum Cursorem.

Hieronymus Mascella Magister Cursores.

CCXCIII. Prohibitio ne Religiosi Praemonstratenses Hispaniae gestent habitum noviter assumptum, nec dimittant praenomen Fratris.

URBANUS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis divinitus injecti assidua sollicitudo nos admonet, ut ad ea libenter intendamus, per quae sacrarum Religionum status salubriter dirigantur, ac in sua integritate, & puritate conserventur.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis nuper innouit, in Hispaniarum Regnis Religiosi Ordinis Praemonstratensis, absque Sedis Apostolicae, vel alia legitima licentia antiquum ejusdem Ordinis habitum regularem immutarent, idcirco Nos his, aliisque incommodis, quibus ipse Ordo exinde affici posset, provisionis nostrae ministerio obviam ire cupientes.

§. 2. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Praepositorum consilio, quibus hoc negotium cognoscendum commissimus, & qui scripturas, & procellum a bonae memoriae Laurentio Episcopo Senogallensi, tunc in eisdem Regnis nostro, & Sedis Apostolicae Nuncio transmissa de super, necnon alia jura, & scripturas oretenus, & in scriptis, tam pro parte Procuratoris Generalis eorundem Religiosorum in Romana Curia residentis, mutationem ipsam habitus sustineri petentis, quam pro parte Philippi Bernal dilectorum filiorum ejusdem Ordinis Religiosi mutationem praedictam impugnantis adducta viderunt, & diligenter examinarunt: Non ita esse Religiosis praedictis antiquum sui Ordinis habitum hujusmodi immutare, Apostolica auctoritate, tenore praesentium declaramus.

§. 3. Proindeque Venerabili Fratri Casari Archiepiscopo Damiatensi moderno in eisdem Regnis nostro, & Sanctae Sedis Nuncio per eandem praesentes committimus, & mandamus, ut hanc arque illarum vigorem fuerit requisitus, Abbati Generali, seu Praesidenti eorundem Religiosorum Ordinis hujusmodi in praefatis Regnis auctoritate nostra praecipiat, & insuper quicumque in locis solitis suae Nunciaturae, & ad valvas Monasteriorum, seu Conventuum dicti Ordinis adhibendum promulget, ut infra mensem a die intimacionis praecipiet, & affixionis Edicti hujusmodi comparandum, tam ipse Abbas Generalis, seu Praesidens, quam ceteri omnes, & singuli ejusdem Ordinis dictorum Religiosorum Religiosi profecti debeant, & quilibet eorum debet restituere antiquum habitum ipsius Ordinis, id est tunicam albam cum capotio magno capiti imponendo: scapularium item regulare albam, & capotium cum multiplicis, similiter albam supra caputium, extra formam, quae eidem Casari Nuncio per litteras impressas transmittitur.

Permissum assignat ad habitum de praesentibus.

4. Fratris insuper praenomen resumere, & pillo nigro extra Conventum uti prout solebant antequam habitus praedicti mutationem facerent, atque hanc habitum ipsam continuò retinere, quam sine expressa eorundem Cardinalium, seu Sanctae Sedis licentia nullatenus immutare valeant, sub excommunicationis latae sententiae necnon privationis vocis activae, & passivae poenis eidem Cardinalibus reservatis, in actu contraventionis ipso facto incurrendis, ad quarum poenarum declarationem ab eodem Casare Nuncio, contra inobstantes, & praemissis non parentes absque alia dilatione omnino deveniri.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales de Latere Legatos, ac Sedis praedictae nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, vel interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, ac tenore praedictis declaramus.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramentis, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quaeque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Augusti 1641. Pontificatus nostri anno decimonono.

CCXCI. Quod Commissarii Generales Indiarum Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiae S. Francisci non possint dispensare in Constitutionibus generalibus Ordinis.

Ne jam indicata viae repetam, te remitto ad ea, quae nuper notavi ad Const. 285. Alias a nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilectus filius Gaspar Sanchez Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nunciatorum Lector Judicatus, & in Romana Curia Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, licet in Capitulo Generali dicti Ordinis novissime in Alma Urbe nostra celebrato declarata fuerit, omne, & quilibet potestatem, quae in Ministro Generali reperitur ad dispensandum in Statutis generalibus, totam ipsi provenire a Capitulo Generali, unde quoties ab eodem Capitulo Generali decreto irritante prohibetur, ne in aliquo staturo concessatur absolute dispensatio, aut conditiones ad dispensandum requisitas non observant, ejusdem dispensatio ipso facto irrita evadit: nihilominus praemissis non obstantibus Commissarii Generales Indiarum Ordinis hujusmodi in suis Districtibus sub praetensa Ministerii Generalis potestate, in Constitutionibus Generalibus quandoque abique dictis Districtibus consensu dispensent, ex quo maxima regularis Observantiae relaxatio oritur, frequentisque abusus in eodem Ordine introducuntur. Nobis propterea dictus Gaspar Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportuna provideretur de benedictio Apostolica dignaretur.

§. 1. Nos

Fratri nunciatorum...

Expresse contravenientium poenas.

Clausula sublata addit.

Contraria auferit.

Expresse crediti in rat.

CCXCI

Edit. die 1641.

Supplicat.

§. 2. Nos igitur eundem Gasparem Procuratorem Generalem huiusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laici, si quibus quomodolibet sit modus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinamur.

§. 3. Commissariis Generalibus Indiarum huiusmodi, ne de cetero super eiusdem Ordinis constitutionibus generalibus, cuiuscumque facultatis, preterquam a Capitulo Generali sibi ad id attributa obtenta, suspendent, Apostolica auctoritate tenore presentium interdiciamus, & prohibemus, ac irritum, & inane, si secus super his a quodammodo auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum Indiarum huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, & impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeantur Fides, quæ adhiberetur presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Augusti 1641. Pontificatus nostri anno decimo-nono.

Pro bono regimine Fratrum Reformatorum Strictioris Observantæ Italix, quod instituunt Professoria, & lectionem Theologiæ moralis, ac mysticæ.

De huiusmodi Fratribus Reformatis plenè notatum est ad Constit. 163. Injuncti nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini divina dispositione præfidentes ad ea, per quæ cunctorum Christi Fidelium, præsertim Religiosorum Deo sub reformatione ad arctiorem regularis disciplinæ observantiam introducta vacantium spiritali directioni, necnon felici progressui consulitur, libenter intendimus, eaque statumus, & Ordinamus, quæ rerum, temporum, & personarum qualitatibus debite pensatis, ipsorum Religiosorum statui conducere in Domino conspiciamus. Ad uberes itaque, & suaves fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformati utriusque Provinciarum Italix in prædicta Ecclesia afferunt, mentis nostræ aciem converteentes, quo laudabile eorum Institutum majoribus in dies proficit in via Domini incrementis.

§. 1. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum tenore perpetuò statumus, & ordinamus, ut in unaquaque eorundem Reformatorum Italix Provincia unum, vel duo Professoria instituantur, in quibus Fratres Clerici eiusdem Ordinis, quamprimum probationis, seu novitatus annum compleverint, & professionem emisissent regularem, collocentur, in Professoriisque huiusmodi unus Magister pro quolibet deputetur, qui prædictos Fratres Clericos in vita spiritali, &

ordinandi modo, sic Religiosæ perfectionis via instruat, qui quidem Clerici anno, ut minimum, in Professoriis huiusmodi commorari debeant, & interim nullam scientiam edoceri possint, excepta Grammatica, & Logica, si episcopus iudea fuerint.

§. 2. Propterea in duobus, aut tribus cuiusque Provincie Conventibus Theologiæ moralis lectio fiat, cui omnes Fratres Sacerdotes, & Clerici bis qualibet hebdomada intersint.

§. 3. In singulis vero Conventibus Theologia mystica, & Ordinis prædicti Regula semel saltem in quaque hebdomada prælegatur, huiusque prælectioni tam Fratres Sacerdotes, & Clerici, quam Laici interesse teneantur.

§. 4. Ad hæc Fratres Reformati huiusmodi nullum omnino legatum perpetuum cum aliquo, aut sine illo onere, etiam Ecclesiis, vel Sacristiis ipsorum, etiam pro vino ad Missarum celebrationem, aut oleo pro lampadibus, vel quacumque re pro Altaribus factum recipiant, ipsorumque Procuratores, aut Syndici hæredes legatum ad præstanda eiusmodi legata judicialiter convenire non possint.

§. 5. Insuper Fratres prædicti ad quascumque Processiones, præterquam ad processionem in festo Corporis Christi, aut aliquam aliam generalissimam, non conveniant, Defunctorumque corpora, exceptis iis, quæ in eorum Ecclesiis sepeliuntur, ad sepulturam minimè comitentur. Altarium ornamentis deinceps aurum, vel inauratio non adhibeatur, Imaginumque, seu picturarum eorundem Altarium coronides e nuce, aut alio eiusdem coloris ligno fiant, nec candelabra aenea recipiantur, aut emanent amplius, sed tantummodo lignea e nuce.

§. 6. Novitii in Provinciis prædictis infra annum cum interventu Ministri, ac duorum D. finitorum Provincialium, & duorum Guardianorum recipi possint, juxta decretum fel. record. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri hac super re editum. Demum Fratres prædicti, exceptis in infirmitate illis, qui indigerint, particulas ex panno lineo etiam in itinere, sub quoquaque prætextu nequaquam deferant, particulas vero ex panno laneo illi deferre possint, qui eis loco tunicæ uti voluerint.

§. 7. Quocirca dilectis filiis Ministris Provincialibus, ac Guardianis, aliisque Superioribus quibuscumque dictarum Provinciarum nunc, & pro tempore existentibus in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis suorum officiorum eo ipso abque alia declaratione incurrenda committimus, & mandamus, ut præfentes nostras literas, ac omnia, & singula in eis contenta a Fratribus sibi subditis inviolabiliter observari curent, & faciant, cæteris vero earundem Provinciarum Fratribus, etiam in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrii nostri poenis eo ipso, ut præfertur, incurrendis, præcipimus, ut præmissa omnia, & singula, pro ac ad unumquemque eorum sp. & averit, exactè, & inconcusse observent, & adimpleant.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus editis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eiusdem Ordinis, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbis ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio haberet, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis

reprobatio

contrariis

transumptis

P. A. 19.

CCXCV.

lira A. D.

ordinam.

Contrariis derogat.

In suo robore permanentis, ad premissum effectum spectat; & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpti crebri mandata.

§. 9. Volentes autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prout Fides in iudicio, & extra adhibeantur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si forte exhibitz, vel ostensa.

Dat. Rom. A. 15. die 1. Octob.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Octobris 1641. Pontificatus nostri Anno decimo-nono.

CCXCVI.

Quod Fratres cujuscumque gradus, dignitatis, commorantes in Conventu Aracæ litano, sint sub obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis.

De istorum Fratrum materia plenè notatum est ad Constit. 57. Sacrosanctum, Tom. 4.

URBANUS PAPA VIII, Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1641.

Exordium.

Inter multiplices Pastoralis officii nostri curas, quibus jugiter preeminur, in illam particulariter incumbimus, ut personæ, quæ sub suavi Religionis jugo divinis obsequiis se mancipant, prospere gubernentur, & si quæ earum directioni quoquo modo impedimentum afferre cognoscimus, ea removeve studemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motivum hinc.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, ex multiplicitate Superiorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat, & quia nonnulli prædunt, se à superioritate Commissarii Generalis ejusdem Ordinis exemptos esse vigore cujusdam Statuti in Capitulo Generali dicti Ordinis Tolerti anno 1633. celebrato facti, & à nobis confirmati, Regularis observantia non modicum detrimentum patiatur.

Mandat. prout in rubr.

§. 2. Hinc est, quod Nos in premissis opportunè providere volentes, dictique Statuti tenores presentibus expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Statutum prædictum tenore presentium ab omni, revocamus, & annullamus, viribique, & effectu vacuamus, & quod omnes, & singuli ejusdem Ordinis Fratres, cujuscumque gradus, & dignitatis, ac etiam Ultramontanæ familiæ exsistentes, pro tempore, quo in Cismontana familia commorabuntur, sint & esse debeant sub obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi, pro tempore existens, prout esse præsertim Statutum prædictum fuerit, earundem tenore presentium statuimus, & mandamus, volumus, & Ordinamus, sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Statuto prædicto, & literis illius confirmatoriis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac aliis dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illisque Superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 4. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenore presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, ceterisque contrariis quibuscumque derogamus.

D. P. A. 16. die 18. Novem.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Novembris 1641. Pontificatus nostri Anno decimo-nono.

Quod Fratres Congregationis Jesuatorum S. Hieronymi, ab Ordinariis approbati, Sacramentalis utriusque sexus Fidelium confessiones libere & licite audire valeant, illisque injunctis injungendis absolventem salutarem impendere.

CCXCVII.

De istorum Fratrum Congregatione quoad Confessiones audiendas, notari supra ad Constit. 41. Gregor. XV. Ex injuncto.

URBANUS PAPA VIII, Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1641.

Christi Fidelium quorumlibet, præsertim regularem vitam profitentium votis, quæ eorum Institutis decus, & animarum salutem concernunt, libenter annuimus, & que favoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Aliis siquidem, postquam felic. record. Paulus Papa V. prædecessor noster Fratribus Congregationis Jesuatorum Sancti Hieronymi, sub Regula S. Augustini indulerat, ut ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri possent, voluerat autem, ut fratres hujusmodi ad Sacerdotium promoti, neque ullius secularis personæ, neque alterius Ordinis regularis ullo tempore, etiam de cujuscumque Episcopi, vel Superioris regularis licentia confessiones audire possent, sed tantum illis Sacerdotibus, qui ad confessiones audiendas idonei reperti, & ab Ordinariis locorum approbati fuissent, liceret aliorum ipsius Congregationis Religiosorum de sui Superioris licentia confessiones audire, postmodum rec. mem. Gregorius Papa XV. etiam prædecessor noster omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Fratribus, qui ab Ordinariis locorum approbati forent, ut in parochialibus Ecclesiis domorum Regularium ipsius Congregationis dumtaxat Parochianorum earundem Ecclesiarum sacramentalis confessiones audire, ac illis injunctis injungendis, absolutionem impendere salutarem libere, & licite valerent, concessit, & aliis prout in Pauli, & Gregorij prædecessorum prædictorum litteris in simili forma Brevis desuper editis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Motivum.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Antonius Leagnanus Lauden. Procurator Generalis ejusdem Congregationis nobis nuper exponi fecit, trigintaquinque anni jam elapsi sint, ex quo Fratres prædicti ad suscipiendi Presbyteratus Ordinem per eundem Paulum prædecessorem admissi fuerunt, & ab inde citra literis, & doctrinis Ecclesiasticis graviter dent operam: Nobis propterea dictus Procurator Generalis ejusdem Congregationis nomine humiliter supplicari fecit, ut concessionem Gregorij prædecessoris prædicti ad quorumvis Christi Fidelium confessiones extendere, & ampliare de benignitate Apostolica dignaremur.

Concessio prout in rubr.

§. 3. Nos igitur Fratres, ac Procuratorem Generalem prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laici, si quibus quomodolibet immodè existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutionem fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Fratribus, ut prævio examine, & approbatione Ordinarii in propriis Ecclesiis dictæ Congregationis, etiam non Parochialibus, sacramentalis secularium, etiam si non sint eorum Parochiani, confessiones audire, illisque injunctis injungendis absolutionem impendere salutarem libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 4. Non

Contrariis
jurget.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
credi mandat.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P. A. 19.
die 20. Nov.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Novembris 1641. Pontificatus Nostri anno decimo-nono.

ccxcviii.
Edita A.D.
1641. 23.
Dec. Pont.
A. 19.

Declaratio, & moderatio facultatum DD. Cardinalium Archiepiscoporum Protectorum, & Titularium Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis. *Habetur Tomo 4. ordine 160. fol. 226. incipit: Quamvis Romani.*

CCXCIX.
Edita A.D.
1642. 30.
Jan. Pont.
A. 19.

Prohibitio ne in Ecclesiis sumatur Tabacum. *Repeitur Tomo 4. 161. in ordine, fol. 227. incipit: Cum Ecclesiæ.*

CC C.
Edita A.D.
1642. 7. Feb.
Pont. A. 19.

Declarationes circa exactionem taxæ Collegio Subdiaconorum Sedis Apostolicæ assignatæ ratione provisionum Ecclesiarum Pallii insignitarum. *Exeat Tomo 4. 162. in ordine, pag. 228. incipit: Dudum fel. rec.*

CC CI.
Edita A.D.
1642. 15.
Marr. Pont.
A. 19.

Constitutio circa formam, & habitum sacrarum Imaginum. *Habetur Tomo 4. ordine 163. pag. 229. incipit: Sacrosancta Tridentina.*

CC CII.

Prohibitio extrahendi libros è Bibliothecis Conventuum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, Congregationis Hispaniæ.

Vide que de his Fratribus indicavi tibi supra ad Constit. 140. Inter cæteras, Tom. 4. & Constit. 222. Alias fel. Tom. 5.

Edita A.D.
1642.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Incipit

§. 1. Conservatori, & mantentioni Librorum Bibliothecarum Domorū regularium Fratrum Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Hispaniæ quantum cum Domino possimus consulere, ipsiusque Congregationis Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Prohibet
Prout in
lib.

§. 2. Ne de cætero quivis ejusdem Congregationis Religiosi quavis auctoritate fungentes libros, quinter-na, folia impressa, sive manuscripta Bibliothecis Domorum regularium hujusmodi hæctenus quomodolibet donata, comparata, sive assignata, seu in posterum donanda, comparanda, vel assignanda, è dictis Bibliothecis, ut secularibus, vel Regularibus aliarum Religionum mutuo dentur, extrahere, vel illa sic extracta quoquo modo personis præfatis commodare, vel mutare, dona-

re vel dare sub quovis quovis colore, prætextu, vel ingenio audeant, seu præsumant, sub excommunicationis majoris pœna, etiam à quovis seculari, vel alterius Religionis, seu Congregationis Regulari, qui prædictos libros, quinter-na, folia impressa, vel manuscripta ex eisdem Bibliothecis, vel illarum aliquam extraxerit, utenda acceperit, vel sibi retinuerit, eo ipso absque alia declaratione incurrenda, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

Contrariis
jurget.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ipsius Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel aliâ quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
credi mandat.

§. 4. Volumus autem, ut præsentis prohibitionis copia in valvis singularum dictæ Congregationis Bibliothecarum, vel illarum aliquo alio perspicuo loco, ubi ab omnibus commodè cerni, legique possit, continuo affixa remaneat: quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides, in judicio, & extra adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D.P. A. 19.
die 25. Mar.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 25. Martii 1642. Pontificatus nostri Anno decimo-nono.

CC CIII.

Pro Capitulo & Canonicis Majoricensibus, quod contra ipsos ab Inquisitoribus Majoricensibus procedi non possit, nisi in causis Fidei.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D.
1642.

§. 1. Cum sicut dilecti filii Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Majoricensis, Nobis nuper exponi fecerunt, Inquisitores Officii Inquisitionis Majoricensis jactent, se posse contra dictæ Ecclesiæ Canonicos in quavis civili, criminalique causa, etiam fidei materiam nullatenus concernente, sive ab ea minimè dependente procedere, ac de facto contra unum ex dictis Canonicis ad quædam præcepta, & censuras in causa civili potius quàm criminali devenerint, propterea que ipsi Capitulum, & Canonici determinari cupiant, an contra ipsos præfatis Inquisitoribus, ut prætendunt, extra causam fidei procedi possit.

Supplicatio.

§. 2. Nos eosdem exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 3. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in universa Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum à Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui negotium hujusmodi visis citationibus factis, & intimatis quondam Aloysio de la Infantas Agenti Inquisitionis Hispaniarum, sive Majoricensis, necnon repetitis plurius mensium dilationibus illi concessis, ut jura Inquisitionis Hispaniarum, sive Majoricensis deduceret, maturè discesserunt.

Incipit
Prout in
lib.

§. 4. Nobisque retulerunt, consilio Inquisitores Majoricensis hujusmodi non posse procedere contra Canonicos dictæ Ecclesiæ, nisi pro causis fidei, vel dependentibus ab eis, Apostolica auctoritate tenore præsentium determinamus, & declaramus, si quis, & non aliter in præmissis per quoscumque In lices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane

Executores deputati.

si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Quocirca venerabili fratri Episcopo Majoricensi ac Dilectis filiis Decano, & Thesaurario Ecclesie Majoricensis per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsorum Capituli, & Canonicoe fuerint requisiti, sollemniter publicantes, & illis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes nostras literas debitae executioni demandari, & observari, ipsosque Capitulum, & Canonicos contentorum in eisdem nostris literis, illorumque praemissorum comodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper ab ipsis Inquisitoribus Majoricensibus, & quibusvis aliis quavis auctoritate fungentibus quovis praetextu quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoscumque, & praemissis non parentes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrarii derogati.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Ecclesiae, & officii Inquisitionis Majoricensis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnes, & singulis, illorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 19 die 31. Martii.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die ultima Martii 1642. Pontificatus nostri anno decimo-nono.

CCCIV. Quod Frater Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promontorii Ianuensis Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Ianuensis Vicario Generali ejusdem Congregationis remaneant ejusdem.

Vide, qua de his Fratibus indicavi tibi supra ad Constitut. 42. Romanus Pontifex, Tom. 4. ad Constit. 61.

Edita A.D. 1641.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio.

§. 1. Xpioni Nobis nuper fecit dilectus filius Agidius Consonus Mediolanensis Procurator Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod de mense Februarii proxime praeteriti à Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis regularium praepositis, inter Vicarium Generalem, & Fratres dicti Ordinis Congregationis Ianuensis ex una, & Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi loci Promontorii etiam Ianuensis, partibus ex altera emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Distrinsum.

§. 1. In controversia nuper exorta inter Vicarium Generalem, & Fratres Ordinis S. Augustini Congregationis Ianuensis ex una, & Fratres Conventus Sanctissimi Crucifixi, loci Promontorii, etiam Ianuensis, partibus ex altera, super observantia Capitulorum, quae de anno 1610. à bon. mem. Cardinali Saulio, totius Ordinis S. Augustini tunc temporis Protectore, vive vocis oraculo desuper habito, confirmata fuerunt, necnon super observantia concordiae, quae de anno 1627. inter Vicarium Generalem dictae Congregationis, & Fratres ipsius Conventus Sanctissimi Crucifixi pro bono regimine, & gubernio ejusdem Conventus, cum praesentia, & assistentia Patris Generalis totius Ordinis praefati similiter inita fuit, rebul-

que aliis, &c. Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium praeposita, iudicis partibus, & negotio ad relationem Eminentissimi Caesarini, semel atque iterum maturè discussa, censuit, praefatum Conventum, & Fratres Sanctissimi Crucifixi, prout ceteri ejusdem Congregationis Conventus, Vicario Generali subiectos remanere; eisdemque in habitu, disciplina, & observantia regulari cum aliis Fratribus praedictae Congregationis, in omnibus, & per omnia se conformare debere, praemissis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die 14. Februarii 1642. Fr. Antonius Card. S. Homophrii. Loco sigilli.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, dictus Agidius Procurator Generalis hujusmodi decretum praesentem, quo firmius subsistat, Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiti summo perè desideret. Nos eundem Agidium Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari.

Confirmatio Decreti prout in rub.

§. 4. Decretum praesentem, cum omnibus, & singulis in eo contentis, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes illud, ac praesentes literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illa concernent in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quobusvis quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, ipsi Ordini, & Congregationi, illorumque quibusvis Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrarii derogati.

D. P. A. 19 die 3. Apr.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 3. Aprilis 1642. Pontificatus Nostri anno decimo-nono.

Confirmatio Brevis Gregorii XIII. cum aliis clausulis ad favorem Provinciae Discalceatorum S. Francisci in Regnis Hispaniarum.

CCC.

De hujusmodi Fratibus Discalceatis lege, qua notavi ad Constit. 17. Greg. XV. Alias fel. & ad Constit. 263. Injuncti nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1641.

Aliis à felic. recordationis Gregorio Papa XII I. praedecessore nostro pro bono regimine, & felici directione

directione Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum in Regnis Hispaniarum per quasdam suas in simili forma Brevis literas inter alia ordinavit, ut Fratres Discalceati predicti Jurisdictioni, & correctioni Ministri Generalis Fratrum Minorum ejusdem Ordinis de Observantia nuncupatorum dumtaxat subsint, isque in sua absentia eorumdem Fratrum Discalceatorum gubernium alicui ex iisdem Fratribus Discalceatis committere debeat, & alias prout in dictis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

id in ab-
ria Mi-
ri Gene-
lis, à solis
Discalceatis
deretur.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus, dilectus filius Joannes Merinero modernus Ordinis predicti Minister Generalis occasione sui à Regnis predictis in Italiam discessus gubernium Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis in iisdem Regnis cuidam Fratri ex Observantibus, non autem ex Discalceatis dicti Ordinis commiserit, licet apud eum pro parte eorumdem discalceatorum institum fuisset, ut alicui ex ipsis Discalceatis eorum regimen demandaret. Hinc est, quod nos perturbationibus, quæ inde nasci possent, pro pastoralis nostra sollicitudine obviam ire, dictis quoque Fratrum Discalceatorum indemnitati, & prospero regimini in premissis consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine predictas dicti Gregorii Prædecessoris literas tenore presentium approbamus, & confirmamus, necnon ut omnes, & singule eorumdem Fratrum Discalceatorum in Regnis Hispaniarum predictæ Provinciarum, durante ejusdem Joannis Ministri Generalis ab iisdem Regnis absentia, ab eorumdem Provinciarum Ministris Provincialibus, à quibus ad Diffinitoria ipsarum Provinciarum appellari possit, regantur, & gubernentur: ille verò ex dictis Fratribus Observantibus, cui dictus Joannes Minister Fratrum Discalceatorum predictorum gubernium, ut præfertur, commisit, nihil planè jurisdictionis, & auctoritatis in illos habeat vel exerceat, dictique Fratres Discalceati obedire ei nullatenus teneantur, utque ita, & non aliter in premissis perpetuo observetur quæ lo, & quoties pro tempore existentem Ministrum Generalem ejusdem Ordinis à Regnis predictis abesse contigerit, tenore presentium volumus, statuimus, & Ordinamus.

certum
ritans.

§. 3. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Fratribus Discalceatis plenissime suffragari: Sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio nunc, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in regnis predictis Nuncio per eandem presentes committimus, & mandamus, ut quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Discalceatorum hujusmodi desuper fuerit requisitus, per se vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicans, illisque efficacis defensionis presidio in premissis assistens, faciat illa ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Contradictores quolibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis
derogat.

§. 4. Non obstantibus pie memor. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in con-

trarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, ac singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad premissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ alicujus in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides, in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1642. Pontificatus nostri anno decimo-nono.

De non recipiendis pecuniis pro Missis celebrandis in Provincia Reformata Fratrum Minorum de Observantia Vallis Mazzaræ in Sicilia.

CCCII

De istorum Reformatorum materia plenè notatum est ad Constit. 14. Romanus Pontifex, Tom. 4. ac ad Constit. 22. Aliàs à fel. Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Ed. A. D. 1642.

§. 1. Cum sicut accepimus, in Provincia reformata Vallis de Mazzara nuncupata Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia semper servatum fuerit, ut nullæ pro celebrandis Missis pecuniæ recipiantur, sed Missæ gratis pro benefactoribus juxta intentionem Superioris applicentur, nonnulli verò laudabilem usum, & observantiam hujusmodi immutare, & invertere nitantur.

Motiva.

§. 2. Nos omnem turpis quæstus materiam ab illis qui perfectam pauperatatem profitentur, in re præsertim aded sacra, è medio tollere pro Pastoralis nostræ sollicitudine volentes, ne de cætero perpetuis futuris temporibus in Provincia prædicta ullæ omnimò pecuniæ pro Missis celebrandis exigantur, ac etiam spontè oblatæ recipiantur, sed Missæ gratis, ut consuevit, celebrentur, sub vocis activæ, ac quoad Superiores etiam suorum officiorum privationis pena eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, auctoritate Apostolica presentium tenore interdiciamus, & prohibemus.

Prohibitio
prout in
re.

§. 3. Decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum
irritum

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Contrariis
derogat.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1642. Pontificatus nostri anno decimo-nono.

D. P. A. 19.
die 28.
Maii.

cccvii. Quod Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitula Generalia Ordinis Fratrum Minorum convenientes, suis Custodibus in labore, & premio æquales habeantur.

De huiusmodi Fratibus Indianis, vide ad Constit. 274. Circumspecta, Tom. 5. ubi indicata ad materiam legere poteris.

Edita A.D. 1642. URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Causa huiusmodi Constit.

§. 1. Aliis postquam Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Alma Urbe nostra, de anno 1639. celebrato, inter alia statutum fuit, restituendum esse Ministris Provincialibus Provinciarum Indiarum dicti Ordinis antiquum jus, quod habebant, mittendi Commissarios ad Capitulum generale, in eo suffragium suo nomine laturus, habito subinde ea propter ad nos desuper recursum, per quasdam nostras in simili forma Brevis literas de eodem anno emanatas, Ministris Provincialibus Provinciarum earundem tunc, & pro tempore existentibus, quod ad Capitulum generale dicti Ordinis mittere possent Commissarios dicti Ordinis Professores, qui suo nomine suffragium ferrent, Apostolica auctoritate indulgimus, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mitterentur, quam etiam Custodes forent earundem Provinciarum respectivè filii, vel in eis per sexennium completum antea incorporati.

Mandat prout in rub.

§. 2. Cum autem æquum, & rationi consentaneum esse censeamus, ut quemadmodum præfati Commissarii Provinciarum Indiarum huiusmodi æquales suis Custodibus labores, cum tot, & tantis navigationum, ac viarum periculis subeunt, ita eisdem Commissariis præmium, & remuneratio paria sint. Idcirco Nos Commissariorum huiusmodi decori, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine: Quod Commissarii Provinciarum Indiarum huiusmodi, qui ad Capitulum Generale dicti Ordinis de eodem anno 1639. celebratum, ut præfertur, venerunt, & in eo suffragium tulerunt, necnon illi Commissarii earundem Provinciarum, qui deinceps perpetuis futuris temporibus ad futura dicti Ordinis pro tempore Capitula Generalia mitterentur, postquam ad suas reverli fuerint Provincias, Diffinitorum præteritorum honore, & præcedentia gaudeant immediatè post suos Custodes, tenore præsentium statuimus, concedimus & ordinamus.

Decretum irritant.

§. 3. Decretentes præfatas literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodolibet in jus, vel controversiam revocari posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suòque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcusè observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratibus, & personis, & quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis,

rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, consignatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, ad effectum præmissorum, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Vobis autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis creditur mandati.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Julii 1642. Pontificatus Nostri anno decimo-nono.

D.P. An. die 12. Jul.

Confirmatio decreti Clem. VIII. prohibentis fieri uniones beneficiorum dispositioni Sedis Apostolicæ reservatorum, cum declaratione, quod huiusmodi decretum comprehendit etiam S. R. E. Cardinales, &c. Reperitur Tomo 4. 165. in ordine, pag. 231. incipit: Quamvis scilicet record.

CCCVII. Edita A.D. 1642. Jul. Pont. An. 19.

Constitutio circa utensilia Sacrificii Pontificii post obitum S. R. E. Cardinalium debita. Extra Tomo 4. ordine 166. fol. 232. incipit: Æquum est.

CCCIX. Edita A.D. 1642. Jul. Pont. An. 19.

Pro observacione Festorum, quæ designantur. Reperitur Tomo 4. 164. in ordine, fol. 230. incipit: Univerfa per orbem.

CCCX. Edita A.D. 1642. Sept. Pont. An. 20.

Prohibitio ne Fratres Laici, seu conversi Ordinis Fratrum Minorum strictioris Observantia S. Francisci, præcedant Clericos professos sub pena excommunicationis.

CCCXI.

De huiusmodi materia præcedentia, vide notata ad Constit. 135. Tom. 4. Inter gravissimas, & ad Constit. 315. Alias, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1642.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ex quo fratres Laici, seu Conversi ejusdem Ordinis indebitè prætenderint semper, & prætendant se in omnibus, & singulis functionibus, tam publicis, quam privatis Fratres Clericos dicti Ordinis præcedere debere, gravissimæ perturbationes, lites, & contentiones, aliisque incommoda orta fuerint, & in dies oriantur non sine maximo personarum secularium scandalo, & offensione; & propterea idem Procurator Generalis per Nos in præmissis opportunè provideri desideret.

Motiva.

§. 2. Hinc est, quod Nos eorumdem Fratrum, quos Deo in humilitatis spiritu juxta suam vocationem servare convenit, tranquillitati consulere, & ne ob præmissa mutæ inter eos charitatis ardor intepescat, providere pro Pastoralis cura nostra volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia nostris, ne de cætero ulli dicti Ordinis Fratres Laici, seu Conversi quovis sub pretextu, quæsito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris suæ ad habitum regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ Professionis, seu cupisvis consuetudinis Fratres Clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus, tam publicis, quam privatis præcedere, & ne

Prohibitio prout in rub.

Ne quicumque Superiores ejusdem Ordinis id deinceps
quoque modo permittente audeant, vel presumant, sub
auctoritate ipsa ipso facto per contrafacien-
tas incurrenda, Apostolica auctoritate tenore presen-
tium Interdictimus, ordinamus & prohibemus.

§. 3. Decernentes presentes literas validas, firmas,
& efficaces existere, & fore, subque plenarios & in-
tegras effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, &
singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in-
violabiliter observari debere, ac irritum, & inane, si specis
super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis fir-
mitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privile-
giis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Or-
dini, illiusque Superioribus, Fratribus, & personis sub
quibusvis verborum tenore, & formis, ac cum quibus-
vis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque effica-
cioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis
decretis in genere, vel in specie, in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro
illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non au-
tem per clausulas generales idem importantes mentio,
seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-
quisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium,
& singulorum tenores presentibus pro plenè, & suffi-
cienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum specialiter, &
expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscum-
que.

§. 5. Volumus autem, quod presentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate
Ecclesiastica constitutz munitis eadem prorsus adhibea-
tur fides, quæ adhiberetur presentibus, si forent ex-
hibitz, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Pisca-
toris, die 17. Novembris 1642. Pontificatus nostri
anno vigesimo.

CCCXII. Quod electiones Proministrorum, Custodum,
& Guardianorum Ordinis Fratrum Min-
orum de Observantia, ac Reformatorum Cis-
montanz Familiz, extra Capitulum fiant
per suffragia secreta, & ballottationes.

*Quia in sequenti Consist. nulla fit mentio de Com-
missario ad Comitium generalia mittenda, Sac.
Congreg. Episcoporum, & Regularium die 27.
Januarii 1645. edidit Decretum, ipsum eligi
debere per schedulas, & vota secreta, ac per
pluralitatem votorum, nemine proponente, &
ita semper servari mandavit in omnibus Pro-
vinciis Reformatarum, ut in meo Theatro Re-
gularium 2. impress. pag. 129.*

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

Religiosos viros, qui abnegantes semetipsos, ut
facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, sicut
peculiaribus hujus Sanctæ Sedis favoribus, & gra-
tiis dignos existimamus, ita ad circumspectam illius
providentiam pertinere dignoscimus, ea sedulo statue-
re, atque ordinarè, quibus Religiosi ipsi, qui in ea, quam
singulari divinæ benedictionis præsidio ingressi sunt,
viâ benignè ambulant, amplioribus in dies coram
oculis Domini proficiant incrementis.

§. 1. Hinc est, quod Nos dilectorum filiorum Fra-
tullari Magni Tom. V.

trum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat
torum pro paterno, quo eos prosequimur, charitatis
affectu, itari, & felici guberno consulere, etque spe-
cialiter gratiam facere, volentes, supplicationibus dile-
cti filii Fabii Papazoni Commissarii Generalis Curiz
ejusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter portectis
inclinari, ut de cætero omnes, & singula electiones,
tam Proministrorum, & Custodum, quam Guardia-
norum dicti Ordinis per suffragia secreta, & ballotta-
tiones fiant, & in paritate suffragiorum, Præsidens
electionibus hujusmodi votum, sive suffragium deci-
sivum habeat.

§. 2. Præterea, ut postquam Statuta generalia di-
cti Ordinis in unum volumen compilata, & typis
edita, & revisa, & approbata per Sedem Apostoli-
cam fuerint, nulla alia ab inde in futurum Statuta, seu
Constitutiones in familia Cismontana ejusdem Ordi-
nis fieri, seu condi possint, sed prædicta Generalia
Statuta, postquam, ut præfertur, revisa, & approbata
per dictam Sedem fuerint in posterum servari de-
beant.

§. 3. Ad hæc, ut de cætero Fratribus de Familia
nuncupatis dicti Ordinis transitus ad Fratres Reforma-
tos ejusdem Ordinis non concedatur, nisi in Capitulis,
seu in Congregationibus Provincialibus cum con-
sensu utriusque Ministri Provincialis, vel Ministri Ge-
neralis, & quoad eos, qui à Fratribus Reformatis hu-
jusmodi ad illos de Familia transire voluerint, sel. re-
cordationis Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum
Pontificum Prædecessorum nostrorum, ac nostrarum
in simili forma Brevis ac super re aliàs emanatarum
litterarum forma omnino servetur, Apostolica aucto-
ritate tenore presentium statuimus, mandamus, &
ordinamus.

§. 4. Demùm, ut Fratres ejusdem Ordinis ad au-
diendas Christi Fidelium Confessiones aliàs approbati
omnibus, & singulis facultatibus Penitentiaris Apo-
stolicis in hac alma Urbe nostra concessis circa admi-
nistrationem Sacramenti Penitentiz, in Ecclesia San-
ctæ Mariæ Angelorum nuncupatz, ejusdem Ordi-
nis propè Assitium quotannis die secunda Augusti, qua
solemne in dicto Ordine celebrari consuevit,
dumtaxat uti possint, eisdem auctoritate, & tenore
concedimus.

§. 5. Decernentes presentes literas validas, firmas,
& efficaces existere, & fore subque plenarios, & inte-
gros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad
quos spectat, inviolabiliter observari, sicque, & non
aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios
& delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Audito-
res, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane
si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter,
vel ignorantè contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac Ordinis, & Familiz hujus-
modi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudi-
nibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostoli-
cis in contrarium præmissorum quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, &
singulis illorum omnium tenores presentibus pro plenè,
& sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo
robore permansuris, ad præmissorum effectum speciali-
ter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris, die 10. Novembris 1643. Pontificatus No-
stri anno vigesimo.

Contradictio
provisi
rubi.

Fiat compo-
sario
1642.

Pro transi-
tu ad
Familiam.

Concedit fa-
cultates Pen-
it. Confes-
sarii Pen-
itentiæ.

Decretum
irritans.

Contradictio
derogatio.

D. P. A. 16.
die 10. Nov.

CCCXIII. Dat modum procedendi inter Fratres Minores Strictioris Observantiae Sancti Francisci Familiae Cismontanae.

Statuta, de quibus agitur, fuerunt confirmata Anno 1628. prout sub Constit. 37. Sacrosanctum, Tom. 4. Reliqua vide ad Constit. 312. Religiosos viros, ac Constit. 263. Injuncti Nobis, & Tom. 5.

Urbanus VIII. 1642.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Alia pro Congregatione Generali proximè praeterita in Provinciis Reformati Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod electiones in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus earumdem Provinciarum per secreta suffragia fiant, & in suffragiorum paritate Praesidens ipsius Capituli, seu Congregationis votum decisivum habeat, ac circa transitum eorumdem Reformatum ad Fratres de Familia, seu Observantes ejusdem Ordinis, Constitutiones fel. rec. Clementis VII. nec non Pauli V. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & nostra desuper edita observentur, Apostolica auctoritate statuimus, concessimus, & indulgimus, & aliis prout in nostris desuper expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Commissarius Generalis eorumdem Fratrum Reformatum Ordinis hujusmodi Nobis nuper exponi fecit, Statuta Generalia omnium, & singularum Provinciarum Reformatum Cismontanae familiae dicti Ordinis à Nobis approbata, & confirmata typis mandari debeant, praemissa verò concessiones, & indulgentiae, necnon Ordo in eisdem Statutis circa praecedentiam stabilitus, cum nonnullis Constitutionibus Apostolicis non concordent: Nobis propterea idem Commissarius Generalis supplicari fecit, ut praemissa pro illorum subsistentia firmiori, Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communi de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur eundem Commissarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laxari, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore ceteris, hujusmodi suspensionibus inclinandi, praefata concessiones, & indulgentias Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & insuper quod Diffinitores secundum Ordinis antianitatem praecedant, declaramus.

§. 3. Quamvis autem, & quomodo praecedere debeant, ut scilicet quis Minister Provincialis, qui alias Ministri Generales, seu Commissarii Generales, qui tamen uni soli duntaxat Superiori actuali suberunt, & qui Procuratores, aut Diffinitores Generales, qui propriae, aut alterius Provinciae Ministri Provinciales, qui Custodes regiminis in sua, aut aliena Custodia Reformati, qui Secretarii Generales per triennium, juxta Bullam unionis, aut qui Guardiani Terrae Sanctae fuerint, necnon Custos vocalis, & Diffinitores actuales durante officio, Provinciales actuales extra Provinciam praecedant eos, qui alias Ministri Provinciales fuerint, post eosdem Ministros Provinciales actuales in Sacerdotia Theologia Lectores actuales, ac Guardiani in eisdem Conventibus omnes, & singulos, eorum Superioribus actualibus exceptis; Vicarii omnes alios, praeter

Ordinis, & Provincialis Patres praecedant, sedebunt tamen in Refectorio juxta, & prope Guardianos inmoderate, absentibus ipsis Guardianis in actionibus publicis, etiam omnibus singulis praecedentibus post ipsos autem Vicarios, Sacerdotes, deinde Clericos, & post Clericos Laicos dicti Ordinis juxta antiquitatem receptionis habitus pariter praecedent.

§. 4. At ut cuius perturbacione, qua circa modum praecedentiae hujusmodi oriri possit, obviam eatur, mandamus omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Reformati hujusmodi sub futuris officiorum privationis ipso facto incurrenda ponat, ut praedictum praecedentiae modum, & ordinem inter eosdem Fratres Reformatos, ut praesertim stabiliatur, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari curent, & faciant, & ipsimet observent.

§. 5. Decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, Provinciarum, & Custodiarum Reformatum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 21. Decembris 1642. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Confirmatio Privilegiorum, & declaratio Statutorum pro gubernio Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum, ac Indiarum.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Alia pro felici, prosperaque regimine, & gubernio, ac uniformiori Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum perfectione, & puritate à Nobis emanarunt literae tenoris subsequenti, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Alias postquam per recolende memoriae Gregorium Papam XV. praedecessorem nostrum patriarum Provinciarum in diffinitorio generali fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum de anno 1619. in Alma Urbe nostra celebrato, de consensu dilecti filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damasco Diaconi Cardinalis Barberini, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicariorum, nostri secretarii in carceribus hanc germano nepotis, & alique Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, statutum fuisset.

§. 2. Ut deinceps tam Patres Provinciae in singulis Provinciarum Ultramontanarum familiae diffinitoriae introducerentur, unus scilicet, qui in Provincia reliquis dignior esset, ille nimirum, qui inter Patres Provinciae primam locum sibi vindicaret, qui quidem in diffinitorio semper assisteret; alter verò, qui immediate Ministri Provincialis officium absolvisset, ut sequenti anno immediatè triennio duntaxat eam obtineret dignitatem, & in diffinitorio assisteret, ea tamen lege, ut si ille ex qualibet causa deficeret, in ejus locum subrogatus eo ipso esset, qui ante ipsam Minister Provincialis immediatè existisset, triennio autem hujusmodi transacto, alius qui Ministri Provincialis officium immediatè functus fuisset, subsequeretur, & sic deinceps.

URBANUS OCTAVUS.

deinceps de triennio in triennium duxerit servare...

eorumdem Fratrum discealceatorum Provincia, & Cu...

Statuti...

Quid non...

Quid Dif...

§.3. Ac demum cum nobis innotuisset, quod insti...

§.6. Si vero forte contingat in eisdem Provincia, &...

§.7. Dantes eisdem Fratrum discealceatorum Provin...

§.4. Et insuper Statuimus, & Ordinamus, ut in Pro...

§.8. Mandantes propterea omnibus, & singulis di...

§.5. Cum autem, sicut nuper accepimus, dilecti filii...

§.9. Decernentesque presentes literas, & in eis...

§.10. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis Apo...

§.10. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis Apo...

Quid Dif...

Substitu...

Decretum...

Executio...

existenti Nuncio, per easdem presentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se vel per alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Fratrum discalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum huiusmodi fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate nostra praefatas, & presentes nostras literas huiusmodi debite, & omnimodae executioni demandari. Non permit- tens eos contra earundem praedictarum, & praesentium literarum tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari, contradicere quoslibet, & rebelles per sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas huiusmodi incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

§. 11. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Patris VII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Con- cilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, nec non praefatis Ministri, & Procurato- ris Generalium dicti Ordinis Oppositionibus, ac quibus- vis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non ipsius Ordinis, ac Provinciarum, & Custodia- rum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apo- stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinis, ac Provinciarum, & Custodia- rum huiusmodi Superioribus, Fratribus, & personis, ipsisque Provinciis, & Custodiis, sub quibusvis verbo- rum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam de- rogatoriis derogatoriis, alisque efficacioribus, & in- solitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quo- modolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti de- rogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum om- nium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscum- que. Volumus pariter, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manus alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo personae in Dignitate Ecclesiastica con- stituae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Ju- lii 1642. Pontificatus nostri anno decimonono.

§. 12. Cum autem, sicut accepimus, in praefatis In- diarum partibus ob ingentes distantiam, & quae inter ipsos Fratres discalceatos cum Observantibus ejusdem Ordinis intercedit contradicentem, expediat, ut literae Apostolicae, quae eo perveniunt maxime clare sint, clausulasque continent efficacis, earundemque litera- rum executio Venerabilibus Archiepiscopis, & Episco- pis Illarum partium, in quibus nullus Sedis Apostoli- cae Nuncios existit, committatur. Idcirco Nos pro no- stra pastoralis sollicitudine in praemissis opportune, ut infra providere volentes, Praesentibus nostras literas cum omnibus in eis contentis tenore praesentium confirma- mus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis. Et insuper quod dicti Ordinis fratres Dis- calceati huiusmodi, qui absentibus eorum Ministris Generalibus, supradictis Provinciis, & Custodias In- diarum praesentes, & futuras regere, & visitare debe- bunt, earundem Provinciarum, & Custodiarum In-

diarum, aut Hispaniarum ex Discalceatis huiusmodi filii esse, & in illis habitum per eosdem Discalceatos gestari solitum suscepisse, & Professionem per eos emit- ti consuetam expresse emisisse debeant, quodque nul- lus ex dicti Ordinis Observantibus, praeter illius Mi- nistrum Generalem pro tempore existentem, aut qui alias de Observantia fuerit, etiam si inter eosdem Fratres dis- calceatos degat, & vivat, nec eosdem Fratres dis- calceatos regere, nec visitare, nec in eos ullum superio- ritatis actum quoquo modo exercere queat. In even- tum vero, in quem Ministri Generales praemissis, aut illorum cuilibet contravenirent, praefatae Provinciae, & Custodias eorundem Fratrum discalceatorum India- rum huiusmodi, juxta quasdam alias nostras in simili forma Brevis die 8. Aprilis proxime praeteritae ad hunc effectum pro Provinciis eorundem Fratrum Discalcea- torum Hispaniarum concessas, & emanatas vivere, & gubernare possint.

§. 13. Ac demum, quod dictae Provinciae, & Custo- diae eorundem Discalceatorum Indiarum praesentes, & futurae quarumvis literarum, privilegiorum, & gra- tiarum a Sede Apostolica Provinciis Fratrum discal- ceatorum Hispaniarum, videlicet S. Iosephi, S. Pauli, & S. Joannis Baptistae concessorum, & concedendorum participes sint, statuimus, & ordinamus.

§. 14. Decernentes praesentes literas, & in eis con- tenta quaecumque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quo- quam defectu nullatenus unquam notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam adduci, vel revocari posse, sicque per quoscumque Iudi- ces Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de- larere Legatos, Sedisque praedictae Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & inter- pretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his qua- quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con- tingerit attentari.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepis- copis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in eisdem Indiarum partibus constitutis, sive dilectis filiis eorum in spiritualibus generalibus Vicariis, & Officialibus per easdem praesentes committimus, & mandamus, quate- nus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte eorundem Fratrum Discalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Indiarum huiusmodi fuerint requisiti, seu aliquis eorum fuerit requisitus, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assi- stentes, faciant auctoritate nostra praesentibus, & praesentes nostras literas huiusmodi debite, & omnimodae executioni demandari.

§. 16. Non permitteutes eos contra earundem praesentium, & praesentium literarum tenorem quomo- dolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Contradi- ctos quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invo- cato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in eisdem praesentibus literis volumus non obtare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Digni- tate Ecclesiastica constituae munitis eadem prorsus fi- des in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa. Da- tum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1642. Pontificatus nostri anno vigesimo.

URBANUS OCTAVUS.

CCCKV.

Privilegia concessa Universitati, & personis Mercatorum Fundaci, & Mercantiz Urbis.

Edita A.D. 1643.

URBANUS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam.

Singre devotionis affectus, quem dilecti filii Universitatis, & homines Artis Mercatorum de Fundaco, & Mercantia nuncupata hujus Alme Urbis nostrae erga Nos, & Apostolicam Sedem gerere comprobantur. Nos inducit, ut eorum indemnitati libenter consulamus.

§. 1. Volentes igitur Universitatem, & Homines hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi, & eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine super hoc humiliter porrectis inclinari, eidem Universitati, & Homines, & eorum singulis, ut ipsorum Codicibus, & Libris rationum de mercibus, & rebus ad Artem Mercatorum hujusmodi spectantibus, usque ad summam quinquaginta scutorum monetae Romanae dumtaxat contra quamlibet personam, omnibus partibus ejusdem rationis simul computatis, ubi que in iudicio, & extra iudicium plene credatur, & indubia fides adhibeatur, etiam sine adminiculis, dummodò dicti libri mercantiles, & mercantiliter, Mercatorumque more, & ordine scripti, confecti, & terti sint, rationabilique suspicione careant, ac ipsi Mercatores scribentes sint bonae fidei, & a Consulibus dictae Universitatis approbati.

§. 2. Praeterea, quod dicti Mercatores, ac eorum haeredes, & successores pro pretio mercium, & rerum ad eandem Artem spectantium post Pistorum, & Aromatarios ejusdem Urbis omnibus, & singulis aliis eujusvis defuncti, quamvis potioribus, & anterioribus creditoribus, etiam qualvis obligationes, etiam Camerales, & publica Instrumenta jurata, & quavis hypotheca vallat, etiam causa dotis, & qualvis alias clausulas, seu cautelas in se continentes habentibus usque ad similem summam quinquaginta scutorum hujusmodi tantum praferantur, & praferri debeant, dummodo, quoad hoc probetur versio in utilitatem viri, & uxoris, ac filiorum in communione viventium.

§. 3. Demum quod in causis Mercatorum hujusmodi contra quoscumque motis, & movendis de mercibus, & rebus ad Artem praedictam spectantibus non sit locus appellationi suspensivae pro ea summa pecuniarum dumtaxat, pro qua in causis Aromatiorum, & Pistorum praedictorum vigore Indultorum Apostolicorum eis concessorum non datur pariter appellatio suspensiva, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, in ius, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodvis juris, & facti, vel gratiae remedium impetrari posse, sed illas esse oper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sub quoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Mercatoribus plenissime suffragari, sicut & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, ac Curiae Camerae Apostolicae Generales Auditores, & quovis alios quacumque auctoritate fungentes nunc, & pro tempore existentes judicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bullaris Magni Tom. V.

Non obstantibus Conditionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Imperialibus, ac praedictae Archiepiscopalis auctoritatis, confirmationis Apostolicae, vel quavis auctoritate alia favorabilis, & consuetudinibus, & statutis quovis iudicatis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentibus, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Januarii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Die veneris 16. Januarii 1643. Praesentibus literis Apostolicis in Camera Apostolica exhibitis, & praesentibus fuerunt per D. Sebastianum Aggazzium Bergamensem, suae praedictae Universitatis Deputatum, illaque illustrissimum, & Reverendissimum D. Jacobo Francisco Arbetz ipsius Camera Clerico commissario, & deinde sub die 16. mensis citato desuper Reverendissimo D. Commissario dictae Camerae ad relationem ejusdem Illustrissimi D. Arbetz in ipsa Camera admissa pariter fuerunt, & registrata libro quinto Signaturarum ejusdem Sanctiss. Sedi. B. Brunorus.

Registratio praesentis Brevis in Cam. Apost. citato die 16. mensis citato.

Edita A.D. 1643.

Indulgentia perpetua in Ecclesiis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci pro festo Portiunculae.

De hac Indulgentia vide notata ad Constitut. Gregor. XV. Splendor paternae, &c.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1643.

§. 1. Cum sicut dilectus filius Joannes de Solis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci Provinciae Andalusiae, & Regni Granatae in Hispania Procurator Generalis suo, & eorumdem Fratrum nominibus Nobis nuper exponi fecit, alias fel. record. Pius Papa V. Praedecessor noster per quosdam suas literas incipientes: Ea est Officii nostri ratio, Fratribus Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci, eorumque Ecclesiis omnia, & singula privilegia, dispensationes, Indulgentias, & Indulta Apostolica dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & eorum Ecclesiis concessa, & concedenda, multique alii, & praesertim Paulus V. Gregorius XV. Romani Pontifices etiam Praedecessores nostri omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verae poenitentibus, & confessis, ac facta Communione receptis, qui praedictas eorumdem Fratrum Minorum Ecclesias die secunda Augusti à primi. V. Septris usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devotè visitavissent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereseum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effudissent, Plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem perpetuè duraturam misericorditer in Domino respiciendè concesserint. Quia verò dicta Plenaria Indulgentia perpetua nominatim, & expresse Fratribus dicti Tertii Ordinis per literas eorumdem Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum concessa non reperitur, Christi fideles ad eorumdem Tertianorum Ecclesias die praefata non confluunt.

§. 2. Nobis propterea per eundem Joannem Procuratorem Generalem hujusmodi dictis nominibus supplicatum fuit, ut in praemissis opportunè, ut infra, pro videre de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Joannem Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis

Supplicatio

Creditor D. Mercatorum, sine adminiculis, quae ad 150. mo. contra nos per-

referuntur Mercatorum, scilicet 50. monetae post Pistorum, & Aromatarios omnibus, & singulis aliis eujusvis defuncti, etiam qualvis obligationes, etiam Camerales, & publica Instrumenta jurata, & quavis hypotheca vallat, etiam causa dotis, & qualvis alias clausulas, seu cautelas in se continentes habentibus usque ad similem summam quinquaginta scutorum hujusmodi tantum praferantur, & praferri debeant, dummodo, quoad hoc probetur versio in utilitatem viri, & uxoris, ac filiorum in communione viventium.

Appellatio suspensiva datur in causis Mercatorum, & Pistorum praedictorum, pro qua datur pariter appellatio suspensiva, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Decernimus

URBANUS OCTAVUS.

...fionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis censuris, & poenis... vel ab homine quavis occasione, vel causa... si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, huiusmodi supplicationibus inclinari.

ganur, & instituat, ne dum quia Fratres Domorum regularium, seu Conventuum huiusmodi sunt nationis diversae ab aliis Provinciis... sed etiam ob linguarum varietatem, Commissariis huiusmodi in Germania pro tempore mittendorum commoditatem, qui ad manus Commissarii huiusmodi aptiores erant, quod rogis idiomate, ac moribus Italis imbuti fuerint, prout sunt Tridentini; cum etiam, quia maior erit numerus illorum, qui Habitum regularem suscipiant, quando propalam in illis partibus Provinciam habuerint, regnando cum animarum Christi Fidelium Germaniae fructu, & consolatione.

Concedit ut in rub.

§.3. Quod omnes, & singuli utriusque sexus Christi Fideles vere poenitentes, & confessi, ac sacra Communionem recepti, qui Ecclesias Fratrum Tertiariorum huiusmodi ubilibet existentes dicta secunda die Augusti primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem diei visitaverint, & ibi oraverint, ut peccata, peccatorum, & absque ulla proorsu differentia eandem Plenariam peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem consequantur, perinde ac si praemissa in Ecclesiis praedictorum Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia peragerent, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus, concedimus, & indulgemus.

§.2. Nobis propterea dictus Commissarius Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere ac benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui cultum Divinum, & regularem Disciplinam nostris temporibus ubique augeri sinceris desideratis affectibus, pils dicti Commissarii Generalis voti huiusmodi quantum cum Domino possumus, antuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Domos regulares, seu Conventus supranominatos, & supradictos à dicta Provincia Veneta, seu S. Antonii ejusdem Ordinis, sub qua haec tenens, ut praefertur, existerunt, omnino dismembramus, & separamus, ac Domos regulares, seu Conventus huiusmodi sic dismembratas, seu dismembratos, separatasque, seu separatos in novam Provinciam S. Vigiliæ nuncupandam cum omnibus, & singulis praerogativis, prerogativis, indulgentiis, privilegiis, & gratiis, quibus aliae Fratrum Reformatorum ejusmodi Ordinis Provinciae frui, & gaudere solent, ac possunt, & debent, Apostolica auctoritate tenore praesentium erigimus, & instituiamus.

Contrarii derogat.

§.4. Non obstantibus quibusvis, & singulis illis, quos dicti Romani Pontifices Praedecessores voluerunt non obstat, ac quatenus apud se, regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad Instar, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressi habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus praedictis plenè suffragari: Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Transumptis credi mandat.

§.5. Voluimus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae Venetae, seu S. Antonii huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Provinciae Venetae, seu Sancti Antonii, ejusque Ministro Provinciali, & quibusvis aliis Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

D. P. A. 10. die 13. Janu.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1643. Pontificatus Nostri anno vigesimo.

CCCXVII.

Erectio Provinciae Reformatae Sancti Vigiliæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiae.

§.5. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac formam in illis traditam observatam, exprimerentur, & interessentibus particularibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praemissorum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

URBANUS PAPA VII

Ad futuram rei memoriam.

Praemium.

Pastoralis officii Nobis divinitus in juncit assidua sollicitudo nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quae regularium personarum, quae relicto saeculo, Dei obsequio se sub arctioris disciplinae norma dedicarunt, statui consuevit, ut secundum Ordinum suorum regularia Instituta gratum Altissimo impendentes famularum, felicioribus in dies in via Domini proficiant incrementis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Januarii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Motiva Separationis.

§.1. Cum itaque, sicut exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Commissarius Generalis Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, è re Ordinis huiusmodi apprimè futurum sit, si S. Bernardini Tridentini, ac S. Antonii de Cles, necnon Sanctae Mariae Gratiarum nuncupatorum de Arco, ac S. Rochi de Rovereto, & S. Francisci de Burgo, necnon ejusdem Sancti Francisci de Pergine Terrarum, seu Locorum Tridentinae, & Felitrensis respectivè Diocesis, Domos regulares, seu Conventus Fratrum Reformatorum Ordinis huiusmodi à Provincia Veneta, alias Sancti Antonii, ejusdem Ordinis, sub qua existunt, omnino separentur, dismembrantur, ac ex illis nova Provincia sub titulo Sancti Vigiliæ eri-

Declaratio circa facultatem dispensandi cum Regularibus super voto de non procuranda, nec acceptanda dignitate extra Religionem. Extra Tom 4. ordine Febr. Part. 167. fol. 233. incipit: Honorum, dignitatumque.

Erigit in Provinciam prout in rub.

Decretis irritant.

Contrarii derogat.

CCCXVII. Edita A. D. 1643. 24. Febr. Part. A. 10.

Prohibitio

URBANUS OCTAVUS

Prohibita extrahendi libros ex Bibliothecis Domorum regularium totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum.

De hac prohibitione vide notam in Repertorio.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni librorum Bibliothecarum Domorum regularium totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ac dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie obvenientes, & absolutum fore censentes, supplicacionibus dicti Procuratoris Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari.

Ne de cetero quisquam quavis auctoritate fungens libros, quinterina, folia, sive impressa, sive manuscripta, tam hactenus dictis Bibliothecis, seu Domibus donata, & assignata, quam in posterum per quoscumque Christi Fideles donanda, & assignanda, sub quovis pretextu, ingenio, causa, colore, ratione, aut occasione dictis Bibliothecis, & Domibus, seu earum al qua extrahere, seu asportare, aut ut extrahantur, seu asportentur permittere, aut consentire, sub excommunicationis, ac privationis vocis activae, & passivae penis per contrahentes eo ipso incurrendis, Apostolica auctoritate tenore presentium interdicimus, prohibemus.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Domorum, & Ordinis predictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod presentis prohibitionis copia in valvis cujuslibet dictarum Bibliothecarum, aut aliquo alio perspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat: Quodque presentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique Fides etiam impressis adhibeatur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 6. Februarii 1643. Pontificatus nostri Anno vigesimo.

Quod Fratres Discalceati Ordinis Regularis Observantiae S. Francisci in Regno Hispaniae non possint commorari in aedibus Saecularium.

De huiusmodi Fratribus Discalceatis quamplurimum notavi ad Const. 143. Regis pacifici, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper incendantur, per quae Regularium personarum, quae relicto saeculo, divini numinis obsequiis sese dedicaverunt, quieti consulitur, & quae religiosum earum propositum possunt impedire, remouentur, ut

nulla re praepedita secundum regularia suorum Ordinum Instituta, tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere valeant famularum.

Quod omnes, & singuli Fratres Discalceati dicti Ordinis Provinciarum Hispaniarum huiusmodi, qui extra suas domos regulares commorantur, convivunt, & pernoctant in aedibus Saecularium, ut praefertur, cuiuscunque status, gradus, qualitatis, & conditionis existant, etiam desuper quascumque particulares licentias, & privilegia sibi alias a Sede Apostolica, vel ab ipsius Ordinis Ministris generalibus concedi obtinuerint, & obtineant, infra octiduum a presentium nostrarum literarum notificatione sibi faciendae, coram Ministris Provincialibus earumdem Provinciarum sese sistere, & comparere debeant, ut ab eisdem Ministris Provincialibus Conventus, in quibus degant, & habitent, sibi assignentur, sub inobedientiae, & excommunicationis, necnon privationis antianitatis habitus, ac suffragiorum, & Missarum pro Fratribus Discalceatis Ordinis huiusmodi celebrari solitarum penis eo ipso, & absque ulla alia declaratione incurrendis, earumdem tenore presentium statuimus, & ordinamus.

Mandantes propterea eisdem Ministris Provincialibus Provinciarum huiusmodi in virtute sanctae Obedientiae, ac sub eisdem penis, ut easdem praesentes literas nostras debite, & omnimoda executioni demandari, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, inviolabiliter, & inconcussè observari curent, & faciant, ac decernentes irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum huiusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Februarii 1643. Pontificatus nostri Anno vigesimo.

CCCXXI. Pro Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci
Serioris Observantia Discalceatorum
Provinciarum, Ecclesiarum, & Conven-
tuum Hispaniarum, circa Visitationem,
Præcedentiam, & Sepulturam Defuncto-
rum.

*hæc materia vide notata ad Constit. 242. Ex
cumbenti, & ad Constit. 238. Demum,
ad Constit. 328. Alias à nobis, & ad Const.
206. Innoc. X. Romanus Pontifex. Tom. 5.*

Edita A.D.
1643.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus
à Matrino filius Provincie S. Iosephi Fratrum
Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discal-
ceatorum nuncupatorum, Commissarius Terræ Sanctæ, ac
nonnullarum Provinciarum Hispaniarum eorundem
Fratrum Discalceatorum Procurator, quod nuper à
Nobis pro Provincia S. Gabrielis Fratrum Discalcea-
torum prædictorum etiam Hispaniarum emanarunt li-
tera tenoris sequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

*Littera Apo-
stolica.*

§. 2. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Gundi-
salvus de Sanctis Procurator, & filius Provincie Sancti
Gabrielis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Dis-
calceatorum nuncupatorum Hispaniarum, quod Prio-
res, Vicarii, Provisores, Parochialium Ecclesiarum Rec-
tores, ac Beneficiati Civitatum, Oppidorum, Locorum,
& villarum de Llerena, Fuente de Cantos, Xerez, Va-
lentie de Alcantara, Brojas, Serena, & Merida, confi-
sentium intra fines Præceptoriarum, seu Commenda-
rum, aliis Magistragiorum de Alcantara, & S. Jacobi
de Spatha Militiarum, ratione Conventuum dictæ Pro-
vincie Ordinis huiusmodi Fudatorum in Ecclesiis He-
remitoriis nuncupatis, quæ prius erant jurisdictionis
ipsarum Militiarum, seu Præceptoriarum, vel Commenda-
rum huiusmodi, Fratres Discalceatos eorundem Con-
ventuum in suis Ecclesiis cadavera defunctorum sibi se-
pulturam inibi eligentium sepeliri minime posse, quod-
que ipsi Piores, Vicarii, alique præfati, cum ad Eccle-
sias eorundem Fratrum Discalceatorum occasione fu-
nerum accedunt, sese eosdem Fratres Discalceatos præ-
cedere, officiaque Mortuorum super ipsorum cadaveribus
obire debere prætendunt, nedum contra formam
juris, & litterarum Apostolicarum in simili forma Bre-
vis, variarumque declarationum, & Decretorum à
Congregationibus Venerabilium fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Inter-
pretum, ac negotii Episcoporum, & Regularium, Sa-
crisque Ritibus Præpositorum respectivè emanatorum,
sed etiam contra casum legis de iure sepeliendi, ac Sa-
cros Canones: cum per Clementinam secundam de
Sepulturis detur facultas Fratribus dicti Ordinis Sancti
Francisci cadavera defunctorum sibi in eorum Ecclesiis
sepulturam eligentium sepeliendi.

§. 3. Quoniam verò, hæc eadem expositio subjun-
gat, Piores, Vicarii, Provisores, Curati, & Beneficiati
huiusmodi pro suis mero arbitrio, & voluntate declara-
tiones, & decreta huiusmodi nullatenus observant, sed
cum non levi Secularium scandalo, & offenculo ipsos
Fratres Discalceatos, qui ob eorum paupertatem, &
arctioris regulæ observantiam, litium, & questionum
materias, & occasiones dissiugunt, in præmissis gravant,
neon quando etiam visitatum eunt suas Ecclesias,
præterdunt, se posse etiam visitare Ecclesias ipsorum
Fratrum Discalceatorum, neon Sanctissimum Eu-
charistie Sacramentum, sub prætextu, quod ipsæ fun-
dantur in Ecclesiis Heremitoriis huiusmodi loco-
rum, Villarum, Oppidorum, & Civitatum prædicto-
rum, quæ prius, ut præfertur, jurisdictionis ipsarum de

Alcantara, & S. Jacobi de Spatha Militiarum huius-
modi Ordinum erant, non sine notabili gravamine, &
preiudicio dicti Ordinis, & contra formam privilegio-
rum illi à tot Summis, & Romanis Pontificibus præ-
decessoribus nostris concessorum, ac demum quando
præmissa peragere ab ipsis Fratribus Discalceatis non
permittuntur, eosdem Fratres Discalceatos diversimo-
de molestant, etiam per verbi Dei prædicationum, ad-
ministrationis Sacramenti penitentiae, & elemosyna-
rum privationem.

§. 4. Nobis propterea idem Gundisalus dictæ Pro-
vincie nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmis-
sis opportunè providere de benignitate Apostolica di-
gnemur. Nos igitur, qui religiosorum Ordinum quo-
rumcumque felicem directionem sinceris desideramus
affectibus, eorundem Fratrum Discalceatorum dictæ
Provincie indemnitati, ac commodis quantum cum
Domino possumus, prospicere, illisque specialibus favo-
ribus, & gratis prosequi volentes, eo à nique singulares
personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,
& pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt,
ad effectum presentium duntaxat consequendum, ha-
rum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hu-
iusmodi supplicationibus inclinati.

§. 5. Quod de cæterò perpetuis futuris temporibus,
licet Conventus eorundem Fratrum Discalceatorum
dictæ Provincie S. Gabrielis fundati forent in Eccle-
siis Heremitoriis nuncupatis, quæ prius erant jurisdic-
tionis ipsorum de Alcantara, & S. Jacobi de Spatha
Militiarum Ordinum huiusmodi, ut præfertur, præfata
Clementina secunda, ac eorundem Cardinalium decla-
rationes, & decreta præmissorum occasione in dictis
Conventibus, & tota Provincia huiusmodi observen-
tur, observarique debeant, ipsique Piores, Vicarii, Pro-
visores, Parochialium Ecclesiarum Rectores, & Benefi-
ciati, Civitatum, Oppidorum, locorum, & Villarum
huiusmodi, Ecclesiis eorundem Fratrum Discalceato-
rum dictæ Provincie, & Sanctissimum Eucharistie Sa-
cramentum sub prætextu, quod Ecclesie huiusmodi in
dictis Heremitoriis fundatæ sint, ut præfertur, visitare,
nec easdem Ecclesias ingredi, & inibi aliquem jurisdic-
tionis actum exercere ullatenus unquam possint, nec
debeant, Apostolica auctoritate tenore presentium
concedimus, statuimus, & Ordinamus, eisdemque Prio-
ribus, Vicariis, Provisoribus, Curatis, & Beneficiatis
huiusmodi perpetuum desuper silentium imponimus.

§. 6. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad
quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, ut
eosdem Fratres Discalceatos præmissorum omnium, &
singulorum commodo, & effectu pacificè frui, & gau-
dere sinant, & faciant, nec eos desuper à quoquam qua-
vis auctoritate fungente molestari, perturbari, impediri,
vel inquietari ullatenus permittant, ac decernentes præ-
fentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore,
suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obti-
nere, dictisque Fratribus Discalceatis plenissimè in om-
nibus, & per omnia suffragari. Sicque per quoscumque
Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de
Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublatâ
eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti
debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quo-
quam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter con-
tigerit attentari.

§. 7. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore
existenti nostro, & ejusdem Sedis in Regnis Hispania-
rum Nuncio per presentes committimus, & manda-
mus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios presentes
litteras, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando
opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum
Discalceatorum desuper fuerit requisitus, solemniter pu-
blicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præ-
sidio assistens, faciat auctoritate nostra easdem præsen-
tes, & in eis contenta huiusmodi similiter observari,

*Mandatum
servari
& Decretum
Apostolicum.*

*Decretum
irritum.*

*Executio
deputat.*

ac singulos, quos eadem presentes concernunt, illis pacifice frui, & gaudere, non permittere eos, vel eorum aliquem contra presentium tenorem quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliàque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae, ipsarumque Militiarum, & Ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, ac singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & indivisa, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus in iudicio, & extra fides adhibeatur, quæ presentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 7. Februarii 1643. Pontificatus nostri Anno vigesimo.

§. 9. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Paulus præinfertis nostras literas hujusmodi cum omnibus in eis contentis ad alias omnes, & singulas Provincias eorundem Fratrum discalceatorum Hispaniarum hujusmodi, & qualvis alias, quam in eisdem præinfertis literis expressas Militias extendi, ac alias in præmissis opportune, ut infra, desideret provideri. Nos eundem Paulum, aliisque Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Pauli nobis super hoc humiliter porrectis inclinari: Præinfertis nostras literas pro dicta Provincia Sancti Gabrielis, ut præfertur, emanatas; ad omnes alias, & singulas Provincias eorundem Fratrum discalceatorum Hispaniarum hujusmodi, ac ad qualvis alias, quam in eisdem præinfertis literis expressas Militias, ipsorumque Fratrum discalceatorum hujusmodi Ecclesias, & Conventus, ut præfertur, aut alias quomodolibet fundata in eisdem Provinciis, Apostolica auctoritate tenore presentium extendimus, & ampliamus. Ac insuper quod omnes, & singula Provincie prædictæ Hispaniarum Fratrum discalceatorum, hujusmodi comprehendantur, & participent de quibuscumque privilegiis, literis Apostolicis, & decretis quovis modo cujusvis ipsarum Provinciarum particulariter, & speciatim concessis, perinde, ac si illa omnibus, & singulis Provinciis prædictis in genere, circa hanc materiam concessa fuissent, indulgemus.

§. 10. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos pariter spectat, & pro tempore spectabit in futurum, ut eosdem Fratres discalceatos omnium, & singularem aliarum Provinciarum Hispaniarum hujusmodi præmissorum omnium, & singulorum commodo, & eff. & pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant, nec

cos desuper à quoquam quavis auctoritate surgente molestari, perturbari, inquietari, vel impediri, ullatenus permittant, ac decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Fratribus discalceatis plenissime in omnibus, & per omnia suffragari. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, subque eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & præstandi facultate, & auctoritate, judicari, & de omnibus, ac singulis, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Quocirca dilecto filio eidem moderno, & pro tempore existenti nostro, & ejusdem Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios presentes literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum discalceatorum omnium, & singularem Provinciarum hujusmodi desuper fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat auctoritate nostra easdem presentes, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos eadem presentes concernunt, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittens eos, vel eorum aliquem contra presentium earundem tenorem quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliàque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, Censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 12. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in dictis præinfertis literis volumus non obstare, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quarumvis Provinciarum, & Militiarum, & Ecclesiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Martii 1643. Pontificatus Nostri anno vigesimo.

Pro tollenda controversia inter Fratres Minores Conventuales, & Minores de Observantia S. Francisci circa elemosynas Capellæ de Portiuncula nuncupatæ, erogari solitas.

URBANUS PAPA VIII. Edita A. D. 1643.
Ad perpetuam rei memoriam.

Domini Nostri JESU-CHRISTI, qui claritas est, & Deus pacis, vices, meritis licet imperitis, agentes in terris, inter multiplices Apostolicæ servi-

Contrariis derogat.

Transumptis credi mandat.

Extendit præinfertis literas ad alias Provincias.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 4. Martii.

CCCXXII

Edita A. D. 1643.

Transumptis

turis curas, quibus assidue premimur, in eam peculiari studio incumbimus, ut Christi Fideles, qui in fortem Domini vocati, ejus obsequiis sese voluntaria devotione manciparunt, sublaris quibuscumque perturbationibus in Spiritus veritate reddant abundanter Altissimo fructus suos, & ne aliis, quorum est evangelizare pacem, illa cum infirmiorum scandalo, exulare cernatur, eadem de causa, dissensiones, quæ inter ipsos oriri possent, ardeat studemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motus.

¶ Cum itaque, sicut non sine animi nostri molestia recepimus, in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Assisensium Dicoesis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, die 1. Augusti quotannis, qua occasione Indulgentiæ visitantibus Ecclesiam hujusmodi à secundis Vesperis ejusdem diei concessæ, tam Fratres Minores de Observantia, quam Conventuales nuncupatos dicti Ordinis ad eandem Ecclesiam convenire moris est, multæ perturbationes, non sine gravi Fidelium offendiculo, passim accidere consueverint, ratione elemosynæ, quæ à Christi Fidelibus Capellæ de Portiuncula vulgò nuncupatæ, in Ecclesia prædicta sitæ erogari contigerit, & quæ à fel. record. Nicolao IV. & V. aliisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris fuerint Fratribus Conventualibus Conventus S. Francisci Civitatis Assisensis prædictis reservatæ.

Pontif. & obsequiis ad observantiam.

§. 2. Hinc est, quod Nos omnem inter Fratres prædictos, eam ob rem dissidiorum, quæ ejusdem Regulæ Professores summo perè dedecet, materiam, illo præsertim tempore, quo populus Christianus ad Ecclesiam prædictam, magno usque fuit numero, quantum cum Domino possumus, è medio tollere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie perpetuò statuimus, volumus, & Ordinamus, ut deinceps Fratres Conventuales prædicti nullum omnino jus in colligendis, & percipiendis elemosynis hujusmodi amplius habeant, sed tam illæ, quas durante tempore Indulgentiæ prædictæ, prima videlicet, & secunda Augusti diebus quot annis, quam aliæ elemosynæ, quas reliquo anni tempore Capellæ prædictæ, seu in illa fieri, & erogari contigerit, in commodum, & utilitatem Fabricæ Ecclesiæ, ac usus Conventus S. Mariæ Angelorum hujusmodi integrè cedant, applicentur, & impendantur. Nos enim ex nunc omne jus quod Fratribus Conventualibus ad elemosynas hujusmodi quomodolibet competebar, ab illis penitus abdicamus, illudque totum in Fratres Conventus S. Mariæ Angelorum prædicti pro Fabrica Ecclesiæ, & vibus ipsius Conventus transferimus, & abdicamus, & translatum respectivè fore, & esse decernimus.

In compensatione observantia proventus dante debent Conventualibus 1000. sint. monet.

§. 3. Vice versa verò in præmissorum compensationem volumus ut à dictis Fratribus Conventus S. Mariæ Angelorum semel & pro una vice tantum, ex prædictis, seu aliis elemosynis duo millia scutorum monetæ Romanæ, penes Montem Pietatis Civitatis Assisensis deponenda, & inde non amovenda, nisi ad effectum illa in tot bonis stabilibus, aut locis Montium Cameræ Apostolicæ non vacabiliura, ad commodum, favorem, & utilitatem ejusdem Conventus S. Francisci Civitatis prædictæ investiendis Fratribus Conventualibus hujusmodi solvantur.

Processio inchoanda est in Ecclesia S. Francisci.

§. 4. Insuper, ut inter Fratres utriusque Conventus hujusmodi mutua charitas conservetur, earumdem renore præsentium præcipimus, ut quoties, & quando in initio Augusti Indulgentiæ prædictæ in dicta S. Mariæ Angelorum Ecclesia, ut assoler, collocanda, seu publicanda erit, Fratres dicti Conventus S. Mariæ Angelorum se ad Ecclesiam Conventus ejusmodi S. Francisci Assisensis, unde inchoant Processio, opportuno tempore conferre, & inde processionaliter ad dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum procedere, Fratresque ejusmodi Conventus S. Francisci illos benignè, & amanter excipere, & eorum humanitate allecti Fratres Conventus S. Mariæ Angelorum hujusmodi eos pari charitatis affectu, in suis Ecclesia, & Conventu excipere respectivè teneantur.

§. 5. Decretentes præsentis literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut alio quovis, quantumlibet magno, & substantiali defectu, vel etiam enormis, & enormissimæ læsionis, aut alia quacumque causa, occasione, prætextu, colore, & capite, etiam in corpore juris clauso, annotati, impugnari, rescindi, invalidari, in Jus, vel controversiam revocari, aut adversus illa aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, restitutionis in integrum, vel aliud quodvis juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut sic impetrato, vel etiam Motu simili concesso, quemquam in judicio, vel extra uti, seu se juvare nullatenus posse, ac eandem præsentem cum omnibus & singulis in eis contentis, semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suòque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & à Fratribus prædictis, nunc & pro tempore existentibus, cæterisque ad quos spectat, & in futurum spectabit, perpetuò inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quovis alios quacumque potestate fungentes, & functuros, in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretis irritant.

§. 6. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Assisensi per eandem præsentem committimus, & mandamus, ut præsentem, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum prædictorum fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat præmissa hujusmodi ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, exactè, & inviolabiliter observari, contradictores quoslibet, & rebelles per Censuras, & penas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstantibus fel. record. Bonifacii VIII. de una, & in Concessis Generalibus de duabus dietis, ac Nicolai IV. & V. aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam conciliaribus, necnon quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quæsito, ac Ordinibus, & Conventuum prædictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis ejusdem Ordinis Conventibus, Fratribus, & quibuslibet aliis sub quibuscumque tenore, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si super illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque rotis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac formâ in illis traditâ observatâ exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Executio deputat.

D. P. A. 17. die 22. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 22. Martii 1643. Pontificatus nostri Anno vigesimo.

Facultas imponendi annuos census extensiva
alterius alias Congregationi Cassinensi con-
cessa alienandi usque ad summam scuto-
rum ducentorum quinquaginta millium.

De huiusmodi materia lege ad Const. 215. Exponi
nobis, & c. ac ad Const. 232. Alias a nobis.

URBANUS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alias a Nobis emanarunt literae tenoris subse-
quentis, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad fu-
turam rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus
filius modernus Procurator Generalis Monachorum
Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, praedi-
ctae Congregationis, illiusque regiminis nomine,
quod ob malas temporum condiciones, damna, detri-
menta, atque incommoda per eandem Congregatio-
nem accepta ratione bellorum, incursum militum, & de-
structionis aedificiorum in bonis eiusdem Congregatio-
nis, necnon rapinas, ablationesque animalium, alias-
que extraordinarias calamitates, quae bona ex parte
eiusdem Congregationis praedia inculta reddiderunt,
necnon graves solutiones, quae pro summa quadraginta-
trium circiter millium scutorum quotannis per dictum
Procuratorem fiunt, ratione diversorum subsidiorum
Sedis Apostolicae, Monasteria dictae Congregationis
ob defectum suorum reddituum ad praesens sunt aded
oppressa, ut illorum nonnulla iam ruinis everfa, & se-
sublevare impotentia reddita sint, aliis vero eadem rui-
na impendat, nisi illis de opportuno subventionis
auxilio per Nos provideatur, prout alias per Romanos
Pontifices praedecessores nostros Monasteriis huius-
modi fuit in similibus occasionibus provisum, & praeser-
titer per Pium V. qui similes, & forsitan minus urgen-
tes ob causas per quasdam suas sub die 19. Martii 1570.
duodecim Congregationibus Regularium tunc expres-
sitis bona stabilia pro summa quadringentorum millium
scutorum auri, quorum centum, & triginta tria millia
dictae Congregationi Cassinensi pro sua rata obtige-
runt, & postmodum quia summa huiusmodi non suffi-
ciebat, per alias suas sub die 5. Octobris 1571. in simili
forma Brevis respectiva expedita literas eidem Con-
gregationi Cassinensi bona stabilia pro alia summa
quinquaginta millia scutorum aureorum vendendi fa-
cultatem respectiva concessit, eoque modo damnis, &
periculis Monasteriis dictae Congregationis tunc tem-
poris imminentibus opportunè occursum fuisse, ead-
emque Monasteria notabilem exinde subventionem
percepisse, experientia comperit est: Nobis pro-
pterea dictus Procurator quo supra nomine humiliter
supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere,
& alias ut infra indulgere de benignitate Apostolica
dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictae Congregationis, & illius Mo-
nasteriorum indemnitati, quantum cum Domino possu-
mus, consulere, eaque specialibus favoribus, & gratiis
prosequi volentes, ac illorum singulares personas a qui-
busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a
jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum
praesentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-
solventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi sup-
plicationibus inclinari, necnon praedictarum dicti Pii V.
praedecessoris literarum tenores praesentibus pro ex-
pressis habentes, Abbatibus Monasteriorum dictae Con-
gregationis, quae praedictis, & aliis majoribus necessi-
tatis ad praesens gravata reperuntur, ut cum appro-
batione tamen dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii
in Damasco Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati,
S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fra-
tre germano nepotis, ac praedictae Congregationis apud

Nos, & Apostolicam Sedem Protectionis, ac licentia
Regiminis dictae Congregationis, ea praedictae Congre-
gationis bona stabilia, quae pro liberanda ab ere alieno
Congregatione praedicta, restorationibusque necessa-
riis, & utilitatibus in eis bonis faciendis magis oppor-
tuna fuerint iudicata, usque ad summam in totum
centorum, & quinquaginta millium scutorum mo-
nasterii, quibusvis personis meliorem conditionem offerendo
servatisque modis, & formis in praedictis Pii V. praede-
cessoris nostri literis contentis, & juxta illarum teno-
res, & continentias, vendere distrahere, atque
sive in emphyteusim dare, necnon census annuos
ipsum Congregationis bonis stabilibus de licentia Se-
dis Apostolicae impositos, tum pecuniis ad minorem
rationem pro quolibet centenatio, & anno, sive mi-
nori interfusorio obnoxii, super eodem fundo accipien-
dis, & cum conditionibus in priori Instrumento appo-
sitis redimere: ita tamen, ut praesentes aliis ejusdem
Congregationis Monasteriis minime suffragentur, quam
illis dumtaxat, quae ad onerum per Sedem Apostolicam
impositorum debitam solutionem integre concurre-
runt, & concurrunt, liberè, & licitè possint, & valeant,
auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus,
& indulgemus. Non obstantibus fel. record. Pauli Papae
II. etiam praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non
alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, necnon Congregationis, Ordinis, & Mona-
steriorum praedictorum etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-
tutis, & consuetudinibus, ceterisque omnibus, quae
dictus Pius V. Praedecessor noster in praedictis suis literis
voluit non obstare, ac aliis contrariis quibuscum-
que. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem,
sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1637. Pontifi-
catus Nostri anno decimo-quarto.

§. 3. Cum autem, sicut idem Procurator Generalis
Nobis nuper exponi fecit, a quamplurimis, praesertim
vero a census super bonis ejusdem Congregationis jux-
ta tenorem praesentiarum literarum imponendos, eme-
re volentibus dubitetur, an pro imponendis censibus
huiusmodi dicti Francisci Cardinalis Protectoris huius-
modi approbatio, & Regiminis praedicti licentia sint
necessariae, Nobis propterea dictus Procurator Genera-
lis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè
declarationis nostrae ministerio providere de benignita-
te Apostolica dignaremur. Nos igitur dictae Congrega-
tionis, & illius Monasteriorum indemnitati per amplius
consultum esse cupientes, illaque specialibus favoribus,
& gratiis prosequi volentes, ac illorum singulares per-
sonas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, &
interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, &
poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt,
ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, ha-
rum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hu-
iusmodi supplicationibus inclinari.

§. 4. Quod in vim praesentiarum nostrarum litera-
rum Abbatibus Monasteriorum dictae Congregatio-
nis intelligatur, intelligique debeat absque alia licen-
tia, & approbatione, concessa facultas super eorum,
& dictae Congregationis Monasteriorum bonis stabili-
bus novos annuos, & redimibiles census juxta formam
Constitutionis praedicti Pii Praedecessoris imponendi,
ad effectum census annuos super illius Congregationis
bonis stabilibus alias de Sedis Apostolicae licentia im-
positos, cum pecuniis novorum censuum huiusmodi, ad
minorem tamen rationem pro quolibet centenatio, &
anno, sive minori interfusorio obnoxii, super certo
fundo, & non aliis accipiendis, servata in reliquis ea-
rumdem literarum forma redimendi, Apostolica au-
thoritate tenore praesentium decernimus, & declara-
mus. Non obstantibus fel. record. Pauli Papae II. etiam
praedecessoris nostri de rebus Ecclesiae non alienandis,
aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-
cis, necnon Congregationis, Ordinis, & Monasterio-
rum praedictorum, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis,
&

& consuetudinibus, ceterisque omnibus, quae dictus Pius praedecessor voluit in praedictis suis, & Nos in nostris volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut novorum censuum huiusmodi impositio, & veterum extinctio unico conventi fiant, vel saltem pecuniae ex nova impositione huiusmodi provenientes penes Montem Pietatis, aut personam fide, & facultatibus idoneam deponantur, hinc non amovenda, nisi ad effectum extinctionis praedictae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1638. Pontificatus nostri Anno decimo-sexto.

Concedit prout in rub.

§. 5. Cum autem, sicut dilectus filius Gregorius à Parma Abbas, & Modernus Procurator Generalis dictae Congregationis, Nobis nuper exponi fecit, non reperiantur in promptu qui bona dictae Congregationis emant, nisi cum illius detrimento, Nobis propterea idem exponens dictae Congregationis, illiusque Regimini nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere de Benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Congregationis, & illius Monasteriorum praefatorum indemnitati per amplius consulere, & quae specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac illorum singulas personas à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à juro, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, praefatis Monasteriorum dictae Congregationis Abbatibus, quod ipsis in vim praesentiarum nostrarum literarum huiusmodi, quas ad effectum infra scriptum valere, & pariter sufficere declaramus, de consensu ejusdem Francisci Cardinalis Protectoris, unum seu, plures annuos, & redimibiles census usque ad praefatam ducentorum quinquaginta millium scutorum summa huiusmodi in eorum sorte principali ascendentes, loco bonorum stabilium, quae juxta easdem praesentiarum literas vendi posse, ut praefertur, concessimus, super Monasteriorum eorundem Abbatum, dictaeque Congregationis bonis stabilibus ubilibet existentibus imponere, illumque, vel illos sic impositos uni, seu pluribus personis meliorem conditionem offerentibus, servata ejusdem Pii Praedecessoris Constitutionis, & praesentiarum nostrarum literarum forma, vendere, & alienare, ac pecunias inde provenientes in usus, & necessitates supra expressas, ac alias insuper, ut Montistis Cameralibus satisfiat, convertere, & erogare, ac pro emptoris, seu emptorum censuum huiusmodi, necnon fidejussoris, seu fidejussorum per eosdem Abbates forsitan praestandorum securitate, relevatione, & indemnitate, ultra bona super quibus census huiusmodi impositi fuerint, alia omnia, & singula dictorum Monasteriorum, & Congregationis huiusmodi bona mobilia, & immobilia, etiam in ampliori forma Camerae Apostolicae obligare, & hypothecare, ac super his unam, seu plura instrumenta cum renunciationibus, vinculis, clausulis, & decretis in similibus apponi solitis, celebrare, seu celebrari, aliisque omnia & singula in praemissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, & exequi liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus, necnon emptorem, seu emptores censuum huiusmodi ad probandum, seu verificandum in quos usus pretium ipsorum censuum concursum fuerit, minime teneri, nec obligatos existere, & quae per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scianter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarias derogat.

§. 6. Non obstantibus praefatis Pauli, & Pii Praedecessorum huiusmodi, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod per unam ex impositione, & venditione censuum huiusmodi proveni-

tes unico contextu in usus, & necessitates in eisdem praesentis, & praesentibus literis expressas convertantur, vel saltem penes Montem Pietatis, aut personam fide, & facultatibus idoneam deponantur, inde non amovenda, nisi ad effectum illas, ut petitur, convertendi, quodque census praefati infra tempus ab eodem Francisco Cardinale Protectore praehendendum sub excommunicationis poena per eos, ad quos spectabit, eo ipso incurrenda, extinguere, & redimi omnino debeant.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Aprilis 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo.

D. Pont. 20. 44. 15. Apr.

Annulatio Capituli Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum Januae celebrati, & convocati Capituli generalissimi ejusdem Ordinis in Urbe de anno 1644.

cccxxv.

Isius Ordinis materiam habes signatam ad Constit. 208. Alias per nos, & ad Constit. 217. Exponi nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Edita 1643. Ad futuram rei memoriam.

Um inter Christi Fideles, praesertim Regulares Dei obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatos, dissidia, & contentiones, nisi citò earum origo, & causa amputentur, ingentia mala gignere soleant.

Exordium.

§. 1. Idcirco mensibus praeteritis statim atque Nobis innovuit, quod in Capitulo generali Fratrum Ordinis Praedicatorum in Monasterio S. Dominici Civitatis Januae, pro die 26. Octobris proximè praeteriti convocato, & inibi celebrato, fuerat die antecedenti, scilicet die 25. ejusdem mensis Octobris facta amotio, seu depositio dilecti filii Nicolai Rodulphi Magistri Generalis ejusdem Ordinis, dieque sequenti ibidem unus, & successivè die 30. praedicti mensis Octobris in Conventu loci de Corniliano ejusdem Ordinis per tria circiter miliaria ab eadem Civitate Januensi distante, alter in magistrum generalem praedicti Ordinis respectivè electi fuerant, ita quod de facto à diversis praetendebatur in scissuram praedicti Ordinis extare tres magistrus generales.

Motiva huius Capituli.

§. 2. Propterea ad majora detrimenta, & scandala evitanda jussimus nedum in Monasterio B. Mariae super Minervam de Urbe, & alibi nihil innovari, donec à Nobis controversia desuper terminata esset, sed etiam illis omnes, praesentiatque nullitates omnium gestorum, ac cognitionem, & terminationem illarum ad Nos avocamus, executionemque amotionis, electionum, & aliorum, ut praemittitur gestorum, sine alicujus praesudicio, ac sine retardatione processus incepti contra praedictum Nicolaum Rodulphum suspendimus, Congregationique aliquorum dilectorum filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac etiam aliquorum dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum per Nos deputatorum cognitionem, & discussionem, etiam extrajudicialiter faciendas, omnium, & singulorum praemissorum ad Nos referendas, committimus cum facultatibus necessariis, & opportunis, & aliis prout in diversis Nostris literis in simili forma Brevis, sub Annulo Piscatoris expeditis, sub Datum 9. ac 10. & 20. diebus Novembris, ac die 6. Decembris proximè praeteritorum mensium respectivè uberius continetur.

Avocatio controversiae Sedi Apos.

§. 3. Qui quidem omnes praefati Cardinales, & Praelati saepius auditis omnibus informare volentibus, mox praesentibus personaliter hic Romae eidem Nicolao, & uno praedictorum duorum electorum, alteri autem electo eisdem nostris literis personaliter Januae intimatis, ceteris verò interesse habentibus, vel praesentibus, per proclama generale citatis, servatisque juxta formam à Nobis praescriptam servandis, visisque omnibus deductis, & allegatis voce, & scriptis, illisque ad plenam discutis

Declaratio nullitatis Capituli.

discussis in quamplurimis sessionibus, cum opportuna, & necessariam Nobis desuper relationem fecissent, Nos hujusmodi relatione audita juxta ejus serie Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolica potestate plenitudine de positionem, amotionem, seu ablationem predicti Nicolai à Magisterio generali dicti Ordinis factam in predicto Capitulo generali fuisse, & esse nullam, & invalidam, ac nullius roboris, & momenti, nulliterque, & invalidè factam, proindeque electiones factas de Magistro generali ejusdem Ordinis, tam in Civitate Januæ, quam in predicto loco de Corniliano fuisse, & esse nullas, & invalidas, nulliterque, & invalidè factas, & quæcumque exinde secuta itidem fuisse nulla & invalida decrevimus, & declaravimus, eisdemque duobus sic utrobique electis, & aliis quibuscumque super omnibus, & singulis præmissis perpetuum silentium imposuimus, ac aliis duobus electis, & eorum cuilibet inhabuimus, & interdiximus ne auderent, nec quilibet ipsorum auderet se in gubernio, & administratione Magistro generali dicti Ordinis competente, illi que exercitio quomodolibet ingerere, nec se magistrōs generales nominare, nec ullos adus superioritatis, jurisdictionis, antelationis, prerogativæ, facultatis, & præminentie Magistri generalis ejusdem Ordinis, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, & aliis quoquo modo facere, aut exercere, sub excommunicationis majoris, privationisque vocis activæ, & passivæ, ac Officiorum quorumcumque, & perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, eo ipso, absque alia declaratione incurrendis, aliisque arbitrio nostro imponendis, & ampliandis, etiam personalibus poenis, & aliis, prout in aliis literis Nostris in simili forma Brevis sub Datum die 20. mensis Martii proxime præteriti plenius continetur.

§. 4. Ne autem stante annullatione electionū predictarum, ac suspensione ejusdem Nicolai ab exercitio regiminis, & administratione officii, Ordo hujusmodi exercitio regiminis, & administratione Magistri generalis diutius careat, Nos ut predicto Ordini, unde tam uberes in Catholica Ecclesia fructus, & que viri doctrina, & sanctitate insignes prodiret, & quam paterno affectu prosequimur, quantum cum Domino possumus, consulamus, etiam de voto eorundem S. R. E. Cardinalium, & Prælatorū predictōrū, nedum Capitulum generalissimum ejusdem Ordinis in Urbe, ac Monasterio B. Marie super Minervam celebrandum convocare, sed etiam causam prætensoꝝ Nicolai predicti excessu inceptā à Judicibus, quibus illā commiseramus, vocare, illā que in statu, & terminis, in quibus reperitur, vocatam eidem Capitulo generalissimo ut præmittitur in Urbe celebrando committere decrevimus. Quocirca motu, scientia, deliberatione, ac potestate plenitudine paribus harū serie dilectis filiis Prioribus, Provincialibus Provinciarū dicti Ordinis, omnibusque aliis qui juxta formam Constitutionum ejusdem Ordinis à Sede Apostolica confirmatarū ad Capitulum generalissimum convocandi sunt, per Univerſum Orbē diffusis, Capitulum generalissimum in Urbe & Monasterio S. Marie super Minervam predictis in Festo Pentecostes futuri anni 1644. ita ut auctoritas Capitulariū incipiat in vigilia ejusdem Festivitatis, omnino celebrandū ad quæcūque effectū Ordini predicto magis proficuū, opportunū, & necessariū etiā indivisa & speciali nota dignū indicimus, & annunciamus, eosdemque Provinciales, omnesque alios, & singulos, qui juxta earundem Constitutionum formam in predicto Capitulo intervenire debent, convocamus, ac ut personaliter accedant, districte præcipiēdo monemus, ita quod si de Prioribus Provinciales, & alii predicti locum Capituli Dominica infra Octavam Ascensionis, vel Sabbato præcedenti intrare teneantur. Injunctes propterea eidem Prioribus Provincialibus, & Ministeribus, & quibuscumque aliis predictis in virtute sanctæ Obedientiæ, ut præfixo tempore huc se conferant cum iis qui ad Capitulum generalissimum ex earundem Constitutionum accedere debent, ita ut tres vocales ex unaquaque Provinciarum hujusmodi compareant, & vocem habeant. Præcipientes, ut nullus alius ad predictum Capitulum sine nostra licentia accedat præter predictos, & alios, qui ad præscriptum prædi-

ctarum Constitutionum occasione celebrationis predicti Capituli Generalissimi accedere possunt, ac debent. §. 5. Interim verò volumus, ut dicti Piores Provinciales in omnibus Cōventibus publicas supplicationes ad Deū pro felici ejusdem Capituli directione, & incoluntate Fratrum ad illud confluentium fieri curent, monentique omnes suos subditos, ut ipsis Prioribus Provincialibus, & sociis juxta prædictas Constitutiones electis, aliisque predictis ea omnia quæ judicaverint, tam pro bono Ordinis hujusmodi in communi, quam pro suis Provinciis & Cōventibus, in dicto Capitulo proponenda in scriptis exhibeant: dicti verò Piores Provinciales, & reliqui omnes, ad quos spectat, exactam relationem status Provinciarum, & earum Cōventuum juxta earundem Constitutionum dispositionem afferant: Præterea, ut quanto citius pro ejusdem Ordinis bono dissidia, & controversiæ Fratrum præcedantur, & Ordo ipse operæ tranquillitati, atque unitati restituatur, causam prætensoꝝ dicti Nicolai Magistri generalis excessuum, ut præfertur inceptā à Judicibus quibus illam commisitimus, in statu, & terminis, in quibus ad præsens reperitur tenore præsentis avocamus, firma in omnibus, & quoad omnia manente suspensione ejusdem Nicolai ab exercitio Regiminis, & administratione officii Magistri generalis aliis facta, donec causa hujusmodi per Capitulum generalissimum infra debito sine terminata fuerit, necnon etiā administratione, & gubernio dicti Ordinis à Nobis cōmisso dilecto filio nostro Antonio Cardinali Barberino illius Protector, seu dilecto filio nostro Hieronymo Cardinali Verospio respectivè nuncupatis Comprotectori, quibus suspensioni, & commisioni per præsentem non intendimus in aliquo præjudicare, prout in antedictis nostris literis in simili forma Brevis, sub datū die 20. predicti mensis Martii expeditis plenius continetur, illaque sic avocamus eidem Capitulo generalissimo per præsentem convocato, & ut præmittitur celebrando cum omnibus, & singulis suis connexis, annexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali cognoscendam, ac juxta formam earundem Constitutionum Ordinis predicti, etiā non perfectio processu jam incepto, ac etiam non servata aliqua tela judiciaria, sed summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura judicii, ad formā tamē Constitutionū predictarum, sola facti veritate inspecta terminandam, omni, & quacumque appellatione, recurſu, nullitate etiam ex defectu jurisdictionis, in integrū restitutione, aliisque juris, ac prædictarum Constitutionū Ordinis remediis penitus, & omnino remotis committimus cum omnibus, & singulis facultatibus, necessariis, opportunis, ita ut idem Capitulum generalissimum ad relaxationem suspensionis predictæ, & ad liberationem predicti Nicolai Magistri generalis, vel ad correctionem, & emendationem, aut etiam ad amotionem, seu depositionem ejusdem ab officio Magisterii generalis, ipso tamen prius ad normam dictarum Constitutionum audito, ac monito, & subinde ad electionem alterius Magistri Ordinis, etiā absque alia Congregatione Capituli, vel citatione, monitione, vel intimatione aliorum quorumcūque interesse habentium, seu quomodolibet habere prætendentium possit, & debeat procedere, prout relaxationi, & liberationi, vel correctioni, & emendationi, aut amotioni, seu depositioni, & electioni respectu loci erit ad earundem Constitutionum præscriptum.

§. 6. Cum declaratione quod illi ex convocatis, qui non comparuerint, sive alios non accedent, habebuntur pro contumacibus, & nihilominus sine illis re, ore predicti celebrabitur Capitulum, & in eo expedientur omnia & singula præmissa, & alia que erunt necessaria, & opportuna. Decret. 6. prædictis literas etiam ex eo quod dictus Nicolaus Magister generalis, ac duo electi predicti, & alii, quicūque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non cōferent, nec ad ea vocati, vel auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis quantumlibet substantiali defectu notari, redargui, & impugnarī, vel adversus eas apertionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcūque juris, & facti, vel gratiæ remedium impetrari seu impetrato quæpiā in judicio, vel extra illud uti posse,

si que, & non aliter in præmissis per quoscumque Ju- ad ea, per quæ servorum Christi, quæ pro ejus Ecclesia sanguinem suum fuderunt, veneratio in Terris præmo- veatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis, Pastoralis muneris nostri partes propensis studiis impendimus, prout pia Christi Fidei, præsertim Catholicorum Regum & Principum vota exposcunt, Nosque conspi- cimus in Domino salubriter expedire.

ad ea, per quæ servorum Christi, quæ pro ejus Ecclesia sanguinem suum fuderunt, veneratio in Terris præmo- veatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis, Pastoralis muneris nostri partes propensis studiis impendimus, prout pia Christi Fidei, præsertim Catholicorum Regum & Principum vota exposcunt, Nosque conspi- cimus in Domino salubriter expedire.

Contrariis derogat.

§.7. Non obstantibus prædictis nostris literis, ac fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de- commissa dudum à Nobis Congregationi Venerabili- lium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum ad instantiam clar. mem. Sigif- mundi dum viveret Poloniæ, & Sueciæ Regis Illu- stris, & Charissimi in Christo filii nostri Uladislai etiam Poloniæ, & Sueciæ Regis illustris, necnon ad suppli- cationem Venerabilium Fratrum Metropolitanorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac dilectorum filio- rum Notabilium Virorum Palatinorum Principum, ac universi Cleri & Populi Catholici Regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuanie, ac totius Russiæ, necnon Ordinis prædicti, causa Servi Dei Josaphati Archiepis- copi Polocensis ejusdem Ordinis S. Basilii pro Christi nomine, & fide Catholica, & pro Sancta potissimum Unione cum Ecclesia Romana Vitepsi in Russia Alba die 12. Novembris 1623, à Schismaticis trucidati; illa- que deinde per plures annos per eandem Congregatio- nem servatis servandis discussa, & examinata, auditis etiam de super Theologis, Consultoribus, & Sanctæ Fi- dei Promotore, post obtentam prius à Nobis sub die 27. Januarii 1629. derogationem Decreti nostri de non procedendo in causis Servorum Dei ad effectum Canonizationis, seu Beatificationis, aut declarationis Martyrii, nisi lapsis quinquaginta annis ab obitu illoru, observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus & prævia sub die 2. Martii 1641. nostra licentiâ ad ul- pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, teriora in hujusmodi causa in Cõgregationibus ordina- riis procedendi; referente dilecto filio nostro Joan. Bap- tista tit. S. Eusebii ejusdem S. R. E. Presbytero Car- dinali Pamphilio nuncupato proposita, eadem Con- gregatio dicta die 2. Martii 1641. censuit constare de va- liditate processuum: die verò 13. Septembris 1642. con- stare de Martyrio, & causa Martyrii; die demum 22. Nov. ejusdem anni 1642. constare etiam de miraculis; ideo- que eidem Congregationi videri, si nobis placeret, pos- se dictum Servum Dei Josaphatum Beatorum Marty- rum Catalogo adscribi, & solemnem ipsius Canoni- zationem quandocumque fieri.

§.1. Sanè nomine dilectorum filiorum Monachorum Ordinis S. Basilii Nobis nuper expositum fuit, quod commissa dudum à Nobis Congregationi Venerabili- lium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum ad instantiam clar. mem. Sigif- mundi dum viveret Poloniæ, & Sueciæ Regis Illu- stris, & Charissimi in Christo filii nostri Uladislai etiam Poloniæ, & Sueciæ Regis illustris, necnon ad suppli- cationem Venerabilium Fratrum Metropolitanorum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac dilectorum filio- rum Notabilium Virorum Palatinorum Principum, ac universi Cleri & Populi Catholici Regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuanie, ac totius Russiæ, necnon Ordinis prædicti, causa Servi Dei Josaphati Archiepis- copi Polocensis ejusdem Ordinis S. Basilii pro Christi nomine, & fide Catholica, & pro Sancta potissimum Unione cum Ecclesia Romana Vitepsi in Russia Alba die 12. Novembris 1623, à Schismaticis trucidati; illa- que deinde per plures annos per eandem Congregatio- nem servatis servandis discussa, & examinata, auditis etiam de super Theologis, Consultoribus, & Sanctæ Fi- dei Promotore, post obtentam prius à Nobis sub die 27. Januarii 1629. derogationem Decreti nostri de non procedendo in causis Servorum Dei ad effectum Canonizationis, seu Beatificationis, aut declarationis Martyrii, nisi lapsis quinquaginta annis ab obitu illoru, observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus & prævia sub die 2. Martii 1641. nostra licentiâ ad ul- pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, teriora in hujusmodi causa in Cõgregationibus ordina- riis procedendi; referente dilecto filio nostro Joan. Bap- tista tit. S. Eusebii ejusdem S. R. E. Presbytero Car- dinali Pamphilio nuncupato proposita, eadem Con- gregatio dicta die 2. Martii 1641. censuit constare de va- liditate processuum: die verò 13. Septembris 1642. con- stare de Martyrio, & causa Martyrii; die demum 22. Nov. ejusdem anni 1642. constare etiam de miraculis; ideo- que eidem Congregationi videri, si nobis placeret, pos- se dictum Servum Dei Josaphatum Beatorum Marty- rum Catalogo adscribi, & solemnem ipsius Canoni- zationem quandocumque fieri.

D. P. An. 26. die 8. Apr.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1642. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Concedi prout in sub.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione undecima, Pontificatus vero Sanctiss. D. N. Urbani Divini Providentiâ Papa VIII. anno ejus vigesimo, die vero undecima mensis Aprilis, supradicta littera Apostolica affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, in actu Campi Floræ, & in Ecclesia S. Mariæ super Minervam, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Joan. Baptistam Riccium ejusdem Sanctiss. D.N. Papa Cursorem. Pro Mag. Cursorum Dominicus Varesius Curs.

CCCXXV. Edita A.D. 1643. 27. April. Pont. An. 10.

Constitutio super recitatione, & decantatione Hym- norum Breviarii Romani Sæcæ Sanctitatis authori- tate recogniti, in quibuslibet Ecclesiis. Reperitur Tomo 4. 168. in ordine page 234. & 235. incipit: Cùm aliàs.

CCCXXVI. Edita A.D. 1643. Exordium.

Indultum celebrandi Missam, & recitandi Of- ficii de Beato Martyre Josaphato Ar- chiepiscopo Polocensi, Monacho Ordinis S. Basilii. URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§.2. Quare pro parte non solum prædictorum, verum etiam Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium negotio propagandæ Fidei Præpositorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut interim donec ad solemnem Canonizationem dicti Servi Dei Josaphati deveniatur, idem Servus Dei Josaphatus Beatus nuncu- pari, atque Officium, & Missa de eo, ut infra celebrari possit. Nos itaque piis Uladislai Regis, Cardinalium, Metropolitanorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Palatinorum Principum, Cleri, Monachorum, & Po- puli prædictorum votis hujusmodi quantum cum Do- mino possumus, benignè annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De eorumdem Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut ipse Dei Servus Josaphatus in posterum Beatus nuncupari, at- que ab omnibus Monachis dicti Ordinis S. Basilii, ubi- que Terrarum existentibus, necnon in omnibus Ec- clesiis Diocesis, & Provinciæ Polocensis, ac totius Metropolis Russiæ, à quibuscumque Sacerdotibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus die Natalis ipsius, duodecima videlicet Novembris, Officium, & Missa de communi unius & Martyris Pontificis recitari res- pectivè, ac celebrari juxta Rubricas Breviarii, & Missa- lis Romani, necnon Græci, seu Rutheni, ab Apostoli- ca Sede approbati valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiâ, & facultatem concedimus, & impartimur.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina- tionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. §.4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & alicujus

Contrariis derogat.

URBANUS OCTAVUS:

158

alicujus personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

P. A. 20.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 6. Maii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo

CCXVII.

Quodd festum S. Norberti celebretur die 11. mensis Julii, ac indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesias Ordinis Præmonstratensis eodem die confessis, ac communionem refeclis.

Edita A.D. 1643.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Aliis fel. record. Paulus Papa Prædecessor noster volens universum Ordinem Præmonstratensem, illiusque Religiosos, & Ecclesias spiritualibus Indulgentiarum muneribus decorare; omnibus, & singulis Christi Fidelibus, qui verè pœnitentes, & confessi die festo S. Norberti sacrum Missæ sacrificium fecissent, vel sacram communionem sumpsissent, plenariam, ac postmodum certis evenientibus casibus dicto festo in alium diem, & Indulgentiâ in Dominicam illum immediatè sequentem respectivè translati;

§. 1. Omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus etiâ verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communionem refeclis, qui dicta die aliquam ex Ecclesiis prædictis singulis annis devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit, prout in diversis dicti Pauli Prædecessoris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Concedit prout in subr.

§. 2. Subindè verò per Procuratorem Generalem dicti Ordinis tunc existentem Nobis exposito, quòd dicta festivitas in die prædicta debito cum honore ob varia impedimenta celebrari non poterat: Nos piis dicti Procuratoris votis annuentes, quòd convenientius, & decentius dictum S. Norberti festum celebrari posset, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum consilio festum S. Norberti hujusmodi, quòd in diem 6. mensis Junii incidit, in diem 11. mensis Julii Apostolica auctoritate perpetuò transulimus, prout in nostris similiter in forma Brevis desuper expeditis literis, quarum etiam tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Translatio indulgentiæ plenariæ.

§. 3. Cùm autem, sicut dilectus filius modernus ejusdem Ordinis Præmonstratensis Procurator Generalis nobis nuper exponi fecit, Indulgentiam per dictum Paulum Prædecessorem dicti Ordinis Ecclesiis, ut præfertur, concessam, unâ cum dicto festo non transulimus, Nobis ideitè idem Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Hujusmodi supplicationibus inclinati, Indulgentiam per Paulum Prædecessorem nostrum prædictam præmissa peragentibus die festo S. Norberti tunc in 6. mensis Junii, ac deinde facta per eundem Paulum occurrentibus eisdem casibus translatione prædicta, in Dominicam illum immediatè sequentem incidente, perpetuò concessam, in diem 11. mensis Julii unâ cum dicto festo, sic ut præfertur, per nos postmodum translato, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò transferimus: ita ut omnes, & singuli Christi Fideles verè pœnitentes & confessi, Bullar. Magni Tom. V.

ac, ut supra, sacra communionem refeclis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis prædicti die 11. mensis Julii hujusmodi visitabunt, & ibi ut præfertur orabunt, eandem Indulgentiam consequantur, quam in diebus prædictis respectivè consequuti fuissent, concedimus, & indulgemus, in contrarium facientibus notè obstantibus quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Maij 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo

Edita A.D. die 10. Maij 1643.

Approbatio sententiæ executorialis A. C. scilicet quòd in controversia super jure præcedendi in Processionibus inter Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Provinciae Hispalensis, & Discalceatorum nuncupatorum S. Francisci, dignior locus competat præfatis Discalceatis, &c.

De hac Præcedentiâ vide ad Const. 26. Romanus Pontifex, Innoc. X.

URBANUS PAPA VIII. ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1643.

Aliis à Nobis pro Provincia Hispalensi Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de observantia discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum emanantur literæ tenoris subsequenti videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cùm, sicut dilectus filius Joannes Merinerb Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis nobis nuper exponi fecit, alias postquam à Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis super controversiis inter dilectos filios ejusdem Ordinis Fratres Discalceatos nuncupatos Provinciae Hispalensis ex una, necnon Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini ejusdem Provinciae partibus ex altera tunc super jure præcedendi in processionibus, & aliis actibus publicis urgentibus, decretum, seu declaratum fuit, præcedentiam in concursu cum aliis Regularibus, in processionibus, & aliis actibus publicis prædictis semper cõpetere primò dictis Fratribus discalceatis, sive soli de per se, & sub propria Cruce, & cum Familia de Observantia incedant & sint discalceati Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo sint verè Reformati dicti Ordinis S. Francisci, necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in Bulla fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, quæ incipit: Ex Injuncto nobis, &c. expressis: & subinde Nos decretum hujusmodi cum omnibus, & singulis in eo contentis Apostolica auctoritate confirmavimus, aliisque fecimus, quæ in nostris in simili forma brevis desuper de anno 1630. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Littera Ap. Felice.

§. 2. Postmodum in executionem earumdem nostrarum literarum, ac pro illarum observatione obtentis per eosdem Discalceatos, ac expeditis à dilecto filio Caesarum Cameræ Apostolicæ Auditore generali monitorialibus literis, illarumque vigore citatis dictis Fratribus S. Augustini, & infra terminum sibi ad comparandum, juraque sua deducendum, minime comparantibus, ab eodem Auditore generali lata dissolutiva sententia, per quam juxta prædictam nostrarum literarum continentiam, & tenorem dictis Fratribus Discalceatis hujusmodi præcedentiam prædictam adjudicavit, cupiatque propterea idem Joannes Minister generalis sententiam ejusdem Auditoris generalis, quo firmius subsistat, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communit.

O 2 §. 3. Nos

Confirmat
sententiam
A.C.

§. 3. Nos qui religiosorum Ordinum quorumcumque felicem directionem, pacemque ac quietem sinceris desideramus affectibus, eundem exponentem, ipsosque discalearos Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet immoderate existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus dicti Joannis Ministri generalis nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, sententiam dicti Auditoris generalis in executionem predictarum literarum nostrarum, ut prefertur, latam, Apostolica auctoritate tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenierint, aut intervenisse dicantur, vel censeri possint, suppleamus.

Decretum
instans.

§. 4. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, effectus sortiri, & obtinere, ac predictis Fratribus Discalearis ubicumque existentibus, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari; sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Lateri Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios ubique, & in quavis instantia judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Executores
deputati.

§. 5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, præsertim Hispalenti, ac aliis Episcopis in Provinciis, & locis, in quibus Discalearum hujusmodi Regulares domus erectæ sunt, sive in posterum erigentur, constitutis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum Discalearum hujusmodi requisiti fuerint, solemniter publicantes, eisdemque Fratribus Discalearis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra prædicta omnia, & singula ab iis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari, eisdem Discalearis Fratribus præmissorum commodo, & effectui pacifice frui ubique, & gaudere, non permittentes illos per aliorum quorumvis Ordinum, & Institutorum Regulares quomodolibet molestari; contradicentes quoscunque, & rebelles, aut alias in præmissis non parentes, seu sese quomodolibet opponentes, per Sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententiis, censuris, & poenis ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrarius
arrigat.

§. 6. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, damno ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum, & Congregationum, ac Domorum, & Locorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Martii 1642. Pontificatus nostri anno decimo-octavo.

§. 8. Cùm autem, sicut per dilectum filium Antonium de Castillo filium, & Procuratorem in Romana Curia Provincie S. Joannis Baptistæ Fratrum Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia Discalearum pauptatorum etiam Hispaniam accepimus, iidem Fratres Discaleari S. Francisci secundo-dictæ Provincie hujusmodi, in Oppido, seu Villa de Vineros Derthulensis Diocesis in Regno Valentie unum Conventum sui Ordinis fundaverint, in ipso autem Oppido, seu Villa hujusmodi etiam unus Conventus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini fundatus reperitur. Idcirco Nos pro Nostri Pastoralis Officii debito litibus, & scandalis, quæ occasione præcedentis in processibus, & aliis actibus publicis inter utriusque Ordinis hujusmodi Fratres præfatos oriri possent, obviam iri, aliisque ut infra opportunè providere volentes De Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputatæ consilio Motu proprio, ac ex certa scientia, meritaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præinsertas nostras literas, ac omnia, & singula in eis contenta ad secundo-dictam S. Joannis Baptistæ eorundem Fratrum Discalearum S. Francisci Provinciam, ac quoad præfatum dicti Oppidi, seu Villæ de Vineros, & quosvis alios Conventus ejusdem secundo-dictæ Provincie S. Joannis Baptistæ Fratrum Discalearum primo-dicti Ordinis hujusmodi tenore presentium extendimus, & ampliamus.

Extensio
jus Conf.
ad alios
Conventus.

§. 9. Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, aliisque arbitrii nostri poenis, ut eisdem Fratres Discalearos secundo-dictæ Provincie hujusmodi omnium, & singulorum præmissorum commodo, & effectui frui, & gaudere sinant & faciant, ac decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, dictisque Fratribus Discalearis secundo-dictæ Provincie hujusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Lateri Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios ubique, & in quavis instantia judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Preceptum
de obsequio
de.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis in eadem secundo-dicta Provincia constitutis, seu dilectis filiis eorum Officialibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios presentes literas, ac in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum Discalearum secundo-dictæ Provincie hujusmodi desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant executioni demandari, & ab omnibus inviolabiliter observari; non permittentes eosdem Fratres Discalearos S. Francisci secundo-dictæ Provincie hujusmodi per eundem S. Augustini, aut aliorum quorumvis Ordinum, & Institutorum Regulares quomodolibet molestari.

§. 11. Contradicentes quoscunque, & rebelles, aut alias præmissis non parentes, seu sese quomodolibet opponentes

Contrarium
mentum
pauca
negates

nentes per eandem excommunicationis, & qualvis alias Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in eisdem praesentibus volumus non oblitari, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Junii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo

sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac eisdem quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, & aliis efficacioribus, efficacissimis, & insuper clausula in specie, vel in genere quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum praesentium dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 7. Julii 1643. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Quod Provincia S. Gabrielis moderetur cum solis statutis municipalibus, & gaudeat omnibus privilegiis aliarum Provinciarum Fratrum discalceatorum S. Francisci.

Ne jam indicata otiose repetam, se remitto ad ea, quae nuper notavi ad Const. 330. Cum sicut, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Quod Provinciales, Priores, & alii Officiales Ordinis Fratrum Praedicatorum realiter, & cum effectu, per totum tempus a Constitutionibus praescriptum durare possint, & valeant.

De hujusmodi Prioribus lege notata ad Const. 262. Nuper: & ad Consti. 286. Domini nostri, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

EX incumbenti Nobis Apostolicae servitutis officio ead ea libenter animum nostrum convertimus, per quae personarum quarumlibet, praesertim vero religiosam vitam ducentium communis, & indemnitati opportunè consulatur.

§. 1. Supplicationibus itaque dilectorum filiorum Provincialium, Priorum, & aliorum Officialium Ordinis Fratrum Praedicatorum Nobis humiliter porrectis inclinati, quod tempus, quo iidem Provinciales, Priores, & alii Officiales praedicti sine propria eorum culpa prohibentur, & impediuntur, quominus sibi demandata officia, & munera in propriis Provinciis, & Conventibus respectivè personaliter exercere possint, non computetur in tempore ab eisdem Ordinis Constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis stabilito, sed quod ipsi Provinciales, Priores, & alii Officiales hujusmodi realiter, & cum effectu in eorum numeribus, & officiis per totum tempus ab eisdem Constitutionibus concessum, & praescriptum durare libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, concedimus, & indulgemus.

§. 2. Mandantes propterea omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut eosdem Provinciales, Priores, & alios Officiales hujusmodi praenominatum omnium, & singulorum commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & faciant, ac decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, & concernent, in futurum inviolabiliter observari, si quae per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & intane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & illius quarumcunque Provinciarum, & Conventuum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis ejusdem Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, Bullarii Magni Tom. V.

Alias Nos Motu proprio, & ex certa scientia, meritaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, inter cetera alia, quod Provinciam, & Custodiam Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia discalceatorum nuncupatorum pro tempore existentes in Hispaniarum, & Indiarum partibus per sua propria Statuta, Ordinationes, & Leges gubernarentur, absque eo, quod generalibus totius Ordinis Statutis, & consuetudinibus subjacerent, quodque S. Gabrielis, & S. Didaci Provinciae eorundem Fratrum discalceatorum Hispaniarum perpetuo omnibus, & singulis privilegiis, & gratiis spiritualibus, & temporalibus pro felici, prosperoque illarum regimine, & conservatione concessis hactenus, & in posterum concedendis à Sede Apostolica Provinciis Sancti Josephi, S. Joannis Baptistae, & S. Pauli eorundem Fratrum discalceatorum Ordinis hujusmodi pariter Hispaniarum gauderent, & de illis participarent, decrevimus, statuimus, & Ordinavimus, & alias prout in diversis nostris in simili forma Brevis literis desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Nunc autem Nos eandem S. Gabrielis Provinciam, illiusque Fratres discalceatos hujusmodi pro illorum un formiori perfectione, & puritate, amplioribus favoribus, & gratiis prosequi volentes, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, deque particularis Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputatae consilio:

§. 2. Quod Minister Provincialis dictae Provinciae S. Gabrielis Fratrum discalceatorum hujusmodi in provincia celebrando ejusdem Provinciae Capitulo Provinciali ad Capitularem, seu aliam Domum regularem dictae Provinciae Ordinis hujusmodi sibi bene visam, & per eum eligendam, ante vel post ipsius Capituli Provincialis celebrationem, eos dictae Provinciae Fratres discalceatos hujusmodi, qui alias ministratus Provincialis munere functi fuerunt, convocet, & convocare debeat, qui sic convocati, & congregati cum diffinitorio eorum propria Statuta, & Ordinationes condant pro felici dictae Provinciae regimine, majorisque perfectionis, quoad vitam, & bonos mores conservatione, quam ipsa Provincia proficetur, statutaque, & Ordinationes hujusmodi exacte, & summo cum rigore observentur, & per ea dicta Provincia, & illius Fratres discalceati hujusmodi gubernentur absque eo, quod Generalibus ipsius Ordinis, aut aliis Statutis, & consuetudinibus subjaceant, sed iis dumtaxat, quae ab ipsis congregatis, & diffinitorio edentur, subsint.

§. 3. Ac

1643.

Ordinum.

1643.

Mandatum

et servat.

Contrariis derogat.

66211.

edita A.D.

1643.

Referet

Brevi aliis

expedita pro

Discalceato

111.

Contedit

prout in

rub.

URBANUS OCTAVUS.

Ac insuper... Provincia, illi... & gratiis...

Ac decernentes... hullo unquam tempore...

Non obstantibus... Constitutionibus, & Ordinationibus...

Voluntatem... ut presentium transumptis, etiam impressis...

Datum Romae... sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1645.

Decretum irritant.

Contrariis derogat.

Transumptis creditur.

D. P. A. 21. die 3. Octob.

CCCXXI.

Falta A. D. 1645. 19. Nov. Pont. A. 11.

Prohibitio Auditoribus Sacrae Rotae Romanae, ac eorum Locatenentibus, & Studii Adjutoribus...

Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis, & Paramenta ex Sacristiis...

Similem Prohibitionem observentur quamplures Regulares...

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

In iis, quae ad tuenda, conservandaque bona, & iura Religionum...

Cum itaque, sicut dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci...

Idcirco Nos librorum, & ornamentorum Sacristiarum, & Bibliothecarum...

Quod de cetero nullus, sive Generalis, sive Provincialis Minister...

CCCXXI.

Exordium.

Suppli. et.

Prohibet prout in rub.

contravenientes incurrendæ, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit, necnon privationis vocis activæ, & passivæ poenis, tenore præsentium interdiximus, & prohibemus.

§. 4. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis eorum Officialibus, sive Vicariis in spiritualibus generalibus, necnon Prioribus, ac parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ac Beneficiariis quibuscumque locorum, in quibus Conventus hujusmodi consistunt, & consistent, & in quibus in præmissis contraveniri contigerit, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Recollectorum hujusmodi dictæ Provinciæ, aut alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentem literas, & in eis contenta quæcumque per eos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, perpetuo firmiter, & inviolabiliter observari, illaque debite executioni demandari. Contradiutores quolibet, & rebelles per sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliisque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compellendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, & poenis ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis dicti Ordinis, & Provinciæ Superioribus, Fratribus, & personis, in contrarium præmissorum quoque libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod præsentis prohibitionis copia in valvis Sacristiarum, & Bibliothecarum Conventuum dictæ Provinciæ Ordinis hujusmodi respectivè, aut in aliquo alio illarum perspicuo loco, unde ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat, Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus, ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1643. Pontificatus nostri Anno vigesimo-primo.

Altare privilegiatum pro omnibus, & singulis Conventibus Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ Sancti Francisci in Regno Hiberniæ existentibus.

URBANUS PAPA VIII Ad futuram rei memoriam.

Omnium salutem paternam charitate intenti, sacra interdictum loca spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium defunctorum

animæ Domini Nostri Jesu Christi, & ejusdem Sancto- rum suffragia meritorum consequi, & illis adjuvare, & Purgatorii poenis ad æternam salutem per Dei misericordiam perducere valeant.

§. 1. Volentes igitur omnes, & singulas Ecclesias Provinciæ Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ nuncupatam in Hiberniâ existentibus, in quibus nullum aliud Altare privilegiatum reperitur concessum, & in earum qualibet sit Altare Majus hoc speciali dono illustrandum, dummodo in qualibet earum Missa celebratur, auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quancumque Sacerdos aliquis Sæcularis, sive cujusvis Ordinis regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infra illius Octavam, ac secunda feriâ cujuslibet hebdomadæ pro anima cujuscumque Fidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prædictum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiæ per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, Sancto- rumque omnium meritis sibi suffragantibus, à Purgatorii poenis liberetur, concedimus, & indulgemus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, præsentibus ad triginta annos tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Februarii 1644. Pontificatus nostri Anno vigesimo-primo.

Extensio Constitutionis, Alias à Nobis, &c. ad Provincias S. Josephi, ac Indiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci disalceatorum nuncupatorum, scilicet quod in Processionibus competit eis dignior locus supra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini.

De hac materia lege, qua notavi supra, ad Constitutionem 142. Ex incumbenti. Ad Const. 328. Alias, ac ad Const. 321. Exponi Nobis, Tom. 5.

URBANUS PAPA VIII Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilectus Filius Paulus à Matrino Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci disalceatorum nuncupatorum Professor, & in Romana Curia eorumdem Fratrum Provinciæ Sancti Josephi Procurator, & filius Nobis nuper exponi fecit, licet aliàs fel. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis literas de anno 1602. emanatas declaraverit, Fratres Minores S. Francisci strictioris observantiæ, Reformatos nuncupatos, qui non novam, sed eandem Regulam, quam ipse Beatus Franciscus condidit, & similis memoria Honorius Papa III. etiam Prædecessor noster confirmavit, quamque pariter Fratres de Familia dicti Ordinis, nuncupati de Observantia observant, licet ipsi Fratres Reformati Regulam hujusmodi purius observent, esse veros, & indubitatos Fratres Ordinis Sancti Francisci, & in conscientia tutos existere, ac omnibus, & singulis Privilegiis, gratiis, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus ipsi Observantes gaudent, ubilibet fuis, & gaudere posse, ac debere modo, & forma tunc expressis, invidaveritque in virtute sanctæ obedientiæ, ut nullus ex tunc deinceps dictos Fratres Reformatos appellare auderet,

recurrendum

transumptis

transumptis

D. P. A. 21.

Edita A. D.

Præmissum.

Chirographo

Transumptis creditis

D. P. A. 21.

Edita A. D.

Materia hujusmodi

Clem. VIII. prohibuit dicere, &c. Reformatos esse novos Religiosos.

seu praeumeret novos Religiosos, & novae Regulae Professores.

Quod praecedentia omnino Reformatis supra Augustinianis.

§. 2. Subindéque Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales sacris ricibus praepositi super certis controversis aliis excitatis inter ipsos Fratres Reformatos, necnon dilectos filios Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini in quadam Provincia Hispaniae super iure praecedendi in processibus, & aliis actibus publicis determinaverint, praecedentiam huiusmodi in concursu cum aliis Regularibus in processibus, & aliis actibus publicis semper competere dictis Reformatis disalceatis, sive soli de per se, & sub propria Cruce, sive sub Cruce, & cum familia de Observantia incedant, & sive disalceati Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodo sint verè Reformati dicti Ordinis S. Francisci, necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis praerogativis in praefatis eiusdem Clementis Praedecessoris literis contentis, & expressis, & subsequenter Nos auditis hinc inde partibus decretum eorundem Cardinalium desuper emanatum confirmaverimus, de puratis ad illius executionem certis tunc expressis personis, necnon etiam in hac materia secuta fuerint aliqua sententia, seu sententia, etiam totam aliquo nostro, & Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum Nuncio ad ipsorum Fratrum Reformatorum favorem, nihilo tamen minus non desint, aut dubitentur non esse defuturi aliqui alii aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, vel Institutorum Religiosi, qui perturbent, litibusque fatigent circa praemissa eosdem Reformatos Sancti Francisci, qui ob eorum paupertatem, litium dispendia, & incommoda sustinere minime valent.

Confirmat litteras Clementis VIII.

§. 3. Nobis propterea dictus Paulus Procurator quo supra nomine, ac aliis, ut quaevis perturbationes, & inconvenientia effugiantur, humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè, ut infra providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eundem Paulum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, haurum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputatae voto, & scientia, praefatas dicti Clementis Praedecessoris, nostrasque litteras, necnon ipsum eorundem Cardinalium decretum, & sententiam, seu sententias huiusmodi circa praemissa respectivè, ut praefertur emanata, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis roboribus adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & insuper declaramus, quod omnes, & singuli Fratres Reformati disalceati primodi dicti Ordinis S. Francisci omnium, & singularum illius Provinciarum, & custodiarum nunc, & pro tempore existentium, & futurarum in Regnis Hispaniarum, & partibus Indiarum semper habeantur, & teneantur, haberi, & teneri, & reputari debeant pro veris S. Francisci filiis, uti sunt toto cum rigore, & puritate, quam profitentur Regulam observantes, quodque nullo quovis sub praetextu, quæsito colore, causa, vel ingenio aliis, quam veri filii, & indubitati Fratres S. Francisci nuncupari, teneri, & haberi ullatenus possint, ac uti tales omnibus, & singulis gratiis, favoribus, & privilegiis, tam spiritualibus, quam temporalibus dicto Ordini hactenus concessis, & de cetero per quoscumque Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem Apostolicam, ac etiam Nos concedendis fruantur, & gaudeant.

Confirmat Decretum super praecedentia.

§. 4. Quodque iidem Fratres Reformati disalceati eorundem Provinciarum, & Custodiarum semper in omnibus actibus publicis, nedom Processionum, sed etiam quarumvis aliarum functionum, eodem locum, & praecedentiam, quos habent, & quibus gaudent ipsi Fratres Observantes primodi dicti Ordinis huiusmodi, & sine sua Cruce, & aliis prout continetur in

ipsius Clementis Praedecessoris, & nostris litteris, decretisque & sententia, seu sententiis supradictis habeant, ac desuper à quibusvis cujuslibet alterius Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Regularibus, praesertim verò Fratribus Eremitis secundo dicti Ordinis eiusdem S. Augustini Villae, seu Oppidi de Arenas, Abulensis Diocesis, aut quarumvis aliarum Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum, in quibus ipsi Reformati disalceati Conventum, seu locum habeant, aut ubi illum non habeant, dictis Processionibus, & aliis actibus publicis interveniant, molestari quoquo modo nullatenus possint.

Præcepta de obedientia.

§. 5. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futurum spectabit, in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis, necnon privationis vocis activae, & passivae, ac suorum officiorum perpetuae inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisque arbitrii nostri poenis, ut eosdem Reformatos Fratres disalceatos Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum huiusmodi omnium, & singulorum praemissorum commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & faciant; ac decernentes praesentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ipsique Fratribus Reformatis disalceatis Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictae Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique, & in quavis instantia iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quaquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Consilia executionis.

§. 6. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis praefatae in eisdem Regnis Nuncio, nunc, & pro tempore existenti, necnon Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis in iisdem Regnis, & Indiarum partibus constitutis, seu dilectis filiis eorum Officialibus, vel Vicariis in spiritualibus generalibus per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum Reformatorum disalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum huiusmodi defuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praemissa omnia, & singula debite, & omnimoda executioni demandari, & ab omnibus inviolabiliter observari. Non permittentes eosdem Fratres Reformatos disalceatos Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum huiusmodi per eiusdem secundo dicti Sancti Augustini, aut aliorum quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, vel Institutorum Regulares quomodolibet molestari.

Contravenientium poena.

§. 7. Contradiutores quoscumque, & rebelles, aut aliis praemissis non parentes, seu sese quomodolibet opposcentes per eandem excommunicationis, & alias poenas praefatas, ac quavis alias Censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Clausula sublati Gregor. XII.

§. 8. Non obstantibus quibusdam etiam felic. record. Gregorii XIII. de anno 1582. Pontificatus sui anno duodecimo emanatis litteris declaratoriis praecedentiae inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates servadae in processibus, necnon quatenus opus sit, Bonifacii VIII. etiam Romanorum Pontificum Praedecessorum nostro-

rum de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis aliis decretis, & sententiis latis, & emanatis respectivè circa præmissa contra ipsos reformatos discalceatos primo dicti Ordinis hujusmodi per quævis Tribunalia, Curias, Judices, aut Ministros dictæ Sedi Apostolicæ subjectos, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in robore permanentibus; ad effectum præsentium specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem proflus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Aprilis 1644. Pontificatus nostri Anno vigesimo-primo.

XXXV.

Confirmatio, & innovatio literarum Clementis VIII. in favorem Fratrum discalceatorum Ordinis S. Francisci, nempe quòd non sunt novi Religiosi, & fruuntur omnibus privilegiis Ordinis, & in concursu cum aliis Regularibus in processionibus competit eis jus præcedendi.

De hujusmodi Fratribus lege quæ notari ad Constitut. 228. Ex incumbenti & ad Constit. 328. Aliàs à nobis, Tom. 5.

AD. A. D.

URBANUS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Urbano

Cum sicut dilectus filius Paulus à Matrivo Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci discalceatorum nuncupatorum Professor, & in Romana Curia eorundem Fratrum Provincia S. Josephi Procurator, & filius Nobis nuper exponi fecit.

Urbano

§. 1. Licet aliàs felic. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis literas de anno 1602. emanatas declaraverit, Fratres Minores S. Francisci strictioris Observantiæ, Reformatos nuncupatos, qui non novam, sed eandem Regulam, quam ipse Beatus Franciscus condidit, & similis memoriæ Honorius Papa III. etiam Prædecessor noster confirmavit, quamque pariter Fratres de familia dicti Ordinis, nuncupati de Observantiâ observant, licet ipsi Fratres Reformati Regulam hujusmodi purius observent, esse veros, & indubitatos Fratres dicti Ordinis S. Francisci, & in conscientia tutos existere, ac omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus ipsi Observantes gaudent, ubilibet frui, & gaudere posse, ac debere modo, & forma tunc expressis, mandaveritque in virtute sanctæ obedientiæ, ut nullus ex tunc deinceps dictos Fratres reformatos appellare auderet, seu præsumeret novos Religiosos, aut novæ Regulæ Professores.

Urbano

§. 2. Subindèque Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales sacris Ritibus præpositi super certis controversiis aliàs excitatis inter ipsos Fratres Reformatos,

necnon dilectos filios Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini in quadam Provincia Hispaniæ subter juræ præcedendi in processionibus, & aliis actibus publicis determinaverint præcedentiam hujusmodi in concursu cum aliis Regularibus in processionibus, & aliis actibus publicis semper competere dictis Reformatis discalceatis, sive soli de per se, & sub propria Cruce, sive sub Cruce, & cum familia de Observantiâ incedant, & sive discalceati Reformati, aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodò sint verè Reformati dicti Ordinis S. Francisci, necnon gaudere, & frui debere omnibus aliis prærogativis in præfatis ejusdem Clementis Prædecessoris literis contentis, & expressis, & subsequenter

§. 3. Nos auditis hinc inde partibus, decretum eorundem Cardinalium desuper emanatum confirmaverimus, deputatis ad illius executionem tertis tunc expressis personis, necnon etiam in hæc materia securæ fuerint aliquæ sententiæ, seu sententiæ, etiam coram aliquo nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuncio ad ipsorum Fratrum Reformatarum favorem, nihilo tamen minus non desunt, aut dubitentur non esse defuturi aliqui alii aliorum Ordinum, Congregationum, Societatum, vel Institutorum Religiosi, qui perturbent, litibusque fatigent circa præmissa eorundem Reformatos S. Francisci, qui ob eorum paupertatem litium dispendia, & incommoda sustinere minime valent: Nobis propterea idem Paulus Procuratorio, quo supra nomine, ac aliàs, ut quævis perturbationes, & inconvenientia effugiantur, humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè, ut infra, providere debennitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur eundem Paulum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Congregationis super negotiis dicti Ordinis deputatæ voto, & sententiâ præfatas dicti Clementis Prædecessoris, nostrâque literas, necnon ipsum eorundem Cardinalium decretum, sententiam, seu sententiâ hujusmodi circa præmissa respectivè, ut præfertur emanata, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui deluper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Et insuper declaramus, quòd omnes, & singuli Fratres Reformati discalceati primo dicti Ordinis S. Francisci omnium, & singularum illius Provinciarum, & Custodiarum nunc, & pro tempore existentium, & futurarum in Regnis Hispaniarum, & partibus Indiarum semper habeantur, & teneantur, haberi, & reputari debeant pro veris S. Francisci filiis, uti sunt, toto cum rigore, & puritate, quam profitentur Regulam observantes, quòdque nullo quovis sub prætextu, quæsito colore, causa, vel ingenio aliàs, quam veri filii, & indubitati Fratres S. Francisci nuncupari, teneri, & haberi ullatenus possint, ac uti tales omnibus, & singulis gratiis, favoribus, & privilegiis, tam spiritualibus, quam temporalibus dicto Ordini hæcenus concessis, & de cætero per quoscumque Romanos Pontifices Successores nostros, & Sedem Apostolicam, ac etiam Nos concedendis fruantur, & gaudeant.

§. 6. Quòdque iidem Fratres Reformati discalceati earundem Provinciarum, & Custodiarum semper in omnibus actibus publicis, nedum Processionum, sed etiam quarumvis aliarum functionum, eisdem locum, & præcedentiam, quos habent, & quibus gaudent ipsi Fratres Observantes primo dicti Ordinis hujusmodi, cum, & sine sua Cruce, & aliàs prout continetur in ipsius Clementis Prædecessoris, & nostris literis, decretisque, & sententiâ, seu sententiis suprascriptis habeant, ac desuper à quibusvis cujuslibet alterius Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Regularibus, præsertim

Quòd firmatur prærogativa in literis Clementis contentis

Confirmat præfatas Clem. literas

Urbano

Urbano

verè

URBANUS OCTAVUS.

vero Fratres Eremitas secundo dicti Ordinis ejul- dem S. Augustini Villæ, seu Oppidi de Arenas, Abur- lehis Dioc. aut quatuorvis altarum Civitatum, Terra- rum, Oppidorum, Villarum, & Locorum, in quibus ipsi Reformati discaleceat' Conventum, seu locum ha- beant, aut ubi illum non habeant, dictis Processioni- bus, & aliis actibus publicis interveniant, molestari quoquo modo nullatenus possint.

Præceptum de obser- vanda. §. 7. Mandantes propterea omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet in futu- rum spectabit, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub ex- communicationis, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, ac suorum officiorum, & perpetuè inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, aliisque arbitrii no- stri penis, ut eosdem Reformatos Fratres discaleceatos Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & India- rum hujusmodi omnium, & singulorum præmissorum commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & fa- ciant, ac decernentes præsentis literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarias, & in- tegros effectus sortiri, & obtinere, ipsique Fratribus Reformatis discaleceatis Provinciarum, & Custodia- rum Hispaniarum, & Indiarum in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singu- lis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter in præmis- sis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de lare Legatos, & dictæ Sedis Apostolicæ Nuncios, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique & in quavis instantia judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- ranter contigerit attentari.

Executores deputat. §. 8. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis præfa- tæ in eisdem Regnis Nuncio, nunc, & pro tempore existenti, necnon Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis in iisdem Regnis, & Indiarum partibus con- stitutis, seu dilectis filiis eorum Officialibus, vel Vi- cariis in spiritualibus generalibus per præsentis com- mittimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentis lite- ras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorundem Fratrum Reformatorum discaleceatorum Provinciarum, & Cu- stodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi desu- per fuerint requisiti, solemnius publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, fac- tiant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula debite, & omnimodæ executioni demandari, & ab om- nibus inviolabiliter observari. Non permittentes eor- dem Fratres Reformatos discaleceatos Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmo- di per eisdem secundo dicti Sancti Augustini, aut aliorum quorumvis Ordinum, Congregationum, Socie- tatarum, vel Institutorum Regulares quomodolibet molestari, contradicere quolibet, & rebelles, aut aliâs præmissis non parentes, seu sese quomodolibet oppo- nentes per eandem excommunicationis, & aliâs penas præfatas, ac quasvis alias Censuras ecclesiasticas, alia- que opportuna juris, & facti remedia, appellatione post- posita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Terget li- teris Greg. XIII. de præcedentia. §. 9. Non obstantibus quibusdam etiam felic. record. Gregorii XIII. de anno 1582. Pontificatus sui anno duo- decimo emanatis literis declaratoriis præcedentiæ inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates servandæ in processibus, necnô quatenus opus sit, Bonifacii VIII. etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum nostro- rum de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis aliis decretis, & sententiis latis, &

emanatis respectivè circa præmissa contra ipsos Refor- matos discaleceatos primo dicti Ordinis hujusmodi per quoscumque Tribunalia, Curias, Judices, aut Ministros di- ctæ Sedis Apostolicæ subjectos, privilegiis quoque Indul- gentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui- bus omnibus, & singulis, etiam pro illorum suffi- cienti derogatione de illis, eorumque, totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales ident importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliâs in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè dero- gamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Trans- cripti ju- §. 10. Volumus autem, ut præsentium transum- ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate ecclesiasti- cæ constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 20. Aprilis 1644. Pontificatus Nostri anno vige- simo-primo.

Confirmatio Decreti Capituli Generalis Fra- trum discaleceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo primitivæ observantiæ, de Monialibus supernumerariis

URBANUS PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus Co- sit. Cum sicut dilectus filius Præpositus generalis Fra- trum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo discaleceatorum nuncupatorum primitivæ Observantiæ Congregationis Hispaniæ, nobis nuper exponi fecit, per Constitutiones Monialium dicti Ordinis Aposto- lica auctoritate confirmatas disponatur, ut numerus Monialium uniuscujusque Monasterii Ordinis hujus- modi viginti, & unus duntaxat existat. Experientia verò compertum sit, in tam exiguo numero hujusmodi, nonnulla ejusdem Ordinis Monasteria aliquibus Mo- nialibus, vel infirmis, aut senio confectis, seu fatuis, & mente captis, ad Chorum, aliâque dicti Ordinis mini- steria inutilibus gravata reperiri: ex quo Observantia regularis, cæteræque Moniales maxime plerumque damna, & incommoda patiuntur.

Decretum Capituli generalis. §. 1. Proindeque in Capitulo generali dictæ Congre- gationis novissime in Conventu S. Petri dicti Ordinis Oppidi de Pastrana celebrato inter alia inibi edita, emanaverit decretum infra positum, quod videlicet Moniales fatuæ, vel amentes per triennium confirmatæ non com- putentur in numero viginti unius, sed aliæ earum loco possint recipi, etiam numero viginti unius completo. Decretum verò hujusmodi, quo firmius subsistat, idem Præpositus generalis Apostolicæ nostræ confirmatio- nis patrocinio communiri summopere desideret.

Confirmatio præsentis. §. 2. Idcirco nos eundem Præpositum generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusvis excommunicationis, suspensionis, & in- terdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, ha- rum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Sup- plicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De Venerabilium Fratrum nostro- rum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præ- positum consilio: Decretum prædictum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & appro- bamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis ro- bur adjicimus: ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti

defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

§. 4. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subsque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scelerter, vel ignoranter contigerit attentari

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quodd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem profus adhibeatur fides, quæ adhæretur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 10. Maii 1644. Pontificatus nostri anno vigesimo-primo.

INNOCENTIUS X. PONTIFEX CCXL.
ANNO DOMINI MDCXLIV.



INNOCENTIUS X. Romanus, Joannes Baptistia antea dictus, Camilli Pamphili filius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Tit. S. Eusebii. Romæ die decima-quinta Septembris Summus Pontifex pronuntiatus, Anno Domini 1644. & die 4. Octobris ejusdem anni coronatus. Creavit Cardinales 40. obiit 7. Januarii 1655. Et in Basilica Principis Apostolorum sepultus est. Vacavit Sedes menses tres.

Prohibitio, ne Prælati Congregationis Cassinensis in afflictum locent possessiones secularibus personis, nec in eis Monachos retineant pro cura, & administratione earundem extra Claustra à Superiorum obedientia immunes.

De istorum Monachorum Congregatione notavi ad Constit. 175. Sancta Mater, & ad Constit. 253. Aliàs à Venerab. Tom. 5.

INNOCENTIUS PAPA X. Edita A. D. 1644.
Ad futuram rei memoriam.



XPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Præfidentis Generalis Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, quodd à Capitularibus Capituli generalis ejusdem Congregationis novissime celebrati conditum fuit pro felici gubernio, & regimine publico ejusdem Congregationis decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Cum ad aures nostras non sine ingenti animi dolore pervenerit in aliquibus Congregationis nostræ Monasteriis non deesse Prælatos, qui in afflictum conducant, vel Monachis ipsis, cum evidenti animarum iactura, vel secularibus suorum Monasteriorum possessiones locent ea conditione, ut Monachi aliquis ab ipsis nominandus dictorum bonorum cura, & administrationi assistat extra claustra à Superioribus obedientia immunis degens: Idcirco tam gravi, ac periculoso excessui opportunum, ac necessarium remedium adhibere volentes, inhærendo Ordinationi S. P. N. Benedicti Cap. 33. & Constitut. nostris in decl. dicti cap. & cap. 57. & 2. part. Constitut. cap. 2. Præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis in nostris Constitut. expressis, omnibus Prælati, ne quovis quæsito colore, aut prætextu præsumant in posterum similes locationes facere, vel accipere, vel Monachis mediare, vel immediate conferre: factas verd, & hætenus collocatas, irritas, cassas, & nullas esse declarent respectivè, tam quoad ipsos Prælatos, quam quoad Monachos, nec permittant in publicis Instrumentis prædictarum locationum, quæ secularibus personis committuntur, pacta, & conditiones inferi, quibus Monachi prædictis bonis, & possessionibus administrandis præsidere possint, & cogant omnes, qui hac de causa extra Cœnobiorum septa commorantur, relicta administratione ad Monasterium reverti.

§. 2. Ut autem præsentis decreti observationi major vis, & pondus accedat, mandamus Procuratori nostro in Curia Romana degenti, ut quamprimum fatagat Breve aliquod excommunicationis ipsi Summo Pontifici reservatæ contra præsentis edicti violatores impetrate.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus exponens de eum hujusmodi, quo firmius subsistat, & exactius observetur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri summo perè desideret. Idcirco nos ejusdem Præfidentis generalis votis hujusmodi annuere, illiunque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, stante prohibitione Sacrorum Canonum dicti Ordinis Apostolica auctoritate confirmatorum, Decretum præinfertum Apostolica auctoritate tenore præsentium ad

Supplicatio

Decretum Capituli Generalis

ad

Confirmat
Decretum
pont. in
sub. sub po-
na extom.

ad abundantiorē cautelam confirmamus, & appro-
bamus, illiſque inviolabilis, & perpetuę firmitatis vim,
& robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juriſ,
quã facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet in-
tervenerint, ſeu interveniſſe dici, vel cenſeri poſſint,
ſupplemus, mandantes propterea omnibus, & ſingulis
dicte Congregationis Superioribus, Monachis, & per-
ſonis in virtute ſanctę obedientię, ac ſub excommu-
nicationis pena per eos ex dicta Congregatione, qui
decreto præſeripto hujusmodi contraverint, eo ipſo,
abſque ulla alia declaratione incurrenda, & à qua non-
niſi à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore
exiſſente, præterquam in mortis articulo conſtituti
abſolvi queant, quatenus præſeriptum decretum præ-
dictum inviolabiliter, & inconcuſſe obſervent, obſer-
varique cūrent, & faciant.

Decretum
irritant

§. 4. Decernētiſque præſentes literas validas, fir-
mas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios,
& integros effectus fortiri, & obtinere, ſicque, & non
aliter in præmiſſis per quocumque Judices Ordina-
rios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici
Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, &
inane, ſi ſecus ſuper hiſ à quoquam quavis auctori-
tate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non
obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo-
ſtolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi etiam
juramento, confirmatione Apoſtolica, vel qualvis fir-
mitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, pri-
vilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis quibus-
vis eorundem Ordinis, & Congregationis religioſis,
ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum qui-
buſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque
efficacioribus, & efficaciffimis, & inſolitius clauſulis,
irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpe-
cie, ac aliis in contrarium præmiſſorum quomodoli-
bet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus om-
nibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorū nque totis
tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua,
ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas gene-
rales idem importantes mentio, ſeu quævis alia ex-
preſſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad
hoc ſervanda foret, illorum omnium tenores præſen-
tibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis
aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum
effectum ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque
contrariis quibuſcumque.

Transum-
ptis credit
jubet.

§. 5. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis,
etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcri-
ptis, & ſigillo perſonę alicujus in dignitate Eccleſia-
ſtica conſtitutę munitis eadem proſus fides in judi-
cio, & extra adhibeatur, quę præſentibus ipſis adhi-
beretur, ſi forent exhibitę, vel offenſę.

D. P. A. 1.
die 1. Octob.

Datum Romę apud S. Petram, ſub Annulo Piſca-
toris, die 1. Octobris 1644. Pontificatus noſtri Anno
primo.

II.
Edita A.D.
1644. 15.
Ob. Pont.
20. 1.

Confirmatio Conſtitutionis Pii V. & ejus ſucceſſorum
de non alienandis, & infeudandis civitatibus, Ter-
ris, & locis S. R. Eccleſię. Reperitur Tomo 4. ordi-
ne 3. fol. 240. incipit: In ſupremo.

III.
Edita A.D.
1644. 15.
Ob. Pont.
20. 1.

Confirmatio Conſtitutionis Sixti V. & Clem. VIII. cir-
ca conſervationem pecuniarum in Arce S. Angeli
reſpoſitarum, nullo nunquam tempore, niſi ibi præſcri-
ptis caſibus, certaque deſuper ſervata forma depro-
mendarum. Habetur Tomo 4. ordine. 4. fol.
240. & 241. incipit: Inter variis.

IV.
Edita A.D.
1644. 5.
Ob. Pont.
20. 1.

Jubileum Sanctiſſimi D. N. Innocentii Divina provi-
dentia Papę, ad implorandum divinum auxilium pro
ſanctiſſimo regimine & ſtatu S. R. & Univerſalis Eccle-
ſię. Reperitur Tomo 4. ordine, 1. pag. 237. incipit:
Immenſi.

V.
Edita A.D.
1644. 17.
Ob. Pont.
20. 1.

Conſtitutio ſuper titulo, & inſignibus S. R. E. Cardi-
nalium. Editur Tomo 4. in ordine, pag. 232. in-
cipit: Militantiſ Eccleſię.

Confirmatio concordie ſuper jure, & forma tranſpor-
tandi cadavera ad Eccleſias Regularium, ſuper ſolu-
tione quartę funeralis, & ſepultura impuberum inſite
inter Clerum ſeculare, & Regulari Diocęſis
Majoricęſis. Habetur Tomo 4. in ordine, fol. 252.
incipit: Ex injuncto.

V I.
Edita A.
1645.
Febr. 1.
An. 1.

Circa moenia & propugnacula Urbis recens extructa,
eorū nque pomeria. Reperitur Tomo 4. in ordine,
fol. 241. incipit: Ad curam.

V II.
Edita A.
1645.
Mart. 1.
An. 1.

Breve in favorem Regii Conventus Sanctiſſi-
mę Trinitatis Montis Pincii de Urbe, Fra-
trum Gallicę Nationis Ordinis Minimo-
rum, Coronę Francię naturaliter ſubdi-
torum.

V III.

Fratres Minimos Sancti Franciſci de Paula appro-
bavit Sixt. IV. Conſtitut. 3. Tom. 1. ubi de
ſota eorum Religione plenè notatum eſt.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.
1645.

EX incumbenti Nobis paſtoraliſ officii debito, iis
quę pro ſancti Regularium perſonarum quarumli-
bet ſtatu, & illarum ſalubri directione providē ſtatua,
& Ordinata comperimus, ut ſtrictius ſubſtant, & per-
petuis futuris temporibus obſerventur, confirmationis
Apoſtolice robor libenter adjicimus, prout ipſorum
Religioſorum vota expoſcunt, & nos conſpicimus in
Domino ſalubriter expedire.

Procurator

§. 1. Alias ſiquidem pro parte tunc in humanis
agentis clarę memorię Henrici Francorum, & Na-
varrę Regis Chriſtianiſſimi ſilicis recordationis Pau-
lo Papę V. Prędeceſſori noſtro expoſito, quodd
ſubortis aliis certis litibus, & controverſiſ inter
iptum Henricum Regem, & tunc exiſtentes Fratres
Nationis Gallicę Coronę Francię naturaliter ſub-
jecti Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula
Regularis, ſeu Conventus Sanctiſſimę Trini-
tatis in Monte Pincio de Urbe ex una: & Fratres alia-
rum Nationum ejuſdem Ordinis partibus ex altera, oc-
caſione habitationis, reſidentię, regimine, & præ-
minentię dicte Domus, ſeu Conventus, Reſolventiſ ſi-
militer memorię Clemens VIII. necnon Leo XI. Ro-
mani Pontifices etiam prædeceſſores noſtri, litibus, &
controverſiſ ejuſcemodi finem imponere, ac quieti,
& tranquillitati dicte Domus regularis, ſeu Conven-
tus hujusmodi perpetuò conſulere cupientes, bonę me-
morię Pompeio Sanctę Balbinę Aragonię, necnon
Hieronymo titulum Sancti Balii de Anno: tunc

Noticia
huſus
ſunt.

Pamphilo, noſtro ſecundum carnem papę noſtempo-
tis reſpectivę Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus
differentiarum, & controverſiarum hujusmodi cau-
ſam per ſpecialia reſcripta cognoscendam, terminan-
dam, & commiſerant, ipſique Pompeius, & Hierony-
mus Cardinales præviã per eos deſuper habitã maturã
deliberatione diſſinitivã in ſcriptis tulerant, & pro-
nunciarunt ſententiã tenoris qui ſequitur. Videlicet:
Die 20. Junii 1605. Chriſti nomine invocato, pro Tri-
bunali ſentes, & ſolum Deum præ oculis habentes,
per hanc noſtram diſſinitivã ſententiã, quam una-
nimitè in hiſ ſcriptis de juris peritorum conſilio, &
aſſenſu ſerimus in cauſa & cauſis, quę coram nobis
virtute ſpecialium Brevium, ſeu commiſſionem felicis
recordationis Clementis VIII. & Leonis XI. vertun-
tur inter Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, & Fra-
tres Nationis Gallicę Ordinis Minorum Sancti
Franciſci de Paula Conventus Sanctiſſimę Trinitatis
in Monte Pincio ex una, & Fratres aliarum Natio-
num ejuſdem Ordinis partibus ex altera, de & ſuper
habitatione, reſidentia, regimine, & præminentiã
dicte Conventus, ſeu Domus Sanctiſſimę Trinitatis,
rebuſque

Deputati
Cardinalis
ad litteras
terminan-
dam.

Sententię
Cardinalium
deputatorum.

rebusque aliis in actis causae, & causarum praedictarum latius coram nobis deductis, Dicimus, sententiamus, decernimus, & declaramus Conventum praefatum Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio de Urbe per Fratres Gallicanae Nationis regendum, & habitandum, quandiu inveniantur, qui ibi residere, & cultui Divino insistere voluerint, ita ut de caetero quandiu Fratres dicti Ordinis praedictae Nationis Gallicanae idonei reperientur, ut praemissum est, nullus alius, quam ejusdem Nationis Gallicanae in Correctorem eligi, seu admitti, aut electus confirmari quoquo modo possit, seu praesumatur, necnon Domum, seu Conventum praedictum Sanctissimae Trinitatis ab omni, & quacumque Superioritate, Jurisdictione, Visitatione, Correctione, Subjectione, & Obedientia, praeterquam pro tempore existentis, R. Patris Correctoris Generalis, vel ejus oculati Visitatoris, penitus esse liberum, immunem, & exemptum, vexationeque, & impedimenta, perturbationes, & molestationes quascumque per dictos Fratres aliarum Nationum de & super praemissis, & illorum occasione quomodolibet factas, & praestitas, factaque, & praestita, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & injustas, temerariasque, illicitas, indebitas, iniquas, & injustas ac de facto praesumptas, & praesumptas, illaque, & illa ipsis Fratribus aliarum Nationum minime licuisse facere, neque licere, & propterea illis, ac quibuscumque praetensionibus eorundem Fratrum aliarum Nationum de & super praemissis imponendum perpetuum silentium fore, & esse, prout imponimus, mandamus, & quodcumque desuper necessarium, oportunitum, & de manutenendo decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & relaxamus, Actibusque Fratres aliarum Nationum ab expensis hactenus factis absolvimus, & ita dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, ac diffinitive sententiamus, non solum modo, & forma praemissis, sed etiam omni meliori modo. Ita pronunciamus Pompejus Cardinalis Arigonius, Ita pronunciamus Hieronymus Cardinalis Pamphilius.

§. 2. Subinde idem Paulus praedecessor quibusvis litibus, discordiis, & scandalis praemissorum occasione obviam ire, ac ejusdem Henrici Regis voluntati annuere volens, supplicationibus illius ea in parte sibi porrectis inclinatis primùm, ac deinde similis memoriae Gregorius X V. & novissimè Urbanus VIII. etiam Romani Pontifices nostri pariter Praedecessores praefertam praedictam sententiam, ac omnia, & singula in ea contenta, & expressa, quaecumque ex suis certis scientiis, ac de Apostolicae potestatis plenitudine approbarunt, & confirmarunt, aliisque fecerunt, & disposuerunt prout in singulis eorundem Pauli, Gregorii, ac Urbani praedecessorum praefatorum in simili Brevis, vel alia forma literis desuper emanatis, quorum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut Charissimus in Christo filius noster Ludovicus eorundem Francorum, & Navarrae Rex Christianissimus suo, & ipsorum Fratrum Nationis Gallicanae eidem Coronae Franciae naturaliter subiectae nominibus per dilectum filium Nicolaum Brethel Dominum in temporalibus loci de Grimonville, & à Consiliis status ejusdem Ludovici Regis, necnon illius ad dilectos filios nobiles viros Ducem, & Republicam Venetam destinatum Oratorem, ac pro ejusdem Ludovici Regis servitio in Alma Urbe nostra praesentem nobis nuper exponi fecit, ipse Ludovicus Rex praemissa, quod melius, firmitus, & inviolabilis in posterum observentur, etiam per Nos confirmari summopere desideret, unà cum mandato de manutenendo Fratres praefatos dictae Nationis Gallicanae in quieta, & pacifica possessione, seu quasi omnium, & singulorum in eadem praefertam sententia contentorum de anno 1637. desuper à tunc existente Curiae Caesarum Camerae Apostolicae generali Auditore, seu illius in civilibus Locumtenente emanato, tenoris etiam subsequenti, videlicet.

§. 4. De mandato Illustrissimi, & Reverendissimi Domini A. C. sive Reverendissimi Domini Caballeri, ejus in Civilibus Locumtenentis, & ad instantiam Christianissimi Francorum Regis, & RR. Fratrum Nationis Gallicanae Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, & Conventus Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio de Urbe, & aliis omni meliori modo principalium tenore praesentium: Mandatur Vobis Officialibus, & Executoribus, & Justitiae Ministris, ac aliis ad quos spectat, quatenus statim visis praesentibus, sub poenis, &c. manuteneatis, defendatis, protegatis & conservetis dictum Christianissimum Regem, ac dictos RR. Fratres Nationis Gallicanae, ac manuteneri faciatis, curetis, & mandetis in pacifica, & quieta possessione, seu quasi omnium contentorum in supra praefertam sententia dictorum bon. memor. Eminentissimorum, & Reverendissimorum Cardinalium Arigonii, & Pamphili, ac literis Apostolicis in forma Brevis, ut supra insertis, ac juxta illarum formam, & tenorem: Eisdemque Christianissimo Regi, & RR. Fratribus instantibus brachio Curiae, & auctoritate nostra assistatis, praemissaque, & alia omnia desuper necessaria, & opportuna non solum praemisso, verum etiam omni alio meliori modo faciatis, & praesentibus, &c. omnino pareatis, & obediatis, quoniam citatis, relatis, & intimatis R. P. Paulo Pulcio, R. P. Petro Valquez, & R. P. Raphaelae Pizzurno, sive DD. Petro Francisco Pavonio, & Mutio Asculano eorum Procuratoribus, servatis servandis, & aliis prout in actis Reverendissimi D. Locumtenentis ita mandavit hac die 10. Junii 1637. P. Paulus Caballerus Locumtenens. Adrianus Gallus Not. Loco sigilli.

§. 5. Idcirco Nos attendentes praedictos Nationis Gallicanae dicti Ordinis Fratres hactenus pie, & religiose cum odore bonae famae, sub suavi religionis suae jugo in dicta Domo Regulari, seu Conventu vixisse, & ad praesens vivere, ac ob id Ordinem hujusmodi inibi in suo laudabili statu, ac illius Fratres dictae Nationis Gallicanae praedictos in perpetuis tranquillitate, & pace conservare, ipsiusque Ludovici Regis desiderio annuere volentes, supplicationibus illius nomine per dictum Nicolaum nobis humiliter hac in parte porrectis inclinatis praefertam praedictam sententiam, necnon illius vigore emanatum mandatum de manutenendo hujusmodi, ut praefertur, ac omnia, & singula in eis contenta, & expressa, ac inde legitime secuta, & executioni demandata quaecumque ex nostra certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque perpetuas, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnisque, & singulos, quorumcumque solemnitate in praemissis forsitan quomodolibet requisitarum, ac alios quantumvis tam juris, quam facti substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censei possint, supplemus, districtius inhibentes pro tempore existentibus Generali Correctori, & Fratribus dicti Ordinis, eorumque singulis sub majori excommunicationis latae Sententiae, aliisque ecclesiasticis Sententiis, & Censuris, necnon privationis Dignitatum, Officiorum, vocisque activae, & passivae, & perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obrinenda per eorum quemlibet, si contraverint, eo ipso incurrendis poenis, ne de caetero quovis alios quam praedictae Nationis Gallicanae eidem Coronae Regni Franciae naturaliter subiectae dicti Ordinis Fratres in dictae Domus regularis, seu Conventus hujusmodi Correctores, seu alios locales, & Conventuales, vel habitatores eligere, vel electos confirmare, inibi que recipere, vel eis locum, & domicilium assignare, seu etiam quoquo modo eos admittere, vel tolerare praesumant. Nolumus tamen quod Fratres dictae Nationis Gallicanae hujusmodi, qui

Mandatum de manutene-
ndo.

Brevis Pabb-
li confirmat
sententiam
eum laude
Conventus
regularis
observan-
tia.

Instantia
Excellentiss.
de Gria
monvillat

Quid Gal-
licanationis
nomine in-
telligatur

imitur
venus
omni ju-
dicatione
interquam
veritatis
Genera-
lis, & ac-
tu
Vistra-
ti.

rationes
curam
num de-
terminat
infra, &
meraria.

firmatio
certa
sentia, &
mitudine
poffolica
officariis
num. Pan-
ficum.

fugitivi, seu quavis alia jure, aut facti infamia nota-
ti fuerint, in dicta Domo regulari, seu Conventu re-
cipiantur, vel admittantur.

Clausula
imponendi
fletum
alio Natio-
nibus.

§. 6. Decernentes presentes literas etiam ex eo, quod
aliarum Nationum dicti Ordinis Fratres, seu quicum-
que alii in præmissis jus, aut interesse habentes, seu
habere quomodolibet prætendentes ad hoc vocati, seu
desuper auditi non fuerint, de subreptionis, vel obre-
ptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostræ,
aut alio quovis defectu notari, argui, infringi, impu-
gnari, retractari, in jus, vel controversiam, revocari,
aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitu-
tionis in integrum, a perditionis oris, reductionis ad
viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris,
facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu
quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio
quempiam uri, seu se juvare in judicio, vel extra nul-
latenus posse, vel debere, sed easdem præsentis sem-
per, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere,
& fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri,
& obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spe-
ctat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabi-
liter, inconcussè observari: sicque per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegates, etiam, causarum Pa-
latii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinales, & alios quavis auctoritate, & pote-
state fungentes, sublati eis, & eorum cuilibet qua-
vis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
ritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane
quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula
sublata.

Decretum
irritans

Executores
deputat.

§. 7. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Sabinesi,
ac dilectis filiis nostro in Urbe Vicario in Spiritualibus
generali, ac Causarum Curie Cameræ Apostolicæ
Auditori etiam generali per presentes committimus,
& mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eor-
um, per se, vel alium, seu alios presentes literas, &
in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fue-
rit, & quoties pro parte dicti Ludovici Regis, & Cor-
rectoris, & Fratrum dictæ Regularis Domus, seu Con-
ventus hujusmodi, aut alicujus eorum desuper requisi-
ti fuerint, seu eorum alter requisitus fuerit, solemniter
publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos,
& eorum quemlibet præmissorum omnium, & singu-
lorum effectu pacifice frui, & gaudere. Non permit-
tentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter quomodolibet molestari, pertur-
bari, vel inquietari, contradictores quoslibet, & rebel-
les, ac præmissis non parentes, per Sententias, censuras
& penas ecclesiasticas, aliæque opportuna juris, & facti
remedia, appellatione postposita compescendo, legi-
timeque super his habendis servatis Processibus, cen-
suras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggra-
vando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio
brachii secularis.

Contrarii
delegat.

§. 8. Non obstantibus omnibus, & singulis illis,
quæ idem Paulus, necnon Gregorius, & Urbanus
præfati in suis quisque literis voluerunt non ob stare,
ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, necnon dicti Ordinis, ac regularis Do-
mus, & Conventus hujusmodi etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate robo-
ratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque
indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmis-
sorum forsan quomodolibet concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam de
illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non au-
tem per clausulas generales idem importantes mentio,
seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-
quibet forma ad hoc servanda foret, illorum teno-
res presentibus pro plenè, & sufficienter expressis
habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad
effectum præmissorum specialiter, & expressè dero-
gamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si

aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede
indultum, quod interdici, suspendi, vel excommuni-
cari non possint per literas Apostolicas non facientes
plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto
hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo
Piscatoris, die 10. Aprilis 1645. Pontificatus Nostri
anno primo.

D. P. An.
die 10. 4.

Confirmat Statuta Monasteriorum Congrega-
tionis Beatæ Mariæ Virginis sub Regula
Sancti Augustini in Tullensi, & aliis Dio-
cesibus sitorum.

IX

Plures Summi Pontifices confirmaverunt Statuta Mo-
nasteriorum pro hunc regionem eorumdem, ut coposè
habet in Repertorio, verb. Statuta.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Edita An.
1645.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo
filie Matres, seu Priorissæ, & Moniales Monaste-
riorum Congregationis Beatæ Mariæ Virginis, sub
Regula Sancti Augustini in Tullensi, & aliis Dio-
cesibus sitorum, quod ipsæ Statuta pro felici dictæ Con-
gregationis directione, atque gubernio à quondam
Petro Fourier illius Institutore nuperimè condita, quo
firmiora persistant, & exactius ab omnibus observentur,
Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio commu-
niri summopere desiderant.

Supplicat.

§. 1. Nos igitur easdem exponentes specialibus fa-
voribus, & gratiis prosequi volentes, & earum sin-
gulares personas à quibusvis excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Senten-
tiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine qua-
vis occasione, vel causa latis, si quibus quomodoli-
bet innodaræ existunt, ad effectum presentium dum-
taxat consequendum, harum serie absolventes, & ab-
solutas fore censentes. Supplicationibus illarum nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Sta-
tuta prædicta, dummodo tamen in usu, ac licita sint,
& honesta, & non sint revocata, nec sub aliquibus
revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, &
Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apo-
stolicis, regularitè que dicti Ordinis Institutis non ad-
versentur, Apostolica auctoritate tenore presentium,
si tamen alicujus præjudicio approbamus, & con-
firmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis
robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris,
quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet in-
tervenierint, supplemus.

Confirmat
probat in
rub. duo
modo in
contraria
tur factis
Caus.

§. 2. Decernentes illa, necnon presentes literas
semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia exi-
stare, & fore, subque plenarios, & integros effectus
sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad
quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit,
inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judi-
ces Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac
irritumque, & inane si secus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

Decretum
irritans.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, ac Congregationis, & Ordina-
tionibus prædictorum etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis,
& consuetudinibus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Contrarii
delegat.

§. 4. Volumus autem, quod presentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate ecclesia-
stica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibea-
tur

Transum-
ptis credit
mandat.

INNOCENTIUS DECIMUS.

177

...ur, que presentibus exhibetur, & forent exhibite, vel ostense.
Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Augusti 1645. Pontificatus nostri Anno primo.

...ur, que presentibus ipse exhiberet, si forent exhibita, vel ostense.
Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Septembris 1645. Pontificatus nostri Anno primo.

X. Confirmatio, seu innovatio Brevis Urbani VII. pro locis Terrae Sanctae, quoad eleemosynas querendas.

Pro hujusmodi locis Terra Sancta lege Const. 195. Salvatoris, Urbani VIII.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Salvatoris, & Domini nostri, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices, gravissimasque Apostolicae servitutis curas, in eam praecipue pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris mysterii monumenta, quae in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§. 1. Cum itaque fel. record. Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster, sibi aliis exposito, quod Ecclesiae, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terrae Sanctae existentia ferè diruta erant, & quae adhuc ibi existebant Monasteria, & alieno ob impiam Turcarum, Haereticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sanctae Fidei Catholicae in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur; idem Urbanus Praedecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum regularium Generalibus commisit, & mandavit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimae temporibus, tam per Verbi Dei Praedicatorum in suis sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates eorumdem sacrorum monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ejusdem Urbani Praedecessoris literis in simili forma Brevis die 3. Februarii anni 1634. desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Fratris Andreae de Arco ejusdem Terrae Sanctae pro Italia, & aliis locis Europae Sub superiore Cismonatanae Familiae, ac Fratris Bernardi de Castiglionio pro Hispanica Commissariorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum professorum expositum fuit, ipsi quo praefata Urbani Praedecessoris literae exactius observentur, illas per Nos confirmari, & innovari desiderarent. Nos eorumdem factorum monumentorum conservationi, & mantentioni consulere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio Propagandae fidei Praepositorum consilio, praedictas Urbani Praedecessoris hujusmodi literas Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus, salva semper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

§. 3. Volumus autem, ut Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi praedicti in relatione status suarum Ecclesiarum, quando visitabunt limina Apostolorum facienda, referant se praedictis Urbani Praedecessoris, & praesentibus nostris literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, quod earundem praesentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem praesentibus fides adhibeatur, si forent exhibita, vel ostensa.

Bullarii Magni Tom. V.

XI. Quod Commissarii Terrae Sanctae tenere possint unam clavem Arcae eleemosynarum, & alia maneat penes Syndicum, pro tutiori custodia earundem.

Quoad eleemosynas querendas pro locis Terra Sanctae, lege Constit. 195. Salvatoris, Urbani VIII.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut dilecti filii Commissarii locorum Terrae Sanctae Nobis nuper exponi fecerunt, superioribus annis in aliquibus Italiae Civitatibus, & novissimè in Oppido Martini Toletanae Diocesis evenisset, ut certae eleemosynae in multorum scutorum millibus consistentes per pias personas erogatae locis Terrae Sanctae hujusmodi, ob decoctionem, aut alias culpa Syndici Apostolici, qui eleemosynis hujusmodi indifferenter in suos peculiares usus, & interesse utebatur, amissae fuissent, propterea cupiant ipsi Exponentes per Nos statui, praecipue Commissariis, & Syndicis pro tempore locorum dictae Terrae Sanctae, ut unam arcam cum duabus diversis clavibus confici faciant, quarum unam Commissarius, aliam claves praefatas Syndicus penes se respectivè teneant, & in qua arca omnes, & singulae eleemosynae locis ejusdem Terrae Sanctae erogandae, intactae conserventur, ipsaque arca nusquam referretur praeterquam occasione eleemosynarum hujusmodi ad eadem loca Terrae Sanctae praefatae transmittendarum.

§. 1. Idcirco Nos conservationi eleemosynarum hujusmodi quantum cum Domino possumus, benignè consulere, eisdemque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari. De venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotio Propagandae fidei Praepositorum consilio, Commissariis Terrae Sanctae, ut ipsi tunc conficiant unam ex dictis duabus clavibus penes se retinere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus, sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, salva semper auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut praesentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae alicujus in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem praesentibus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhibeatur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Septembris 1645. Pontificatus nostri Anno primo.

P. 2. Declaratio

Præceptum de observando.

Transumptis credit mandatis.

Edita A.D. 1645.

Motiva.

Contrariis derogat.

P. P. A. 1. die 23 Sept.

INNOCENTIUS DECEMUS

XII. Decretatio D. Cardinalis Odescalchi in Profectione...

XIII. Confirmatio nonnullarum Constitutionum Summorum Pontificum...

XIV. Quod nullus Monachus Congregationis Cassinensis in Decanum eligi possit...

De istorum Monachorum Congregatione lege, qua notari ad Constitut. 87. Commissi nobis...

INNOCENTIUS PAPA X Ad futuram rei memoriam.

Um, sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Nobis nuper exponi fecit...

Quod vero decretum praesentem firmis subsistat, & exactius observetur, idem Procurator Generalis...

Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenariis...

denarios, & Delegatos, etiam causas Pajam Apostolici Auditores, indicari, & diffiniri debere...

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac ejusdem Congregationis...

Volimus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscribitis...

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Novembris 1645.

Super recessu Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Statu ecclesiastico sine licentia Summi Pontificis...

Breve Apostolicum de solvendis Decimis per regulares. Habetur Tomo 4. ordine 10. fol. 255.

Breve reductionis ad Congregationem Religionis Pauperum Matris Dei Scholam Piarum.

Confirmatio Brevis Sanctissimi Domini Nostri Urbani VIII. circa licentiam alienandi bona immobilia...

Pro Congregatione Cassinensi Confirmatio Decreti Capitularis circa solutionem taxarum.

De hac materia lege, qua indicavi tibi ad Constitut. 234. Exponi nobis, & ad Constitut. 250.

INNOCENTIUS PAPA X Ad futuram rei memoriam.

EA, quae pro religiosorum Ordinum quorumcumque felici directione, prosperoque Statu ab eorum Superioribus in Capitulis generalibus facta...

Cum itaque, sicut Dilectus filius Ludovicus Balbus Procurator Generalis Congregationis Cassinensis...

Edita A.D. 1645. 107. An. 1.

Edita A.D. 1645. 27. Nov. Pont. A. 2.

Edita A.D. 1645.

Matrua.

Decretum Capituli generalis.

Confirmatio prout in rub.

Decretum irritans.

Contro. decret.

D. P. A. die 7. Nov.

XV. Edita A.D. 1646. Febr. An. 2.

XVII. Edita A.D. 1646. Febr. An. 2.

XVIII. Edita A.D. 1646. Mart. An. 2.

XVIII. Edita A.D. 1646. Julii. An. 2.

XIX.

Edita A.D. 1646.

Provincia.

Matrua.

tantentia Procurariae Romanae non solvissent, vocata...

statum
vulnere.

§. 2. Ut tandem provideatur periculis, & damnis imminenti...

confirmat
Decretum

§. 3. Idcirco dictus Ludovicus Procurator Generalis, quo praefata onera...

Decretum
vulnere.

§. 3. Decernentes decretum huiusmodi in eadem Congregatione perpetuo observari...

Contrariis
derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis...

D. Pont.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris...

X X.

Declaratio, quod Brevia a nonnullis Religiosis Religionis Pauperum...

Edita A.D. 1646. 4. Dec. Pont. An. 3.

Bullarii Magni Tom. V.

mensis, censentur revocata. Habent Tom. 4. 131. In primis fol. 158. incipit: Aliis postquam.

Facultates, & Privilegia concessa suis Capellae Pontificiae Capellanis.

X X I.

INNOCENTIUS PAPA X. Edita A.D. 1647. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

GRata familiaritatis obsequia, quae dilecti filii Alexander Brunacchius Civitatis Castellanae, Horatius Bovius Ferentinus, Franciscus Antonius Porticella, in Sacra Theologia Magister, Barenis: Sebastianus Francus Juris utriusque Doctor Anagninus, Joannes Dominicus de Rubis Juris utriusque Doctor Mareranensis, & Joannes Antonius Barnabeus Perulinae Civitatum, seu Dioecesium respectivè Presbyteri, moderni Capellae nostrae Pontificiae Capellani familiares nostri Nobis, & Apostolicae Sedi haec impendunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt...

A Censuris
absolvit.

§. 1. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratis prosequi, eosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

Procuratorii Apost. Comites Sac. Palatii & Nobiles Romani ac Civitatis

§. 2. Motu proprio, non ad supradictorum Alexandri, Horatii, Francisci Antonii, Sebastiani, Joannis Dominici, ac Joannis Antonii, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia, Apostolica auctoritate tenore praesentium Alexandrum, Horatium, Franciscum Antonium, Sebastianum, Joannem Dominicum, & Joannem Antonium praedictos, & illorum singulos in nostros, & Apostolicae Sedis Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulae Lateranensis Comites, sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium praedictorum, necnon Nobiles Romanos, & Urbis Romanae, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctae Romanae Ecclesiae mediatae, vel immediate subjectorum Cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulae Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civitatum, & Oppidorum praedictorum referimus, & conscribimus, ipsique etiam habitum, & Rochettum Notariorum dictae Sedis juxta decretum Lateranensis Concilii novissime celebrati non defuerunt, aut Civitates huiusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & Indultis, quibus caeteri omnes Notarii nostri etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in Dignitatibus, beneficiis ecclesiasticorum, & saecularium, etiam ex personis Romanorum originariorum vacantium assequutione, & exercitio, tam in Urbe, quam Civitatibus praedictis, ac aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionem, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & aequè principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiae, & indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceant Ordinariis

naris, ac citrafaculares legitime ad gradum promovendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis præterita, ut illis supranominati Capellani familiares nostri nullibi esse valeant, ac irritum, & inane existat, si secus fuerit his à quorum quavis auctoritate sceleret, vel ignoranter contigerit attentari) uti poterit, & pædere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine consiciendis sese Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente creatos.

*Compositio
v. v. v.*

*Quæ alia
v. v. v.*

§. 3. Necnon Romanos, & aliarum Civitatum Civitas, ut libere, inscribere, & se illis subscribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit cum iis expressionibus, subpreptium, obreptitium, aut invidium, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur.

*Beneficia
sub singulis
tribus testibus
obtinere.*

§. 4. Ad hæc, cum eisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia, sub singulis tribus testibus quarumcumque ærum Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiam unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major, & principalis Canonicatus, & præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet Animarum, si eis aliis canonicè conferantur, aut eligantur, præsententur, vel aliis assumantur ad illa, & insistantur in eis, recipere, & dummodò illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixerint retinere.

*Absentia
residentia
beneficiorum
durante
servitio
Papa.*

§. 5. Necnon etiam quandiu Nobis inservierint tantum, in beneficiis ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiam si Dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earumdem Capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omninoque, & singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos percipient, si in eisdem ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos, ut oneri eisdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumbenti congruè supportentur.

*Officium
Advocati
Et.*

§. 6. Necnon etiam si Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtulerint, leges, ut jura civilia etiam publice in Scholis, & Universitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodò iidem trigesimali ætatis annorum non exceperint, audire, ac si cessi fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones solvere debentium, ac pensiones, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta ejusmodi, etiam si pluries cessat, & de novo assignate fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, ac aliis eam omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis integrè persolvendis, reservare, constitare, & assignare.

*Officium
Confessorum
approbati.*

§. 7. Liceat quoque ipsis, ac eorum singulis alium quem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum facularem, vel cujusvis Ordinis regularem in suum eligere Confessorem, qui vita eis comites eos, & ipsorum singulos à quibusvis excommunicationis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laici, & per eos incurfis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam si absolutio ad Nos, & successores nostros Romanos Pontificum pro tempore existentes specialiter, vel generaliter reservata existat, ac in quorumcumque veterum, & ecclesiarum præceptorum transgressionibus, homicidii casualis, manuum violentarum in quavis

personas etiam ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Pastores) de præteritis injectionibus, seu consiliis, vel favoris ad præstationibus, Jejuniorum omissionibus, non tamen recitationis horarum Canonicarum, aliarumque divinarum officiorum) ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet contentis in literis die Genæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & in mortis articulo, in reliquis vero die Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, prædicta auctoritate Apostolica absolvere, ac illis pro commissis poenitentiam pro modo culpe injungere salutare.

§. 8. Necnon vota quæcumque (ultramarino, visitationis limitum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Castitatisque & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare.

§. 9. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque Locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & testibus hinc dignis eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episcopialium, aut Archiepiscopialium, & quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualiacorum fructibus, redditibus, proventus, jurtibus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata quomodocumque, simul, vel successive, in toto, vel in parte, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera, de eorumdem Capellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu, in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cessat, & extincta fuerint, aliis similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventus, jurtibus, obventionibus, distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quodcumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu Clericali

*Transfere
pensionem
usque ad
summam
centum
ducatorum
aureorum
de Camera*

Caractere insigniri volentibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis Procuratoribus eisdem modo, & forma quibus eisdem Capellanis assignata, aut reservari, seu assignari concessa, seu cessi fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones solvere debentium, ac pensiones, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta ejusmodi, etiam si pluries cessat, & de novo assignate fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, ac aliis eam omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis integrè persolvendis, reservare, constitare, & assignare.

§. 10. Necnon ut eidem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, Terris, & locis etiam jurisdictionalibus, ceterisque bonis immobilibus, & mobilibus, que tamen non sunt Altaris, vel Altarium Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali eorumdem Ecclesiarum divino cultui, vel utilitati deputata, sive proventus, cujuscumque qualita-

tatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac iuribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratum, Prepositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, quibuslibet concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, & obtinenda, & obtineant, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus redditibus, & proventibus eis reservatorum, & assignatarum, & reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perciperint, percipient, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romane Curie officiorum, ac alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, & pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licet tamen acquisitis, & acquirendis, ac alijs etiam de muneribus, & officiis, quae exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, & perventuris, etiam in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quae in generali appellatione bonorum, vel suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, ac denorentur, pro sufficienter expressis, & declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiam si eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit pro illa rara, quae illis debita erit, Constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non exactis, quae forsitan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere deberent, non obstante, etiam accumulativa cum quibusvis alijs similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, usque ad summam ducentorum ducatorum auri similibus dumtaxat, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque priorum locorum favorem, & usum, ac alias pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, ac alijs quibuscumque modis, & ritibus, & scriptura etiam minus solemniter, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola eorum manuscripta, vel subscripta, ac alijs in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur etiam in ipsa Curia, non tamen extra residentiam, & in mortis articulo, nulla facta mentione praesentis, vel aliarum in eis pro tempore concessarum similibus facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant se vel alios iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, ita ut quicquid testatum, gestum, ordinatum, seu alijs ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alijs omni meliori modo valeat, & servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta, etiam pluries, & toties quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totam revocare, & alia de novo edere, etiam libere, & licite valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem. Struentes nihilominus, & ordinantes, ut si que pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab ingratulo, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum reddituum, & proventuum pen-

ditam dispositione, in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam sua beneficia, aut alia loca debita ab eis residentie personalis, etiam nulla substantente causa ad hunc manus decedere, omnia, & singula eorum bona, res, & jura, etiam ut praefatur qualificata, necnon spolia pro dicta summa etiam ex praedictis, & alijs undecumque provenientia, ad Camera Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad haecedes sanguinis eorundem integre deveniant, & illis deficientibus, inter eorum familiares arbitrio personarum, seu personarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de illa dispositione, vel intentione eorundem scriptura etiam minus solemniter fecus appareat, quam tunc velut efficacem ipsarum personarum, vel aliorum Iudicum, seu Executorum omnino exequi, & adimplere, illisque sese conformare in omnibus, & per omnia debeant.

§. 11. Et nihilominus quaecumque huiusmodi Testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsitan alijs ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffulta, de huiusmodi bonis, iuribus, actionibus fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus praedictis etiam in favorem consanguineorum, & affinium praedictorum, ac alias quomodolibet factas, cum omnibus inde sequutis, ac etiam ea quae per ipsos in futurum quomodolibet fieri, ex nunc prout ex tunc, & contra pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum omittimus, & omittendam, necnon substantiales, aliisque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

§. 12. Non obstantibus praemissis, ac Lateranensis Concilii etiam novissime celebrati, etiam de certo Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenitum fuerit, cui per hoc alijs derogatum non intendimus, ac de consensu praestando in pensionibus, & quibusvis alijs etiam per Nos, & Sedem praedictam quomodolibet editis, & in posterum edendis Cancellariae praedictae regulis, ac stylo in similibus hactenus servato, & pie memorie Alexandri Papae V. l. etiam praedecessoris nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum Camerae praedictae deberi inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii praedecessoris, per quam concessionem de fructibus in absentia percipiendis sine praesentatione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum, etiam praedecessorum nostrorum, & quibusvis alijs Apostolicis, ac in Provincialibus Concilijs editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & alijs etiam municipalibus, tam Urbis, quam quorumvis aliarum Civitatum, & locorum, etiam in quibus Civis originarii creati sunt, ac quorumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis praedicti, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictae Curiae, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac praedictae Camerae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut alijs quomodolibet concessis utendo, ipsi Capellani per se, vel eorum Procuratores praesentem forsitan hactenus, vel in posterum ops praestare contigerit juramentum, privilegijs quocumque indultis, & literis Apostolicis dictae Ecclesiae, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Praesulibus, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Praepositoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, & particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinariis, etiam ejus-

Defectum
supplet.

Contrario
derogat.

hanc
ad
duca-
tum
du-
centum.

deus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ac aliis Curiae Officialibus, illorumque Collegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem praedictam, etiam Consistorialiter, & de eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac Motu & scientia paribus, deque Apostolicae potestatis plenitudine ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiam si in iis, ac statutis, & stabilimentis, praedictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis non nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filiiis, aliarum vero Partium Beneficia, nisi per personas illustres, seu Nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliis certo modo in illis expresse qualificatos obtineri, aut conferri possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum huiusmodi admitti, seu illorum Privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendenda possideant, quodque Praeceptorum, & alia Beneficia quaecumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex eius institutione, quam ex stabilimento- rum praedictorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam concedendorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Clericis secularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & Privilegiis praedictis etiam vigore clausulae implicitae derogationis latissime extendendis, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogatoriis derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum cenleatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demum ad id Magistri, & Conventus praedictorum expressus accedat assensus, sineque litera derogationis huiusmodi etiam per dictum Magistrum subscripta, ac eis, & praedicto Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis praesentatas intimatae, & non aliis, nec alio modo, & semper in huiusmodi literis sic fiant, etiam si de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus praedictorum, & non aliis, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indistincta, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitae derogationis in rescripto etiam Motu proprio emanato apposita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum praemissorum sufficienter, & expresse, motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Exemplis fides praestanda.

§. 3. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae alicujus in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibetur, quae praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§. 14. Quodque antequam gratia Notariatus perfrui valeant, in manibus alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae professionem fidei juxta articulos pridem a Sede praedicta praepositos emittere, & solitum fidelitatis juramentum omnino praestare teneantur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1647. Pontificatus nostri anno tertio.

Quod in ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini duo, vel plures in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel affines nullatenus simul conveniant, & votare possint in Capitulis, aut Congregationibus capitularibus, & multo minus Diffinitorium simul ingredi.

Istius Ordinis materiam habes ad Constit. 117 Alias per, &c. Urbani VII.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Njuncti Nobis a Domino Pastoralis officii ratio postulatur, ut his, quae pro felici statu, & regimine Ordinum Regularium in Militante Ecclesia pie institutorum statuta fuerunt, quo exactius serventur, Apostolici muniminis adjiciamus firmitatem, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit Dilectus filius Salvator Severinus de Fabriano Camerinenensis Diocesis Procurator Generalis fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini, quod quondam Andreas Fivizanus Ordinis praedicti dum viveret Prior Generalis, pro felici ejusdem Ordinis Gubernio inter cetera edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 1. Postremo Religiosam eligentium libertatem foventes, simulantes, humanaeque relationes distantes, Religionis beneficium prosequentes, & ad nostras electiones transerentes: Decernimus, ut deinceps in Capitulis nostris Provincialibus, aut Congregationibus duo, vel plures in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel affines nullatenus simul conveniant, & votare possint, & multo minus Diffinitorium simul ingredi, & concurrere etiam ad tertium gradum eodem biennio, vel triennio valeant, nec tales in praedictis gradibus primo, & secundo juncti, si fuerint Sacerdotes vocem habentes, in eodem Monasterio conventualiter degere possint, nisi communi Patrum Diffinitorii consensu per vota secreta accedente, scilicet in evidentibus casibus inevitabilis necessitatis: tum vero ille, cum quo fuerit dispensandum toto dicto tempore intercedente, in eo conventu voce passiva omnino careat, & activam in illis tantum electionibus, aut propositionibus habeat in quibus talis ejus consanguineus non votaverit: quando autem duo vel plures huiusmodi consanguinei, vel affines casu aliquo votum haberent, ille tantum, qui ratione officii digniorem locum habuerit, ad Capitulum accedat, ceteri vero non accedant, nec accedere permittantur. Ac si contingat quod multi non ratione officii, sed legibus, & privilegii concurrant, tunc professione antiquior, si voluerit, votare poterit. Et infra: Quare omnes electiones deinceps contra haec nostras ordinationes factas, nullas, irritas, ac invalidas esse decernimus, & declaramus, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungit, licet Decretum praedictum alias a sol. record. Clementis Papae VIII. Praedecessore nostro per suas in simili forma Brevis literas confirmatum executioni quoque demandatum fuerit, nihilominus, quia successis temporis

INNOCENTIUS DECIMUS.

197

temporis observantia ejusdem Decreti in aliquibus ex Provinciis dicti Ordinis variis sub pretextibus, etiam non usum, omnia, seu neglecta sunt, experientia vero doceat, ex delictudine Decreti hujusmodi perturbationes praesertim in Electionibus Superiorum, & regimine Domorum Regularium ejusdem Ordinis maxime vigere, Nobis propterea dictus Salvaror Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

confutavit.

§. 3. Nos ejusdem Salvatoris Procuratoris Generalis votis hujusmodi annuere volentes, ipsamque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Praepositorum consilio, praesertim dicti quondam Andreae Fivizani Prioris Generalis Decretum Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, dictumque Decretum in toto ordine praedicto, & ubique terrarum servari sub poenis in eodem Decreto contentis mandamus: salva semper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium; sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

confirmat decretum in dr.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac aliis ejusdem Ordinis, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

contrariis derogat.

§. 5. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

confutavit.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 23. Februarii 1647. Pontificatus nostri anno tertio.

D. P. A. 3. die 13 Febr.

XXIII. Confirmatio Decreti Sacrae Congregationis, Cardinalium pro Fratribus Discalceatis S. Mariae de Mercede super Ministerio Redemptionis Captivorum. Repertur in Appendice Tomi 4. ordine 21. fol. 308. incipit: Alias a fel. rec.

XXIV. Quod in Congregatione Cassinensi Ordinis S. Benedicti ad Officium Cellerariatus, Decani tantum promoveantur.

De istorum Monachorum materia lege, qua notavit ad Const. 20. Cum sicut, & ad Const. 248. Alias, Urbani VIII.

INNOCENTIUS PAPA X. ad futuram rei memoriam.

In his Apostolicae nostrae sollicitudinis partes libenter interponimus, per quae Religiosorum Ordinum quorumlibet felici statui opportune consulitur. Exponi

siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus Balbus Procurator Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, quod in Constitutionibus ejusdem Congregationis Apostolica auctoritate confirmatis cautum reperitur, ut in Cellerariis Monasteriorum dictae Congregationis nulli omnino praeter Decanos eligantur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expressis subiungebat, per abusum in eadem Congregatione introductum administrationes Officiorum Cellerariatus hujusmodi simplicibus Sacerdotibus, qui non sint Decani, sub titulo, & nomine Oeconomorum committi consueverint, quod directis Constitutionibus praefatis, & solito ejusdem Congregationis repugnat, & ex quo graves perturbationes, & incommoda in eadem Congregatione proveniri possunt, Nobis propterea idem Ludovicus, Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

confirmat prout in rub.

§. 2. Nos igitur eundem Ludovicum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Praepositorum consilio, ut in posterum ad officium Cellerariatus Decani tantum promoveantur ad praescriptum praefatarum Constitutionum ejusdem Congregationis Cassinensis, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, & ordinamus, salva tamen semper auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes quascumque electiones quorumcumque aliorum, quam ipsorum Decanorum ad officia Cellerariatus hujusmodi de cetero quandocumque & quomodocumque alias quam juxta praesentium litterarum formam, & tenorem faciendas, nullas, irritas, & inanes fore, & esse, neminique suffragari posse, ac ipsas praesentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictae Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & intovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus si forent exhibitae vel ostensa.

D. P. A. 3. die 15 Mart.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 15. Martii 1647. Pontificatus nostri anno tertio.

XXV. Innovatio super prohibitionibus transitus Fratrum Discalceatorum Ordinis Beate Marie de Mercede Redemptionis Captivorum ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis.

Edita A.D. 1647. INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Motiva hujus innovationis.

Um, sicut nomine dilecti filii Joannis a Regibus Procuratoris Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Beate Marie de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper exposuit, dilectus pariter filius Joannes Suarez a Sancto Basilio in dicto Ordine aliam expressam professus ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis transierit absque Sedis Apostolicæ licentia, & contra formam quarundem in simili forma Brevis litterarum à se record. Urbano Pape VIII. prædecessore nostro sub die 19. Januarii 1628. emanatarum, quibus inter alia decretum fuit, ut ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus nulli prædictorum Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum hujusmodi absque speciali dicte Sedis licentia ad eosdem Fratres Calceatos quavis ex causa, sub apostasia, & infamie perpetua nota, necnon excommunicationis, & privationis vocis active, & passive penis transire, minimeve Fratres Calceatos prædictis, illorumque Superioribus eosdem Fratres Reformatos, seu Discalceatos de facto transeuntis, etiam si novam professionem Regularem emisissent, sub privationis suorum officiorum, ac excommunicationis similiter penis recipere, vel retinere ullo modo liceret, & aliis prout in eisdem Urbani Prædecessoris litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberiùs contineantur. Proinde quod dictus Joannes Procurator generalis quemcumque transiit eorumdem Fratrum Discalceatorum ad dictos Calceatos absque beneplacito Apostolico factum, nullum, & irritum per Nos declarari, aliisque ut infra provideri summopere debuerit.

§. 1. Nos eundem Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit; ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolventium fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ac sententiis, ac iudicis partibus, cum dictis Fratribus Discalceatis Beate Marie de Mercede Redemptionis Captivorum sub quovis prætextu transire ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis, nec Superioribus Calceatis eosdem Discalceatos recipere, nisi de expressa licentia hujus Sanctæ Sedis, & protode, tam prædictum Joannem Suarez, quam alios quoscunque, qui non sequuntur formam earundem dicti Urbani Prædecessoris litterarum à prædictis Fratribus Discalceatis ad eosdem Calceatos transiverint, ad ipsos Reformatos, cum primò de super moniti fuerint, redire & Fratres Calceatos, seu illorum Superiores ipsos reformatos de facto transeuntis Superioribus Reformatorum, seu ab eis deputatis, statim absque iudicis Ministerio tradere & consignare teneri sub censuris, & penis in eisdem dicti Urbani Prædecessoris litteris contentis, Apostolica auctoritate tenore presentium declaramus, salva tamen semper auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes presentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore. ipsisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodo-

libet in futurum spectabit, inviolabiliter, & incoscute observari.

§. 3. Stoque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latero Legatos, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si seors super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, que idem Urbanus prædecessor noster in suis litteris prædictis voluit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem proferri fides adhibeatur, que adhiberetur presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1647. Pontificatus nostri Anno tertio.

Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini præcedant in Processionibus, & aliis actibus publicis Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiz. Reperiuntur Tomo 4. ordinis 14. pag. 259. incipit: Romanus Pontifex.

Confirmatio Decreti Sacre Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, quod Conventus Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini non possint occupari ab aliis Regularibus, &c. Habetur Tomo 4. 15. in ordine. fol. 160. incipit: In his Apostolicæ.

Breve pro Religione S. Basilii Magni super convocacione vocalium ad Capitulum Generale, & electione Assistentium.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Um, sicut pro parte dilectorum filiorum Monachorum Ordinis S. Basilii nobis nuper expositum fuit, in Congregatione nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum aliam per Nos pro Reformatione Constitutionum ejusdem Ordinis depurata, inter alia capitula stabilitum fuerit decretum tenoris sequentis, videlicet:

§. 1. De cætero jus non habeat accedendi ad Capitulum Generale Ordinis S. Basilii, aut in eo suffragium ferendi, Superiores Prioratum, nec Magistri, nec illi quos appellant Monasteriorum Vocales, seu Conventuales: sed personaliter accedere possint, & debeant, ac in electione Abbatis generalis, cæterisque actibus Capitularibus, vocem activam habere infra scripti duntaxat, videlicet Abbas Generalis, Viscator Provincialis, & Diffinitor unus pro qualibet Provincia: Procurator Ordinis, Abbates, seu Priores cujuscumque Monasterii actu administrationem habentes, Consultor, ac Secretarius Abbatis Generalis. Pro Terdonensi verò Provincia tres Diffinitores Laici, præter Viscatorem Provinciale, & Abbates: in Capitalis verò Generalibus deinceps celebrandis post primum proxime futurum habebunt etiam similem vocem duo Assistentes Abbatis Generalis in quolibet Generali Capitulo eligendi, unus scilicet ex Provinciis Italie, alter ex Provinciis Hispaniarum, qui in negotiis Religionis votum consultivum habebunt, eisque à suis Provinciis sumptus necessarii suppeditari debebunt. Quod si aliquis ex Abbatibus legitimo detineatur impedimento quominus ad Capitulum per se ipsum accedere valeat, loco sui mittatur Discipulus à Conventu eligendus, qui secum deferat litteras testimoniales sum electionis

Innovatio pro in rub.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Transumptis etiam impressis.

XXVI. Edita A.D. 1647. Apr. Post. An. 3.

XXVII. Edita A.D. 1647. Apr. Post. An. 3.

XXVIII.

Supplicatio.

Decretum Capituli Generalis.

electionis; loco vero Visitatoris Provincialis, aut Dis-
finitoris itidem legitime impediti, mittatur alius eli-
gendus à Visitatore Provinciali cum duobus Diffinito-
ribus ejusdem Provinciae, qui literas similiter fecum
deferat, ut supra.

§. 2. Decretum verò hujusmodi eidem Ordini maxi-
mè profuturum esse speretur, proindeque illud itidem
Prælati auctoritate nostra Apostolica confirmari posse
statuerint: Idcirco Nos, qui felicem Religiosorum
Ordinum quorumlibet directionem sinceris desideramus
affectibus, eosdem exponentes specialibus favori-
bus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares
personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris,
& penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt,
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, ha-
rùm serie absolventes, & absolutas fore censentes,
Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc
humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum
Apostolica auctoritate tenore præsentium confirma-
mus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ
firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam
juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet
intervenierint, supplemus.

§. 3. Decernentes præsentibus literas validas, firmas,
& efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & in-
tegras effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, &
singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in
futurum inviolabiliter, & inconcussè observari: Sic-
que per quoscumque judices ordinarios, & delegatos,
etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari,
& diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super
his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel igno-
ranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, ac quoad ea, quæ ipsis Decre-
to, & præsentibus adversantur, dicti Ordinis etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, con-
stitutionibusque prædictis, privilegiis quoque Aposto-
licis eidem Ordini, illi que Superioribus, Monachis,
& personis quibuscumque, sub quibuscumque verborum
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoria-
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insoliti-
tis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere,
vel in specie in contrarium præmissorum quomodoli-
bet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus om-
nibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro-
plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis
habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad
præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, cæterisque contrariis quibus-
cumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiasti-
ca constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio,
& extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur,
si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annu-
lo Piscatoris, die 25. Junii. 1647. Pontificatus nostri
anno tertio.

XXIX. Breve exemptionis quorundam suorum familiarium
à Spolio. Repertur Tomo 4. 16. in ordine, fol. 261.
incipit: Romanus Pontifex. * Sed nullibi reperitur in
severissima editione Romana.

Edita A. D.
1647. 27.
Sept. Pont.
1647.

Pro Congregatione Lateranensi confirmatio
Decreti Diffinitorū circa solutionem quin-
denniorum.

XXX.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D.
1647.

Supplicatio.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Modestus
Abbas Monasterii B. Mariæ de Pace de Urbe, &
Procurator Generalis Canoniorum Regularium Con-
gregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini, quod in
secunda parte Constitutionum ejusdem Congregationis
Apostolica auctoritate confirmatarum, cap. 24. inter alia
statuitur & cævetur, ut omnes, & singuli Prælati dictæ
Congregationis, quorum Monasteria Camere nostræ
Apostolicæ quindennia solvunt, sub suspensionis ab
eorum Prælatibus ad annum poena, quotannis in
publica capsâ sui Monasterii eam pecuniarum ratam,
& portionem, quam in fine cujuslibet quinden-
nii eidem Camere solvere tenentur, deponere de-
beant.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjunge-
bat, ob præsentibus calamitates in Italia vigentes nonnulli
ejusdem Congregationis Superiores reperti fuerint, qui
ex eorum negligentia, & injuria temporum, quo quin-
dennia hujusmodi solvi debebant, ratas, & portiones
prædictas pecuniarum se tangentes minime deposue-
rant, ut prius nedum cum eorum particularium, sed
etiam totius ipsius Congregationis hujusmodi Mona-
steriorum damno & detrimento, propterea quæ dilecti
filii Modesti Abbatis Generalis, necnon Visitatores, &
alii Diffinitores ejusdem Congregationis, habitis de-
super variis tractatibus, maturaque consideratione ad-
hibita tandem unanimiter in proxima præterita ejus-
dem Congregationis Dieta de mense Maij præsentis
anni celebrata pro bono publico ejusdem Congrega-
tionis ediderint decretum infra scriptum tenoris sequen-
tis, videlicet.

Decretum
Diffinitorū

§. 2. In Dieta Arimini celebrata die 25. Maii 1647.
sess. ultima, uti infra. Tandem reassumpto tractatu de
provisione pro certa solutione quindenniorum conclu-
sum fuit à Reverendissimo Diffinitorio, nemine discre-
pante, debere omnes Prælatos, quorum Monasteria ha-
bent onus quindenniorum, hinc ad Festum Paschæ Re-
surrectionis Domini Nostri Jesu-CHRISTI proxime
futuri anni 1648. mittere per literas cambii, vel alio
quovis modo certo, & sine periculo Romam in mani-
bus Reverendissimi Patris Procuratoris Generalis to-
tam illam quantitatem pecuniæ, quæ usque adhuc de-
posita fuit annis jam elapsis, & de cætero quolibet
anno ante Sabbatum Sanctum similiter eidem Patri
Procuratori Generali pro tempore existenti mittent
summam, quæ depositari tenebitur ad ratam totius
quindennii ad hoc, ut serventur, solvendam suis loco, &
tempore, & contrafacientes declarantur privati ipso
facto voce activa, & passiva, & inhabiles ad omnes
Grados, Officia, & Dignitates, quemadmodum etiam de-
claratur idem Pater Procurator Generalis pro tempore
existens, sicut & illi, privati voce activa, & passiva
ipso facto, & inhabiles ad omnes Grados, Officia, & Di-
gnitates, si partem aliquam, quantumvis minimam præ-
dictorum quindenniorum ausus fuerit in alium usum
implicare, & nisi in fine sua administrationis, & gu-
bernii totam summam omnium quindenniorum recep-
torum consignaverit successori in bona pecunia nu-
merata ejusdem stampæ cum confessione receptionis
authentica, & ut magis negotium tam arduum conva-
lidentur, decrevit per Patrem Procuratorem Generalem
præsentem impetrandum esse hinc ad supradictum
tempus Paschæ Resurrectionis à Sanctiss. D. N. Breve
convalidationis. D. Theodorus Fantonus Abbas, Visi-
tator & Scriba.

Ab solvit
Oratores
à censuris.

Confirma-
tio decreti

§. 3. Nobis propterea idem Abbas, & Procurator
Generalis hujusmodi supplicari humiliter fecit, ut de-
cretum

cretum præinfectum, quod firmius subsistat, & exactius observetur, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communitre de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eundem Abbatem, & Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præinfectum cum omnibus, & singulis in eo contentis, licitis tamen & honestis Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementum.

Decretum irritum.

§. 4. Decernentes illud, ac præsentis literas valida firma, & efficacia existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obeinere, & ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum, sub pœnis prædictis inviolabiliter observari. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiti, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, & quibusvis personis, sub quibuscumque verborum tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorũ omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis irritum.

§. 6. Volumus autem, quod eadem præsentis nostre literæ in omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Capitulis generalibus, & Dietis, quæ de cætero celebrari, & haberi contigerit, legantur, & legi debeant. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeantur, fides que adhibeatur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 3. die 7. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, die 7. Septembris 1647. Pontificatus nostri anno tertio.

XXXI.

Quod Fratres Laici Capucini Ordinis Minorum S. Francisci vocem in electionibus habere possint.

De his Fratribus Laicis notari ad Constit. 161. Nuper pro, & c. Urbani VIII.

Edita A.D. 1647.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Minister Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum. Quod aliàs postquam fel. record. Pius Papa V. Prædecessor noster dictis Fratribus vivæ vocis oraculo concesserat, seu declaraverat,

ut Fratres Laici dicti Ordinis vocem in electionibus habere possent, non obstante Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 4. concessioque, seu declaratio hujusmodi fuerat à Capitulis Generalibus dicti Ordinis limitata, videlicet ut Fratres Laici hujusmodi à voce activa, & passiva in electionibus prædictis exclusi forent tamdiu, quamdiu in integrum quadriennium in eodem Ordine complevisset: postmodum etiam rec. mem. Urbano Papæ VIII. pariter Prædecessori nostro, quia ex certis causis animum suum moventibus vivæ vocis oracula hujusmodi revocaverat, supplicato, ut desuper opportunè provideret, idem Urbanus prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus, quod Fratres Laici dictum Ordinem eatenus professi juxta prædicta dictorum Capitulorum Generalium limitationem, ii verò, qui ex tunc de cætero habitum per Fratres Laicos hujusmodi gestari solitum suscepissent, & professionem per eosdem emitti consuetam emisissent regulares, postquam integro septennio à die suscepti per eos habitus hujusmodi in dicto Ordine degissent, vocem activam, & passivam in electionibus prædictis ad triginta dumtaxat annos habere libere, & licite possent, & valerent, Apostolica auctoritate concessit, & indulgit, & aliàs prout in suis in simili forma Brevis literis de anno 1637. desuper emanatis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur. Limitationem verò hujusmodi ægrè ferens totus Ordo prædictus, & in ea revocanda in terminis expressis difficilem repertiens eundem Urbanum Prædecessorem, ab eo de novo Constitutiones ejusdem Ordinis prout jacent, Apostolica auctoritate confirmari procuravit, obtinuitque, & ex hujusmodi confirmatione pristinum jus eorumdem Fratrum Laicorum, quoad electiones prædictas illis restitutum fuisse, & revixisse prætendit.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, multi ex Fratribus hujusmodi in dubium revocarent, an ex nova earundem Constitutionum confirmatione prædicta restitutioni juris eligendi factæ Fratribus Laicis hujusmodi fuerit, & sit sufficienter, & abundè cautum, Nobis propterea idem Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè ut infra providere, & indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Confirmat prout in rub.

§. 2. Nos igitur, qui felicem dicti Ordinis statum, & directionem sinceris desideramus affectibus, eundem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatas dicti Ordinis Constitutiones, vocem, & votum in electionibus concedentes Fratribus Laicis Capucinis hujusmodi, in dicto Ordine ab omnibus, & singulis quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter, & prout in eisdem Constitutionibus continetur, observari, & adimpleri debere, ac quoscumque Ordinis Superiores, Fratres, & personas ad earundem Constitutionum observationem quoad hoc omnibus juris, & facti remediis cogi, & compelli posse, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, & alios quosvis Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus & mandamus.

Contrariis derogat.

§. 3. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Urbanus Prædecessor in suis literis prædictis voluit non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis

INNOCENTIUS DECIMUS.

181

scriptis, & sigillo alicujus personae in Dignitate Ec-
clesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique
si desadhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si
forent exhibitae, vel ostensae.

A. D. 1647. Darum Romae apud S. Mariam Majorem sub An-
nulo Piscatoris, die 24. Septembris 1647. Pontificatus
nostri anno tertio.

XXII. Quod reservatio Pensionis perpetuae super
Mazariensi in Sicilia ad favorem S. Mariae
Majoris de Urbe solvatur non in scutis, sed
in ducatis ad rationem tredecim Tarenor-
um pro quolibet ducato.

A. D. 1647. INNOCENTIUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanum decet Pontificem gratias a se, praefer-
tim Catholicorum Regum intuitu factas, juxta
eorundem Regum intentionem declarare, talique me-
dio insignium Ecclesiarum, earumque Ministrorum,
praecipue Almae Urbis, utilitati, & quieti etiam con-
sulare.

§. 1. Hodie siquidem Nos, menti, & intentioni,
Charissimi in Christo Filij nostri Philippi IV. Hispa-
niarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium
Nobilem virum Inicum Velez de Guevara, Comitum
de Onate, suum apud Nos Oratorem patefactae, satis
facere cupientes; in beneficium Patriarchalis Basilicae
S. Mariae Majoris nuncupatae de Urbe, unam mille, &
octingentorum super Mazariensis, & alteram Pensio-
nes annuas; & perpetuas, easque a quocumque, tam
ordinario, quam extraordinario onete quomolibet
nuncupato, ac aliis certis aliis modo, & forma tunc
expressis, liberatas, immunes, & exemptas bis mille du-
centorum scutorum, monetae Regni Siciliae super Ca-
thaniensis respectivè mensurarum Episcopatum, quarum
Ecclesiae de jure patronatus dicti Philippi Regis ex fun-
datione, vel donatione; seu privilegio Apostolico, cui
non est haecenus in aliquo derogatum, esse dignoscun-
tur, respectivè fructibus, redditibus, & proventibus,
juribus, obventionibus, & emolumentis universis, tam
certis, quam incertis, singulis annis, in certos tunc
narratos usus, ac aliis modo, & forma tunc expressis,
juxta intentionem dicti Philippi Regis, & non alias,
aliter, nec alio modo in perpetuum expendendas per
alias nostras literas, motu proprio reservavimus, con-
stituimus, & assignavimus, prout in dictis literis ple-
niùs continetur.

§. 2. Cum autem sicut Nobis melius innotuit, mens,
& intentio dicti Philippi Regis fuerit, & sit, ut pensio-
nes praefatae non in scutis, sed in ducatis ad rationem
tredecim Tarenorum pro quolibet ducato hujusmodi
monetae dicti Regni Siciliae, per nos reservarentur,
constituerentur, & assignarentur, illaque non tantum
ab oneribus, & gravaminibus in dictis literis tunc ex-
pressis, sub quibus ob earum generalitatem virtualiter
comprehensa dici posse videntur etiam donativa ordi-
naria, & extraordinaria tandem & divini cultus nuncu-
pata; sed etiam ad quodcumque dubium removen-
dum, a dictis donativis ordinariis, & extraordinariis,
tandis, & divino cultu nuncupatis specificè, & expressè
liberè immunes, & exemptae esse deberent.

§. 3. Nos pro pensionem animi nostri erga dictum
Philippum Regem, etiam in hoc patefactum iri, simul-
que utilitati dictae Basilicae, ejusque Ministrorum per-
amplius consulere cupientes, ac dictarum literarum to-
tos, & integros tenores praesentibus pro expressis, ac
totaliter insertis habentes: motu simili, non ad ipsius
Philippi Regis, aut Ministrorum praefatorum, vel alte-
rius pro eis Nobis desuper oblatae petitionis instan-
tiam, sed ex nostra mera liberalitate: Quod Pensiones
praefatae non in scutis, sed in ducatis ad rationem tre-
decim Tarenorum pro quolibet ducato hujusmodi mo-
Bullarii Magni Tom. V.

netae dicti Regni Siciliae perpetuo reservatae, constitutae,
& assignatae, ac etiam a dictis donativis ordinariis,
& extraordinariis, tandis, & divino cultu nuncupatis
specificè, & expressè liberatae, immunes, & exemptae
sint; & esse intelligantur, & non in scutis, prout in
dictis literis expressum fuit, sed in ducatis monetae
dicti Regni, ad rationem supradictam, perinde ac si
in illis, & non in scutis praedictis, per nos reservatae,
constitutae, & assignatae fuissent, omnino persolvi de-
beant juxta mentem, & intentionem dicti Philippi Re-
gis, quibus quoad hoc nos conformare intendimus, sal-
va tamen, & illaesa remanente in reliquis omnibus, &
singulis dictarum literarum dispositione, Apostolica au-
thoritate, tenore praesentium, etiam perpetuo decerni-
mus, & declaramus.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis
literis voluimus non obstare, ceterisque contrariis
quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, & eadem Apostolica auctori-
tate decernimus, quod praesentium literarum tran-
sumptis, manu alicujus Notarii publici, & sigillo alicu-
jus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae mu-
nitis, ac etiam impressis eadem prorsus fides, in iudicio
& extra adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhibere-
tur, si forent exhibitae, vel ostensae.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostri decreti, declarationis, & voluntatis infrin-
gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se
noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, anno In-
carnationis Dominicae 1647. nonis Octobris, Pontifi-
catus nostri anno quarto.

Pro Religione Clericorum Regularium Mi-
nistrantium Infirmis circa observantiam
Motus proprii editi ab Urbano VIII. &
revocationem Consultoratus.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Aliis pro parte dilectorum filiorum Clericorum
Regularium Congregationis Ministrantium In-
firmis, Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardi-
nalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, &
Regularium Praepositis exposito, quod alias postquam
a sel. rec. Gregorio XIV. Praedecessore nostro in suis
literis sub plumbo super approbatione regulae ejusdem
Congregationis emanatis, forma regiminis illius sta-
bilita, & inter alia dispositum fuerat: videlicet:

§. 1. Quod ejusdem Congregationis Praefectus Ge-
neralis duplex, quatuor vero Consultores, singuli fun-
rent, necnon unus & ejusdem Congregationis Professor
constituereque arbitet, qui in votorum paritate decide-
ret: & subinde etiam rec. mem. Urbanus Papa VIII.
pariter Praedecessor, per quasdam suas in simili forma
Brevis literas Motu suo proprio expeditas praescripse-
rat, ut in eadem Congregatione, quae in quinque Pro-
vincias, videlicet, Romanam, & Ferrariae insimul, Si-
culam, Neapolitanam, Bononiensem, & Mediolanensem
divisa existit, ex illarum una Praefectus generalis, & ex
qualibet ex aliis quatuor Provinciis hujusmodi unus
Consultor eligerentur, & sic successivè per turnum in
futuris electionibus Praefectorum Generalium, & Con-
sultorum hujusmodi procederetur.

§. 2. Postmodum, & transactis aliquot ab inde annis
idem Urbanus Praedecessor dilectis filiis Fridiano Perio
primùm, & deinde Mattheo Morruello ejusdem Con-
gregationis successivè Praefectis generalibus per qual-
dam alias binas suas in eadem forma Brevis literas di-
versis temporibus emanatas, finito eorum Praefecti Ge-
neralis

Contrariis
derogat.

Trasumptio-
rum fieri.

Sanctis pa-
malis.

D. P. A. 4.
Non. Octob.

Edita A. D.
1647.

Supplicatio.

Forma regi-
minis istius
Congreg.

neralis respectivè officio indulget, ut licet ex Statutis regularibus ejusdem Congregationis Apostolica auctoritate confirmatis cautum foret, quod nullus illius Professor, nisi alicujus officii ratione id sibi juris competere, in Consulta Generali, ac in Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus, intermediis, necnon examinibus Novitiorum semestribus votum haberet, seu illis interesse posset, nisi ad id à Capitulis Generalibus, Provincialibus, vel localibus respectivè electus esset, nihilominus idem Fridianus, & Mattheus exacto eorum Præfecti Generalis hujusmodi officio, etiam, si ut præfertur, electi non fuissent, quoad vixissent tantquam consultores in Capitulis, ac Congregationibus, & Consultis, necnon examinibus prædictis votum decisivum habere, ac illis interesse liberè, & licitè possent, & valerent, perinde ac si ad id à Capitulo Generali electi fuissent, ex præsertim verò eorumdem Fridiani, & Matthei in Consultores hujusmodi adjunctione tolluntur ea, quæ prius intuitu justitiæ distributiæ statuta, & ordinata fuerant, quandoquidem in ejusdem Congregationis Romana; & Hetruriz insimul duo, videlicet idem Fridianus, & unus alius à Capitulo Generali, necnon similiter in Sicula Provinciis hujusmodi alii duo, nempe dictus Mattheus, necnon alius Consultores à Capitulo Generali electi respectivè sunt, & insuper quando in præfatis Romana, & Hetruriz insimul, necnon Sicula Provinciis hujusmodi, Præfectus Generalis dictæ Congregationis eligi debet, inibi præfectus Generalis, & unus Consultor futuri sunt, quod expressè primo dictis ejusdem Urbani Prædecessoris literis repugnat, de quibus cum nulla facta fuerit mentio specialis, prout erat necessarium, quando binæ ultimodictæ ejusdem Urbani Prædecessoris literæ Consultoratum perpetuorum ad eorumdem Fridiani, & Matthei favorem impetratæ fuerunt, illæ semper in eadem Congregatione pro subreptitiè impetratis habitæ fuerunt.

§. 3. Præterea nec etiam idem Fridianus dicto Urbano Prædecessori ullatenus exposuit læsionem, quæ exinde officio Arbitri proveniebat, qui per adjunctionem & augmentum dicti Consultoris cum voto decisivo, constituto septem votorum, seu suffragiorum numero, ac aliis quia consequenter casus paritatis votorum evenire nullatenus poterat, jure sibi competenti decidendi cum voto suo in eventum paritatis privatus remanebat.

§. 4. Et quoad eundem Mattheum ultra supradicta, nec etiam ille eidem Urbano Prædecessori mentionem fecit, cum ab eo se in Consultorem perpetuum deputari obtinuit, quod eadem Congregatio indulserat præteritis, & futuris pro tempore illius Præfecti Generalibus expleto eorum officio, quod ipsi pro sua spiritali quiete, & consolatione, ac toties quoties sibi placuerit quamlibet dictæ Congregationis domum regularem, dummodo exinde ratione itineris Congregatio, seu Domus regularis hujusmodi sumptibus, & expensis non gravetur, eligere, & mutare possint, quodque immediate Consultæ Generali ejusdem Congregationis subsint, & è domo exire, sibi que socium sibi benè visum assumere possint, Præfectisque localibus præcedant, quodque Capitula localia, Provincialia, intermedia, scrutinia Novitiorum, & Capitula generalia perinde ac si ad id electi forent, ingredi possint, ipsique titulus paternitatis admodum Reverendæ remaneat, & licet idem Mattheus ex oppositionibus sibi factis à Præfecto Generali præterito eidem voto decisivo renunciaverit, progressu tamen temporis, experientia docuit præmissa ad quietem, & pacem, communèque bonum ejusdem Congregationis satis non fuisse, nec esse, ac demum cum Consultoribus perpetuis hujusmodi cultus, & observantia major habeatur, quam ipsi Præfecto Generali, cujus officium ad sexennium dumtaxat durare consuevit, illius exinde auctoritas non leviter arriterit, & disciplinæ regularis observationem efficaciter procurare nequit.

§. 5. Quare per eosdem Exponentes, cupientes felici

ejusdem Congregationis statui prospectum esse, & binas ultimodictas Consultoratum perpetuorum eorumdem Fridiani, & Matthei literas revocari, eisdem Cardinalibus supplicato, ut in præmissis opportune, ac aliis, ut infra providerent, ab eisdem emanavit decretum tenoris sequentis, videlicet: Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, auditis partibus, censuit servandam fore, & esse Constitutionem Motus proprii sanctæ memoriæ Urbani VIII. editam 29. Aprilis 1628. quæ incipit Romanus Pontifex, &c. & revocanda Brevia Consultoratus perpetui ad favorem PP. Fridiani, & Matthei, contra formam præfati Motus proprii subreptitiè emanata, si ita Sanctissimo Domino Nostrò placuerit. Romæ 27. Septembris.

M. Cardinalis Ginettus.

§. 6. Cum autem sicut iidem exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quod firmiter subsistat, & exactius observetur, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiti summopere desiderant, idcirco Nos, qui Religiosorum Ordinum quorumcumque felicem directionem sinceris desideramus affectibus, eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Salva tamen in præmissis dumtaxat Congregationis eorumdem Cardinalium auctoritate.

§. 7. Decernentes, præfatas literas, validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, inviolabiliter & inconcussè observari. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, ac quibusvis illius Superioribus, & personis, sub quibuscumque verborum tenore, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis irritantibus & aliis, decretis in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra

Confirmat
prout in
rub.

Decretum
irritum.

Contrariis
derogat.

extra

INNOCENTIUS DECIMUS.

183

extra que presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Octobris 1647. Pontificatus nostri anno quarto.

XXIV. Reservatio pensionis perpetuæ ad favorem sacrosanctæ Patriarchalis Ecclesiæ S. Mariæ Majoris, de consensu Majestatis Catholicæ. Reperitur Tomo 4. 17. in ordine, fol. 262. incipit: Sacri Apostolatus.

XXV. Quod Fratres Laici, seu Conversi Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanæ post quartum annum ab emissâ Professione, habeant votum in Electionibus.

De hujusmodi Tertiaris lege qua notavit ad Const. 275. Nobis pro parte Urbani VIII. & ad Const. 316. Cum sicut, quoad Indulgentiam plenariam perpetuam in eorundem Ecclesiis in Festo Portinnula.

INNOCENTIUS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem dissensionum, & controversiarum materias inter Ecclesiasticos, præsertim verò personas Regulares, è medio tollere, ac præcidere, prout in Domino salubriter conspicitur expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Renati Parisiensis, & Justini Aurelianensis Fratrum Laicorum, seu Conversorum antiquorum Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicæ, Procuratorum cæterorum Fratrum Laicorum, tam antiquorum, quam novorum Provinciarum Franciæ, sive S. Francisci, & Lugdunensis, sive SS. Ludovici, & Elzearii Ordinis, & Congregationis hujusmodi, Nobis nuper expositum fuit, ipsi sibi competens vigore generalium Constitutionum dictæ Congregationis auctoritate Apostolica confirmatarum, dandi votum, seu Suffragium in Contractibus, & quibusdam aliis Actibus Capitularibus suorum Conventuum declarari desiderent.

§. 2. Idcirco Nos felici eorundem Fratrum Laicorum statui, quantum Nobis ex alto conceditur, consultum esse cupientes, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmoderate exitunt, ad effectum presentium demeraxat consequendum, harum serie absolventes, & absolventes fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis incligati: De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, qui sæpius eosdem exponentes nomine prædicto, & illis contradicentes Sacerdotes, aliisque Clericos earundem Provinciarum, eorumque Procuratores in Urbe audierunt, necnon Constitutiones generales præfatas, ac literas Apostolicas in simili forma Brevis à sanct. mem. Urbano Papa VII. Prædecessore nostro de annis 1641. & 1644. Pro Fratribus Oblatis, ac novis Laicis dictæ Congregationis desuper emanatas viderunt: Præfatis Fratribus Laicis tantum antiquis, vigore earundem Constitutionum, & earum subsequente observantiæ præfatam jus dandi votum in Contractibus, & quibusdam aliis Actibus Capitularibus suorum Conventuum hæcenus potuisse, ac posse competere, Apostolica auctoritate tenore presentium declaramus.

§. 3. Verum pro bono pacis, & ad æqualitatem servandam inter Fratres Laicos antiquos, & novos hujusmodi, & ad tollendam causam ulterioris dissidii, Statuimus in posterum, ut omnes & singuli prædicti Fratres Laici dictarum Provinciarum, post quartum annum ab emissâ Professione habeant votum Decisivum in omnibus Contractibus, & aliis negotiis temporalibus gravioris momenti, tam intra, quam extra Conventum ineundis, in quibus omnes Sacerdotes, & alii in Sacris constituti, ex Statutis ordinariis, seu ex laudabili consuetudine intervenire solent, aut debent. Item vocem activam in electione Vicarii, quando illum à Conventu illi contigerit: necnon in electione Decretorum localium ad Capita mittendorum: Ac in receptione quorumcumque Novitiorum ad Professionem: Demum vocem passivam in Electione Provisoris, seu Procuratoris Conventus tantum, non autè Decretorum, in omnibus, & per omnia juxta formam prædictarum Constitutionum generalium dictæ Congregationis à præfato Urbano Prædecessore de anno 1626. confirmatarum supranominatis literis Apostolicis non obstantibus, firmis tamen in reliquis permanentibus. Et ita per eos, ad quos spectat, observandum esse pariter statuimus, & ordinamus: Partim que hinc inde perpetuum desuper silentium imponimus. Salva tamen semper in præmissis tantum auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 4. Decretentes præfatas literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ipsique fratribus Laicis plenissime in omnibus, & per omnia suffragari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis quibusvis dictæ Congregationis Sacerdotibus, Clericis, & aliis personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, ac irritantibus clausulis, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad effectum præmissorum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, que ipsis presentibus, adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Quod hæc sunt verba ad electionem Vicarii.

Decretum irritant.

Transumptis reddi debet.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam, Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Aprilis 1648. Pontificatus nostri Anno quarto.

Breve confirmationis Privilegiorum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani. Reperitur Tomo 4. 18. in ordine, pag. 267. incipit: Universalis Ecclesiæ.

Declaratio nullitatis articulorum nuperæ Pacis Germaniæ, Religioni Catholicæ, Sedi Apostolicæ, Ecclesiis, aliisque locis piis, ac personis, & juribus Ecclesiasticis quomodolibet præjudicialium. Extat Tomo 4. 19. in ordine, fol. 269. incipit: Zelo Domus.

Decreta, & constitutiones Monachorum Ordinis S. Basilii Magni, promulgata à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, & ab Innocentio X. approbata, & confirmata. Reperitur Tomo 4. 20. in ordine, pag. 270. incipit: Nuper pro parte.

D. P. A. 4. die 6. Apr.

Edita A. D. 1648. 18. Julii. Pont. An. 4.

XXXVII. Edita A. D. 1648. 20. Nov. Pont. An. 5.

XXXVIII. Edita A. D. 1649. 2. Janu. Pont. An. 5.

XXXIX. *Suspensio quarumcumque indulgentiarum durante anno universalis Jubilæi 1650. Habetur Tomo 4. 21. in ordine, pag. 272. incipit: Cum nos nuper.*

X L. *Indictio universalis Jubilæi Anni Sancti millesimi sexcentissimi quinquagesimi. Reperitur Tomo 4. ordine 22. fol. 273. incipit: Appropinquat.*

X L I. *Constitutio circa statum Regularium in Italia, & insulis adjacentibus. Habetur Tomo 4. 23. in ordine fol. 275. incipit: Inter cætera.*

X L I I. *Confirmatio, declaratio, & extensio Constitutionum Apostolicarum de non contrahendo in favorem forensium super bonis stabilibus in Statu Ecclesiastico consistentibus. Reperitur Tomo 4. 24. in ordine, fol. 276. incipit: Dum sel. rec.*

XLIII.

Concessio Indulgentiarum præsentis Anni Jubilæi pro Monialibus, Anachoretis, Eremitis, Carceratis, & Infirmis.

Consimilem gratiam fecit Urbanus VIII. in Anno Jubilæi 1625. Monialibus, & Anachoretis, in Consist. 20. Pontificia sollicitudo.

Edita A. D. 1650. INNOCENTIUS PAPA X. ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pontificia sollicitudo quamvis omnium Christi Fidelium saluti prospiciat, præcipue tamen spiritualibus sanctimonialium profectibus paternæ charitatis affectu studet providere, ipsæ enim sunt filie, quæ obli-
te populum suum, & domum Patris sui, animi splendore cœlestem Regem oblectant: ipsæ sunt prudentes virgines, quæ lampades suas charitatis flammâ succensas providè aptantes meliorem partem elegerunt, & dum vitam cœlitus peritam ducunt, non modò sibi ipsi ad cœlum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus, cæteris quoque Christi Fidelibus eam aperire student.

§. 1. Quare summopere optandum est, ut vitæ rationem, quæ eas Angelis quodammodo æquar, constantissimè retineant, ac dent operam, ut sicuti præclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita post hujus vitæ certamina in cœlesti patria feliciter coronentur. Quoniam autem consimile vitæ genus quamplurimi Anachoretæ, atque Eremitæ ut supernarum rerum contemplationi securius vacent, laudabiliter elegerunt, spiritualibus quoque ipsorum incrementis paternis visceribus maximè ducimus consulendum.

§. 2. Cum igitur, tam ipsi, quam prædictæ sanctimoniales perpetua vivant clausurâ mancipatæ: Necnon multi, ut accepimus, utriusque sexus Christi Fideles, partim carceribus detenti, partim verò diuturna infirmitate præpediti, non solum in Alma Urbe nostra, & Italia, sed aliis etiam Regionibus, Provinciis, & locis reperiantur, qui, & quæ respectivè impedimentis hujusmodi remotis pro percipiendis præsentis Anni Jubilæi fructibus ad Almam Urbem nostram omninò veniant, & Basilicas, Ecclesiisque ad id deputatas benedictente Domino indubitanter visitarent, ob prædicta impedimenta ad Urbem hujusmodi minimè venire, neque respectivè Basilicas, & Ecclesias ipsas visitare valeant.

§. 3. Nos pro Pastoralis officii nostri debito, paternæque charitate illorum omnium animarum saluti, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes: Omnibus & singulis sanctimonialibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis hujusmodi, necnon utriusque sexus Christi Fidelibus, tam carceratis, quam infirmis prædictis tantum, & qui aliis impedimentis longæ carcerationis, ac diuturnæ infirmitatis cessantibus, ad hanc Almam Urbem pro thesauris spiritualibus hujusmodi consequendis venturi fuissent, verè poeni-

tentibus, & confessis, quod in locis ubi eos esse contigerit, pia Christianæ pietatis, & charitatis opera juxta formam ab Ordinariis locorum, seu sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujusmodi Superioribus, vel de eorum mandato à prudente Confessario: in Alma verò Urbe à dilecto filio nostro Vicario, seu ejus Vicegerente tantum præscribendam pro cujuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita exercendo, & alia nostris in literis Indictionis Anni Jubilæi contenta adimplendo omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenissimas consequantur, & eorum quilibet consequatur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc præsentis Anni Jubilæi diebus ad id statutis quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almæ Urbis etiam extra illius muros, pro quibus visitandis Jubilæum, & Indulgentiæ prædictæ concessæ sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret. Eisdemque Sanctimonialibus, & Christi Fidelibus impeditis hujusmodi, ut ad effectum præsentium Confessarios Presbyteros sæculares, vel cujusvis Ordinis regulares ab eisdem Ordinariis locorum ad id approbatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quilibet à quibusvis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, injuncta eis poenitentia salutari, absolvere possint eligere valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si fuerint exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno MDC. L. die 12. Februarii 1650. Pontificatus nostri anno sexto.

Declaratio quod Indulgentia Portiunculæ in Anno Sancto non revocatur.

Similem declarationem peregit Urbanus VIII. Consist. 25. Cum nuper, &c. in anno Sancto 1625.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Um ob Sacri Jubilæi celebrationem à vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi præsentis anni inchoatam, & usque ad finem ejusdem anni duraturam, omnes & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis locis piis, sæcularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium Regularibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis quomodolibet concessas, deque Apostolicæ potestatis plenitudine suspendimus, ac suspensas esse declaraverimus, easque eodem anno durante nulli prodesse, aut suffragari debere decreverimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Nos cupientes, ut Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum domus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia prope & extra muros Civitatis Assisensis congruis frequentetur honoribus, ad eamque Christi fideles ed libentius accedant, quo exinde spiritualibus gratis se uberius refectos contulerint.

§. 2. Tenore

INNOCENTIUS DECIMUS

§. 1. Tenore presentium declarationis... Indulgentiarum suspensionis... sexus Christi Fidelibus...

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno 1650. Pontificatus nostri anno sexto.

Constitutio super approbatione, & usu Ceremoniarum Episcoporum, & aliorum Ecclesiarum Praelatorum novissime reformati.

Suppressio Ordinis S. Basilii de Armenis. Habetur Tomo 4. 26. in ordine, pag. 280. incipit: Commilla Nobis.

Prohibitio extrahendi Libros e Bibliothecis domorum Fratrum Reformatorum Strictioris Observantiae Provinciae Romanae.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni Librorum Bibliothecarum Domorum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Provinciae Romanae...

§. 1. Ne de caetero quisquam quavis auctoritate, & superioritate fungens libros, quinterna, folia, aut scripturas, tam impressas, quam manuscriptas, tam haecenus...

§. 2. Permittimus tamen dictarum Domorum Fratrum verbum Dei praedicantibus, & studiis operam navantibus libros, quinterna, & folia hujusmodi e dictis Bibliothecis extrahere...

Bullarii Magni Tom. V.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinamentis Apostolicis, ac quatenus opus sit, dogmorum Ordinis, & Provinciae hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia...

§. 4. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis copia in valvis singularum Bibliothecarum, domorum hujusmodi, aut aliquo alio perspicuo loco, quod ab omnibus observari possit, continuis, & remaneat...

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno 1652. Pontificatus nostri anno septimo.

Translatio Indulgentiae Plenariae perpetuae concessae a fel. record. Greg. XV. Ecclesiis Soc. Jesu, in Festo S. Francisci Xaverii, in feriam secundam Adventus...

De hac Indulgentia lege, qua notavi ad Constit. 256. Urbani VIII. Alias, &c.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Alias fel. record. Gregorius Papa XV. Praedecessor noster volens omnes, & singulas Ecclesias Presbyterorum Soc. Jesu, vel eorum aliquam ubique existentes aliquo spiritali munere illustrare, auctoritate sibi a Domino tradita omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus...

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Pyrrus Gherardus dictae Societatis Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, Festum S. Francisci Xaverii praedicti quandoque in primam Dominicam Adventus incidat...

§. 2. Nos dicti Pyrrii Procuratoris Generalis supplicationibus hac in parte annuere volentes, quotiescumque de caetero Festum S. Francisci Xaverii praedicti in primam Dominicam Adventus incidit, tunc eo casu illud in feriam secundam primam Dominicam Adventus immediate sequentem...

Q 3

Datum

laxat... 1650... 1651... 1652...

Contra... Transm... D. P. 27...

XLVIII

Edict. A.D. 1651.

Concessio Greg. XV.

Mortua translatio Indulgentia.

Concessio prout in rubr.

D. P. A. S. Datum Romae apud S. Mariam Majoram, sub Anno lo Pifcoris, die 27. Octobris 1651. Pontificatus nostri anno octavo.

Datum Romae apud S. Mariam Majoram, sub Anno lo Pifcoris, die 1. Februarii 1652. Pontificatus nostri anno octavo.

X L I X. Pro Congregatione Cassinensi Prorogatio ad extinguendos Census.

Constitutio circa Transumpta Literarum, & Supplicationum Apostolicarum.

De hac materia lege quae motu ad Constit. 233. Exposit, & ad Constit. 250. Aliis, Urbani VIII.

De hac materia lege, quae motu ad Constit. 291. Cum sicut, Urbani VIII.

Edita A. D. 1651. INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

INNOCENTIUS PAPA X. Edita 1651. Ad perpetuam rei memoriam.

Suppli. atio. Nuper pro parte dilecti filii Angeli Mariae à Parma Procuratoris Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti Nobis expositum fuit, quod alias diversis vicibus à sui Praedecessoris Procuratoribus, & à majori parte Monasteriorum ejusdem Congregationis super eorum bonis stabilibus diversi annis, & redimibiles census impositi fuerunt cum debitis licentiis, & cum hoc, ut census hujusmodi intra certum tunc expressum tempus extingui, & redimi, & ad hunc effectum certis pecuniarum ratas sub certis tunc expressis censuris, & poenis ipso facto incurrendis, deponi deberent. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat etiamnum malus eorundem Monasteriorum status periret, ita ut illa penitus, & omnino reddantur imparia ad dictos census extinguendos, ratasque hujusmodi consequenter deponendas, & tempus, seu tempora aliis ad eorundem censuum extinctionem, & rararum depositionem praedictas assignata majori parte eorundem Monasteriorum propediem expiratura, & pro aliquibus ex eisdem Monasteriis occasione mutationis Officialium, sine tamen eorum scitu, quorum erat praemissis providere forsitan etiam expirata sint.

A censuris abjiciunt.

§. 1. Nobis propterea idem Angelus Maria humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eandem Angelum Mariam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis censuris & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Angelo Mariae Procuratori, & seu omnibus, & singulis Monasteriis ejusdem Congregationis, quae censibus hujusmodi gravata sunt, ut praefertur, tempus, seu tempora quinque annorum à data praesentium computandum, intra quae census hujusmodi per eos ad quos spectabit sub poenis in concessione licentiarum ad eorundem censuum imponendos expressis extingui, & redimi omnino debeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & assignamus.

§. 2. Et insuper dictum Angelum Mariam Procuratorem, & seu Monasteria hujusmodi ab onere deponendi ratas hujusmodi interim liberamus, ac quoscunque eorundem Monasteriorum Abbates, & Cellularios, tam praeteritos, quam praesentes ob non factam dictorum censuum intra tempora sibi aliis ad id assignata extinctionem à quibusvis censuris, & poenis ecclesiasticis per eos quomodolibet incurris dicta auctoritate tenore praesentium absolvimus, & totaliter liberamus, dictasque poenas illis gratiosè remittimus, & condonamus, ac eisdem in pristinum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum restituis, reponimus, reintegramus, & rehabilitamus.

Contrarius derogat.

§. 3. Non obstantibus literis Apostolicis super concessione literarum hujusmodi expeditis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dudum fel. record. Paulus Papa III. Praedecessor noster, accepto quod nonnulli Judices Romanae Curiae transumpta supplicationum super provisionibus beneficiorum ecclesiasticorum, & aliis gratiis signaturarum, & registrarum, ac ipsarum supplicationum praetextu literas, & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum hujusmodi in illis expressorum, antequam literae Apostolicae super hujusmodi supplicationibus expedire essent, concedebant, per suam constitutionem desuper editam, & in Cancellaria Apostolica publicatam quibusvis dictae Curiae Judicibus quavis auctoritate fungentibus cum appositione decreti irritantis inhibuit, ne transumpta supplicationum Apostolicarum neve literas, seu mandata ipsarum supplicationum vigore possessionem beneficiorum Ecclesiasticorum apprehendi dare, & concedere quomodolibet praesumerent. Et subinde idem Paulus Praedecessor Constitutionem hujusmodi innovans, & perpetuis futuris temporibus pro lege observari debere decernens, quodam perpetuo edicto omnibus, & singulis, tam Archivii dictae Curiae Scriptoribus, quam Camerae Apostolicae, Gubernatoris, ac Vicarii Urbis in spiritualibus generalis ceterisque dictae Curiae Officialibus, & Tabellionibus publicis quibuscumque sub excommunicatione latae sententiae in contrasacientes interdixit, ne ex tunc de cetero de transumptis Supplicationum praeterquam habentium clausulam, quod earum sola Signatura sufficeret, ac de decreto, & concessione literarum & mandatorum se rogare deberent, neve illa scribere, seu subscribere, aut quoquo modo authenticare, vel partibus tradere ullatenus praesumerent, voluit & statuit quod Notarii, Officiales, & Tabelliones praedicti, qui dictam excommunicationis sententiam incurrisserent, ab illa nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem absolvi non possent, praeterquam in mortis articulo constituti, quodque ultra eandem excommunicationis sententiam pro prima vice viginquinque ducatorum, & suspensionis à perceptione annuorum officiorum suorum ad tres menses per Datum, vel Cancellariae Apostolicae Regentem praesentem, & Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicandorum, & si secundario deliquissent, ipsorum officiorum privationis poenas incurrerent eo ipso necnon ipsae partes transumptis, seu literis, aut mandatis hujusmodi deinceps venientes, ac illorum praetextu possessionem beneficiorum Ecclesiasticorum apprehenderent, fructus quos ex illis pro tempore percepissent, suos non facerent, quinimo ad beneficia in eisdem transumptis, ac literis, & mandatis expressa perpetuo efficerentur ipso facto inhabiles, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum in utroque sepe tenerentur.

§. 4. Et postmodum rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiam praedecessor noster, cum sibi innovisset, quod nonnulli Notarii publici etiam in Archivio Romanae Curiae descripti, vocabilia tamen Notariorum officia non habentes, literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, necnon Supplicationum à se, vel ab officiali ad id deputato signatarum transumpta in viduas, & alia forma, etiam quandoque ex simplicibus earundem literarum, & supplicationum

nam copis, licetque, & suppletionibus hujusmodi nonnullis registratis extiterint, faciebant, & publicabant in maximum illorum, qui officia Notariorum, & cancellaria, & Secretaria Apostolicarum Officialium detinentur, per litteras simili forma Brevis die 10. Julii 1641. emanatis litteras, quod ex tunc deinceps perpetuis futuris temporibus quicumque Notarii etiam in Archiepiscopio Romana Curia, & vacabilia Notariorum officia non habentes, nulla omnino quatuordecim litterarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, ac Supplicationum à se, & Romanis Pontificibus successoribus suis, vel ab Officiali ad id à se, & illis respectivè pro tempore deputato signatarum transumpta; obtinentes verò vacabilia Notariorum, etiam Curie Camerae Apostolicæ, non autem Capitolii officia transumpta literarum, & supplicationum hujusmodi non nisi postquam illa per Officialia ad hoc constitutos registrata fuissent, sub quingentorum scutorum moneta, ac falsi, privationisque prædictorum officiorum eo ipso incurrendis poenis facere possent, nisi de pro tempore existentis Romani Pontificis Datarii licentia in scriptis obtinenda, statuit, mandavit, & ordinavit, & aliis prout in Constitutione, & edicto dicti Pauli, necnon in prædicti Urbani Prædecessorum litteris hujusmodi, quorum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Nunc autem Nos animadvertentes perprovidè in præmissis tam à Paulo, quam Urbano Prædecessoribus prædictis statuta, fraudes, quæ in transumptis hujusmodi committebantur; è medio nullatenus tolli, quodque transumpta extra Romanam Curiam transmissa demandantur executioni, licet supplicationes, & litteræ Apostolicæ tam sub plumbo, quam in dicta forma Brevis, ex quibus ipsa transumpta extrahuntur, totaliter expeditæ, & registratæ non sint, & ut plurimum copie simplices existant, proptereaque pro Pastoralis nostræ sollicitudine fraudibus hujusmodi, necnon damno Officialium Cancellariæ, & Secretariæ prædictarum, quantum cum Domino possumus, obviam ire volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, de quæ Apostolicæ potestatis plenitudine.

§. 3. In primis prædictum edictum, seu regulam dicti Pauli, ac litteras dicti Urbani Prædecessorum prædictas tenore præsentium innovantes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nulli omnino Notarii ex eis, quibus juxta prædictas dicti Urbani Prædecessoris litteras transumpta hujusmodi conficere permillum, & licitum est, possint ullo modo supplicationum, & motuum propriorum quævis transumpta facere, illave in quibusvis citationibus, inhibitionibus, monitoriis, processibus fulminatis, & aliis expeditionibus, & supplicationibus inserere, præterquam tamen quando in supplicationibus, & motibus propriis hujusmodi appositæ sit clausula, quod illorum sola Signatura sufficiat, nec etiam facere possit transumpta, citationes, inhibitiones, monitoria, processus fulminatos, & alias expeditiones cum insertione literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam in dicta forma Brevis, ac Supplicationum in casibus supra permissis, nisi illæ integraliter expeditæ, & registratæ, & ab uno Officiali ad id pro tempore deputato, qui sua subscriptione fidem facere debet, quod illa cum originali concordent, revisæ, & insuper à nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Datario subscriptæ, & sigillo obfirmatæ fuerint, sub excommunicationis lætæ sententiæ à qua nemo nisi à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit, aliisque etiam pecuniariis, & corporis afflictivis nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio irrogandis poenis, & quoad Dominos officiorum in quibus erunt Notarii contrascentes, ultra prædictas amissionis etiam officii poenas eo ipso absque alia declaratione per contravenientes incurrendas, quas pecuniarias, & alias arbitrarias poenas etiam ii, qui transumpta, & alias expeditiones hujusmodi absque prædictis subscriptionibus, & sigillo, suæque prædictorum observatione procurave-

rint expedire, incurrant, eorumdem tenore præsentium statuimus, mandamus, precipimus, & ordinamus. Et nihilominus quod transumpta & expeditiones hujusmodi, quæ, & quas sine prædictis revisionibus, & subscriptionibus fieri consueverunt, nullas, nullasque sententiæ, & momenti existant, fidemque in judicio, & extra illud non faciant, nec à quocumque executioni demandari valeant.

§. 4. Quodque partes, quæ transumptis, & expeditionibus absque revisionibus, & subscriptionibus hujusmodi factis, teneantur in adipiscenda possessione beneficiorum, & aliarum Dignitatum ecclesiasticarum, aut pro obtinenda alicujus indulti, seu gratiæ executione ultra prædictam excommunicationis poenam ipso facto incurrendam, quocumque jure sibi ad dicta beneficia, dignitates, alias gratias competendi ipso facto cedant, & ad eadem beneficia, dignitatesque, quæ tanquam ipso jure vacantia, possint à Sede Apostolica dumtaxat impetrari, perpetuò inhabiles existant, & ad restitutionem fructuum ex illis perceptorum teneantur, præsentibus quoque litteras etiam ex eo quod Notarii prædicti, vel alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consentiant, seu ad ea vocati, & auditi non fuerint, de subreptionis, obreptionis, nullitatis aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut quocumque alio quantumvis magno, & substantiali defectu, aut aliis ex quocumque alio capite, causa, occasione, pretextu & colore, etiam in corpore juris clauso, etiam tali, qui ad effectum validitatis præsentium necessariè exprimi deberet, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, & aliud quocumque juris facti, vel gratiæ remedium, impetrari, vel etiam motu simili concedi, aut sic impetrato; vel concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nunquàm posse, sed semper easdem præsentibus litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenariis, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus.

§. 5. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Almi Urbis nostræ Governatori, & causarum Curie Camerae Apostolicæ generali Auditori, & eorum cuilibet per easdem præsentibus committimus, & mandamus, quatenus statim, atque præsentibus nostræ litteræ illis præsentatæ fuerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quæcumque per se, vel alium, seu alios debite executioni demandent, seu demandari procurent, & contra Inobedientes, præmissisque contravenientes opportunis juris, & facti remediis appellatione postposita procedant, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus, quoad ea quæ præsentibus sunt contraria, prædictis dicti Urbani Prædecessoris litteris, ac piz memor. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac quatenus opus foret, nostra de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon privilegio fori eorumdem Notariorum, aliisque privilegiis indultis, & litteris Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§.7. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro futuri illorum derogatione de illis, eorumque rebus et nobis specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio faciendi, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferrentur, & exprimerentur, presentibus pro expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad premissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.8. Ut autem presentes, & in eis contenta quaecumque omnibus innotescant, & ne aliquis eorum ignorantiam pretendere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem presentes per aliquem, seu aliquos excusforibus nostris ad Ecclesiam Lateranensem, ac Basilicam Principis Apostolicorum de Urbe, necnon Cancellariam Apostolicam valvas, ac in acie Campi Florae affigantur, & publicentur, quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulas, quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, & notificatae fuissent.

§.9. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

D.P. A. 2. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, die 3. Febr. sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1652. Pontificatus nostri Anno octavo.

Publicatio. Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1652. Indictione quinta, Pontificatus D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papa X. anno eius octavo, die vero 7. mensis Februarii supradicta Constitutio affixa & publicata fuit in Ecclesia Lateranensis, ac Basilica Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellaria Apostolica valvis, ac in acie Campi Florae, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Hieronymum Mascellam Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Pro Mag. Cursores Laurentius Barbigionus Curf.

L I. Super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum, eorumque reductione ad statum saecularem, & bonorum applicatione, ac prohibitione erigendi nova loca Regularia in Italia, & Insulis adjacentibus. Reperiuntur Tomo 4. ordine, 27. fol. 281. incipit: Instauranda.

L II. Constitutio innovans Sanctiones canonicas contra Falsarios litterarum Apostolicarum, cum illarum declaratione, extensione, & novarum poenarum adjectione. Habetur Tomo 4. 28. in ordine fol. 283. incipit: In supremo.

L III. Declarantur, & desinituntur quinque propositiones in materia Fidei, Reperiuntur Tomo 4. 31. in ordine, fol. 287. incipit: Cum occasione.

L IV. Confirmatio Privilegiorum Ordinis Monachorum Congregationis Cisterciensis,

De istorum Monachorum Congregatione postavi ad Constitus. 155. In sede, &c. & ad Constit. 17. Alias à nobis, Urbani VIII. in Appendice Tomi 4.

Edita A.D. 1653. INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator generalis Ordinis Cisterciensis, quod ipse privilegia, gratias, & indulgentias à diversis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris dicto Ordini concessa, & successivè ab illis, praesertim verò Greg. Papa

XIII. similiter Praedecessores nostros, scilicet, etc. confirmasset, quod firmiore substantant, & ab omnibus arctius observentur, Apostolicam nostram confirmationis patrocinio communiti summo perè desiderant.

§. 2. Nos igitur eundem modernum Procuratorem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendam, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter preces inclinati, omnia, & singula privilegia, gratias, & indulgentias per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros eidem Ordini quomodolibet concessa, dummodo in usu, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint in eisdem supplemus.

§. 3. Decernentes illa, necnon ipsas presentes litteras semper, & perpetuè valida, firma, & efficacia existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse perpetuè observari, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1653. Pontificatus nostri anno nono.

In causa Angelopolitana jurisdictionis in Indiis Occidentalibus novae Hispaniae. Reperiuntur Tomo 4. 29. in ordine, pag. 284. incipit: Cum sicut.

Declaratio nullitatis Litterarum Senatus Mediolani, & Edicti Gubernatoris Status Mediolanensis super observatione festivitatis S. Dominici in dicto Statu. Habetur Tomo 4. 30. in ordine, pag. 287. incipit: Cum Nuper.

Super subiectione Capellanorum Massae Capituli Ecclesiae Metropolitanae Januensis in iis, quae spectant ad servitium Ecclesiae.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Liàs à Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritiibus praepositis emanavit Decretum tenoris sequentis, videlicet. Cum referente Eminentissimo, & Reverendissimo, D. Cardinale Sachetto fuerint denudè propositae controversiae exortae inter Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Ecclesiae ex una, & Capellanos de Massa ejusdem Ecclesiae partibus ex altera super obedientia praestanda in Choro, Capitulo, & Canonicis in iis, quae concernunt servitium Ecclesiae super usu nominis Collegii, & super aliis prerogativis

A censur

Confirmat

Decretum irritum

Transumptis

D. P. A. die 16.

L V. Edita A. 1653. 14. Mass. Pont. An. 9.

L VI. Edita A. 1653. Off. Pont. A. 9.

L VII. Edita A. 1654.

Edita A. 1654.

Edita A.

tivis per eisdem Capellanos præsentis S.R. Congregationis censuit, & declaravit, servandum esse Decretum aliis editum, sub die 23. Martii 1652. Capellanos scilicet de Massa esse subiectos Capitulo in illis, quæ spectant ad servitium Ecclesiæ, prout subsunt Capitulares, & alii ejusdem Ecclesiæ. Die 24. Augusti 1652.

infirmat
ut in
§. 1. Cum autem firmiter sint ea, quibus Sedes Apostolicæ accedit auctoritas, idcirco Nos supplicationibus dilectorum filiorum eorundem Capituli, & Canonicorum diocesis Ecclesiæ Januensis Nobis desuper humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes præfatas literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illæ concernunt, & in futurum quomodolibet concernent, inviolabiliter, & inconcussè observari.

decretum
infirmat
§. 2. Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditorum judicari, & diffiniti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

infirmat
ut in
§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon diocesis Ecclesiæ Januensis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

P. A. 10.
27. Janu.
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1654. Pontificatus Nostri anno decimo.

VIII. Decretum super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis.

Dicurna experientia compertum est, Monasteria Congregationis Cassinensium, tunc maximo bonorum temporalium incremento floruisse, cum Cellerarii demandatam sibi œconomicam curam non pro suo arbitrio, & auctoritate, sed consulto in omnibus proprio Abbate, eoque dirigente, fideliter administrarent, inutiles refecando sumptus, à profusis munerum largitionibus abstinendo, necnon Animalium, & Agriculturæ industriam non in sui, sed Monasteriorum commodum, & utilitatem convertendo, exactasque pecunias Depositorio integrè tradendo in communi arca asservandas: Ad quod etiam multum semper contulit eorum Prælatorum vigilantia, qui rationes introitus sedulo, ac frequenter subducentes, præmissis diligenti examine, quid fraudis, vel præjudicii intervenerit, omnia ad fidelem calculum revocarunt, prout Constitutiones Apostolicæ, ac ejusdem Ordinis Statuta providè disponunt. Verum quia in quibusdam Monasteriis tam salubres Ordinationes, Cellerariorum incuria, & quandoque etiam malitia, nimis que Superiorum Indulgentia negliguntur, & timendum est, ne si hujusmodi malum subrepat, tractu temporis eorundem Monasteriorum ruina subsequatur, idcirco.

§. 1. Sanctissimus D.N. auditore voto Congregationis S.R.E. Cardinalium negotiorum, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, innovando in primis Constitutionem sancti mem. Clementis VIII. sub die 6. Martii 1593. eidemque pro firmiter contentorum observantia graviores pœnas addendo, prohibet omnibus, & singulis Cellerariis, aliisque eorum Ministris, sive Monachis, sive Commissis, quibus bonorum administratio quocunque modo incumbit, quominus audeant redditus, ac proventus suppressere, vel minuere, rerum quaruncunque pretium alterare, negotiationibus sese immiscere, animalium, seu agriculturæ industriam sibi appropriare, aut munera contra for-

mam præfate Constitutionis elargiri, sub pœna privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis eo ipso incurrenda, à qua, præterquam à Sede Apostolica, dispensari non valeant; obstringendo Abbates, quatenus cum primùm ipsa de hujusmodi transgressionibus innotuerit, ad executionem præfatarum pœnarum, nullâ interpositâ morâ procedant, alias eisdem ipsi pœnis subiaceant, ac dignitate Abbaciali priventur.

§. 2. Insuper ut omnes pecunie quacunque ex causa ad Monasterium pertinentes, à Cellerariis dietim, prout exiguntur, Depositorio consignentur, & in arcam deponantur duabus clavibus diversis obseratam, quarum altera penes Cellerarium, altera verò penes eundem depositarium asservari debeant: arca verò ipsa unâ cum rationum Codice in Abbacia, tanquam in loco tutiori, & sub oculis ejusdem Abbatis custodiatur, à qua nec obolus quidem extrahi possit, nisi præcedente mandato in scriptis Cellerarii, non quidem sibi, sed iis directo, quibus pecuniæ persolvendæ fuerint, expressa causa, & summa, necnon, manu etiam Abbatis firmato, cujus tenor de verbo ad verbum in destinato libro registretur. Quid si Abbatem fortè abesse contigerit, tam Codex, quam arca Superioris Monasterii custodia committatur.

§. 3. Computa, jura, introitus, & exitus, tam quoad pecunias, quam victualia quacunque, aliæque omnia in ipsius Monasterii quotidianas necessitates expensâ, consumpta, aut distributa, singulo quoque mense, quæ verò in agrorum culturam, aut fructuum collectionem, quolibet trimestri Abbati, Priori, ac Decanis fideliter exhibeantur, quibus præfati non modo se subscribant, sed etiam juramento confirmant, singula diligenter examinasse, nihilque in iis fraudis contra formam præsentis Decreti invenisse. Quid si qui defraudasse, & veritatem proventuum, & expensarum non expressisse inventi fuerint, nedum incurrant pœnas superius expressas abique ulla spe impetrandæ dispensationis, verum etiam de furto, ac perjurio puniantur.

§. 4. Quæ omnia ut exactius observentur, Sanctitas Sua PP. Visitatoribus seriò injungit, quatenus in eorum visitatione super præmissis diligenter inquireant, & si quid in contrarium commissum, aut omisium repererint, contrafacientes in prænaratas pœnas incidisse, & à suis officiis suspensos respectivè declarent, donec in primo futuro Congressu Diocesis, vel Capituli ad executionem pœnarum, ut supra, inflictarum, procedatur, sub pœna pariter privationis Dignitatis Abbacialis, necnon vocis, activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, seu alia, consequenda, rehabilitatione Sedi dumtaxat Apostolicæ reservata, ab ipsis quoque Visitatoribus incurrenda.

§. 5. Et quia fidele servitium, & accurata in executione præmissorum diligentia tunc sperari poterit, si Cellerarii cum gravitate morum, tum vitæ probitate conspicui fuerint: ea propter Sanctitas Sua mandat Abbacibus, ut in hujusmodi deputationibus faciendis auditore prius consilio Seniorum, non nisi Religiosum gravem, probatum, ac inter Decanos adscriptum Diffinitoribus, aut Regimini promovendum proponant, quemque aptiorem esse secundum Deum judicaverint, ac talem proprio juramento in scriptis attestentur: Secus dicta deputatio nulla sit eo ipso, & Prælati in proxima Diocesi, vel Capitulo debitè puniantur. Romæ die nona Januarii 1654.

Super subiectione nonnullorum conventuum jurisdictioni Ordinarii, tanquam Sedis Apostolicæ delegati. Reperitur Tomo 4. 32. in ordine, pag. 288. incipit: Ut in parvis.

IX.
Edita A.D.
1654. 10.
Febr. Pont.
A. 10.

Confirmatio literarum Urbani VIII. pro Congregatione Lateranensi Canonorum Regularium Ordinis S. Augustini, alienandi bona stabilia pro summa centum millium scutorum, pro solutione Montium Cameralium.

Consimilem facultatem alienandi bona stabilia tribuit Urban. VIII. Congregationi Cassinensi. ut in Const. 250. Exponi Nobis, &c. & in Const. 233. Alias à Nobis.

INNOCENTIUS PAPA X.
Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Abbatis Generalis, & Visitorum Collegiarum Congregationis Lateranensis Canonorum Regularium Ordinis S. Augustini Nobis expositum fuit, quod cum Congregatio prædicta ob vigentia in Lombardia, & Pedemontio bella, ingenti ære alieno cum Camera nostra Apostolica ratione montium Cameralium, nonnullorumque censuum, pro solvendis montium suorum fructibus, & aliorum de licentia Sedis Apostolicæ creatorum contracto adhuc gravata reperitur, ipsi habitis cum participatione, & consensu Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Portuensis S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati ejusdem S. R. E. Vicescancellarii, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam prædictam tunc temporis Protectoris, pluribus inter se congressibus, quo eadem Congregatio ab ære alieno hujusmodi liberari valeat, expensas quascunque per eandem Congregationem, illi que Monasteria fieri solitas, quæ præcisè necessaria non sunt, licet illæ à Constitutionibus ipsius Congregationis hæcenus approbatae reperiantur, in posterum rescandas fore, ac præterea singula dictæ Congregationis Monasteria in propria Diocesi, & Provincia respectivè portiones æris alieni prædicti, ipsa Monasteria contingentes, pecuniis ex creationibus, & impositionibus annuorum censuum super eorundem Monasteriorum bonis respectivè, aut eorundem bonorum ad longum tempus locationibus, seu etiam ipsorum bonorum minus utilium venditionibus, aut quocunque alio dictis Monasteriis minus dispendioso modo colligendis extinguere debere, reservato nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito decreverunt, & ordinarunt.

Maria. alienandi.

¶ 1. Cum autem sicut eadem expositio subungebat concessa Abbatibus Generalibus, & Visitoribus dictæ Congregationis ad effectum æris alieni hujusmodi extinguendi per sel. record. Urbanum Papam VIII. Prædecessorem nostrum per suas in simili forma Brevis die 20. April. 1637. expeditas literas, bona stabilia dictæ Congregationis pro summa centum millium scutorum monete Romanæ dumtaxat, cum approbatione dicti Francisci Cardinalis alienandi licentia, quæ nos subinde per nostras in eadem forma Brevis, die 31. Julii 1646. expeditas literas confirmavimus, & approbavimus, nondum totaliter executioni demandata sit, ipsique exponentes, quia idem Franciscus Cardinalis Congregationis hujusmodi Protector esse desit, facultatem approbandi alienatione bonorum stabilium hujusmodi pro ea parte, pro qua licentia prædicta nondum consumpta est, Tibi qui ejusdem Congregationis apud Nos, & Sedem prædictam Protector existis, tribui summopere desiderant, cumque iidem exponentes plurimum vereantur, ne super executione decretorum, & ordinationum per eos, ut præfertur, factorum, particulares Monasteriorum prædictorum Superiores controversas, & difficultates suscitent, quibus optata per eos dictæ Congregationis ab ære alieno prædicto liberatio in grave ejusdem Congregationis dispendium impediatur. Idcirco iidem Ex-

ponentes Nobis humiliter supplicari fecerant, ut sibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶ 2. Nos igitur eorundem Exponentium votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, eoque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, necnon prædictarum Urbani Prædecessoris, & nostrarum literarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ac de tua prudentia & rerum agendarum peritia plurimum in Domino confisi, circumspectioni tuæ si, & in quantum prædicta licentia alienandi bona stabilia dictæ Congregationis pro summa centum millium scutorum monete Romanæ dumtaxat nondum consumpta sit, ut præfertur, alienationes bonorum stabilium Congregationis hujusmodi in omnibus, & per omnia, quemadmodum dicto Francisco Cardinali in vim prædictarum Urbani Prædecessoris literarum concessum reperitur, servatâ omninò eorundem literarum formâ, & dispositione, auctoritate nostra Apostolica arbitrio tuo approbandi facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, & impartimus.

Commissio nova facta tatem probanda cum alienatione bonorum stabilium

¶ 3. Decernentes ea, quæ cum approbatione tua in executionem dictarum literarum Urbani Prædecessoris fient, perinde valida, firma, & efficacia existere & fore, ac si cum approbatione dicti Francisci Cardinalis facta fuissent. Ac insuper eidem circumspectioni tuæ per easdem presentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, seu alios, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Exponentium prædictorum requisitus fueris, quoscunque particulares Congregationis prædictæ Superiores, ac Canonicos Regulares ad decreta per ipsos Exponentes facta pro bono dictæ Congregationis regimine circa refectionem expensarum præcisè non necessarium per ipsam Congregationem, eju que Monasteria fieri solitarum, licet à Constitutionibus hæcenus, ut præmittitur, approbatae reperiantur, necnon super extinctione portionum æris alieni prædicti singula Monasteria hujusmodi contingentium per ipsa Monasteria in propria Diocesi, & Provincia respectivè modis præmissis faciendâ, omni & quacunque appellatione, recurso, & reclamatione postpositis recipiendum, ac debitæ executioni demandandum, opportunis juris, & facti remediis auctoritate nostra prædicta arbitrio pariter tuo cogas, & compellas.

Contrariis derogat.

¶ 4. Non obstantibus recolend. mem. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, necnon præmem. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, necnon Congregationis, & Monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illiusque Monasteriis, ac Superioribus, & Canonicis Regularibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 3. Martii 1654. Pontificatus nostri Anno decimo.

D.P. A. 10 die 3 Martii

Confirmatio

Confirmatio Ministri Generalis Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, hac tamen lege adjecta, ut singulis sexenniis convocari debeat Capitulum Generale.

Istius Ordinis materiam, & confirmationem Privilegiarum habes ad Constitut. 25. Gregor. XV. & quod ministerium Redemptionis Captivorum in omnibus spectet Fratribus Calceatis dimitta- 2. al. habes ad Constitut. 278. Exponi Nobis, Urbani VIII.

INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

In eminenti Sedis Apostolicæ speculâ, meritâ licet imparibus, per abundantiam divinæ misericordiæ universalis Ecclesiæ regimini præsentibus, Religiosorum virorum sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis addictorum tranquillitati, & felici directioni, quantum Nobis ex alto conceditur, libenter intendimus, ac desuper Officii nobis divinitus commissi partes interponimus, prout matura consideratione adhibita conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Claudii Ralle Fratris expressè Professi Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Nobis nuper expositum fuit, quod cum post obitum Ludovici Petit totius Ordinis prædicti dum vixit Ministri Generalis, intimatum quatuor Provinciis ejusdem Ordinis Franciæ scilicet Picardiæ, Campaniæ, & Normandiæ, quibus jus eligendi Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi, dum pro tempore idem Ordo Ministro generali destitutus est, ex innumeratione trecentorum, & amplius annorum consuetudine privativè ad alias dicti Ordinis Provincias, ut asseritur, competit, futuri Ministri Generalis in locum ejusdem Ludovici defuncti immediatè faciendâ electione de anno 1652 in Conventu S. Martini Parisiensis, Ordinis hujusmodi, prædictus Claudius tunc ejusdem Conventus Minister, in Ministrum Generalem dicti Ordinis Canonice cum omnibus modis, formis, & solemnitatibus in similibus hæctenus servari solitis electus fuisset, ipseque Claudius electionis hujusmodi confirmationem de more antecessorum suorum in prædicti Ordinis Ministros Generales similiter electorum à Nobis, & Sede Apostolica humiliter petisset, Nos electionis prædictæ examen, totiusque rei discussionem Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis commisimus.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dilecti pariter filii Provinciarum Hispaniæ & Italiæ dicti Ordinis Provinciales contra eandem electionem insurrexerint, illamque mota desuper lite, & controversia ex diversis capitibus, videlicet ex eo, quod ipsi non vocatis, nec intimatis, contra Regulas, seu Statuta ejusdem Ordinis, necnon juris communis, & quarundam Constitutionum fel. rec. Innocentii III. Clementi I V. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Ordinis prædicti confirmatoriarum dispositionem, factam fuisse, quodque alias tunc existentes Provinciales Provinciarum Hispaniæ, & Italiæ hujusmodi similibus electionibus, & signanter de annis 1473. 1502. 1509. rel. peccativè, licet cum protestatione intervenissent, nullam, & invalidam esse prætenderint: Nobis propterea idem Claudius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur dictam Claudium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab ho-

mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinari, de eorumdem Cardinalium, quibus prædictas supplicationes examinandas commisimus, consilio, ad evitanda incommoda, quæ facile oriri possent, si diutius Ordo prædictus sine capite permaneret, prænaratam electionem de persona dicti Claudii, super idoneitate, ac zelo multipliciter commendari, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & quoscunque defectus, si qui quomodolibet desuper intervenierint, supplemus, salvis tamen juribus in futurum utriusque partis, tam in petitorio, quam in possessorio: hac tamen lege adjecta, ut singulis sexenniis convocari debeat Capitulum Generale dicti Ordinis loco, & tempore à Capitularibus in immediatè præcedentibus Capitulis Generalibus ipsius Ordinis designandis, cum interventu ipsiusmet Ministri Generalis, omniumque Provincialium totius Ordinis hujusmodi, cum uno socio pro quolibet à singulis Provinciis ejusdem Ordinis in antecedenti earum Capitulo Provinciali eligendo, & in eo sine acceptione secundum Deum, sacrosque Canones & Ordinis hujusmodi Instituta, delinquentium tam Superiorum, quam Subditorum quorumcumque corrigantur excessus, ac de salute animarum, & de conservatione ipsius Ordinis, ejusque Domorum indemnitate tractetur, & statuatur, quod fuerit regulariter statuendum.

§. 4. Et quoniam non sine magna admiratione contemptum est, Religionem prædictam in præcipuis Europæ Regnis diffusam, cujus quamplurimi Cœventus viris cum doctrina, tum pietate efflorescunt, Constitutiones Generales non agnoscere, quibus communiter gubernentur. Idèò Venerabili Fratri Nostrò Martio Episcopo Albanensi S. R. E. Card. Ginetto nuncupato Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori per Capitulum Generale dicti Ordinis, quamprimum fieri poterit, in hac Alma Urbe convocari faciat, in quo ipse Minister Generalis, & alii prædicti sub pœnis arbitrio nostro in casum contraventionis incurrendis interesse, ibique Statuta, Constitutiones, Ordinationes, ac omnia, & singula, quæ in spiritualibus, ac temporalibus ipsius Religionis, ac Regularis discipline statum, gubernium, observantiam, & indemnitem quoquo modo concernere poterunt, per totum Ordinem prædictum servanda proponi, & defini debent, quæ tamen antequam publicentur, Congregationi eorumdem Cardinalium examinanda, corrigenda, & approbanda exhibeantur.

§. 5. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicut in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, & Provincialibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, ac Provinciis, & Fratribus quibuscumque in contrarium præmissarum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum, effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Augusti 1654. Pontificatus nostri anno decimo.

Quid sit Capitulum Generale fiat in Urbe.

Decernunt ut sit.

Contrarii derogat.

D. P. 17. 12. die 12. Aug.

INNOCENTIUS DECIMUS.

LXII. Quod Commendatarii Monasteria Ordinis Cisterciensis in Commendam obtinentes, non possint Priores, & Officiales ejusdem Ordinis instituere, ac destituere, nec visitare Monachos, eisdemque corrigere.

Edita A. D. 1654. INNOCENTIUS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Supplicatio contra Commendatarios.

Pastoralis Officii Nobis divinitus commissi partes esse cognoscimus, ut Religiosorum virorum in humilitatis spiritu sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum commodis, & felici directioni intendentes, illos à dispendiis quibuslibet, quantum Nobis ex alto conceditur, asseramus.

§. 1. Sanè pro parte dilecti filii Claudii Abbatis Generalis Ordinis Cisterciensis per ejus Procuratorem Nobis nuper expositum fuit, quòd licet peculiariter Ordinis prædicti privilegia à quampuribus Romanis Pontificibus, & signanter à fel. rec. Pio II. Sixto V. Innocentio VIII. Pio IV. Pio V. & Gregorio XIII. Prædecessoribus nostris concessa, & confirmata respectivè disponant, ac declarent, quòd Commendatarii Monasteria dicti Ordinis in Commendam obtinentes nullam in Monasterio sibi commutato quoad eorum Monachos jurisdictionem exercent, sed visitatio Ad Abbatem Cistercii, & quatuor Primores, quemlibet in sua generatione juxta formam antiquorum privilegiorum pertineat, ac Monachi ipsorum Monasteriorum Commendatariorum dictum Abbatem Cistercii, & primos quatuor, ac eorundem Commissarios ad eandem visitationem recipere, & in eorum manibus profissionem emittere debent. Commendatarii verò ne quempiam propter delictum ejiciant, sed quotiescumque Monachi quid admiserint, quòd quidem animadversione dignum sit, id quamprimum Priori Clausurali, vel Commissario significent, qui correctionem juxta Ordinis prædicti statuta faciat, ac demùm Prior, & Subprior in iisdem commendatis, seu commendandis Monasteriis Officiales spirituales, & temporales dicti Ordinis professi, & non sæculares per Commendatarios, etiam si S. R. E. Cardinales fuerint, instituuntur. Et præterea Concil. Trid. decreto sess. 2. c. 20. statutum reperitur, ut Priores Clausurales, aut in Prioratibus Conventuum habentibus Superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituuntur: Ac insuper à Congregatione venerabilium fratrum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita resolutiones præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis innixæ emanaverint die secunda Augusti 1647. quibus tunc existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Poloniae Nuncio injunctum fuit, ut seridè invigilaret ne Commendatarii hujusmodi, & signanter dilectus pariter filius Alexander Donhoff Commendatarius Monasterii Andreeviciensis Ordinis prædicti, Cracoviensis Dioc. circa Officialium electiones, vel circa Monachorum vitam, & mores, cæteraque Institutum regulare spectantia se ingererent: Nihilominus iidem Commendatarii passim, & in primis prædictus Alexander Donhoff in vim literarum Apostolicarum super eorundem Monasteriorum commendis expeditarum, in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio, tam in spiritualibus, quàm temporalibus plenariè committitur, præterdunt jus instituendi, ac destituendi Priores, & Officiales claustrales visitandi, corrigendi, statuendi, Ordinandi, & exercendi ea, quæ Institutum regulare contingunt, eorundemque Commendatariorum nonnulli non contenti redditibus, ac fructibus, quorum majorem partem ex opulentioribus dicti Ordinis Monaste-

riis colligunt, in alienam insuper messem, veluti in electiones, ac depositiones Priorum, ac Subpriorum, aliorumque Officialium, ac etiam in Visitaciones, & Monachorum correctiones falcem mittere præsumentes, prædicta privilegia, & Constitutiones Apostolicas contempni habent in grave ejusdem Claudii Abbatis, imò universi Ordinis prædicti jurium præjudicium.

§. 2. Quare idem Claudius Abbas Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Claudium Abbatem specialibus favoribus, & gratis profsequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exiit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de prædictorum Cardinalium consilio inhærentes præallegatorum Summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum privilegia Ordini Cisterciensis hujusmodi concessis, ac decreto ejusdem S. Concilii Tridentini, ac resolutionibus aliis desuper factis, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, decernimus, ac statuimus non licere Commendatariis Priores, Subprios, aut Officiales Clausurales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eisdemque corrigere, nec facultates eisdem in literis Apostolicis concessas, & expressas, prout supra, ad ea, quæ Institutum regulare concernunt, ac tenore prælibatorum privilegiorum, & S. Concilii dispositione Monastico regimini relinquuntur, trah. posse, ac debere.

§. 3. Ideòque dilectis filiis nostris, & Sedis prædictæ Nunciis, sive etiam locorum Ordinariis, vel dicti Ordinis Conservatoribus per easdem præsentibus injungimus, ut quotiescumque requisiti fuerint, ab ejusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatarios per censuras, & alia juris remedia, implorato etiam si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, cohibeant, & compescant, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 4. Decernentes præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore sp. & ab inviolabiliter observari, sicque in iisdem præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac tec. mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque Cœciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon prædicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 25 Septembris 1654. Pontificatus nostri Anno decimo.

ALEXAN

195

ALEXANDER VII.

PONTIFEX CCXLI

ANNO DOMINI MDCLV.



ALEXANDER VII. Senensis, Fabius antea dicitur Flavii Chisii Filius, S.R.E. Presbyter Card. tit. S.M. de Populo, Romæ die 7. Aprilis Summus Pontifex pronuntiatus anno Domini MDCLV. & die 18. ejusdem mensis, & anti coronatus. Creavit Cardinales 38. Obiit 22. Maii 1667. & in Basilica Principis Apostolorum sepultus est. Vacavit Sedes dies 29.

Iubileum universale ad implorandum Divinum auxilium initio sui Pontificatus, pro salutari Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ regimine, & pro pace inter Principes Christianos.

Inbilen hujusmodi indixere Sixt. V. Constit. Virium nostrarum. Greg. XV. Constit. 2. Spiritus. Urb. VIII. Constit. Æternus. Innocent. X. Constit. 1. Immenis. Tom. 4.

Act. A. Di. 1655.

ALEXANDER PAPA VII.
Universis Christi Fidelibus, ad quos presentes literæ pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Sordium.



NIGENITUS Dei Filius D.N. JESUS-CHRISTUS, cujus inscrutabili providentia stant universa; immensam suam erga nos bonitatem charissimo testimonio manifestavit, cum humilitatem nostram ad regimen universalis Ecclesiæ pretiosissimo suo sanguine acquisitæ, nullo meritorum nostrorum suffragio vocavit, Nobisque Vicariam ejus in terris potestatem demandavit. Quia in te sicuti divinæ voluntati Bullarii Magni Tom. V.

obsequentes imposito jugo collum humiliter supposuimus, ita dum suscepti oneris gravitatem, & luctuosum Reipublicæ Christianæ assiduis bellorum motibus tot per annos agitata statum attentè contemplamur, anticipaverunt vigilias oculi nostri, meritoque veremur, ne impendenti Nobis curarum mole succumbat virium nostrarum imbecillitas. Et quamvis in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se infirmari non patitur, spem nostram collocantes omnem pro salute commissi Nobis à Cælo Gregis laborem alacriter subire parati simus, hisque quod ad Pastoralis officii partes spectat prætermittamus, ut sedatis inter Principes Orthodoxos dissensionibus, amissa Pax Orbi Christiano restituatur; atamen quia vani sunt humani conatus, nisi gratiæ cælestis ope adjuventur, ad vestrum omnium, quibus nostra impendenda est sollicitudo, orationes ex more Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum confugere decrevimus, ut exoratus communibus precibus Dominus, qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat, confortet Nos in potentia virtutis suæ, & optatæ cælestis lætitiæ tranquillitatis.

§. I. Hoc autem ut fructuosius fiat, & majori cum spiritus ardore peragatur, ejusdem Ecclesiæ thesaurus, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis

Fideles ad orandum hortatur.

R

tentis

ventis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christi Fideles, tam in alma Urbe nostra, quam extra eam ubi fuerit locorum constitutos Apostolica auctoritate patre requiritimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordie sue fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare dignetur; Nobis verò copiosum sue gratie spiritum largiatur, quo instructi cuncta consilia, & actiones nostras ad Nominis eius gloriam, fidelitatemque, & animarum nostrarum salutem dirigere valeamus.

Proces. & operariis tatis operariis scribit.

§. 1. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus licet indignis contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus in alma Urbe præfata degentibus, qui Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris ejusdem Urbis Ecclesias, seu Basilicas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum proximarum hebdomadarum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam reverenter sumperint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint.

Extra Urbem faciendâ decernit.

§. 2. Cæteris verò extra Urbem præfata ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinaris locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officialis, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctissima Communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem præfaram concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur.

Ad quid tenentur Navigantes, & iter agentes.

§. 3. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & visitatâ Ecclesiâ Cathedrali, vel majore aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant.

Regularibus, aliisque impeditis concedit.

§. 4. Regularibus autem personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuè degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Confessoris eligentem permittit.

§. 5. Insuper omnibus, & singulis Christi Fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, & Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam secularem, quam cujusvis Ordinis, vel Instituti regularem et approbatum, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis Sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causalibus, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alijs per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientie, & hac vice tantum absolvi, & liberare valeant.

§. 6. Et insuper vota quæcumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare injunctâ tamen eis, & eorum cuilibet in supra dictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 7. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obediencie districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant Ecclesiâque, seu Ecclesias visitandas designent.

Publicari jubiliâ præcipit.

§. 8. Non intendimus autem per præsentem super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi etiam in foro conscientie; neque etiam eisdem præsentibus iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Contrariis derogat.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolviendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentione, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; necnon regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, & approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effectum præsentium derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. U. autem præsentem nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius perveniant, volumus, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus

Transumptis fieri sibi.

Notarij

ALEXANDER SEPTIMUS.

155

Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ubique locorum, & gentium eadem prorsus Fides habeatur, quæ haberetur ipsi presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Junii 1655. Pontificatus nostri anno primo.

A. I.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 14. Maij 1655. Pontificatus nostri Anno primo.

II.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione 8. die vero decima quinta mensis Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divini Providentiæ Papa VII. anno ejus primo supradictum Breve affixum, & publicatum fuit, ad vltimas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Vrbe, & in acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Iosephum Marshertum Sanctiss. D. N. Papa Curforem. Ioannes Antonius Bertarellus Curs. Promag.

II.

Confirmatio Statutorum Universitatis Artis Aurificum de Urbe.

Artium Consules eorum Statuta observare debent. Pius IV. Constit. 8. §. 29. Non possunt reassumere causas mercedum, & miserabilium personarum à Majoribus Magistratibus: ibidem §. 73.

A. D.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

applicatio.

Exponi nuper fecerunt dilecti filii Paulus Cangianus Consul, & Camerarius, ac Nicolaus de Martino, Marchionus Albinus, & Hieronymus Saxus Consules, ac alii Officiales, & Deputati Universitatis Artis Aurificum de Urbe, quod ipsi omnia, & singula Statuta aliâ pro facili dictæ Universitatis regimine condita, & aucta, ac à fel. rec. Iulio II. Gregorio XIII. Paulo V. & Innocentio X. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmata, quo firmiora persistant, & ab omnibus Artibus observentur, Apostolicæ nostræ confirmationis præsidio communiti summopere desiderant.

§. 1.

Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Statuta prædicta, ac declarationes de super in plena dictæ Universitatis Congregatione post modum factas dummodò tamen ipsius, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur, Cameræque nostræ Apostolicæ iuribus non præjudicent, & monopolis anam non præbeant, Apostolica autoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 2.

Decernentes illa, necnon præsentis literas semper & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debent, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Bullarii Magni. Tom. V.

Contra Superiores Cõgregationis Cælestinorum Ordinis S. Benedicti, qui favores extra suum Ordinem attendentes, Officia, Dignitates, ac gratias concedunt: & contra eisdem Monachos dictos favores conquiritentes.

Cælestini Monachi sic appellantur, quia à Cælestino V. instituti sunt. Clem. V. in Const. 4. §. 10. tom. 1. Recepti fuerunt sub protectione Sedis Apostolicæ à Benedicto XI. in ejus Constit. 2. tom. 1. Cælestinis ambitum interdixit Paul. V. Const. 94. tom. 3.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Liàs emanarunt à fel. record. Paulo Papa V. prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis tenoris sequentis videlicet: Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam nemo debet assumere sibi honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vitæ Instituto valde alienum est, ut religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus sanctitate vitæ, ac aliis religiosi virtutibus potius promereri, quam appetere, eoque gradus cum ad eos assumuntur, obedienter suscipere, susceptosque humiliter administrare decet, mendicatis sæcularium præsertim personarum studiis ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei scandala, & damna exoriri solent.

§. 1. Nos qui pro muneris nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristina observantia restituantur, hoc malum à Congregatione Cælestinorum Ordinis S. Benedicti, cuius prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesiæ Sanctæ utilitatē sinceris desideramus affectibus, propellere cupientes: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulos Monachos dictæ Congregationis, cuiuscunque gradus, status, conditionis, præminentia, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dictæ Congregationis assequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, & aliarum quarumcunque personarum, tam sæcularium, quam Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis illicitis directe, vel indirecte, palam, vel occulte ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut et à sponte oblati, & minime acquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores vinculo excommunicationis lætæ sententiæ, à qua non nisi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, præterquam in mortis articulo constituti absolvi queant, innodamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad quascunque Prælaturas, dignitates, officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda perpetuò in his declarationibus, ac obtentis per eos Prælatibus, gradibus, honoribus, & dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatorum voce, tam passiva, quam activa eagrè decernimus, & declaramus.

§. 2. Atque in virtute sanctæ obediencie, ac sub excommunicationis etiam lætæ sententiæ pena omnibus dictæ Congregationis Monachis, Superioribusque, &

solvoit à iuribus.

confirmat sententiam in ob.

Decretum irritum.

Edita A. 1655

Recenset liter. Paul. V.

Interdicti prout in sub.

R 2 Prælati

Prælati quocumque titulo nuncupatis, etiam Abbati Generali præsentibus, & futuris præcipimus, ditricteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, seu Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam secularium, quam Ecclesiasticorum extra dictum gremium existentium præfatorum, ad cuiusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia dictæ Congregationis contra præsentium dispositionem (quod absit) quandocumque facienda, & pro tempore obtinenda, nullas prorsus invalidasque fore, & esse, ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes sententias, & pœnas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores etiam S.R.E. Cardinales judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ordinibus, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si prædictis Monachis, vel quibusvis alijs communiter, aut divisim ab Apostolica sic Sede indultum, quod interdici, suspensio, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Ut a item harum literarum notitia ad omnes Congregationis hujusmodi Monachos facilius deveniat, volumus illas pro hac prima vice in singulis dictæ Congregationis domibus Regularibus, & deinde in singulo quoque Capitulo Generali, seu Dieta dictæ Congregationis publicè legi, illasque, ut præfertur, lectas sic omnes actare, ac si unicuique intimatæ fuissent, illarumque exemplis etiam impressis manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis eandem prorsus fidem haberi, quæ præsentibus habetur si eadem exhiberentur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Augusti 1616. Pontificatus nostri anno duodecimo. S. Cobellutius.

§.4. Cum autem, sicut dilecti filii Abbas Generalis, & Procurator Generalis ejusdem Congregationis Cælestinorum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi felici dictæ Congregationis directioni, conservandæque in ea regulari observantiae intenti præinsertas Pauli Prædecessoris literas, quo firmiter in posterum observentur, per Nos innovari, ac excommunicationis, & alias pœnas prædictas ad eos Monachos ejusdem Congregationis, qui ut ab aliqua illius Domo regulari, in qua fuerint Superiorum suorum auctoritate collocati, recedant, vel non recedant, ad extranearum personarum favores similiter confugerint, & alijs in præmissis opportunè, ut infra, provideri plurimum desiderant.

§.5. Nos eosdem Abbatem, & Procuratorem Generales specialibus favoribus, & gratiis prosequi volendam, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdici, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, &

absolutas fore censentes, supplicationibus illorum Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, præinsertas Pauli prædecessoris literas cum omnibus, & singulis censuris, pœnis, & alijs quibuslibet contentis in illis Apostolica auctoritate tenore præsentium innovamus, ac omnes, & singulos Monachos Congregationis prædictæ, cujuscumque gradus, status, conditionis, præminentia, qualitates, & dignitatis existentes, qui de cætero, ut ab aliqua Domo regulari ejusdem Congregationis, in qua fuerint Superiorum suorum auctoritate collocati, recedant, vel non recedant, ad Principum, vel Prælatorum, aut aliarum quarumcumque personarum, tam secularium, quam Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiâ Cardinalatus honore, ac quacumque seculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vinculo excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, præterquam in mortis articulo constituti absolvi possint, pariter innovamus, ipsosque, & eorum quemlibet ad quascumque Prælaturas, dignitates, officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinendum perpetuò inhabiles similiter declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, & administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce, tam activa, quam passiva carere decernimus.

§.6. Mandantes dilectis pariter filiis omnium, & singularum domorum Regularium dictæ Congregationis Superioribus localibus, nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ, & passivæ, ac officiorum per eos obtentorum, necnon perpetuè inhabilitatis ad illa, & similia in posterum obtinenda pœnis eo ipso in casu contraventionis per eos incurrendis, quatenus ipsi in eisdem domibus Regularibus, quibus præsentibus, seu pro tempore præfuerint respectivè singulis primis cujuslibet mensis Dominicis diebus præsentibus literas, seu eorum transumptum in mensa publicè legi faciant, ac illarum exemplum intra claustra cujuslibet domus regularis hujusmodi respectivè in loco conspicuo, in quo legi ab omnibus possit, affixum semper remanere procurent. Ac decernentes ipsas præsentibus, illisque insertas Pauli prædecessoris literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides, in judicio, & extra illud, ac ubique locorum exhibeatur, quæ ipsis præsentibus exhiberetur, si forent exhibere vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Julij 1655. Pontificatus nostri anno primo.

Declarationes Decreti sanctæ mem. Innocentii Papæ X. super subjectione nonnullorum Conventuum jurisdictioni Ordinarii loci, à Sacra Congregatione super statu Regularium editæ, atque à Sanctiss. D.N. approbatæ.

Posito Decreto fel. record. Innocentij Papæ X. super subjectione nonnullorum Conventuum correctioni

Innovat præfatas literas Pauli V.

Præcepti l. genat l. r. rai libet no

D. P. A. die 5. Julij

I V.

rectioni, visitationi, & omnimoda Jurisdictioni Ordinarii loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegati contin-
git dubitari, de infrascriptis:

1. An Episcopus in Conventibus suæ Jurisdictionis subjectis possit Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere.

2. An possit Episcopus à prædictis Conventibus Religiosos amovere.

3. An Regulares eorumdem Conventuum compelli possint ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis.

4. An Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere possit in his, quæ regularem disciplinam concernunt.

5. An Ecclesiæ dictorum Conventuum, & Capellæ Grangiarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura, ab Episcopo visitari possint.

6. An ipsæ Grangie, & Conversi in eis degentes sub sint visitationi Episcopi.

7. Quid in Ecclesiis, seu Capellis Grangiarum in quibus nullus degit Conversus, an similiter sub sint Episcopi visitationi.

8. An liceat Episcopo visitare Conventus, tam suppressos, & postea restitutos, quam non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis reipsa alantur sex Religiosi.

9. An Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ Jurisdictioni suppositos, aut personas in eis degentes, possit à visitationis procuracionem exigere in victualibus, vel in pecunia.

10. An Jurisdictio Ordinariis locorum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis attributa in supradicto Decreto, competat Vicariis generalibus Episcoporum, necnon Abbatibus, & aliis inferioribus Prælati proprium Territorium, ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

11. An Provinciales, & alii Superiores Regulares possint ejusmodi Conventus Jurisdictioni Ordinarii subiectos, & Religiosos in illis degentes visitare, corrigere & punire, omnemque Jurisdictionem in eos exercere, sicut poterant ante dictum Decretum.

12. Si Superior Regularis in causa prævenit contra subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subiecti fabricando processum, vel eum carceri mancipando, an Episcopus possit hujusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere.

13. Si è converso Episcopus prævenit in causa contra Religiosum in tali Conventu commorantem, an Superiori Regulari eo casu liceat illum amovere, & in alio Conventu collocare: & si de facto collocaverit, an nihilominus Episcopus possit causam prosequi, ac Religiosum sic amovum revocare ad primum Conventum.

14. Si Provincialis, vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratibus à tali Conventu removere, an Episcopus prohibere possit.

15. Si à Conventu primum suppresso, ac deinde Religioni restituito absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibi degentium, an gratia restitutionis sit nulla, & Conventus remaneat suppressus ut prius.

16. Quid si à Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absint aliquis è sex Religiosis ibi existentibus, an durante tali absentia, Conventus subiaceat Jurisdictioni Ordinarii.

17. An Religioso illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperet pristinam exemptionem.

18. Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & postea contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, an gratia restitutionis Conventus reviviscat.

19. Ad hoc, ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuò remaneat suppressus propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, an debeat præce-

Bullarii Magni Tom. V.

dere declaratoria Episcopi super facto, prævia causæ cognitione.

20. An ab hujusmodi declaratoria liceat Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum tamen devolutivum, quam suspensivum.

21. Cum ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant esse maturæ ætatis quænam dicatur ad hunc effectum ætas matura.

Sacra Congregatio super statu Regularium ad singula dubia superius proposita hunc in modum respondit, videlicet:

Ad 1. Non posse.
Ad 2. Possè ex rationabili causa, communiò tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus:

Ad 3. Possè compelli.

Ad 4. Possè.

Ad 5. Possè.

Ad 6. Subesse.

Ad 7. Idem subesse.

Ad 8. Minime licere antequam aliunde constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto.

Ad 9. Expedire, ut S.D.N. decernat, & declaret non licere Episcopo tales Conventus visitanti quicquam accipere procuracionis nomine.

Ad 10. Competere.

Ad 11. Possè sicut prius, non tamen privativè ad Episcopum.

Ad 12. Non posse, nisi ex justa causa, veluti cum videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constituere, quam causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur.

Ad 13. Non licere Superiori Regulari Religiosum ab Episcopo inquisitum à loco amovere: & si amovus fuerit, possè Episcopum causam prosequi, & illum quibuscumque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & brachio sæculari, si opus fuerit, cujuscumque loci, in quo Religiosus ille reperitur.

Ad 14. Non posse.

Ad 15. Gratiam ob id non esse nullam, cessante omni fraude, nec Conventum remanere suppressum.

Ad 16. Subjacere durante absentia.

Ad 17. Recuperare.

Ad 18. Non reviviscere.

Ad 19. Debere ita præcedere, nec ante declaratoriam licere Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere.

Ad 20. Licere ad effectum devolutivum tantum, non autem suspensivum.

Ad 21. Ætatem maturam dici ad hunc effectum completo anno quadragesimo.

Declarationes suprascriptas S.D.N. ad se relatas approbavit, & ab omnibus, ad quos pertinet, observari præcepit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ die 27. Julii. 1655.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione 8. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno eius primo, die verò 6. mensis Augusti, supradictam Declarationem affixam, & publicatam fuisse in Ecclesia Lateranensis, Basilica Principis Apostolorum de Urbis, necnon Cancellaria Apostol. Valvis, ac in acie Campi Flora, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Lazzonium Apost. Cursorem.

Pro D. Mag. Curf. A. Castrucini.

Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum, tam Guardiani Sacri Montis Sion, quam Fratibus, necnon locis Terræ Sanctæ.

De locis Terra Sancta lege quænotavi ad Constit. 195. Salvatoris, Urbani VII.

Edita A. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Plis Christi Fidelium votis, ex quibus Sanctorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus, libenter annuimus, & illa quantum nobis ex alto conceditur favoribus Apostolicis confoveamus.

Supplicatio.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Franciscus Ripol Ord. Fratrum Minorum Sæcti Francisci de Observ. nuncupatus Professor, Sacre Theologiæ Lector, ac Prædicator Generalis Provinciæ Caralonæ, necnon Commissarius, & Procurator Generalis totius Familiæ Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assidue excolentium, Sacraque loca venerantium subventionem, necnon ad spirituales Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum, omnia & singula gratias, privilegia, & Indulgentias hucusque Sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata, per Nos eadem auctoritate etiam confirmati, & approbati plurimum desideret.

Abfolvit a censuris.

§. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsūque Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harū serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales ejusdem locis, & illa visitantibus, necnon dicti Ord. Guardianis, & Fratibus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, Sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concil. Trident. Decretis non adversentur, Apostolica auctoritate robore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communitimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus, necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehem, & Nazareth existentibus, & viventibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè poenitentes, & confessi, ac sacra communionem recepti, vel quantumvis id facere nequiverint saltem contriti nomen Jesu ore si potuerint, sin autem corde devocè invocaverint, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & largimur, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Confirmat ut in Rubrica.

Concedit Fratibus in art. mortis indulgentiam.

D. P. A. 1. die 3. Aug.

Da um & o ne apud S. Mariam Major. m, sub Anno 1655. Pontificatus nostri nostri primo.

Innovatio literarum Innoc. X. Quod Commendatarii Monasteria Ordin. Cisterciens. in Commendam obtinentes nullam in Monasteria sibi commendata, quoad eorum Monachos, jurisdictionem exercent.

Cisterciensium Ordo fuit institutus à Divo Roberto, & à Divo Bernardo illustratus, & temporis intervallo valde propagatus. Sixt. V. Constit. 34. tom. 2. Cisterciensium Monasteria Mulieres ingredi prohibuit Gregor. I X. Constitus. 7. §. 2. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Nicolaus Dunin Ord. Cisterciens. in Regno Poloniæ Vicarius, & Visitator Generalis, cæterique Coabbates dictorum Ordinis & Regni per suum in Romana Curia Procuratorem, quoad à fel. rec. Innocentio Papa X. prædecessore nostro, ad instantiam dilecti filii Claudii Abbatis Generalis ejusdem Ordinis de mense Septembris anni proxime præteriti 1654. emanarunt in simili forma Brevis literæ tenoris sequentis, videlicet.

Edita 1655.

Supplicatio.

§. 1. Innocentius Papa X. Ad futuram rei memoriam. Pastoralis officii nobis divinitus commissi partes esse cognoscimus ut Religiosorum virorum in humilitatis spiritu sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum commodis, & felici directione intendentes, illos à dispèdiis quibuslibet quantum Nobis ex alto conceditur asseramus. Sanè pro parte dilecti filii Claudii Abbatis Generalis Ord. Cisterciensis per ejus Procuratorem Nobis nuper expositum fuit, quod licet peculiaribus Ordinibus prædicti privilegia à quâ plurimis Romanis Pontificibus, & signanter à fel. rec. Pio II. Sixto V. Innocentio VIII. Pio IV. Pio V. & Gregor. XIII. Prædecessoribus nostris concessa, & confirmata respectivè disponant, & declarent, quod Commendatarii Monasteria dicti Ordinis in Commendam obtinentes, nullam in Monasteria sibi commendata quoad eorum Monachos jurisdictionem exercent, sed visitatio ad Abbatem Cistercii, & primos quatuor, ac eorumdem Commissarios ad eandem visitationem recipere, & in eorum manibus professionem emittere debeant: Commendatarii verò ne quempiam propter delictum ejiciant, sed quotiescumque Monachi quid admiserint, quod quidem animadversione dignum sit, id quamprimum Priori claustrali, vel Commissario significent, qui correctionem juxta Ordinis prædicti statuta faciat, ac demum Prior, & Subprior in hisdem commendatis, seu commendandis Monasteriis officiales spirituales, & temporales dicti Ordinis professi, & non seculares per Commendatarios, Etiam S. R. E. Cardinales fuerint, instituantur; & præterea Concilii Trident. decreto sess. 25. cap. 20. statutum reperiat ut Piores claustrales, aut in Prioratibus Conventum habentibus Superiores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à Capitulis Generalibus, vel ipsorum Ordinum Visitatoribus instituantur; ac insuper à Congregatione Venerabilium fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita resolutiones præmittant, ac Constitutionibus Apostolicis innixæ emanaverint die 2. Augusti 1647. quibus tunc existentibus nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Poloniæ Nuncio injunctum fuit ut serid invigilaret ne Commendatarii hujusmodi, & signanter dilectus pariter filius Alexander Donhoff. Commendatarius Monasterii Andreoviensis, Ordinis prædicti, Cracoviensis Diocesis, circa officium electiones, vel circa Monachorum vitam & mores, cæterasque Institutum

Recensio cent. 3. Constit.

tum regulare spectantia se ingerent: nihilominus eidem Commendatarii passim, & in primis prædictus Alexander Donhoff in vim literarum Apostolicarum super eorundem Monasteriorum Commendis expeditarum, in quibus hujusmodi Monasteriorum cura, regimen, & administratio tam in spiritualibus; quam temporalibus plenarie committitur, præcedunt jus instituendi, ac destituendi Priores; & officiales claustrales, visitandi; corrigendi; statuendi; ordinandi, & exercendi ea quæ Institutum regulare contingunt: eorundemque Commendatariorum nonnulli non contenti redditibus, ac fructibus; quorum majorem partem ex opulentioribus dicti Ordinis Monasteriis colligunt, in alienam insuper messem veluti in electiones; & depositiones Priorum, & Subpriorum, aliorumque officialium, ac etiam in visitationes; & Monachorum correctiones falcem mittere præsumentes prædicta privilegia, & Constitutiones Apostolicas contempni habent in grave ejusdem Claudij Abbatis immo universi Ordinis prædicti jurium præjudicium: quare idem Claudius Abbas Nobis humiliter supplicari fecit ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum Claudium Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de prædictorum Cardinalium consilio inherentes præallegatorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum privilegiis Ordini Cisterciensi hujusmodi concessis, ac decreto ejusdem Sacri Conc. Trident. & resolutionibus aliis desuper factis, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, decernimus, ac statuimus non licere Commendatariis Priores, Subpriores, aut officiales claustrales instituire, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates eisdem in literis Apostolicis concessas, & expressas, prout supra, ad ea quæ Institutum Regulare concernunt, ac tenore prædictorum privilegiorum, & Sacri Concilii dispositione Monastico Regimini relinquuntur, trahi posse, ac debere.

§. 3. Ideoque dilectis filiis nostris, & Sedis prædictæ Nunciis, live etiam locorum Ordinariis, vel dicti Ordinis Conservatoribus per eandem presentes injungimus, ut quotiescumque requisiti fuerint ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatarios per censuras, & alia juris remedia, invocato etiam si opus fuerit brachii sæcularis auxilio cohibeant, & compeſcant, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 4. Decernentes presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in iisdem præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon prædicti Ordinis etiam juramentis; confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum spe-

cialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis; & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica munitis eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1654. Pontificatus Nostri anno decimo.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungit, ante completam præinsertarum literarum hujusmodi executionem obitus ejusdem Innocentii Prædecessoris supervenit, proindeque cupiant iidem Exponentes pro firmiori earundem præinsertarum literarum substantia illas auctoritate nostra Apostolica confirmari: idcirco Nos eosdem Exponentes specialibus favoribus; & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatim, de Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, præinsertas dicti Innocentii Prædecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis; Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjiciamus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; & ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Innocentius Prædecessor in dictis suis literis præinsertis voluit non obſtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1655. Pontificatus Nostri anno primo.

Concessio Privilegiorum pro nonnullis suis Familiaribus.

ALEXANDER PAPA VII

Venerabilibus Fratribus Hieronymo Farnesio Patris Palatii nostri Præfetto, Julio Rospioglio Tarcenti Secretario Status, Hieronymo Bonvisio Laodicea Archiepiscopo Cubiculi nostri Præfetto, necnon dilectis filiis Magistro Gualtero Gualtero Leodensis in utraque Signatura nostra Referendario, Brevium nostrorum secretorum Secretario: Magistro Stephano Ugoſino Romano in utraque Signatura nostra Referendario, Auditori nostro: Magistro Francisco Maria Phæbeo Urbevetan. in utraque Signatura nostra Referendario, Magistro Carmoniarum: Mag. Jacobo Altovito Florentio in utraque Signatura nostra Referendario, Prælati nostris domesticis, Ambrosio Linduccio Senen. Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, Congregationis II. Licetana professoris, Sacarii nostri Præfetto: Calio Piccolomineo Senen. libellorum supplicum Nobis porrectorum Secretario, & Cubiculario inimo nostro, Clemenem Acca-

vio Senen. Erari Militi Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Pincerna, Angelo de Ciaia Senen. Erari etiam Militi ejusdem Hospitalis Archibriclino, Jacobo Philippo Ninio Senensi, Natali Rondanino Romano Secretario litterarum nostrarum in forma Brevis ad Principes, Michaëli Angelo Boncio Clasin. Vestriario, Mathia Naldo Senen. Medico, Ferdinando Faustberg Duestphalo, Jacobo de Maximis Romano, Julio Cino Collensi, Alexandro Rinuccino Florentino, Antonio Francisco Ferrino Romano Eleemosynario Cubiculariis etiam intimis nostris, Dominico Salvetto Nucerin. notarum arcanarum Secretario, Francisco Cristaldo Neritonem. Crucifero, & Capellano secreto nostro, Riccardo Cruciano, Joanni Crevo Hyberno, Joanni Baptista de Acquisitis Cappellani etiam secretis nostris: Iosepho Cruciano Magistro domus nostre, Flaminio Valla Rbbgien. Cubiculi nostri Adjutori, Antonio Orca Civitatis Plebis, Georgio Missello Bambergenfi, Dominico Viva Urbevetan. Cubiculi nostri pariter Adjutoribus, ac Carolo Bofchetto Senen. Civitatum, vel Diacesum respectivè Custodi pilturarum, Clericis, seu Presbyteris familiaribus, & continuis Commensalibus nostris salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita A. D. 1655.

Wardium.

Familiares à cenjurijs abjuncti.

Not. Apst. Comitibus Equites, Nobiles, & Equites.

Privilegia gaudere de se. ut.

Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id aliis propria virtutum merita commendant, honoris, & fame amplioribus præconiis, & præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentie favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspiciit convenire.

§. 1. Hinc est quòd Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui commensales nostri existitis, & quilibet vestrum nobis hæctenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, necnon ad vitæ ac morum honestatem, aliisque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiaris experientia juveni percepimus, condignam rationem habentes, & propterea easdem personas vestras peculiaris favoris gratia, ac specialis honoris, & excellentie dignitatis titulo sublimare volentes, vosque & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

§. 2. Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vos, & quemlibet vestrum in Nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore presentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aula Lateranensis Comites, necnon Auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romanæ, ac Civitatum Avenionensis, Bononiensis, Ferrariensis & Beneventanæ, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectorum Cives, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aula hujusmodi Comitum, Equitum & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conferribimus.

§. 3. Vobisque etiamsi habitum & rochetum Notariorum dicte Sedis juxta Decreta Lateranensis Concilii novissimè celebrati non deferatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem

Civitatis domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus ceteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles; citrà tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad Civilia subiaceatis Ordinariis; & citrà facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, seu Tabelliones creandi, aliisque hujusmodi privilegia à Notariis, & Comitibus prædictis prætenfa, ita ut illis uti nullibi valeatis, ac irritum & inane existat quicquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectivè attentari contigerit.

§. 4. Necnon Cives originarii, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium assecutione, & exercitio, tam in Urbe, quàm in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficiendis vos Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanos, & aliarum Civitatum, & Terrarum prædictarum Cives prout libuerit inscribere, & vos illis subscribere valeatis, & pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit cum iis subscriptionibus subreptitium, aut obreptitium, vel invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia Gentis nostræ, sive integrè, sive cum vestris respectivè composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

§. 5. Et insuper vos, vestraque beneficia, & officia ecclesiastica quæcumque, quotcumque, & qualicumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectis consistentia prædia, Domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliisque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura cujuscumque qualitatibus, & naturæ, & cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarium vestrorum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, dantiis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam Urbanis, quàm rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & molinarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarium ecclesiasticum, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis; ita quod vos & quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Camere Apostolicæ, aut alios Commissarios, seu vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate sussultos alias quàm ut præfertur, valeatis coarctari (quamdiu servitiis nostris institeritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

Privilegia extendit.

Insignia Pontificia concedit.

Eisdem solutionem onerum mit.

quod duo similia sententia
 §. 6. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectivè, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis, quarumcunque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum etiam Collegiarum Ecclesiarum cõsistentia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura; aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit; & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminuatim marum, si alicui vestrum aliàs canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, presentetur; aut aliàs assumatur ad illa, & instituatur in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis, retinere.

officium
 §. 7. Necnon etiam quamdiù Nobis inservieritis tantum in beneficiis ecclesiasticis etiam curatis, non tamen Parochialibus, nec Curatis cura animarum Parochianorum, per vos pro tempore respectivè obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiam dignitates in Cathedralibus, etiam in Metropolitanis majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis invitari compelli possitis, omnesque, & singulos vestrorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus, durante servitio prædicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum quæ illis perciperetis si in eisdem locis personaliter residere, percipere, exigere, & levare.

omnes
 §. 8. Ac interim, vel postmodum si volueritis hinc in Rom. Cur. vel extra eam à quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam, & communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam sacros & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora à jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujusvis alterius licentiâ desuper minimè requisitâ, si aliàs idonei ad id reperti fueritis (super quo Antistitis conscientiam omeramus) promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare.

advocari
 §. 9. Necnon etiam si Presbyteri fueritis, ac dignitates, & officia obtinueritis, leges, & jura civilia etiam publicè in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigessimus ætatis annum non exceßeritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque jura etiam publicè docere, atque Judicium, Advocatum, & Procuratoris officium in causis ecclesiasticis civilibus tantum exercere licitè possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de speciali dono gratiæ dispensamus.

officiis
 §. 10. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cujuslibet vestrum comite vos; & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incurfis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quavis personas etiam ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omni-

bus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò consulenda foret, videlicet à contentis in literis die Cœnæ Domini publicari consuevis, semel tantum in vita, & mortis articulo: in rebusque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis pœnitentiam injungere salutarem; necnon vota quæcumque (Ultramarino, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, castitatisque, ac religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

Personas usque ad summam 300. Ducatorum auri de Camera etiam in mortis articulo transferri possunt.
 §. 11. Vobisque ulterius, & quibuscumque vestrum respectivè, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ tam in dicta Curia, quàm extra eam ad id per vos respectivè coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas vobis super mensarum Abbatialium, seu Capitularium, ac Episcopatum, & Archiepiscopatum, ac quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani prædicti quomodocumque, & qualitercumque qualificarum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda, pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera, quoad singulos vestrum quomodocumque alicui vestrum respectivè placuerit, simul, vel successivè, in toto, vel in parte etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cessare, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta hujusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per vos nominandis, & quæcumque, quocumque, & qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus Clericis, seu Clericali characterè insigniri volentibus, & eis quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus iisdem modo, & forma quibus vobis assignatæ, & reservatæ, seu assignatæ, & concessæ fuerint respectivè, etiam absque consensu eisdem pensiones solvere debentium, etiam illas, vel illa aliàs cessari, & reservari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac personas, & fructus, redditus, proventus, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi, etiam si pluries cassatæ, & de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis vestris juribus etiam quoad quasi possessionem exigendi, in quæ tunc eritis, integrè persolvendas, servatâ tamen formâ Constitutionis sel. rec. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri quoad excessum medietatis fructuum, reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

Testandi, & quomodo cumque disponendi potestatem
 §. 12. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sunt Altaris, seu Altarium

*privatam
scripturam,
nisi ad
summam
sex millium
ducentorum
pertinet.*

rium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum divino cultui, seu usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, etiam Metropolitanarum, quibus vos præesse forsan contigerit, necnon Monasteriorum Prioratum, Præpositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiarum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus vobis reservatorum, & assignatorum, ac reservandorum, & assignandorum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cujuscumque vestrum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licet tamen acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, & penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quæ generali appellatione bonorum, & suppellectilium non videntur, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & proventibus, & pensionibus debitis, & debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editarum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulativè cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis tam pro decentibus & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui vobis vivèntibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuscumque vestrum absolutis testari, & testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura etiam minus solemnè coram duobus vel tribus testibus, aut etiam eadè sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis vel aliarum vobis pro tempore concessarum similiarum facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velitis, & intendatis semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, & Ordinare, ita ut quidquid testamentum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum à vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo edere liberè, & licet valeatis, auctoritate Apostolica earundem tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

*Def. Aus
quo sumus
in prædictis
supplet.*

§. 13. Et insuper statuimus, & Ordinamus, vobis que indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interrupta inibi cujuscumque vestrum respectivè mansione, ac

etiam extra vestra beneficia, vel alia loca debita à vobis residentie personalis, etiam nullà subsistente causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia etiam in prædictis, & aliis undecumque provenientia, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis integrè deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scripturâ etiam minus solemnè facta appareret, quam tunc velut efficacem ipsa personæ, vel alii Judices, seu executores omnino exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant: & nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia forsan à vobis etiam nulla, vel minus sufficienti facultate factis de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & aliis quomodolibet facta cum omnibus inde sequitis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc prout ex tunc, & è contra prædicta summa sex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitarum ommissarum, & omissendarum, necnon substantialium, aliisque defectus quoscumque, si qui intervenierint, aut intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica mentio de illis præsentibus habenda esset, supplemus.

§. 14. Distinctius inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælati, necnon Cameræ prædictæ Præsentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus sub excommunicationis majoris, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & legatarios, hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi exequutores prædictos directè, vel indirectè quovis quæsito colore vel ingenio molestare audeant quoquo modo vel perturbare.

§. 15. Ac decernentes prædicta omnia, & singula, præsentisque literas, & testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, Ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore præsentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum, cum inde sequitis, & sequuturis etiam si vos intra Curiam, aut in quacumque alia mundi parte extra Ecclesiam, & beneficia personalem residentiam requirentia, qualitercumque qualificata, per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residentes ab humanis decedere contigerit, sub literis recolendæ mem. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri in quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, cæterosque residentie personali prædictæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kalend. Decembris Pontificatû sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ regulis ex quibusvis causis quæcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam à Nobis, & Sede prædicta hætenus, vel nunc & pro tempore factis, editis minimè comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus,

*Atol fin
quædam
prohibet.*

*Clau
præsent
va.*

&

& clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis per vos eligendis apponendis, & latissime specificandis, reposita, restituta, & plenarie reintegrata, ac de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, subique plenarios, & omnes effectus, qui de jure, stylo, consuetudine, aut aliis quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Camera prædictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedrali, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam statum, & personarum vestram mutationem, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulatim in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec heredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quæ bona, jura, & actiones deveniant, vel quibus relinquuntur, aut executores prædictos ad tertiam, seu aliam eorum partem (quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus) Camera, vel Fabricæ, aut beneficiis prædictis etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis alijs quantumlibet pijs usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indulgentiam, aut confirmationem præsentium à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda de præfenti mentionem aliquam faciendum minime teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

§. 16. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causas in Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentes dictæ cameræ Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 17. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Hostiensis & Portuensis Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio causarum Curie Cameræ Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alios præfentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem præfentes literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere non permittentes vos quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earundem præsentium tenorem quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari, contradicentes quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & penas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum ecclesiasticum apponendo, & quatenus opus sit invocando auxilium brachii secularis.

§. 18. Non obstantibus præmissis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur; necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, de certo Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenit, cui per hoc aliàs derogare non intendimus, ac de consensu præstanto in pensionibus, & quibusvis alijs etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hætenus observato, ac recol. memor. Alexandri Papæ VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesia-

sticorum Cameræ prædictæ debet inter alià disponente, necnon ejusdem Bonifacii VIII. per quam concessionem fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac piæ mem. Pii Papæ IV. prædecessoris pariter nostri de gratiis qualescunque interesse Cam. Apost. concernentibus in dicta Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita quod præfentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneantur; ac prædicti Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri de pensionibus aliàs translatis iterum non transferendis; ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis alijs Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus vos Cives originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curie, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis, Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel procuratores vestros præfiteritis forsitan hætenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorum Præsulibus, seu Oratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque prædictis illorum Communitatibus, Universitatibus, aliisque personis etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ordinariis etiam iisdem Cardinalibus, ac dictæ Curie Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, & aliorum onerum redemptoribus, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam etiam Consistorialiter, ac de eorundem Cardinalium consilio etiam, per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis, & stabilimentis præfatis caveatur expresse, vel tacite, quod nisi Urbis originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filiis conferantur; quodque nonnullarum Ecclesiarum beneficia nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expresso qualificados obtineri non possint, & nulli Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illarum privilegiiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendencia possederint, quodque Præceptoribus, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione pensionibus Clericis secularibus, & alijs personis etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis prædictis etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogatoriis derogatoriis, efficacioribus, & insolitis clausulis derogari non possint, nec derogatum censetur.

nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorundem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus praedictorum ad id accedat assensus, sintque...

hujus applicationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legati sibi relicta, privati remaneant, imbi...

Transumptum fides.

§. 19. Volumus autem quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicae Notarios vobis, ut supra, facta perfici valeatis, in manibus alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae professio-

§. 2. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & legitima deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetua, & apostolica...

Legatus per litteras apostolicas

D.P. A. 1.

VIII. Moderatio facultatum Reu. Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe circa legata Pauperibus in genere facta.

De hac materia Iul. II. Constit. 23. Liqueat omnibus: Leo X & Clem. VII. Constit. 3. Admonet. Constit. 9. Dudum: Paulus III. qui refert. Constit. Iul. II. & Leo X. Constit. 31. Dum univ-

§. 3. Quod si ob moram, seu negligentiam haereditum, aut Exequutorum, seu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum, quibus pauperum nominatio...

Ob motu vel n...

Edita A.D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Superni dispositione consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam Fidelibus suis precipiens, quod uni ex illis fieret, sibi factum asseruit, in his...

§. 4. Porro quoad legata pro piis operibus in genere etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum Exequutorum, seu aliorum...

In rebus legatis Fabricae...

Constit. causa.

§. 1. Cum itaque retroactis temporibus fel. record. Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & alii...

§. 5. Hanc vero constitutionem tam in casibus futuris, & deinceps contingentibus, quam in praesentibus, & praeteritis, praeterquam in eis legatis, & relictis...

In quibus casibus...

de facultatibus, in iis, quae presentibus non ad-
santur, nullum ne minimum quidem praedictum per
presentes illarum, aut illis derogatum esse, seu intel-
ligi, dici, vel ceteri posse: sed illas, quae in suo ro-
bore, & firmitate remanere debere decernimus & eidem
declaramus.

§. 6. Decernentes etiam presentes literas, & in illis
contenta nullo unquam tempore, etiam ex eo quod
Oeconomus, & alii Officiales praefatae Fabricae, ceteri-
que in praemissis intercesserunt; seu habere
quomodolibet praetendentes, ad ea vocari; vel auditum
causaeque, propter quas eadem praesentes emanarunt,
adductae, vel sufficienter, aut etiam ullatenus justifica-
tae non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nulli-
tatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quovis alio
quantumvis substantiali defectu notari, vel ex quocum-
que alio capite etiam in corpore juris clauso impug-
nari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in
jus, vel controversiam vocari, seu adversus illas aper-
tionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quod-
cumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari,
seu etiam motu simili concessio, quempiam in judi-
cio, vel extra illud uti posse, sed easdem praesentes
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore;
subque plenarias, & integros effectus sortiri, & obri-
nere, neque sub similibus, vel dissimilibus constitu-
tionum revocationibus, suspensionibus, limitationi-
bus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositio-
nibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quo-
ties illae emanabunt, toties in pristinum statum resti-
tutas esse, & ceteri.

§. 7. Sicque, & non aliter in praemissis per quos-
cumque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam
quoslibet Sanctae Romanae Ecclesiae Collegii Fabri-
cae praefatae Cardinales, necnon causarum Palatii Apo-
stolici Auditores, & quovis alios quacumque autho-
ritate, & potestate fungentes, & functiones, subla-
tis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & in-
terpretandi facultate, & auctoritate judicari, & defi-
niri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari.

§. 8. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon
Collegii praefati etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statu-
tis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-
tis, gratiis, facultatibus, & literis Apostolicis per
praedictos, & quovis alios Romanos Pontifices etiam
praedecessores nostros in favorem ejusdem Fabricae, ac
illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, &
sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac
etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apo-
stolis potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, &
cum quibuscumque etiam derogatoriis derogato-
riis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, & de-
cretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, &
aliis quomodolibet emanatis, concessis, ac etiam
pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omni-
bus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum dero-
gatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specificae, expressae, individuae, ac de verbo ad verbum
non autem per clausulas generales idem importantes,
mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut quae-
vis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda
esset, illorum omnium, & singulorum tenores praesen-
tibus pro plenae, & sufficienter expressis, & insertis,
formamque in illis traditam pro servata habentes, il-
lis aliis in suo robore permansuris, hac vice ad effe-
ctum praemissorum dumtaxat specialiter, & expref-
se, motu, scientia, deliberatione, & potestatis pleni-
tudine paribus derogamus, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium transumptis
etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & si-
gillo personae in Dignitate ecclesiastica constitutae mu-
nitis eadem profusus fides in iudicio, & extra illud adhi-
bentur, quae eidem presentibus adhibentur, si forent
exhibita vel ostensa.

beatum Romae apud S. Mariam Majoram, sub Anno D. P. 1655
lo Piscatoris, die 30. Augusti 1655. Pontificatus die 30. Augusti
Nostri Anno primo.

*Dilectio, mensis, & anni quibus supra. Supradicta Constitutio
aperta, & publica fuit in locis solitis, & consuetis
Vrbis, per me Ioan. Baptistam Garagninum Sancti S. D. N.
Papa Cursorem.
Pro D. Mag. Curf. Ioan. Garzias Curf.*

**Confirmatio Decreti Innocentii Papae X. sub
per administratione Cellerariorum Congrega-
tionis Cassinensis:**

*Circa electionem Cellerariorum hujus Congrega-
tionis, lege ad Constit. 14. Cum sicut; & 24.
In his, Innocentii X.*

ALEXANDER PAPA VII. *Edicta A. B. 1655.*
ad perpetuam memoriam.

Alias emanavit a felic. recordationis Innocentio
Papa X. praedecessore Nostro decretum, cui sub-
inde iussu ipsius Innocentii praedecessoris a Congrega-
tione Venerabilium Fratrum nostrorum, tunc suorum,
S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcopo-
rum, & Regularium praeposita, inserta fuit additio
tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 1. Diuturna experientia compertum est Monasteria
Congregationis Cassinensium tunc maximo bono-
rum temporalium incremento floruisse, cum Cellerari-
arii demandatam sibi economicam curam non pro
suo arbitrio, & auctoritate, sed consulto in omni-
bus proprio Abbate, eoque dirigente fideliter admini-
strarunt, inutiles refecando sumptus, a profusis mu-
nerum largitionibus abstinendo, necnon animalium, &
& agriculturae industriam non in sui, sed Monasterio-
rum commodum, & utilitatem convertendo; exa-
ctasque pecunias Depositario integre tradendo in com-
muni arca asservandas: Ad quod etiam multum sem-
per contulit eorum Praelatorum vigilantia, qui ratio-
nes introitus, & exitus sedulo, ac frequenter subdu-
centes, praemisso diligenti examine, ne quid fraudis,
vel praedicti interveniret, omnia ad fidelem cal-
culum revocarunt, prout Constitutiones Apostoli-
cae, ac ejusdem Congregationis statuta provide dispo-
nunt.

§. 2. Verum quia in quibusdam Monasteriis tam
salubres Ordinationes Cellerariorum incuria, & quan-
doque etiam malitia, nimisque superiorum Indulgentia
negliguntur, & timendum est, ne si huiusmodi ma-
lum subrepat, tractu temporis eorundem Monasterio-
rum ruina subsequatur, ideo Sanctissimus D. N. au-
dito voto Congregationis Sanctae Romanae Ecclesiae
Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcopo-
rum, & Regularium praeposita, innovando in primis
Constitutionem san. mem. Clementis VII. sub
die 6. Martii 1643. eidem pro firmiori contentio-
rum observantia graviore poenae addendo prohibet
omnibus, & singulis Cellerariis, aliisque eorum Mini-
stris, sive Monachis, sive Commissis, quibus bonorum
administratio quocumque modo incumbit, quominus
audeant redditis, ac proventus suppressere, vel minue-
re, rerum quarumcumque pretium alterare, negotiatio-
nibus sese immiscere, animalium, seu agriculturae in-
dustrias sibi appropriate, aut munera contra formam
praedictae Constitutionis elargiri, sub poena privationis
officiorum, vocis activae, & passivae, ac perpetuae in-
habilitatis, eo ipso incurrendae, a qua praeterquam a Se-
de Apostolica dispensari non valeant: Obstringendo
Abbaes, quatenus cum primam ipsis de huiusmodi
transgressoribus innoverit, ad executionem praedictae
poenae, nulla interposita mora procedant, aliis
eisdem

Nota

Nota

Nota

Nota

1 X.

Edicta A. B. 1655.

Decretum Sacr. Congreg.

Poenam contra faciant.

eisdem ipsa subiaceant, ac Dignitate Abbatiali priventur.

§. 3. Insuper mandat, ut omnes pecunie quacumque ex causa ad Monasterium pertinentes à Cellerariis dietis, prout exiguntur, Depositario consignentur, & in eam deponantur duabus clavibus diversis obsecratis, quarum altera penes Cellerarium, altera vero penes eundem Depositarium asservari debeant: arca vero ipsa una cum rationum codice in Camera, seu Cella Monachi Superioris, & probate fidei, ab Abbate electi, & deputati, majori, qui possit, diligentia servetur, & custodigatur, à qua ne obolus quidem extra hi possit, nisi præmissis mandato in scriptis Cellerarii, seu eo absente ejus Ministri ad id deputati, non quidem directo sibi, seu Ministro (absente Cellerario) deponatur, ne supra, sed vel illis, quibus pecunie persolvende sunt, si presentes fuerint, vel si absentes, & impediti, Factoribus, & Agentibus Monasterii, vel aliis personis, quæ quotiescunque opus fuerit, requisitis hujusmodi solutionem verè, & realiter factam fuisse attestari possint, & valeant expressè in mandato causa, & summa, necnon manu etiam Abbatis, seu Superioris Monasterii firmato, cujus tenor de verbo ad verbum in destinato libro registretur. Computa jurata, introitus, & exitus, tam quoad pecunias, quam victualia quæcumque, & omnia in ipsius Monasterii quotidianas necessitates expensa, consumpta, aut distributa singulo quoque mense, quæ verò in agrorum culturam, aut fructuum collectionem, quolibet trimestri Abbati, Priori, ac Decanis fideliter exhibeantur, quibus prædicti non modò se subscribant, sed etiam juramento confirmet, ea omnia morali diligentia examinasse, nihilque in iis fraudis contra formam præsentis Decreti invenisse. Quod si qui defraudasse, & veritatem proventuum, & expensarum non expressè se inventi fuerint, nedum incurrant poenas superius expressas absque ulla spe impetrandæ dispensationis, verum etiam de furto, ac periurio puniantur.

§. 4. Quæ omnia ut exactius observentur, Sanctitas Sua PP. Visitationibus suis injungit, quatenus in eorum visitatione super præmissis diligenter inquirent, & si quid in contrarium commissum, aut omisum repererint, contrafacientes in præarratas poenas incidisse, & à suis officiis suspensos respectivè declarent, donec in primo futuro congressu Dietæ, vel Capituli ad executionem poenarum, ut supra indicatarum procedatur: sub poena pariter priyationis dignitatis Abbatialis, necnon vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, seu alia consequenda, rehabilitatione Seditumtaxat Apostolicæ reservata, ab ipsis quoque Visitationibus incurranda.

§. 5. Et quia fidele servitium, & accurata in executione præmissorum diligentia tunc sperari poterit, si Cellerarii cum gravitate morum, tum vitæ probitate, & rerum experientia conspicui fuerint: Ea propter Sanctitas Sua mandat Abbacibus, ut in hujusmodi deponationibus faciendis, audito prius consilio seniorum, non nisi Religiosum, gravem, probatum, ac inter Decanos adscriptum Diffinitoribus, aut Regimini promovendum proponant, quemque apriorem esse secundum Deum judicaverint, & talem proprio juramento in scriptis attestentur. Secus dicta deputatio nulla sit in eo ipso, & Prælati in proxima Dieta, vel Capitulo debite puniantur: Et ne ullo unquam tempore à Monasteriorum Superioribus allegari possit ignorantia hujusce Decreti, Sanctitas Sua mandat, ut hujusmodi Decretum legatur in publica mensa bis in anno, idest mense Februarii, & Octava Nativitatis Beatissimæ Virginis Mariæ, sub iisdem poenis in præsentis Decreto adversus contrafacientes expressis. Romæ die 13. Julii 1654. M. Card. Ginetus. Hi. Archiepiscopus Patracen: Secr.

Confirmat prout in rub.

§. 6. Cum autem firmiter observentur illa, quibus sæpius auctoritatis Apostolicæ munimen accedit. Nobis propterea Venerabilis Frater noster Franciscus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupans, prædictæ Congregationis Cassinensis Ordinis

Sancti Benedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector humiliter supplicavit, ut Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio roborare de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur eundem Franciscum Cardinalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Decretum præinsertum unà cum additione prædicta, aliisque omnibus & singulis in eo quomodolibet, ut præmittitur, contentis Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus. Decernentes præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter in posterum observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis Cassinensis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forte exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1655. Pontificatus nostri anno primo.

Super dominio Conventus S. Mariz de Victoria Fr. Carmelitarum Discalceatorum Provinciæ Romanæ, & Gubernatione Seminarii S. Pauli in eodem Conventu existentis, necnon super administratione bonorum dicti Seminarii.

Horum Fratrum Congregationem approbavit Gregor. XIII. in Constit. 64. tom. 2. & Seminarium, de quo agitur, ad Fidei Christiana propagationem in Urbe erexit Paulus Quintus. Constit. 78. tom. 3.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

DECRETUM Romanum Pontificem Dominici Gregis utilitatibus ex impostæ sibi divinitus Apostolicæ servitutis officio jugiter invigilantem circa ea quæ ad fidei Catholicæ augmentum, & Religiosorum virorum sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum tranquillitatem, & felicem directionem conferunt, sollicitis studiis intendere, ac desuper curæ suæ pastoralis partes interponere, prout rationi judicat esse consentaneum.

§. 1. Cum itaque licet aliàs diversis temporibus super gubernio, & regimine Conventus, seu Seminarii Sancti Pauli, sive Sanctæ Mariz de victoria nuncupatæ de Urbe Ordinis Fratrum Discalceatorum ejusdem Sanctæ Mariz de Monte Carmelo diversæ ordinationes emanaverint, nec tamen hæcenus tam super præmissis, quàm super juribus, & præensionibus dilectorum filiorum

Trid.

eredi.

D. Ann.

die 7.

Edita

1655.

Exordium

Motiva

Jus Constit.

ALEXANDER SEPTIMUS

Illorum Fratrum Provinciae Romanae ejusdem Ordinis

§. 1. Hinc est quod Nos dictae Religionis unioni

et non solum eorumdem Fratrum Provinciae Romanae

etiam in simili forma Brevis expediatum

Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae

Ecclesiae Cardinalium negotio propagandae Fidei

propositum, ac Capituli generalis Ordinis hujusmodi

concordiarum, testamentorum, codicillorum, legatorum

et aliarum dispositionum quarumcumque tenoris

etiam unionis datas, ac alia etiam speciali

expressione praesentibus pro plenè, & sufficienter

expressis, in litteris habentes supplicationibus dilecti

etiam Provincialis, & eorumdem Fratrum

Provinciae Romanae Nobis super hoc humiliter porrectis

inclinati, de voto nonnullorum ex Cardinalibus

praedictis, qui in executionem commissionis, & mandati

nostri, jura, rationes, titulos, & fundamenta, tam

ex parte dilectorum patris filiorum Praepositi generalis

et Procuratoris, ac Definitorii generalium, quam ex

parte dictorum Provincialis, & Fratrum praedictae

Provinciae Romanae Ordinis supra dicti data, exhibita

& producta viderunt, examinauerunt, & consideraverunt

autoritate Apostolica tenore praesentium statuimus

decreta, & ordinamus dictum Conventum, seu Seminarium

Sancti Pauli, seu Sanctae Mariae de Victoria de Urbe

esse debere Provinciae Romanae (supradictae, Provinciali

Romano) subiectum in omnibus, & per omnia, etiam

quoad Conventualitatem Fratrum non Seminaristarum

ad Conventum committimus, seu etiam

litteris pro Mills, & praedictis Seminariis, &

Magistris, & Magistris, & Magistris, & Magistris

At si Lector pro tempore, & Magister fuerit

vel Religiosus alicuius Ordinis, & non petens etiam

ex dicti Seminarii iudicio ejusdem Congregationis

Cardinalium arbitrio assignetur.

§. 5. Denique statuimus ut pro Seminariis hujus

modi eligantur ejusdem Ordinis Sacerdotes ex

Provincia bonis moribus, pietate, zelo, doctrina,

alisque virtutibus, necnon corpora sana praediti;

qui studium Sacrae Theologiae compleverint, &

post ingressum in sex menses praesentium in

bus dilecti filii Monachi S. R. E. Cardinalis Praefati

Congregationis dictorum Cardinalium, & eorum illo

omnino emittant, quod finis studii, & supra contra-

versarum, & linguarum ad omne Congregationis

eorumdem Cardinalium mandatum ad missiones pro-

mpete ibunt, & inde non discedent absque ejusdem

Congregationis expressa licentia.

§. 6. Decernentes praesentes litteras, & in eis con-

tenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque etiam

speciali expressione digni in praemissa, quomodolibet

interesse habentes, seu habere praesentibus, illis non

consenserint, nec ad ea vocati, & citati, seu causae

propter quas eadem praesentes emanarunt adductae, &

justificatae ullatenus fuerint, aut ex quacumque alia

causa, colore, praetextu, & occasione, & capite etiam

ad con-

tra sub-

stantia

hanc.

Seminariis

qualiter

Provincia

Decretum

irritant.

Contrariis

derogant.

ALEXANDER SEPTIMUS

genere, vel in specie etiam nota proprio, & consuetudine, ac aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & inuicem...

quibus Civitatibus, ac aliis ubique libere, ac gentium, necnon sessionum, & consuetudinum...

D. P. A. T. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem, sub Anno Pontificatus, die 24. Septembris 1655. Pontificatus Nostri anno primo.

XI. Concessio Privilegiorum pro suis Capellanis communibus.

Edita A.D. 1655. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Motiva huius Congreg.

Capel. Fam. absolutis a censuris.

Mar. App. Comitibus nobilibus creat.

Grata familiaritatis obsequia, quae dilecti filii Josephus Tolosa, Franciscus Sardolus, Michael-Angelus Lualdus, Hieronymus Morellus, Joannes Laurentius della Ratta, & Andreas Basile Presbyteri...

§. 1. Hinc est quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure...

§. 2. Motu proprio, non ad supradictorum Josephi, Francisci, Michaelis-Angeli, Hieronymi, Joannis Laurentii, & Andreae, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia, Apostolica auctoritate tenore praesentium...

per omnia censetur, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps, nomine conscribendis se Notarios, Comites, Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanos, & aliarum Civitatum Cives, ut libere, inscribere, & se illis subscribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeantur...

§. 3. Et insuper illis, eorumque beneficia, & officia Ecclesiastica quaecumque, quorumcumque & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subjectis consistentia, praedia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura praesentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturae cujuscumque, etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sunt, vel fuerint, ac etiam quaecumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usus emenda, ab omnibus, & quibuscumque decimis, & quartis, & dimidiis partibus, subditiis etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, dantiis, pedagiiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, ceterisque oneribus, & contributionibus tam urbanis, quam rusticis ordinariis, & extraordinariis, realibus, & personalibus, & mixtis etiam ratione munitionum maritimarum, & pontium, portarum, & molinarum, & mercium, cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturae etiam in aliud territorium, seu provinciam terrae, mari & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia, quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Camerae Apostolicae, aut alios Commissarios, seu vectigalium & tributorum hujusmodi redemptores, condutores, & exactores, quocumque privilegio, exemptione, & facultate sustineant aliam, quam ut praefatur, valeant coartari quandiam servitiis nostris insisterint dumtaxat eximimus, & liberamus.

§. 4. Ad haec cum scilicet ut quaecumque duo, diffinilia, vel simplicia similia sub singulis tribus rectis quantuncumque trium Cathedralium etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistitis, etiam unum ex illis omnibus cura, aut dignitas etiam major, & principalis, canonicatus, & praebenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique iura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonice conferatur, aut eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in

Privilegia

Esse

Ad quae

in eis recipere, & dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant infimal quoad vixerint retinere, necnon etiam quandiu Nobis inservierint tantum in beneficiis Ecclesiasticis, non tamen parochialibus, vel curam animarum Parochianorum habentibus per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiam dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per Locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earumdem Capitula, aut quovis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnisque, & singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante servitio predicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis, dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperint, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos ut onera eisdem Dignitatibus, & Beneficiis quovis modo incumbenda congrue supportentur, necnon etiam si Presbyteri fuerint, ac Dignitates, & Officia obinuerint leges, & jura civilia etiam publice in Scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigessimam aetatis annum non exceperint, audire, ac si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite possint, & valeant, de specialis dono gratiae dispensamus.

officium
sui per
ant.

officium
sui per
ant.

§. 5. Liceat quoque ipsis, & eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum saecularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in suum eligere confessorum, qui vita eis comite eos, & ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per eos incurtis, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam absolutio Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, ac a quorumcumque votorum, & Ecclesiarum praecceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quavis personas etiam Ecclesiasticas, non tamen Episcopos, vel alios superiores Praelatos de praeterito injectionibus, seu consiliis, vel favoris ad id praestationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinarum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, & excessibus, delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus propter quae Sedes praedicta merito consulenda foret, vel licet a contentis in literis die *Corae Domini* publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero diebus Sedis quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis sine tamen alicujus praedicti auctoritate Apostolica absolvere, & illis pro commissis poenitentiam pro modo culpa injungere salutarem, necnon vota quorumcumque (ultramirino, visitationis Luminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare.

§. 6. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, tum in dicta Curia, quam extra eam etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seu eligendae, quascumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super mensuram Abbatialium, seu Episcopialium, aut Archiepiscopialium, & quorumcumque aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, saecularium, & quorumcumque

regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, & qualitercumque qualificationum, fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi tunc, & pro tempore assignata, & reservata quomodocumque simul, vel successively, in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorundem Capellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cessata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam praedictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eosdem Capellanos, & singulos nominandis, etiam quaecumque, quocumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu clericali charactere insigniri volentibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus eisdem modo, & forma quibus eisdem Capellanis assignatae, aut reservatae, seu assignari concessae, seu concessae fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi solvere debentur, etiam si pluries cessatae, & de novo assignatae fuerint, usque ad summam, & quantitatem praedictam, ac aliis cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, & vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis integre persolvenda reservare; constituere; & assignare.

Pensionem
usque ad
summam
centum du-
catorum d
Camera re-
servare pos-
sint.

§. 7. Necnon ut iidem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, praediis, possessionibus, terris, & locis etiam jurisdictionalibus, caeterisque bonis immobilibus, & mobilibus, quae tamen non sint altaris, vel altarium Ecclesiarum ipsis Capellanis nostris praedictis commissarum ministerio, seu alicui speciali eorundem Ecclesiarum divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitates, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Praepositarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumvis Ordinum regularium, quae ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac aliis quomodolibet obinuerint, & obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventus eis reservatarum, & assignatarum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt & percipiant in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanae Curiae Officiorum, ac aliis quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquisitis, acquirendis, ac aliis etiam de muneribus, & Officiis, quae exeruerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, ac iocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quae in generali appellatione bonorum, vel suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificis, & sigillarim exprimerentur & denotarentur

Testandi, &
quomodocum-
que dispensandi
per pri-
vatam scri-
pturam us-
que ad sum-
mam du-
centorum
ducatorum
potestati.

pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiam coram solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenit pro illa rata, que illis debita erit, constitutione declaratoris super fructibus, & pecuniis non exactis, que forsan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstante, etiam accumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis usque ad summam dicendorum datorum anni similitam duntaxat, tam pro decembris, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque priorum locorum favorem, & usum, & aliis pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis testari, ac testamentis, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & ritibus, scriptura etiam minus solenni, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam Cedula sola eorum manu scripta, vel subscripta, ac aliis in omnibus, & per omnia prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia (non tamen extra residentiam) & in mortis articulo, non facta mentione presentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similitum facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, femel, atque iterum, & pluries disponere, statere, & ordinare, ita ut quidquid testatum, gestum, ordinatum, seu aliis ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac aliis omni meliori modo valeat, & servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta etiam pluries, & toties quoties eis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo edere etiam liberè, & licitè valeant plenam, & liberam concedimus facultatem.

*Defectus
quoscumque
in predictis
suppl.*

§. 8. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab interitu, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum ac fructuum, reddituum, & proventuum predictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debite ab eis residentie personalis, etiam nulla subsistente causa ab humanis decedere, omnia & singula eorum bona, res, & jura etiam, ut prefertur, qualificata, necnon spolia predicta summa etiam ex predictis, & aliis undecumque provenientia, ad Camera Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad heredes sanguinis eorumdem integre deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio personarum, seu personarum quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorundem scriptura etiam minus solenni secus appareret, quam tunc velut efficacem ipse personarum, vel alii Judices, seu executores omnino exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant: & nihilominus quorumcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsan aliis ab ipsis etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffulsi de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, localibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium predictorum, & aliis quomodolibet facta, cum omnibus inde factis, ac etiam ea, que per ipsos in futurum quomodolibet fieri, ex nunc, prout ex tunc, & contra pro dicta summa decembris ducatorum duntaxat approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitarum omnium, & omittendarum, necnon substantialium, aliisque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

*Clasula
sublata.*

§. 9. Non obstantibus premissis, ac Lateranensis Concilii etiam novissime celebrati de cetero Norariorum numero, etiam ad illam nondum devenimus

fuerit, cui per hoc aliis derogatum non intendimus, ac de consensu prestando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem predictam quomodolibet editis, & in posterum edendis, & Cancellarie Apostolicæ regulis, & stylo in similibus hactenus servato, & pie memorie Alexandri Pape VI, etiam predecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camere predictæ deberi inter alia disponente, necnon ejusdem memorie Bonifacii predecessoris, per quam concessionem de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis predicti, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curie, ac Regnotum, Provinciarum, & Urbis, & aliarum Civitatum, & locorum, ac predictæ Camere, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, assibus, & naturis, etiam si de illis servandis & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliis quomodolibet concessis utendo ipsi Capellani per se, vel eorum Procuratorem præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, & particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. Cardinalibus, ac dictæ Camere Officialibus, illorumque Collegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices, predecessores nostros, ac Nos, & Sedem predictam etiam consistorialiter, & de ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia paribus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, & Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiam in iis, ac statutis, & stabilimentis predictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis nonnulli originarii Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filii, aliarum vero partium beneficia nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliis certo modo in illis expresse qualificatos obtineri, aut conferri possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per eorum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendenti possideat, quodque Præceptorum, & alia beneficia quorumcumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum predictorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Ecclesiasticis, secularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis præfatis etiam vigore clausule implicitæ derogationis latissime extendendæ etiam

ALEXANDER SEPTIMUS

etiam per quascumque literas Apostolicas, & qualvis etiam derogatorias derogatorias efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censetur, nisi derogatio huiusmodi de consilio doctorum Cardinalium fiat, & cum demum ad id Magistri, & Conventus prefatorum expressus accedat assensus, & sintque literae derogationis huiusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscriptae, ac ei, & prefato Conventui per diversa in forma Brevis aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis presentatas intimatae, & non alias, nec alio modo; & semper in huiusmodi literis, quae sic fieri etiam de simili consilio, derogationi sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus prefatorum, & non alias, aliter, nec alio modo.

§. 10. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitae derogationis in rescripto etiam motu proprio emanato appolita aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, & firmitate permanens hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum praemissorum specialiter, & expresse, motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus ubique fides, tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae presentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi possit, si forent exhibitae, vel ostensa; quodque antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant, in manibus alicujus personae in Dignitate ecclesiastica constitutae professionem fidei iuxta articulos pridem a Sede Apostolica praefata propositos emittere, & solum fidelitatis iuramentum omnino praestare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Octobris 1655. Pontificatus nostri Anno primo.

XII. Divisio, & reductio Provinciarum Religionis C. R. Ministrantium Infirmis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Sedis Apostolicae specula Dominici Gregis curae nostrae divinitus commissi commodis jugiter invigilantes illis, quae prospero Congregationum personarum regularium, nedum ad corporalem Christi Fidelium utilitatem, sed etiam, quod satius est, ad salutem animarum, praesertim in extrema cum hoste humani generis lucta procurandam providere institutarum statui, & felici directioni conducere arbitramur, propensis studiis intendimus, ac desuper pastoralis Officii nostri partes interponimus, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Congregatio dilectorum filiorum Clericorum Regularium ministrantium infirmis dudum per literas Apostolicas in quinque Provincias, videlicet Romanam, & Etruriae simul, necnon Mediolanensem, Bononiam, Neapolitanam, & Siculam divisam fuerit: Et subinde eandem Congregationem particularis Congregatio a fel. record. Innocentio Papa X. praedecessore nostro deputata in Duas Provincias, nempe Neapolitanam, quae etiam Siculam com-

prehenderet, ac Romanam, quae reliquas provincias praedictas pariter contineret, redigere, cumque praemissorum occasione varias perturbaciones subiret fuerint: Nos, ut Clerici praedicti semota omni perturbatione materia in suo laudabili Instituto pro communi Christi Fidelium bono perseverare valeant, quantum cum Domino possumus, providere volentes.

§. 2. Motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, totam Congregationem Clericorum Regularium huiusmodi in quatuor Provincias, videlicet Romanam, quae Etruscam, eique propinquiores Bononiensis Provinciae partem comprehendat, necnon Mediolanensem, quae reliquam Provinciae Bononiensis huiusmodi partem, juxta divisionem ipsius Provinciae Bononiensis in Capitulo generali dictae Congregationis proxime celebrando faciendam etiam comprehendat, ac Neapolitanam, & Siculam, quae quatuor Provinciae singulae suos Provinciales, & Officiales distinctos, & separatos habere debeant, tenore presentium dividimus, & reducimus.

§. 3. Declarantes tamen, quod quantum attinet ad electionem personae idoneae ex Provincialium dictae Congregationis Professoribus ad munus Praefecti Generalis ipsius Congregationis pro tempore vacans alternatim assumenda, eadem Congregatio in duas solummodo Provincias, nempe Romanam, quae Mediolanensem quoque hunc articulum contineat, ac Neapolitanam, quae Siculam pariter comprehendat, divisa censetur, ita ut praedictum munus Praefecti Generalis Professoribus Romanae, seu Mediolanensis, & Neapolitanae, seu Siculae Provincialium huiusmodi alternatim in perpetuum deferri debeat, & Praefectus Generalis, quando Romana, & Mediolanensis insimul Provinciae turnus obtigerit, tam ex particulari Romana, quam ex Mediolanensi Provincialibus praedictis, servatis tamen aliis servandis, assumi possit; quando vero Neapolitanae, & Siculae Provinciae itidem insimul turnus obvenerit, tam ex particulari Neapolitana, quam ex Sicula Provincialibus huiusmodi eligi similiter valeat.

§. 4. Praeterea prohibitionem, ne ex Provincia dictae Congregationis, ex qua Praefectus Generalis electus esset, Consultor ullus ejusdem Congregationis assumatur, in praedictis literis Apostolicis contentam, Motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore presentium tollentes, & abolentes, singulos Consultores praedictae Congregationis ex singulis quatuor Provincialibus memoratis, Romana videlicet, Mediolanensi, Neapolitana, & Sicula assumi debere decernimus.

§. 5. Statuentes ut Arbitrarius Consultus generalis praedictae Congregationis nequaquam ex illa Provincia, ex qua Praefectus Generalis pro tempore fuerit, sed ex alia assumatur: ac decernentes praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, perpetuo inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam eausarum Palatii Apostolici Auditores, sublatam eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Congregationi, illius Superioribus, & personis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenae, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Divisi prout in rubr.

Alternati- va Praefecti generalis.

Consultoribus ex qualibet Provincia sumantur.

Arbitrarius Consultus generalis praefectus non eligatur ex Provincia Praefecti Generalis.

Contrariis derogat.

motu proprio

§. 7. V

§. 7. V

ALEXANDER SEPTIMUS.

§. 7. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in ecclesiastica Dignitate constitutae munita eadem processu fides in iudicio, & extra, ac ubique locorum adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

D. P. An. 1. die 9. Nov.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Novembris 1655. Pontificatus nostri Anno primo.

XVII.

Confirmatio Privilegiorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, & ejusdem Confraternitatis, ac Beatissimae Virginis Mariae de Remedio.

Edita A. D. 1655.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio

Expoq; Nobis nuper fecit dilectus Filius Petrus Mercier Minister Generalis Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod ipse pro felici dicti Ordinis regimine, atque gubernio omnia, & singula Privilegia, gratias, & Indulta eidem Ordini, necnon Confraternitatibus sub Invocatione Sanctissimae Trinitatis, & Beatissimae Virginis de Remedio nuncupat. Redemptionis Captivorum vigore literarum in simili forma Brevis fel. record. Pauli Papae V praedecessoris nostri erectis aliis, a diversis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris concessa, quo firmiora persistant, & ab omnibus exactius observentur, Apostolicae nostrae confirmationis robore communiti summopere desideret.

Oratorum abjunctio a cens.

§. 1. Nos igitur eundem Penam specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Confirmatio pro in rob.

§. 2. Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter potestis inclinati, Privilegia, gratias, & indulta praedicta, dummodo tamen in usu, ac licita sint, & honesta, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, regularibusque dicti Ordinis Institutis non adversentur, & quoad Confraternitates praedictas monopolis ansam non praebent, Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus.

Decretum irritum.

§. 3. Decernentes illa, necnon praesentes literas semper, & perpetuo valida firma, & efficacia existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & inconcussè observari. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

D. P. A. D. die 9. Dec.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Decembris 1655. Pontificatus nostri anno primo.

Sacram, & Apostolicam Visitationem Ecclesiarum omnium Urbis, locorumque piorum, & quadraginta horarum celebratione, cum indulgentiarum elargitione indicoit.

De Visitatione Apostolica extant Constitutiones Clement. VIII. Constit. 8. Specularus, Tom. 3. Urban. VIII. Constit. 15. Militantem, tom. 4. impressa Lugd. quas Constitutiones Urbani datae opera reliquis in nova impressione, ne otiosè repetam qua non sunt necessaria, maxime quia concordans cum his S.D.N.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Dilectis filiis Universae Clero, & populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem.

Commisam Nobis Ecclesiam vigili cura, ac studio dies, noctesque obeuntes, calamitatum, ac tribulationum, quae invenerunt Nos nimis, obiecta non detremur, aut frangimur, quinimò ad illum, qui eam sibi praelegit in sponsam fidentes respicimus, & quam ipsi immensam sollicitudinem, & charitatem debemus, omni opera, diligentiaque representare conamur. Illam filii sui sanguine acquisitam, tamque excellenti pignore sibi obligatam tradidit Nobis custodiendam Altissimus crebro utgens, contendensque, ne quid unquam de summo in eam amore, ac dilectione remitteremus. Quod trepidè, sollicitèque cum animo nostro reputantes, in hoc labores omnes, cogitationesque defigimus, ne qua labe, aut macula pulcherrimo corpori adherescat, eam verò decoram exhibeamus, tanquam sponsam ornatam monilibus, paratam in occursum Domini, ac viri sui. Quamvis autem universis, ac singulis debitores simus, & in Christo devincti; haec tamen Alma Civitas, quam in tantum extulit divina dignatio, propiores habet amoris, & sollicitudinis causas. Crediti enim gregis cum forma esse jubeamur, à Principe gentium Urbe exigendum ad esse potissimum videtur, ut fidei, at Religionis Magistra, castissima etiam sit morum custos, & disciplinae. Hic est fides Petri, fides, quae annuntiatur in universo Mundo, quae Apostolos coronavit, & Martyres. Haec est Civitas aedificata super fundamentum Apostolorum, quam fusus pro Christo sanguis inundat, illustrantque Sanctorum pretiosa deposita.

§. 1. Hinc quidquid oculis Domini displicere possit extirpare cupientes, nullam in populo, aut plebe turpitudinem, nihil inquinatum apparere, Cleri verò mores, quorum pars est Christus, atque in caelis conversatio: Cum enim Deus impium Regem, quoddam vasa Templi ministerio addicta in prophanum usum vertisset, gravi, & subitèque vindicta percussit, satis ostendit, quam procul ab immunda omni consuetudine remoti esse debeant ii, qui sibi inserviunt, cum etiam inanitate, & sine sensu rei tantam voluerit adhiberi reverentiam. Optamusque ut illi in praecipuis Basilicis, quos Deo obrulit pia Imperatorum, ac Principum largitas, diligenter obeant opus suum, utque apta, sit & decora psalmodiarum modulatio, psallantque Regi Regum sapienter. Quibus perficiendis opportunè, ut caetera, id quoque suis decretis sancivit sacrosancta Tridentina Synodus, ut Episcopi subinde gregem suum, ovesque perlustrarent, & recognoscerent: cujus sanctissimum institutum & Nos sequentes, ut Patrum regulas, ac terminos custodiamus, visitemusque Fratres nostros filios Israël, ne veniat super Nos quod olim comminatus est Deus malis Pastoribus, qui pascentes semetipsos, gregem Domini non pascunt, neque quod infirmum est consolidant, quod aegrotum non sanant, quod confractum non alligant, quod abjectum non reducunt, & quod perit non requirunt.

§. 2. Statui

§. 2. Statimus Deo... tam Patriarchales, quam Collegiales, & Parochiales Ecclesias...

§. 3. In cuius operis consortium nonnullos advocavimus ex Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, & Episcopis...

§. 4. Ad Omnipotentis Iraque Dei laudem, & gloriam, S. R. Ecclesie exaltationem, vobis visitationem in vigesimam tertiam mensis huius Dominicam diem indicimus...

§. 5. Qua de causa iubemus sexta feria ante constitutionem Dominicam in nonnullis Ecclesiis Urbis Patriarchalibus, Collegiatis, & aliis precipuis Sacrosanctam Eucharistiam...

§. 6. Ut autem orationes vestre exeat de corde puro, & conscientia bona, thesauros ejus, qui propitiator noster est apud Patrem suum referamus...

§. 7. Agite ergo dilecti filii, cum tremore, & sollicitudine cooperamini saluti vestre quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, iusta, sancta, amabilia...

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominice 1655, quarto Id. Ianuarii, Pontificatus Nostri anno primo.

Anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, Indictione 9. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Pontificatus sui anno primo, die vero decima-quarta mensis Ianuarii...

Pro D. Mag. Curserum Andreas Castrucius Apof. Curf.

Facultates S. R. E. Cardinalium pro Visitatione Ecclesiarum, Piorum Piorum Urbis assumptorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis Patri nostro Marco Episcopo Albanen. Glorioso, necnon dilectis filiis nostris Diderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace Francioto, Francisco Angelo S. Cecilia Capanolo, Nicolao S. Maria Angelorum Ludovico, Iohanne S. Maria Transpontina Corrado, Laurentio S. Christophoro Imperiali, & Gilberto SS. Ioh. & Pauli civitatum Præbte, S. R. E. Cardinalibus, Borromeo respectivo nuncupatis, Venerabilis frater noster, ac dilecti filii nostri salutem, & apostolicam benedictionem.

Um in pastoralis visitatione, quam propediem suscipite, & Deo adjuvante prosequi intendimus, Cleri nimirum Romani, & omnium aliarum huius Urbis Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum, Vos potissimum ex Sacro Venerabilium Fratrum nostrorum Collegio delegerimus, & Nobis in eo munere adiutores assumpserimus...

§. 1. Idcirco, ut vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, uberiorumque ad cultus divini protogationem, & animarum salutem, Deique gloriam pariat fructum, providere volentes, Vobis, & vestrum cultibus in solidum circa visitationem ipsam, eaque durante mandata quaecumque etiam vivæ vocis oraculo per Vos à Nobis accepta illis, ad quos ea res pertinet referendi, & ore tenus per Nos ordinata mandandi, quibus relationi, ac mandatis vestris, & cujuscumque vestrum de Ordine nostro facti huiusmodi plenam, & indubiam fidem ab omnibus adhiberi, atque firmiter obtemperari tanquam mandatis nostris Apostolicis volumus, & iubemus; mandata quoque, & præcepta quaecumque necessaria, & opportuna illis in rebus, quæ visitationis huiusmodi præparationem, statum, progressum, & executionem concernunt; decernendi, faciendi, atque exequi iubendi, Personas quascumque tam ecclesiasticas sæculares, & cujuscumque Ordinis etiam Cisterciensis, ac S. Antonii Viehnenfis, necnon Congregationis, Societatis etiam Jesu, ac Instituti, necnon Militiarum etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani Regulares, quàm etiam laicas pro rebus, & negotiis ad visitationem huiusmodi pertinentibus ad Vos vocandi, & ad personaliter coram vobis comparandum citandi, opportunitateque juris, & facti remediis compellendi; similes item personas quascumque, & tanquam principales, & tanquam testes, seu tanquam principales quoad se, & tanquam testes quoad alios examinandi, & ut veritati testimonium perhibeant admonendi, ac etiam cogendi, juramenta eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad Sacrorum Canonum præscriptum, ac recalcantes per censuras ecclesiasticas, aliisque penas etiam corporales vobis benevolens contempserunt.

§. 2. Memorialia etiam Nobis inscripta, & directa, atque instructiones, relationes; delationes, querelas etiam secretas contra quascumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu aliis prout rerum, & personarum qualitas requiret iuxta Ordinationes nostras, & ex auctoritate Vobis tradita providendi.

§. 3. Congregationes aliquarum personarum, quæ vobis in consilium super præmissis adhibenda videbuntur faciendi, & illas eisdem personas auctoritate nostra vocandi, & cum eis de negotiis visitationis huiusmodi tractandi, consultandi, & deliberandi.

§. 4. Quotiescumque etiam vobis videtur, ac etiam seorsum à Nobis, & iteratis vicibus, quarumvis dictarum Urbis, seu extra illam, intra tamen illius districtum consistentium

XVI.

Nominat S. R. E. Card. Assumptorum.

Facultates procedendi contra quoscumque.

Facultates procedendi contra quoscumque.

Memorialia etiam Pontificis inscripta expediant.

Et congregationes per consilio adhibere possunt.

Omnemque Ecclesiam, & loca pia visitationibus subijci.

sententiam Patriarchatum, Collegiarum, Parochia-
 lium, seu aliarum Ecclesiarum, etiam S. R. E. Cardinali-
 bus ratione ratiōnis de nominationis sui Cardinalatus,
 & aliis quomodolibet, vel quavis causa subiecta-
 rum, seu cujuscumque Capelle, vel Oratorii, necnon Mo-
 nasteriorum, tam virorum, quam mulierum, Priora-
 rum, Domorum, & locorum secularium seu cujuslibet
 Ordinis etiam Mendicantium, ac etiam Cisterciensis,
 & S. Antonii Viennensis, necnon Congregationis, So-
 cietatis etiam Jesu, & Instituti, & Militie etiam
 Hospitalis, S. Iohannis Hierosolymitani, etiam illorum
 capitula existant, regularium, & Hospitalium etiam Na-
 tionalium, & sancti Spiritus in Saxia, ac etiam exem-
 ptorum, Nobisque, & Apostolicam Sedi immediate sub-
 iectorum generaliter quorumcumque locorum, & ope-
 rum piorum quomodolibet nuncupatorum, & quocum-
 que privilegio, exemptione, & immunitate sufful-
 torum, eorumque Capitulorum, Conventuum, Univer-
 sitatum, Collegiorum, Congregationum, Confrater-
 nitatum, Archiconfraternitatum etiam Laicorum, etiam
 nullo alio speciali nostro expectato Ordine, vel manda-
 to, aut etiam requisito consensu, vel licentia visitatio-
 nem faciendi, ac illa, & quolibet illorum visitandi, &
 in illum statum, formam, regulas, instituta, regi-
 men, naturam, consuetudines, vitamque, ritus, mores,
 disciplinam, doctrinam, & idoneitatem singularum
 personarum conjunctim, vel divisim, & tam in capite,
 quam in membris, necnon circa divinam cultum, reli-
 giosam functionem, Ecclesiarum decorem, fructuum,
 & introituum dispositionem, regularem Religiosorum,
 tam virorum, quam mulierum observantiam, aliisque
 omnia & singula ad actum hujusmodi visitationis quo-
 modocumque spectantia diligenter inquirendi, & ad
 hunc effectum quocumque illorum Archivia, Biblio-
 thecas, & quocumque in illis continentur documenta,
 & instrumenta authentica, scripturas, libros rationum
 dati, & accepti, computa, & ratiocinia perlustrandi,
 inspiciendi, perscrutanda, presertim vero Sanctissimum
 Eucharistie Sacramentum, sacras Reliquias, & quibus
 ipsum Augustissimum Sacramentum, ac Sacre Reli-
 quias, & res ad alia Ecclesiastica Sacramenta pertinentes
 continentur, sacra vasa, pyxides, thecas, tabernacula,
 necnon indumenta, ornamenta, & Instrumenta, uten-
 silia, & suppellectilem Ecclesiasticam etiam pretiosam
 diligenter, & accuratè inspiciendi, & ad prædicta exhibenda
 quascumque personas cogendi, & compellendi,
 ac in præmissis omnibus & singulis quocumque cor-
 rectione, emendatione, & reformatione indigere co-
 gnoverint, corrigendi, emendandi, & reformandi,
 processusque necessarios desuper faciendi, & Nobis re-
 ferendi, seu juxta Ordinationes nostras in his opportunè
 providendi, mandata, decreta, statuta, & ordinationes
 executioni demandandi, ac custodiri, & observari præ-
 cipiendo, demumque omnia alia, & singula, que hu-
 jusmodi Visitations negotium, ulterius progredi-
 sum, executionem, & in ea facta, & faciendæ man-
 data, decreta, statuta, & Ordinationes concernunt,
 & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, &
 spectabunt faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, &
 Ordinandi.

Contradi-
 ctoria rem-
 pte.

§. 9. Contradictorieque, & vobis in præmissis inobe-
 dientes, & rebelles, eisque auxilium, consilium, vel
 favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè
 quomodolibet præstantes per suspensionis, ac etiam
 privationis beneficiorum, & officiorum Ecclesiastico-
 rum, ac per censuras, & penas Ecclesiasticas, & tem-
 porales, etiam mancipationis carceri, aliisque opportu-
 na juris, & facti remedia, appellatione postposita com-
 petendi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit,
 invocandi plenam, liberam, amplectam, & in universam
 tribuimus potestatem Mandantes propterea omnibus
 & singulis, ad quos spectat, & spectabit, quocumque
 dignitate, auctoritate, potestate, & præminencia ful-
 gentibus, ut vobis, & cuilibet vestrum in præmissis
 omnibus, & singulis promptè pareant, & obediant,
 aliisque sententias, sive penas, quas ritè tulerint
 statueritis in rebelles, ratas habebimus, & faciemus.

deus Domino, usque ad satisfactionem condignam
 inviolabiliter observari.

§. 6. Ceterum in visitatione hujusmodi præceden-
 tias inter Ecclesias, Monasteria, & loca quocumque
 per vos visitanda, quantum commodè fieri poterit
 scrivari volumus, nulli tamen Ecclesie, Monasterio, vel
 loco, nec illi Capitulo, Collegio, Conventui, Confrater-
 nitati, Archiconfraternitati, aut personæ, tam con-
 junctim, quam divisim, seu aliis quomodolibet ejusdem
 visitationis, sive Ordinis hujusmodi in illa servati, vel
 non servati occasione in aliquo etiam minimo quoad
 præcedentiam, aliasque prerogativas quascumque præ-
 judicari, aut quicquam novi juris acquiri decernimus,
 & declaramus.

Nulli
 cui pro-
 duntia
 acquiritur

§. 7. Præterea cupientes in prædicta nostra Pastoralis
 visitatione animarum salutem, quantum in Nobis est
 providesse, & etiam corporales Christi pauperum præ-
 sertim infirmorum indigentias paterna charitate suble-
 vare, circumspeditioni vestre, & vestrum cuilibet præ-
 sentium serie mandamus, ut conjunctim, vel divisim
 Parochias Ecclesiarum diligenter perlustrare, ac per-
 quirere studeatis, atque earum pauperes infirmos gra-
 viter decumbentes singulos nostro nomine visiteris, &
 Apostolicam & nostram eis benedictionem, ut moris
 est, semel impartiamini, eosque paternis monitis, &
 salutaribus consolationibus recreetis, hortantes ipsos,
 ut in humilitate, & patientia propter Deum corporis
 infirmitatem, & dolores sustineant, & ad parendum
 divinæ voluntati quocumque ei placuerit ipsos ex
 hoc sæculo revocare, se piè, & Christianè præparent,
 sincerèque corde ad Deum conversi humiliter ab eo
 suorum peccatorum veniam petant, atque omnia eccle-
 siastica Sacramenta, quibus Christi fideles ex hac vita
 migraturi se præmunire solent, & debent, devotè, &
 reverenter suscipiant.

Infirmis
 patientibus
 visitantibus

§. 8. Nos enim eorum singulis ante, vel post vestram
 visitationem, ut præfertur, poenitentibus, confessis, &
 Sanctissimo Eucharistie Sacramento refectis semel ple-
 nariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, &
 remissionem largimur.

Confessio
 communis
 refectio
 marium
 indulgentia
 concessio
 Egenis
 Apostolicam
 et nostram
 benedictionem
 reverenter

§. 9. Volumus autem, ut eò interim vobiscum addu-
 cati dilectum filium nostrum, & Palatii Apostolici
 Elemosynarium, qui prout cujusque eorumdem pauperum
 egestas, & personarum conditio postulaverit, etiam
 oblati nostra impensa charitatis subsidiis, pecuniis, ci-
 bis, potu, pharmacis, vestibus, medicorum ope, cæteris-
 que ad victum, seu ad recuperandam valetudinem ne-
 cessariis temporalibus, quibus nunc urgentur, eorum ne-
 cessitatibus succurrat.

Contra-
 dictoria

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-
 tionibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Ecclesia-
 rum, Monasteriorum, Hospitalium, Ordinum, Congrega-
 tionum, Societatis Jesu, Militiarum etiam dicti Hospi-
 talis S. Iohannis Hierosolymitani, Archiconfraternitatis,
 Confraternitatum, & aliorum locorum, & operum pio-
 rum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Aposto-
 lica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & con-
 suetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis,
 usibus, & naturis, ac stylo Curie, privilegiis quoque,
 indultis, exemptionibus, & literis Apostolicis præmis-
 sis, & cuivis illorum, ac Superioribus, & personis eo-
 rum quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, sub qui-
 buscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum qui-
 buscunque derogatoriis derogatoriis, aliisque effi-
 caciorebus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irri-
 tantibus, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio,
 vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Renum-
 publicarum, & Principum quorumlibet preces, & in-
 stantiam, seu eorum contemplatione, & intuitu,
 ac etiam consistorialiter, & aliis quomodocumque con-
 cessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omni-
 bus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatio-
 ne de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifi-
 ca, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per
 clausulas generales idem impotentes, mentio habenda,
 nec aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret,
 illorum omnium, & singulorum tenores, formas, &
 occasiones

ALEXANDER SEPTIMUS.

occasiones presentibus pro plenè, & sufficienter expref-
fis, in fectis, & servatis respectivè habentes, illis aliis in
suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum spe-
cialiter, & expresse, ac plenissime derogamus, ac de-
rogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibus-
cumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pis-
catoris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus nostri
Anno primo.

Deputatio Secretarii ejusdem S. Visitationis
Apostolicæ.

Venerabili Fratri Hieronymo Archiepiscopo
Patracem.

ALEXANDER PAPA VII.
Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam bene-
dictionem.

Rerum, quæ Nobis cordi sunt, & quibus univer-
sæ, quam meditatur, reformationis pars non ulti-
ma continetur, curam fides, & diligentibus viris liben-
ter committimus.

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis jam pridem
perspecta fide, & diligentia plurimum in Domino con-
fidentes Visitationis nostræ Apostolicæ, quam omni-
bus Almæ Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, Mona-
steriis, locisque Sacris, & piis, secularibus, & regula-
ribus, universoque Clero, & Populo Romano indixi-
mus, ac per nosmetipsos, seu nonnullos Venerabiles
Fratres nostros S. R. E. Cardinales ad id coadiutores à
Nobis assumptos, Deo dante obire intendimus, Te Se-
cretarium duximus eligendum, prout etiam per præsen-
tes munus Secretarii hujusmodi cum omnibus & singu-
lis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, privile-
giis, & juribus, quæ tale officium obtinenti, & exer-
centi quomodolibet competere possunt, & debent,
Mota proprio Tibi committimus, & demandamus,
Teque Secretarium Visitationis prædictæ creamus, con-
stituimus, & deputamus.

§. 2. Dantes Tibi plenam, & liberam facultatem
ejusdem Visitationis decreta, statuta, Ordinationes, man-
data, præcepta, inhibitiones, informationes, relatio-
nes, ordinem, & seriem adnotandi, describendi, &
in libellos, seu commentarios, sive etiam in publica,
& authentica documenta, & instrumenta redigendi,
cæteraque omnia, singula, & quæcumque ad idem mu-
nus spectantia gerendi, & exercendi, etiam si notam,
& expressionem requirerent magis specialem, & sub
generali commissione hujusmodi non venirent. Nos
enim volumus iis, quæ à Te de rebus in Visitatione
gestis, & Ordinatis fieri, & emanabunt documen-
ta, & scripturis tua manu, & signo munitis plenam, ac
que indubitam fidem nunc, & perpetuis futuris tem-
poribus, tam in judicio, quam extra illud omnino ha-
beri, neque ad id probationis alterius adminiculum re-
quiri. Tu igitur in delato tibi munere ita te gere, ut
fidem, & diligentiam nunquam à Te defuisse lætemur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pisca-
toris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri an-
no primo.

Deputatio Cancellarii, seu Actuarii causarum
Sacræ Visitationis Apostolicæ.

Dilecto filio Iosepho Palamolla Presbytero
Policastrem.

ALEXANDER PAPA VII.
Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

DE singulari tua fide, & diligentia plurimum in
Domino confidentes Te omnium, & quarumcum-
que litium, & causarum, tam civilium, quam crimi-

nalium occasione Visitationis nostræ Apostolicæ, quam
in omnibus Almæ Urbis, & ejus districtus Ecclesiis, &
Monasteriis, locisque sacris, & piis, regularibus, &
secularibus, universoque Clero, & Populo Romano
indiximus, motarum, & in futurum prævidendum,
necnon ejusdem Visitationis actorum, ac decretorum
quorumcumque Cancellarium, & Actuarium cum om-
nibus & singulis facultatibus, & auctoritatibus, quæ tale
officium exercenti quomodolibet competere possunt, &
debent, Apostolica auctoritate tenore præsentium crea-
mus, constituimus, & deputamus.

§. 2. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem om-
nes & singulos actus, & terminos coram Judicibus, ac
Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus su-
per eadem Visitatione per Nos assumptis, & deputatis
servandi, ac decreta, & sententias per eos pro tempore
facienda, & respectivè promulgandas annotandi, ac
describendi, & in publica, & authentica instrumenta,
si opus fuerit, redigendi, cæteraque omnia, & quæ-
cumque ad idem munus spectantia faciendi, gerendi, &
exercendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria
fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiam absque ali-
quo conscientie scrupulo, aut censurarum, vel pœna-
rum ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incur-
su. Volumus insuper, ut scripturis, & instrumentis pu-
blicis manu tua, ac signo munitis plena, & indubitata
fides in judicio, & extra, nunc, & perpetuis futuris
temporibus omnino adhibeatur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pisca-
toris, die 22. Januarii 1656. Pontificatus Nostri an-
no primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis D.D.
Cardinalibus assumptis pro Sacra
Visitatione Apostolica.

Facultas exercendi Pontificalia.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri nostro Martio Episcopo Albanen. Gi-
netto, necnon dilectis filiis nostris Olerico S. Ana-
stasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace
Francioto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapaciolo,
Nicolao sancta Maria Angelorum Ludoviso, Iaco-
bo sancta Maria Transpontina Corrado, Laurentio S.
Chrysoconi Imperiali, Giberio Sanctorum Joannis,
& Pauli Titulorum Presbyteris S. R. E. Cardinalibus,
Borromæo respectivè nuncupatis. Venerabilis Frater
noster, ac dilecti filii nostri salutem, & Apostolicam
benedictionem.

Officii nostri est pastoralia munera, quæ divina
favente clementia administranda suscepimus, ea
præsertim, hilarique animo profequi: eos vero, quos in
eisdem Pastoralibus muneribus prosequendis assumpsi-
mus, & deputavimus, nostræ item mentis est opportunis
facultatibus adhuc munire, ut illis suffulti incumbentia
onera melius subire, & inceptum opus perficere quam-
primum valeant.

§. 1. Cum itaque occasione visitationis nostræ Apo-
stolicæ, quam in universæ Almæ Urbis, ejusque distri-
ctus Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris, & piis prox-
imis diebus indiximus, experientia comprobante cognov-
erimus aliquando necesse esse in compluribus ejusdem
Urbis, ac illius districtus Ecclesiis altaria consecrari,
campanas, ornamenta, indumentaque ecclesiastica be-
nedicti, Sacramenta ministrari, & alia Pontificalia mu-
nia exerceri.

§. 2. Illis ex vobis in eadem Visitatione adiutoribus
per Nos assumptis, qui consecrationis Episcopalis mu-
nus susceperunt, & eorum cuilibet plenam per præsen-
tes concedimus facultatem, ut in quibuscumque tam in-
tra eandem Urbem, ac propè, & extra illius muros,
quàm etiam intra ejusdem Urbis districtum sitis Eccle-
siis, etiam Patriarchalibus, necnon Monasteriis, Priora-

tibus, & domibus secularibus, seu cupiscumque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, Militie, Congregationis, aut Instituti regularibus, tam viro- rum, quam mulierum, atque Hospitalibus, Oratoriis, Sacellis, Cæmeteriis, locisque piis, ac religiosis, tam exemptis, Nobisque & Apostolicæ Sedi immediate subjectis, quàm etiam non exemptis, & quibusvis etiam S. R. E. Cardinalibus ratione tituli, aut denominationis sui Cardinalatus, aut alijs quomodolibet, etiam ex quavis causa subjectis, altaria, ac ipsasmet Ecclesias consecrare, aut illa, vel easdem Ecclesias, aut illis annexas reconciliare, seu etiam cæmeteria, campanas, calices, patenas, cruceas, indumenta, & ornamenta ecclesiastica quæcumque, & aquam, ut moris est, benedicere, Sacramentum Confirmationis, quodd ex ritu in visitatione ministrari consuevit, quibus, ubi, quando, & quoties illis, seu cuilibet eorum expedire videbitur, ministrare, sacrosanctum quoque Missæ sacrificium, necnon Vesperas, & quæcumque alia divina officia solemni, ac Pontificali ritu in Ecclesiis, & locis, in quibus illi id ad majorem animarum consolationem, spiri- tualemque profectum, & ad ipsam etiam, quam inten- dimus, reformationem inducendam pertinere, judicave- rint, celebrare, & decantare, verbi Dei prædicatio- nes, & conciones ad Dei amorem, & timorem in cor- dibus fidelium excitandum, & accedendum publicè ad Clerum, & populum, seu alijs privatim, prout occasio, & necessitas postulabit, habere, aliisque omnia, & quæcumque munia Pontificalia, etiam quæ notam, aut expressionem requirerent magis specialem, & sub gene- rali hujusmodi concessione non comprehenderentur, etiam erga personas alioquin habiles, & idoneas exer- cere, etiam nullo alio à Nobis expectato, aut requisito man. la. o. liberè, & licitè valeant.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina- tionibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, & statutorumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Or- dinum, Congregationum, Militiarum, Hospitalium, aut domorum, etiam juramento, confirmatione Aposto- lica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & con- suetudinibus, privilegiis quoque, indulgijs, & literis Apo- stolicis in contrarium præmissorum quomodolibet con- cessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contra- rijs quibuscumque.

D. P. A. 1. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pisca- totis, die 26. Januarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sacra Visita- tione Apostolica.

Facultas advocandi causas occasione Visitations pendentes, &c.

Edita A.D. 1656. ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri nostro Mario Episcopo Albanen. Gi- netto, necnon dilectis filiis nostris Ulderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace Fran- cincto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapaciolo, Ni- colao S. Maria Angelorum Ludovico, Jacobo S. Ma- ria Traspontina Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto SS. Joannis & Pauli titularum Presbyteris S. R. E. Cardinalibus, Borromæo respectivè nuncupatis. Venerabilis frater noster, ac dilecti filii nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium. U in prosequendo Visitations Ecclesiarum, & Piorum locorum hujus Almæ Urbis nostræ mu- nere, ad quod vos nominatim ex Sacro Venerabilium Fratrum nostrorum Collegio delegimus, causæ occur- rentes omni, qua fieri potest celeritate, justitia median- te, terminentur, quantum cum Domino possumus providere volentes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia nostra vobis ultra alias facultates per diversas nostras in simili forma Brevis expeditas literas Vobis attributas, ut omnes, & singulas causas occasione Visitations hujusmodi coram quibuscumque Judicibus, tam Ordinariis, quàm Dele- gatis pendentes, & etiam instructas in statu, & termi- nis, in quibus reperuntur, cum omnibus, & singulis eorum incidentibus, dependentibus, emergentibus, an- nexis, & connexis, totòque negotio principali ad vos auctoritate nostra avocare, illasque summarè, simpli- citer, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, & manu regia audire, cognos- cere, & sine debito, prout juris fuerit, terminare.

§. 2. Præterea ubi contigerit alicui altari etiam pro defunctis privilegiato, seu Capellæ tam magnum Mis- sarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum legatis impositum esse, ut singulis diebus præscriptis nequeat illis satisfieri, quidquid magis ad Dei hono- rem, Ecclesiarum utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia reliquerunt, etiam per translatio- nem partis Missarum hujusmodi ad aliud altare, seu al- taria etiam non privilegiata viderit expedire, re tamèn diligenter perspecta statuere, & ordinare, ut in eisdem altaribus commodius, ac plenius pæ defunctorum vo- luntati satisfiat, ita quod Missæ ad alia altaria hujus- modi, ad quæ illarum celebrationem transuleritis, ce- lebratæ, illis pro quibus celebrabantur, perinde suf- fragentur, ac si ad altaria privilegiata, seu alijs juxta eorundem defunctorum voluntates celebratæ fuissent, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint quæ magis specialem, specificam, & ex- pressam requirerent mentionem, facere, dicere, gerere, & exequi liberè, & licitè possitis, & valeatis Apostoli- ca auctoritate tenore præsentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariis derogat. §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina- tionibus Apostolicis, ac dictorum defunctorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus, necnon nostra, & Cancellaria Apostolica regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Pisca- totis, die 26. Januarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

Pro Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus assumptis pro Sacra Visita- tione Apostolica.

Facultas immiscendi se in criminalibus.

ALEXANDER PAPA VII. Edita A.D. 1656.

Venerabili fratri nostro Mario Episcopo Albanen. Gi- netto, necnon dilectis filiis nostris Ulderico S. Anastasia Carpino, Marco Antonio S. Maria de Pace Fran- cincto, Francisco Angelo S. Cecilia Rapaciolo, Ni- colao S. Maria Angelorum Ludovico, Jacobo S. Ma- ria Traspontina Corrado, Laurentio S. Chrysogoni Imperiali, & Giberto SS. Joannis & Pauli titularum Presbyteris S. R. E. Cardinalibus, Borromæo respectivè nuncupatis. Venerabilis frater noster, ac dilecti filii nostri salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium. Quoniam in prosequendo munere Visitations Ec- clesiarum, & Piorum locorum hujus Almæ Urbis nostræ, ad quod Vos nominatim ex Sacro Venerabi- lium Fratrum nostrorum Collegio delegimus, facillè contingere poterit, ut aliqua negotia criminalia per- tractanda sint.

Indultum. §. 1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum secu- ritati opportunè providere volentes Vobis, & cuilibet vestrum, ut tam conjunctim, quàm divisim durante hujusmodi visitatione, & illius occasione dumtaxat qual- cumque

ALEXANDER SEPTIMUS

cumque querelas, accusationes, denunciations contra quascumque personas tam ecclesiasticas...

§. 2. Usque liberis ab omnibus denunciationibus, querelis, & accusationibus, ac causis...

§. 3. Non obstantibus generalis Concilii, atque aliorum Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis...

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 26. Ianuarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

Deputatio Iudicis Sacrae Visitationis Apostolicae.

Dilecti filii Magistri Marco Antonio de Oddis in utraque Signatura nostra Referendario, & majoris Praesidentia Abbronzensi.

ALEXANDER PAPA VII. Dilecti filii saltem, & Apostolicam benedictionem.

Uta, quae in Visitatione Ecclesiarum Almae Urbis à Nobis, seu S.R.E. Cardinalibus in adiutores Visitationis huiusmodi per Nos specialiter assumptis salubriter decreta erunt, debite executioni quamprimum demandentur...

§. 1. Te, de cuius probitate, & veritate plurimum in Domino confidimus, Iudicium, & auctoritatem decretorum huiusmodi Visitationis auctoritate Apostolica tenore praesentium constituimus...

§. 2. Dummodo inconsultis Nobis, aut Cardinalibus praedictis, & nisi de eorum voto in aliquo praemissorum non procedas...

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quarumcumque etiam patriarchalium Ecclesiarum, Monasteriorum, Domorum, Ordinum...

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Ianuarii 1656. Pontificatus Nostri anno primo.

procedat, nisi de voto praesentium S. R. E. Card. Confratris conveniat.

Index non procedat nisi de voto praesentium S. R. E. Card. Confratris conveniat.

Deputatio Commissarii, & Fiscalis Sac. Vifitationis Apostolicæ.

Dilectissimo Tranquillo Nuncio A. P. Doctori.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Commissarium cum privilegiis, & facultatibus delegat.

Deus singulari fide, & diligentia plurimum in Domino consistit. Te Vifitationis nostre Pastoralis officii Cleri Romæ, & omnium Almar Urbis nostre jurisdictio districtus Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac locorum, & operum piorum, quam indiximus, & jam per Nos scriptis obtulimus, ac ad quam nonnulli ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus adjutores Nobis assignati, Commissarium de Fidei cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, & privilegiis, & juribus, que tale officium exercenti competere possunt, & debent, auctoritate Apostolica tenore presentium creamus, constituimus, & deputamus; in contrarium factis non obstantibus quibuscumque. Tu igitur in demandato tibi munere hujusmodi tibi Te gerere studeas, ut fidem, & diligentiam nunquam à Te desiderasse letemur.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1656. Pontificatus Nostri anno primo.

Facultas Congregationi, & Judici Sacre Vifitationis Apostolicæ standi simplici indicationi scripturarum, &c. & Judici procedendi absque voto Congregationis usque ad sententiam, &c. Excludivè.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Liàs Nos nonnullos ex Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio adjutores in munere Pastoralis Vifitationis nostre Ecclesiarum, & locorum, ac operum piorum hujus Almar Urbis assumimus, ac illis inter alia facultatem faciendi in præmissis processus necessarios, aliisque omnia, & singula, que hujusmodi Vifitationis negotium, ulterio- rem progressum, executionem, & in ea facta, & facienda mandata, decreta, statuta, & Ordinationes concernunt, & concernent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, gerendi, exequendi, mandandi, & Ordinandi: necnon omnes, & singulas causas occasione dicte Vifitationis coram quibuscumque Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis pendentes, & etiam hæreticas ad se auctoritate nostra avocandi, illasque summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, & manu regia audienti, cognoscendi, & sine debito, prout juris foret, terminandi concessimus. Ac Venerabilem Fratrem Marcum Antonium de Oddis nunc Episcopum Hierapolitanum Judicem causarum, & executorem decretorum Vifitationis hujusmodi cum diversis facultatibus deputavimus ea lege, ut inconsultis Nobis, aut Cardinalibus prædictis, & nisi de eorum voto in aliquo non procederet, nec sententiam ferret, aut quidquam exequendo, nec in aliquo impileret, & alias prout in diversis nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Cons. hujus causa.

Facultas procedendi.

§. 1. Nunc autem celeriori causarum prædictarum expeditioni, & partium dispendiis, quantum cum Domino possumus opportunè providere cupientes. §. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia nostra, ut tam Congregatio dictorum Cardinalium per Nos assumptorum, quam idem Marcus Antonius Episcopus Iudex,

Executor, ut præfertur, deputatus in omnibus liti- bus, & causis, que coram ipsis respectivè in vim facultatum eis respectivè per literas prædictas attributa- rum forsan motæ sunt, & in futurum movebuntur, per quascumque personas, tam ecclesiasticas, quam seculares, seu Ecclesiarum, plorum locorum, & operum hujusmodi Oeconomos, Ministros, & Cancellarios, Exe- cutores, seu Procuratores quocumque nomine contine- unt, pro, & contra; simplici, & nuda scripturarum, ac scripturam in Tribunalibus, seu Archivis, aut Notariorum officii ejusdem Urbis existentium indicationi, eorum- que notis, ac privatis copis stare, & illis ad probatio- nem eandem fidem in iudicio adhibere possint, & quæ ad illas referent, si illa in forma publica, & authentica for- rent transumpta, aut alias originaliter exhibita, aucto- ritate Apostolica tenore presentium concessimus, sta- tuimus, & Ordinamus. Necnon eidem Marco Anto- nio Episcopo, Judici, & Executori, ut etiam inconsul- tis Nobis, seu Cardinalibus prædictis, & absque eo- rum voto in causis supradictis usque ad sententiam de- finitivam, aut decretum vim definitivæ habeatis exclusi- vè, servatâ in cæteris formâ, & dispositione dictarum literarum super ejus deputatione hujusmodi emanata- rum, procedere liberè, & licitè valeat facultatem tri- butivam & impartimur.

§. 3. Non obstantibus quoad ea, que presentibus quomodolibet adversantur, prædictis nostris literis, ac omnibus, & singulis, que in eis volumus non obstantes cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1656. Pontificatus nostri anno primo.

Litteræ Processus S. D. N. Alexandri Papæ VII. lectæ die Cœnæ Domini. Anno 1656.

Bullam Cœnæ Domini habes tom. 1. Bullaris sub Urbano Quinto, Constit. 1. Apostolatus officii: sub Julio II. Constit. 25. Fide digna, tom. 1. sub Paulo III. Constit. 10. Consueverunt, tom. 2. sub Gregor. XIII. Constit. 81. Consueve- runt, tom. 2. sub Paulo V. Constit. 63. Pastoralis, tom. 3. sub Urbano VIII. Constit. 72. Pastoralis. tom. 4. p. 113. cum reservatione in articulo mor- tis, certo modo: & quilibet Confessarius debet illam habere, & studere prout in §. 26.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ fidei, sine qua impossibile est placere Deo unitate, atque integritate retinenda, & conservanda maxime elucet. Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate, & communione lædant, sed inter se alter alteri offensionem præbeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice Be- tissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita divi- na gratia adiutrice, sic presentis vitæ quiete gau- deant, ut futuræ quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sanè causas Romani Pontifices Prædecessores nostri, hodierna die, que anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemniter, spiritualem ecclesiasticæ dis- ciplinæ gladium, & salutaris justitiæ armis per mini- sterium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & anima- rum

ALEXANDER SEPTIMUS

rum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil operabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & iustitiam; Deo auctore, tueri vetustum; & solemnem hunc morem sequentes.

Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Viclephistas, Luteranos, Zuingianos, Calvinistas, Ugonobatos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, ac singulos alios Hereticos quocumque nomine censeantur, & cujuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Universitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdiciamus, ab Ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue à monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quoruncumque navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsiis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrheni, & Adriatici, quam in cæteris cujuscumque maris Regionibus, & litoribus furripuerint; ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, au longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falsò publicantes literas Apostolicas etiam in forma Brevis, & etiam falsò signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hereticos per nostras, sive hujus sanctæ Sedis sententias expresse & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, calybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellici instrumenta, ligamina, cannabam, funes, tam ex ipso cannabe, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant: necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon

Hereticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos, & Sedem prædictam hæcenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impendentes, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur; prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint Ordinis, præminentie, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliunt, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem Ordinariam, vel delegatam; à Nobis vel nostris Judicibus non habentes, illam sibi temerè vindicantes; similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capiendes, Meu deprædantes Romipetas; seu Peregrinos ad Urbem causâ devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capiendes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos; Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesisibus, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios personas ecclesiasticas quascumque, vel sæculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, advocatos, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi occidunt, seu quoquo modo percutiunt; bonis spoliunt, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque præminentiæ, & dignitatis fuerint.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam Sæculares cujuscumque dignitatis, qui prætextentes frivolum quandam appellationem à gravamine, vel futura executione literarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executionum, & aliorum Decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsentibus, Palatii nostri, & Cam. Apost. Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut aliâ ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fiscî Procuratore, vel Advocato, appellaciones hujusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii super hujusmodi literarum & processuum executione, instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines familia-

Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Viclephistas, Luteranos, Zuingianos, Calvinistas, Ugonobatos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, ac singulos alios Hereticos quocumque nomine censeantur, & cujuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Universitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdiciamus, ab Ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue à monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quoruncumque navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsiis navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrheni, & Adriatici, quam in cæteris cujuscumque maris Regionibus, & litoribus furripuerint; ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, au longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falsò publicantes literas Apostolicas etiam in forma Brevis, & etiam falsò signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hereticos per nostras, sive hujus sanctæ Sedis sententias expresse & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, calybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellici instrumenta, ligamina, cannabam, funes, tam ex ipso cannabe, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant: necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon

Partibus, res eis, quibus victualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur; prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint Ordinis, præminentie, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

Ladentes, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliunt, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem Ordinariam, vel delegatam; à Nobis vel nostris Judicibus non habentes, illam sibi temerè vindicantes; similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

Peregrinos, etiam in Urbem morantes, vel ab ea recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

Offendentes, S. R. E. Cardinales,

Offendentes ad Rom. Curiam venientes pro suis negotiis expedendis negotiorumque gestores.

Appellantes à gravamine, seu futura executione literarum Apostolicarum etiam in forma Brevis ad Cur. sæculi

res, Notarios, exequutores, & subexequutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliunt, perterrefaciunt, concutunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publice, vel occultè, quive alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directe vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu tabelliones, vel alia quomodolibet retinere præsumunt.

Impedientes executionem lit. ap. vel aliorum expeditio- rum, & aliorum casum à iudicibus ecclesiast. evocantes, seu cursum eorum im- pedientes, aut se in illius iudi- cii interpo- nentes.

14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctori- tate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolica- rum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias cau- sas spirituales, & spirituales annexas, ab Auditoribus, & commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesia- sticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitalia, Conventus, Collegia causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cogni- tione tanquam Iudices interponunt: Quivè partes adri- ces, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revo- candum, & revocari faciendum citationes, vel inhibi- tiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & poenis in illis contentis ab- solvi per statutum, vel aliis compellunt, vel exequu- tionem literarum Apostolicarum, seu exequutorialium, processuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohiben- di, vel aliarum prætenstionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut sup- plicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi corâ No- bis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellarium, Consiliorum, Parliamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consilarii ordinarii, vel extraordinarii quorum- cunque Principum sæcularium, etiam Imperiali, Re- gali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant digni- tate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Com- mendatarii, seu Vicarii fuerint.

Iudices sa- culares tra- hentes per- sonas Ecc- lesiasticas ad sua Tribuna- lia, vel alios Ecclesiast. libertatem quomodoli- bet laben- tes.

15. Quivè ex eorum prætenso officio, vel ad instan- tiam partis, aut aliorum quorumcunque, personas ec- clesiasticas, Capitalia, Conventus, Collegia, Ecclesia- rum quarumcunque coram se ad suum Tribunal, Au- dientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Iuris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirectè, quovis quavis colore: necnon qui statuta, Ordinationes, con- stitutiones, pragmaticas, seu quavis alia decreta in ge- nere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis quavis colore, ac etiam prætextu cuiusvis consuetudinis, aut privilegij, vel aliis quomodolibet fecerint, Ordinave- rint, & publicaverint, vel factis, & Ordinatis usi fuerint, unde libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo lædi- ditur, vel deprimitur, aut aliis quovis modo restringi- tur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet, directe, vel indi- rectè, tacite, vel expresse præjudicatur.

Impedien- tes quoscun- que Præla- tos, & sua jurisdictione molestantur, ac sui Ec- clesiast. judi- cii studen- tes, ac Cu- riam sacra- mentum ra- quirentes, & contra illos qui

16. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliôs- que superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Iudices ecclesiasticos Ordinarios quomo- dolibet hac de causa directe, vel indirectè carcerando, vel molestando eorû agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut aliis impediunt, quo minus sua jurisdictione ecclesiastica contra quos- cunque utantur, secundum quod Canones, & sacre Constitutiones ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum, generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut aliis fori ecclesiastici iudicium eludentes, & Cancel-

larias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam poenalia Ordinariis, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque qui hæc decernunt, & exe- quuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

procuran- tes decerni- sine auctori- tate Ap. & favorem in eisdem.

17. Quivè jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascun- que ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Mona- steriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id le- gitimam facultatem habentium expressa licentia se- questrant.

Auxilium præstantes, & usurpan- tes sedis Ap. vel Ecclesiarum jurisdictionem.

18. Quivè collectas, decimas, rallas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælati, & aliis personis ecclesia- sticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum bonis, illorum- que fructibus, redditibus, & proventibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa li- centia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exi- gunt, aut sic imposita, etiam à spontè dantibus, & con- cedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios di- rectè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procu- rare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscunque sint præeminen- tiæ, dignitatis, Ordinis, conditionis, aut status, etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Prin- cipes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatu quicunque, etiam, Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo Præsidentes, Consilarii, & Sena- tores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Con- ciliis generalibus edita, etiam eum censuris, & poenis in eis contentis.

Imponen- tes decimas personis Ec- clesiasticis fructibus.

19. Item excommunicamus, & anathematiza- mus omnes, & quoscumque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, exequutores, subexequuto- res quomodolibet se interponentes in causis capitali- bus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa huiusmodi Sedi Apostolicæ li- centia, quique huiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel aliis illa perperam abu- tuntur, etiam si talia committentes fuerint Consilarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuntupari.

Officiali- sæculares interponen- tes in caus capitalibus contra Ec- clesiasticas personas.

20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indire- ctè sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere occupare, & devinere præsumperint in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sar- diniae, & Corsicae, Terras citra Pharam, Patrimo- nium beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Co- mitatum Venayinum, Sabinensem, Marchiam Anconi- tanæ, Massæ Trebariæ, Romandiola, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatef- que nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Bene- ventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Eccle- siam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjecta: necnon supremam jurisdic- tionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ con- spettentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt: necnon adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, con- silium, vel favorem quomodolibet præstantes. Volen- tes presentes nostros processus, ac omnia, & quacum- que his literis contenta, quovis alii huiusmodi pro- cessus à Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino fortiri.

Occupantes, & invaden- tes S. R. E. Terras, & alia iuris- dictionem in supremam usurpantes.

21. Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium quam

Hæc Con- fessio in- gat.

*Matia
quibus
et moru
Papae
causant.*

quam per Rom. Pont. nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione praestita, absolvi possit, etiam praetextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscumque personis Ecclesiasticis, saecularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori Dignitate praeditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

*rum
vere
amen-
in pra
causant.*

22. Quod si forte aliqui contra tenorem praesentium talibus excommunicatione, & anathemate illaqueatis, vel eorum alicui absolutiois beneficium impendere de facto praesumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, procelluri.

*a abso-
lutionem
compre-
hendere
a pra
de fmo
non
serim
ant.*

23. Declarantes, ac protestantes quamcumque absolutioem, etiam solemniter per Nos faciendam, praedictos excommunicatos sub praesentibus comprehensos, nisi prius a praemissis cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint; ac quoad eos, qui contra ecclesiasticam libertatem, ut praesertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, Ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice revocaverint, & ex Archivis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac Nos de revocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutioem, aut quoscumque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quocumque tempore continuatam in praemissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque iuris Sedis Apostolicae, ac S. R. E. undecumque, & quandocumque quaesitis, vel quaerendis, nullatenus praesudicari posse, aut debere.

*ant
in un-
causant.*

24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cuiuscumque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & praeminentiae fuerint; etiam ut praemittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis ecclesiastica, & mundana praesuleant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis a praedicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis etiam derogatoriis derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis huiusmodi, ac de Ordinibus, locis, & nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac praescriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis scriptis, vel non scriptis, per quae contra hos nostros processus, ac sententias quominus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri.

25. Quae omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac ita ad verbum, nihil penitus omisso, inferrentur, praesentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, caeteraque contraria quaecumque.

*publica
in Urbe
causant.*

26. Ut vero praesentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesiae Sancti Ioannis Lateranensis, Basilicae Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut iis, quos processus huiusmodi concernunt, quod ad ipsos, non Bullarii Magni Tom. V.

pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

17. Insuper, ut processus ipsi, ut praesentes litterae, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plebique Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prae-latis ubilibet constitutis, per haec scripta committimus, & in virtute sanctae obedientiae districtè praecipiendo mandamus, ut per se, vel per aliam, vel alios praesentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenit, solemniter publicent, & ad Christi Fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

*Præceptum
etiam alibi
publicandi
hanc Const.*

28. Caeterum Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Praelati, necnon Rectores, caeterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri saeculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, transumptum praesentium litterarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

*Auditores
confessionum
habeant
apud se hab
litteras*

29. Volentes earumdem praesentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Iudicis Ordinarii Romanae Curiae, vel alterius personae in Dignitate ecclesiastica constitutae munitis eandem proflus fidem in iudicio & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

*Transumpti-
rum fides.*

30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

*Decretum
papale.*

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo.

*D. P. An. 1.
die 13. Apr.*

Anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione 9. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno ejus secundo, die vero 13. mensis Aprilis, supradicta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Curiae, & in Aedificiis Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curiaforem.
Pro D. Mag. Curiaforem Jacobus Cornelius Curf.

Publicatio:

Suppressio Congregationis Canonicorum regularium Sancti Spiritus Venetiarum.

*XV 11.
Edita A.D.
1656.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Um sit compertum, Congregationem Canonicorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum, quae unum tantum habet Monasterium redactum ad paucos Canonicos regulares cum aliquibus hospitibus, seu membris, a primaevo instituto penitus deviasse, ac in Ecclesia esse prorsus inutilem, nec spem ullam esse, ut ad bonam frugem redigatur. Hinc est quod Nos, quibus ex commissa Nobis divinitus agri Domini cura plantas inutiles ex illo extirpare providi patrisfamilias more incumbit.

*Motiva
hinc con-
sistunt.*

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine

*Supprimi
prout in
Rubrica*

tudine, eandem Congregationem Canonorum Regularem Sancti Spiritus Venetiarum, unà cum omnibus ejus dignitatibus, officiis, ac ministeriis, omni- que conventualitate, titulo, essentia, ac denominatione, tenore presentium perpetuo extinguimus, sup- primimus, & abolemus.

*Reservat
Sedi Apo-
stolica hanc
ejusdem
Congr.*

§. 2. Ac universa ejusdem Congregationis sup- pressæ bona mobilia, & immobilia, tam sacra, quam profana, Monasterium, ac hospitia, seu membra hujus- modi, Domo, vineas, prædia, canones, responsiones, fructus introitus, & jura quæcumque, ubicumque lo- corum existant, nostræ, & Sedis Apostolicæ dispositio- ni in usus, & opera pia per eos, quibus id à Nobis, & Sede prædicta commissum fuerit, convertenda refer- vamus.

*Concedit
facultatem
Canonis
transfundi
ad Religio-
nem.*

§. 3. Præterea personis dictæ Congregationis sup- pressæ, quæ nunc vivunt, & in eadem Congregatione professionem emisserunt, facultatem transeunt ad aliam quamcumque Religionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanen- di in sæculo in habitu Clerici sæcularis sub jurisdic- tione, & obedientia Ordinariorum locorum, ubi eas pro tempore morari contigerit, cum provisione eorum sin- gulis pro victu, & aliis necessariis in summa ducato- rum centum monetæ Venetæ currentis annis singulis donec vixerint, si aliunde sufficienter eis provisum non fuerit, super certis bonis, aut redditibus Congregatio- nis supressæ hujusmodi per dictos locorum Ordinarios assignanda, tribuimus, & impartimur.

*Ordinarii
provident
Ecclesiis de
Capellanis.*

§. 4. Postremo ne Ecclesiæ Congregationis suppres- sæ prædictæ debito destituantur servitio, sed factæ re- ctæ custodiantur; iidem Ordinarii locorum per præ- sentes committimus, & mandamus, ut Capellanos de- putent cum competenti mercede etiam super certa re- de bonis prædictis assignanda, per quos Missarum, & aliis oneribus satisfiat, ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur; utque ipsi Ordinarii inventa- rium tam factæ, quam profanæ suppellectilis ad dictam Congregationem suppressam spectantis accuratè confi- ciant, ac provideant, ne à quoquam occultari, occupa- ri, aut inde amoveri ullatenus possit, nisi, & donec à Nobis, seu Sede prædicta aliter provideatur.

*Decretum
mittunt.*

§. 5. Decernentes presentes literas etiam ex eo quod Superiores, & alii Religiosi dictæ Congregationis sup- pressæ, & ceteri quicumque in præmissis interesse ha- bentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causa propter quas eadem presentes emanarunt, ad- ductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint, nul- lo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis no- stræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis ma- gno, inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo quod in iidem præmissis solemnitates, & quævis alia servan- da, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite, à jure, vel facto, aut sta- tuto, vel consuetudine aliqua resulante, etiam in cor- pore juris clauso, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, & quovis alio prætextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta rationabili, & privile- giata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissio- rum necessariè exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverfiam revo- cari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas re- stitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodoli- bet concessio, aut impetrato quempiam uti, seu se juva- re posse, sed easdem presentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & in- tegros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari, sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apo- stolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de late- re Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, ac alios quoslibet

quavis auctoritate, & potestate surgentes, & functiones in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cui- libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctori- tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina- tionibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus edi- tis, & quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus perp- tuis, aliisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, & aliis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ reg- ularis, necnon Congregationis supressæ hujusmodi, ejus- que Monasterii, ac Hospitiorum, seu membrorum, & Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostoli- ca, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & cou- suetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apo- stolicis eidem Congregationi, illiusque Superioribus, Religiosis, & personis quibuscumque sub quibusvis teno- ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria- rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliis quomodo- libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem im- portantibus, mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones presentibus pro plenè, & sufficienter expres- sis, & servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscri- ptis, & sigillo alicujus personæ in ecclesiastica Digni- tate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An- nulo Piscatoris, die 28. Aprilis 1656. Pontificatus nostri Anno secundo.

Suppressio Ordinis Fratrum Cruciferorum. XVII.

ALEXANDER PAPA VII. *Edicta An.
Ad perpetuam rei memoriam.* 1657.

Vineam Domini, quæ est ejus Ecclesia, curæ no- stræ divinitus demandatam omni studio, & indu- stria colere jugiter satagentes munera nostri esse arbi- tratur, ut vites Ordinum Religiosorum in ea providè plantatas, quæ primigenio regularis observantiæ vigore destitutæ in steriles labruscas degenerarunt, ex illa more seduli patrisfamilias evellamus, prout matura deliberatione prævia conspiciamus in eodem Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque jam pridem compertum sit, Ordinem Fratrum Cruciferorum nuncupatorum, in quo non nisi quatuor Monasteria supersunt, quia ex vigin- tiquinque Monasteriis, quibus dictus Ordo in universum constabat, viginti & unum in vim Constitutionis s. c. Innocentii Papæ X. Prædecessoris nostri, quæ incipit Instaurandæ, suppressæ fuerunt, & cujus Fratres ad pau- cos sunt redacti, à primævo ejus Instituto penitus do- vialle, & in Ecclesia Dei penitus esse inutilem, nec spem ullam esse, ut ad bonam frugem redigatur.

§. 2. Idcirco Motu proprio, & ex certa scientia & marura deliberatione nostris, deque Apostolicæ pote- statis plenitudine, prædictum Ordinem Fratrum Cruci- ferorum nuncupatorum unà cum omnibus ejus dignita- tibus, officiis, ac ministeriis, omni- que conventualitate, titulo,

titulo, essentia, ac denominatione, tenore presentium perpetuo extinguimus, suppressimus, & abolemus.

Ord. re- servat.
 §. 3. Ac universa ejusdem Ordinis suppressi bona mobilia, & immobilia, tam sacra, quam profana, Conventus, domos, vineas, pradia, canones, responsiones, fructus, introitus, & jura quaecumque, ubicumque locorum existant, nostrae, & Sedis Apostolicae dispositioni in usus, & opera pia per eos, quibus id à Nobis, & Sede praefata commissum fuerit, convertenda reservamus.

Ord. re- servat.
 §. 4. Praeterea Fratres dicti Ordinis suppressi, qui nunc vivunt, & in eodem Ordine professionem emisserunt, facultatem transeundi ad aliam quamcumque Religionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in saeculo in habitu Clerici saecularis sub jurisdictione, & obedientia Ordinarium locorum ubi eos morari contigerit, cum provisione ipsorum singulis pro alimentis in summa quadraginta scutorum monetæ Romanæ annis singulis donec vixerint, si aliunde sufficienter eis provisum non fuerit, super certis bonis, aut redditibus Ordinis suppressi hujusmodi per eisdem Ordinarios respectivè assignanda tribuimus, & impartimur.

Ord. re- servat.
 §. 4. Postremo ne Ecclesiae ejusdem Ordinis suppressi debito destituantur servitio, sed factæ rectæ custodiantur, praedictis Ordinariis locorum, in quibus Ecclesiae ipsae sunt sitae, per praesentes committimus, & mandamus, ut Capellanos deputent cum competenti mercede etiam super re certa de bonis praedictis assignanda, per quos Missis, & aliis oneribus satisfiat ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur, utque dicti Ordinarii inventarium tam sacrae, quam profanae suppellectilis ad Ordinem suppressum hujusmodi spectantis accuratè conficiant, ac provideant ne à quocumque occultari, occupari, aut inde amoveri ullatenus possit, nisi, & donec à Nobis, seu Sede praedicta aliter provideatur.

Ord. re- servat.
 §. 5. Decernentes praesentes literas etiam ex eo quod Superiores, & alii Religiosi dicti suppressi Ordinis, & caeteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causae propter quas ex iam praesentes emanarunt adductae, verificatae, aut justificatae ullatenus fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, substantiali, sive etiam ex eo quod in iisdem praemissis solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, seu etiam enormis, enormissima, & totalis laesionis, & quovis alio praetextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessariò exprimens foret, notari impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reluci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetratio quempiam uti, seu se juvare posse; sed easdem praesentes semper firmas, validas, & efficaciè existerent, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictae Sedis Nuncios, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functionarios in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si

quid secus super his à quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.
 §. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, & quatenus opus sit, de jure quaesito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus perpetuis aliisque committendis ad partes, vocatis quorum interest, & aliis nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis necnon dicti suppressi Ordinis, ejusque Conventuum, & Ecclesiarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, eidem Ordini, illiusque Superioribus, Religiosis, & personis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris, die 28. Aprilis 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatio, innovatio, declaratio, & extensio Constitutionum Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. de datis, & promissis pro justitia, vel gratia apud Sedem Apostolicam obtinenda.

ALEXANDER PAPA VIII.
 Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.
 Inter gravissimas, multiplicisque curas, quae ex debito pastoralis officii humilitatis nostrae divinitus commissi Nobis assidue incumbunt, illam peculiari studio amplectimur, ut justitiae, & gratiae expeditiones, quae apud Sedem Apostolicam in dies obtinentur, ea qua par est rectitudine peragantur, ne pernicioso cujusquam circa illas excessu Romanae Curiae estimatio ullatenus laedatur, sed ipsa Curia in omnibus praecelata semper splendat laude integritatis, & abusus quicumque ab illa procul arceantur. Quapropter operae pretium facturos Nos existimamus, si ea, quae nonnullis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris simili consilio providè sancita sunt, ut in posterum firmitus observentur, innovemus, illaque declaremus, & extendamus, prout in Domino, arbitramur rationi esse consentaneum.

Omnes datas, promissas, vel res ipsas excommunicantur.
 §. 1. Dudum siquidem emanarunt à fel. record. Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris literae tenoris qui sequitur, videlicet: Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra omnes Clericos Religiosos, & Laicos utriusque sexus, sive sint familiares Curiae, sive alii undecumque, qui aliquando pactum fecerint, seu

XIX:

Edita A. D. 1656.

Exordium.

aliquod parvum, vel magnum promiserint, vel promissionem receperint, aut ex pacto, sive promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus, & plenarie non expressis, sive sit sub specialibus, & expressis aperte verbis, quicquam dederint, aut receperint magnum vel parvum, vel promissionem de quacumque re, aut utilitate propter hoc consequenda fecerint, vel receperint pro aliqua justitia, sive gratia pro se, aut pro alio in causis, vel judiciis, seu alias per literas Apostolicas, & quibuscumque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda.

§. 2. Et hanc sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes duximus extendendam.

Sententia penales.

Illos quoque, qui aliquem sciverint culpabilem in praedictis, & Nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad Nos verbam fideliter perferatur, simili decernimus sententiae subjacere.

Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro praedictis, vel aliquo praedictorum (absque speciali mandato) nostrae absolutionis beneficium valeat obtinere: nisi forsitan ad Nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus. Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur.

Justitiam vero, sive gratiam sic obrentam nullius proflus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robore firmitatis.

Sed & scienter utentes ipsis simili sententia excommunicationis attingimus, & reservantes Nobis absolutionem eorum cum praemissis in omnibus ad poenas similes obligamus.

Constitutiones Greg. & Bonifacii referunt.

§. 3. Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ab ipso Pontificatus nostri principio quam maxime possumus, enitimus, atque contendimus, ut domus, & Curia nostra a fordibus expurgentur.

Cui salubri consilio incumbens fel. rec. Bonifacius Papi VIII. excommunicavit, & anathematizavit omnes Clericos, Religiosos, & Laicos utriusque sexus, sive familiares Curiae, sive undecumque alios, qui aliquod pactum facerent, seu quid parvum, vel magnum promitterent, vel promissionem reciperent, aut ex pacto, vel promissione occulta, vel manifesta, sive sub verbis generalibus, & plene non expressis, sive specialibus, & aperte expressis facta quicquam darent, aut reciperent pro justitia, sive gratia, sive pro se, sive pro alio in causis, vel judiciis, seu alias per literas Apostolicas, & quibuscumque aliis modis apud Sedem Apostolicam obtinenda, & eam sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantesque, & recipientes duxit extendendam: Illos etiam qui sibi intra triduum non renuntiarent eam, quae in culpa esse scirent, vel aliter, per quem ad se fideliter referretur, simili voluit sententiae subjacere; ac decrevit, ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam absque speciali mandato suo absolutionis beneficium valeret obtinere, nisi in mortis articulo constitutus, sed nec quisquam admitteretur ad absolutionis gratiam nisi prius rogatum esset pauperibus quantum ille dedisset, vel etiam recepisset. Justitiam vero, sive gratiae expeditiones sic obrentae nullius proflus essent roboris, vel momenti, & scienter illis utentes simili sententia innodavit, ac reservavit sibi absolutionem eorum cum praedictis, & ad poenas similes in omnibus obligavit.

Tandem firmat, & ad fautores extendit.

§. 4. Sed hoc scelus ita hodie in mores inducendum est, ut plerique cupiditate improbi quibus potentiorum suffragationibus adnixi hujusmodi negotiorum expeditiones haec illac conquirentes turpissime nuntinentur. Alii alios, quos gratia praestare arbitrantur, danti, & pollicitationibus ambulant. Quidam etiam se aliam operam, atque industriam pretio, & munusculis quaesivisse affingunt. Quae cum postea sint, & Curia praedicta existimationem gravissimam offendant, in eos, qui talia agunt

animadvertendum fore arbitrati, Constitutionem praedictam cum suis censuris, & poenis omnibus innovamus, eisdemque omnes extendimus ad audentes qualescumque horum facinorum: quae adscripsimus, dantesque illis, & aliis supradictis auxilium, consilium, vel favorem.

§. 5. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Ecclesiastico, & seculari, sive temporali, sive perpetuo ipso jure privamus, ac privatos esse declaramus, & praeterea infamiae subjectos perpetuo, ac inhabiles ad illa, & alia esse volumus. A quibus etiam, prout quaeque res erit, tales poenae exigantur, quae caeteris sint exemplo.

Penales.

§. 6. Illis tamen, qui rem adhuc incognitam, complicisque, fautores, & locos retexerint, impunitas concedatur. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo septuagesimo quarto, nonis Novembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Retulit impunitas.

§. 7. Cum autem subinde variae vulgatae fuerint praedictarum Bonifacii, & Gregorii praedecessorum Constitutionum interpretationes, quarum aliqua ipsarum Constitutionum rigorem non sine earum utilitatis diminutione, & boni publici detrimento contra eorumdem praedecessorum mentem nimium relaxant. Hinc est, quod Nos omnem, quae circa praemissa in posterum enasci polleret, dubitationem tollere, quaecumque speciem, suspicionem, & occasionem damnatae per Constitutiones hujusmodi labis a Curia praedicta quantum Nobis ex alto conceditur, perpetuo excludere cupentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine eisdem praesertim Bonifacii, & Gregorii praedecessorum constitutiones cum omnibus, & singulis censuris, & poenis, ac aliis quomodolibet contentis in illis (sublata tamen revelandi obligatione) tenore praesentium perpetuo confirmamus, innovamus, & adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquo modo praetendi posset, restituimus, & plenarie reintegramus.

Constitutio.

§. 8. Ac in iisdem Constitutionibus casus, in quibus aliud promittitur, datur, accipitur, vel deponitur pro justitia, vel gratia, sive in spiritualibus, sive in temporalibus, & mixtis apud Sedem praedictam, & non solum ab ipso Romano Pontifice, verum etiam a quibuscumque ejus Ministris, Judicibus, & Officialibus, etiam Episcopis, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, & alia qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate, & auctoritate praeditis, & fungentibus, aut ab aliis gratia, vel favore pollentibus, etiam eidem Summo Pontifici consanguinitatis, seu affinitatis gradu quocumque conjunctis, seu atinentibus, etiam laicis obtinenda in Alma Urbe, aut in alio quocumque loco, in quo dictam Curiam esse contigerit, comprehendimus, & declaramus.

Constitutio.

Praeterea Constitutiones hujusmodi non tantum in actionibus jure naturali, & divino prohibitis, quia male sunt, sed etiam in aliis, quae ideo male sunt, quia jure humano, & praedictis Apostolicis Constitutionibus, ac praesenti nostra interduntur, locum habere. Necnon mediatores sive immediatos, sive mediatos, quotquot, & quicumque sint, & quavis dignitate, praesinentia auctoritate, favore, consanguinitate, atque affinitate, ut praemissum est, polleant, & praesulgeant.

Ac etiam promissiones, seu verba promissionum, dationes, & receptiones factas ob bonum finem comprehendere, nec earum dispositionem, ac poenas evitari posse in talibus, in quibus cesset suspicio mali.

Deinde illos etiam comprehendere, qui pro aliorum justitia, vel gratia quomodolibet impedienda, vel differenda aliquid dant, & recipiunt, vel deponunt, promittunt, seu pollicentur, unde aliis damnum, vexatio, vel molestia quomodocumque inferri, & resilitare possint, & mediatores quoslibetque immediatos, sive mediatores.

Insuper.

ALEXANDER SEPTIMUS.

115

Insuper quaecumque verba, seu signa etiam aequivo-
ca, quovis modo apta inducere quancumque obligatio-
nem justitiae, aut fidelitatis in principali, seu mediatore,
etiam sub titulo remunerationis, vel gratitudinis, a Con-
stitutionibus supradictis prohiberi.

Quinimo non licere quicquam promittere, dare, vel
accipere quibuscumque Judicibus, Ministris Officiali-
bus, & aliis auctoritatem, aut potestatem habentibus,
nec quibuscumque mediatoribus pro defensione juris
quaesiti, sive affectuione quaerendi, etiam ad redimendam
injustam vexationem, motu, scientia, deliberatione,
potestatis plenitudine, & tenore praedictis decernimus
pariter & declaramus.

Ad haec donationes, promissiones, & acceptationes pro
guberniis, vel aliis quibuscumque officiis, & muneribus,
etiam minoribus obtinendis, sive pro unica vice, si-
ve in singulos annos, aut menses, vel aliter quomodocum-
que a Constitutionibus praedictis interdicti; neque
Judicibus, Ministris, ac Officialibus pro gratia, vel ju-
sticia obtinenda, etiam in his, quae dependent ab eorum
arbitrio, & ad quae obligatione justitiae non tenentur,
quicquam dare, aut promittere, nec ipsis accipere
licere.

Neque etiam permillum esse Officialibus, vel Mini-
stris dicte Sedis in provisionibus, seu earum occasione
quorumcumque officiorum, etiam jurisdictionem, vel
ejus exercitium annexum non habentium imponere
penam ullam; responsionem, praestationem, vel
onus, seu partem aliquam commodi, vel emolumenti
ad sui, vel alicujus alterius cujuscumque favorem refer-
vare absque expressa, & speciali in singulis casibus no-
stra, & Romani Pontificis pro tempore existentis li-
centia in scriptis in singulis casibus ab utraque parte
obtinenda.

Insuper exigentes a partibus, vel aliis interesse ha-
bentibus, seu agentibus, ac mediatoribus quibuscum-
que pollicitationes, promissiones, pacta, vel recipien-
tes aliquid sub assertione, quoddam Judicium, Ministrorum
Officialium, aut Magnatum, seu aliorum quorum-
cumque operant, auctoritatem, vel officia pretio, vel
maneribus, aut promissionibus hujusmodi comparave-
rint, seu quaesiverint.

Necnon pollicitantes, promittentes, offerentes, ac
tradere tentantes, licet pollicitatio, promissio, & obla-
tio non fuerint acceptatae, neque traditio secuta, nul-
lumque habuerint effectum.

Ac etiam illos, qui ex eo quoddam gratias, & favores
ipsis ob familiaritatem, obsequia, ac servitia propriis
Dominis, vel aliis praestita debitos, seu ab ipsis separa-
tos in aliorum cum propria ejusmodi iuris, vel spei ja-
ctura commodum, & beneficium transferunt, conver-
tunt, & impendant, vel pro gratia, seu justitia pro eis
obtinenda aliquid recipiunt, sub memoratis Consti-
tutionibus contineri, illarumque poenis, & censuris
subiectos esse.

Pro actuali vero labore circa expeditionem impetra-
torum non licere Officialibus, Curialibus, & aliis qui-
buscumque recipere, nec illis polliceri, promittere, vel
cum eis pacisci, nisi mercedem labori convenientem.

Judicibus autem, Officialibus, & Ministris quibus-
cumque, quibus incumbit expeditio gratiae, vel justitiae,
minime permitti quidquam recipere, neque illis pol-
liceri, promittere, vel cum eis pacisci ultra taxas praes-
criptas, etiam ratione celerioris, aut facilioris ex-
peditiois.

Quia etiam illicitum esse quidquam magnum, vel
parvum Judicibus, ac Ministris quibuslibet offerre, pro-
mittere, pacisci, seu polliceri, dare, vel ab ipsis recipere
mediate, vel immediate, etiam quod eorum ani-
mum movere non possit, pro gratia, vel justitia ob-
tinenda.

§. 9. Demum supradictarum Constitutionum dispo-
sitionem, censuras, & poenas non censei abolitas, vel
sublatas ob scientiam, patientiam, seu tolerantiam Ro-
mani Pontificis per quemcumque, etiam longissimi te-
poris cursum, nisi speciali licentia, vel indulto in uno-
quoque casu a singulis partibus in scriptis particulariter

obtinendo fuerint expresse remissa, motu scientia, de-
liberatione, potestatis plenitudine, & tenore paribus
decernimus, statuimus, & declaramus.

Praefatasque Constitutiones, ac censuras, & poenas
in eis contentas ad omnes, & singulos casus supra ex-
pressos, quatenus opus sit, extendimus, & amplia-
mus.

§. 10. Praeterea eisdem Bonifacii, & Gregorii Prae-
decessorum Constitutiones per alteram pae mem. Clo-
mentis Papae VIII. praedecessoris pariter nostri, quae in-
cipit, Pro commissa, anno Incarnationis Dominicae
1592. decimo octavo Kalend. Septembris editam ad
caeteras Ditionis temporalis S.R.E. Civitates, & loca
immediate subjecta (praeterquam quoad bona Commu-
nitatum) minime extensas fuisse, neque per hanc no-
stram extendi; sed eos quidem omnino comprehendere
qui in aliis locis ejusdem Status Ecclesiastici, & cujus-
vis alterius partis mundi existentes pollicentur, promit-
tunt, paciscuntur, mittunt, vel dari faciunt per literas,
vel mediatores, vel aliter quomodocumque, & qui ab
eis recipiunt contra dictarum Constitutionum dispo-
sitionem quidquam magnum, vel parvum pro justitia,
vel gratia apud Sedem praedictam obtinenda, declara-
mus pariter, & statuimus.

§. 11. Postremo tamen credamus, & speremus in
Domino nunquam eventurum, ut aliquis ex Venera-
bilibus Fratribus nostris Episcopis, Archiepiscopis, Me-
tropolitanis, Primatibus & Patriarchis, aut in qua-
cumque alia etiam superiori Ecclesiastica, quantum-
vis sublimi, & speciali nota digna constitutus dignitate
in praemissis quoquo modo delinquant; quia tamen di-
ligentiam nostram in removendis ab eadem Curia abu-
sibus, quibuslibet abundare poterit, quam in aliquo de-
ficere volumus, etiam Episcopos, Archiepiscopos, Me-
tropolitanos, Primates, ac Patriarchas, caeterosque in
quacumque alia etiam praedictis superiori, ac quan-
tumvis sublimi, & speciali nota digna constitutos digni-
tate, etiam si per nostras, & Cancellariae nostrae Aposto-
licae regulas cautum sit, quod illi in Constitutionibus
per Nos editis, & edendis non comprehendantur, nec
comprehensi censeantur, nisi in eisdem Constitutionibus
facta fuerit ipsorum expressa mentio, in praedictis Con-
stitutionibus, ut praemittitur, declaratis, & extensis
ac in praesenti nostra quoad censuras comprehendendi, mo-
tu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & te-
nore similibus statuimus.

§. 12. Porro xenia solita, esculenta, & poculenta,
quae Judicibus, Ministris, & Officialibus Romanae Cu-
riae exhiberi consueverunt, praefatis praedecessorum no-
strorum literis ac praesentibus nostris minime prohibi-
ta fuisse, nec prohiberi decernimus.

§. 13. Declarantes per praesentem nostram Consti-
tutionem non censei abrogatam Constitutionem simi-
lis recordat. Pii Papae V. etiam praedecessoris nostri
contra ambientes dignitates, & officia jurisdictionis
administrationem habentia, eaque pretio, seu promif-
sione procurantes, quae incipit: Etsi Romani, &c. nonis
Decembris anno sexto ejus Pontificatus emanatam: sed
illam, ac caeteras ipsius Pii praedecessoris, & aliorum
Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum
quorumcumque Constitutiones, Ordinationes, Cano-
nes, & decreta in hac materia, vel circa eam haecenus
edita, ac nostram, & Cancellariae Apost. regulam 67.
qua statuimus, ut Officiales Romanae Curiae praedictae
nihil exigant ultra debitum, in suo robore remanere.

§. 14. Ac decernentes praesentes literas, & in eis
contenta quaecumque etiam ex eo quod praedicti, &
alii quilibet, etiam speciali nota, & expressione digni
in praemissis interesse habentes, seu habere quomodoli-
bet praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati
& auditi, seu causae, propter quas eadem praesentes
emanarunt, adductae, verificate, aut justificate ullatenus
emanarunt, adductae, verificate, aut justificate ullatenus
fuerint, vel ex alia quacumque, quantumvis iusta, legi-
tima, juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu,
occasione, & capite etiam in corpore juris clauso nullo
unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut
nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, seu interesse ha-
bitum.

Declarat
Constitutio
nos Bonif.
& Clem.

Omnino hat
Constit. com-
prehendit

Esculenta,
& poculenta
non incli-
duntur.

Constit. Pii
V. & aliar.
in suo robore
conservatae.

Claus. praesentia.

ALEXANDER SEPTIMUS

bonitati, & aliorum quorumcumque consensus def-
beatur, quae ipsis praefatis adhibeantur, si forent
exhibere, vel ostendere.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, 18th Annu- D. P.
lo Piscatoris, die 2. Maij 1676. Pontificatus Nostri die 2.
anno secundo.

Anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo Publico
sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione 9. Pon-
tificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domi-
ni D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno
eius secundo, die vero 17. mensis Maij praesentes
litterae affixa & publicatae fuerunt ad valvas Basilicae
Principis Apostolorum, ac Datariae & Cancellariae
Apostolicae, ac in acie Campi Florae, per me Petrum
Paulum de Grassis Apost. Cursorem.
Pro D. Mag. Curs. A. Castrucciis.

Clausula
sublata.

§. 15. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, &
singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & dele-
gatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere
Legatos, necnon Curiae, & Urbis praefatarum Iudices,
Officiales, & Ministros, & alios quolibet quavis au-
thoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata
eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate iudicari, & defini-
ri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari.

Contrarius
derogat.

§. 16. Non obstantibus de iure quaesito non tollen-
do, & quod Cardinales non comprehendantur sub re-
gulis, & Constitutionibus editis, & edendis nisi in eis-
dem facta fuerit ipsorum expressa mentio, ac caeteris
nostris, & Cancellariae praefatae regulis, aliisque Con-
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Co-
niliaribus, necnon eorumdem Urbis, & Curiae, ac illa-
rum Tribunalium quorumvis, & aliis quibuscumque etiam
iura merito, confirmatione Apostolica, vel alia quavis
firmitate roboratis stylis, usibus, & consuetudinibus,
etiam inmemorabilibus: privilegiis quoque, indultis,
Motuum proprio rum cedulis, chiographis quorum-
cumque Romanorum Pontificum Praedecessorum nostro-
rum manu subscriptis, ac litteris Apostolicis sub quibus-
cumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibus-
vis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus,
& insolitis clausulis, & decretis etiam irritanti-
bus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & con-
sistorialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus
omnibus & singulis, etiam pro sufficienti illorum de-
rogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis
specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non tantum per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quavis alia expressio faciendae, aut aliqua
alia exquiritae forma ad hoc servanda foret, illorum om-
nium, & singulorum tenores, formas, & occasiones,
ac alia etiam speciali expressione digna praesentibus
pro plenae, & sufficienter expressis, insertis, & servatis
respective habentes, illis aliis in suo robore perman-
suris, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse de-
rogamus, ac derogatum esse volumus: caeterisque
contrariis quibuscumque.

Publicari, &
Transumptis
idem praesentibus
praeferendat.

§. 17. Ut autem eadem praesentes litterae omnibus in-
notescant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat,
volumus, ut illae, seu earum exemplum ad valvas Basili-
cae Principis Apostolorum, ac Datariae nostrae, &
Cancellariae praedictae necnon in acie Campi Florae
de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris pro-
ut moris est, publicentur, & affigantur, quae sic pu-
blicatae, & affixae omnes, & singulos perinde afficiant,
ac si illis personaliter intimatae fuissent.

§. 18. Quodque illarum transumptis etiam impres-
sis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillis alicui-
us personae in Ecclesiastica dignitate constitutae mu-
nitis eadem prout in iudicio, & extra illud adhi-

Quod Episcopi Italiae, Insularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant.

Concilium Provinciale a singulis Archiepiscopis,
& Episcopis quolibet triennio celebrari iussit
Leo X. Constit. 10. §. 12. tom. 1. Synodum in
Romano Clero pro correctione morum, & alijs
de causis congregare potest Vicarius Papa. Pau-
li III. Constit. 36. §. 10.

ALEXANDER PAPA VII.
Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedi-
tionem.

Nter caetera, quae clare, ac plane divinitus Sacrosan-
cti Tridentini Concilii Patres lege sanxerunt, illud
profecto cum primis fuit, in singulos in annos Episco-
pi Synodos indicere, haberentque, & suarum Ecclesia-
rum loca diligenter obirent, ac sollicitè partes omnes
explorarent. Ique non sapienter minus constitutum,
quam re, atque usu frugiferum compertum est, ac salu-
tare. Cum enim in eadem ferè sit agrorum, animarumque
colendorum ratio, nisi hi Episcoporum velut solertium
agricolarum opera, industriaeque subinde renoventur,
exerceanturque, malis moribus, & vitiis tanquam in-
felicitibus herbis, sentibusque squallere necesse est, atque
obolescere.

§. 1. Neque vero aliud quidquam est, quod iis quae
rectè atque utiliter statuuntur magnam aequè authorita-
tem afferre possit, & pondus, quam si ea communi si-
mul omnium animo, consilioque decernantur, sive quod
gravius, firmiusque videri debet, quod multorum iudi-
cio consensusque receptum fuit, sive quod caput est,
non sine divina qualiam approbatione fieri censendum
est, quidquid à pluribus ritè in Christo convenienti-
bus, ad animarum salutem, disciplinamque in posterum
faciendam constituitur. Quod cum optime, ac perditè
olim intellectum in Ecclesia fuisset, illud jam usque à
primis ferè temporibus obtinuit, ac frequentibus deinceps
Conciliorum decretis celebratum fuit, ut semel, at-
que iterum quotannis Episcopi ad Synodos peragendas
convenirent. Ut enim erant in animarum custodia se-
rviduli, ac minime conniventes, nihil esse in re tanta
nimium, nihil dictum, aut inculcatum satis existimabāt.

§. 2. Quod si quantum veteres illi in Sanctissimis le-
gibus, institutisque condendis studiis, atque operae ad-
hibuerunt, tantum deinceps posteris in his retinendis
diligentiae posuissent, pulcherrimis profectò moribus
Christiana res staret, eaque fortasse feliciore, ac laetiore
longè uteretur. Verum dissolutis, & ad nimiam li-
centiam incumbentibus, divino profus consilio factum
esse existimandum est, ut his coercendis, adstringendis-
que antiquissimum Concilia celebrandi, & Episcopalis
viviuntis institutum Sacrosancta Tridentina Synodus
revocaret, quod illud cum per se utilissimum, tum ve-
d Christi ipsius, & Apostolorum exemplis in omni pene
vetustate usurpatum esse intelligeret.

§. 3. Et

ALEXANDER SEPTIMUS.

§. 3. Et sane si possidebantur est, ac tota viribus & imitatione, quod quidem apertè ostendimus, contendendum est, quod Christus Dominus factus esset, ipsemet in Apostolorum Principe Ecclesiam collocaturus, sustinensque ei potestatem collaturus, nonnullam hujus consuetudinis significationem dedit, ac veluti formam quandam, & modum adumbravit. Cum etenim primum suos singillatim Discipulos sententiam, queque esset de se hominum opinio rogasset, tam Petro hanc Sedem, & celsissimam hanc, quam itinerari tenemus dignitatem, par sanè tante voci, & confessioni premium detulit. Ab illo eruditè deinde Apostoli maximis sapè de rebus, negotiisque non nisi secundum plurimum sententiam, consultumque decreverunt.

§. 4. Idem verò ut successores sui muneris, ac præcipue visitationis admovent, frequentes legationes, peregrinationesque susceperunt, que proculdubio & edocumt, ut hoc Episcopis antiquissimum debere esse demonstrarent, quod unum præ cæteris eorum nomini, officioque conveniret. Gentium autem Magister, ac Doctor non satis habuit, quàm per Epistolas, quàm suos per Discipulos, quos Christo lucrificerat, identidem adhortari, verum ut aliquando inanes inter ipsos coortas discordias, dissensionisque componeret, & gravissimum scelus admissum corripere, mox atque iterum ad eos se venturum esse affirmavit.

§. 5. Ne quid verò remissè, aut aliqua cum tepiditate ab ipsis quandoque fieret, qualem se in tot laboribus, atque itineribus præbuerit, suo palam exemplo docuit, nam & se ab omnium sanguine mundum restitit, non enim subterfugisse, quo minus annunciatet omne consilium Dei, non aurum, non argentum, non ullius vestem concupisse, suas verò sibi manus quæ tolerandæ vitæ opus erant, suppeditalle.

§. 6. His itaque auctoribus, ac præceptis admoniti, quod quidem à Vobis Venerabiles Fratres, egregiè, atque accuratè fieri certum est, Ecclesiarum creditarumque ovium curam totis viribus, omnique animorum contentione suscipite, eas diligenter perlustrate, tum singulim, tum unà cum aliis simul, earum salutem, atque incolumitatem prospicite, sollicitè hanc unam querite, hanc unam spectate, pro qua supremus ille Paterfamilias filio suo non pepercit, & cujus à nobis omnibus severissimè rationes exposcet.

§. 7. Quod si tempus aliquando fuit, quo omnia intentionibus curis, vigiliisque ab iis agi debeant qui speculatores constituti sunt Domus Israel, hoc profectò est eum tot malis concussa Christiana Respublica non nisi à placato, reconciliatoque Dei numine tatarum calamitatum finem aliquè sperare, ac meditari potest. Nos sanè, qui ex earum cogitatione conspectuque in ipse dies animo dolore capimus, ad eas sollicitudines, quibus assidue detinemur, hujus quoque Urbis visitatione adjectimus, ut quoniam hanc unam Christus Dominus tot amoris significationibus dilexisse visus est ex omnibus, plurimum aliis etiam, quod quidem in Nobis esset, motum sanctitate, ceteroque Dei cultu anteiret.

§. 8. Sed, que est pietas, ac virtus vestra, neque exemplis, neque hortationibus nostris locum relinquitis, hoc enim persuasissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequenti animarum recognitione, Synodorumque celebratione, nihil Catholicorum Principum paci à Deo impetrandæ accommodari esse, quò intermisso magna in moribus continuitudine ad omnem improbitatem, ac peccandi licentiam facta est immutatio. Hoc quod à vobis munere ipso, officioque in primis exigitur, quod miseræ, afflictæque Christianæ Respublicæ rationes, & discrimina quotidie magis effragitant, per Christi Nos misericordiam, in cuius ille visceribus plebem suam visitavit, ardentè petimus, & Apostolicam benedictionem peramanter impartitur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Maij 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

Prohibitio extrahendi Libros, Quinterna, & folia tam impressa, quàm manuscripta e Bibliothecis Conventuum Fratrum Capucinorum, exceptis Predicatoribus tempore Quadragesimæ.

Consimilem Confis. edidit pro his Fratribus Urb. VII. l. Confis. 249. cum facultate Superioribus committendi libros inutilis per eorum Synodos.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Conservationi, & mantentioni Librorum Bibliothecarum omnium, & singularum Conventuum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupat, in quacunque mundi parte existentium, quantum, cum Domino possumus, benignè consulere, ac dilectum filium modernum dicti Ordinis Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari.

§. 1. Ne de cetero quisquam quavis auctoritate, superioritate, seu officio fungens, libros, quinterna, folia, aut scripturas, tam impressa, quàm manuscripta, tam hæctenus per quoscunque Christi fideles dictis Bibliothecis respectivè donata, & assignata, quàm in posterum forsitan dohanda, & assignanda, quibusvis perlonis (præterquam Fratribus dicti Ordinis, qui quidem libros à Bibliothecis hujusmodi respectivè de Superioris, seu Bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, & eis pro communi conventuum hujusmodi, & particulari fratrum dicti Ordinis usu in suis cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra suos Conventus uti possunt, sed finito usu hujusmodi, subito ad dictas Bibliothecas respectivè sub infrascriptis pœnis reportare omnino debeant) commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione à dictis Bibliothecis extrahere, & asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, & asportentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrèdis, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdiximus, & prohibemus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quòd præsentis prohibitionis copia in valvis omnium, & singularum Bibliothecarum Conventuum dicti Ordinis, seu alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit continud affixa remaneat, quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur quæ præsentibus, adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Julij 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

Pro

Pro concordia Fratrum Regularis Observantiae S. Francisci, Provinciae S. Joannis Evangelistae Insularum de Affores.

Edita A. D. 1656.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

In sublimi Sedis Apostolicae specula universi gregis... Dilecti cure nostrae divinitus commissi commodis...

Supplicatio.

Quia. Cum itaque, sicut accepimus, ad componendas controversias in provincia S. Joannis Evangelistae in Insulis de Affores nuncupatis consistente Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia nuncupatarum...

§. 1. Franciscus miseratione divina Episcopus Portuensis, Cardinalis Barberinus, S. R. E. Vicecancellarius, ac Ordinis S. Francisci Protector, Corrector, & Gubernator...

Memoriale.

§. 3. Beatissimus Pater Frater Antonius à Gratia Praedicator, & electus Provinciae Sancti Joannis Evangelistae Insularum de Affores Regularis Observantiae S. Francisci...

electum, & hoc à Diffinitoribus ab ipso convocatis illegitime subrogatis, reclamante legitimo Provinciali, ac Diffinitoribus actualibus tunc propter violentiam in Conventu S. Augustini commorantibus. Ipse Vicarius Provincialis intrusus vi armorum, ac metu omnia sibi subigendo; Provinciam in sua potestate continuit, atque extracto è carcere Fr. Ferdinando à Conceptione, misit ut Procuratorem ad ipsam Curiam sub sigillo Provinciae noviter à se aperto: non obstantibus appellationibus, & censuris Provincialis legitimi, & Diffinitorum actualium. Provisum interea fuit de Provinciali legitimo à Sac. Congregatione die 3. Octobris 1653, ab Eminentissimo Protectore die 14. Novembris, à Sanctissimo D. Innocentio X. die 16. ejusdem Novembris. ipsius anni pro continuatione sui Officii, & aliorum Praelatorum respectivè per integrum annum, confirmando etiam dictum Visitatorem ad visitandam Provinciam, & celebrandum Capitulum: his decretis nolentes obedire intrusum, neque audire illa, malè tractarunt Notarios, atque alios Ministros intimantes, & non obstante clausula Brevis expressa (postposita appellatione) ab illa appellatur (susceptionemque ipsi Visitatori fecerunt intimare, qui respondit se non posse recusari tanquam suspectum quoad Visitacionem generalem, sed solum quoad particularem (si coram arbitris probassent) & contra ipsos fulminavit censuras usque ad declarationem per sententiam: & cum jam visitare coepisset Provinciam in Conventibus obedientibus decretis supradictis, ac legitimo Praelato, accidit quod die 14. Julii anni 1654. ei fuit intimatum decretum Sac. Congreg. dat. die 19. Martii ejusdem anni, derogans Breve, & Decreta prorogationis dicti Provincialis legitimi, assecutum à dicto Ferdinando Procurat. Intrusum, qui in supplica allegavit Procurat. Provincialis legitimi non fecisse mentionem electionis dicti Vicarii Provincialis intrusum (cum tamè hoc ei fuisset impossibile, nam à Curia Olyssiponensi profectus est Romae die 10. Junii anni 1653, & in die 13. ejusdem Junii facta fuit talis electio in Insula tertia quae distat ab ipsa Olyssipone per trecentas leucas maris) narravitque verum in supplica virtute cujus expedita fuerunt decreta, & Breve prorogationis Provincialis, etià confirmationis ipsius Visitatoris; qui respondit tale decretum nihil locutum fuisse circa Visitatorem removendum, & ad tutius respondendum petiit videre ipsum decretum, quod tamè à Judicibus exequutoribus ei fuit denegatum, idque contigit Provinciali prorogato intimato die 15. Julii, qui simul cum Visitatore appellavit ante omnia, & post omnia ad Sanctam Sedem Apostolicam: tunc Visitator fecit citare omnes vocales Capituli (modo quo potuit) & brevi temporis spatio fama pervolavit per totam Provinciam celebrationis Capituli, & cum jam ipse Visitator exerceret officium Praesidentis Capituli in mensa diffinitionis, illud primò decretum, & aliud de novo adveniens derogans Visitatorem fuerunt simul intimata illi die 12. Augusti, narrabatque Iudex executor Oduardus in literis suis tale decretum fuisse datum à Sacra Congregatione sub die 14. Novembris anni 1653, dies quidem in qua ipsa Sacra Congregatio per suum decretum confirmavit ipsu Visitatorem, & in qua dictus Ferdinandus Procurator intrusus erat captivus in Alger; cui intimacioni respondit ipse Visitator quod Notarius cum rebus adhiberet fidem intimacionis decretorum factae in mensa Capitulari, ubi ut praesidens, & nò uti Visitator exercebat suum munus, & quod nullum duorum decretorum habebat clausulam derogatoriam officii Praesidentis Capituli, quod est valde distinctum ab officio Visitatoris: postquam quod utrumque decretum esset obrepitum multis de causis, quapropter ab ipsis appellavit ad Sanctam Sedem: postea die assignata quae erat 15. Augusti anni 1654. celebravit Capitulum cum decem suffragiis quae solum congregare potuit, elegitque ipsum Oratorem Fr. Antonium à Gratia in Ministrum Provinciale, fecitque omnes Guardianos, & omnia acta Capitularia, deestitque à visitacione propter redimendam vexacionem, appellavitque contra omnes nominationes Provincialis, & diffinitorum si forte Romae fierent ab aliquo Superiore, quod etià fecit dictus Orator

tor Provincialis noviter electus, qui misit Procuratorem in istam Curiam ad confirmandum Capitulum, qui cum pervenisset ad Olymponem invenit ibi nominationes factas Provincialis, & Diffinitorum per eminentissimum Protectorem virtute eisdem decreti Sacre Congregat. dati die 26. Augusti 1634. nescientis accessum Visitationis ad illam Provinciam, & celebrationem Capituli die 15. ejusdem Augusti: invenit etiam literas patentes dicti eminentissimi Protectoris confirmantes electionem Vicarii Provincialis intrusivam omnia assequuta à D. Ferdinando, & etiam confirmationem ipsius nominationis in forma speciali à Sanctissimo D. Innocentio factam: & cum non potuisset venire Romam oppressus vi decreti Regii, obediit ipsi Provinciali nominato, fecitque cessionem obedientiæ; & si militer fecit coactus ipse Orator, tradiditque sigilla; & libros Provincie Secretario ipsius nominati Romæ, non tamen desistit ab appellacionibus. Interim Provincialis nominatus repente decessit, & statim dictus Didacus à Plagis usurpando sibi dignitatem dignioris Patris Provincie (excludendo ipsum Simonem à S. Catharina digniorem Patrem Provincie tanquam excommunicatum) convocavit Diffinitores nominatos Romæ, elegitque Vicarium Provinciale Fratrem Simonem à Plagis, fecitque solemne Capitulum absque Præsidente, absque digniore Patre Provincie, & absque auctoritate, deditque omnia officia suis sequacibus, non admittendo ad illa aliquem ex tabula Capituli dicti Oratoris, imò incarcerando, vapulando, & exulando omnes, ipse Vicarius Provincialis intrusus causam maximum scandalum in tota Provincia, insulis, & Regno. Cum verò ad aures ipsius Oratoris Fratris Antonii à Gratia pervenisset noticia illius intrusivi Vicarii Provincialis, & sui nulli Capituli, ratificavit appellaciones suas coram probo viro, & venit in hanc Curiam. Supplicat proinde S. V. quatenus dignetur committere hoc negotium Eminentiissimo Protectori, vel alteri, cui magis placuerit, ut (auctoritate Apostolica) attentis narratis, & auditis partibus confirmet suum Capitulum canonicè factum, declarando nullam primam electionem dicti Vicarii Provincialis intrusivi Fr. Christophori à Conceptione, & etiam secundam dicti Simonis à Plagis, & ipsius nulli Capituli, vel provideat ex aliquo alio remedio opportuno illam Provinciam in miserissimo statu positam, ad stabiliendam pacem; & fraternitatem inter Religiosos illius, ut digne, & laudabiliter Deo serviant, & pro S. V. continuenter orent. Quam Deus, &c. Fr. Antonius à Gratia Minister Provincialis.

§. Quod quidem memoriale fuit remissum ad Sacram Congregationem, ipsaque Sacra Congregatio per decretum suum datum die 28. Aprilis anni 1636. iussit exhiberi acta Capitulorum, cui cura satisfactum fuisset per aliud decretum expeditum die 5. Maii, nobis commisit negotium ut videremus, & referrenus. Nos igitur convocatis partibus, scilicet P. Francisco ab Assisio Procuratore Patris Simonis à Plagis, Diffinitorii sui, & omnium fratrum suæ partis, cum plenitudine potestatis, prout alias latius continetur in publico mandato procurat per nos visis, ad quàm, &c. dictoque Procuratore ut supra constituto unà cum dicto P. Antonio à Gratia pluries super omnibus, & singulis in dicto memoriale contentis convenientibus, dicti Procuratores, & respectivè dictus P. Antonius à Gratia nominibus prædictis pro bono pacis, dictæ Provincie unitate, & tranquillitate illius, & ad omnem alium meliorem finem & effectum magis utilem, & proficuum fecerunt concordiam coram dicto P. Procuratore Generali, ab ipso, & ipsi subscriptam die 20. Maij, tenoris sequentis, videlicet.

§. Concordia Inter P. Fr. Antonium à Gratia Prædicatorem, & Ministrum Provinciale electum Provincie S. Joannis Evangelistæ Insularum de Acores Regni Portugallie; & P. Fr. Franciscum de Assisio Prædicatorem, & Procuratorem cum plenitudine potestatis P. Christophori à Conceptione, P. Simonis à Plagis, & omnium Diffinitorum, & Fratrum suæ partis in

præsentia admodum R. P. Procuratoris Generalis die 20. Maii ad stabiliendam pacem perpetuam, & compositionem illius Provincie. In primis quia Provincia est divisiva in duas partes, & unaquæque illarum habet pro se literas patentes Eminentiissimi D. Protectoris Sacre Congregationis, & Brevia confirmationis illorum ad compositionem, & pacem perpetuam illius Provincie, unusquisque renunciat jus, quod habet, & habere potest, & quod habent, & habere possunt sui constituentes ad talia Brevia, decreta, & literas patentes; & ex communi consensu petunt quod ponatur in dictis Brevibus, decretis, & patentibus hæris perpetuum silentium, incipiendo à die completionis triennij P. Simonis à S. Catharina usque ad præsentem diem; sive Brevia, decreta, & literæ patentes pertineant ad electiones, nominationes, prorogaciones, & confirmationes Prælatorum illius Provincie, sive ad quascunque privaciones, sententias, suspensiones, & exemptiones omnium Fratrum illius, tam in communi, quam in particulari; Et quia virtute supradictorum decretorum factæ fuerunt ex utraque parte aliquæ electiones, & nominationes Prælatorum, ad evitanda scandala, & stabiliendam pacem: Petunt quod annullentur omnes illæ tres electiones factæ in illa Provincia à die primæ convocationis P. Didaci à Plagis usque ad huc; Et etiam ut annullentur nominationes factæ Provincialis defuncti Fr. Hieronymi de Sardoal Custodis, & diffinitorum, revalidando tamen omnia acta spiritualia facta ab ipsis electis, & ab ipso nominato, nempe ab ipso Christophoro à Conceptione; ab ipso Antonio à Gratia, ab ipso Simone à Plagis, & ab ipso Hieronymo de Sardoal nominato, & defuncto: annullando tamen omnes sententias, & processus ab ipsis, vel à quolibet ipsorum datas, seu fulminatas, vel processatas, dandas, seu fulminandas, vel processandas contra quoscunque Fratres & Moniales illius Provincie, qualicumque qualitates, & conditionis, à die completionis triennij P. Simonis à S. Catharina usque ad accessum istius concordie ad dictam Provinciam. Et ponendo perpetuum silentium in excessibus transactis circa obedientiam dictorum Prælatorum, & Patris Visitationis Fr. Antonii à Trinitate. Petunt ex consequenti novam nominationem Provincialis, & Diffinitorum, dimidiando mensam capitularem, nominando in Provinciale ipsum P. Antonium à Gratia Prædicatorem cum duobus Diffinitoribus ex sua parte, nempe Fr. Antonium à Salvatore, & P. Antonium de Padua Prædicatores; Et ex alia parte in Custodem P. Ferdinandum à Conceptione Lectorem Theologie cum duobus Diffinitoribus, scilicet P. Franciscum à Plagis Prædicatorem & P. Petrum ab Annunciatione Confessorem pro Recollectis: supplendo in omnibus quoscunque defectus, tam juris, quam facti, seu personæ, & absolvendo illos à quacunque sententia, censura, vel poena, & habilitando ad talia officia obtinenda: Et eodem modo debent esse dispensati, absoluti, & habilitati ad omnia officia omnes fratres illius Provincie, tanquam si noviter fuisset erecta. Et mortuo, seu deficiente aliquo Diffinitore ex parte Provincialis nominati, nominetur in ejus locum P. Fr. Joannes de Souza Confessor: & mortuo, seu deficiente aliquo Diffinitore ex alia parte, nominetur P. Didacus à Conceptione Prædicator: mortuo Custode, seu deficiente, nominetur in ejus locum Pater Thomas à Divo Bonaventura Prædicator: mortuo tandem Provinciali nominato, Pater dignior (juxta Ordinis Statuta) convocet Diffinitorium; eligatque Vicarium Provinciale ex parte dicti Provincialis, & illi concedatur tota auctoritas, quæ per istam resolutionem conceditur Provinciali. Et quia in illa Provincia non extrat alius Pater, qui fuisset Provincialis nisi solummodo Pater Simon à Sancta Catharina, qui quidem est sententiarus, & ab alia parte exlatus, petunt quod dictus Simon à Sancta Catharina declaretur Pater dignior, & perpetuus illius Provincie (juxta Statuta generalia Ordinis.) Et quia hæc concordia habet pro ultimo fine pacem, & fraternitatem perpetuam inter Religiosos

Religiosos illius Provinciae; & in illa fuit (tempore controversiae) Vicarius Provincialis per duos annos P. Christophorus à Conceptione, & nunc est in illa aliter Vicarius provincialis, scilicet P. Simon à Plagis. Perunt quod pro bono pacis concedatur illi privilegium Patrum Provinciae, & quod dictus Simon à Plagis quamvis non habeat duos annos completos dicti officii, declaretur Patre immediatus. Perunt etiam quod Provincialis nominatus eum eisdem Partibus, & Diffinitoribus ab ipso convocatis celebret Capitulum, juxta Ordinis statuta, in quo ipse Provincialis praesidet dimidiando omnia Officia Provinciae tam Guardianorum, quam Vicariorum in capite, & Lectorum, reponitque Praesidentes in Conventibus, quibus primo accesserit. Perunt etiam quod concedatur Provinciali nominato facultas celebrandi Congregationem intermediam, & praesidendi in illa, & quod triennium numeretur, & computetur à die celebrationis Capituli; quamvis Provincialis habeat plenissimam auctoritatem super omnes Fratres, & Moniales illius Provinciae à die suae nominationis. Et ne Provincia veniat ad statum, in quo jam fuit, & nunc est, ad evitanda scandala, controversias, & rebelliones supplicant, quod si ex aliquo infortunio, & urgentissima causa Maris, Mortis, seu Turcarum, &c. completo triennio, & sex mensibus Commissarius Visitator (à Ministro Generali, vel ab Eminentissimo Protectore deputandus) ad illam Provinciam non accesserit, Minister Provincialis, & omnes alii Prelati durent in suis officiis usque ad adventum ipsius Visitatoris, vel alterius suo nomine ad celebrandum Capitulum, & suffragandum in illo; declarando non dari casus vacaturae Provincialis ad convocacionem dignioris Patris Provinciae, nisi limites triennii, & sex mensium, & quod hoc fervetur in illa in perpetuum: petuntque quod pro bono pacis illius Provinciae, nunc non accedat ad illam Visitator; & quia aliquae Abbatiæ fuerunt electæ à dictis Superioribus suppositis, petunt quod mandetur dicto Provinciali, ut illas in suis officiis confirmet, quas viderit esse idoneas.

5. Hæc superscripta concordia, ut jacet, coram me Protectore generali totius Ord. facta est à RR. Patribus praedictis Fratre Antonio à Gratia, & Fratre Francisco ab Assisio insimul mecum in unum convenientibus, qui illam, & omnes ejus articulos, tam seorsim, quam collectivè tenere, & servare, ut sonant, absque interpretatione, & facere teneri, & servari ab utriusque partis, & totius Provinciae Patribus promiserunt, atque affirmarunt tanquam veram, & communem concordiam, & amicam in omnibus pacem, consonam Statutis Regularibus, bono regimini, & Regulari disciplinae, in quorum fidem mecum proprio pugno hanc subscriperunt in hoc Conventu Araceli die 20. Maii 1656. Frater Bartholomeus de Villalva Procurator Generalis Ordinis, Frater Antonius à Gratia Minister Provincialis electus, Frater Franciscus ab Assisio Procurator partium, Cujus tenorem cetera retulimus Sacrae Congregationi, fuit nobis remissa ex alio decreto dato 23. Junii, ut provideremus arbitrio nostro. Nos ergo cognoscentes quod per dictam concordiam conservatur quies illius Provinciae, & compositio iurgiorum per tot annos non sine scandalo Regularium, & Sæcularium, dolentque cordis nostri, inherendo facultatibus nobis competentibus tam uti Protectori, Correctori, & Governatori dictæ Religionis, & Provinciae, quam vigore rescripti dictæ Sacrae Congregationis, discussâ prædictâ Concordiâ, pensatisque omnibus, & singulis illius partibus, & aliis omni alio meliori modo, quibus melius, & validius possumus, & valeamus, tenore presentium supplendo omnes, & singulos defectus, si qui, &c. & adiciendo ei omnem firmitatis vim, & robur necessarium, & opportunum, dictamque concordiam tanquam talem ab omnibus, & singulis supradictis Fratribus, Monialibus, &c. omnino servari volumus, & mandamus generaliter quoad omnes sui partes, & specialiter ita ut specialitas generalitati non deroget, nec e contra; in omnibus, & per omnia, nihilo penitus excluso, prout jacent, tanquam bonam, justam, & perutilem ap-

probamus, & confirmamus: & rescripta renunciationis quam ibi fecerunt dicti Patres de Sacra Congregationis, & nostris, & in confirmationibus illorum à bono mem. Sanctissimi D. Innocentio X. datis pro utraque parte à die completionis triennii Patris Simonis à S. Catharina usque ad presentem diem; & quatenus opus sit illa, & illas annullando, & invalidando, & cassando, tanquam si non fuissent concessa, jubemusque in illis perpetuum silentium imponere; si vero Brevia confirmationis, decreta, & literæ patentes pertineant ad electiones, nominationes, prorogaciones, & confirmationes Prelatorum ipsius Provinciae, siue ad quascumque privaciones, sententias, suspensiones, & exemptiones omnium Fratrum illius; tam in communi, quam in particulari: Et ex consequenti annullamus omnes tres electiones factas in illa à die primæ convocacionis Patris Didaci à Plagis usque ad huc, & omnes alias, si postea factæ fuissent; & etiam invalidamus nominationes à nobis factas Provincialis defuncti Fratris Hieronymi de Sardoal, Custodis, & Diffinitorum, & confirmationem illorum. Revalidamus tamen omnia acta spiritualia facta ab ipsis electis; & ab ipso nominato, & defuncto; Annullamusque omnes sententias, & processus ab ipsis, vel à quolibet illorum datas, seu fulminatas, vel processatas, dandas, vel fulminandas, seu processandas (usque ad publicationem harum literarum in dicta Provincia,) contra quoscumque Fratres, & Moniales illius, qualiscumque qualitates, & conditionis; & mandamus ponere perpetuum silentium in excessibus transactis circa obedientiam dictorum Prelatorum, & P. Visitatoris Fr. Antonii à Trinitate, & eisdem, quibus supra auctoritatibus nobis commissis (dimidiando mensam capitularem ad compositionem Provinciae) nominamus, eligimus, instituímus, & declaramus in Ministrum Provinciale ipsiusmet Provinciae ipsium Oratorem Patrem Fr. Antonium à Gratia Prædicatorem, cum omnibus, & singulis potestatibus, auctoritatibus, & privilegiis, quibus gaudent, & gaudere solent veri, & legitimi Provinciales dictæ Nostræ Religionis. Et ex sua parte in Definidores P. Fr. Antonium à Salvatore, & P. Fr. Antonium de Padua Prædicatores, & ex alia parte in Custodem P. Fr. Ferdinandum à Conceptione Lectorem Jubilatum, & in Diffinitores Patrem Fr. Franciscum à Plagis Prædicatorem, & Patrem Fr. Petrum ab Annunciatione Confessorem pro Recollectis; supplementumque in omnibus, & singulis præmissis quoscumque defectus, tam juris, quam facti, seu personæ, si qui sunt, &c. illisque absolutivimus à quacumque sententia, censura, vel poena quavis occasione, & causa lara, seu fulminata contra ipsos, illisque habilitamus ad talia officia obtinenda, & eodem modo dispensamus, absolvimus, & habilitamus ad omnia officia omnes Fratres ipsius Provinciae, tanquam si noviter fuissent erecta: & mortuo, seu deficiente aliquo Diffinitore ex parte dicti Provincialis nominari, in ejus locum nominamus, & eligimus Patrem Fratrem Joannem de Sousa Confessorem; & mortuo, seu deficiente aliquo Diffinitore ex alia parte, nominamus, & eligimus Patrem Fratrem Didacum à Conceptione Prædicatorem, & mortuo Custode, seu deficiente nominamus, & eligimus in ejus locum, & officium Patrem Fr. Thomam à Divo Bonaventura Prædicatorem. Mortuo tandem Provinciali nominato, Pater dignior (juxta Ordinis statuta) convocet Diffinitorium, eligatque Vicarium Provinciale ex parte dicti Provincialis, cui concedimus totam auctoritatem, quam per istas literas patentes Provinciali nominato damus. Declaramusque Patrem digniorem, & perpetuum ipsius Provinciae esse P. Fr. Simonem à S. Catharina Sacrae Theologiae Lectorem (juxta Ordinis Statuta) quia in illa fuit Minister Provincialis: cui subsequuntur illi, qui antea, vel postea fuerunt, seu fuerint Vicarii Provinciales: & pro bono pacis, & tranquillitate ipsiusmet Provinciae concedimus privilegia P. Provinciae P. Fr. Christophoro à Conceptione, & P. Fr. Simoni à Plagis, tanquam si verè, & legitime fuissent Vicarii Provinciales legitimi; declaramusque ipsium Simonem à Plagis Patrem immediatum pro celebratione istius proximi Capituli, quamvis

Propter
confirmat
proferam
concordiam.

ne habeat duos annos completos dicti officii, Ministerque provincialis jam à nobis nominatus convocabit eodem Patres, & Dispositores in Comobio ubi voluerit, ad celebrandum Capitulum Provinciale; & electiones minores, præsidetque in illo dimidiando omnia officia Provincie, tam Guardianorum, quam Vicariorum in capite, & Lectorum; cui etiam concedimus in omnibus, & singulis electionibus, determinationibus, & consultationibus votum decisivum in æqualitate suffragiorum; & ut pro interim reponat Præsidentes in Conventibus, ad quos primo accesserit antequam celebrat Capitulum. Concedimus insuper dicto Ministro Provinciali facultatem celebrandi Congregationem intermediam, & præsidendi in illa; & licet habeat, sicut habet, plenissimam auctoritatem super omnes Fratres, & Moniales ipsius Provincie à die istius nostre nominationis, & electionis; tamen volumus, quod tempus sui triennii, & aliorum Prælatorum computetur, & numeretur à die celebrationis Capituli usque ad tres annos continuos, & sex menses: Et ne Provincia ipsa patiatur similes controversias, & rebelliones, ordinamus, & declaramus, quod si ex aliquo infortunio, & urgentissima causa Maris, Mortis, Turcarum, vel ex aliqua alia hinc non expressa, & fortasse exprimenda causa, &c. cogitata, & incogitata &c. à majoritate, & paritate rationis, &c. completo triennio, & sex mensibus Commissarius Visitator (à Ministro generali, vel à Nobis deputandus) ad illam Provinciam non accesserit, Minister Provincialis, & omnes alii Prælati durent in suis officiis usque ad adventum ipsius Visitatoris, vel alterius suo nomine ad celebrandum Capitulum, & suffragandum in illo; & quatenus ista declaratio, & determinatio sit contra aliquas Bullas Apostolicas ad compositionem, & remedium perpetuum ipsius Provincie ultramarine, in illis auctoritate ejusdem Sacre Congregationis (pro hac vice) dispensamus; declaramusque non dari casus vacaturæ Ministri Provincialis ad convocationem dignioris Patris Provincie, nisi vacatio contigerit inter limites triennii, & sex mensium, volumusque quod hæc resolutio circa continuationem Provincie observetur in ipsa in perpetuum; ad quam pronunc (compositionis causa) nolumus, ut accedat Visitator: Et quia in dicta Provincia aliquæ Abbatissæ fuerunt electæ à dictis Superioribus suppositis, jubemus Ministro Provinciali, ut solemniter illas confirmet, quas viderit esse idoneas, dispensando cum illis in nullitate suarum electionum: ipsique dicto Ministro Provinciali Patri Fr. Antonio à Gratia à nobis electo, & nominato ordinamus, & mandamus in virtute Spiritus sancti per sanctam obedientiam, ut acceptet suum officium, & ad dictam Provinciam S. Ioannis Evangelistæ quamprimum se conferat, dictumque suum officium adimpleat, & omnia faciat, & discernat prout in istis nostris literis patentibus illi concedimus; & impartimur, procedendo auctoritate propria, & nostra, Sacreque Congregationis contra rebelles, & inobedientes (si qui fuerint) usque ad interdictum, carcerem, & exilium perpetuum à dicta Provincia; invocando ad hoc (si opus fuerit) auxilium brachii secularis, in virtute ejusdem S. obedientie, & sub pena excommunicationis majoris ipso facto incurrenda nobis reservata, & omnium officiorum, & inhabilitationis ad alia per decem annos, carceris, exiliique à dicta Provincia in perpetuum. Præcipientes vobis omnibus, & singulis dictæ Provincie Religiosis, & Monialibus, tam Superioribus, quam subditis ipsiusmet Provincie, ut dictum Ministrum Provinciale pro vero, & legitimo Superiore recognoscatis, & obediat in omnibus, & per omnia decretis nostris, ac ordinibus, & determinationibus Sacre Congregationis obtemperetis; & specialiter sub eisdem poenis, & privatione actorum legitimorum per decem annos, & omnium privilegiorum præcipimus, & mandamus dicto P. Simoni à Plagis, qui nunc est in actuali gubernio ipsius Provincie, ut ubi primò dictus Provincialis ad illam accesserit, illi statim conferat sigilla, & libros Provincie absque ulla mora, illi obediendo tan-

quam vero, & legitimo Superiore, in omnibus, & per omnia observando, & observari faciendo istas literas nostras patentes compositionis, concordie, electionis, nominationis, & ultimæ determinationis, non obstantibus quibuscumque decretis, resolutionibus, & statutis dictæ Religiosis; ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis in eis appositis, etiam derogatoriis, & derogatoriis derogatoriis, & aliis amplioribus, & quibuscumque aliis cujuscumque generis, & speciei in contrarium facientibus, etiam si specialem, & specialissimam expressionem, & mentionem requirerent, quorum tenores, &c. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ in Cancellaria Apost. die 5. Julii 1656. F. Cardinalis Barberinus Prætor.

§. 3. Hinc est quod Nos præmissorum robori, & inviolabili observationi opportune providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia nostra prædictam Concordiam eisdem literis dicti Francisci Cardinalis insertam, ac illius confirmationem, & approbationem, nec non decreta, & ordinationes, alias quæ pro ejusdem Concordie observatione, seu aliis quomodolibet à memorato Francisco Cardinali, ut præmittitur, facta, ac desuper emanatas literas præinsertas cum omnibus & singulis quomodolibet contentis in illis Apost. auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apost. firmitatis robur adjuicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui in illis quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, & effectivas existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutis, & ordinatis. Apost. necnon Ord. ac Provincie hujusmodi, ipsiusque Provincie Conventuum quorumcumque, quatenus opus sit, etiam juramento, confirmatione Apost. vel alia quavis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apost. eisdem Ord. Provincie, & Conventibus, eorumque Superioribus, & Fratibus, ac personis quibuscumque in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1656. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Jubileum universale ad implorandum opem
divinam in presentibus Ecclesie
necessitatibus. XXII

Pro tunc Ecclesie necessitatibus imminentibus Jubileum indixere Paul. V. Const. 106. Ecce, & Const. 156. Urban. VII. & Const. 39. tom. 4. Divinæ misericordie.

ALEXANDER PAPA VII.
Universis Christi Fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem

Supremâ militatis Ecclesie speculâ mentis nostræ aciem quaquaversum intendentes, & assidua Gregis Nobis ex alto crediti calamitates attentè contemplantis, crebra ex imo corde suspiria, & uberes ex oculis lacrymas fundere cogimur. Cujus enim vel ferreum pectus non commoveant hodiernæ Orbis Christiani miserie: Urget ut cum maxime pertinax inter

ALEXANDER SEPTIMUS

Principes Catholicos bellum, cui componendo frustra... hactenus visa sunt esse humana prudentie consilia. Ad Orientem pilsima Republice ditiones decennali bello à Turcarum Tyranno infestantur. Eximus ad Septentrionem Regni sui parte hereticorum armis Rex Orthodoxus, neque ruti ab eorum odio & potentia aliorum fines. Sedit ad Meridiam dira epidimie lues, quae & vicinos depopulatur, & huic Vrbi vere religionis capiti imminere videtur. Vbiq; terror, ubiq; malorum impendentiū formido, ita ut nunquam, certe nunc gravem Domini manu sentiamus, flagitii hominū ejus iram jugiter provocantibus. Qui placandae licet privata nostra, & aliorum sacrificia, & preces sine intermissione adhibere non desistamus, promptius tamen id à divina misericordia Nos consequuturos arbitramur, si nostris omnium Christi fidelium orationes, purgatis per salutarem vere poenitentiae medicinam à colluvie peccatorum animis, jungantur: Clemens est enim, & misericors Deus noster, & propitiatur cunctis invocantibus eum in veritate. Hoc autem ut fructuosius fiat, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiae Romanae omnium Marris & Magistrae more ejusdem Ecclesiae thesauros, quorum Dispensatores à Domino constituti sumus, proferre, & erogare decrevimus.

§. 1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in eadem Alma Vrbe nostra, quam extra ubilibet locorum constitutos Apostolica auctoritate paternè requiritus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiae suae fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, haeresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram tranquillitatem donare, populos epidimiae lue infectos liberare, & ceteros ab ea praeservare, aliisque praesentibus Ecclesiae necessitatibus subvenire dignetur.

Ad orandū pro necessitatibus praesentibus huiusmodi.

§. 2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, meritis minimè suffragantibus, contulit, universis Christi fidelibus in Alma Vrbe praedicta degentibus, qui spatio unius mensis à die data praesentium computandi feria sexta unius hebdomadae intra dictum mensem decurrenda jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum reverenter sumserint, & ne ex congressu populi, si aliqua Ecclesiae, ut moris est, ea de causa visitarentur contagionis augeatur periculum, domi privatim Rosarium Beatæ Mariæ Virginis, vel septem Psalmos Poenitentiales cum Litanis, & Orationibus adjunctis devotè semel recitaverint, ac ut supra oraverint, & pauperibus aliquam elemosinam, prout unicuique suggeret charitas, erogaverint.

Proces, & opera Roma degentibus inungi.

§. 3. Cæteris verò extra Urbem praedictam ubique degentibus, qui in locis ubi nulla omnino epidimie luis suspicio adest (quod prudentiae Ordinariorum locorum dijudicandum relinquimus) Ecclesias ab iisdem Ordinariis, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandatis, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ literæ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum huiusmodi alteram spatio similiter unius mensis, à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut praefertur, faciendæ computandi, saltem semel visitaverint, aut ubi lues grassatur, vel ejus adest suspicio, seu contagionis periculum, Rosarium, aut Psalmos praefatos cum Litanis, & orationibus, ut supra recitaverint, & ut praemittitur, oraverint, elemosinam ut supra erogaverint, ac feria sexta unius hebdomadae intra eundem mensem decurrenda similiter jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac Sanctissima Communione re-fecti fuerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem sicut in anno lubi-ledi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem

Extra Urbem degentibus opera injungit.

concedi consuevit, tenore praesentium concedimus, & largimur. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, praefatis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, si in illa Ecclesia visitandæ prius designatæ fuerint, alioquin recitatis Rosario, vel Psalmis cum Litanis, & Orationibus praefatis, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant.

§. 4. Regularibus autem personis utriusque sexus etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam Laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis ab Ordinariis ante praesentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

Regulatio Confessarii opera in munit.

§. 5. Insuper omnibus & singulis Christi Fidelibus utriusque sexus, tam Laicis, quam Ecclesiasticis secularibus, & regularibus, cujusvis Ordinis Congregationis, & Instituti, tam in Vrbe praedicta, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum in Confessarium, tam secularem, quam cujusvis Ordinis regularem, ex approbatis, ut praemittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis sententiis, & censuris, à jure, vel ab homine quavis causa laicis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam in literis die Coenæ Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum (non tamen à crimine haeresis) absolvere & liberare valeant. Et insuper vota quaecumque (Religionis, & Castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

Confessarii eligendi, cultu.

§. 6. Quapropter tenore praesentium in virtute sanctæ obedientiae districtè praecipimus, & mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel illis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum praesentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitanda ubi, ut praemittitur, id faciendum iudicaverint, designent.

Ubique publicè in scriptis.

§. 7. Non intendimus autem per praesentes super aliqua regularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae: Neque etiam easdem praesentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel aliquo Praelato, seu Iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dicti mensis satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

In quibus casibus locum non habent.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro

Contrariis derogat.

ALEXANDER SEPTIMUS

233

pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes...

infirmi...

§. 9. Ut autem presentes nostrae, quae ad singula loca...

An. 2.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno...

XIV.

Confirmatio emphyteusis bonorum Prioratus, & Ecclesiae S. Solliciti Terrae Matelicæ, Camerinenfis Diocesis.

A. D. 1556.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

infirmi...

Cum sicut accepimus annis Superioribus in vim decreti...

confirmat...

§. 1. Hinc est, quod nos inviolabili praemissorum observationi...

Bullarii Magni Tom. V.

certa scientia nostra concessionem bonorum hujusmodi...

Devisum...

§. 2. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces...

D. h. A. i.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno...

Revocatio exemptionum à vestigialibus, & aliis publicis oneribus.

XXV.

Constitutiones in hac Bulla allegatas invenies in Rubr. ad Const. 7. Innocentii X. Etsi ca Tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edict. A. D. 1556.

In sublimi Sedis Apostolicae fastigio aequi, bonisque...

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, diversarum immunitatum...

Constitutio...

V 3

§. 2

ALEXANDER SEPTIMUS.

Quaslibet
quaslibet
concessas in
vitat.

§. 1. Hinc est quod Nos Camera, & Subditos no-
stros predictos, quantum cum Domino possimus, suble-
vare, eorumque indemnitate consulere, ac unicuique ju-
stitiam aequo libramine restitui volentes, ac fel. rec. Six-
ti V. Pauli etiam V. Urbani VII. ac Innocentii
X. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecesso-
rum nostrorum, qui constitutiones singulorum exemptio-
num, & immunitatum revocatorias ediderunt, veltigii
inhærentes, necnon quarumcumque concessionum, im-
munitatum, & exemptionum hujusmodi, literarumque
Apostolicarum sub plumbis, & in simili forma Brevis,
cedularum motus proprii, & chirographorum cujusvis
Romani Pontificis prædecessoris nostri manu subscrip-
torum, ac aliarum literarum, & scripturarum deluper
quomodolibet emanatarum tenores etiam veriores, &
datas, ac occasiones, & alia etiam speciali expressione
dignè præsentibus pro plene & sufficienter expressis,
& verbatim insertis respectivè habentes, Motu pro-
prio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ peti-
tionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura de-
liberatione nostris, deque Apostolica potestatis pleni-
tudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione om-
nes & quaslibet exemptiones, & immunitates à solu-
tione subsidii triennalis, necnon quarti illi adjuncti,
quatrini carnis, taxarum equorum, talliarum, cen-
suum, archivi, fogliæ, tremium, utensilium, do-
hanarum, gabellarum, taxæ Portus Anconæ, quatri-
norum, tractarum, pedagiorum, collectarum, exactio-
num, & quorumlibet onerum, & munerum personalium,
realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinario-
rum, solitorum, & insolitorum Cameralium quorum-
cumque, ac etiam eorum, quæ per Communitates, &
Universitates directè, vel indirectè pro eorundem o-
nerum Cameralium solutione, & publicorum manerum
supportatione, ac pro viis, & Pontibus construendis,
muniendis, & manutenendis, seu aliis indictis, & im-
positis, ac exigi solita sunt, necnon ab obligatione reci-
piendi, & hospitandi Milites, & sedis prædictæ Officia-
les, Barigellos, Executores, aliosque justitiæ Ministros,
eisque utensilia, & alia necessaria subministrandi per Ro-
manos Pontifices Prædecessores nostros, ac eandem Se-
dem Apostolicam, & quovis Sedis, & Cameræ prædi-
ctarum Officiales, & Ministros quacumque auctoritate,
& potestate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinales, etiam de Lateræ Legatos, & Camerarios, ce-
terisque etiam speciali nota, & expressione dignos, ac
specialem ad id facultatem habentes quibusvis Com-
munitatibus, Universitatibus, Civitatibus, Terris, Oppi-
dis, & locis ditionis temporalis S. R. E. prædictæ, ac
etiam quibuscumque feudatariis, censuariis, dominis lo-
corum, familiis, Nobilibus, Baronibus, Comitibus,
Marchionibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujusvis
gradus, & conditionis, & quavis dignitate, & auctori-
tate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, qui Castra,
& jurisdictiones intra limites dictæ ditionis temporalis
S. R. E. possident, etiam qui nihil ratione Castrorum,
& jurisdictionum hujusmodi Sedi prædictæ annuatim,
seu alias persolvunt, & tam incolis, quam extraneis, &
forensibus bona stabilia, seu mobilia, vel se moventia
habentibus, & tenentibus, seu possidentibus, omnium-
que prædictorum colonis, & laboratoribus, etiam in
recompensam laborum, damnorum passorum, expensa-
rum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & contempla-
tione, ac ex alia quacumque quantumvis urgentissima,
& de necessitate specialiter exprimenda causa, sub qui-
buscumque verborum formis, expressionibus, etiam
in appaltum, & locationum Cameralium instrumentis
promissum, & cautum sit eas observari debere, ac
cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu, scien-
tia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus,
etiam consistorialiter, & aliis quomodocumque &
qualitercumque in genere, vel in specie, ad vitam, vel
ad tempus, sive in perpetuum concessas, & datas, ac
pluries iteratis vicibus confirmatas, approbatas, reva-
hidatas, & innovatas, & inde etiam Iudicis auctoritate
secuta quæcumque, necnon quavis literas etiam Apo-
stolicas sub plumbis, vel in simili forma Brevis, Mo-

tus proprii cellula, chirographa, & scripturas hujus-
modi ex nunc perpetuè revocamus, cassamus, tolli-
mus, abrogamus, irritamus, abolemus, & annulla-
mus, viribusque, & effectu penitus evacuamus, ac re-
vocata, cassata, sublata, abrogata, irritata, abolita, &
annullata, viribusque & effectu penitus vacua esse, nec
ulli in peritorio, aut possessorio etiam summarissimo
contra præsentium literarum tenorem: & disposicio-
nem suffragari posse, sed prædictos omnes, & singulos
exemptos ad omnium onerum prædictorum solutionem,
& supportationem pro rata eos tangente in posterum
realiter, & cum effectu teneri in omnibus, & per om-
nia, perinde ac si dictæ exemptiones, & immunitates eis
concessas non fuissent, nec literas, ac cedule motus
proprii, chirographa, & scripturæ hujusmodi emanaf-
sent, motu, scientia, deliberatione, & potestatis ple-
nitudine prædictis decernimus, statuimus, & decla-
ramus.

§. 3. Præterea omnia, & quæcumque privilegia, &
indulta personis Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam
cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, ac So-
cietatis etiam Iesu Regularibus, supersimilibus immuni-
tatibus, & exemptionibus per quoscumque Romanos
Pontifices Prædecessores nostros concessa ad limites Ju-
ris communis motu, scientia, deliberatione, potestatis
plenitudine, & tenore prædictis reducimus. Illa verò,
quæ nonnullis Collegiis in alma Urbe nostra existentibus
per dilectos filios Clericos regulares dictæ Socie-
tatis Iesu, sive alios quoscumque administrari consueverunt
similiter à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris
concessa fuerunt, quoad vicum & vestitum dumtaxat,
non autem, ut vulgò dicitur, à Fondaco, & Magazze-
no, pro ut hæcenus observatum fuit, suffragari volumus
& decernimus.

§. 4. Ac demùm similia privilegia, & indulta Ne-
potibus, & aliis consanguineis, vel affinibus quorum-
cumque Romanorum Pontificum Prædecessorum no-
strorum pro tempore viventium ab illis respectivè con-
cessa itidem revocamus, ac revocata esse, & censeri
debere volumus. Declarantes illa nemini eorundem ne-
potum, sive consanguineorum, vel affinium à die no-
stræ ad Summi Apostolatus apicem assumptionis suffra-
gari debere, seu debuisse.

§. 5. Per præmissa autem non intendimus revocare
exemptiones, & immunitates quibuscumque personis
Ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus de jura
competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, &
Conductoribus bonorum, introituum, & jurium dictæ
Cameræ nostræ, ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine
in appaltum & locationum instrumentis, & illorum ra-
tione concessas.

Ac insuper à revocationibus, & aliis supradictis exci-
pimus, ac exceptas esse volumus, & declaramus immu-
nitates, exemptiones quibusvis Communitatibus, Uni-
versitatibus, & personis datas, & concessas in vim con-
tractus ex causa verè onerosæ, videlicet congruæ, & effe-
ctualis pecuniarum solutionis eidem Cameræ Apostoli-
cæ, vel ipsis Communitatibus legitimæ factæ, vel ex
aliis rationabilibus causis per Nos cognoscendis, & ap-
probandis, ac etiam declarandis: quas omnes causas
onerosas non nisi legitimas, ac licitas, & honestas, prout
de jure, approbare intendimus: & propterea quicumque
illas obtinent, eas in dicta Camera citato dilecto filio
ipsius Cameræ Commissario generali verificare, & in ip-
sa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiam
concessionem earundem immunitatum, & exemptio-
num, ac literarum, cedulæ motus proprii, chirographa, &
alia scripturæ desuper emanatæ, & emanata aliis in
Camera prædicta admittæ, & admittæ, ac in illa, eisque
libris registratæ, & registrata fuerint, & sint, quatenus
tamen causæ onerosæ hujusmodi pro verè onerosis, & le-
gitimis ut supra aliis in eadem Camera verificatæ, & ap-
probatæ, ac judicatæ non sint, quo casu ad indicationem
tantum, non autem ad aliam verificationem eisdem ob-
tinentes teneri volumus, interim verò, & donec non fue-
rint verificatæ, minimè suffragari, & præsentis revoca-
tionis effectum retardare non posse declaramus.

Præterea
Ecclesiasticis
corum ad
juris finem
reducimus.

Indulta
sanguineis
etiam
suum red-
cat.

Exemptio-
de jure
cipit.

Præterea

Præterea nostræ intentionis non est sub revocationibus, & aliis supradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem S.R.E. Cardinalibus ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Camera prædictæ Clericis Præsentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent concessi, seu admitti solitas, nec illas quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curia, ac Prælati domestici, Cubicularii secreti, ac Secretarii, & alii familiares, & continui commentales nostri, & Romani Pontificis pro tempore viventis in rotulo descripti gaudent, & gaudere consueverunt, neque illas ob numerum duodecim filiorum à prædecessoribus nostris, & aliis supra expressis concessas; quas tamen ad terminos constitutionis recol. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri, & aliarum Constitutionum Apostolicarum super similibus exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro eo tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communibus illis competunt, ac aliis juxta ipsius juris communis, ac supradictarum, & aliarum Constitutionum Apostolicarum dispositiones reducimus, neque aliter quam, ut præfertur, sive in possessorio, sive in petitorio suffragari volumus & decernimus.

§.6. Cæterum Appaltatoribus, Thesaurariis, Depositaris, Commissariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris dictæ Camera earundem serie præsentium districtius inhibemus, ne contra ipsarum præsentium dispositionem immunitates, & exemptiones, nisi ut supra exceptas, ac eas, quas ex causa onerosa concessas in Camera prædicta, ut præmittitur, admitti contigerit, ullatenus admittant, & si secus fecerint, id nemini eorum in suis computis, seu rationibus per eandem Camera admitti volumus, sed eorum damno cessurum esse declaramus.

§.7. Postremo lites quaslibet occasione privilegiorum, ac indulgentiarum, necnon immunitatum, & exemptionum hujusmodi quomodo libet suscitatas, & in quibusvis Tribunalibus pendentes, illarum omnium, & singularum statum, & merita, nominatim, & cognomina Judicium, & colligantur quorumvis, etiam speciali mentione dignorum, & alia etiam de necessitate specialiter exprimenda, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, à quibuscumque Tribunalibus hujusmodi ad Nos eandem serie præsentium avocamus, illaque penitus, & omnino, perpetuo suspendimus, & extinguimus, ac partibus perpetuum de super silentium imponimus.

§.8. Decernentes præsentibus literas, ac omnia, & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, sive eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consentire, aut ad ea vocari, & audiri, seu causæ, propter quas ipse præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, seu aliis sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormis, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam in motu simili concessio quecipiant in Judicio, vel extra illud uti, seu se pavare posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus constitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, usque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus

ad quos spectat, & quocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§.9. Sicque in præmissis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, oriam, de latere Legatos, & quosvis Sedis, & Camera prædictæ Officiales, & Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.10. Quocirca dilectis filiis nostris, ac S.R.E. prædictæ Camera, seu Procamerario, necnon Vicecamerario, Thesaurario, ac Clericis Præsentibus, commissario, & aliis Camera prædictæ Officialibus, ad quos spectat, præcipimus, & mandamus, ut præsentem nostram constitutionem: & in ea contenta quocumque firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

§.11. Non obstantibus supradictarum litium pendencia, aliisque omnibus, & singulis præmissis, necnon nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, ac quatenus opus sit, prædicti Pii prædecessoris de gratis qualescumque interesse dictæ Camera concernentibus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, ita ut præsentibus in ea præsentari, aut registrarum nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, concessionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motuum propriorum, & aliis scripturis, & literis etiam Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis etiam, ut præfertur, qualificatis, ac speciali nota, & mentione dignis, etiam nominatim essent exprimenda, sub quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessariis, exprimendis, etiam contractus jurati cum Camera nostra Apostolica iniri, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmitatis, editis, seu factis ac aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam in eis caveatur expressè, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & constitutionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabant toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam posteriori data per quoscumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censentur, necnon pro sufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis insertis, ac servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis, quibuscumque.

§.12. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus & auctoritate Apostolica decernimus illas ad valvæ Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in aede Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui,

Classificata

Excerptis designat.

Publicari & transumptis credi mandatur.

ALEXANDER SEPTIMUS

que sic publicatis omnibus, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si illorum antequam personaliter notificata, & intimata fuissent, utque eorumdem presentium transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostense.

D. P. A. 1. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 22. Augusti 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

Publicatio. Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione 9. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII, anno eius secundo, die vero 27, mensis Augusti praefata Constitutio expressa, & publicata fuit ad valvas Basilicae Principis APOSTOLORUM, ac Cancellariae Apostolicae ac in Aede Campi Flora, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curiaem. Pro D. Mag. Curf. Andreas Castrucius.

X X V I.

De transferendis pensionibus Ecclesiasticis, & condendis testamentis, aliisque ultimis dispositionibus in Urbe, ac ejus districtu tempore suspensionis pestis.

ALEXANDER PAPA VIII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN supremo justitiae throno per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam constituti rationi consentaneum reputamus, ut Juris communis, Statutorumque rigorem moderemur, & particularium indultorum solemnitates relaxemus prout rerum, & temporum conditione perpensa in Domino censemus expedire.

Constitutio- nis causa.

§. 1. Cum itaque in praesenti pestis suspitione nonnullis in hac Alma Urbe nostra, ejusque districtu degentibus personis formam in indultis transferendi pensiones annuas, quas super fructibus, redditibus, & proventus Ecclesiasticis, etiam distributionibus quotidianis reservatas obtinent, eis à Sede Apostolica, seu alias canonicè concessis, pro translatione hujusmodi praescriptarum, necnon ordinatarum de jure civili, ac per Statuta ejusdem Urbis, aliorumque locorum ejusdem districtus, eorumque reformationes, & novas additiones, pro testamentis condendis solemnitate servare difficile sit, seu in posterum forsan difficile sit futurum.

Formam in transferendis pensionibus praescriptis.

§. 2. Nos illorum commodis pro paterno nostro in eis affectu consulere cupientes, ac omnium, & singulorum indultorum, necnon statutorum, & reformationum, novarumque additionum hujusmodi tenores etiam veriores, & datas, ac alia etiam speciali expressione digna praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & verbatim insertis habentes, Motu proprio, non ad cuiusquam Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ut quicumque in Urbe, ejusque districtu praedictis degentes indulta transferendi pensiones supradictas, ut praemittitur, obtinentes, easdem pensiones coram Sacerdote etiam regulari, ac etiam familiari, loco Notarii publici, & duobus testibus, etiam in favorem ipsius Sacerdotis, dummodò eo casu tertius testis adhibeatur, vel scriptura translationis à transferente subscribatur; servata in ceteris eorumdem indultorum eis respectivè concessorum forma, & dispositione, transferre liberè, licitè, validè possint, & valeant, ea lege tamen ut duplicatum scripturae translationis hujusmodi intra octo dies abinde proximis ad Archivium Urbanum deferatur, alioquin translatio nullà sit eo ipso, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Praeterea ut in testamentis, & quibuscumque aliis ultimis voluntatibus, & dispositionibus, quae deinceps in eisdem Urbe, ejusque districtu etiam à caecis sent, formam Constitutionis felicis recordationis Alexandri Papae III. praedecessoris nostri, quae incipit Cum esset, servari sufficiat, ita quod loco Parochi, seu proprii Presbyteri adhiberi testamentis; aliarumque dispositionum ultimarum factioni possit ipsius testantis, seu disponentis Confessarius etiam regularis, etiam què testans, seu disponentis nunquam nisi in infirmitate, qua tunc laborat, confessionis causà accersiverit, vel adierit; aut loco Parochi, seu Presbyteri, vel Confessarii duo alii testes: utque ipsa testamenta, aliarumque ultimae voluntates, & dispositiones praedictae cum omnibus, & singulis in illis quomodolibet contentis, sic in posterum facta, firma, valida, & efficacia existant, subque plenariis, & integros effectus perpetuò habere debeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si in illis requisita, seu praescripta à Jure civili, & memoratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus forma, & solemnitas plenè, & integrè, nihil penitus omisso, servata fuisset, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore praedictis statuimus, decernimus & ordinamus.

§. 4. Ceterum praesentes literas quoad translationes pensionum, & testamenta, aliaque ultimas voluntates, & dispositiones, quae donec Urbis praedictae Tribunalia, quae nunc jussu nostro clausa reperiuntur, simili jussu plenè, & in totum aperta fuerint, ac per decem dies immediatè sequentes respectivè fient, dumtaxat effectum obtinere volumus, ac statuimus itidem, & declaramus.

§. 5. Decernentes pariter easdem praesentes, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque etiam speciali nota, & expressione digni etiam Episcopali, Cardinalitia, aut alia qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate praediti, & fulgentes, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causae propter quas ipsae praesentes emanarunt, adductae, verificatae, aut justificatae nullatenus fuerint aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata causa, praetextu, colore, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, seu alio quolibet quantumvis magno, substantiali, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, ad viam, seu terminos Juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari.

§. 6. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quoscumque dicte Urbis, ejusque districtus, ac Camerae nostrae Apostolicae Judices, & Officiales, ac Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, de non tollendo jure quarto, & quod Cardinales non comprehendantur in Constitutionibus faciendis, aliisque nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, ac rec. mem. Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri de gratiis quaecumque interesse dicte Camerae concernentibus in ea praesentandis, & registrandis, ita ut praesentes inibi

ALEXANDER SEPTIMUS

Inibi presentia, & registrari nunquam...

§.8. Volumus autem ut presentium transumptis...

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno...

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo...

Confirmatio Privilegiorum Fratrum Ordinis...

Horum Fratrum Privilegia confirmavit Urb. VIII.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat...

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus...

Ordini, ejusque domibus, locis, & personis...

§.2. Cum autem majorem obtineant roboris...

§.3. Omnia, & singula indulta, privilegia, gratias...

§.4. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores...

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem...

Confirmatio, & Declaratio Constitutionis Innocentii...

ALEXANDER EPISCOPUS. Servus Servorum Dei.

AD Sanctam Beati Petri Sedem, & Universalem...

ALEXANDER SEPTIMUS

Innocentii X. comp. refer.

§.1. Emanavit siquidem alias à Fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore nostro Constitutio, Declaratio, & Definitio tenoris, qui sequitur, videlicet, Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Universis Christi Fidei salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum occasione impressionis libri, cui titulus Augustinus, Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis, controversia super quinque ex illis, ob plures Galliarum Episcopi apud Nos insisterent, ut easdem Propositiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perspicuam ferremus sententiam. Tenor verò præfatarum propositionum est prout sequitur. Prima. Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentem, quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant. Secunda. Interiori Gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur. Tertia. Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Quarta. Semipelagiani admittebant prævenientis Gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellet eam Gratiam esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare. Quinta. Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse.

sollicitudo Pont. in p. gaudis erroribus.

§.2. Nos quibus inter multiplices curas, quæ animam nostram assidue pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei Nobis ex alto commissa, purgatis prævarum opinionum erroribus tuto militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit. Pro rei gravitate coram aliquibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ad id specialiter sæpius congregatis, à pluribus in Sacra Theologia Magistris, easdem quinque Propositiones, ut supra, Nobis oblatas fecimus singillatim diligenter examinari, eorumque suffragia tum voce, tum scripto relata maturè consideravimus, eisdemque Magistros variis coram Nobis actis Congregationibus, prolixè super eisdem, ac super earum qualibet differentes audivimus. Cum autem ab initio hujuscemodi discussionis ad Divinum implorandum auxilium multorum Christi Fidelium preces, tum privatim, tum publicè indixissemus; postmodum iteratis eisdem ferventiùs, ac per Nos sollicitè implorata Sancti Spiritus assistentia, tandem Domino Numine favente ad infra scriptam devenimus Declarationem, & Definitionem.

Præfatio nam definitio.

§.3. Primam prædictarum propositionum: Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentem, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant: Temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam: & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam: Interiori Gratia in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Tertiam: Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam: Semipelagiani admittebant prævenientis Gratia interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellet eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare: Falsam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse: Falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute damnatæ prædestinatorum mortuus sit: Impiam, blasphemam, contumeliosam, Divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

conclusio p.

§.4. Mandantes igitur omnibus Christi Fidelibus utriusque sexus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac præsent

nostra declaratione, & definitione continetur, sub censuris, & poenis contra Hæreticos, & eorum fautores in jure expressis. Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis necnon hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores, & rebelles quoscumque per censuras, & poenas prædictas, cæteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis omnino coërceant & compescant. Non intendentes tamen per hanc declarationem, & definitionem super prædictis quinque propositionibus factam, approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Jansenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, pridie Kal. Junii, Pontificatus Nostri anno nono.

Ex p. p. v. u.

§.5. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque propositiones, vel in libro prædicto ejusdem Cornelii Jansenii non reperiri, sed fictè, & pro arbitrio compositas esse, vel in sensu eodem intento damnatas non fuisse, asserere magno cum Christi Fidelium scandalo non reformident.

Inno. X. c. v. f. m.

§.6. Nos, qui omnia, quæ hac in re gesta sunt sufficienter & attentè perspeximus, utpotè qui ejusdem Innocentii Prædecessoris jussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis Congressibus interfuimus, in quibus Apostolica auctoritate eadem causa discussa est: ea profectò diligentia, qua major desiderari non posset, quamcumque dubitationem super præmissis in posterum auferte volentes ut omnes Christi Fideles in ejusdem fidei unitate sese contineant, ex debito nostri Pastoralis officii, ac maturâ deliberatione, præinsertam Innocentii Prædecessoris nostri Constitutionem, Declarationem, & Definitionem harum serie confirmamus, approbamus, innovamus, & quinque illas propositiones ex libro præmemorati Cornelii Jansenii, Episcopi Iprensis, cui titulus est Augustinus, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse declaramus, & definimus, ac uti tales, injusta scilicet eadem singulis nota, quæ in prædicta declaratione, & definitione univocè illarum sigillatim inuritur, iterum damnamus, ac eundem librum sæpèdicti Cornelii Jansenii, cui titulus Augustinus, omnesque alios, tam manuscriptos, quam Typis editos, & si quos forsan in posterum edi contigerit, in quibus prædicta ejusdem Cornelii Jansenii Doctrina, ut supra damnata defenditur, vel astruitur, aut defendetur & astruetur, damnamus itidem, atque prohibemus. Mandantes omnibus Christi Fidelibus, ne prædictam Doctrinam teneant, prædicent, doceant verbo, vel in scriptis exponant, vel interpretentur publicè, vel privatim, palam, vel occultè imprimant, sub poenis, & censuris contra Hæreticos in jure expressis ipso facto, absque alia declaratione incurrendis.

Ex p. v. u. d. f. m.

§.7. Præcipimus igitur omnibus Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ac Judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, ut præinsertam ejusdem Innocentii Prædecessoris Constitutionem, Declarationem, ac Definitionem, juxta præsentem nostram determinationem ab omnibus observari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis poenis, aliisque juris, & facti remediis, invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino coërceant.

D. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Decimoseptimo Kalend. Novembris, Pontificatus Nostri anno secundò.

In nomine Domini Amen. Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione 9. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divinâ Providentiâ Papæ VII. anno ejus secundò, die verò septima mensis Novembris retroscripta lûca sub plumbæ expedita, affixa fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum

ALEXANDER SEPTIMUS.

Apostolorum de Urbe, Cancellaria Apostolica, ac aliis locis insularibus, & consuetis Urbis per nos Petrum Paulum de Grassis Apost. Cursorem. Pro D. Mag. Curs. Jacobus Cornelius Cursor.

Privilegia, exemptiones, & indulta concessa Dapiferis, qui in conclavi suae assumptionis S.R.E. Cardinalibus inservierunt.

De privilegiis Dapiferorum S.R.E. Card. in Conclavi, exstat Urb. VIII. constitutio 10. Romani Pontifex. Tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII.

Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fr. nostrorum S.R.E. Card. Dapiferos qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum huiusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuscumque meritis exornare, ac eisdem Dapiferos, & eorum lin-

gulos. §. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, certaque scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares continuos, Commensales nostros, & eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulae Lateranæ, Comites & Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistinctè, qui Nobiles non sunt, Nobiles: quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediati, vel immediati subiectis, Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, & nobiles participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis, ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & assignamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque Familiarium continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis Apostolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulae præfate Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium huiusmodi Originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus continuis commensalibus; ac Notariis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi & reputari volumus, & mandamus.

§. 2. Eisque ut in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus; & literis, tam gratiam, quam justiciam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares, continuos commensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives, & originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionem, & literæ ipsæ subreptionis vitio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus & quibuscumque, & prorsus singulis antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declara-

tionibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri Familiaribus tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notariis, etiam de numero participantibus existentes, etiam si habitum, & Rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulae prædictæ Comites, & Milites; ac Nobiles Originarii; & Antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam; ut præferatur, elegerint quicumque ex utroque Parente vere Nobili, ac Cive Civili, & originario antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliis ex aliquo speciali Privilegio, seu aliis etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore edita utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio; & extra, sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter; & integrè in omnibus, & per omnia, etiam in Urbe, & Civitate huiusmodi non habitaverint perinde ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & huiusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionem, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus Originariis emanarunt, & quæ ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis; & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eisdem naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliis competere, vigore præsentium indulgemus, ac singulos Dapiferos, præfatos à solutione, & exactione Decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quacumque, quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus, ipsis Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsius, vel eorum alicui referatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitates fuerint, gratiosè remittimus, condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta vel etiam ex eo, quod censuris huiusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, aut aliis in divinis se immiscuerint, ut illa; & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines, aliis tamen ritè promovendi, & in illis etiam susceptis aliis ritè per eos ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant, dispensamus; ac eisdem Dapiferos, si qui eorum defectum Natalium pariuntur ex quacumque damnato, & illicito coitus, etiam si ex nobilissimis parentibus, ac vilibus feminis forsitan procreati sint, etiam si legitimi aliis existant, legitimum; omnemque ab illis genitura huiusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis Natalibus restituimus; ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis & maternis, & aliorum Consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudalis, & emphyteuticis, aut ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato; hereditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu: necnon ad dignitates, honores, & quascumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eorum defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali characteris, qui illo nati-

dum insigniti sunt, insigniti ad etates etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, si ad illos nondum, promoti sunt, promovendi, & postmodum characteri, & Ordinibus huiusmodi, illorumque Privilegiis uti, ac in eisdem Ordinibus etiam in Alearis ministerio ministrare, ac quocumque, & qualiacumque cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus administratio- nes, & officia, etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochialis Ecclesie, vel earum perpetue Vicarie, ac Canonicatus, & prebende, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis huiusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, & instituatur in illis, recipere & dummodo plura simul non sint, quam quae à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus, quodque omnes, & quaecumque gratiae, provisiones, commenda- dae, ac praesentes, & quaevis aliae literae Apostolicae, ac etiam in forma Brevis pro illis expedienda gratis ubi- que expediantur, tam de capienda possessione nomine Camerae Apostolicae, quam in favorem literarum Aposto- licarum: ubi illis super provisionibus quoruncumque be- neficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis Commensalibus, etiam gra- tis dantur, ac concedantur, ac dari, & concedi debeant, praesentibus, & mandamus, ac Dapiferis praesatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Can- onici Metropolitanarum, seu aliarum Ecclesiarum, aut personarum quocumque Ecclesiasticarum, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, aut eligenda, quaecumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventus quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, Secularium, aut quorumvis Ordinum regularium, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi beneficiorum, reservatas, seu re- servatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias se- mel, vel pluries translatae, seu translatae fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac post- quam cassatae, & extinctae fuerint, alias similes Pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus huiusmodi usque ad summam praedictam uni, vel pluribus aliis Per- sonis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum sin- gulos nominandis, quocumque, quacumque, & qualia- cumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expe- ctantibus, aliis tamen Pensionum huiusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Da- piferis reservatae, seu reservandae fuerint, etiam absque beneficiis huiusmodi obtinentium consensu, integre per- servandas, seu persolvendas, & per eos percipiendas, exigendas, servandas, ac percipiendas, exigendas, le- vandas reservare, constituere, & assignare valeant, ipsi- que Translatarii in possessionem dictas Pensiones exi- gendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore praesentium faciendae existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur etiam concedi- mus, & indulgemus, etiam si similem gratiam à Prede- cessoribus nostris aliis forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectum cumlativè eos gaudere, & potiri volumus. Decretentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventus huiusmodi plenam roboratis firmitatem obtinere ipsos- que beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservatae fuerint, obtinentes ad illas persol- vendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque Pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut praesertur, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet tunc, & pro tempore reservatarum, ac refer- vandarum, habitum & consuetum clericales gestare, & in

illis, dummodo ipsi habitum decetem, & honestum ge- serant incedere minime debeant, nec à quodquam eorum, seu compelli, nisi si quae aliquas sententias, aut exco- muni- cationes, etiam privationis, seu cassationis ipsarum Pensionum ad praedictam summam ducentorum ducatorum ascen- dentes, & reservatas, ut praesertur, etiam si in matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere. Postremo quod bona quaecumque ad dictos Dapiferos, & eorum quolibet spectantia, & per eos etiam ratione quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, & prebendam, ac Dignitatum quarumcumque per alias obtentorum, & obtinendo- rum, aut aliis quomodolibet, & quovis quaevis con- ditione, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, & licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Urbis usque districtu, ac ubicumque existentia, spoliis minime sub- jaceant: sed ipsi Dapiferi, etiam si Religioni alienius Mil- itariae, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque Personarum de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto eos decedere contigerit, testari, & illas disponere, eisque ab intesta- to decedentibus eorum haeredes quicumque succedere liberè, & licitè valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

§. 3. Praecipientes, & mandantes dilectis filiis huiusmodi, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, Thesaurario, Praesentibus, Clericis Camerae nostrae Aposto- licae, & quibuscumque aliis spoliatorum huiusmodi Col- lectoribus, ac Militiarum praefatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus appo- nant, neque haeredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu praesumant, ac etiam decimen- tes donationes etiam per viam Testamenti, & Codicil- lorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis huiusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eo- rumque aliquem ad literas super praesentibus conficien- das in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & re- gistrari petendum teneri, nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuate, admittant, seu registratae non fue- rint, propterea minis validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§. 4. Eisdemque praesentibus, & in eis contenta quae- cumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, Constitu- tionibus Apostolicis similibus gratiarum revocatorum, vel quae eas limitarent, aut moderarent, quae à nobis & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate haec- ternis, vel in posterum emanaverint, minime compre- hendi, sed quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & reintegratas esse, & ceteri, sic- que per quoscumque Judices, etiam Commissarios qua- vis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane si secus su- per his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno- rante contigerit attentari.

§. 5. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Co- putatori Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis, ad quos eorumdem literarum expeditio spectat, in virtute Sanctae obedientiae, & sub poena indignatio- nis nostrae, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut eisdem praesentibus, & forsitan alias literas super praemissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogatio- nibus, decretis, & clausulis in eis contentis, Gratis de mandato nostro ubique in omnibus Officiis etiam Ab- batiarum, Sollicitarum, Secretariorum Plumbi, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendae, omni contradictione, & dilacione cessantibus, signent expediant, & expediri faciant.

§. 6. Non obstantibus eisdem praemissis, & de certo Contrariarum de 1722

Extr. huiusmodi signat.

Cl. praefer.

Litter. iustit. gratia.

Notariorum numero, etiam si ad illum non sit deventu quibus aliis per presentes non intendimus derogare, ac regula nostra de prestando consensu in Pensionibus, ac fectis recordationis Pii PP. Quarti Prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres menses presentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii PP. V. etiam prædecessoris nostri contra illegitimos, ac Pictaviensis Concilli, & aliis Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincia-libusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Monasteriorum, Ecclesiarum Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitanis, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, & statutis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, ac alijs forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponentibus quod beneficia Urbis non nisi Personis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militarium expressè Professis conferri, & commendari soleant: quibus omnibus, etiam si alijs pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nõ autem per clausulas generales idè importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, presentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter & expressè harum serie Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

§.7. Et cum absolute à censuris ad effectum, &c. & in casibus regulæ de inordescensibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod Indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, & singulorum major, & venior specificatio, & expressio fieri possit in literis, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & describis haberi possint, juxta Notulam per ipsos, seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, expediend's, &c.

§.8. Volumus autem, quod literarum super presentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, & manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Et cum decreto, quod sola presentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in Judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem Quarto-declmò Kal. Septembris, Anno Secundo.

Nomina autem ipsorum Dapiferorum sunt hæc, qua sequuntur.

Joannes Franciscus Christaldus Neritonens. Abbas Sæctæ Mariæ de Veterana, noster dum Cardinalatus h-

noce fugebamur. Comes Philippus Bentivolus Laicus Bononien. Caroli Ostiensis Medices. Gaspar Morellus Clericus Romanus, Francisci Portuen. Barberini. Cellius Saracenus Senen. Bernardini Sabinen. Spada. Paulus Lucidus Laicus Spolitan. Iulii Tusculanen. Saccherii, Raphael Florinus Clericus Bononien. n. I. V. D. 90 ipsorum Dapiferorum Deputatus, Marci Albanen. Ginetti Venerabilium fratrum nostrorum Episcoporum. Comes Franciscus Maria Ramazzottus Laicus Bononien. Aloysii S. Laurentii in Lucina Capponii, Antonius Thearinus Laicus Bononien. Ernestri Aldalberti S. Prædicti Harrach. Sylvius Antonius Clericus de Monte Rodio Senogallien. Diocesis. Antonii Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Barberini. Alcanius de Alexandris Presbyter Romanus I. V. D. ac Abbas S. Antonii, Hieronymi S. Mariæ trans-Tyberim Columnæ. Stephanus, Torretta Clericus de Caldarola, Camerinen. Diocesis. Ioan. Baptistæ S. Petri ad Vincula Palotti. Michael Burrius Canonicus Cathedralis Viterbien. Francisci Mariæ Sanctorum duodecim Apostolorum Brancaccii, Dominicus Vicus Laicus Axinus, Alexandri Sanctæ Sabbinæ Bichii. Benedictus Murinucius Laicus Urbinaten. Viderici Sanctæ Anastasiæ Carpinei. Alexander Faustus Clericus de monte Ulmi Firmanen. Diocesis. Marci Antonii Sanctæ Mariæ de Pace Franciorti. Benedictus de Benedictis Laicus Urbinaten. Stephani Sancti Laurentii in Pane, & Perna Durazzi. Bernardus de Rubeis Mediolanens. Alcanii Sanctæ Mariæ de Araceli Filomatini. Hieronymus Roverellus Clericus Romanus, Marci Antonii Sancti Marci Bragadini. Vincentius Constantius Clericus Nucernus Petri Donati Sancti Marcelli Cæsi. Franciscus Maria Bovatus Presbyter de Barbara Senogallien. Diocesis. I. V. D. & Protonotarius Apostolicus, Fratri Vincentii Sancti Clemetis Maculani. Germanus Germanus Clericus Fulginaten. Francisci Sancti Hieronymi Illyricorum Montalti. Exuperantius Raphaelius de Cingulo Auximan. Diocesis. Cæsaris Sanctorum Quattuor Coronatorum Fachenetti. Joannes Paulus Palatius de Serra Comitum Senogallien. Diocesis. Presbyter, ac Rector S. Mariæ de Monte Rodio I. V. D. Hieronymi S. Eusebii Grimaldi. Lartantius Vaianus Presbyter Faventinæ Diocesis. Caroli S. Sylvestri in Capite Rosserti. Petrus Ciminus Laicus Romanus, Franciscus, Angeli S. Cæcilie Rappacciolli. Abbas Joseph Abfalon I. V. D. Veliternus, Francisci Adriani S. Priscæ Cævæ. Vincentius Corradinus Laicus de Camerino, Angeli Sanctorum Quiriici, & Julii Giordani. Petrus Ceccharellus Presbyter Forosempronien. Joannis S. Balbinæ de Lugo. Bernardinus Attolanus Laicus Romanus, Dominici S. Sixti Cecchini Franciscus Julius Presbyter de Fabriano Camerinen. Diocesis. Nicolai S. Mariæ Angelorum Ludovisii. Joseph Honuphrius Clericus de Murro Senogallien. Diocesis. I. V. D. Petri Aloysii S. Martini in Mõribus Caraffæ. Philippus Ricciardellus Laicus Ariminens. Alderani S. Pudeti anæ Cybo. Nicolaus Messinus Presbyter Urbevetanus, Fabritii S. Augusti Sabelli. Ioan. Franciscus Callimachus Laicus Romanus, Franciscus S. Joannis ante Portam Latinam Cherubini. Bernardinus Tubiolus Clericus Tudertinus, Camilli S. Petri in Mõre Aureo Astallii. Franciscus Cusinet de Bois Roger Parisiensis Diocesis. Joannis Francisci Pauli de Retz. Jacobus Ambrosinus Laicus Ravatensis, Joannis Hieronymi S. Honuphrii Lomellini. Carolus Vismar Laicus Mediolanensis. Aloysii S. Alexii Homodei Philippus Zampettus de Giannettis Cleric. Forosempronien. Petri S. Salvatoris in Lauro Otthonis. Joann. Philippus Philippellus Cleric. Romanus, Jacobi S. Mariæ Transpontinæ Coradi. Octavianus Autroy Laicus Perusinus, Laurentii S. Chrylogoni Imperialis, Aurel. Massuccius Laicus Recanaten. Giberti S. Joan. & Pauli Borromæi. Julius Guascus Cleric. Rom. Marcelli. S. Stephani in in Mõre Celio Sanctæ Crucii, Comes Odoardus Macchirellus Cleric. Imolensis, Baccii S. Agnetis Aldobradini. Joanes Rechius Clericus Lucell. Jo. Baptistæ S. Sufannæ Spada. F. acil. Sylvius Presbyter I. V. D. Aquilanus, Prosperi S. Calixti Caffarelli. Dominicus Bartholus Laicus Lucens. Francisci S. Mariæ in Via Albitii. Claudius Bazzan. Cleric. Mutinens. Octavii S. Bartholomæi in Insula Aquavivæ

ALEXANDER SEPTIMUS.

Aquaviva Presbyterorum S.R.E. Nuncupatorum. Antonius Gallus Laicus Auximanus, Theodori S. Marie in Vila Trivultii, Joseph Clandus Clericus Auximanus...

...et nulla profun differetia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, etiam Nobiles, & participant Cives ipsius Urbis vel Civitatis, ita ut ipsi...

Etiam bitum a defera

XXX. Gratia, & Privilegia Conclavistis postremi Conclavis concessa. De Conclavistarum privilegia extant constitutiones Clem. VIII. const. 16. Equitati, tom. 3. Paul. V. const. 3. Romanum, tom. 3. Gregor. XV. const. 1. Romanus Urban. Urban. VIII. const. 1. Circumspecta. tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII. Motu proprio, &c.

NOs volentes dilectos filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo divina favente clementia ad Summi Apostolatus Apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus fratribus nostris S.R. E. Cardinalibus uti familiaribus, & continui commensales intervenientes interfuerunt, quique eadem causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis & privilegiis pro cuiusque meritis exornare, ipsosque Conclavistas quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripta per dilectum Filium Jacobum Sanctae Marie Transpontinae S.R.E. Presbyterum Cardinalem Corradum nuncupantem, Prodaturarium nostrum, suam de...

Conclavistarum privilegia

§. 3. Nobilesque Conclavistas predictos a solutione, & exactione decimarum, & cuiuscumque Pedagogii, subsidii, Gabellae, & cuiuscumque oneris, tam ordinarii, quam extraordinarii, ubique locorum, & ex quacumque quantitate urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Reipublicarum, etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum impostarum, & imponendarum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & e contra, & postquam casus hujusmodi impositionis, & solutionis evenierit, liberamus, & eximimus, liberisque & exemptos fore, & esse decernimus. Districtius inhiabentes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S.R. E. Camerario, Thesaurario, Praesidentibus, Clericis, ac quibuscumque aliis Officibus Camerae praedictae, & Exactoribus pedagogorum, decimarum, subsidii, Gabellarum, & onerum hujusmodi, ac aliis personis, cuiuscumque ecclesiasticae, vel secularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, ne eos...

Ab omni quorum no lnt.

ALEXANDER SEPTIMUS

ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, seu super
præmissis, eo quod sine usu, possessione, vel quasi, directe, vel
indirecte, quovis quæsivo colore, vel ingenio molestare,
vel alias quomodolibet impedire quocumque modo præsu-
mant.

*conf. vii
litt.*

§. 4. Necnon omnes eosdem Conclavistas à quibus-
vis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quas
quomodolibet propter contraventiones contentorum in
Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro
tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt, in
foro conscientie tantum absolvimus, & liberamus.

lit.

§. 5. Ac omnes, & quoscumque defectus, si qui
forte sint, omnium provisionum, Beneficiorum, dignita-
tum, ac permutationum eorundem Conclavistarum, tam
ex multiplicitate titularum, ac ob incursum quarum-
cumque censurarum, & irregularitatis, quam alias ex
quavis causa provenientes, sanamus, ac hujusmodi provi-
siones vigore eorum privilegiorum, in foro conscientie
tantum, perinde ac si novas provisiones obtinuerint, re-
validamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis
eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum
cura, & sine cura beneficiis ecclesiasticis quomodolibet
qualificatis, & nuncupatis, etiam cujusvis ordinis Regu-
laribus per eos respectu, & obtentis, de novo etiam respec-
tively providemus, & omnes, & singulas pensiones eis, &
eorum singulis super quorumvis beneficiorum ecclesiasti-
corum quomodolibet qualificatorum, etiam nuncupato-
rum, etiam alicujus ordinis Regularium fructibus, & c.
respectu, & reservatis similiter de novo reservamus.

*lit. ma-
receptis
donat.*

§. 6. Ipsique Conclavistas, eorumque singulis quos-
cumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos oc-
casionem quarumcunque dignitatum, Canoniarum, &
præbendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiastico-
rum quorumcumque, & quarumcumque pensionum an-
nuarum, ipsi, vel eorum cuilibet collateralium, & reserva-
torum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & oc-
casionibus, etiam ratione omissionis recitationis hora-
rum Canoniarum indebitè perceptos, cujusvisque
quantitatis fuerint, grato remittimus, & condonamus.

*privi-
lia conce-*

§. 7. Ac cum eis super inhabilitate, ac irregularitate per
eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo
quod cœsuris hujusmodi ligati Missas, & alia divina Of-
ficia, dummodo tamen non in contemptum Clavium ec-
cliarum, aut alias in Divinis se immiscuerint, quodque
illa, & aliis præmissis non obstantibus ad omnes etiam Sa-
cerdos, & Presbyteratus ordines alijs ritè, & dummodo nul-
lum aliud alicui eorum oblit canonice impedimentum,
promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alijs ritè
Ord. etiam in Altaris ministerio ministrare etiam liberè,
& licitè valeant dispensamus, ac eosdem Conclavistas, si
qui eorum defectum Natalium patiantur ex quo umque
dânato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parenti-
bus, & vilibus feminis forsitan procreati sint, etiam alijs
legitimitati existat, legitimamus, omnèque ab illis genitu-
re hujusmodi macula, sive notam abstergemus, & abole-
mus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum sin-
gulis, ut in quibuscumque bonis Paternis, & Maternis,
aliorum cõsanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum
quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab
intestato, vel ex fideicommissis, seu alijs de jure valida
dispensatione, & præterquam in bonis ecclesiasticis, &
ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis,
vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales
portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legi-
timas successiones, ex testamento, vel ab intestato, hæredi-
tates, legata, libertates restituendo, realiter, & cum effectu,
ac ad dignitates, honores, & quascumque alia officia sæcu-
laria, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, &
exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo ma-
trimonio procreati forent, ac eodè defectu non obstan-
te, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum,
ut Clericali caractere, qui illo nõdum insigniti sint, insig-
niti, ac ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ord. si
nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum
caractere, & Ord. hujusmodi, illorumque privilegijs
uti, ac in eisdem Ord. etiam in Altaris ministerio mini-
strare, ac quascumque, & qualiacumque, cum cura, & sine

cura beneficia ecclesiastica, etiam personarum, administra-
tiones, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus,
& Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesijs, sed si Paro-
chiales Ecclesie, vel earum perpetue Vicarie, ac Cano-
nicatus, & præbende, dignitates, non tamen majores post
Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Col-
legiatis Ecclesijs hujusmodi fuerint, si sibi alias canoni-
cè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alijs
assumantur ad illas, & instituantur in eisdem, recipere, &
dummodo plura simul non sint, quàm quæ à Concilio
Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè,
& licitè valeant, similiter dispensamus. Quodque omnes,
& quascumque gratias, provisiones, commendas, & quavis
alijs literæ Apostolicæ provisionum quorumcumque be-
neficiorum ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris
Familiaribus continuis Commensalibus gratis datur,
concedantur, & expediantur, ac etiam literæ ipse in forma
Brevis, tam de capienda possessione nomine Camere
Apost. quàm alijs, uti illis super provisionibus quorũ-
vis beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, simili-
ter gratis datur, concedantur, & expediantur, ac dari,
concedi, & expediri omnino debeant præcipimus, &
mandamus. Ac Cœlavistas prædictos, qui S. Joannis Hie-
rosol. seu cujusvis alterius Militie regularis etiam expressè
professi sunt, ut etiam si ab eorum conventu absentes
existant, dum tamen quinquennale, seu aliam debitam
residentiam in conventu fecerint, & consueta servitia
præstiterint, quorumcumque beneficiorum ecclesiastico-
rum, & quarumvis pensionum, ac Commendarum eorum
Militie, seu Religionis capaces existant perinde ac si in
eadem Militia, seu Religione Antianitatem de justitia
consequuti fuissent similitè indulgemus. Eisdemque
Conclavistas, & eorum singulis, ut quicumque loci Or-
dinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedra-
lium, seu duarum insignium Urbis Collegiarum Eccl.
ut personæ alijs quæcumque ecclesiasticæ in dignitate
ecclesiastica constitutæ, tam in Rom. Curia, quàm extra
eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eli-
gendæ, quascumque pensiones annuas eis, & eorum sin-
gulis super quibuscumque fructibus, redditibus, & pro-
ventibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum,
etiam per S. R. E. Card. obtentorum, & in posterum
obtinendorum, cum cura, & sine cura secularium, &
quorumvis Ord. Regularium, seu fructus, redditus, &
proventus hujusmodi beneficiorum reservados, seu refer-
vandos, etiam si semel, vel pluries translata, seu translati
fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de
Camera similitè in toto, vel in parte, ac etiam in mor-
tis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassata, &
extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fru-
ctus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad sum-
mam prædictam, uni vel pluribus alijs personis eccle-
siasticis, vel etiam clericali caractere tunc temporis nõ-
dum insignitis, cum clausula tamen ex tunc, prout post-
quam dicto caractere ritè insigniti fuerint, per eosdem
Conclavistas, & eorum singulos nominatis, etiam quæ-
cumque, quocumque, & qualiacumque beneficia ecclesia-
stica obtinentibus, & expectantibus, alijs tamen pen-
sionibus capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eo-
rum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma,
quibus eisdem Conclavistas reservatæ, seu reservati fuerint,
etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integrè
persequendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas,
exigendas, & levandas reservare, constituere, concedere,
& assignare valeant, præfatique Translatarii in quasi
possessione dictas pensiones exigendis, in qua ipsi Con-
clavistas tempore translationis per eos præsentium figo-
re faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subro-
gari esse censentur, etiam concedimus patiter & indul-
gemus. Etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris
alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit,
tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum,
quàm ex quocumque alio Indulto, & Privilegio, quo-
rum effectum per hanc novam gratiam, & concessio-
nem impediri nolumus, sed cumulativè concessam, vel
concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumula-
tivè, & ampliativè prædictis facultatibus præsentibus,
& præteritis Privilegijs hac in re concessis uti, frui, &

potiri possint, decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum huiusmodi ut presertim faciendas, ex nunc prout postquam facte fuerint, plenam roboris firmitatem obtineant, ipsaque beneficia super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint obtinentes ad illa persolvendas efficaciter obligatos fore. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcunque pensionum annuarum eis, & eorum cui libet super quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, etiam in Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam a predictis S. R. E. Card. & ut presertim obtinentis, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum, habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodo aliis ipsi habitum decernent, & honestum deserant, incidere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minisque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum, penas occasione premissorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad predictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas ut presertim, etiam si Matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & liberè retinere. Postremò quòd bonaquecumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, & prebendarum, ac dignitatum quarumcunque per eos aliis obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis qualitate colore, vel ingenio, seu eorum indultis, legitimè tamen, ac aliis licitè acquisita, ac acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia Spoliis minime subiaciant, sed Conclavistæ predicti etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Ioannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favore quarumcunque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse deserint, in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit testari, & aliis disponere, illique ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere liberè, & licitè valeant simili modo concedimus, & indulgemus. Precipientes, & mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præfidentibus, Clericis Cameræ nostræ predictæ, & quibusvis aliis Spoliorum huiusmodi Collectoribus, & subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibusvis aliis personis, tam Secularibus, quam Regularibus cujuscumque gradus, status, ordinis & preeminentiæ, etiam si speciali nota digni existant, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatarum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis huiusmodi faciendas, semper, & perpetuò validas & efficaces fore. Nec eosdem Conclavistas, eorumve aliquem ad liceras super presentibus conscribendum in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrarum perendum teneri, nec illas etiam illæ intra tempus legitimè insinuata, admittæ, seu registraræ non fuerint, propterea minime validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§. 8. Ac eisdem literis, & in eis contentis quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similibus gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ à Nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & de quibusvis causis etiam argentiis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hæcenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt, toties eisdem in pristinum statum restitutas, repositas, & reintegratas.

§. 9. Et insuper cum dilectus filius Augustinus Taurinus Clericus Lunensis, Saranenensis, ac dilecti filii no-

stri Hieronymi S. Mariæ Trans-Tiberim S. R. E. Præfidentis Card. Columnæ nuncupati, & Protectoris Germanicæ, & Aragonicæ Auditor, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in Præmissis sedulam pro ipsis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & Sedi Apostolicæ impensorum intuitu, Volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eidem Augustino licet in Conclavi predicto non intervenerit, nihilominus ut omnibus, & singulis supradictis gratiis, Privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, preeminentiis, indultis, exemptionibus, ceterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri huiusmodi per Nos, ut supra, dictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut presertim distributorum, seu distribuendorum, tanquam Conclavista frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat perinde ac si Conclavi huiusmodi verè, & realiter interfuisset; Constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, Motu, Scientia, & Auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus.

§. 10. Sicque per quoscumque Judices etiam commissarios quavis auctoritate fungentes, in quavis causa sublata aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Iritumque, &c. Attentari.

§. 11. Et insuper Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Portuensi, & S. Rufinæ Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario, & Literarum Apostolicarum Summaro, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis, Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos literarum earundem desuper conscribendarum expeditio per eandem viam secretam spectat, & pertinet, & sub pena indignationis nostræ Motu simili, & ex certa Scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut etiam eisdem literas super præmissis omnibus, & singulis, tam conjunctim quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerint, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per Viâ Secretam absque alio mandato expédiant, & expédi faciant.

§. 12. Insuper omnia, & singula Privilegia, gratias, & concessionem eisdem Conclavistis, & eorum cui libet à diversis Summis Pontificibus Prædecessoribus nostris hucusque concessa Motu, Scientia, & Potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissimè concedimus.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum non sic deventum, ac Nostra & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstando consensu in presentibus, & Felicis recordationis Pii Papæ Quarti de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres menses presentandis, & registrandis, ac Pii Quinti Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Præfatis Concilii, ac nostris, & Cancellariæ predictæ regulis, etiam in crastinum Assumptionis nostræ ad Summi Apostolici Apicem editis, & in predicta Cancellaria publicatis, etiam in Universalibus, vel Provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, Cameræ predictæ, & quarumvis Universitatum etiam juramento, &c. roboratis statuti, & consuetudinibus, stabilimentis, ubi, & naturis, decretis, & novis reformationibus, etiam legibus, tam Pontificis, quam Imperialibus, Regis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus: Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritis, & aliis decretis etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu, Scientia, & Potestatis plenitudine pari-

Conclavistæ
vilegiis
gondem
cernit

Clausula
sublata

Expeditio
nem
rum
gondem
mandat

Causa
stratum
vilegiis
firmata

Causa
deperit

Clausula
preservati-
va

Augustinus
Taurinus

ALEXANDER SEPTIMUS

bus, etiam consistorialiter, et alia in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis iuribus omnibus, quibus omnibus, &c. etiam de illis, &c. eorum tenores, &c. hac vice dumtaxat specialiter, & expressis Motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunitatis, et cum absoluteione a censuris ad effectum, &c.

§. 13. Quod obstantie etiam beneficiales Conclavistarum ac ab eis subrogat, & dispensat, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, & in casibus regulæ de infirmitate, cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo iure quæsito, derogatione, & quacumque altarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & statutorum, stabilimentorum, usuum, naturarum, Constitutionum synodalarum, statutorum, ac privilegiorum Populi Romani, & Cluniacensis, Cisterciensis, S. Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, & Ecclesiis, Monasteriis, Civitatibus, & locis, & personis, & Dominis temporalibus sub quibuscuq; neque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificat, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores, &c. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit, exprimi possint, & cum suspensione quacumque gratiarum, indulgentiarum quibusvis ordinariis collationibus conferendi Beneficia Ecclesiastica etiam reservata ad eorum collationem, &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendenda ut omnia tollantur, & quod sola præsentis Motu Proprii signaturæ sufficiat, & ubique fidem faciant, in iudicio, & extra, regulæ contrariæ non obstante, & quod præmissorum omnium, & singulorum indulgentiarum, concessionum, gratiarum, derogationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, & gradus dioc. patriæ & cætera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos, Sacrista, & Magistri Cæremoniarum Capellæ nostræ, necnon Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipsos Magistros Cæremoniarum facta, & descripta annotati, & descripti comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire.

§. 14. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum Trilumpis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhibetur, si forent exhibitis, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem quartidecimo Kal. Septemb. Anno S. cundò.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc, quæ sequuntur.

Reverendiss. Dominus Thaddæus Altinus Cameris Episcopus Castellanus, & Hortanus Sacrista noster, Franciscus Maria Phœbeus Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Presbyter Urbevetanus, Carolus Vincentius Caracarius Presbyter Romanus, & perpetuus Beneficiarius Basilicæ Principis Apostolorum, Fulvius Servantius Presbyter de Sancto Severino, Canonicus Collegiæ Ecclesiæ S. Celsi, & Iuliani de Urbe, Petrus Antonius de Ha Pedacchia, Presbyter Romanus Perpetuus Beneficiarius Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Christophorus Faccialietta Presbyter Romanus Magistri Cæremoniarum, Comes Federicus Ubaldinus Civitatis Castellæ perpetuus Beneficiarius Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, Sacri Collegii Secretarius, Michaël Angelus Boncius Presbyter Civitatis Clusii, Flaminius Valla Clericus Regienis, noster dum Cardinalis honore fungebatur, Marchio Carolus Gerinus Bullarum Magni Tom. V.

Clericus Conjugatus Florentinus, Comes Carolus Bonivulus laicus Florentinus, Vincentius Giannini laicus Florentinus Caroli Otilii Medice Franciscus Carus Romanus Clericus Conjugatus, Angelus Parmecianus Presbyter Clusinae Diocesis, Basilicæ Lateranensis Canonicus, Francisci Portuensis Barberini, Franciscus Bagnolus de Nostris Clericus Tiberinus, Carolus Cinaglia Clericus Perusinus, Ioannes Maria Baldus Camerinen, Bernardini Sabinen, Spada, Carolus Vaninus Presbyter Urbinaten, Virus Vennierius Presbyter Recanaten, Julii Tusculanen, Sacchetti, Julius Cæsar Porrus Clericus Neapolitan, Dominicus Salvius de Plobio Callien, Diocesis, Martii Albanen, Ginepri Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum, Gastracanus de Gastracanis Presbyter Callien, Sebastianus Casinus Clericus Florentinus, Carolus Durantius Laicus Aretin, Aloysii S. Laurentii in Lucina Capponii, Ioan. Baptista Barfortus Lucensis Præpositus, Joan. Georgius Bulghemaster de Vvainstetoin Laicus Pragen, Crescentius Bindus Laicus à Grosseto, Ernelli Alderberti S. Prædix Harrach, Melchisedech Thevenst Clericus Parisiensis, Joan. Antonius Costa Abbas, & Presbyter Genuen, Franciscus Butus Romanus Presbyter, Antonii Sanctissime Trinitatis, in monte Pincio Barberini, Robertus Capizuchius Presbyter Romanus, Dominicus de Sanctis Presbyter Anagninae Diocesis, Ioseph Picus Clericus conjugatus Civitatis Ducalis, Petrus Franciscus Cagnolus Presbyter Prænestin, Dioc. Hieronymi S. Mariæ Tris. Tyberini Columnæ, Franciscus Turcus Presbyter S. Severini, Ioan. Baptista Paulonius de Calderola Presbyter Camerinen, Dioc. Dominicus Picca Presbyter de Calderola Camerinen, Diocesis, Ioan. Baptista S. Petri ad Vincula Pallotti, Marcus Antonius Petronus Abbas, & Presbyter Rossanen, Archangelus de Paulis Laicus Eugubinus, Valerius Aleronus Presbyter Romanus, Francisci Mariæ SS. Duodecim Apostolorum Brancaccij, Cælius Piccolomineus Clericus Senensis, Alexander Scarlatus Presbyter Florentinus, Hieronymus Gajus Laicus Cavallicen, Alexandri S. Sabinae Bichii, Hieronymus Fabrius Clericus Ariminen, Dioc. Ioan. Baptista Ricchelinus Presbyter Nicien, Ulderici S. Anastasii Carpinei, Jacobus Cinamius Clericus Lucen, Marcus Antonius Romagnolus Clericus Forolivien, Marci Antonii S. Mariæ de Pace Franciotti, Iacobus Gamba Clericus Ravenanaten, Petrus Paulus Rosciolus Clericus à Bassanello Hortanæ Diocesis, Flaminius Antichus Laicus Urbanen, Stephani S. Laurentii in Pane, & Perna Duratii, Carolus Leolus Ariminen, Ioan. Petrus Previtalis Presbyter Romanus, Franciscus de Benedictis Senogallien, Dioc. Ascanii S. Mariæ de Araceli Filomarini, Iacobus Cinus Politianus Presbyter Vicentin, Amadeus Ferrianus Clericus Vicentinus, Marci Antonii S. Marci Bragadini, Hiacyntus Dardolus Clericus Narniæ, Claudius Carcarasius Laicus Romanus, Petrus Bizzanus Presbyter Mediolanen, Petri Donati S. Marcelli Casii, Hieronymus Proplucius Abbas, & Presbyter Camerinen, Franciscus Cataneus Clericus Mediolanen, Fr. Vincentii S. Clementis Maculani, Comes Hercules Oddus Eques Ordinis Calatravæ Perusinus Clericus Conjugatus, Iacobus Fucciis Clericus Romanus, Philippus Baldefcus Clericus Nucerinus, Francisci S. Hieronymi Illyricorum Montalti, Ioannes Baptista Petramellara Presbyter Bononiensis, Ioannes Corjolanus Osius Laicus Florentinus, Flaminius Justus Clericus Tiburtinus, Cæsariorum Quatuor Coronatorum Fachenetti, Philipp. Gouzzeus Presbyter Parisien, Petrus Franciscus Palatinus de Serra Comitum Senogallien, Diocesis, Hieronymi S. Eusebii Grimaldi, Gerard. Rosellus Presbyter Mutinensis, Terentius Duranus Clericus de Monte S. Martini Firmanz Diocesis, Caroli S. Silvestri in Capite Rossetti, Sebastianus Baldinus Clericus Romanus, Bernardinus Zanardus Romanus Clericus Conjugatus, Franciscus Valentinus Urbevetanus Clericus, Francisci Angeli S. Calicis Rappacioli, Honuphrius Gualfreducius Clericus P. Orientis, Joannes Baptista Bifcus Presbyter Diocesis Urbanæ, Papi. Panzirolus Romanus Conjugatus, Francisci Adriani S. Priscæ Cervæ, Franciscus Polinus

ALEXANDER SEPTIMUS

Polycarpus Presbyter Cisteriense, Joannes Baptista de Co...
rebellibus ab Apollonio Sorano, Duce, Angeli, Sanctorum
Obristi de Jure Georgii, Paulus Bonaventura Presbyter
Romenus, Joannes Baptista de Sancto Presbyter
labon, Joannes Baptista de Tarentino, Joannis S. Balbi
na de Lago, Nicolaus Riva Christianus de Leonissa Reatinus
Diocesis, Nicolaus Vallus Presbyter de Terra Pedemonte
monstris Aliphanis Diocesis, Gabriel de Pura de Villa
Francia Saranenensis Diocesis Clericus, Dominicus S. Sixti
Cocchini, Carolus Sancti Petri Abbas, & Clericus de
Saxo Ferraro, Joannes Claudius Marinus Pedemontanus
Lator, Nicolaus Sancti Marci Angelorum Ludovici,
Philippus Casarior Presbyter Nolanus, Christophorus
Blancus Clericus Ariminensis, Hieronymus Lancina Lai-
cus Firmanus, Petrus Alloysii Sancti Martini in Moxibus
Caracis, Franciscus Ravenna Clericus Urbevetanus, Ia-
cobus Girod a Burgundia Mignovillars Laicus, Alde-
rati Sancti Pudentianis Cybo, Petrus Paulus Grappoli-
nus Clericus Romanus, Joannes Simon Siranus Cleri-
cus Perusinus, Fabricii Sancti Augustini Sabellini, Ioan-
nes Angelus Elixus de Mote Bodio Senogallienis Dico-
cesis, Joannes Baptista Ferrutus de Monte Bodio Se-
nogallien, Diocesis, Francisci Sancti Ioannis Ante Por-
tam Latinam Cherubini, Comes Frater Gaddus de Elcis
Parmocensis Eques Hierosolymitanus Senensis, Ioan-
nes Baptista Veratilius a Sambuco Tiburtina Diocesis,
Camilli Sancti Petri in Monte Aureo Astalli, Gugliel-
mus Carrier Clericus Gallus Lugdunensis Diocesis,
Guido Gioli Parisien, Clericus, Claudius, Imbert Con-
jugatus Parisien, Simon Cinetus Laicus Parisien, Ioan-
nis Francisci Pauli de Kera, Joannes Baptista Ursus Cle-
ricus Forolivien, Franciscus Maletta Clericus Ferrarien,
Diocesis, Joannis Hieronymi Sancti Honuphrii Lo-
mellini, Octavius Spada Abbas, & Presbyter interam-
nen, Andreas Thomassinus a Monte Sancto Vito Seno-
gallien, Diocesis, Alloysii Sancti Alexii Homodei, Ioan-
nes Carolus Valentinus Presbyter Reatinus, Petrus Pau-
lus Pontinus Clericus Tetre Setie Terracinen, Diocesis,
Petri Sancti Salvatoris in Lauro Ottoboni, Rodul-
phus Dulcinus Clericus Bononien, Joannes Gregorius
Ardizzonus Presbyter a Tabio Albiganensis Diocesis
Abbas, Jacobi Sancte Marie Transpontinae Corradi,
Bernardus Capuccius Romanus Clericus Conjugatus,
Franciscus Papadorus a Francovilla Oritana Diocesis,
Laurentii Sancti Chrylogoni Imperialis, Iulius Cesar-
Beagnius Clericus Mediolanen, Diocesis, Franciscus
Sixta Ferrarien, Diocesis, Giberti Sancti Ioannis, &
Pauli Borromei, Emilius Vincius Presbyter Firmanus,
Carolus Guallius Romanus Conjugatus, Marcelli San-
cti Stephani in Mote Celio Sancti Crucii, Ludovicus de
Sanctis Clericus Ripanus, Vincentius Bartheus de Sancto
Angelo in Vado, Baccii Sancte Agnetis Aldobrandini,
Iacobus Leo Clericus Romanus, Carolus Donatus Ver-
ter Clericus Mediolanen, Joannis Baptiste S. Sufan-
nae Spada Guarnerii de Guarnerii Clericus Auxima-
nus, Franciscus Casarini a Civitate Theatina Laicus,
Prosperi S. Calixti Casarelli, Carolus de Marchis Pres-
byter Alculanus, Andreas Litrus a Castro Plebis Lucer-
rin, Diocesis, Francisci S. Marie in Via Alhitii, Hiero-
nymus Silentius a Castro Fidardo Langranae Diocesis,
Carolus Gendardinus Clericus Lauretanus, Octavii Sa-
cti Bartholomaei in Insula Aquaviva Presbyterorum S.
R. E. nuncupatorum, Frater Marcus Antonius Muggia-
nus Eques Hierosolymitanus Mediolanen, Albertus ab
Imbrach Clericus Colonien, Marthaeus Bacconus Cle-
ricus Anglus, Theodori Sancte Marie in Via Lata Tri-
vultii, Iulius Paperus ab Ortezano Presbyter Firmanae
Diocesis, Marthias de Riccis Clericus Pisanus, Iulii
Sanctae Agathe Gabriellii, Marchio Franciscus Urfinus
Clericus Conjugatus Romanus, Livius Canonice de
Sandolia Sabinen, Diocesis, Joannes Baptista Ghilio-
nus Laicus Lanven, Virginii Sancti Eustachii Vrsini, Co-
mes Hieronymus Gratianus Clericus de Pergola Eugu-
binas Diocesis, Comes Hector Moiza Presbyter Muri-
nen, Alexander Mazzinus Clericus Reggjen, Raynaldi
Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Estensis, Carolus
Abus Rutilianen, Clericus Conventanen, Diocesis,

Joannes de Rubis Presbyter a Pallano Praenestina
Diocesis, Vincenzil Sancti Marie in Cosmedin, Co-
njugati Ludovicus Tingolus Conjugatus Ariminus, Do-
mimicus Saverus Abbas Clericus Gualdensis Nucernae
Diocesis, Stephani S. Georgii Donzhi, Michel-Angelus de
Brumanontibus a Canaria Assisien, Diocesis, Joannes
Antonius Strachicius Conjugatus a Canaria Assisien,
Diocesis, Petri Amilii Sanctae Marie in Aquila Rom-
andani, Comes Franciscus de Monte Acuto Eques San-
cti Stephani Florentinus, Verus de Castiglione Eques
Sancti Stephani Florentinus, Franciscus Cicogninus
Presbyter Praenestis, Joannis Caroli Sanctae Marie No-
vz Medices, Jacobus Antonius Serperius Presbyter Ro-
manus, Joseph Lonus Clericus Conjugatus ab Alviano
Amerina Diocesis, Sebastianus Brubanus Casalen, Dico-
cesis, Federici Sanctorum Vici, & Modesti Sforzei,
Franciscus Gherius de Sociis Presbyter Perusinus, Mar-
cus Antonius Odecalcus Presbyter Comensis, Benedi-
cti Sanctorum Colinae, & Damiani Odecalcchi, Camillus
del Corno Clericus Tarvisinus, Petrus Jacobus Finellus
Romanus Laicus, Christophori Sanctorum Nerei, &
Achillei Vidman, Hieronymus Lupus Presbyter a Ro-
vigo Adriem, Diocesis, Franciscus Camerata a Verraza
Sarzanensis Diocesis, Laurentii Sancti Angeli in Foro
Piscium Raggii, Carolus Eustachius Clericus Conjugatus
Romanus, Medardus Spera a Rocca Contrada Cle-
ricus, Joannes Anglettus Presbyter Amerinus, Fran-
cisci Sanctae Marie in Porticu Maldalchini, Carolus
Pancosy Civitatis Castri Veteris Hieracenensis Diocesis,
Frater Hiacynthus Carducci Eques Hierosolymitanus
Romanus, Stephanus Vacherot Civitatis Dyun in Burg-
undia Laicus Conjugatus, Friderici de Haffia, Joannes
Baptista Verus Presbyter Verulanus, Ludovicus Pie-
tri Laicus Urbinas, Caroli Sancti Casarii Barberini,
Emilii Sibonius Presbyter Romanus, Hieronymus
Bransivola Ferrarien, Caroli Sanctae Marie in Domini-
ca Pii, Joannes Baptista Phoebeus Urbevetanus, Antonius
Sorreca a Monte Georgio Presbyter Firmanae Diocesis,
Caroli S. Pancrasi Gualterii, Victorius Montanus
Presbyter Tudertinus, Dominicus Simoncellus Laicus
Cornetanus, Decii Sancti Adriani Azzoñni Diacono-
rum S. R. E. Cardinalium nuncupatorum, Frater Carolus
Bonetus Ordinis Sancti Augustini curia Sacrista,
Nicolaus Zucchius a Sociate JESU Parmen, Confessa-
rius, Marthaeus Parisius de Benaudis Materanen, Diocesis,
Antonius Maria de Rubis Ravennaten, Medici Phy-
sici, Joannes Trullius Verulanus Chirurgus, Joannes Ba-
ptista Paulinus Pisaren, Aromararius, Franciscus Maria
Servitius de Monte Baroccio Pisaren, Nicolaus Marti-
nus de Tolentino ejus Auxiliator, Abbas Joseph Pal-
merius Clericus Romanus Custos fontis, & Aquarum
Copclavis, Antonius Rosellus Firmanus, Dominicus
Altmanus de Vignola Murinen, Diocesis Barbitonfo-
res, Fabricius Angelinus Ariminus, Petrus Gallus Fa-
ventinus eorum Auxiliatores, Franciscus Gualdas Faber
Lignarius, Joannes Maria Surinus Faber Cementarius,
Joannes Baptista Collus Romanus, seu Tiburtinus Fa-
miliaris Magistrorum Ceremoniarum, Laurentius Bi-
ranellus de Mote Bodio Senogallien, Diocesis, Famulus
Secretarii Collegii, Georgius de Angelis Anagninus, Pe-
trus Paulus Guinetus, Bartholomaeus Tognetus, Ca-
rolus Antonius Guinetus, Joannes Baptista Guinetus
Antonius Salla, Joannes Paulus Gratiolus, Paulus Ba-
rozus, Antonius Cambronus, Gaspar Smit, Joannes
Morellus, Fulvius Girorus, Petrus Braneus, Romini-
cus Bencia Spetta, Franciscus Menichinus, Antonius
Selvaggius, Dominicus Leo Angelus, Franciscus
Rugerus, Bartholomaeus Curtus, Franciscus Campagna,
Eusebius Gillus, Petrus Zucconus, Antonius Piscis, Pau-
lus Antonius Brunus, Bernardus Gualaginus Scoparores
Conclavis.

Convalidatio

XXI. **Convalidatio omnium novarum electionum** Praeceptorum in vna confirmatione facta- rum Ordinis Fratrum Discalceatorum nuncupat. S. Matris de Mercede Redemptionis Captivorum, & quod officium Superio- rum non possit pretendi, nisi ad aliud trien- nium.

Ne jam indicata vtiis repetam, te remitto ad ea, qua notavi ad Urbem. PII. Const. 131. Sacri Apostolatus.

A.D. 1677. **ALEXANDER PAPA VIII.**
Ad futuram rei memoriam.

IN sublimi Sedis Apostolice fastigio meritis licet im- paribus ineffabili divinae providentiae consilio collo- cari religiosorum virorum sub suavi arctioris religionis jugo vota sua. Acerrimo reddere laudabiliter satagentium comoditatibus libenter intendimus, illisque paternae benignitatis nostrae favores impartimur, prout matris consideratione adhibita conspiciamus in Domino salu- briter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus fi- lius Antonius à Christo Procurator generalis Congrega- tionis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordi- nis sanctae Mariae de Mercede Redemptionis Captivo- rum, quod aliis postquam felic. rec. Gregorius Papa XV. praedecessor noster per quoddam suas in simili for- ma Brevis die 20. Augusti 1622. expeditas literas inter- alia statuerat, & ordinaverat, ut in omnibus, & singu- lis officiis aequalibus, vel inferioribus dictae Congrega- tionis alternativa trium annorum observari debere, rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiam praedecessor noster per suas pariter in forma Brevis die 12. Julii 1627. expeditas literas ejusdem Congregationis Diffinitorio, quod ipsius Congregationis, illisque domorum Praelatos ordinarios, ac alios quoscunque nomine nuncupatos Superiores (non tamen Provinciales) in eorum officiis prout è re dictae Congregationis, illisque domorum magis expedire in Domino judicasset, ad aliud trien- nium confirmare, sive ad eadem officia de novo, etiam alternativa trium annorum hujusmodi minimè obser- vata eligere valeat, facultatem concessit: Cum autem sicut eadem exposito subjungebat, diffinitorium praedictum subinde, attento quod in eisdem Urbani praede- cessoris literis expresse declaratum non reperiebatur Praelatos ordinarios & alios Superiores hujusmodi ad unum triennium dumtaxat confirmari, sive ad eadem officia de novo, dicta alternativa non observata, eligi posse, triginta fere annorum spatio prout interea expedire visum est, Praelatos ordinarios, & alios Superiores praedictos in eorum officiis non solum ad unum, sed etiam ad plura immediatè sequentia triennia confirmaverit, sive ad illa de novo, eadem alternativa minimè obser- vata, elegerit: nunc verò de confirmatione, & novarum electionum hujusmodi, & inde secutorum validitate, & subsistentia plurimam dubitetur, & propterea idem An- tonius Procurator generalis opportunè à Nobis in praemissis providendi summo petere desideret.

§. 2. Nos ipsum Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, necnon eorundem Antonii, & Praelatorum ordinarios, aliorumque Superiorum, ac Diffinitorii praedicti singulares personas, à quibus- vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis- que Ecclesiasticis sententiis censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis, praeterquam praemissorum, occa- sione, vel causa laeas, si quibus quomodolibet innoda- ta existunt, ad effectum praesentium dumtaxat conse- quendum harum serie absolventes, & absolutas fore cen- sentes, supplicationibus dicti Antonii Procuratoris ge- neralis nomine Nobis super hoc humiliter port ecis

Inclinati, confirmationes, & omnes electiones memora- torum Praelatorum ordinarios, & aliorum quocum- que nomine nuncupatos, hujusmodi confirmationes, & elec- tiones, illisque domorum, ultra ultra aliud triennium respectivè à Diffinitorio praedicti, aliis tamen canonicè factas cum ipso spatio quibuslibet, & per ipsos Praelatos ordinarios, & alios Superiores in vim confirmationis & novarum electio- num hujusmodi factis Apostolica auctoritate tempore praesentium convalidamus in omnibus, & per omnia per- tinent, ac si eadem confirmationes, & novae electiones nonnisi ad unum triennium respectivè factae fuissent, ac omnes de singulis jure, & facti deficiat, qui defecerit propter praemissa quomodolibet interveniant, sanamus, & abolemus.

§. 3. Praeterea omnes & singulos Praelatos ordinarios & Superiores praedictos, necnon personas ejusdem Diffinitorii à quibuscumque censuris, & poenis Ecclesiasticis per eos, & illas respectivè praemissorum occasione quoquo modo incuris auctoritate, & tenore praedictis in utroque foro absolvimus & plenariè liberamus. De- clarantes in futurum Praelatos ordinarios, & alios quocumque nomine nuncupatos Superiores universae Congregationis praedictae, illisque domorum, quos ad aliud triennium in eorum officiis confirmandi, seu de novo ad illa eligendi facultas eidem Diffinitorio, ut praemittitur, à dicto Urbano praedecessore concessa fuit, non ultra unum dumtaxat triennium immediatè proximum in eorum officiis à memorato Diffinitorio respectivè confirmari, sive ad illa de novo, alternativa trium annorum hujusmodi minimè observata eligi posse. Ac decernentes ipsos praesentes literas desuper firmas, & validas, & efficaces existere, & fore, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter obser- vari, illisque respectivè plenissimè suffragari, sicut in praemissis per quoscunque Judices ordinarios, & dele- gatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ju- dicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutioni- bus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictae Congregationis, ejusque Provinciarum, & domorum quarumlibet etiam juramento, confirmatio- ne Apost. vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praedicti Praelati ordinarii & Superiores, necnon persona dicti Diffinitorii peni- tentiam quam ipsis respectivè Sacerdos idoneus propter praemissa imposuerit, adimpleant, alioquin eadem praesentibus quoad absolutionem eis in foro conscientiae nul- latenus suffragentur, utque ipsarum praesentium trans- scriptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem omnino fides in judicio & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibere- tur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Januarii 1677. Pontificatus Nostri anno secundo.

Ab illis Praelatis Ordinariis.

Contrariis derogat.

D. N. A. 3 die 14. Jan.

XXXII. Ne Commendatarii Monasteriorum Canaldulensium deinceps se ingerant in electione...

Consimilem prohibitionem fecit Innoc. X. Constit. 59. Pastoralis, pro Commendatariis Cisterciensium...

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. Sacrosancti Apostolatus officium humilitati nostrae... S. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Odoardus Bar...

Supplicatio

Absolutio a censuris

Prælati præsentibus

Congregationis Camaldulens. Consecratoribus per eas... S. 4. Decernentes eisdem presentes literas semper...

Executio

Decretum irritum

Transumptis

D.P.A. die 20. Martii

Injungitur Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus...

De auctoritate Card. Archiep. Ecclesie Lateranensis Pauli Quinti...

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis à Domino commissi ratio postulat, ut in his, quæ ad promovendum in quibus...

lium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ cõsilio, dilectis filiis nostris ejusdem S.R.E. Cardinalibus trium Ecclesiarum, sive Basilicarum prædictarum Archipresbyteris tunc; & pro tempore existentibus Apostolica auctoritate tenore præsentium serò injungimus; ut ipsi in Ecclesiis; sive Basilicis hujusmodi, in quibus Archipresbyteri dignitatem respectivè obtinent, & pro tempore obtinebunt; divinis officiis interesse studeant, & Vicarios deputent Prælatos graves, & probos; qui non sint Canonici ejusdem aut alterius Ecclesiæ, nec ad aliquam residentiam obligati, ac tali doctrina, & pietate præditos, ut Ecclesiæ jura tueri, & causas; ac judicia per se ipsos cognoscere, & terminare valeant, singulisque Capitalis, & Congregationibus Capitularibus intersint, congruo per Archipresbyteros prædictos eisdem constituto salario, quod non sit minus dimidia portione Archipresbyterali per Camerarios, & Depositarium Capituli singulis mensibus, statisque temporibus prædictis Vicariis integre, & sine diminutione solvendo: onere tamen adjuncto, ut divinis officiis diebus festis de præcepto, & aliis earumdem Basilicarum respectivè solemnioribus interesse, ac munus Præfecti in choro exercere omninò teneantur. Quod si prædictis diebus officio divino non interfuerint, punietur portio eisdem Vicariis, ut supra, assignata in duplum ejus, quò multaretur quilibet Canonicus, & multa interessentibus eo ipso accrescat.

§. 3. Decemnes easdem præsentis literas; & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quòd prædicti Cardinales Archipresbyteri, & alii quilibet etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis forsitan interesse habentes, seu habere quoquo modo prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ; propter quæ ipsæ præsentis emanarunt adductæ, verificatæ, aut justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nostræ; aut nullitatis vitio vel intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus, aut alio quocumque quantumlibet substantiali, & individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, restringi, invalidari, ad viam, & terminos juris reduci; in Jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aut quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam Motu proprio concessio quæntiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 2. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R. Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, aliisque quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quocumque functos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, cæterisque nostris, & Cancellariæ nostræ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon earumdem Ecclesiarum, seu Basilicarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indulciis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus, in genere, vel in specie,

etiam Motu proprio, & censitorialiter, aut aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, & prædictis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio; sed alia quævis expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ; vel ostendæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Aprilis 1637. Pontificatus nostri anno secundo.

Trasumptis prorsus fides.

D. P. A. S. die 9. Apr.

Quod in Regno Navarræ quatuordecim annis recolant Festa Sanctorum Firmini, & Francisci Xaverii tanquam de Patronis, atque Principalibus dicti Regni, ex præcepto Ecclesiæ.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosancti Apostolatus Officii Nobis per abundantiam divinæ bonitatis, nullo licet nostrorum suffragio meritorum impositi, debitum exposcit, ut venerationi Sanctorum Domini in terris augendæ; necnon Christi Fidelium tranquillitati, & animorum concordie conciliandæ, quantum Nobis ex alto conceditur, studeamus.

§. 1. Itaque ad sedandas graves, & scandalosas contentiones, magno cum publicæ quietis, & animarum salutis discrimine in Regno Navarræ jà diu super patronatibus Sanctorum Firmini Martyris, & Francisci Xaverii Confessoris excitatas, paterna charitate sedulo intenti, ac præterea considerantes, quòd Congregatio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, necnon dilecti filii Capellani nostri, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, re pluries maturè perpensa, acriterque discussa probationes hinc inde allatas neutri partium satis suffragari, imò in pluribus eas deficere dignoscere, rem ipsam, etiam cum ingenti partium earumdem dispendio, gravèque incommodo, nunquam, vel serò difficillimè terminandam, indecisam dimiserint.

§. 2. Motu proprio, non ad alicujus personæ Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ex speciali gratia, tum prædictis, tum aliis ex causis Nobis tantum notis animum nostrum moventibus, Clero sæculari, & regulari, necnon Vniuersitatibus, & Populo Pampilonensi, totiusque Regni Navarræ hujusmodi harum serie injungimus, ut quatuordecim annis, tanquam de Patronis æquè principalibus dicti Regni ex præcepto Ecclesiæ recolant festa præfatorum Sanctorum Firmini Martyris, & Francisci Xaverii Confessoris, eorumdemque Officia, & Missas cum Octavis æquè in posterum recitent, & respectivè celebrent.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Regni, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulciis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Edita A. D. 1637.

Exordium.

Præcipit ut in sub.

Contrarii derogat.

omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, ac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandatur.

§. 4. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. D. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 14. Aprilis 1657. Pontificatus nostri Anno Secundo.

XXXV. Pro electione Consultorum, & Arbitri Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis.

Horum Clericorum Capitulum quolibet sexennio celebrari mandavit Clem. VIII. Constit. 75. tom. 3.

Edita A. D. 1658. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium. Pastorale officii humilitati nostræ per abundantiam diuinæ bonitatis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio impositi sollicitudo Nos admonet, ut Congregationibus Religiosorum virorum ad omnipotentis Dei gloriam, exhibendaque Christi fidelibus charitatis officia piè institutis de idoneis ministris, qui earum utilitatibus sedulo invigilent, nonnunquam prout res, & tempora poscunt, provideamus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Sanctus Cacciananus Congregat. Clericorum regularium Ministrantium infirmis nuncupatorum Pæpætitus Generalis Nobis nuper exponi fecit, Capitulum generale ejusdem Congregationis, quod die 4. Maij proxime venturi pro electione quatuor Consultorum, & Arbitri ipsius Congregationis juxta Constitutiones illius auctoritate Apostolica confirmatas, ac ejusdem Congregationis Provinciarum divisionem à nobis per quosdam in simili forma Brevis die 22. Novembris 1655. expeditas literas factam in locum modernorum Consultorum, & Arbitri, qui vigore aliarum nostrarum pariter in forma Brevis literarum die 3. Februarii 1657. expeditarum officia sua respectivè usque ad diem 4. Maij hujusmodi, & non ultra continuare debeant, celebrari deberet, ob impedimenta adhuc interdicti inter nonnullas Italiæ regiones nuperi contagii occasione commercii celebrari non possit.

§. 2. Hinc est, quod Nos Congregationi hujusmodi opportunè hac in re providere volentes, ac de infra nominatorum ejusdem Congregationis Religiosorum expresse professorum prudentia, rerum agendarum peritia, dexteritate, charitate, & religionis zelo plurimum in Domino confisi, auditaque super illorum qualitatibus, & requisitis Venerabilis fratris nostri Julii Episcopi Sabiniensis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sacchetti nuncupari, Congregationis prædictæ apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris relatione, necnon eorumdem Sanctii Præpositi Generalis, & Religiosorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Supplicationibus dicti Sanctii Præpositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinanti dilectos filios Cosmum Lenza Presbyterum pro Sicilia, Joannem Baptistam Barberis etiam Presbyterum pro Neapolitana, Vincentium Colli laicum pro Medio-

lanensi, ac Joannem Mariam Poli etiam laicum pro Romana Provincia Congregationis prædictæ Consultores, necnon Joannem Stephanum Garibaldi Presbyterum dictæ Congregationis Religiosos expresse professos in Arbitrum ejusdem Congregationis pro Provincia Mediolanensi respectivè ad tempus, quò existentes pro tempore Congregationis hujusmodi Consultores, & Arbitri officia sua juxta regularia ipsius Congregationis Instituta auctoritate Apostolica confirmata gerere consueverunt, statim atque supradicti moderni Consultores, & Arbitri tempus suum respectivè compleverint, ut præmittitur, inchoandam Apostolica auctoritate tenore presentium constituimus, & deputamus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctæ obediendiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis dicto Sanctio Præposito Generali, ac omnibus, & singulis memoratarum Provinciarum Religiosis, cæterisque, ad quos quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, ut supra nominatos Religiosos ad officia eis per præsentem demandata exercenda respectivè recipiant, illisque faveant, & assistant. Ac decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac prænominatis Religiosis plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, & Provinciarum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut presentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1658. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro recta administratione bonorum ad Basilicas, & Collegiatis sæculares Ecclesias Urbis pertinentium.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pro commissa Nobis divinitus dispensatione, Basilicarum, & aliarumque Ecclesiarum collegiarum, & sæcularium Urbis nostræ utilitatibus sedulo invigilantes, ac probe perspectum habentes, exactam regendarum Ecclesiarum rationem summo opere à Ministrorum electione dependere, nihilque magis conservationi, & augmento reddituum ex bonis temporalibus progenientium conducere, quam si frequentius Capitula habeantur, quorum occasione omnes, & singuli Canonici presentes instruantur circa rei communis commoda, & momenta, idoneique fiant ad prospiciendum emergentibus necessitatibus, tum opere, tum consilio.

§. 1. De Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum,

ALEXANDER SEPTIMUS.

gestarum, & aliorum locorum priorum dictae Urbis à Nobis instituta deputatorum celsis Apostolica auctoritate tenore praesentium mandamus, & praecipimus, ut in singulis Basilicis, ac aliis Ecclesiis Collegiatis, & secularibus ejusdem Urbis; tempore quidem festivo bis in mense, extra tempus ætivum vero, singulis hebdomadis, statuta die, & hora post celebratam Missam conventualem, si ante meridiem, seu post expletum officium, si post meridiem, omnes Canonici respectivè intersint Capitulo, sub poena unius puncti pro quolibet absente, quod accrescat intereuentibus, ultra id, quod quandoque dari solet pro ejusmodi presentia; ibique tam Camerarii, Fabricerii, & Exactores, quam alii Administratores bonorum Capituli communicent cæteris negotia, quæ sint alicujus momenti ad ipsam œconomiam spectantia. Referant Villici super eorum ministerio, illisque absentibus, legantur eorum literæ, & ipsi, si opus fuerit, vocentur ad Urbem. Audiantur Procuratores super statu litium, & causarum. Ratiocinator exhibeat folium dari, & accepti, ac credita, & debita cum Depositorio, necnon notulam pecuniarum exigendarum, versisque alieni persolvendi: quæ omnia Canonici audientibus à Secretario legantur, ut omnes sint informati, ac invigilent bonorum administrationi, creditorum celeri exactioni, ac debitorum suis temporibus solutioni. Negotia majoris momenti nonnisi à Capitulo, & per secreta suffragia semper deliberentur, sub poena nullitatis, aliisque gravioribus nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis. Acta singulorum Capitulorum diligenter per Secretarium describantur in libro ad hoc designato, & in archivium singulis annis reponantur.

§. 2. Electiones Officialium quorumcumque fiant semper per secretum scrutinium in aula Capitulari, & nonnisi ad annum; nec prorogari possint, nisi ob legitimam causam, & per vota secreta: Administratores vero bonorum, reddituum, seu pecuniarum Ecclesiarum, quovis nomine appellentur, post annum confirmari non possint, nisi prius exhibita ratione dari, & accepti, & non ultra triennium. Porro nemini Canonicorum, aut Beneficiorum liceat officium, ad quod capitulariter electi fuerint, recusare, aut illius exercitiu differre, præterquam ob legitimum impedimentum ab eodem Capitulo per vota secreta approbandum, sub poena privationis omnium fructuum, distributionum, & emolumentorum quorumcumque eorum Canonicatus, & præbendæ, ac Beneficii respectivè per sex menses: quibus eo ipso privati censeantur, illaque accrescant iis, qui in eorum locum, & officium subrogari fuerint, quocumque recurfu, & appellatione postpositis.

§. 3. Camerarii, Fabricerii, alique Administratores debeant frequenter facere computa eorum œconomiarum, & in fine cujuslibet anni rationem reddere generalem Syndicis ad id deputatis, totique Capitulo: quam si non reddiderint per totum mensem Januarii anni sequentis, tam Camerarii, Fabricerii, & Administratores supra dicti, quam Syndici, si non insisterint, & negligentes fuerint in revisione eorum, amittant distributiones trium mensium; & ulterius donec adimpleverint, ac distributiones prædictæ cedant eo ipso in utilitatem Sacristiarum, teneanturque Sacristiani sub poena solvendi de proprio, agere coram suis Judicibus pro solutione poenæ prædictæ. Quod si novi Camerarii mensuras non residerint ad præscriptum presentium literarum, teneantur in solidum refundere eidem Sacristiæ tantumdem de proprio, atque hæc obligatio omnium duret quousque rationes integrè reddantur, nec intelligantur reddidisse, nisi fuerint producti libri dari, & accepti, ac residuorum, nominumque debitorum, & exhibita computa generalia, eaque jurata, ac solidata, persoluta: que reliquas cum liberatione à pleno Capitulo obtinenda. Administratores quoque præteritorum annorum, qui hæcenus liberationem hujusmodi consecuti non fuerint, teneantur sub eisdem poenis, modo, & forma prædictis producere intra terminum duorum mensium proximorum omnia sua computa, eaque à Syndicis solidata, & à Capitulo approbata reportare.

§. 4. Cæterum easdem presentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, aut in contrarium revocari, seu ad terminos juris reduci, vel ad versus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse, sed semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore; & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari decernimus, sicque non aliter in præmissis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quoscunque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debent, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apost. regula de non tollendo jure quæsitæ, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Basilicarum, & Ecclesiarum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, & derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere, vel in specio, ac aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasionem presentibus pro plenè, & sufficienter expressis; servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Ut autem easdem presentes literas omnibus innotescant, & nemo earum ignorantiam prætereare possit: Volumus ut illæ, seu earum exempla ad valvas Ecclesiarum Sancti Joanni Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe prædictæ, sicut moris est, publicentur, & affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde efficiant, ac si eorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo D. P. A. Piscatoris, die 3. Aprilis 1678. Pontificatus nostri anno Tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo Publicati: sexcentesimo quinquagesimo sexto, Indictione undecima, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentiâ Papa Septimi anno tertio, die vero 10. mensis Aprilis, supra dicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Ecclesie Sancti Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curs. Hieronymus Mascella Mag. Curs.

prohibet

XXXVII. Prohibet ne bona Ecclesiarum, & aliorum locorum p[ro]p[ri]orum Urbis locentur consanguineis, vel affinis Rectorum, aut Administratorum, &c. Ecclesiarum, & locorum hujusmodi.

De bonorum Ecclesiarum locatione Paulus I. Const. 2. Ambitiosa.

Edita A.D. 1056. ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. IN suprema Sedis Apostolicæ specula omnium Orbis Ecclesiarum utilitatibus ex commissa Nobis divinitus dispensationis officio jugiter invigilantes, Ecclesiarum, & locorum, ac operum piorum Almæ Urbis nostræ dispensationis occurrere peculiari studio satagimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Bona Ecclesiarum non locentur consanguineis.

§. 1. Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio, quibusvis Capitulis, & Cononicis, Ecclesiarumve Prælati, seu Superioribus, tam secularibus, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti Regularibus, necnon Rectoribus, Capellanis, Beneficiatis, Prioribus, Præceptoribus, Commendatariis, seu fructuum reservatariis cum administratione, Guardianis, Custodibus, Protectoribus, Defensoribus, Procuratoribus, & Administratoribus etiam laicis quarumcunque Ecclesiarum, seu Basilicarum, Collegiorum, Conventuum, Monasteriorum, tam virorum, quàm mulierum, Congregationum, Hospitalium, Archihospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, domorum, & locorum, seu operum piorum Urbis prædictæ, quocunque nomine, jure, vel titulo censeantur, ne Casalia, terras, vineas, prata, agros, sylvas, nemora, vel prædia quæcumque ad eorum Ecclesias, seu Basilicas ac Collegia, Beneficia, Monasteria, & alia loca, & opera pia, ut supra, respectivè spectantia locent per se, vel per alios, aut locari permittant directè, vel indirectè eorum consanguineis, affinis, sive cognatis, juxta computationem juris Canonici usque ad tertium gradum inclusivè, sub pœna nullitatis contractus, & amissionis fructuum, responsum, & emolumentorum quorumlibet inde provenientium, necnon excommunicationis lætæ sententiæ eo ipso absque alia declaratione, tam per locantem, quàm per conducentem incurrendæ, à qua nemo nisi à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium interdicitur, & prohibetur.

Domorum locatio quomodo eis permittitur.

§. 2. In locationibus verò domorum, si illas ejusmodi consanguineis, vel affinis pro ejusdem Ecclesiæ, vel loci, aut operis pii utilitate locari expediat, id non nisi de voto Capituli, vel Congregationis respectivè, per secreta suffragia, cum duabus ex tribus partibus, & quoad Rectores, Capellanos, Beneficiatos, Commendatarios, & fructuum reservatarios de licentia dilecti filii nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis in eadem Urbe Vicarii in spiritualibus generalis fiat, & quidem cum solita saltem pensione, & clausulis consuetis. Cæterum sub earumdem præsentium dispositione quocumque contractus alienationum, etiam latissime sumpto alienationis vocabulo, comprehendendi, ac in illis formam Constitutionis sel. rec. Pauli Papæ Secundi prædecessoris nostri, quæ incipit, Ambitiosa, quoad reliqua servari volumus, & intendimus.

Clausula præservativa.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas etiam ex eo, quod quicumque etiam speciali nota, & expressione digni in præmissis forsitan interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ, propter quas eadem

præsentis emanarunt, adductæ, verificatæ, aut sufficienter, vel ullo modo justificatæ non fuerint, aut ex alia quacunque quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aut alio quolibet quantumlibet substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci, in jus, vel controversiam revocari, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu proprio concessio queripiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, perpetuò inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contingit derogari.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit, de non tollendo jure quæsito, cæterisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Ecclesiarum, seu Basilicarum, Collegiorum, Conventuum, Monasteriorum, Congregationum, Hospitalium, Archihospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, domorum, locorum, & operum piorum hujusmodi, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tonoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, aut aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasionem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transmissa per aliquos ex Curatoribus nostris ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe publicentur, ac earum exempla ibidem affigantur: quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ fuissent. Quodque earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. Anno Terrio.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris, die 23. Aprilis 1656. Pontificatus nostri Anno Terrio.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo

ALEXANDER SEPTIMUS

sexcentesimo quinquagesimo septimo, Indictione decima, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divini Providentia Papa Septimi, anno tertio, die vero 5. mensis Maii presens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilice S. Joannis Lateranensis, ac Basilice Principis Apostolorum, ac in acie Campi Flora per me Andream Castrucium Apost. Cursorem.

Pro Mag. Curs. Joseph Marcheranus Curs.

XVII. Prohibentur Musicae indecentes in Ecclesiis, & Oratoriis Urbis.

De Musica & Cantorum lascivia in Divinis Officiis reprobata, notabilis est Constitutio Joannis XXI. Docta Sanctorum: cap. unico. Extra. de vit. & honest. Cleric. lib. 3.

ALEXANDER PAPA VII: Ad futuram rei memoriam.

Pro sollicitudinis studio ducimur, ut Ecclesiarum divinis laudibus, & orationi destinatarum, ac Oratoriorum almæ Urbis nostræ, ex qua in omnes Orbis partes bonorum operum exempla promanant, decori, & reverentiæ consulere satagentes, quæcumque vana, & præsertim musicos concentus, & symphonias, quibus quid indecorum, sive à Ritu ecclesiastico alienum, non sine Divinæ Majestatis offensa, & Christi Fidelium scandalo, ac devotionis, & cordium ad superna elevationis impedimento admiscetur, ab illis procul arceamus.

§. 1. Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ consilio omnibus, & singulis Archipresbyteris, eorumque Vicariis, ac Capitulis, & Canonicis, chorisque præfatis quorumvis Ecclesiarum, & Basilicarum, etiam Patriarchalium, necnon Prælati, Superioribus, Rectoribus, Administratores, Custodibus, Guardianis, aliisque Officialibus quocumque nomine nuncupentur, quorumvis Monasteriorum utriusque sexus, Domorum, Conventuum, & Collegiorum, tam secularium, quàm regularium, ac Congregationum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, Archihospitalium, & locorum piorum, etiam laicorum diocæ Urbis Apostolica auctoritate tenore præsentium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, necnon privationis fructuum unius mensis, ac suspensionis ab officio respectivè prohibemus, ne in eorum Ecclesiis & Oratoriis, dum Officia Divina celebrantur, vel Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum manet expositum, quidquam cantari permittant præter ea verba, quæ à Breviario, vel Missali Romano in Officiis de proprio, vel de communi pro currenti cujusque diei festo, vel Sancti solemnitate præscribuntur, vel quæ saltem à Sacra Scriptura, aut Sanctis Patribus desumpta sint, quæ tamen prius à Congregatione venerabilium etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum specialiter approbentur, exclusis modulis iis qui choreas, & prophanam potius, quàm ecclesiasticam melodiam imitantur.

§. 2. Quod ut exactius servetur Superioribus, & Officialibus, aliisque prædictis, ad quos spectat sub eisdem pœnis injungimus, ne Musicae Præfectos ad hujusmodi munus recipiant, vel receptos in posterum admittant, nisi prius præstito ab eisdem juramento de observandis præsentibus literis, cui juramento si contraverint, à dilecto filio nostro, & pro tempore existente Romani Pontificis Vicario in Urbe prædicta in spiritualibus generali tanquam periuri etiam corporaliter puniantur, ac exercitio officii hujusmodi perpetuò Bullarii Magni Tom. V.

privati remaneant, absque spe revocationis, quæ à nemine quacumque auctoritate præstito, etiam specialem expressionem requirente, præterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris concedi possit.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu alio quocumque defectu ex quovis capite, vel causa etiam speciali mentione digna notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cujuscunque status, gradus, Ordinis, dignitatis, conditionis existant, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, aliosque quolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit de non tollendo Jure quæsitio, cæterisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, Hospitalium, Archihospitalium, & piorum locorum hujusmodi, necnon Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in genere, vel in specie, seu aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter insertis, & expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 5. Volumus autem, ut præsentis licitæ per aliquem, seu aliquos ex Cursores nostris ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Flora de Urbe publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si illorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Quodque præsentium earumdem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 23. Aprilis 1657. Pontificatus nostri Anno tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1657. Indictione 10. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Alexandri Divini Providentia Papa VII. Anno ejus tertio, Die vero quinta Maii prædicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilice S. Joannis Lateranensis, ac ad valvas Basilice Principis Apostolorum, & in acie Campi Flora per me Andream Castrucium Apost. Curs.

Pro D. Mag. Curs. Joseph Marcheranus Curs.

Y Confirmatio

XXXIX. Confirmatio Statuti pro Universitate Barbitonorum Almaz Urbis.

Paulus Consulum hujus Artis, circa causas ad eos spectantes reintegravit, & confirmavit Gregor. XI. Consist. 61. tom. 2.

Edita A.D. 1657. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Consules, & Universitas Barbitonorum Almaz Urbis nostrae, quod quodam eorum artis statuto per fel. rec. Paulum II. Clementem VII. & Paulum V. Romanos Pontifices Praedecessores nostros confirmato cavetur, ne quicumque constringat operarius, seu ut vulgo dicitur, Garzone, qui novam constringat instituerit, eam aperire possit, nisi tabernam quinquaginta annis mensurae Romanae ab alia quacumque simili taberna tonforia distante acceperit, sub poena decem scutorum auri applicandorum sicut in capitulo de poenis inter statuta artis disponitur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, per quoddam Statutum Urbis praedictae, capite 43. lib. 3. Statutorum ipsius Urbis descriptum, omnia statuta, quae prohibent novam apothecam aperiri prope aliam, nisi distet ab ea certo annorum numero, vel spatio, cassentur, & improbentur: cumque supra expressorum statutorum contrarietatis occasione, licet in confirmatione primo dicti statuti a praedicto Paulo V. Praedecessore nostro emanata memoratae Urbis statuti derogatum fuerit, lites, & discordiae nihilominus in dies orientur. Nobis propterea iidem exponentes humilliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ab solvit a censuris. §. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, necnon statutorum praedictorum, & literarum Apostolicarum super illorum confirmatione respectivè emanatarum tenores, & datas etiam veriores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnes, & singulas lites coram quibusvis Judicibus in quacumque instantia super constringis jam editis, vel erigendis infra spatium annorum quinquaginta nunc pendentes, quorum omnium statum, & merita, nominatim, & cognomina iudicium, & collationem, & alia etiam speciali expressione digna praesentibus itidem pro plenè & sufficienter expressis habentibus, Apostolica auctoritate eorundem tenore praesentium extinguimus. Mandantes in praeteritum usque ad ipsarum datam praesentium nihil innovari.

Confirmat primo dictum statutum. §. 3. De cetero autem primo dictum memoratae artis statutum eadem auctoritate demò confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Illumque perpetuis futuris temporibus inviolatè observari jubemus.

Decretum irritum. §. 4. Decernentes eisdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè usurari; sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus litium hujusmodi pendentia, aliisque praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon praedicto, quod capite 43. libri 3. descriptum est, & aliis quibusvis Urbis praedictae etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ac consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Die Veneris 22. Junii 1657. Supradicta litera Apostolica in forma Brevis in plena Camera Apostolica praesentata fuerunt. Et die Luna 25. ejusdem mensis Camera ipsa, referente Illustriss. & Reverendiss. D. Palatio de Albertonibus ejusdem Camera Clerico Praesidente, citato prius R. P. D. Lazaro Botto dictae Camera Generali Commissario, illas admisit, & in ejusdem Camerae libris registrari mandavit, prout registrata fuerunt lib. Diversorum Sanctiss. fol. 162.

Bartholomaeus Rubinus.

Supradictum Breve fuit obtentum supplicantibus pro Universitate.

D. Hieronimo Sarro, D. Io. Antonio Anselmi, & D. Josepho Mulacchi, & D. Paulo Humilitate, Camerario.

Prohibitio extrahendi paramenta, &c. Pro omnibus Ecclesiis Monachorum Congregationis Coelestinorum.

Caelestinis multa privilegia largitus est Benedictus XI. Consist. 2. tom. 1. Ac statuta emendata confirmavit pro eisdem Urb. VIII. Consist. 56. Sacrosanctum, tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII. Edita A.D. 1657. Ad futuram rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni ornamentorum, & paramentorum Ecclesiarum omnium & singulorum Monasteriorum totius Congregationis Coelestinorum Ordinis S. Benedicti ubique existentium quantum cum Domino possumus benignè consulere, ac dilectum filium Modernum dictae Congregationis Abbatem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus praedicti Abbatis Generalis nomine nobis super hoc humilliter porrectis inclinati.

§. 1. Ne de cetero quisquam quavis auctoritate, superioritate, & officio fungens Vasa, Calices, Candelabra, lampades, & alia Paramenta, & Ornamenta Ecclesiastica, necnon quancumque suppellectilem sacrae mensae, & in futurum quancumque ad Ecclesias praedictas spectantem, & spectantia aliis Ecclesiis, Monasteriis, locis P. is, seu quibusvis commodare, aut sub quoquoque colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione ex quacumque dictarum Congregationis hujusmodi

ALEXANDER SEPTIMUS.

Jusmodi Ecclesiarum, seu illarum Sacristis extrahere, & asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur; & asportentur, permittere, aut consentire audeat; seu presumat sub excommunicationis latae sententiae, à qua nemo, nisi à nobis; & pro tempore existente Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo constitutus ab solutionis beneficium obtinere possit; ac privationis vocis activae, & passivae poenis per contrahentes eo ipso absque alia declaratione incurrendis auctoritate Apostolica tenore praesentium interdicimus; & prohibemus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Monasteriorum, & Congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod praesentis prohibitionis copia in valvis singularum cujusvis Ecclesiae, & Monasteriorum hujusmodi Sacristiarum, vel alio conspicuo loco, quo ab omnibus cerni possit, continuò affixa remaneat. Quodque praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur; quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 20. Augusti 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro Archiconfraternitate B. Mariae de Suffragio Urbis, circa facultatem aggregandi Confraternitates ejusdem nominis, & Instituti.

Hinc Archiconfraternitati quamplures Indulgentias concessit Clem. VII. Constit. 29. §. 7. tom. 3.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Officialis, & Confratres Archiconfraternitatis Beatae Mariae de Suffragio pro animabus Purgatorii canonice institutae de Urbe, quod dudum postquam eidem Archiconfraternitati à felic. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro indultum aggregandi sibi alias Confraternitates concessum fuerat, rec. mem. Paulus Papa V. etiam Praedecessor noster supplicationibus tunc existentium Officialium, & Confratrum Archiconfraternitatis hujusmodi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus; per suas in simili forma Brevis die 22. Martii 1635. expeditas literas ipsis Officialibus, & Confratribus facultatem quidem aggregandi dictae Archiconfraternitati quascunque Confraternitates ejusdem denominationis, & instituti etiam concessit, sed voluit quod Confraternitates aggregandae hujusmodi elemosynas pro Missis pro defunctis accipere ullo modo nequirent, quodque de ejus voluntate hujusmodi in literis aggregationum pro tempore conficiendis specifica mentio fieri omnino deberet, alioquin aggregationes ipsae nullae essent.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungit, dicti Exponentes earundem Pauli Praedecessoris literarum ignari centum & quinquaginta, vel circiter Confraternitates memoratae Confraternitati nulla facta mentione praedictae voluntatis ejusdem Pauli Praedecessoris, bona fide, ac servatis alijs servandis aggregaverint, & post habitam earundem literarum notitiam Confraternitates, ut praemittitur, aggregatas voluntatis hujusmodi certiores reddiderint, & propterea in praemissis opportunè à nobis provideri sum. noperè desiderent.

§. 2. Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam Bullarum Magis Tom. V.

facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis; à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodatae existunt; ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; centum quinquaginta, vel circiter Confraternitatum hujusmodi aggregationes, à praedictis Exponentibus, sicut praemittitur, factas, Apostolica auctoritate tenore praesentium convalidamus, ea tamen lege ut de cetero observentur ad amissum praedictae Pauli Praedecessoris literae, & exemplar praesentium literarum in forma authentica exhibeatur in singulis Curiis Ordinariatum, in quorum Dioecibus sunt Confraternitates aggregatae.

§. 3. Praeterea Confratribus Confraternitatum aggregatarum hujusmodi elemosyna, si quae ab illis perceptae fuerint, pro Missis celebrandis pro defunctis, dummodò revera elemosynae praedictae erogatae fuerint pro celebratione Missarum hujusmodi, auctoritate, & tenore praedictis gratiosè condonamus.

§. 4. Decetentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere; & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praedictis Pauli Praedecessoris literis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 18. Septembris 1657. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Pro refecandis sumptibus superfluis in Ecclesiis, & Monasteriis Monialium Urbis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pro commisso nobis caelitus Pastoralis munere dilectarum in Christo filiarum Monialium Monasteriorum Almae Urbis nostrae, quae oblitae domum Patris sui totas se Jesu-Christi Domini nostri earum pro si obsequiis devoverunt, quieti, & utilitatibus peculiari studio jugiter invigilantes, ipsasque Moniales superfluis sumptibus dierum festorum causa, vel quando puellae, seu mulieres habitum regularem in iisdem Monasteriis suscipiunt, professionemve emittunt, fieri solitis eximere; & populi ad eadem Monasteria, seu illorum Ecclesias ejusmodi occasione confluentis turbam evitari cupientes.

§. 1. De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum Congregationis super negotiis Visitationis Apostolicae à nobis institutae consilio, in quibuscunque earundem Monialium Ecclesiis alias festivitates, quam pro Sanctis titularibus ipsarum Ecclesiarum, sive Monasteriorum hujusmodi Patronis, & Ordinum, quorum illa respectivè sunt, Fundatoribus institui, sive solemniter celebrari auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuò prohibemus.

§. 2. Volentes ut festivitates hujusmodi absque musica exteriori omnino celebrentur, adhibito tantum in choro interiori cantu Gregoriano nuncupato, sive etiam figurato, quoad Antiphonas Vesperarum pro currenti festo, aut Canticum Magnificat, pleno tamen choro; & nullis sumptibus, sub poenis Abbatissae, seu Priorissae, privationis officii; Monialibus autem canentibus, vocis activae, & passivae eo ipso respectivè incurrendis.

Contrariis derogat.

D. P. A. 3. die 18. Sept.

X L I I.

Edita A. D. 1657.

Qua festa celebranda.

Cantus Gregorianus permittitur.

ALEXANDER SEPTIMUS.

De ornatu
Ecclesie

§. 3. Ac eidem Abbatibus, seu Prioribus, necnon Sacristis, Camerariis, aliisque Ministris, & Officialibus dicorum Monasteriorum sub eisdem penis respectivè partiter interdiximus, ne ornatus Ecclesiarum, atque Altaribus apparatus, aut argentam, aliamque tam pretiosam, quam non pretiosam suppeditabilem cujusvis qualitatis, & speciei à quocunque commodatò acciperent, nec in prænarratam causam pecunias, aut quavis alia bona cujusvis generis, qualitatis, & speciei à quibuscunque personis certis, vel incertis, etiam spontè dantibus sub quocunque pretextu gratitudinis, donationis, votationis debiti, aut restitutionis, etiam pro exoneranda conscientia, aut ex alio contractu, vel quovis quaesito colore, etiam pro elemosyna, ne quidem à consanguineis, vel affinibus, etiam in primo gradu, aut benefactoribus Monialium, & aliorum prædictorum, etiam occulto nomine, petant, vel accipiant, neque in hunc finem vendant industriè ipsarum Monialium opera, eorumque pretium in sumptus hujusmodi impendant, aut quidquam tam durante officio, quam exacto Ecclesie, Sacristie, aut quibusvis aliis donent, sed expensæ necessariæ ab Abbate, seu Prioribus ea, quæ major poterunt cum parsimonia fiant ex ordinariis, & certis redditibus tantum, vel Monasteriorum, vel Sacristie illorum propriis, si adsint, nulli verò profusus et alienum propterea contrahatur. Præterea eadem auctoritate sub penis prædictis præcipimus idem servari cum puellæ, seu mulieres ad habitum regularem, & votorum solemnium emissionem, seu Professionem admittuntur, ut scilicet omnia sine pompa, sine sumptu, & absque cerarum, aliorumque munulculorum quorumcunque distributione fiant, comprehensis etiam esculentis, & poculentis, neque occasione festivitarum Sanctorum, aut susceptionis habitus, & professionis hujusmodi, vel quovis alio anni tempore dispensari, vel dono mitti possint flores, fructusque, sive veri si sint, & naturales, sive fictitii, & artificiales, aut pharmaca, placentæ, liba, scribitæ, crustula spiritalia, & alia id genus edulia, cupediz, & bellaria quibuscunque personis, live Sæcularibus, sive Ecclesiasticis etiam Regularibus utriusque sexus, tam intra, quam extra septa Monasteriorum degentibus, ac etiam Superioribus, & Prælati quovis gradu, & dignitate, etiam Cardinalatus fulgentibus, Protectoribus, Vice-protectoribus, Deputatis, Præfatis, Visitaribus, Confessariis, Factoribus, & Officialibus Monasteriorum hujusmodi, quocunque nomine nuncupentur, aliisque ab illis quoquo modo dependentibus. Denique mandamus Missas solennes in Ecclesiis Monasteriorum hujusmodi ab illorum Confessariis, vel aliis privatis Sacerdotibus decantari, tubarum verò clangores, & tympanorum strepitus, ac tuborum pulvere pyro oppletorum explosiones, missilesque, & festos ignes nulla ratione, nullaque occasione ante, vel post, aut circa Ecclesias, ac Monasteria prædicta permitti, neque tentoria, sive vela ante januas earundem Ecclesiarum expendi, sed & omnes alias non necessarias expensæ omnino rescari.

Contraven-
tionem
pena.

§. 4. Declarantes Abbates, seu Prioribus, Sacristas, Camerarias, aliisque Officialibus, & Moniales Monasteriorum præfactorum, quæ in toto, vel in parte præsentibus literis, & contentis in illis quoquo modo respectivè contraverint, penas præarratas, aliisque etiam graviores nostri, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrii durante earum contumacia ipso facto incursum: absolutione, condonatione, reintegracione, & dispensacione desuper nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris dumtaxat reservata. Ceterum si quandoque Abbatibus, seu Prioribus, & Moniales prædictæ rigorem præsentis constitutionis in aliquo casu particulari remitti, & aliquid ex vetitis in illa permitti desideraverint, non prohibemus quin id postulent à nobis, & Successoribus prædictis, concessuris in scriptis quod in Domino censuerimus, seu illi respectivè censuerint expedire. Demum ut eadem præsentis literæ debitæ executioni derogentur, illarumque ignorantia à nemine ullo unquam tempore prætendi possit, Vene-

rabilibus Fratribus nostris Martio Episcopo Albanensi, S. R. E. Cardinali Ginetto nuncupato, nostro in Urbem prædicta Vicario in spiritualibus generali, vel Marco Antonio Episcopo Hierapolitanensi ipsius Martii Cardinali Vicarii Vicegerenti harum serie committimus, & mandamus, ut præsentibus literas, seu illarum tenorem in idioma vulgare fideliter transferri, ac translatas imprimi, illarumque exemplaria in formam authenticam redacta in singulis Monasteriorum prædictorum sacristiis, ac choris, & locutorijs, in loco conspicuo, ubi ab omnibus legi possint, constitui, & collocari, ibique perpetuo remanere, & à nemine amoveri curent sub penis prædictis eo ipso per contravenientes incurrendis.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu alio quocunque defectu ex quovis capite, vel causa, etiam speciali mentione digna notari, aut impugnari unquam posse, sed ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, cujuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoscunque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clau-
sura
v.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit de jure quaesito non tollendo, aliisque nostris, & cancellariæ Apostolicæ regulis, & cæteris Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, necnon Monasteriorum, & Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Contra-
degre-
v.

§. 7. Volumus autem, ut præsentibus literæ per aliquem, seu aliquos ex Curatoribus nostris ad valvas Ecclesie S. Joannis in Laterano, ac Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ de Urbe præfata publicentur, & earum exempla, etiam impressa ibidem affigantur, quæ sic publicatæ, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt perinde afficiant, & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter intimatæ fuissent. Utque earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem præsentibus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Trans-
p.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1657. Pontificatus nostri anno Tertio.

D. P. A.
die 24.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, Indictione decima, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divini providentiâ Papa VII. anno ejus tertio, die verò 26. Septembris prædictæ Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis, ac ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floræ, per me Petrum Paulum de Grassis Apost. Curf. Andreas Castrucius Mag. Curf.

Publicat.

prohibitio

111. Prohibitio extrahendi libros, & quæcumque alia ex Bibliotheca Conventus S. Martini Eremitarum S. Augustini Civitatis Senensis.

Consimiles prohibitiones aliorum Summorum Pontificum pro Conservazione Bibliothecarum invenies in Repertorio, verb: Bibliotheca.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Um sicut Venerab. Fr. Ambrosius Episcopus Porphyriensis, Sacarii Nostri Apostolici Praefectus Nobis nuper exponi fecit, ipse, qui habitum per Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini gestari solitum alias suscepit, & professionem per eosdem emitti consuetam expresse emisit regularem, tempore, quo in conventu S. Martini Civitatis Senensis ejusdem Ordinis degebat, nedum ad usum, & commodum dicti Ordinis Professorum, sed etiam concivium suorum Senensium unam insignem Bibliothecam copiosa multitudine librorum, picturarum, numismatum, seu monetarum ex auro, argento, & metallo, & aliarum antiquitatum refertam congesserit, vereatur autem ne tractu temporis ex Bibliotheca hujusmodi aliqua subtrahantur.

§. 1. Idcirco Nos conservatoni, & manutentioni librorum, aliarumque rerum dictae Bibliothecae opportunè prospicere, ipsi nque Ambrosium Episcopum specialis gratiae favore prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Universis & singulis personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam Regularibus, ac etiam Laicis cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, ne perpetuis futuris temporibus sub quovis pretextu, causa, vel ingenio per se, vel alium, seu alios e praedicta Bibliotheca Libros, sive typis editos, sive manuscriptos, necnon picturas, & antiquitates hujusmodi in eadem Bibliotheca nunc, & pro tempore existentes extrahere, asportare, & tollere, seu extrahi, asportari, & tolli facere, aut ut extrahantur permittere quoquo modo audeant, seu praesumant, sub excommunicationis latae sententiae, à qua nemo nisi à Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus Nostri, praeterquam in mortis articulo constitutus absolvi possit, & insuper quoad Regulares etià privationis vocis activae, & passivae eo ipso absque alia declaratione incurrendis poenis Apostolica auctoritate tenore praesentium interdiciamus, & prohibemus. Necnon praedicto Ambrosio Episcopo quoad vixerit aliquem ex Fratribus dicti Conventus in Praefectum, & Custodem dictae Bibliothecae pro suo arbitrio deputandi, & constituendi, illumque toties quoties ei placuerit, amovendi, & variandi facultatem eisdem auctoritate, & tenore concedimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Conventus praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Voluimus autem quod praesentis prohibitionis copia in valvis dictae Bibliothecae, vel aliquo alio conspicuo loco, unde ab omnibus legi possit, continuò affixa remaneat.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Bullarii Magni Tom.V.

Concedit Indulgentiam plebaniam omnibus personis, tam Regularibus, quam Secularibus, quae per octiduum vacabunt exercitiis spiritualibus in Domibus Societatis Iesu.

Consimilem Indulgentiam concessit pro Fratribus Regularis Observantiae S. Francisci, ac Reformat. Const. 68. Cum sicut, &c. infra.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Um sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus Gosvinius Nicel Praepositus Societatis Jesu, persona ejusdem Societatis quotannis, & plerumque plurimae aliae, sive ecclesiasticae, & aliorum Ordinum, & Congregationum regularium, sive laicæ exercitiis spiritualibus à S. Ignatio dictae Societatis Fundatore institutis in domibus ejusdem Societatis per octiduum vacare consueverint.

§. 1. Nos, qui probè scimus quantoperè conducant exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christi fidelium mentibus, devotionem eorum, qui operi adeò pio, & salutari vacaverint, cœlestium Ecclesiae thesaurorum elargitione magis incitare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, omnibus, & singulis Christi Fidelibus, tam praedictae Societatis, aut cujuscumque alterius Ordinis, & Congregationis Regularibus, quam aliis quibuscumque ecclesiasticis, & laicis, qui in domibus memoratae Societatis exercitia praedicta juxta laudabilem ejusdem Societatis consuetudinem per octidui spatium quandocumque peregerint, & interea temporis verè poenitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus.

§. 2. Praesentibus in perpetuum valituris. Volumus autem quod si pro impetratione, praesentatione, admissione, seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, eadem praesentibus nullae sint eo ipso: quòdque earumdem praesentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici, vel Secretarii dictae Societatis subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiasticae constitutae, vel Praepositi generalis Societatis praedictae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 12. Octobris 1657. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Declaratio quòd Cistercienses absque scrupulo conscientiae possint vesci carnibus intra, & extra septa Monasterii, cum non sit de substantia Regulæ.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

IN supremi Apostolatus fastigio meritis licet imparibus Divina dispositione Constituti, ad ea quibus Christi Fidelium sub suavi Religionis jugo vota sua Deo reddere saragentium quieti, & conscientiae securitati consulitur, propensius studiis intendimus, ac desuper creditae Nobis cœlestis dispensationis partes interponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Procurator Generalis Ord. Cisterciensis Nobis nuper exponi fecit, licet dudum sel. rec. S. xtus Papa IV. Praedecessor noster per suas anno Incarnationis Dominicae 1475. Idibus

Y, bus

bus Decembris sub plumbo expeditas literas abstinentiam à Carnibus de substantialibus Regulæ, quam Monachi Ord. hujusmodi profitentur, non esse declaraverit, & Capitulo Generali, illæque cessante Abbati pro tempore existenti Monasterii Cistercii ejusdem Ord. cum quibuscumque Abbatibus, Monachis, & Monialibus, ac aliis personis ipsius Ordinis tunc presentibus, & futuris, secundum discretionis eorum arbitrium, & conscientiarum iudicium (super quo eorum conscientias oneravit) quoadcumque, & quotiescumque necesse eis, seu alteri ipsorum videretur, per se, vel per alios dispensandi, ac eis licentiam concedendi, quod carnibus etiam extra Monasteriorum septa in quibuscumque locis, absque alicujus poenæ incursu, aut conscientiarum scrupulo velci, & uti possent, plenam, & liberam facultatem, licentiam, potestatem, & auctoritatem concesserit, & indulserit, Capitulumque generale dicti Ord. de anno 1481. celebratum in vim, & executionem Indulti hujusmodi in omnibus Monasteriis ejusdem Ordinis generaliter etiam carnium permisit, ac certis diebus ad servandam uniformitatem cum omnibus Religiosis ipsius Ordinis dispensaverit: recol. quoque mem. Alexander PP. VI. etiam Prædecessor noster per suas pariter sub plumbo Anno Incarnationis Dominicæ 1498. octavo Idus Novembris expeditas literas Cisterciensibus Reformatis Hispaniæ, ut carnibus juxta ordinationem per Abbatem Cistercii, & Capitulum generale Ordinis hujusmodi factam liberè, & licitè, & absque aliquo conscientiarum scrupulo velci valerent, similiter concesserit, totusque Ordo prædictus ubique diffusus in tali usu, & consuetudine à centum septuaginta sex, vel circiter annis citra existat: quidam nihilominus Monachi memorati Ordinis in Gallia Abstinentes nuncupati super hoc puncto Regulæ sufficienter per præmissa dispensatum non esse, nec generalem usum hujusmodi modo prædicto introductum licitum esse contententes, multorum, qui Strictiorem Observantiam, exceptâ solâ à carnibus abstinentiâ, sicut præmittitur, relaxata, juxta definitionem ultimi Capituli generalis Cistercii de anno 1651. celebrati profitentur, conscientias turbent, indeque dissensionem, contentiones, & lites non sine maximo Religionis dispendio oriuntur, & oritur timeantur, nobis propterea idem Procurator generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostol. dignaremur.

Ab solvit Oratorem a conjuris.

Declarat prout in rub.

Contrariis derogat.

§ 2. Nos igitur ipsum Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui rem sæpius considerarunt, matureque discussarunt, consilio, Monachis Cisterciensibus prædictis tuta conscientia licuisse, & licere uti dispensatione prænarrata super usu carnium per Capitulum generale Ordinis hujusmodi, Apostolica auctoritate concessa, ac diuturna consuetudine comprobata, auctoritate Apostolica tenore presentium declaramus, eandemque ad tranquillandas conscientias, scrupulosque sedandos benignè approbamus, & quatenus opus sit, denuò concedimus, & indulgemus.

§ 3. Non obstantibus in contrarium deductis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, ejusque Monasteriorum, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet cõcelsis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plenè, & suffici-

ter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno D. P. 1657. Pontificatus nostri Anno tertio.

Ad Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ, & Lituaniæ, ut congregent Synodos pro reparatione Divini cultus.

Synodus semel liberè acta, nunquam retrahatur: ab ea deviantes damnati censentur. Gelasius I. Constit. 1. §. 17. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII. Venerabiles Fratres, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Gravibus, & Luctuosis temporibus clarissimarum gentium vestrarum, quæ Catholicæ Religionis studio, & generoso pectorum objectu Reipublicæ Christianæ adversus immanes insensibilium hostium vires jamdiu præsidio, ac propugnaculo sunt, ex animo protus indoluimus; & quæ precibus ad Deum, quæ patris curis omnibus auxilium, & opem ferre, quantum fieri potuit, profectò curavimus.

§ 1. Nunc sævum illum turbinem, licet percussis, & labefactis, stantibus tamen rebus confidisse plurimum sanè gavisi sumus, tamque insignis beneficii auctori misericordiarum Patri Deo laudes, & grates etiam publicè egimus. Sed ingenti gaudio, quo mens nostra completur, magnus lætitiæ cumulus accedit ex concordia zelo, & constanti virtute Fratemitatum Vestrarum, quæ, uti nobis Venerabilis Frater Episcopus Laudensis Nuncius Apostolicus non semel retulit, in tantis procellarum fluctibus vel sustinendis, vel etiam sedandis, insigniter enituit.

§ 2. Quare agite, Venerabiles Fratres, pergitè laboranti adhuc Patriæ tam necessario tempore subvenite; etenim quò tantæ clades majorem calamitatem rebus omnibus intulerunt, eò magis vobis enitendum est, ut Catholicæ Religionis rationes, Ecclesiarum jura, & morum disciplinam pro virili sustentetis, ac restituatis quod equidem, benedicente Domino, & piissimo Rege, cui sanè instamus, favente, futurum credimus, si in eam rem toto ex corde, & omnibus Pastoralis sollicitudinis officiis seridè incubueritis.

§ 3. Cùm autem Episcopi munus omne duobus illis Visitationum, & Synodorum capitibus, vel præcipuè contineatur, ad hæc potissimum studiosè, & accuratè peragenda Fratemitates Vestras summopere hortamur. Quàm amantibus, quàm etiam minacibus cum præceptis, tum exemplis ipse Christus ad explendas veri Pastoris partes nobis nedum stimulos admoveat, verum etiam præverit, quæ Apostoli, ac deinceps eorum Successores Viri Sanctissimi profuso quoque cum vita sanguine præstiterint, quæ tam privatis scriptis, quàm Conciliis per tot ætates usque ad sacrosanctam Synodum Tridentinam publicè celebratis docuerint, ac præceperint, vos certè non later, Venerabiles Fratres; quos ideo imitatores Christi, & æmulatores Sanctorum formam fieri gregis ex animo, obsecrantes cupimus, & quoniam cupimus, etiam, ut speramus, currentibus calcæ addimus. Porrò Nobis ab ipso Nostri Pontificatus initio nihil antiquius fuit, quam Urbem nostram in primis, & locum sanctum, quem elegit Dominus, ab omni prorsus labe, ac vitiorum sordibus, quantum in nobis esse posset, purum, & repurgatum custodire, quo promptius, ac feliciter ab universis Christi Fidelibus hinc salutis nedum præcepta, sed exempla quoque peti possent. Idque præca instituta, & usque prosequuta per nos ipsos (licet circumstantes, & alio sæpe avocent difficultium temporum tot graves

XLII

Edita 1657

Exordium

graves curæ) Ecclesiarum, locorumque piorum diligenti visitatione urgere non desistimus; verentes nimirum ne forte increpationes adeo pavendas illas Domini per Ezechielem ad Pastores Israel non requirentes, nec pascentes gregem, in nos converti mereamur; aut etiam ex ore Jeremiæ illud: *Vos disperdistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.*

§. 4. Quam sane visitationem suam cum à vobis nunc Deus clementer averterit, ut ea procul in posterum longè sit, etiam atque etiam providete, curate ut greges vestros (quod in tanta rerum perturbatione necesse fuit) dispersos, & debilitatos perquam diligenter visitetis; quod in eis infirmum est consolidetis, ægrotum sanctis, contractum alligetis, abjectum reducat, quod perierat requiratis; ut qui vel hodie vobis multus est ad ignoscendum Deus, quatum vos Charitatis, & sollicitudinis erga sanguin. suo redemptas oves impenderit, tantum salutaris, & prosperitatis vobis, Ecclesiis, ac toti Republicæ vestræ (quos in sinu cordis planè gerimus) reducere, & cumulare velit.

§. 5. Cæterum quo cunctis Religionis, divini cultus, ac disciplinæ Ecclesiasticæ rationibus in Provinciis istis melius, ac facilius pro re, ac tempore consuli possit, eundem Nuncium nostrum non solum monitis, & mandatis, sed etiam peculiaribus facultatibus speciali Diplonate communicatis instruximus, Eum proinde audire omnino debent Fratritates Vestræ, quibus Apostolicam benedictionem paternè largimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Novembris 1647. Pontificatus Nostri anno Tertio.

L VII. Constitutio qua innovantur ordinata jussu Fel. record. Urbani VIII. & Innocentii X. pro subventione pauperum ægrotorum Urbis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

UT in hac Alma Urbe nostra pauperibus ægrotis opportuna charitatis auxilia sedulo exhibeantur, oportet ut factum Nobis videtur si illa, quæ dudum Fel. rec. Urbani VIII. & Innocentii X. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum jussu ea super re providè statuta fuerunt, innovemus, & quod serventur in posterum exactius, graviorum pœnarum adjectione muniamus.

§. 1. Itaque de Congregationis Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ à Nobis institutæ deputatorum consilio, omnibus, & singulis Præceptoribus, Gubernatoribus, Guardianis, Officialibus, Rectoribus, & Administratores quibuscunque infra expressorum dictæ Urbis Hospitalium sub viginti quinque scutorum auri à contraventorum singulis de propriis eorum bonis exigenda, necnon privationis officiorum, & incapacitatis ad alia similia obtinenda eo ipso incurrendis, aliisque nostris, & pro tempore existentis Romani Pont. arbitrio pœnis harum serie auctoritate Apostolica districtè præcipimus ut infra scriptas ordinationes diligenter observent.

§. 2. Videlicet: In quolibet eorundem Hospitalium seorsim constituitur locus, seu mansio certo lectorum numero instructa, in quibus recipiantur qui scabie ultra alias infirmitates in ipso Hospitali curari solitas laboraverint. Parochi, quando ægrotum in viis, & plateis publicis, stabulis, aliisque locis intra terminos parochiarum suarum repererint, lectum gestatorium ex loco in quo dilecti filii Eleemosynarii nostri jussu collocatus fuerit, adferri, ægrotumque, si ex natione fuerit, quæ Hospitali in eadem Urbe habeat, ad Hospitali nationis hujusmodi, sin minus ad Hospitali commune quod magis ægroti placuerit, dummodo tamen morbus ex illis sit, qui in eodem Hospitali communi curantur, de-

ferri curent. Pro mercedis bajulorum qui ægrotum ad Hospitali, ut præmittitur, detulerint, solutione Eleemosynarii nostri prædictus adhibetur, cui mercedem promptè solvendi mandatum dedimus. Licebit quilibet, qui ægrotos in viis, & plateis publicis, aliisque locis viderit, ejus rei certiore facere Parochum, ut ille lectum gestatorium adferri, ipsosque ægrotos ad Hospitali deferri curet: Nobis autem pergratum erit ejusmodi obsequium. Ægroti ex Hospitalibus non dimittantur priusquam bene sanati, ac extra periculum recidivæ in morbum prolapsionis constituti sint. Porro Hospitalia certas artes mechanicas exercentibus destinata sunt infra scripta, videlicet: Hospitali S. Rochi pro aurigis, eorumque famulis, rem pecuariam vaccarum rubrarum exercentibus, sutoribus veteramentariis, lignorum ad mensuram apratoribus, exoneratoribus, vinitoribus, nautis, aquæ bajulis, & fidicinibus.

§. 3. Hospitali S. Mariæ de Horto nuncupatum pro aviariis, molitoribus, rei pecuriæ vaccarum albarum præpositis, naviculariis Regni Neapolitani, olitoribus, eorumque famulis, colonis partiaris vinearum, sutoribus veteramentariis, fassamentariis, & vermicellariis.

Necnon Hospitali S. Mariæ de Laureto pro pistoriis eorumque famulis, crustulariis, seu ut vulgò dicuntur, ciambellariis, & frumenti mensoribus.

§. 4. Hospitalia verò, seu Archihospitalia Sancti Spiritus in Saxia, S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum; S. Mariæ Consolationis, S. Joannis Colabitæ in Insula Tyberina, S. Jacobi Incurabilium, & S. Lazari omnibus nationibus communia sunt.

§. 5. In Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia tot sint lecti tam pro nobilibus, quam pro non nobilibus, quot capiunt illius infirmitatis, inibi autem recipiantur febribus, alvique dejectione, vel dysenteria laborantes, necnon vulnerati ex omni natione, quamvis etiam scabioli sint, dummodo tamen non habeant Hospitali eorum nationis, nisi in hoc casu numerus præfixus ægrotorum in Hospitali nationis hujusmodi curandorum reperiretur impletus.

§. 6. In Archihospitali S. Salvatoris ad Sancta Sanctorum trecenti sunt lecti, omnibus, tam qui virorum, quam sceminarum curationi deserviunt, computatis, in quibus ægroti recipiuntur eo modo, qui pro Archihospitali Sancti Spiritus in Saxia supra præscriptum est.

§. 7. In Hospitali S. Mariæ Consolationis octoginta sint lecti, tam virorum, quam sceminarum curationi servientes, in quibus ægroti pari modo recipiantur.

§. 8. In Hospitali S. Joannis Colabitæ sexaginta lecti reperiantur; sed quia idem Hospitali redditus non habet, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Beati Joannis Dei illius curam gerentium prudentiæ, & charitati numerus ægrotorum in illo recipiendorum relinquatur.

§. 9. In Hospitali S. Jacobi Incurabilium centum & viginti lecti sint, tam virorum, quam sceminarum usibus servientes, in quibus recipiantur ulcerosi ex omni natione, tamen etiam scabioli sint: illic autem suis temporibus dabitur decoctio ligni sancti vulgò nuncupati pro dolorum, catarrhorum, aliarumque similiarum infirmitatum curatione. Postremò in Hospitali S. Lazari leprosi omnis nationis recipiantur.

§. 10. Decemtes presentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod quilibet etiam specialis nota, & expressione digni in præmissis, interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quacunque quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aliòve quolibet defectu notari, vel impugnari, aut in controversiam quoquo modo revocari nunquam posse, sed illas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, sub pœnis supradictis perpetuò inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis

Decretum irritans.

per quoscunque iudices ordinarios, & Delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Archiepiscopatum, & Hospitalium huiusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, & derogatoriis, aliisque efficacioribus, & informativis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis creditur jubet.

§. 12. Volumus autem ut praesentes litterae per aliquem seu aliquos ex Curatoribus nostris ad valvas Ecclesiae S. Ioannis in Laterano, ac Basilicae Principis Apostolorum, & in acie Campi Florae de Urbe publicentur, ac eorum exempla ibidem affigantur, quae sic publicatae, & affixae omnes, & singulos quos concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatae fuissent, quodque praesentium eandem transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus Fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D. P. A. 3. die 16. Nov.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 16. Novembris 1657. Pontificatus nostri anno Tertio.

Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, Indictione 10. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divinae providentiae Papa VII. anno eius tertio, die vero 22. Novembris, praedicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiae S. Ioannis in Laterano, ac Basilicae Principis Apostolorum, & in acie Campi Florae, per me Iacobum Cornelium Apost. Curf. Petrus Paulus Desiderius Mag. Curf.

XLVIII. Mandat observari Decreta edita a Sacra Congregatione de Propaganda Fide ab Ecclesiasticis, tam saecularibus, quam Regularibus, pro bono regimine spirituali Animarum Christi fidelium Goæ.

Qua via proficisci debeant Religiosi ad partes Indiarum, & Insularum, definitur Clem. VIII. Constit. 74. tom. 3. & Paulus V. Constit. 90. tom. 3. Officio Parochi ut sumgi possint Religiosi concessit Pius V. Constit. 34. tom. 2.

Edita A.D. 1658. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium. Sacrosancti Apostolatus officii, quo divina dispensante clementia Catholicæ Ecclesiae regimini, me-

ritis licet imparibus, praesidemus, sollicitudo Nos movet, ut noxia quaecunque a Dominico Grege quantum nobis ex alto conceditur, remove studeamus.

§. 1. Cum itaque ad aures nostras devenierint querimoniae Christi Fidelium Goæ, atque in adjacentibus Insulis degentium de nonnullis abusus Ecclesiasticorum, eorum praecipue penes quos ipsorum Christi Fidelium spirituale regimen, ac cura residet: Nos praedictis abusus, quatenus irreperint, quantumocitius occurrere, aut saltem praecaveri, ne illi in posterum contingant, volentes, de nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium ex Congregatione negotio Propagandæ fidei praeposita, quibus querimonias huiusmodi discutendas remisimus, consilio, Apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, praecipimus, & mandamus sedulo, inviolabiliter, & exactè servari ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & in posterum spectabit, Decreta infra scripta, videlicet.

Decreta servanda

§. 2. Primò. Caveant Parochi, aut Ecclesiastici quicumque, sive saeculares, sive regulares, ne in posterum ullo pacto cogant pauperes ad operas, seu laborem impendendum pro suis Ecclesiis, non per soluta iusta mercede, nisi id spontè, & ex pietate praestare voluerint, multoque minus audeant eos mulctare, qui renuerint.

Secundò. Cum iis qui sacro, aut catechisi doctrinae Christianae non interfuerint (si mos sit, eos, ut supponitur, aliqua poena mulctare) ea moderatione se gerant, ut non nisi verè contumacibus, & contemnentibus, caque modica, nec crebrò irrogetur.

Tertiò. Instruant populum omni qua decet lenitate, abstinentes omninò a secula, & a verbis indecentibus, maxime si cum mulieribus, viris nobilibus, seu ætate provectis agatur.

Quartò. Ad Seminarium (nisi eius institutio, seu fundatio obstat) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere, & congrua (si pauperes sint) perfolverint alimentata, concedatur, ne a rectæ educationis beneficio prorsus excludantur, habita tamen prudenti distinctione a reliquis, ut quieti consulatur.

Quintò. Ad scientias addiscendas, & scholas quilibet admittatur, nullo habito nobilitatis, seu generis discrimine, nisi ex aliqua propria culpa quis indignus censetur.

Sextò. Neophytos Deo sub Religionis iugo servire volentes sine rationabili causa Regulares non respuant, sed pari charitate omnes, qui spiritu Dei aguntur, & ad perfectionem anhelant, amplectantur.

Septimò. Presbyteri saeculares doctrina, & moribus idonei a beneficiis curatis & a quolibet alio Ecclesiastico munere, sive praedicationis, sive administrandi Sacramenta Poenitentiae, minime arceantur, attentà praesertim indigentia tot animarum millium, quibus longè impares sunt pauci Regulares illuc ex Europa adventantes.

Octavò. Caveant itidem Parochi saeculares, & regulares ullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad Politiam saecularem, nec ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec unquam intersint comitiis, aut conventibus ubi de rebus publicis agitur.

Nondò. Ut majori cum gaudio verbum Dei suscipiatur, aliisque radices agat, & fructum afferat, concionentur omninò Regulares pluries in anno idiomate vernaculo, & patrio populorum, utque id ipsum facilius, & frequentius praestetur, curet omninò Vicarius Capitularis, aut Superior qui fuerit, ut etiam Clerus saecularis ejus Regionis in verbi Dei praedicatione exerceatur.

Decimò. Deputet Vicarius plures ex Sacerdotibus saecularibus indigenis, quos idoneos repererit ad confessiones excipiendas, quò facilius, & libentius fideles Sacramentum Poenitentiae valeant frequentare, nec cogantur solum Regularibus, aut exteris sese subjicere.

Undecimò. Ut autem radicitus evellatur abusus, qui in praefatis Regionibus, ut praefertur, irrepit, excipiendi confessiones per interpretem, aut lecto poenitentis catalogo peccatorum, ut nutibus innuat, si quæ fuerint ab eo commissa, districtè praecipitur Capitularibus (graviter etiam onerando conscientiam ipsorum Regularium,

larum, & quorumcumque ad quos pertinet in posterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantum audiatur confessiones, qui illius Idiomatis sensum sufficienter percipiant; & ad ipsorum numerum pro rei exigentia augendum promoveantur omnino Sacerdotes seculares ejus Regionis ad confessiones Fidelium pariter Idiomate extirpandas.

Duodecimo. Cuique audiat maximum Catholicorum numerum contra preceptum Domini, qui voluit debiles, & claudos admitti, sub pretextu ignobilitatis, & rudioris ingenii rejici à sacra Synaxi, id eadem Sacra Congregatio omnino vetat; ac prohibet, nisi prorsus ejus mysterii sint incapaces.

Decimo tertio. A grotis morti proximis cujuscunque sint conditionis, quamvis in sordido, ac vili degant, loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiae viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit exceptio personarum, ac pro nostra salute nec stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit.

Decimo quarto. Ne ob instructionis defectum qui sacro Baptismate initiantur, immaculatam Christi legem profanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia scelerent ac idololatram cum orthodoxa fide confundant, ut sepe inibi evenire enunciatur est, caveant ij qui hisdem instruendis incumbant, ne in posterum ullus ad baptismum admittatur, qui veterem hominem, ac gentilitios mores profus exutus, Christum plenè non induerit, & in fide sit sufficienter instructus.

Decimo quinto. Quoniam verò (ut veritas ipsa docet) nemo potest venire ad Christum, nisi Pater celestis eum traxerit, monentur Ecclesiastici, tum seculares, tum regulares, ceterique qui ethnicorum conversionibus dant operam, ut illos non vexationibus, pollicitationibus, aut vi, sed verbi Dei prædicatione, & bonorum operum exemplo ad Baptismum inducant, persecutantes præcipiè diligenter quo sine, & spiritu ducantur, qui baptizari postulant.

Decimo sexto. Nihil prorsus, ne quidem sub pretextu pietatis Parochi tam seculares, quam regulares à suis Parochianis quaerant, & si quid pro festorum celebratione sponte ab iis tribuatur, integrè in eam causam infusant, & quidquid superest, pauperibus ejusdem Parochiae dispensentur, ita ut quantumvis minima aviditatis suspicio à viris Ecclesiasticis abfit.

Decimo septimo. Pro temporali regimine Confraternitatum existentium in Ecclesiis Regularium deputentur in posterum Officiales seculares, qui reddituum administrationi incumbant, nullatenus Regularibus ea in re sese ingerentibus.

Decimo octavo. Cum Goræ, & in adjacentibus Insulis vetitum sit ethnicis ritus gentilitios publice exercere, districtè prohibetur Ecclesiasticis, ne eisdem permittant, & maxime (quod nefas est) turpis lucri gratià, cadavera ethnicorum inde asportari, ut juxta profanum eorundem ritum comburantur.

Decimo nono. Cadavera pauperum Fidelium gratis omnino posthac à Parochis sepulturae tradantur, nec ad extorquendam, aut emendicandam à vicinis, vel affinis elemosinam publice exponantur.

Vigesimo. Districtè prohibetur, ne ethnicis ullo pacto permittatur in Ecclesiis sacrificare, serò Vicariis Capitularibus injungendo, ut in contravenientes, & maxime ob lucrum, graviter animadvertant, curèntque in posterum ne Ecclesiis præficiantur Neophyti parum instructi.

Vigesimo primo. Similiter Regularium Superiores sedulo curent ut Parochi extra Conventus in prædictis Regionibus commorantes regularis observantiae specimen cunctis ubique præbeant, eosque idcirco ad claustra, & regularem disciplinam aliquando revocent, ne regulari Instituto paulatim exfolescente, dum aliis incumbunt, se ipsos amittant, ac demum in destructionem potius, quam ædificationem Populorum missi videantur.

§. 3. Decernentes ita in præmissis per quoscumque Indices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac

irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quatenus opus sit, Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter; & expressè derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno 1658. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Quod Fratres Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum possint dividere suam Congregationem in tres Provincias, & augere duos Diffinitores Generales, dummodo vnaquæque Provincia habeat octo Conventus.

De hac Congregatione vide ad Constit. 131. Injuncti nobis, Urb. VIII. tom. 4. & ad Constit. 145. ejusdem tom. etiam 4.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus à Sancto Joanne Baptista Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quoddam aliàs pro ejus parte Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositis exposito, quoddam dicta Congregatio duas tantum Provincias haberet, illarumque Domus regulares per Castellam, Bæticam, Aragoniam, Navarram, Catalaniam, & Valentiam Regna, seu Principatus dispersæ, & à se invicem valde distantes reperirentur, nec à duobus Provincialibus nisi difficulter visitari possent: quodque in eadem Congregatione quatuor duntaxat Diffinitores essent, pro expulsionem incorrigibilium sex Diffinitores juxta Constitutiones fel. record. Urbani Papæ Octavi prædecessoris nostri requirerentur, & propterea nomine Congregationis prædictæ eisdem Cardinalibus supplicato, ut ipsi Congregationi in ejus Capitulo generali prædictas domos regulares in tres Provincias, dummodo tamen unicuique trium Provinciarum hujusmodi octo domus regulares, seu Conventus assignarentur, dividendi, ita quod novus Provincialis pro tertia Provincia eligi deberet, necnon alios duos Diffinitores, qui eisdem auctoritatem, & præminentiam voti, & loci cum aliis quatuor Diffinitoribus prædictis haberent, pro gravius dictæ Congregationis negotiorum expeditione eligendi facultatem concederent: emanavit à Congregatione dictorum Cardinalium decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 1. Sacra

Deferunt
irritant

D. P. A. J.
die 18. Jan.

XLIX.

Edita A. D.
1658.

Supplicati

ALEXANDER SEPTIMUS.

Decretum Sacri Congreg.

§.1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, attentis narratis, ac instante Procuratore Generali Congregationis prefate, committendum censuit prout presentis decreto continetur...

Decretum Prohibitor.

§.1. Cujus decreti vigore subinde Venerabilis Frater noster Martius Episcopus Albanensis ejusdem S.R.E. Cardinalis Ginettus nuncupatus dicti Ordinis apud Nos & Sedem Apostolicam Protector decretum edidit tenoris sequentis, videlicet: Martius miseratione divina Episcopus Albanensis S.R.E. Cardinalis Ginettus, Sanctiss. D.N. Papae Vicarius Generalis, totiusque Ordinis Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum Generalis Protector, Attentis expositis, petitam licentiam, & facultatem ex prefatis duabus Provinciis tertiam erigendi, ac Provinciale, alioque Officiales sub ejusdem Ordinis, & ceterarum Provinciarum legibus eligendi, dummodò nulli ex ipsis minus quam octo Conventus, in quibus regularis vigeat observantia, assignentur; ac demùm in Capitulo Generali duos alios Diffinitores superaddedi, & eligendi, ac in omnibus ad formam retroscripti decreti Sacrae Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium prepositae, & non aliis concedimus, & impartimur. Datum Romae ex aedibus nostris hac die 10. Januarii 1658. Card. Ginettus Protector.

Confirmat Provinciarum

§.3. Cùm autem, sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Ludovicus Procurator Generalis dictum decretum ejusdem Martii Cardinalis Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti summo opere consideret: Nos ipsum Ludovicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, decretum praesentium memorati Martii Cardinalis Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva semper in praemissis auctoritate Congreg. praefatorum Cardinalium. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit primò dictae Congregationis, ejusque Provinciarum, & Domorum regularium, seu Conventuum quoracumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus hac vice duntaxat, & specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

dinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus hac vice duntaxat, & specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1658. Pontificatus Nostri Anno tertio.

Pro quiete, & utilitate Monialium Urbis Regularium curae subiectarum.

Monasteria Monialium quando curam Praelati ingredi possunt, exiit Constit. 28. Gregor. XIII. & de eorum confessoribus ab Ordinario approbandis Constit. 18. Gregor. XV.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sancti Apostolatus officii humilitati nostrae per abundantiam divinae bonitatis impositi deb tum exposcit, ut paternam dilectarum in Christo filiarum Monialium Monasteriorum Almae Urbis nostrae, quae contemptis seculi illecebris, Domini nostri JESU CHRISTI obsequiis sese sub suavi religionis jugo manciparunt, curam gerentes, illa, quae earum quieti, utilitatibusque quomodolibet obesse conspicimus, peculiari studio removere satagamus.

§.1. Alias siquidem pro quiete, & felici directione Sanctimonialium Regularibus subiectarum providè ab hac Sancta Sede statutum fuit, ne Confessores, Superioresve cujuscumque gradus, Visitatores, eorum socii, Concionatores, aliique Regulares quicumque confessionum generalium, visitationum, concionum, aliorumque exercitiorum intuitu, seu quovis alio praetextu apud earundem Monasteria vedium pernoctare, verum neque refectorem, aut cibum sumere possent, nisi ex urgenti necessitate ab Ordinario in scriptis approbanda; & tunc quidem non nisi in mansionibus à Monasteriorum clausura distantibus, ac prorsus segregati. Praeterea Monialibus prohibitum est, ne diurnum victum, seu refectorem statutis ad functiones praedictas diebus, aliisque occasionibus ordinariis, seu extraordinariis, imò neque lineam, aliamve quamcumque suppellectilem supra dictis Regularibus subministrarent, sed pro eorum sustentatione, intuitu servitii, seu ministerii, quod praestant, certam frumenti, ac vini quantitatem constituerent ad rationem duorum Juliorum monetæ Romanæ in singulos dies ministerii hujusmodi, Procuratoribus Conventuum ipsorum Regularium respectivè assignandam. Veritum quoque fuit Monasteriis, ac Monialibus communitè, vel privatim, quocumque sub praetextu, etiam elemosynæ, sumptuum, vel celebrationis Missarum, aliòve titulo praedictis Regularibus quidquam tribuere, tamen si Superiores essent, & in actu visitationis versarentur.

§.2. Quin etiam quamplurimis Apostolicis Constitutionibus interdicitur hujusmodi Regularibus accessus ad locutoria Sanctimonialium, necnon cum eisdem miscere colloquia ad crates, rotas, portas, & quovis alio in loco, sub poenis privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque etiam gravioribus pro reum, temporumque opportunitate inflictis, cum declaratione, quod eadem quoque poenas incurrant Confessores ordinarii, & extraordinarii, Concionatores, Superiores cujuscumque gradus, seu Visitatores, tam ordinarii, quam delegati, qui colloqui praesumpserint cum Monialibus (etiam si Abbatissæ, Priorissæ, aut Officiales Monasteriorum fuerint) extra actum confessionum, concionum, aut visitationum hujusmodi, & aliis prout in diversis decretis desuper emanatis uberius continetur.

§.3. Cùm

§. 3. Cùm autem, sicut accepimus, ordinationes prædictæ, sub prætextu, quod nimis rigoroſe ſint, in eadem Urbe ut plurimùm non obſerventur, indeque varia incommoda, & perturbaciones prædictis Monialibus oriri doceat experientia: Nos opportunum huic malo remedium adhibere cupientes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, necnon dilectorum filiorum Romæ Curie Prælatorum ſuper negotiis Viſitationis Apoſtolice Eccleſiarum, ac Monasteriorum Urbis prædictæ à nobis inſtitutæ deputatorum conſilio, ſupradicta decreta intovantes, præmiſſaque in eis contenta de novo ſtatuentes, atque augentes, omnibus, & ſingulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Præpoſitis, & Prioribus, & Superioribus localibus dicte Urbis, cujuſcumque Ordinis, Congregationis, & inſtituti, tam mendicantium, quàm non mendicantium; & Clericorum regularium, etiam ſpeciali nota, & expreſſione dignis, quibus Sanctimonialium cura incumbit, ſub privationis vocis tam activæ, quàm paſſivæ, necnon eorum officiorum, & dignitatum, ac inhabilitatis ad ea ampliùs obtinenda poenis eo ipſo incurrendis, adveſus quas nemo niſi à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente reintegrari valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium mandamus, & præcipimus, ut intra terminum unius menſis à die publicationis earundem præſentium computandum, Conſeſſores, eorumque ſocios Concionatores, & alios quocumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium in eadem Urbe exiſtentia, vel continè, vel ad tempus quocumque titulo pernòctare ſolitos, ad clauſtra revocare debeant, neque de cætero ampliùs permittant eoſdem, ſeu alios Regulares intra, ſeu propè ſepa Monasteriorum huiusmodi habitare, idque etiam ſub eiſdem poenis præſtare, & obſervare teneantur ipſimet Superiores ſuprà nominati, aliique pro tempore eorum ſucceſſores, cujuſcumque gradus fuerint: quibus omnibus expreſſè prohibemus nedum apud Monasteria prædicta pernòctare, aut degere, verùm etiam ne diurnam quidem refectionem ſumere, præterquam in caſibus neceſſitatis, à Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice approbandæ.

§. 4. Et ut tollatur omnis occaſio tranſgreſſionis, præcipimus Superioribus ſupradictis ſub eiſdem poenis, ut intra eundem terminum quacumque cellas, manſiones; ſeu cubicula propè Monasteria prædicta ad uſum memoratorum Regularium exiſtentia, ſi clauſuræ Monasteriorum earundem Sanctimonialium contigua fuerint, eiſdem includi, vel dirui omninò faciant; ſi verò extra ſepa, vendi, pretiumque in Monasteriorum utilitatem converti; nec in poſterum alia ſimilia aptari, ædificari, aut emi reſpectivè permittant. Ad hæc iſdem Superioribus ſub poenis prædictis mandamus, & præcipimus, ut nullatenus pariantur coqui, ſeu parati cibi à Monialibus, ſive lintea, aliisque uſenſilia, tam propriis eorum, quàm Regularium quorum & uſibus ſuppeditari. Conſeſſores quoque, & Concionatores niſi omninò quovis prætextu à Monialibus accipere poſſint, ſub eiſdem poenis; præter duos Julios monete prædictæ in pecunia numerata, ſi per inſtitutum regulare licuerit pro quotidianis eorum alimentis ad tempus ſervitii præſtiti, & non ultra; Procuratori eorum Conventus reſpectivè ſolvendos, ſi minus, æquivalentem vini, frumentique portionem Syndicis conſignandam. Prohibemus pariter ſub poenis prædictis, ne dicti Regulares, raro per ſe, quàm per alios mediatè, vel immediatè à Monialibus, eorumque Monasteriis dona, ſeu manuſcripta, quantumvis exigui valoris, necnon eſculenta, aut non eſculenta quæcunque accipiant, etiam recognitionis, debiti, contributionis, alimentorum, gratiarum, mutui, elemoſynæ, celebrationis Miſſarum, fabricæ valetudinariæ, veſtimenti, legatorum piorum, aut quocumque alio titulo.

§. 5. Similiter ne cum prædictis Monialibus, earumque Monasteriis ipſorum Regularium curæ mediatè, vel immediatè ſubjectis ulloſ intire poſſint con-

tractus cenſuum, tam activè, quàm paſſivè, mutui, locationum, conductionum, emptionum, venditionum; aut alios quocumque, tamen ejuſmodi contractus liciti forent, ac utiles, & de Sedis Apoſtolice licentia intirentur, niſi expreſſè fuerit præſentibus literis derogatum: aliàs præter nullitatem contractuum huiusmodi, tam contrahentès, quàm Superiores, mandantes, aut quovis modo conſentientes incidant in poenam privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum ſuorum eo ipſo reintegratiōe Nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus reſervata.

§. 6. Præterea interdiciamus omnibus, & ſingulis prædictis ſub eiſdem pariter poenis colloquia quæcunque cum Sanctimonialibus prædictorum Monasteriorum (comprehenſis etiam Abbatibus, Prioribus, ac Officialibus) extra actum conſeſſionum concionum aut viſitationum huiusmodi; adjecta ſub ſimilibus poenis expreſſa prohibitione, ne quando modo permittant, ut eorum ſocii, aliique Regulares, tam profeſſi, quàm non profeſſi, ſub quovis prætextu cum Monialibus colloquantur. Contravenientes autem, præter poenas prænarratas, gravioreſ etiam noſtro, ſucceſſorumque noſtrorum Romanorum Pontificum arbitrio punientur.

§. 7. Mandamus inſuper omnibus, & ſingulis Superioribus ſupradictis, ut feriis Quadageſimalibus, Adventus Domini, quatuor temporum, vigiliarum, feſtorum ſolemnium cum tota eorum octava, necnon diebus Sanctiſſimæ Eucharistiæ ſumendæ deſtinatis, locutoria quæcunque prædictorum Monasteriorum clauſa remaneant, nulliſque vitæ, quantumvis ſanguine in quocumque gradu conjunctus ad Monialium colloquia hiſce temporibus admittatur, niſi ob præciſam neceſſitatem à dilecto filio noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Vicario in Urbe prædicta in ſpiritualibus generali, vel ejus Vicegerente in ſcriptis approbandum. Et quia in quibuſdam Monasteriis abuſus invaluit; ut Sacræ Communionis & conſeſſionum fenestellæ locutoriorum loco deſerviant: prohibemus omnibus, & ſingulis Abbatibus, ſeu Prioribus, Conſeſſoribus, & cæteris Superioribus Regularibus, ſeu Viſitatoribus; Monasteriorum huiusmodi pro tempore exiſtentibus, cujuſcumque gradus exiſtant, ſub poena excommunicationis læte ſententiæ, ne dictas fenestellas in alium, quàm in ſacrum, cujuſ cauſa inſtitutæ ſunt, uſum vel adhibeant, vel adhiberi permittant. Mandantes, & præcipientes, ut excepels Communionum, & Conſeſſionum diebus, dictæ fenestellæ ſemper obſervatæ ſint, & quidem duplici clavi, interna ſcilicet, & externa, quarum altera penes Abbatiffam, ſeu Prioriffam; altera verò penes Conſeſſorem aſſervetur: nunquam verò aperiri poſſint, niſi ſtatim horis dumtaxat, atque temporibus ad ſacrum miniſterium deſtinatis. Liceat tamen Conſeſſori, aut Superiori, cum puellas ad habitum, aut profeſſionem admitti contigerit; huiusmodi functiones ad Communionis fenestellam obire, juxta ritum, & conſuetudinem Monasterii.

§. 8. Cæterùm ut præſentes literæ debite executioni demandentur, illarumque ignorantia à nemine prætendi poſſit, nec in oblivionem, & deſuetudinem abeant, memorato Vicario noſtro; ejuſque Vicegerenti injungimus, ut earundem præſentium tenorem in idioma vulgare fideliter tranſferri, ac tranſlatum imprimi, & ſexto quoque menſe, nempe Dominica prima adventus, & Dominica tertia poſt Pentecoste in publica menſa prædictorum Monasteriorum reſpectivè perlegi curent, ſub eiſdem poenis privationis vocis activæ, & paſſivæ, ac officiorum, tam ab Abbatibus, & Prioribus, quàm à Superioribus localibus eo ipſo incurrendis, ac reintegratiōe adveſus poenas huiusmodi Sedi prædictæ tantùm reſervata. Decernentes ipſas præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo quod quilibet etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, audiſi, ſeu cauſæ propeſ-

lur
pſum

vitatio
intra
ya, vel
ſigna
ſuperius
ſat.

Contradus
immo inter
ſcalares

monialibus
vitat.

Colloquia
damnant.

Dies in quibus
locutoria clauſa
eſſe debent.

Clauſula
præſentium

ALEXANDER SEPTIMUS.

propter quas eadem presentes emittuntur, additis, verificatis, aut justificatis non fuerint, aut ex alia quacumque...

Breve, quo Vicarius Generalis Portugalie Minorum de Observantia declaratur, quod sit solummodo Commissarius Generalis ad instar aliorum Commissariorum Nationum.

Commissarii Generales Nationales quotannis rationem reddere debent Ministro Generali de Capitulis in suis Provinciis celebratis; & de rebus precipuis intra, & extra Capitula determinatis. Sic cautum fuit in Capitulo Generali Tolet. 1658. pro utraque Familia, numero 17.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Liis per nos accepto, quod Provincie tam de familia Observantium, quam Reformatorum nuncupatorum Ordinis Minorum S. Francisci Regni Portugalie, & suarum Conquistarum presentia Superioribus, qui illas regebat, maxime indigebant...

Subinde Nos dilectum filium Joannem Pereira Provincie Algarbiorum dicti Ordinis professum in Vicarium Generalem earundem Provinciarum dicti Regni, suarumque Conquistarum Fratrum Minorum huiusmodi cum facultatibus ad id necessariis ad triennium inde proximum, & interim ad nostrum beneficium Apostolica auctoritate constituimus, & deputavimus, prout in nostris in simili forma Brevis tunc desuper emanatis literis, quarum tenorem presentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

Cum autem sicut dilectus filius Michael Angelus della Sambuca totius dicti Ordinis Minister Generalis Nobis nuper exponi fecit, in eisdem Provinciis dicti Regni Portugalie Fratrum praedictorum nunquam extiterit officium Vicarii Generalis huiusmodi, nec etiam ab illis fuerit requisitum, exindeque schismata, perturbationes, & alia incommoda in eodem Ordine possent exoriri...

Decernentes praedictas literas validas, firmas, & efficaces exhibere, & fore, subique plenarias, & in irritum, & inane...

Contrariis derogat.

Transumptorum fidei.

D. P. An. 3. die 10. Febr.

Publicatio.

Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo, Indictione 11. Pontificatus sanctissimi Patris & Domini Nostri Alexandri Divina providentia Papa VII. anno tertio, die vero 3. Aprilis, praedicta Constitutio officii, & publicatio fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae in acie Campi Florae, & in acie Campi Florae, & in acie Campi Florae, & in acie Campi Florae...

ALEXANDER SEPTIMUS.

In premissis per quoscumque... Delegatos, etiam... Pontificatus nostri anno Quarto.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Anno Piscatoris, die 4. Aprilis 1639.

111. Constitutio contra Religiosos Congregationis Montis Virginis, dignitates, Prælaturas, & officia dictæ Congregationis à quibusque personis, tam Secularibus, quam Ecclesiasticis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus procurantes.

Causam prohibitionem habent ferè omnes Religiones, ut videre poteris in Repertorio, verbo Ambitus.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrofancti Apostolatus officio, quod auctore Deo gerimus, admonetur, ut paternam Christi Fidelium, qui sæculi vanitati renunciantes, & humilitatis spiritui adherentes, Altissimi obsequiis sese sub suavi monasticæ vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ambitiosum earum personis ad dignitates, & officia accessum intercludere studeamus.

§. 1. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Monachis Congregationis Montis Virginis Ordinis S. Benedicti, cuiuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis nunc, & pro tempore quodcumque existentibus, ne de cætero pro Prælatibus, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis quibusvis ejusdem Congregationis consequendis, ad Principam, seu Prælatorem, & aliarum personarum quarumlibet de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, vel quacumque seculari, dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, aut Ducali fulgentium favore, vel suffragia recurrere, illosque, seu illa sibi procurare, aut etiã sponte oblaris, & se minime procuratis uti directè, vel indirectè, seu aliis quoquo modo audeant, vel præsumant, sub perpetuæ privationis vocis activæ, & passivæ, absque ulla spe reintegrationis, necnon excommunicationis majoris, à qua nemo à quocumque præterquam à Nobis, & Romanis Pontificibus successoribus nostris, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit, pœnis eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis tenore præsentium prohibemus, & interdiciamus.

§. 2. Mandantes propterea, & districtè præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub similis excommunicationis pœna dilectis filiis Abbati Generali, cæterisque Superioribus Congregationis prædictæ modernis, & pro tempore existentibus, ne ad instantiam, & requisitionem prædictarum personarum de gremio Congregationis hujusmodi non existentium cuiusque ipsius Bullarii Magni Tom. V.

Congregationis Monachos... officium, gradum, honorem, dignitatem, functionem, vel aliam... modo concedant.

§. 3. Ac decernentes ipsas præsentis literæ semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & ad illas ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; acque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis auctoritate interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac hujusmodi Provincialibusque, & Synodalibus Cœcessis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quatenus, opus sit, prædictorū Ordinis, & Congregationis, aliiive quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes nō sit, seu quavis alia expressio, habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentibus, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 5. Ut autem præmissorum notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deveniat, volumus ipsas præsentis literas in singulis Capitulis generalibus ejusdem Congregationis publicè legi, & sic lectas omnes, & singulos ad quos spectat, & spectabit perinde afficere, & arcere, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent, utque earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu Scribæ Capituli generalis Congregationis hujusmodi, vel alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Abbatis Generalis ipsius Congregationis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proflus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 17. Junii 1639. Pontificatus nostri Anno quarto.

111. Quod in Provinciis Cismontanis Fratrum de Observantia, ac Reformatorum Sancti Francisci non eligantur amplius Vocales, seu Discreti à familia Conventuum mittendi ad Capitula Provincialia.

De hac materia vide, quæ notavi ad Constitut. 51 Urb. VIII. Sacrosanctum, tom. 4. circa abrogationem concessionum contrariantium Sacerdotis Ordinis, & ejus Regula.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Sacrofancti Apostolatus Nobis divinitus commissi ratio postulat, ut ad ea, per quæ controversiæ inter religiosos viros, qui contemptis sæculi illicetis vota sua sub archioris vitæ regula Altissimo reddere jugiter satagunt

Unfructus pro re vobis

Insuper, super omnibus capitulis, potestati patrum...
§. 1. Nos de Venerabilium Patrum nostrorum...
§. 2. Decernentes pariter easdem presentes literas...

Decretum irritans.

Contrarius derogat.

D. P. An. die 27. Iulii

LIV. Confirmatio Privilegiorum . Exemptionum Libertatum, Immunitatum, Gratiarum, Indulgentiarum, &c. Fratrum Eremitarum Ordinis Sancti Pauli primi Eremitae sub Regula Sancti Augustini : Necnon Communicationis Privilegiorum quomodolibet concessorum, eum Patribus Ordinis Carthusiensis.

Edita A.D. 1658.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

In supremo militantis Ecclesiae Solio per ineffabilem Divinae bonitatis abundantiam, nullo licet merito nostrorum, suffragio constituti, Privilegia, Gratias & indulta Religiosorum Virorum, qui specus saeculi illecebris in humilitatis spiritali, & vitae regularis observantia, vota sua Altissimo reddere jugiter satagunt, Ordinibus pie providique concessa libenter cum a Nobis petitur, Apostolicae Confirmationis nostrae patrocinio munimus, & aliis desuper providemus, prout maturam consideratione praevia conspicimus in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Nos siquidem pro parte dilectorum filiorum Prioris Generalis, & Fratrum Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitae sub Regula Sancti Augustini nobis exposuerunt, quod dudum ad eundem Ordinis favorem emanavit a felicis recordationis Urbano Papa VIII, praedecessore nostro litterae sub numero...
§. 2. Urbanus Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam, Ad Apostolicae dignitatis apicem meritis licet imparibus divina dispositione vocati gratos Domino, & Christianae Republicae utiles fructus, qui ex Religiosi Sancti Pauli Primi Eremitae sub Regula Sancti Augustini, tam ex pia, & Religiosa eorum vivendi norma, quam ex sollicitis ipsorum Religiosorum studiis, ac cunctis laboribus pro divini nominis gloria, ac crebris Verbi praedicationibus, necnon Sacramentorum Ecclesiasticorum administrationibus provenire noscuntur intra corda nostri arcana revolventes, ea quae pro ejusdem Ordinis conservatione, & felici gubernio provide statuta fuisse dicuntur, necnon quaeque privilegia, immunitates, exemptiones, libertates & indulta praefato Ordini a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris quomodolibet concessa perpetuo firma, & illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem & desuper Apostolici favoris auxilium impartimur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Pr. VII.

§. 3. Dudum siquidem per felicis recordationis Joannem Papam XXII. praedecessorem nostrum accepto quod Fratres Sancti Pauli Primi Eremitae sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis partibus constituti per auctoritatem pie vitae, bonorumque operum actiones, ad se redderant in conspectu Dei, & hominum gratiosos, quod eorum exemplo plurimi ad pietatis opera inducerentur, ipsique Fratres secundum Beati Augustini regulam desiderabant virtutum Domino perpetuum impendere famulatum, dictus Joannes praedecessor hujusmodi pium, laudabile, & meritorium propositum, & obsequium eorumdem Fratrum dignè in Domino commendans, & gloriosae memoriae Caroli Hungariae Regis, & dictorum Fratrum supplicationibus annuens, eisdem Fratribus Regulam auctoritatem per eos, & eorum successores, in locis suis, quae habeant, & praestante Domino in posterum habituri erant, perpetuis futuris temporibus observandam auctoritate Apostolica concessit.

§. 4. Insuperque Fratribus, eorumque successoribus praedictis, quod in Capitulo ipsorum quoties expediret celebrando aliquem de eis idoneum in eorum Priorem Generalem eligere, electum recipere, idemque prior sic electus, receptus, & habitus in dictos Fratres, & Successores visitationis, & correctionis debite officium exercere, ac ipsos ab excommunicationis sententia, si quam eos propter violentam manuum injectionem in seipos vel propter statuta dictae Regulae violanda incurrere contigerit, iuxta formam Ecclesiae consuetam absolvi valeret. Et denique quod ipsi Fratres, & successores eorum in terris vineis, quas propriis suis manibus excolabant, & in posterum excolerent, Decimas solvere, & ad Synodos Dioecesanorum eorum venire minime teneretur neque ad id inviti compelli possint indulsit, prout in literis Apostolicis pie memoriae Clementis Papae VII. praedecessoris nostri, pro eo, quod originales litterae ipsius Joannis praedecessoris amissae erant, desuper confectis quarum tenor sequitur, videlicet.

§. 5. Clemens Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis Priori, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitae sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis partibus constitutis : salutem, & Apostolicam benedictionem. Provisionis nostrae debet provenire subsidio, ut jus suum cuilibet conservetur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam litterarum felicis recordationis Joannis Papae XXII. praedecessoris nostri in Registro ipsius praedecessoris repertarum, pro eo, quod licet vestra petitio nobis nuper exhibitae contineret, originales litterae suae amissae, de Registro ipso de verbo ad verbum

ALEXANDER SEPTIMUS.

verbum transcribi, & ad vestre supplicationis instantiam presentibus annotari fecimus, quae talis est.

§.6. Joannes Episcopus Servus Servorum Dei: Ad perpetuum rei memoriam. Per sanctae contemplationis studium innocentis vitae meritum, & exercitium laudabilium actionum in fidei fragrantia, devotionis constantia, & abundantia charitatis Deus Omnipotens Caput Ecclesiae sanctae suae colitur, & in cultu sub beatissimi nominis suavitate, & devotè Sanctorum memoria renovatur, rependiturque Divina gratia his, qui supernae Majestatis excellentiae variis, & devotis affectibus obsequuntur, pro quorum laboribus centuplum, & ipsis aeternae vitae gaudium tribuit pro mercede. Sic igitur in Sponsa Christi Ecclesia militante Fideles Domini virtutum aromatis redolentes à Romano Pontifice successore Beati Petri, & Jesu Christi Vicario in bonis foveantur operibus, ad illa favorabiliter promoveantur, gratiosis tractentur favoribus, & opportuna tutela munimine roborentur, ut in pacis pulchritudine quiescentes liberis, & quietis mentibus pensum exolvant. Altissimo debita servitutis, sacraeque Religionem summa plantat Apostolicae Sedis Auctoritas, & plantatam putrit dulcedine charitatis, pietatis lenimento prosequitur, & ed libentius, & benignius janua ei pandit spiritualium gratiarum, quod fidelius, & sedulius per viam graditur Domini Mandatorum, & per longanimitatis, humilitatis, & patientiae meritum, virtutum tendit ad culmina, & sibi, aliisque Fidelibus thesaurum impetrat caelestium praeniorum.

§.7. Sancè ad nostrum Apostolarum auditum relatio fide digna perduxit, quod dilecti filii Fratres Sancti Pauli Primi Eremitae in Hungaria, & aliis partibus constituti per austeritatem vitae, bonorumque operum actiones, adeò se reddunt in conspectu Dei, & hominum gratiosos, quod eorum exemplo plurimi ad pietatis opera inducuntur, quodque ipsi secundum Beati Augustini Regulam desiderant virtutum Domino perpetuum impendere famulatum. Nos igitur hujusmodi pium, laudabile, ac meritorium propositum, & obsequium eorum Fratrum Dei, & Sanctorum suorum prosequendum laudem, & gloriam in Domino commendantes, & attendentes illa salubria, & efficacia fore ad perennis salutis bravium impetrandum, & ut ed libentius dicti Fratres divinis beneplacitis se occupent, seque diligentius exerceant in operibus sanctitatis, qui invenisse gaudebunt Nos, & dictam Sedem sibi gratiosos, propitios, & benignos: Charissimi in Christo filii nostri Caroli Regis Hungariae Illustris, quem ad fratres ipsos specialis devotionis affectum habere percipimus, Apostolicam pro Fratribus praedictis in hac parte gratiam humiliter implorantis, & eorum Fratrum devotis supplicationibus annuentes, praelibatis Fratribus auctoritate Apostolica Regulam concedimus antedictam, per eos, & successores ipsorum in locis suis quae habent, & praesente Domino habebunt in posterum, perpetuis futuris temporibus observandam; memoratis insuper Fratribus, eorumdemque successoribus, quod in Capitulo ipsorum quoties expedierit celebrando, aliquem de eis idoneum in eorum Priorem Generalem eligere, & electum recipere valeant, & habeant: idemque Prior sic electus, receptus, & habitus in dictos Fratres, & successores visitationis, & correctionis debita officium valeat exercere, ac ipsos ab excommunicationis sententia, si quam eos propter violentam manuum injectionem in se ipsos, vel propter statuta dictae Regulae violanda incurtere contigerit, juxta formam Ecclesiae absolvere consuetam: denique ut praefati Fratres, successores eorum, de terris, vineis, quas propriis suis manibus excolunt, & ipsi successores praefati excolunt in posterum, decimas solvere, & venire ad Synodos Dioecesanorum eorum minime teneantur, neque ad id compelli possint invitis eisdem Fratribus, & successoribus, & Priore, de Sedis ejusdem clementia, & benignitate solita, tenore praesentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignatione

Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione vigesimo sexto Calendae Augustis, Pontificatus nostri Anno tertio, Incarnationis vero Dominicae Anno millesimo Trecentesimo decimo nono.

§.8. Ceterum, ut eorumdem literarum tenor praefatus, sic insertus, omnimodam rei, seu facti certitudinem habeat; Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim; eumque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litterae supradictae, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quodcumque, & ubicumque; sive in iudicio, vel alibi fuerit exhibitus vel ostensus, & eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus litteris daretur, si forent exhibitae, vel ostensa. Per hoc autem nullum jus de novo vobis acquiri volumus, sed antiquum si quod habetur, tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae annotationis, constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione quarto decimo Calendae Augusti, Pontificatus nostri anno primo, Incarnationis vero Dominicae anno millesimo trecentesimo quadragesimo tertio.

§.8. Et deinde pia memoriae Gregorius Papa XI. etiam praedecessor noster precibus Prioris Generalis, & Fratrum tunc existentium hujusmodi tunc inclinatus eorum domus in quibus divino vacabant obsequio, sub Beati Petri, & sua protectione suscepte, statuens, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini Regulam in domibus ipsis auctoritate Apostolica institutus esse dignoscatur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observari deberet.

§.9. Praeterea ut quaecumque possessiones, & bona quae praefata domus tunc iuste, & canonicè possidebant, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium seu aliis iustis modis poterant adipisci, Fratribus praefatis, eorumque successoribus firma, & illibata permanerent, unà cum Ecclesiis, Decimis, Hortis, Vineis, Olivetis, Pratis, Terris, Nemoribus, Vvadis, piscuis in bosco, & plano; in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis, & ut novalium, aut quae propriis manibus, aut sumptibus colebant, de quibus aliquis hactenus Decimas non perceperant, sive de animalium suorum nutrimentis, nullus ab ipsis Fratribus Decimas exigere, vel extorquere auderet, seu praesumeret; liceret quoque iisdem Fratribus Clericos, vel Laicos liberos, & absolutos à saeculo fugientes ad conversionem accipere, & eos absque contradictione aliqua retinere.

§.10. Prohibuit insuper, ut nulli Fratrum praefatorum post factam in domibus hujusmodi Praefessionem fas esset, nisi Prioris sui licentia auctoritate Religionis obtenta, de iisdem domibus discedere: discedentem vero absque communi litterarum Apostolicarum cautione nullus auderet retinere. Praeterea inhibuit ne ullus Episcopus, vel quilibet alia persona ad Synodos, vel ad alios Conventus forenses ipsos Fratres venire, nec iudicio saeculari de propria substantia, vel praefessionibus eorum subiacere compelleret, nec ad domos praefatas causas celebrandi, causas tractandi, vel aliquos Conventus publice convocandi venire praesumeret, nec Regularem dicti Prioris Generalis electionem impediret, aut de instituendo, vel removendo, vel revocando eo, qui pro tempore foret contra Statuta Ordinis se aliquatenus intromitteret, illud adiciens, ut scilicet Priores ipsi Episcopo, salvo Ordine suo, obedire deberent, & contra statuta Ordinis praefati nullam obedientiam facere compellerentur.

§.11. Pro consecrationibus vero Altarium, vel Ecclesiarum, Ordinationibus Clericorum, seu pro Oleo Sancto, vel quolibet Ecclesiae Sacramento, nullus à dictis Fratribus

sub pretextu consuetudinis, vel alio modo quicquam auctoritate extorquere, sed illis hanc omnia gratis Episcopi Diocesani imperent, alioquin licet eis quoscunque malent Catholicos adire Antistes, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentes, qui Apostolica fidei auctoritate dictis Fratibus, quod postularent, impertirentur. Quod si Sedes Diocesanorum Episcoporum forte vacarent, interim omnia Sacramenta ecclesiastica à vicinis Episcopis accipere libere absque contradictione possint; ita tamen, ut ex hoc in posterum propriis Episcopis nullum præjudicium generetur. Quia verò interdum propriorum Episcoporum copiam non habent, si quos Episcopos Romanæ Sedis gratiam, & communionem habent, & de quibus plenam notitiam habeant, per eos transire contigerit, ab eis benedictionem Vasorum, & vestium, & consecrationes Altarium auctoritate Apostolicæ Sedis recipere valeant.

§. 12. Cum autem generale interdictum terræ adfecta, licet eisdem Fratibus, clavis Janis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dedissent interdicto, submissa voce divina officia celebrare. Christma verò, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines forent promovendi à Diocesanis suscipere Episcopis, si Catholici forent, ac gratiam, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis haberent, & ea vellent sine pravitate aliqua exhibere.

§. 13. Prohibet similiter, ut infra fines suorum locorum, nullus sine consensu Diocesanorum Episcoporum, & dictorum Fratrum, Capellam, seu Oratorium de novo construere audeat, salvis Privilegiis Romanorum Pontificum, & ad hoc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque omnibus Ecclesiasticis, secularibusque personis, à dictis Fratibus omnino fieri vetuit: sepulturam quoque in Ecclesiis ipsorum Fratrum liberam esse decrevit, ita ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se in Ecclesiis eisdem sepeliri deliberassent, nisi forte excommunicati, vel interdicti, aut etiam publici usurarii essent, nullus obstitere: salvis tamen iuribus illarum Ecclesiarum, à quibus corpora mortuorum assumerentur.

§. 14. Decimas præterea, & possessiones ad jus Ecclesiarum dictorum Fratrum spectantes, quæ à Laicis detinebantur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinebant revocandi, libera esset eisdem Fratibus de Apostolica auctoritate facultas: Obviente verò generali Priore predicto, suorum quomodolibet successorum nullus ibidem qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponeretur, nisi quem dicti Fratres communi consensu, vel Fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum, & B. Augustini Regulam providerent eligendum. Paci quoque, & tranquillitati dictorum Fratrum parva in posterum sollicitudine providere studens, auctoritate Apostolica prohibuit, ut inter clausuras locorum dictorum Fratrum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam exercere auderet. Præterea omnes libertates, & immunitates à prædecessoribus suis Romanis Pontificibus locis dictorum Fratrum concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactioum à Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus rationabiliter eisdem Fratibus indultas confirmavit. Decernens, quod nulli omnino hominum liceret præfatas domos temere perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuscunque vexationibus fatigare: Sed ea omnia integra conservarentur illis, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa erant, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesanorum Episcoporum canonica iustitia, & in prædictis Decimis moderatione Concilii Generalis, prout in literis ipsius Gregorii præcessoris in hunc, qui sequitur, modum.

§. 15. Gregorius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori Generali, & Fratibus Sancti Pauli Priori Eremitarum, in Hungaria, & aliis Mundi partibus constitutis, sub Regula S. Augustini, tam presentibus, quam futuris Regularem vitam professis. In perpetuum Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuscunque temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod abicit, S. Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino Filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & domus vestras, in quibus divino vocationis obsequio, sub Divi Petri, & Nostra protectione suscipimus, & presentis scripti Privilegio communitur.

§. 16. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum Deum, & Divi Augustini Regulam in domibus ipsius auctoritate Apostolica institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones & quæcunque bona, quæ prædictæ domus in presentiarum iuste, & canonicè possident, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterunt adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Loca ipsa, in quibus prædictæ Domus sitæ sunt, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet cum Ecclesiis, Decimis, Hortis, Vineis, Olivetis, Pratis, Terris, Nemoribus, Uvadis, Pascuis in bosco, & plano in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus, seu novalium vestrorum quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus aliquis habitus Decimas non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis Decimas exigere, extorquere præsumat.

§. 17. Liceat quoque vobis Clericos, vel Laicos liberos, & absolutos è sæculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum vestrorum post factam in domibus vestris professionem fas sit, nisi auctoritate Religionis obtentâ licentiâ, de iisdem domibus discedere, discedentem verò absque communi literarum nostrarum cautione nullus audeat retinere: insuper etiâ auctoritate Apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus, vel quælibet alia persona ad Synodos, vel ad alios Conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de propria substantia, vel possessionibus vestris subjacere compellat, nec ad Domos vestras causâ Ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos Conventus publicos convocandi venire præsumat, nec Regularem Prioris vestri electionem impediat, aut de instituendo, vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Ordinis vestri se aliquid intromittat: illud adjectives, ut scilicet Priores ipsi Episcopo, salvo Ordine suo, obedire debeant, & contra statuta Ordinis sui nullam obedientiam facere compellantur: pro consecrationibus verò Altarium, vel Ecclesiarum, Ordinationibus Clericorum, pro Oleo Sancto, vel quolibet ecclesiastico Sacramento, nullus à vobis sub pretextu consuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hæc omnia gratis vobis Episcopi Diocesani impendant; alioquin liceat vobis quoscunque malueritis Catholicos adire Antistes, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes, qui nostra fidei auctoritate, vobis quod postulatis impendant. Quod si Sedes Diocesanorum Episcoporum forte vacaverint, interim omnia ecclesiastica Sacramenta à vicinis Episcopis accipere libere absque contradictione possint; sic tamen, ut ex hoc in posterum propriis Episcopis nullum præjudicium generetur.

§. 18. Quia verò interdum propriorum Episcoporum copiam non habent, si quos Episcopos Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam, & communionem habentes, & de quibus plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eis benedictiones Vasorum, & vestium, & consecrationes Altarium auctoritate Apostolicæ Sedis recipere valeatis.

ALEXANDER SEPTIMUS.

287

§. 19. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, dummodo causam non dederitis interdictis, suppressa voce divina officia celebrare: Chriftina etiam, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promovendi à Diocesanis Episcopis, si quidem Catholici fuerint, & gratiam, & communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea vobis voverint sine pravitate aliqua exhibere.

§. 20. Prohibemus insuper, ut infra fines locorum vestrorum nullus sine consensu Diocesanorum Episcoporum vestrorum Capellas, seu Oratorium de novo construere audeat, salvis Privilegiis Pontificum Romanorum, & ad hoc novas, & indebitas exactiones ab Archiepiscopis, & Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis & aliis omnibus Ecclesiasticis, secularibusve personis à vobis omnino fieri prohibemus: Sepulturam quoque in Ecclesiis vestris liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se in iisdem Ecclesiis sepeliri deliberarint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, aut etiam publici usurarii, nullus obstat, salva tamen iustitiâ illarum Ecclesiarum, à quibus corpora mortuorum assumentur.

§. 21. Decimas præterea, & possessiones ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à Laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

§. 22. Obviare verò Generale vestro Priore, suorum quomodolibet successorum nullus ibidem qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu Fratrum, vel major pars Consilii sanioris, secundum Deum, & Beati Augustini Regulam providerint eligendum. Paci quoque, & tranquillitati vestre paternam in posterum sollicitudine providere studentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut intra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temerè capere, vel insectare, seu violentiam audeat exercere.

§. 23. Præterea omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus locis vestris concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel aliis Fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti Privilegio confirmamus.

§. 24. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatas domos temerè perturbare, aut earum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ea omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, sub omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesanorum Episcoporum Canonica iustitiâ, & in prædictis Decimis moderatione Concilii Generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularive persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra temerè venire tentaverit, secundo, tertiove communia, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio excommunicationis existere de perpetrata iniquitate dignoscat, & à Sanctissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris Nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extrema exterminatione districtè subiaceat ultioni.

§. 25. Cunctis autem eisdem domibus sua jura servantibus sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen. Datum Avenione, per manum Petri Tituli Sanctæ Anastasie Presbyteri Cardinalis, Sanctæ Romanæ Ecclesie Vicecancellarii, duodecima die mensis Septembris, indictione nona, Anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, Pontificatus verò dicti Gregorii X. Papæ

Bullarii Magni Tom. V.

anno primo. Item prædictus Sanctissimus Pater Gregorius XI. propria manu se subscripsit, signum suum apponendo: & omnes Domini Cardinales etiam propriis manibus se subscriperunt, ad maiorem efficaciam, & certitudinem concessorum. Item Guido Portuensis, Tituli Sanctæ Rufinæ Episcopus, Item Raymundus Episcopus Prænestinus. Item Frater Guilielmus Episcopus Hostiensis, & Velletriensis, Item Egidius Tusulanus. Item Joannes Tituli Sanctæ Mariæ Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus Tituli S. Stephani in Cælio Montè Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis. Item Stephanus Tituli S. Eusebii Presbyter Cardinalis. Item Franciscus Tituli Sanctæ Sabinae Presbyter Cardinalis. Item Petrus Sanctæ Præcedis Presbyter Cardinalis. Item Frater Bernardus Tituli Sanctæ Priscæ Presbyter Cardinalis. Item Robertus Basilicæ Duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis. Item Guilielmus, Tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis. Item Joannes Tit. Sancti Marcelli Presbyter Cardinalis. Item Petrus Tituli S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis. Item Joannes Tituli Sancti Joannis in Lu. ina Presbyter Cardinalis. Item Raynaldus Diaconus Cardinalis. Item Vvilielmus S. Agnetis Diaconus Cardinalis. Item Iacobus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis. Item Petrus Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis. Item Hugo Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis. Item Petrus... Sanctæ Mariæ in Vialata Diaconus Cardinalis.

§. 26. Et successivè pax memoratæ Bonifacii Papa VIII. similiter prædecessor noster, omnia, & singula, libertates, immunitates, Privilegia, & Indulgentias, & facultates Abbati pro tempore existenti, ac Monachis Ordinis Carthusiensis, eorumque Monasteriis, seu locis ab Apostolica Sede quomodolibet concessa, seu indulta, eisdem Fratribus Sancti Pauli, eorumque Monasteriis, & locis, dummodo essent Canonice instituta communicavit. Et quod Prior Generalis, & ceteri Piores, seu loca tenentes Ordinis Fratrum Eremitum prædictos suos Fratres Novitios, & Conversos absolvere, & cum eis dispensare in casibus, in quibus Abbas, & Piores dicti Ordinis Carthusiensis poterant, liberè, & perpetuò possent indulgere, prout in ipsius Bonifacii prædecessoris literis tenoris sequentis, videlicet.

§. 27. Bonifacius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli Eremitæ sub Regula S. Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. In sinu Sedis Apostolicæ, cum Ordo, ac sacra Religio, sub qua virtutum Domino devotum impenditis famulatum consistentes, sic splendunt per virtutum incrementa, quod digne mererentur præcipuis atollis favoribus, & spiritualibus gratiis confoveri: Nos quidem Ordinem ipsum libenter prosequimur prærogativa favoris, & augmenta suorum processuum paternis affectibus promovemus.

§. 28. Hinc est, quod nos volentes, quòd idem Ordo felicioribus exinde augetur auspiciis, & tamò salubriùs possitis reddere Domino vota vestra, quantum poteritis fueritis gratiis, & libertatibus à Sede Apostol. communiti, vestris hæc in parte supplicationibus inclinati devotis, omnia, & singula, libertates, immunitates, Privilegia, indulgentias, & facultates, quæ hic ex certa scientia presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, dilectis filiis Patri Abbati pro tempore existenti, ac Fratribus Monachis Ordinis Carthusiensis, eorumque Monasteriis, seu locis ab Apostolica Sede quomodolibet concessa, seu indulta, vobis, & Monasteriis, ac locis vestris, dummodo sint canonice instituta, ut eis uti, & gaudere, & quod Prior Generalis, ac ceteri Piores, seu loca tenentes dicti vestri Ordinis possint suos Fratres Novitios, & Conversos absolvere, & cum eis dispensare in casibus, in quibus Pater Abbas, & Piores dicti Ordinis Carthusiensis possunt, liberè, & perpetuò valeatis vobis auctoritate Apostolice specialis gratia, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, tam præfatarum, quam omnium aliarum ordinationum, ac aliis contrariis non obstantibus quibuscunque, tenore præsentium indulgemus.

Bonifacius PP. VIII.

Nu. 3

Nullo ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, octavo Kal. Martii, Pontificatus nostri anno duodecimo, Incarnationis verò Dominicæ Anno millesimo trecentesimo nonagesimo nono.

Ad hoc dictus Gregorius prædecessor, intuitu, & contemplatione gloriolæ etiam memorie Ludovici Regis Hungariæ, Monasteria, Prioratus, & loca dictorum fratrum Sancti Pauli, quæ tunc habebant, & iustis modis in posterum obtinerent, cum Ecclesiis, seu Oratoriis eorundem, ac personis in eis degentibus à jurisdictione, ac dominio, & potestate Diocesanorum, & quorumcunque ordinariorum iudicium eximit, & totaliter liberavit, districtè usque inhibens Diocesanis, & aliis ordinariis quibuscunque, ne in Monasteria, Prioratus, vel loca hujusmodi, aut Ecclesias, & Oratoria eorundem, vel personas in illis degentes jurisdictionem aliquam exercere præsumerent. Ac decernens Monasteria, Prioratus, ac loca, necnon Ecclesias, Oratoria, & personas hujusmodi sibi, & Apostolicæ Sedi immediate subjacta esse, prout in infrascriptis ejusdem Gregorii prædecessoris, quarum tenor sequitur.

Greg. Papa.

Gregorius Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini in Hungaria, & aliis Mundi partibus constitutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Sacræ vestræ Religionis, sub quamundanis abjectis illæcebris, devotum, ac sedulum impenditis Domino famulatum, promeretur honestas, ut vos, & loca vestra specialibus gratiis, & favoribus prosequentes, illa vobis libenter concedamus per quæ divinis obsequiis, ac studio pietatis quietius, & liberalius vacare possitis.

Hinc est, quod nos consideratione charissimi in Christo filii nostri Ludovici Regis Hungariæ Illustris nobis super hoc humiliter supplicantis, & vestris in hac parte supplicationibus inclinatis, Monasteria, Prioratus, ac loca vestra, quæ in præsentiarum habetis, & præstante Domino iustis modis in posterum obtinebitis, cum Ecclesiis, seu Oratoriis eorundem, ac personis in eis degentibus præsentibus, & futuris à Jurisdictione, ac Dominio, & potestate Diocesanorum, & quorumcunque ordinariorum iudicium autoritate Apostolica tenore præsentium eximimus, & totaliter liberamus: Districtè usque inhibens Diocesanis, & aliis ordinariis quibuscunque, ne in Monasteria, Prioratus, vel loca vestra, aut Ecclesias, & Oratoria eorundem, vel personas in illis degentes, præsentibus, vel futuris, jurisdictionem aliquam exercere præsumant; ac decernentes autoritate præfata, Monasteria, Prioratus, ac loca; necnon Ecclesias, Oratoria, ac personas hujusmodi, nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subesse, ac irritum, & inane, si fecus super hoc à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, liberationis, inhibitionis, & Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Anapinæ sextodecimo Kal. Octobris, Pontificatus Nostri anno septimo, Incarnationis verò Dominicæ millesimo trecentesimo septuagesimo septimo.

Et denique per felicis memorie Martinum Papam Quintum prædecessorem nostrum accepto, quod antea dictus Bonifacius Papa Octavus prædecessor, ipsorum Prioris, & Fratrum precibus annuens, & cupiens, ut præfatus illorum Ordo ad felicioribus proficeret incrementis, quod majoribus gratiis foret ab eadem Sede Apostolica communis, autoritate Apostolica, & irrefragabili Constitutione prohiberet, ne aliqui, vel aliquis, cujusvis status, gradus, seu conditionis existeret, vel existerent, aliquam personam Religiosam, vel Fratrem dicti Ordinis professum, vel conversum de dicto

Ordine in Fratrem alicujus alterius Ordinis parisi, seu etiam archidicæ recipere, seu aliis ad professionem admitti, sine speciali licentia, & Apostolicæ Sedis potestate faciente plenam, & expressam de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, de cæteris sub excommunicationis pœna, quovis modo præsumeret, seu præsumerent, prohibitionem præsentem, ac inde secuta quæcunque eadem Apostolica autoritate approbavit, & confirmavit, & per alias literas, personas dictorum Fratrum, & loca in quibus divino essent mancipati obsequio, cum omnibus bonis, quæ tunc rationabiliter possidebant, aut in futurum iustis modis adipisci poterant, sub Sancti Petri protectione suscepit, atque Decimas, Terras, Possessiones, Domos, Vineas, Hortos, & alia bona eorundem Fratrum, necnon omnes immunitates, & libertates eis à prædecessoribus suis Romanis Pontificibus concessas, necnon libertates, & exemptiones sæcularium exactio-num à Regibus, Principibus, & aliis Christi Fidelibus rationabiliter ipsis Fratribus, & eorum locis hujusmodi concessas confirmavit, prout in ipsius Martini prædecessoris, quarum tenor sequitur.

Martinus Episcopus Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apostolicæ providentiæ circumspicenti personas sub regulari observantia vacantes assiduo studio pietatis, benigno favore prosequimur, & quæ pro ipsarum complectendis indemnitatibus, ac Religionis perseverantia pariter, & augmento providâ deliberatione facta fuerit, ut illibata persistant, solidiorem Apostolici roboris consuevit adjectore firmitatem. Dudum siquidem Bonifacius in sua obedientia, sub qua Dilecti filii Prior, & Fratres Sancti Pauli Primi Eremitæ sub Regula Sancti Augustini tunc persistebant, Nonus nominatus, ipsorum Prioris, & Fratrum precibus annuens, ac cupiens, ut Ordo præfatus eo felicioribus proficeret incrementis, quo majoribus gratiis foret ab eadem Sede communis, autoritate Apostolica, & irrefragabili constitutione prohibuit, ne aliquis, vel aliqui, cujusvis status, gradus, seu conditionis existeret, vel existerent, aliquam personam Religiosam, vel Fratrem dicti Ordinis professum, vel conversum de dicto Ordine in Fratrem alicujus alterius Ordinis parisi, seu etiam archidicæ recipere, seu aliis ad professionem admitti sine speciali licentia Sedis præfate, faciente plenam, ac expressam, ac de verbo ad verbum de prohibitione hujusmodi mentionem, de cæteris sub excommunicationis pœna, quam contrafaciens incurtere voluit eo ipso, quovis modo præsumeret, seu præsumerent, prout in suis literis desuper confectis plenius continetur.

Quare pro parte dictorum Prioris, & Fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut prohibitionem, ac literas hujusmodi potioris Sedis Apostolicæ muniminis præsidio fulcire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinatis, prohibitionem, ac literas prædictas, ac inde sequuta quæcunque rata habentes, & grata, illa eadem autoritate approbamus pariter, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Constantiæ tertio Kal. Ian. Pontific. nostri anno primo. Et in aliis ejusdem Martini prædecessoris, scilicet.

Martinus Episcopus, Servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori Generali, Vicariis, & Prioribus, ac Universis Fratribus S. Pauli Primi Eremitæ sub Regula S. Augustini ubicunque consistentibus, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor ætatis, quam etiam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii, quibus licet habere possessiones, & propriam in communi, ex indulto Sedis Apostolicæ, specialiter

ALEXANDER SEPTIMUS.

ciali, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, & loca in quibus divino estis mancipati obsequio, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis praesente Domino poteritis adipisci, sub B. Petri protectione suscipimus, atque nostra speciali auctoritate Decimas, Terras, Possessiones, Damos, Vineas, Hortos, & alia bona vestra, necnon omnes libertates & immunitates a Praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sive per Privilegium, vel alias Indulgentias vobis, & locis vestris concessas, necnon libertates, & exemptiones secularium exactionum a Regibus, Principibus, vel aliis Christi Fidelibus rationabiliter vobis, & iisdem locis vestris concessas, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis, vobis, & per vos eisdem locis vestris Apostolica auctoritate confirmamus, & praesentis scripti privilegio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, & communionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum de Sennis 7. Kal. Julii, Pontificatus nostri anno primo, Incarnationis vero Domini nostri millesimo quadringentesimo decimo septimo: singulis praesentis litteris plenius continetur.

Quare pro parte dilecti filii moderni Prioris Generalis, & Fratrum S. Pauli huiusmodi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus litteras praefatas, ac Privilegia, & indulgentias, facultates, libertates, aliaque praemissa pro firmitate eorum subsistentia, Apostolica auctoritate approbare, & confirmare, aliaque in praemissis providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui iustis, & honestis petentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, modernos Priorem praefatum, & Fratres S. Pauli huiusmodi, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, super causis ad Episcopos, & Regulares spectantibus praepositorum, dilecto filio nostro Tyberio Tituli Sanctae Priscae Presbytero Cardinale Muto nuncupato referente; singulas litteras praedictas, ac Privilegia, indulgentias, facultates, libertates, immunitates, exemptiones, praerogativas, praereminentias, Concessionem, Indulgentias, favores, & alias gratias universas Spirituales, & Temporales Priori Generali, & Fratribus S. Pauli, eorumque Ordini, ac Ecclesiae, Capellis, Oratoriis, Domibus, & aliis locis, bonis, & rebus praetactis, tam per praedictos, uti praemittitur, ac alios Romanos Pontifices Praedecessores nostros, etiam per viam Extensionis & Communicationis, quam per quoscumque Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes, ac personas seculares quoruncumque, & qualitercunque concessas, cum omnibus, & singulis inde legitime secutis, & sequendis, (quatenus Privilegia huiusmodi sint in usu, nec hactenus revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, & salva Concilii Tridentini quoad exemptionem a jurisdictione Episcoporum, & Ordinariorum, & circa accessum ad Synodum, benedictiones vasorum, ac vestium, necnon Altarium consecrationes dispositione, & circa Novitiorum receptionem, salva pariter dispositione Constitutionum Apostolicarum, & Institutionum Generalium, & praeterquam quoad Agriculuram propriis eorum manibus faciendam) Apostolica auctoritate praedicta, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, gratiaque, & rata habemus, ac denuo concedimus, necnon illis perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam Juris, quam facti, & solemnitarum quarumcumque jure, usu, vel consuetudine, aut alias quomodolibet requisitarum, vel necessariorum, & quovis alios qua-

rumvis substantiales defectus, si qui quomodolibet intervererint, aut intervenisse dicit, vel censeri possint in eisdem, dicta auctoritate Apostolica supplemus.

Decernentes, litteras, Privilegia, Indulgentias, facultates, Libertates, Immunitates, Exemptiones, Praerogativas, Praereminentias, Concessionem, Indulgentias, Licentias, Favores, & alias Gratias praedictas, perpetuo validas, & efficaces, ac validas, & efficaces esse, & fore, subque plenarios, ac integros effectus sortiri, & obtinere: Necnon Priori Generali, & Fratribus Sancti Pauli, & eorum Ordini, illiusque Ecclesiae, Capellis, Oratoriis, Domibus, & aliis locis, rebisque, & bonis praedictis suffragari, illisque, & illa, tam per Priorem Generalem, Provinciales, eorumque Vicarios, Definidores, illisque Superiores, & Officiales nunc, & pro tempore existentes dicti Ordinis Sancti Pauli, quam quoscumque alios, ad quos nunc quomodolibet spectat, & spectare poterit in futurum, perpetuo firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleti debere, ab illisque resiliiri, & recedi nunquam posse, sicut per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictae S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, ac Regula nostra de gratiis, & Indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis S. Pauli juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illi, illiusque Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac eam quibusvis clausulis, & Decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quavis alia expressio habenda, vel aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod praesentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, vel expressis, ac sigillo alicujus Praelati, aut Generalis ejusdem Ordinis Sancti Pauli, vel personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem proflus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, ac in Romana Curia, & extra eam ac si Originales litterae forent exhibita, vel ostenta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, confirmationis, approbationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, Idibus Februarii, Pontificatus Nostri Anno primo.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, praedictus Ordo S. Pauli Primi Eremitae, & seu eius Prior Generalis, & Fratres in litteris praesentis, Ordinis S. Augustini, per errorem denominentur, & nuncupentur, quippe qui sub Regula quidem ejusdem S. Augustini ex concessione Sedis Apostolicae vivunt, non tamen dicti Ordinis S. Augustini existant. Cumque firmiora, & illibatora persistant illa, quae sepe ab Apostolice muniminis constabulantur praesidio, Nobis propterea praedicti Prior Generalis, & Fratres exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praesentis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus

ALEXANDER SEPTIMUS

ribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laeti, si quibus quomodolibet immodata existunt, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, Ordinem S. Pauli Primi Eremitæ hujusmodi, & seu ejus Priorem Generalem, & Fratres in præsertis literis, Ordinis S. Augustini, per errorem denominatos, & nuncupatos fuisse, autoritate Apostolica tenore presentium declaramus, ipsosque Priorem Generalem, & Fratres proinde Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, sub Regula ejusdem S. Augustini, non autem Ordinis S. Augustini, denominari, dici, & nuncupari debere statuimus, & decernimus.

§. 1. Præterea singulas Urbani, & aliorum prædecessorum litteras Apostolicas præinsertas, ac Privilegia, Indulta, Facultates, Libertates, Immunitates, Exemptiones, Prærogativas, Præminentias, Indulgentias, Favores, & alias Grantias universas, Spirituales, & temporales, dicto Ordini S. Pauli Primi Eremitæ, ejusque Priori Generali, & Fratribus, necnon Ecclesiis, Capellis, Oratoriis, domibus, & aliis locis, bonis, & rebus prædictis, tam per prædictos, ut præfertur, & alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, tam per viam Extensionis, & Communicationis, quam per quoscumque Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes, ac personas seculares quomodocunque, & qualitercunque respectivè concessas, & concessas, cum omnibus, & singulis inde legitime securis, & securis (quatenus tamen Privilegia hujusmodi sint in usu, nec hæctenus revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa) & alias juxta præinsertas Urbani prædecessoris litteras, sublato, & correcto duntaxat errore circa denominationem, & nuncupationem dicti Ordinis Sancti Pauli Primi Eremitæ, & seu ejus Prioris Generalis, & Fratrum, sicut præmittitur, commisso, autoritate, & tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in iisdem, supplemus.

§. 6. Decernentes easdem præsertas, ac præinsertas litteras semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, ac prædicto Ordini S. Pauli Primi Eremitæ, ejusque Priori Generali, & Fratribus, & aliis ad quos quoquo modo spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & de latere Legatos judicari, & de finiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, præsertis literis, necnon omnibus, & singulis, quæ in eisdem literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut presentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Priori Generali dicti Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ, vel alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorū adhibeantur, quæ ipsis presentibus adhiberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1658. Pontificatus nostri Anno quarto.

Breve confirmationis contractus unionis, seu consortii Ecclesiæ, ac modi eligendi Officialis inter universitates Cauponum, seu Hospitum, & Albergatorum Urbis.

Privilegia Cauponum, Hospitum, & Albergatorum confirmavit Pius IV. Constit. 71. tom. 2. in qua determinat, quando tenentur de factis factis in eorum hospitibus.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

EX commissa Nobis divinitus dispensationis officio controversias inter Universitatem Stabulariorum, seu Albergatorum ex una, & Universitatem Cauponum, seu Hospitum, necnon hospitum Albergatorum mixtorum de Urbe ex altera partibus, de & super præsentia rescissione, sive nullitate contractus unionis, seu consortii Ecclesiæ S. Juliani, & aliis hinc inde deductis præsentibus, & signanter super electione Guardianorum, & officialium eorundem Universitatum subortas dirimere cupientes.

§. 1. De Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorū super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis prædictæ à Nobis institutæ deputatorum consilio auditis pluries per Venerabilem Fratrem Marcum Antonium Episcopum Hierapolitarium unum ex Prælati, & exequutores decretorum ejusdem Congregationis, partibus præfatis, earumque rationibus, & iuris ponderatis, ad cõservandam unitatem, concordiam, & pacem inter easdem Universitates, illarumque homines & ut omnis inter eos dissensionis fomentum de cæterò præcidatur, ac illi in unum fraternam charitate convivant.

§. 2. Instrumentum unionis, & concessionis consortii ante dictæ Ecclesiæ S. Juliani, licet nondum Sedis Apostolicæ auctoritate in vim literarū fel. rec. Urb. Papæ VIII. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis expeditarum confirmatum, inter partes prædictas servandum esse, auctoritate Apostolica tenore presentium decernimus.

§. 3. Præterea quod fructus locorum quinque Montis Salis secundæ erectionis provenientes ex pretio communicationis dictæ Ecclesiæ, soluto per universitatem Hospitum, seu Cauponum spectent, & sint proprii, ac ad liberam dispositionem antedictæ Universitatis Albergatorum: reliqui verò fructus aliorum duorum locorum ejusdem Montis, qui remanent, & continentur in literis parentibus die 28. Aprilis 1644. & die 16. Novembris 1645. expeditis, sint pariter, & spectent ad liberam dispositionem Universitatis Hospitum, seu Cauponum; ita tamen ut fructus prædicti erogari non possint, nisi in usum, & beneficium dictæ Ecclesiæ olim S. Juliani, nunc autem sub invocatione Sanctorum Martini, & Juliani, auctoritate, & tenore prædictis statuimus & ordinamus.

§. 4. Volentes, quod in futurum eligantur sex Guardiani, duo scilicet ex simplicibus Albergatoribus, alij duo ex Hospitibus, seu Cauponibus, reliqui verò duo ex Hospitibus Albergatoribus mixtis: & ad effectum prædictum fieri debeant tres pyxides, seu bussule, in quibus ponantur, seu imbuantur personarum Universitatum hujusmodi nomina, extrahenda solitis temporibus: & idem proportionabiliter servetur in cæteris Officialibus earundem Universitatum.

§. 5. In reliquis verò observentur ipsarum Universitatum statuta, necnon conventione, & disposita in prædicto instrumento consortii, quibus nullatenus censeatur derogatum. Cæterum præsentibus litteris semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, illisque ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, &

D. P. d. 4. die 6. Sept.

27.

Edita 1659.

Motivale in Cons.

ALEXANDER SEPTIMUS

& Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniti debent, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorante contigerit attentari, pariter, decernimus.

§. 6. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, memoratarum Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Septembris 1658. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

VI. Quòd non extrahantur libri, & scripturæ ex Archivis, & Conventibus, ac Bibliothecis Canonicorum Regularium Congregationis S. Augustini in Regno Portugallie existens.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Conservationi, & manutentioni librorum, & scripturarum Bibliothecarum, & Archiviorum publicorum omnium, & singulorum Conventuum Congregationis Canonicorum Regularium S. Augustini in Regno Portugallie existentium, quantum cum Domino possumus bonignè consulere, ac dilectum filium Modernum Priorem Conventus Sanctæ Crucis dictæ Congregationis Colimbriensis, qui totius Congregationis prædictæ Regni Portugallie Prior Generalis ex consuetudine existit, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes: Supplicationibus dicti Prioris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 1. Ne de cetero quisquam quavis auctoritate, officio, vel dignitate fungens libros, quinterna, folia, literas Apostolicas sub Plumbo, vel in forma Brevis expeditas; indulta, privilegia, aliisque scripturas publicas, & privatas, tam impressas, quam manuscriptas, tam hæcenus in quavis, & quovis Bibliothecarum, & Archiviorum Conventuum, & Collegii colimbriensis Congregationis hujusmodi in Regno Portugallie prædictæ existentium collocata, & illis per quoscumque Fideles donata, & assignata, quàm in posterum forsan in eis collocanda, & illis donanda, & assignanda, quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore, ingenio, causa, ratione, aut occasione ex quacumque Conventuum Congregationis hujusmodi Bibliothecarum, & Archiviorum in dicto Regno existentium extrahere, & asportare, seu ut commodentur, & asportentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumat, sub excommunicationis late sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrahentes eo ipso absque alia declaratione incurrendis, Apostolica auctoritate tenore presentium interdicens, & prohibemus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis: ac quatenus opus sit; Conventuum, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.
Volumus autem quòd presentis prohibitionis copia

in valvis singularum, & singulorum dictarum Conventuum hujusmodi Bibliothecarum, & Archiviorum, vel alio conspicuo loco, quo ab omnibus omnino personis, omnibusque affixa remaneat: Quòdque presentium mandatorum, etiam impressis, manu alicujus Nostri publicè subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur; qui presentibus adhiberetur, si forent exhibitus, vel ostensus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1658. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

LVII. Quòd Iudæi solvere teneantur Pensiones Domorum illocatarum Ghetri, pro tempore quo illæ non erunt locatæ.

Vide ad Constit. 151. Urbani VIII. super præstatione alimentorum Hebræis creditorum. Tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ad ea per quæ Christi Fidelium quorumlibet, præsertim verò hujus Almæ Urbis nostræ incolarum commodis, & utilitatibus opportunè consulitur, libenter intendimus, & desuper auctoritatis nostræ partes favorabiliter interponimus, prout rationi, & æquitati consentaneum esse conspicimus.

§. 1. Cùm itaque aliàs fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster indulerit Universitati Iudæorum ejusdè Urbis inter alia, ut è domibus intra septa Ghetri eorundem Iudæorum, quas ipsi pro tempore inhabitant, quovis pretextu expelli, ipsarumque Pensiones domorum, quas tunc solvebant, augeri minime possent. Sicut autem accepimus, ipsi Iudæi in vim privilegii, seu indulti hujusmodi domos prædictas sibi invicem absque dominorum illarum consensu vendant cum earum persæpe membrorum confusione, & desuper dotium, & alios qui sciri non possunt contractus, & hypothecas consciunt, unde Pensiones hujusmodi domorum suis dominis difficilius exactionis redduntur, ac insuper domos prædictas aliis Iudæis sublocant, in easque multo plures inquilinos inducunt, ita ut ex eis longè majorem ea, quam salvunt, percipiunt pensionem, domosque hujusmodi adeò male inhabitent, ut domini crebrò ad illarum instaurationem cogantur, viceque versa domos prædictas pro suo arbitrio dimittere posse prætendant, & re ipsa plurimæ illarum multos annos illocatæ fuerint, emanata inter ipsos prohibitione ne eorum ullus domum ab alio Iudæo dimissam conducat: cumque fraudibus hujusmodi nulla alia ratione obviam iri possit, quàm via juris, & litium, quas ea propter per domorum prædictarum dominos, inter quos multa loca pia existunt, magno cum incommodo, & dispendio in dies sustineri oportet.

§. 2. Hinc est, quod Nos Iudæorum prædictorum malitiam ea in re opportuno remedio retundere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Universitatem Iudæorum in Urbe prædicta commorantium quibuscumque Christianis dominis domorum in eodem Ghetto consistentium, nunc, & quandocumque in futurum illocatarum, pro tempore quo illæ non erunt locatæ pensiones solitas perinde, ac si particularibus Iudæis locatæ essent, solvere teneri, & obligatam existere, atque ad id opportunis juris, & facti remediis summarie, simpliciter, & de plano sine figura, & strepitu judicii, ac sola facti veritate inspecta, omni & quacunque appellatione remota cogi, & compelli posse, & debere, tenore presentium perpetuò statimus, volumus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes presentes literas etiam ex eo, quòd prædicti Iudæi ad præmissa citati, & auditi non fuerint, & illis non cõsenserint, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu, ac ex qualibet alia causa, colore, & pre-

10. 57.

10. 58.

firmat in Rubric.

Contrariis derogat.

D. P. An. 4. die 24. Sept.

Edita A. D. 1658.

Exordium.

Decretum irritans

ALEXANDER SEPTIMUS

consequens enormis, & enormissime lesionis, illo unquam tempore noceri; impugnari, rescindi, retractari, aut ad viam de convitiis juris reduci; & revocari, seu adversus illas appellations vel restitutionis in integrum, aut quodvis aliud juris, & facti remedium impetrari, seu etiam Mensuranti concessio quempiam in iudicio, & extra illud vel minime posse, sed illas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de Litteris Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si forte super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellarie Apostolicæ Regula de non tollendo jure quoesito, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens ad præmissorum effectum specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D.P.A. 4. die 15. Nov.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 15. Novembris 1658. Pontificatus Nostri Anno quarto.

LVIII. Bulla, sive litteræ decretales Canonizationis S. Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini.

Beatorum numero eundem D. Thomam adscripsit Paulus V. Conf. 118. In supremo, & festo solemnitate cum officio, pro universo ordine Eremitarum S. Augustini ubique terrarum extendit Greg. XV. Conf. 5. Alias.

ALEXANDER EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Sanctissimum Regem, & Prophetam eum Dei spiritu plenus omnia creaturarum rerum genera ad Creatorem suum laudandum dulcissimis Psalmis invitavit, hominum præcipue causa id facere haud obscure cognoscitur: Etenim Angelicæ mentes, quas primo vocat; animantia item cuncta, atque inanimata, quæ deinceps appellat, nihil admodum ejusmodi sive jussu, sive incitamento indigebant; quippe illæ beatitudinis suæ necessitate ter sanctum hymnum incessabili voce proclamant, ista verò suo modo auctorem suum, dum silent, laudant, aliisque divinitatem Opificis contemplantibus laudandum præbent. Igitur Fideles prophetici vocibus potissimum excitantur, quibus maxime dicitur **LAUDATE DOMINUM IN SANCTIS EIUS**; honorantes videlicet **Viros sanctos factos amicos Dei**; glorificantes in terris, quos ille gloria, & honore coronavit in caelis; domesticos Dei vestris in Difficultatibus suppliciter advocantes: denique Dominum agnoscentes, & colentes in servis eius. Atque hoc ipsum Catholica Ecclesia, spiritu sancto docente, præclare intelligit, dum illis suis quotidie ferè sancti alicujus memoriâ divino officio, ac precibus recolendam offert, celebrandamque, & dum temporis intervallis nonnullos egregie sanctitatis, & miraculorum luce inter alios veluti sidera coruscantes, divino instinctu, Apostolica Pontificali auctoritate Sanctorum adscribit numero, populisque fidelibus venerandos proponit: nimirum ut caratione Om-

nipotenti Dei laus, & gloria magis, ampliusque celebraretur, ejusdemque bonitati, ac benignitati summi ageretur gratiæ, qui dedit virtutem, & potentiam talem hominibus. Quod verò idem Deus in hæc tempora, quibus ineffabili providentia, nullis nostris meritis, Ecclesie suæ præesse nos voluit, reservavit, ut sanctissimus, sibi que maxime dilectus Sacerdos Thomas de Villanova eo titulo, atque honore decoraretur. Nobisque hanc mentem inspiraverit, sedulo felicitatem in Domino gratulamur, quod novum, ac salutare sanctitatis exemplum intueri propius, novumque apud Dei misericordiam interpretem, & intercessorem præsentibus in periculis, ac necessitatibus invocare præcipue possit, ejusque precibus pacem, & tranquillitatem in diebus suis placato Domino sperare. Scorsum autem nostro nomine pro eo, ut debemus, importales gratias humillimè habemus, atque agimus eidem divinæ benignitati: jam verò ut Thomæ sanctitas testimonio etiam nostro innotescat.

§. 1. Vir iste sanctissimus ortum habuit in Castro Fontispiani Toletanæ Diocesis anno à salute Orbis reparata 1488. ex honestis, & Catholicis parentibus Alphonso Thoma Garcia de Villanova ejusdem Diocesis Oppido, & Lucia Martinez Castellana, aded charitati deditis, ut nunquam ab se vacuo sinu egenum abire permisissent.

Patris parentis

§. 2. Ac veluti ingenito quodam pietatis, & misericordie sensu ex matris alvo secum delato, & sub ejusmodi parentibus educatus, antea visus est se Deo Dicere, quam Deum posset per ætatem cognoscere. Nunquam negavit pauperibus Christi, quod peterent, & oculos viduæ expectare non fecit, nec buccellas suas solus comedit, sed comedit pupillus ex ea; nam jentacula ad gymnasium proficiscenti dari solita esurientibus particiebatur, ac pauperum nuditatem commiseratus læpè domum repetebat sago, thorace, pilco, caligis, & pallio denudatus: Matrem quandoque enixè precatus, ut pauperi supervenienti consueta, ac quotidianæ elemosinarum distributioni paratum sibi prandium adjiceret sponte ea die, se minime comesturum: quo obtento & innocenti jejunio satur, mentem divina esurientem coelestibus dapibus recreabat. Et exinde ad Xenodochia reficiendis languentibus ova recens edita deferret; usque aded à teneris unguiculis in egenos effusus, ut pullos ipsos gallinæ sublatis Christi Domini pauperibus distribueret; ac melloribus aliquando præfectus, egenis spicas colligentibus, non illorum solùm sed proprium, ac sibi destinatum cibum partiretur; semper tamen parentum imperio æquè subditus, quantum charitas in Deum laudabiliter suaderet, ab eorum mandatis non declinabat.

§. 3. Optavit enim, & datus est ei sensus, invocavit, & venit in eum spiritus sapientiæ, quo agente, Patrem luminum, & domi, & in templis assidue præcabatur, & concupiscentiam carnis robulto, atque integro sanctitatis rigore calcavit, castigans corpusculum suum, & in servitum redigens, cilicio, & flagellis domans; quibus ab eo per oblivionem in cubili quandoque relictis, & à matre non sine admiratione repertis, evidenter patuit in eo à tritura sementem, à vindemia palmitem, à pomis radicem præveniri. Quam sanè in se ipsum privatam, & tacitam severitatem pari etiam modestia coadiebatur, aded enim modestus fuit, ut nunquam è terra oculos levare consueverit; adedque castus, & pudicus, ut ad extremum usque spiritum virgo permaneret, neque unquam ex ejus ore verbum prodierit, quod puritatem pectoris non redoleret.

Carni rificenti, modestia, puritate, ginali

§. 4. Intelligens autem fore, ut ij qui docti fuerint, quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates fulgeant; Compluri in Collegio S. Ildephonsi in disciplinis, & facultatibus, omni que virtutum genere doctores ipsos facile superavit. Logicas subinde, & Theologicas quaestiones explanavit. Jam verò satis in Christiana palæstra edoctus, ac Evangelici memor effari: Qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus; merito parentis obitu se Cathedre ornameto, & com-

Doloro, mini, par, monum, u, virginis, alendi, u, pendis

modis

ALEXANDER SEPTIMVS.

Multis abdicatis... quod illis... Hinc illa...
... ut adire lo...
... Oblivione p...
... Unde cum annu...
... de seculari...
... duxit cum Domini...
... in solitudine...
... ad cor ejus...
... Ordini Eremitarum S. Augustini in...
... Salamantino. Conventus nomen dedit die...
... Novembrii 1516. ac per annu...
... mira austeritate vite...
... Religionis rudimentis...
... recurrence mox eadem...
... Novembrii ibidem solemnem Professionem...
... emisit...
... simulata charismata...
... brevi religiose per...
... fectionis matam attigit...
... ut vixit annis...
... ejusdem...
... Conventus sit Prior...
... tunc de Prioris Con...
... ventus S. Augustini Burgensium...
... Visitatoria Provinciarum...
... Castellae & Leonicensium...
... Provincialia Definitoria...
... ejusdem...
... Provinciae Castellae...
... & Prioris Conventus Vallisoletani...
... mania in vita...
... ac morum exemplis obivit...
... eoque zelo...
... labefactam regularis disciplinae...
... integritate restituit...
... ut numero Reformatorum Ordinis...
... adscribi promeruerit.

6. In hac volente Altissimo rigare Montes de Superioribus suis, jussu est talentum sibi a Domino creditum non abscondere in terra, sed ut sapientissimus dispensator in communem utilitatem convertere: In praedicto igitur perecelesti Salmantino Conventu ex obedientia Magistrum Sententiarum, & Religiosis sui Ordinis, & exteris advenientibus exposuit, S. Thomae doctrinam secutus: ad quod & nominis similitudo, & Religionis consuetudo eum hortabantur, eoque doctore tantus fuit discipulorum profectus, ut cum factum bellum principibus, & potestatibus tenebrarum indicere detrevisset, eos dignos invenit; quos ad expugnandas Mexicanae Infidelitatis atres, dum ipse postea Provincialis officio fungeretur, ad Apostolicam formam plane conformatos, ut Angelos veloces ad gentem Christianae Religionis penitus ignaram transmitteret; eos accendens proposito gaudio, aut futurae illarum a Deo averfarum mentium conversionis, aut propitii pro Christo effusi sanguinis laureae consequendae; quorum primum non sine magno Christianae Reipublicae emolumento clementissimus Dominus felicissimo eventu per illos comprobare dignatus est.

7. Dum in istis versatur; Spiritus Domini super eum pauperibus evangelizare misit eum, nam & Cathedra ad Suggestum ex obedientia translatus, visus est populis tuba vitae, & vox caelorum, ac proinde vas electionis, ut portaret nomen Iesu cotam Regibus, & Principibus. Propterea Carolus V. Imperator eum sibi a concubibus singulariter elegit; cuius Apostolicus spiritus omnibus omnia factus, sapientibus, & insipientibus ubi divini pabulum erogavit, ita ut una omnium voce Spiritus sancti organum proclamaretur.

8. His permoti idem Carolus V. & Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus labefactam Valentiae Ecclesiae ex diuturna viduitate disciplinam, Thomae tantum Praefule ad eam proposito restitui posse pie crediderunt. Verum, ne ut antea Granatensis Ecclesiae insulas reculerat, eo quod elegeret abiectionem esse in Domino Dei sui, etiam Valentiae curam suscipere abnueret, ubi Imperatoris, ac Regis voluntatem non satis ugete comperit fuit, iidem petentibus a suo Superiore adactis, cellam cum lachrymis deserens, Valentiam sese contulit & in Conventu S. Mariae de Succursu Ordinis S. Augustini equo descendens, factu solemnibus ingressus vicato, pedes cum soeio, simplicibus Religiosi habitu inducus ad Cathedralen perrexit; atque haec humilitatis fundamenta jecit, ut Ecclesiastici Praefulis eulmen quo profundius stablileret, & solidus, & sublimis evereret.

9. In hoc Cathedrae fastigio bonus & Pastor animam suam posuit pro ovibus suis, & licet gladius persecutoris eum non abstulerit, martyrii tamen palnam non amiserit: Ecclesiasticam enim disciplinam, & Laicorum

Mores cosu. Synodo Provinciali...
... inflantur...
... ad orium...
... prope...
... vendam...
... charitas...
... oratio...
... eriam...
... iterat...
... no...
... ergebat...
... foras...
... ab oculis meis.

10. Et quamvis suaviter animos ad honestam sectandam alioque studium, fortiter rursus in se ingerere non pretermisit: Nam & invicem eriam tuendis Ecclesiae juribus, & Ecclesiasticae conservanda auctoritate ostendit, illis verbis usum, se gloriosam magis mortem, quam odibilem vitam, amplexum, nec supplicia pro Ecclesiastica immunitate debito Pastoralis officii in libertatem vindicanda re, aut fugere. Quod ex antea dicit ostendit cum legio Ministro minitanti reru temporalium exspoliationem, impeterrita mente respondit: Tunc magis locupletis ero, cum temporali subsidio libet ad cellam letus remigrabo, ubi D. Augustinum parentem meum inveniam; a quo non nisi invitus, & lachrymis discessi Delinquentes debitam poenam subire tenentis coegit Ecclesiasticis eximia charitate exestuans, & se pro suis holocaustum offerens, quos obsecrando, & arguendo corrigere non potest; iidem enim adstantibus se usque ad sanguinem flagellando, semetipsum cum lachrymis increpando. cuius peccatis fieri dicebat, si non respicerent, sic compungebat, ut eos ad poenitentiam, & meliorem frugem redigeret.

11. Ita tamen mira benignitate, charitatis excellentia, prudentiae suavitate plures tum ex Clero, tum ex populo in viam timoris Domini reduxit, ut ubi malo suorum familiarium exemplo, ne alii infici possent, veretur egregius puritatis amator, neque ad horam ullum impudicitia scedatum domi suae detinuerit; quin & ipsum fratris filium lascivae culpa notatum domo expulit, & patriam repetere sine mora coegit.

12. Quapropter sic in labore, & arumnis, in vigiliis, & jeuniis arguens, obsecrans, increpans in omni patientia, & doctina, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, & alter veluti Paulus, divinitus intellectus, & divini amoris cereus nuncuparetur; adeoque Dei amore flagrabat, ut passim dicere solet, ubi prope modum tolerabilius videri, se in Infernum dimitti, quam non diligere Deum, & praerignibus, & tormentis illud unum expavesce, quod qui cruciantur in Inferno Deum oderunt.

13. Et ecce data est ei pax foederis Domini, & fuit illi pactum Sacerdotii sempiterni, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiarum Israel, & quia misericordiam habuit, erudit ut quasi Pastor gregem suum, Christo Domino dilectis, obtemperans pavit agnos, pavitque oves ipsius. Aded enim fuit in pauperes liberalis, & pareus erga seipsum, ut quo egenis, quorum se parentem gerebat, largius subveniret, laceras indueret vestes, quas propriis manibus farciebat, unicum pileum proprio usui domi asservaret, cubiculum stercis visitum incolet, super sementis in terra quiesceret, se & pauperes convivas ex eadem patina cibum sumere permitteret; ipse vero ad eam parva comederet, ut senio, & infirmitate confectus, unico, eoque modico ferculo mensam instrui permisit, & Oeconomus secus cum precibus suadenti sepius responderet, iniquum esse ut servus pinguiori cibo, quam Domini sui pauperes vesceretur; linteae & proprio cubili desumens, & indutus se ipsum exuens, ea pauperibus largiebatur, ratus ea, quae pauperum erant, citra injuriam illis denegari non posse, in quo sui sanctissimi Patriarchae Augustini perfectus extitit imitator, & filius, quod nil suum retinuit, in d totum reputavit commune cum fratribus; unde & S. Gregorii Magni vestigia secutus, Catalogum pauperum omnium penes se retinebat, ut singulis pro egetate consu- lere posset. Prorsus prellis egenis dotem pro conditione suppeditabat. Cu nque Mauri praedari essent Opidum Collera suu Deceffus, & plurimos incolae captivos duxissent, ingenientem aureorum vin in istis jugo

ad d...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

Ingo servituti commendatis liberaliter profudit. Cumque experientia didicisset pauperes feminas in ordine in publica via projectas vitam negligenter ad se pertinetes affectu curavit, & gradatim pecuniam succurrant in se alienare, & educandis impendit.

Tria or-
Colligis

§. 15. R. T. r. r. r. Collegia, quae pinxitibus dotavit. Primum Valentiae, alterum Comptulci, tertium Oriolae; & quibus viri tam probitate, tam doctrina praestantes stant prodire.

His or-
tum am-
pliarat,
in hunc.

§. 16. Infirmum hunc vii secundum cor sunt pietatis Me idem praestitit Dominus, qui & fecit mirabilia magna solus, & est mirabilis in sanctis suis, singularem commoventem divinam suam dextera praeter consuetudinem charitatis secundum ordinem operantis, accepit sibi esse constitutum. Ad sublevandam enim miserabilis feminam factum est, ut Subditos fratrum Archiepiscopi sibi miseretur ad horam, quod pariter ante vultum peritus reliquerat, quod cum percerisset, & jacta timis gratia exuberantia cum Subditio homo, & aliis conspicuus est, & dum ianuam aperire studeret, magis vi sicutenti compressant vix totis viribus impellens reserare potuerunt; quamobrem stupore percussus magnis vocibus inelamant, miraculum Tompe Thomae ad accutens, cunctis silentium praecipiens, mulieri triticum elargitus: Vescere, ait, & Omnipotenti gratias age, qui tibi istud paravit.

Paralyticis
sanat.

§. 16. Ad haec confusus, se missum, ut mederetur contritis corde, producto super pauperem quemdam Calvaugustianum quadraginta annis paralyti laborantem, & fulcimentis insistentem signo Sanctissimae Crucis dicebat: Confide, & dic gratias Deo, qui dignatus est tibi salutem impartiri, consolidavit bases, & plantas ejus, ita ut paralyticus se etigeret undique validus, repositusque fulcimentis ad pedes ejus procumbere: cui Sanctus Archiepiscopus silentium indixit, ac Deo gratias ut esset, & pro se preces fundere, hortatus est.

Quamplu-
rimos ad
paralyticis
revocavit,
et mira de
divina Tri-
nit. myster-
expulsi.

§. 17. Memor etiam promissionis Christi Domini: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; nunquam ad conaciones habendas perrexit, aut conventionis alienius provinciam suscepit, nisi Deum prius efusus precibus extorsisset, ut divina gratia dura peccatorum corda emollire dignaretur; mox ab huiusmodi oratione confurgens eo fervore, ardentique zelo peccatores cortripuit, ut quamplurimos ad peccati entiam, & perfectionis vitae semitam revocaverit; quos raptos dolore cordis in te necus ad Confessatili pedes illi d accurrere impellebat, Contigit etiam, ut coram d'cto Rege Philippo I. agens de ineffabili Sanctissimae Trinitatis mysterio, edoque exerceret mentem, ut Archiepiscopus Gramate his vir doctissima, ac pietate praeditus, dixisset se non putasse eum se posse attollere, quod quae audisset, humanum intellectum longe excederet. Huiusce rei, & aliarum quamplurimum concionum coelex, se superstitio, nunquam Thomae singulari modestia, ut typis committeretur, praebuit assensum.

In Ascensio-
nis Domini
celebratio-
ne a terra
delevatus.

§. 18. Continuum insuper Dei Servus mentis elevationem patiebatur, ita ut a conclusionibus, aliisque sacris functionibus abstinere cogere; exinde mundi gloriam ea ratione devotans. Quam tamen novissimo loco interitis recumbentem, altius qui eum ad nuptias invitaret, non sine magna gloria coram discumbentibus ascendere compulit. In ipsa enim Ascensionis Domini celebritate cum divinis officiis interesset, ad Amphiphoram Nonae, v. dentibus illis elevatus est; & ipse quoque a terra sublatus proflus immobilis integro duodecim horarum spatio omnibus videntibus permanens; quasi jam felix illa anima suo itinere ad Deum se accingeret.

Aegro: le-
dem suum
pauperi la-
gior.

§. 19. Tandem his, multisque aliis meritis plenus in febrem incidit, ac cum peculio domesticum jamdudum in piis usibus consumpsisset, quae pauperum supplicia si supererant, inter pauperes familiares paratus est; obitus vero cujusdam Commentariensis patrifamilias egeni, orbile quo aegrotans jacebat, cum nil aliud ipsi superesset, ei donavit: & tunc ut quod suum erat, au-

ferret; hortabatur, ac remanentibus familiaribus solum super florem ponere, ut fieri postulabat, inim� timas per viscera Jesu Christi, & Commentariensis ejusdem cubilis usum ad mortem usque precans est, ut qui illis pauperibus totum viderat, in alieno decedens pauperibus miteretur.

§. 20. Cumque peans, de vigiliis expulset adversum Domini sui, Episcopus Segobricensis usrimoni ad ventare vire teemnam nunciavit, cui exhilarans gratias egre, & addidit: Letatus sum in his; quae dea sunt in illi, in Domini ibitus; usrupans etiam illud S. Martini: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; in minus, copio dissolvi, & esse rocam: Tunc vero cum per Orconomum quinque mlti dium ancorum suum superest significet esse, cum pauperibus distribuit mandavit: amque intellexisset omnibus civitatis pauperibus abunde esse subventum, & ad huc mille, & quingentos duros reliquos esse, ad immortalitatis bravim terre is omnibus affectibus exproliatus anhelans se conquestus est: Cor me hic detinetis ad hunc, he ad fruendum bono, quod mihi paravit Dominus evolens propore, opus absolvis, ne ipse ditidus hic in labore anxius detineat, sed tandem in pace Christi requiescam: Et certior factus jam annis consummata, ipse suum jam consummaturus cursum, Deo gratias agens addidit: Nunc letus ad agnem propero, nudus cum nudo, nil habens unde teneat, strenue luctaturus: jusque se sacro oleo muniri, & Clerum vocari, cui sumpto sanctissimae Eucharistiae Sacramento, sanctitatem vitae, & perpetuam erga Sanctam Sedem Apostolicam obedientiam ex testamento legavit.

§. 21. Denum semel adhuc sub speciebus Sacramentalibus venerari cupiens Deum Salvatorem, quem mox facie ad faciem se intuiturum sperabat; in suo cubiculo sanctam Sacrifium confici, & interim sibi Dominicae passionis Evangelium secundum Iohannem legi voluit; eoque cum alta contemplatione audito, ac mira pietate, & humilitate augustissimo Sacramento, erga quod semper devotissimus extitit, ad elevationem adorato, pra gaudio vim lachrymarum profundens inchoavit canticum: Nunc dimittis servum tuum Domine secundum verbum tuum in pace; eoque absoluto, subdidit: In manus tuas Domine commendo spiritum meum; quae cum diceret, expiravit die 8. Septembris, vespere Nativit. Beatiissimae Virginis, cujus dum viveret, amore languebat: Anno salutis 1555. etatis suae 68.

§. 22. Clerus, & populus, qui ad Deum confugerant, indicta supplicatione generali pro suo languente Pastore, in Ecclesia S. Thomae Apostoli itationem peregerunt; adeoque universalis ploratus invaluit, ut Cleri cantus non audirentur; & ad Antiphonam: Non sumus digni à te exaudiri: Cantores dolore, & commiseratione commoti illam pra lachrymis absolvere nequiverunt. M. x audito pulsū campanae illius obitum nunciante, ita plandis omnium erupit, ut eujusvis conditionis homines, quasi amantes per vias discurrentes patrem se amississe conquererentur.

§. 23. Corporis vero aspectu in tam ingenti iactura idem populus adeo se levati posse putabat, ut illud pontificalibus indumentis, & florum corona virginumque eius insigni ornatum ad praefatam Ecclesiam S. Martini de Succursu Ordinis Sancti Augustini delatum, humo trahi non permisisset, nisi per res ejusdem Monasterii sepulturae clanculum mandassent. Talis autem erat gratia ejus corporis emortui, ut viventis haud absumile appareret.

§. 24. Successive tamen multa sunt ejus suffragantiibus meritis edita miracula Domino cooperante, & Servi sui usque ad mortem fidelis, vitae sanctitatem confirmante sequi utibus signis.

Duo etenim mortui ad vitam revocati fuerunt: Paulus Franciscus Cardona post septimum mentium febrim extinguitus: & Spetantia Valeria decem quoque mensium febrim consumpta non solum vitae, sed etiam integre sanitati restituiti sunt.

Marcella de Lizania tertium annum agens trimestri morbo

... distillatione in pedore affecta, vehementi, & ...
... ita afflicta, ut erumpente e pectore san-
... cibum, tumens, aut sumptum retinere non pos-
... ad eius oculos descendente, re-
... adhibitis, spe ad salu-
... redempti prorsus destituta, ad Sepul-
... delata, postera die, hora qua Sacrum
... ejae sanitate celebrabatur, sanata est, & de cu-
... ad matrem incolomis, quasi nunquam passa
... ophthalmie morbum, clarissimis oculis festina
... contendit.

A carcinomate Franciscam Nadal liberavit, & Ca-
tharinae Vincentiae Roselon, innumerabilibus plagis
per quinquennium cruciatu insperatam salutem red-
didit.

Petrum Antonium Sutorem ex nervorum contra-
ctione per biennium claudicantem, jamque inutilem
lanavit.

Jacobus Cervera cæmentarius ulceribus insanabilibus
plenus ab eo sanatur. Vincentius Cyprer nervis ex pa-
ralysi solutis sanitatem pariter impetravit.

Arida ubera Catharinae Montaltæ, admotis floribus,
quibus Servi Dei sepulchrum respersum erat, ad infan-
tulum sustentandum lacte illic affluere visa sunt.

Ludovico Lemoly per sex annos ad pedibus labo-
ranti, ut sapissimè cubili immobiliter inhaereret, bases,
& plantas consolidavit.

Quatuordecim annorum hernia Joannem Tibicinem
afflictum pristinae sanitati restituit.

Septennem puellam Vincentiam Matthæi in puteum
delapsam, in aquis per tres horas submersam eripuit
incolumem.

Quibus coruscantibus signis lux effulsi, ostenditque
merendum esse in terris, quem in Cælis adeo accep-
tum Advocatum humana habet infirmitas.

Agimus igitur Omnipotenti Deo quammaximas pos-
sumus gratias, & repletum est gaudio cor nostrum,
& lingua nostra exultatione, quod nullis nostris suffra-
gantibus meritis, sed inscrutabili sapientia suæ arcano
hanc Servi sui Canonizationis celebritatem per nostræ
humilitatis ministerium toti Orbi splendescere præor-
dinavit. Cum enim jam ab ejus felici occasu per uni-
versas gentes, & nationes ipsius Sanctitas celebraretur,
& ipsius nomen apud Christianos magno in honore
esset, operante Domino per intercessionem ejus tot mi-
racula, quæ etiam in dies unâ cum ejus veneratione au-
gebantur, via parabatur à Patre luminum Thomæ clâ-
rificationi.

§. 25. Propterea ab Ordinario Processus informa-
tivus Sacre Congregationi Rituum exhibitus fuit an-
no 1608. & accedentibus precibus etiam claræ me-
morie Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici,
neon Praesulum, & Procerum Deputatorum Regni
Valentiæ, ac totius Ordinis Eremitarum Sancti Au-
gustini tertio respectis, cæterisque de more peractis,
responsum fuit à prædicta Congregatione, planè constare
de validitate processuum, de virtutum excellentia,
de fidei puritate, vitæ sanctimonia, miraculorum ope-
ratione, fama sanctitatis, & frequentia populi ad
Servi Dei sepulchrum; ac propterea, posse (si Summo
Pontifici placuisset) in posterum nuncupari Beatum,
& de eo tanquam de Confessore Pontifice quotannis
in Regno Valentia à Religiosis utriusque sexus Ordi-
nis Sancti Augustini, & in Civitate Valentia à Cleto,
tam seculari, quam Regulari, recitari Officium, &
Missam celebrari.

Quibus annuis felicis recordationis Paulus V. præ-
decessor noster, ac desuper litteras in forma Brevis con-
cessit, & prædictum indultum mox extensum fuit ad
omnes utriusque sexus Religiosos prædictos Regnorum
Castellæ, Aragoniæ, & Cataloniæ, necnon ad oppi-
dum Villenove, & tandem ad omnes pariter utriusque
sexus Religiosos Ordinis Sancti Augustini, ubique ter-
rarum existentibus.

§. 26. Eodemque tempore duobus aliis insuper appro-
batis miraculis, cæterisque eadem Congregatio tota, posse
Bullam prædictam.

Sedem Apostolicam ad solennem ejusdem Beati Cano-
nizationem quandocumque juxta Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ ritum, & sacrorum Canonum dispositionem
procedere.

§. 27. Verum supervenientibus novis decretis recol-
memorie Urbani Papæ VIII. etiam prædecessoris
nostri, siluit causa ulquequod fuit facta præmissorum
omnium relatio similis memoriæ Innocentio X. itidem
prædecessori nostro, & ab eo deputatus in Relatorem
tunc in humanis agens bonæ memoriæ Fridericus San-
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cornelius nuncupa-
tus, & signata commissio reassumptionis causæ: De-
mandatum etiam fuit dicto Cardinali Cornelio Rela-
tori cum dilecto filio Hilarione Roncato, & quon-
dam Terentio Alciato Consultoribus examen operum
ejusdem Servi Dei Thomæ, & facta relatione decre-
tum, in illis nihil contra fidem, & bonos mores, nec
aliquam doctrinam à catholico sensu alienam conti-
neri.

Causa reass-
sumptionis.

§. 28. Postea decretæ litteræ remissoriales ad proban-
dum ea, quæ supervenerant post indultam veneratio-
nem, & directæ litteræ Venerabilibus Fratribus nostris
Archiepiscopo Valentino, & Segobricensi, & Dertu-
sensi Episcopis, & transmissis ad Urbem processibus, in
locum prædicti Cardinalis defuncti subrogatus est di-
lectus filius noster Joannes Baptista Cardinalis Pallotta
nuncupatus, dicti Ordinis Sancti Augustini Protector:
à quo iidem Processibus in Congregatione prædicta re-
latis, ab eaque maturè discussis, declaratum est, abun-
dè constare de validitate, de relevantia, de incremento
cultus, ac etiam de duobus aliis miraculis de novo pa-
tratis, & sic adimpleta esse omnia ea, quæ novis decretis
expetebantur.

Litteræ re-
missoriales.

§. 29. Accedentibus charissimi in Christo filii
nostri Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici,
Venerabilium etiam Fratrum nostrorum Archiepisco-
porum, & Episcoporum Regnorum Hispaniæ, nec-
non eorundem Procerum, ac etiam totius Ordinis
Eremitarum Sancti Augustini precibus, quibus à
Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris prædi-
ctis, & à Nobis id sæpius postulaverant, & postu-
labant.

Instans
pro Canoni-
zatione.

§. 30. Reliquum erat, ut de more universam cau-
sam Cardinales, quibus id commissum fuerat, recen-
serent, & pro rei gravitate recognoscerent. Id quod
cum rectè, fideliterque præstitissent, idemque om-
nes sensissent; prædictus deinde Joannes Baptista Car-
dinalis de vitæ sanctitate, virtutibus, & miraculis
Servi Dei Thomæ, necnon de actis omnibus in eadem
Rituum Congregatione coram Nobis habita plenissimè
retulit. Mox per venerabilem etiam Fratrem nostrum
Julium Episcopum Sabinensem Sanctæ Romanæ Ec-
clesiæ Cardinalem Sacchetti similitè nuncupatum
dictæ Congregationis Præfectum, totius summa Pro-
cessus in Consistorio nostro secreto plenè relata, sua,
Collegarumque sententia exposita, reliqui Cardinales,
qui aderant, unanimi suffragio eandem sententiam
approbarunt. Quapropter sequenti publico Consistorio,
in quo pro Canonizatione dicti Beati Thomæ verba
feci, dilectus etiam filius Marcus Antonius Burattus
nostræ Consistorialis Aulae Advocatus, nomine præ-
dicti Philippi Regis, necnon prædictarum Universi-
tatum, & Regnorum, ac totius Ordinis Eremitarum
Nobis humiliter supplicavit. Nos in tam gravi causa
Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos,
qui tunc aderant, hortati sumus, ut elemosynis, je-
juniis, & orationibus sedulo incumbere, quo divina
voluntas clariùs Nobis elucesceret. In semipieno post-
modum Consistorio ex more accersitis non solum Car-
dinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis
prædictis, sed præsentibus nostris, & Sedis Apostolicæ
Notariis, ac Sacri Palatii nostri Apostolici causarum
Auditoribus, de vita, & miraculis Beati Thomæ, quæ
opportuna visa sunt, proposuimus: omnesque ad ejus
Canonizationem deveniendum esse aperte suffragis con-
firmarunt. Nos itaque unanimi consensu audito apenni-

Relatio de
vita, & aliis
siquis.

mus os nostrum in benedictionibus, & Dei nutum, ac voluntatem sequuti, iustum, & debitum esse censentes, ut quos Deus honorat in caelis, nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, diei Canonizationis indicimus, cunctos adhortati, ut junctis nobiscum precibus, elemosynis, jejuniis, & Sacrificiis, Spiritus Sancti gratiam nostrae humilitati in tam alto negotio impetrare studerent.

§ Thomam
Sanctorum
canonice
adscriptis.

§. 31. Tandem cum nihil aliud desideraretur eorum, quae ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum decretis, S. R. E. antiqua consuetudine, ac novorum decretorum praescripto agenda, & observanda erant, hodie in Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica, in qua solenni ritu cum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis Romanae Curiae Praelatis, Officialibus, & familiaribus nostris, Clero saeculari, & Regulari, ac maxima populi frequentia mane convenimus, post repetitas pro Canonizationis decreto petitiones nomine ejusdem Philippi Regis à dilecto etiam Filio nostro Hieronymo tituli S. Mariae Transyberim Presbytero Cardinale Columna similiter nuncupato, ac per Marcum Antonium Advocatum praedictum, post sacros hymnos, litanias, aliasque preces, post Spiritus Sancti gratiam rite imploratam, ad honorem Sanctissimae, & individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicae, & Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri JESU-CHRISTI, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, matura deliberatione praehabita, & divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existentium consilio, B. Thomam de Villanova Archiepiscopum Valentinum Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum catalogo adscripsimus, ac praesentium tenore decernimus, definimus, & adscribimus, statuentes ab Ecclesia universali quolibet anno die 18. Septembris memoriam ejus inter Sanctos Confessores Pontifices pia devotione recolere debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

§. 32. Eademque auctoritate omnibus utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo S. Thomae ad sepulchrum, in quo ejus corpus requiescit, visitandum accellerint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiae consueta.

§. 33. His peractis Deum Patrem aeternum, Regemque gloriae Christum Dominum Patris sempiternum Filium, & Sanctum Paracletum Spiritum unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus venerati, sacroque hymno, Te Deum, solenniter decantato, peculiari in honorem Beati Thomae oratione precati sumus per ejusdem merita, atque ad altare Sancti Petri Apostoli Missam celebravimus cum ejusdem Sancti commemoratione, omnibusque Christianidelibus tunc praesentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem concessimus.

Dignum igitur, & iustum est, nos gratias agere, & gloriam dare Deo viventi in saecula saeculorum, qui benedixit conseryum nostrum in omni benedictione spiritali, ut esset sanctus, & immaculatus coram ipso; & cum illum dederit Nobis quasi fulgentem solem in templo suo in hac nocte peccatorum, & tribulationum nostrarum, adeamus cum fiducia thronum Divinae misericordiae, ore, & opere supplicantes, ut Sanctus Thomas universo Christiano populo proferat meritis, & exemplis, precibus adit, & patrocinio, & in tempore iracundiae fiat reconciliatio.

§. 34. Ceterum, quia difficile foret praesentes nostras litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus eorum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis eandem ubique

fidem haberi, quae ipsis praesentibus haberetur, si essent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum decreti, definitionis, adscriptionis, mandati, statuti, concessionis, largitionis, relaxationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1658. Kalend. Novembris, Pontificatus nostri anno quarto.

† Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus.

† Ego Bernardinus Episcopus Prænestinus Cardinalis Spada.

† Ego Julius Episcopus Sabinensis Cardinalis Sacchetti.

† Ego Martius Episcopus Albanensis Cardinalis Ginnettus.

† Ego Antonius Barberinus Episcopus Tusculanus Cardinalis Antonius.

† Ego Hieronymus tit. S. Mariae Transyberim Presb. Card. Columna.

† Ego Joan. Baptista tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. Pallottus.

† Ego Franc. M. Basilicae SS. XII. Apostolorum Presbyt. Card. Brancatius.

† Ego Uldericus tit. Sanctae Anastasiae Presb. Cardinalis Carpineus.

† Ego Marcus Anton. tit. S. Mariae de Pace Presbyter Card. Franciottus.

† Ego Fr. Vincentius tit. S. Clementis Presb. Cardinalis de Florentiola.

† Ego Julius tit. Sanctae Priscae Presbyter Cardinalis Gabriellus.

† Ego Caesar tit. SS. quatuor Coronatorum Presbyter Card. Facchenettus.

† Ego Angelus tit. SS. Quiricii, & Julitae Presb. Card. Georius.

† Ego Nicolaus S. Mariae Angelorum Presbyter Card. Ludovicius.

† Ego Federicus tit. S. Martini in Montibus Presbyter Card. Sfortia.

† Ego Aloysius tit. Sancti Alexii Presbyter Cardinalis Homodeus.

† Ego Jacobus tit. S. Mariae Transpont. Presbyter Card. Conradus.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Caelio Presb. Card. Santacruchus.

† Ego B. tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Card. Aldobrandinus.

† Ego Joan. Baptista Spada tit. S. Susanna Presbyter Card.

ALEXANDER SEPTIMUS.

279

Card. S. Susannæ nuncupatus.

- † Ego Franciscus tit. S. Mariæ in Via Presbyt. Cardinalis Albitius.
- † Ego F. tit. S. Mariæ de populo Presbyter Cardin. Chilius.
- † Ego Julius tit. Sancti Xysti Presbyter Cardinalis Rospigliosus.
- † Ego Nicolaus tit. S. Eusebii Presbyter Cardinalis à Balneo.
- † Ego F. tit. S. Joan. ante Portam Latinam Presbyter Card. Paulinus.
- † Ego Virginius S. M. in Vialata Diaconus Cardinalis Ursinus.
- † Ego Vincentius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Costagatus.
- † Ego Paulus Æmilii S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Rondininus.
- † Ego Benedictus SS. Cosmæ, & Damiani Diaconus Card. Odescalvus.
- † Ego Laurentius S. Angeli in foro Piscium Diaconus Card. Raggius.
- † Ego Carolus Barberinus Diaconus Cardinalis S. Cæsarii.
- † Ego Decius Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinus.

eorum depurationem, officique eis demandati exercitium, ac ipsorum, & eorum Collegii statum constituerit, & ordinaverit; nec tamen super his ob eisdem Pii prædecessoris obitum literæ Apostolicæ fuerint expeditæ.

§. 2. Hinc est, quod Nos ea, quæ memoratus Pius prædecessor pro animarum salute, & spirituali consolatione Christianorum, qui omnipotentem Deum glorificandi, ac Beatos ejus Apostolos venerandi, opportunaque spiritualibus, temporalibusque necessitatibus suis remedia, & auxilia eorumdem Beatorum Apostolorum intercessione impetrandi studio ad Basilicam prædictam ex omnibus mundi partibus confluunt, in præmissis laudabili zelo, & pietate instituit, & cæpit, constabillire, & perficere, & aliâs opportunè desuper providere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine erectionem, & institutionem prædicti Collegii minorum Pœnitentiariorum dictæ Basilicæ Principis Apostolorum tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ipsiunque Collegium de novo perpetuò erigimus, & instituimus.

§. 3. Ac pro eorumdem minorum Pœnitentiariorum habitatione domum in Civitate nostra Leonina, seu (ut vocant) Burgo, prope Basilicam hujusmodi politam, & per illos hæctenus inhabitari solitam, cum omnibus, & singulis ejus membris, pertinentiis, & juribus, sicut dicti minores Pœnitentiariorum illis ad præsens fruuntur, concedimus, & assignamus, & casu quo eadem domus tota, vel ejus pars destruat, seu in alios usus convertatur, aliam domum eis habitationis causa à Nobis, seu Romanis Pontificibus successoribus nostris pro tempore existentibus assignandam, pro ipsorum verò minorum Pœnitentiariorum sustentatione, & Collegii hujusmodi dote de pecunia cleemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditionibus proveniunt, penes Montem Pietatis de eadem Urbe in subsidium pauperum, & alia opera pia eroganda deponi solent, annua mille scuta monetæ Romanæ, nempe singulis mensibus octuagintatria scuta, & triginta duos baiocchos cum dimidio similis baiocchi ejusdem monetæ in locum octuaginta scutorum auti iisdem minoribus Pœnitentiariorum pridem assignatorum, quæ illis à Camera Apostolica præstabantur; præterea dimidium Julium dictæ monetæ pro singulis litteris Apostolicis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, vel in quarto gradu per officium nostrum minoris gratiæ nuncupatum, sub plumbo expediuntur, & insuper tria loca cum tertia parte similis loci Montis fidei, & alia novem loca Montis Salis secundæ erectionis de Urbe prædicta, & vineam extra mœnia Urbis intra suos notissimos fines sitam, à prædictis Modernis Pœnitentiariorum acquisita, necnon pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ locari solitorum provenientes, cum solitis donativis salis, ceræ, ac in electione Romani Pontificis, & aliis hæctenus eis fieri consuetis, per ipsos minores Pœnitentiariorum percipienda, exigenda, levanda, ac in suos, & dicti Collegii usus, & necessitates convertenda eidem Collegio, & minoribus Pœnitentiariorum itidem perpetuò assignamus.

§. 4. Ad hæc dictum Collegium minorum Pœnitentiariorum à Nobis de novo, sicut præmittitur erectum, & institutum, Collegium Apostolicum minorum Pœnitentiariorum esse, ac perpetuò fore, & vocari debere, nec illius statum, aut denominationem quomodolibet immutari, aut alterari unquam posse statuimus, & decernimus, ipsiunque Collegium ex nunc sub immediata Beati Petri, ac nostra, & Romanorum Pontificum successorum nostrorum, Sedisque Apostolicæ protectione suscipimus.

§. 5. Præterea idem Collegium Apostolicum dilectis filiis Presbyteris Regularibus prædictæ Societatis JESU pariter perpetuò concedimus, hac tamen lege, ut eadem Societas in Collegio hujusmodi tredecim ipsius Societatis Presbyteros regulares, comprehenso in illis dicti Collegii Rectore, qui omnes, & singuli ministri

LX. Nova erectio Collegii Apostolici minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, cum nonnullis ordinationibus pro ejusdem Collegii gubernio, & Officii eorumdem Pœnitentiariorum exercitio.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

1659.

IN Apostolicæ dignitatis fastigio, meritis licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ arcano collocati, ad ea per quæ Christianorum curæ nostræ Cœlitus commissorum animarum salutem consulitur, jugis vigilantia studiis intendimus, illaque providè, quantum Nobis ex alto conceditur, disponere satagimus, prout matura consideratione prævia conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, dudum felicis recordationis Pius Papa V. prædecessor noster certis rationabilibus causis motus, pro salutari reformatione Collegii minorum Pœnitentiariorum Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe minores Pœnitentiariorum, qui tum erant, ab eorum Pœnitentiariorum minoris officio, & exercitio penitus, & omnino amoverit, & in eorum locum ad hujusmodi munus, officium, & exercitium minorum Pœnitentiariorum aliquot Presbyteros Regulares Societatis JESU substituerit, & subrogaverit, illisque domum, & redditus pro eorum habitatione, & sustentatione assignaverit, & alia circa

Bullariis Magni Tom. V.

Colleg. minorum Pœnitentiariorum demò erigit.

habitatione domum in Civitate nostra Leonina, seu (ut vocant) Burgo, prope Basilicam hujusmodi politam, & per illos hæctenus inhabitari solitam, cum omnibus, & singulis ejus membris, pertinentiis, & juribus, sicut dicti minores Pœnitentiariorum illis ad præsens fruuntur, concedimus, & assignamus, & casu quo eadem domus tota, vel ejus pars destruat, seu in alios usus convertatur, aliam domum eis habitationis causa à Nobis, seu Romanis Pontificibus successoribus nostris pro tempore existentibus assignandam, pro ipsorum verò minorum Pœnitentiariorum sustentatione, & Collegii hujusmodi dote de pecunia cleemosynarum, quæ ex dispensationum matrimonialium expeditionibus proveniunt, penes Montem Pietatis de eadem Urbe in subsidium pauperum, & alia opera pia eroganda deponi solent, annua mille scuta monetæ Romanæ, nempe singulis mensibus octuagintatria scuta, & triginta duos baiocchos cum dimidio similis baiocchi ejusdem monetæ in locum octuaginta scutorum auti iisdem minoribus Pœnitentiariorum pridem assignatorum, quæ illis à Camera Apostolica præstabantur; præterea dimidium Julium dictæ monetæ pro singulis litteris Apostolicis, quæ super dispensationibus matrimonialibus in tertio, vel in quarto gradu per officium nostrum minoris gratiæ nuncupatum, sub plumbo expediuntur, & insuper tria loca cum tertia parte similis loci Montis fidei, & alia novem loca Montis Salis secundæ erectionis de Urbe prædicta, & vineam extra mœnia Urbis intra suos notissimos fines sitam, à prædictis Modernis Pœnitentiariorum acquisita, necnon pensiones ex locatione membrorum domus prædictæ locari solitorum provenientes, cum solitis donativis salis, ceræ, ac in electione Romani Pontificis, & aliis hæctenus eis fieri consuetis, per ipsos minores Pœnitentiariorum percipienda, exigenda, levanda, ac in suos, & dicti Collegii usus, & necessitates convertenda eidem Collegio, & minoribus Pœnitentiariorum itidem perpetuò assignamus.

Collegium Apostolicum minorum Pœnitentiariorum esse, ac perpetuò fore, & vocari debere, nec illius statum, aut denominationem quomodolibet immutari, aut alterari unquam posse statuimus, & decernimus, ipsiunque Collegium ex nunc sub immediata Beati Petri, ac nostra, & Romanorum Pontificum successorum nostrorum, Sedisque Apostolicæ protectione suscipimus.

Regularibus Societatis JESU

rum minorum Penitentiariorum in memorata Basilica sedulo exerceat et neantur, & ex quibus duo pro Italica, duo pro Gallica, duo pro Hispanica, & Lusitana, unus pro Germanica, unus pro Hungarica, unus pro Polonica, unus pro Anglicana, unus pro Graeca, & unus pro Illyrica nationibus, seu linguis minores Penitentiarum respectivè deputentur; Ac insuper unum, quatenus necessarius videatur dilecto filio Praeposito Generali ejusdem Societatis, qui pro ministro serviat, & ad mensam legat, necnon quatuor adjutores laicos dictae Societatis, seu eos, qui eidem Praeposito Generali servitii Presbyterorum regularium Collegii hujusmodi necessarii videbuntur, perpetuo habere, & manutenere debeat, & teneatur. Declarantes, & decernentes, quod unusquisque illorum, qui ex praedictis Presbyteris regularibus pro supra expressis nationibus, seu linguis minores Penitentiarum respectivè deputabuntur, ex illa natione, pro qua deputabitur, verè, & realiter esse, ipsiusque nationis idioma optime callere debeat, & quod illi, qui in regionibus earundem nationum respectivè nati, & educati non sint, sub quocumque praetextu, etiam si idiomatis nationis, pro qua deputati, peritissimi forent, ad minorum Penitentiariorum hujusmodi officia adsumi non possint. Quod si propter mortem, infirmitatem, remotionem, aliudve quodvis impedimentum alicujus ex praedictis minoribus Penitentiarum pro tempore deputatis oportuerit alium in ejus locum ad exercitium officii minoris Penitentiarum tantisper subrogari, eo casu alterum ejusdem cum illo nationis, si haberi idoneus possit, sin minus, alium alterius quidem nationis, sed qui idiomatis nationis ex qua defunctus, infirmus, remotus, vel aliis impeditus fuerit, peritus existat, substitui volumus: ita tamen, ut sic substituendus ante omnia (nisi aliter ob urgentem necessitatem majori Penitentiarum nunc, & pro tempore existenti visum fuerit) previo examine in Signatura Penitentiarum Apostolica approbetur, & per modum provisionis pro eo tempore duntaxat, quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi, vel impediti, seu donec defuncto, vel remoto successore fuerit constitutus, deputetur, & subrogetur.

Electio Rectoris, & Praepositi Generalis ad Societatem spectat.

§. 6. Porro electionem Rectoris, caeterorumque minorum Penitentiariorum praedicti Collegii Apostolici nunc, & pro tempore existenti Praeposito Generali memoratae Societatis tribuimus.

Examinis modus.

§. 7. Statuentes ut ab eodem Praeposito Generali pro tempore electi non ante ad exercitium admittantur, quam circa materias ad idem officium spectantes in dicta Signatura Penitentiarum juxta dispositionem literarum recol. mem. Clementis Papae VIII. praedecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die tertia Septembris 1592. expeditarum examinati, & approbati fuerint. Caeterum illi, qui semel in eadem Signatura Penitentiarum, sicut praemittitur, examinati, & approbati fuerint, examini denuò sese subijcere non tenebuntur, nisi Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti ex aliqua causa particulari secus videatur.

De iis Penitentiarum, quomodo possit electi suspendere.

§. 8. Si autem dilectus filius noster Nicolaus Sanctae Mariae Angelorum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Ludovici nuncupatus nunc, & pro tempore existens major Penitentiarum aliquem à praedicto Praeposito Generali ad officium minoris Penitentiarum electum minimè duxerit admittendum, poterit ipse Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore existens major Penitentiarum illius examinationem tantisper suspendere, donec facta quam citius nobis, & pro tempore existenti Romano Pontifici ejus rei relatione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Si semel admissi non amoveantur sine iussu Praepositi Generalis.

§. 9. Qui verò ad exercitium officii minoris Penitentiarum hujusmodi semel admissi fuerint, ab eodem officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio praedicto discedere non poterunt absque licentia dicti Cardinalis majoris Penitentiarum nunc, & pro tempore existenti, qui pro data sibi à Domino prudentia, licentiam hujusmodi instante Praeposito Generali pra-

dicto negare non debet, nisi ex iustis causis, quas eo casu, prout etiam quoties eidem summo Penitentiarum videretur, aliquis ex praedictis Penitentiarum dissentiente eodem Praeposito Generali removerentis, Nobis, seu pro tempore existenti Romano Pontifici referret, Apostolica mandata hac in re fideliter exequatur.

Residentia in conspectu nationum Penitentiarum praescribitur.

§. 10. Volumus autem ut memorati minores Penitentiarum in Basilica praedicta resideant, ibique in suis quaque nationis confessionalibus assistant, & praesto sint, ac quorumcumque Christianidelium, scilicet propriis quique nationis primum, & his non extantibus, aliorum etiam quando casus contigerit, quorum idiomata calleant, confessiones sacramentales diligenter audiant bis in die, nempe mane ab initio matutini usque ad finem officiorum divinarum antemeridianorum, & post meridiem ab initio vespertinarum per duas horas continuas: idque omnes singulis majoris hebdomadae, & intra octavam Paschatis Resurrectionis Dominicae diebus, necnon in Nativitatis Domini, Pentecostes, singulis Beatae Mariae Virginis, ac Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & aliorum Apostolorum, caeterisque omnibus, & singulis festis anni diebus, praesertim de praeposito, vigiliis etiam consuetis, praeterea singulis diebus Veneris mensis Martii, necnon Jubilaeorum, & Stationum in eadem Basilica existentium temporibus, ac insuper quandocumque id eis ex aliqua causa particulari à Superioribus injunctum fuerit, aut charitas Penitentiarum suadebit, aut necessitas penitentium postulabit, inviolabiliter observent: In caeteris verò ferialibus anni diebus id saltem pro tertia eorumdem Penitentiarum parte sedulo adimpleant. Ab his tamen Rectorem praedicti Collegii excipimus, qui cum ejus officii causa multoties legitime sit impeditus, praedicto excipiendarum confessionum muniti, prout secundum propriam conscientiam poterit, satisfaciat.

Penitentiarum do fuisse in Praeposito, & in do Graev.

§. 11. Praeterea praedictos Rectorem, & minores Penitentiarum in omnibus quidem illis, quae Penitentiarum officium concernunt, jurisdictioni, visitationi, & coërcitioni memorati Nicolai Cardinalis nunc, & pro tempore existenti majoris Penitentiarum subjectos esse debere decernimus, adeo ut in gravioribus, non nisi facto prius verbo Nobiscum, & cum successoribus nostris, contra eos procedat: In iis verò, quae ad disciplinam regularem, regulae observantiam, constitutiones, & instituta Societatis praedictae, ac oeconomiam, & gubernium rei familiaris pertinent, iidem Rector & minores Penitentiarum cum universa eorum familia memorato Praeposito Generali Societatis J E U immediate subiacebunt, reservata tamen superioritate Visitationsi Apostolicae, cui ad nostrum, & pro tempore existenti Romani Pontificis nutum subesse, ac peculiares reddituum dicti Collegii rationes reddere debebunt.

Facultatem Penitentiarum.

§. 12. Postremò abrogatis in primis facultatibus omnibus minoribus Penitentiarum à praedecessoribus nostris hactenus concessis, eisdem minoribus Penitentiarum quamdiu in Collegio manserint, & officium minoris Penitentiarum exercuerint, duntaxat omnes, & singulas facultates pro foro conscientiae in particulari tabella proprio dicti Nicolai nunc, & pro tempore majoris Penitentiarum caractere firmata, & ejusdem sigillo munita jussu nostro descriptas, ac in libris tam Penitentiarum majoris, quam Collegii dictorum Presbyterorum registrandas, & ulterius in aula ejusdem Collegii palam exponendas concedimus, & impartimus; easque motu scientiae, deliberatione, ac potestatis plenitudine pariter approbamus, & confirmamus.

Exemptiones & immunitates Penitentiarum.

§. 13. Necnon omnia, & singula privilegia, & gratias, indulgentias, honores, praerogativas, ac tam quoad ipsorum minorum Penitentiarum personas, quam res pro eorum victu, vestitu, suppellectilibus, & libris, totaque ipsorum familia necessarias, à contributionibus pro viarum publicarum refectione, caeterisque oneribus publicis, & aliis rebus quibuscumque immunitates, & exemptiones, ac libertates quascumque Penitentiarum

ALEXANDER SEPTIMUS.

201

riis minoris gradus, ac eorum in quibus hactenus concessa, & concessa, & quibus modernis maiores Penitentiarum, & Collegium prædictum præfens fruuntur, potius, & gaudent, motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine, & tenore prædictis concedimus, & impartimur.

§. 14. Decernentes pariter easdem præfentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet cujusvis gradus, ordinis, dignitatis, status, & conditionis existant, etiam Cardinalatus honore fulgeant, aut aliis speciali, & individua mentione digni sunt, in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, aut ad præmissa vocati, & auditi, & causæ propter quas emanarunt, adductæ, verificatæ, vel justificatæ non fuerint, vel ex alia quacumque, quantumvis pia, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliòve quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, impugnari, restringi, modificari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel etiam motu simili concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: neque ipsas præfentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus dispositionibus, & gratiarum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros, Sedemque prædictam quodcumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censerit, sed semper ab illis exceptas, & quoniam illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, & plenariè reintegratas, ac etiam sub posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda de novo concessas, firmasque, validas, & efficaces existere, & perpetuò fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & quodcumque spectabit respectivè inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon Camera prædictæ Præsidentes Clericos, aliisque Officiales, & Ministros, & ceteros quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & de finiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regna de non tollendo jure quæsito, necnon piæ memoriæ Symmachii, quæ incipit, Non liceat; & Pauli II. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Camera hujusmodi non alienandis, ac similis record. Pii Papæ IV. prædecessoris pariter nostri de gratiis quacumque interesse dicitur Camera concernentibus, in eadem Camera intra certum tunc exprellum tempus præsentandis, & in libris illius registrandis, ita ut præfentes ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Societatis, & Collegii prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam eidem Societati, illiusque Præposito Generali, & personis quibuslibet, necnon dicto Collegio, & aliis quibusvis, etiam speciali, & individua expressione dignis, sub

Bullari Magni Tom. V.

quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, & derogationibus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasionis præfentibus pro plenè, & sufficienter insertis, servatis, & expressis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 22. Februarii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

Nonnullæ ordinationes pro Collegio Apostolico minorum Penitentiariorum Sacræ Domus Lauretanæ. LX.

ALEXANDER PAPA VII. Edita A. D. 1659. Ad perpetuam rei memoriam.

EX commisi Nobis divinitus sacrosancti Apostolatus officii debito Gregi Dominico sollicitis studiis jugiter invigilantes, nonnulla circa Collegium Apostolicum Penitentiariorum, ut vocant, minorum Sacræ Domus Lauretanæ, dudum pro dilectis filiis regularibus Presbyteris Societatis Jesu in civitate nostra Lauretana auctoritate Apostolica institutum constituenda, seu declaranda esse duximus, quæ Christi fidelium ex omnibus Christiani Orbis partibus ad eandem Sacram Domum pia devotione confluentium animarum saluti conducibilia fore in Domino speramus.

§. 1. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut prædicta Societas Jesu in Collegio Apostolico hujusmodi undeviginti Societatis regularis Presbyteros, comprehenso in illis ejusdem Collegii Rectore, ex quibus unus pro Gallica, unus pro Hispanica, unus pro Germanica, unus pro Belgica, unus pro Polonica, unus pro Anglica, unus pro Illyrica, & unus pro Græca, cæteri vero pro Italica nationibus, seu linguis minores Penitentiariorum prædictæ Sacræ Domus Lauretanæ respectivè deputentur, quique omnes, & singuli sacramentales Christi fidelium (scilicet propriæ quævis nationis primum, & his non extantibus, aliorum etiam, quando casus contigerit, quorum idioma calleant) confessiones in Ecclesia Lauretana, in qua memorata Societas exiit, diligenter audire, & ad id præfatis, cæteraque officium minorum Penitentiariorum hujusmodi concernentia sedulo exercere debeant (Rectore Collegii excepto; nam ille, cum ejus officii causâ multoties legitime sit impeditus, huic muneri pro tertium secundum propriam conscientiam poterit, satisfacere) perpetuò habere, & manutenere debeat, & teneatur, tenore præfensium statuimus, & ordinamus.

§. 2. Declarantes, & decernentes, quod unusquisque illorum, qui ex prædictis Presbyteris regularibus pro supra expressis nationibus, seu linguis minores Penitentiariorum dictæ Sacræ Domus respectivè deputantur, ex illa natione, pro qua deputantur, verè, & realiter esse, ipsiusque nationis idioma optime callere debeat: quodque qui in regionibus earundem nationum respectivè nati, & educati non sunt, sed quocumque prætextu, etiam idiomatici nationis, pro qua deputari prætenderentur, penitissimi forent, ad minorum Penitentiariorum hujusmodi officia allumini minime valeant, exceptis tamen A 2 3 parte

Exordium.

Minorum Penitentiariorum Societatis regularis linguæ.

Verè nationales sunt Penitentiariorum.

parte sufficiat in Italia natus, & civitas eius, & alios
vero in ea deo permansisse, atque Italianum idcirco op-
timum callere; quibus alios etiam permittit, qui pro
nationibus praefata eligantur, eandem Italianam lin-
guam, & aliquoties eis etiam Lusitanam, & Hunga-
ricam edoctos esse curandum erit, ut Italorum quoque,
Lusitanorum, & Hungarorum, si quando opus fuerit,
confessiones audire, atque alios in eodem manere co-
adjuvare valeant.

Quomodo in
casu impedi-
menti sine
subrogandi.

§.3. Quod si propter mortem, infirmitatem, remotionem,
aliudve quodvis impedimentum alicujus ex
praedictis minoribus Penitentiariis pro tempore deputa-
tatis oportuerit alium in ejus locum ad exercitium of-
ficii minoris Penitentiarii tantisper subrogari, eo casu
alterum ejusdem cum illo nationis, si haberi idoneus
possit; sin minus alium, alterius quidem nationis, sed
qui idiomatis nationis, ex qua defunctus, infirmus, re-
motus, vel aliis impeditus fuerit, peritus existat, sub-
stitui volumus: ita tamen, ut sic substituendus ante
omnia, praevio examine, ut infra faciendo, approbetur,
& per modum provisionis pro eo tempore dumtaxat,
quo durabit infirmitas, vel impedimentum infirmi,
vel impediti, seu donec defuncto, vel remoto successore
fuerit constitutus, deputetur, & subrogetur.

Eligio Re-
ctoris & Peni-
tentiarii
Generalis
suu. ca.

§.4. Porro electionem Rectoris, caeterorumque mi-
norum Penitentiarios praedicti collegii Apostolici,
& fratrum, aliorumque Interventium dilecto filio
nunc & pro tempore existenti Praeposito Generali me-
moratae Societatis tribuimus: Statuentes, ut ab eodem
Praeposito Generali pro tempore electi non ante ad
exercitium officii minorum Penitentiarios hujus-
modi admittantur, quam circa materias ad idem offi-
cium spectantes in Signatura Penitentiariae Aposto-
licae, vel si ad aliam Urbem nostram sine gravi incom-
modo & expensis accedere non possint, coram aliquo
ex Venerabilibus fratribus Episcopis supradictae Do-
mni Lauretanae vicinis, per dilectum filium nostrum
Nicolae tituli S. Mariae Angelorum S.R.E. Presbyte-
rum Cardinalem Ludovicum nuncupatum, moder-
num, & pro tempore existentem majorem Penitentiari-
um in singulis casibus ad hunc actum specialiter de-
legando, prout ipsi Nicolae Cardinali moderno, &
pro tempore existenti majori Penitentiario videbitur,
& haecenus juxta constitutionis felic. record. Urbani
Papae VIII. praedecessoris nostri, die 20. Junii 1636.
in simili forma Brevis promulgatae, quae incipit: At-
tendentes universo Gregi, &c. dispositionem servatum
fuit, & examinati, & approbati fuerint. Et si quando
contigerit, quempiam ad modicum tempus ob justam
supervenientem causam in locum alicujus ex dictis
minoribus Penitentiariis deficientis, vel impediti, sicut
praemittitur, subrogandum esse, tunc pariter illius exa-
men coram aliquo ex vicinis Episcopis praedictis per
memoratum Nicolae Cardinalem, modernum, &
pro tempore existentem majorem Penitentiarium pro
hujusmodi tantum contingentibus provisionibus de-
putati, seu antecedenter delegando procedere debeat.

Si admiffi
si admiffi
si admiffi

§.5. Caeterum illi qui semel in dicta Signatura Peni-
tentiariae, aut aliter, sicut praemittitur, examinati &
approbati fuerint, examini denuo sese subicere non
tenebuntur, nisi nobis, & Romano Pontifici pro tem-
pore existenti ex aliqua causa particulari secus videat-
ur. Si autem praefatus Nicolaus Cardinalis nunc, &
pro tempore existens major Penitentiarius aliquem a
supradicto Praeposito Generali ad officium minoris
Penitentiarii electum minime duxerit admittendum,
poterit ipse Nicolaus Cardinalis nunc, & pro tempore
existens major Penitentiarius, illius examinationem
tantisper suspendere, donec facta quantocyus Nobis,
& pro tempore existenti Romano Pontifici ejus rei re-
latione, quid fieri debeat, fuerit ordinatum.

Admiffi non
admittantur
si admiffi

§.6. Qui vero ad exercitium officii minoris Peni-
tentiarii hujusmodi semel admiffi fuerint, ab eodem
officio removeri, vel dimitti, aut ex Collegio praedicto
discedere non poterunt absque licentia dicti Cardina-
lis majoris Penitentiarii nunc, & pro tempore existen-
tis, qui pro data sibi a Domino praesentis licentiam

hujusmodi, in sum Praeposito Generali praedicto, ne-
gat non debet, nisi in justis causis, quas eo casu,
prout etiam quondam ipsi Cardinales majores Penitentiari-
um videbitur aliquoties ex praedictis minoribus Penitentiari-
is, & sententia memorato Praeposito Generali, re-
movendus, Nobis, & pro tempore existenti Romano
Pontifici referret, mandata Apostolica hac in re fideliter
executantur.

Quomodo
penitentiarum
officium

§.7. Praeterea praedictos Rectorem, & minores Peni-
tentiarios in omnibus quidem illis, quae Penitentiari-
um officium concernunt, jurisdictioni, visitationi, &
praerogationi memorati Nicolae Cardinalis nunc, & pro
tempore existenti majoris Penitentiarii subjectos esse
debere decernimus, adeo ut in gravioribus non nisi
facto verbo Nobiscum, & cum successoribus nostris,
contra eos procedat. In iis vero quae ad disciplinam
regularem, Regulae observantiam, constitutiones & in-
stituta Societatis praedictae, ac oeconomiam, & gubernium
rei familiaris pertinent, iidem Rector & minores
Penitentiarii cum universa eorum familia praedicto
Praeposito Generali immediate subiacebunt.

Constitu-
tionem in
omnibus &
singulis, quae
praesentibus
non adversantur

§.8. Postremo supradictam Urbani praedecessoris
Constitutionem in omnibus & singulis, quae praesentibus
non adversantur, perpetuo inviolabiliter obser-
vari mandamus, & praecipimus.

Clau-
sum in
omnibus

§.9. Decernentes pariter easdem praesentes literas,
& in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod praedicti,
& alii quilibet, cujuscumque gradus, ordinis, digni-
tatis, status, & conditionis existant, etiam si Cardina-
latus honore fulgeant, aut aliis speciali, & individua
mentionem digni sint, in praemissis quomodolibet inter-
esse habentes, seu habere praetendentes, illis non con-
fenserint, aut ad praemissa vocati, & auditi, causaeque
propter quas praesentes emanarunt, adductae, verifi-
catae, vel justificatae non fuerint, vel ex alia quacum-
que, quantumvis pia, juridica, legitima, & privile-
giata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in cor-
pore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & to-
talis laesionis, nullo unquam tempore de subreptionis,
vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel inter-
esse habentium consensus, aliove quantumvis magno,
& substantiali, ac inexcogitabili defectu notari,
impugnari, restringi, modificari, infringi, retractari, in
controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci,
seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum,
aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae
remedium impetrari, vel etiam motu simili concessio
quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare
posse: neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus,
vel dissimilibus dispositionum & gratiarum revocatio-
nibus, restrictionibus, limitationibus, aliisque contra-
riis dispositionibus, etiam per nos, & Romanos Pon-
tifices successores nostros, Sedemque Apostolicam
quandocumque faciendis, unquam comprehendi, aut
comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, &
quocumque illae emanabunt, toties in pristinum & validis-
simum statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac
etiam sub posteriori data per eos ad quos pro tempore
spectabit, eligenda, de novo concessas, firmasque, vali-
das, & efficaces existere, & perpetuo fore, ac suos plen-
arios & integros effectus sortiri & obtinere, & ab il-
lis ad quos spectat, & quandocumque spectabit respec-
tative inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in
praemissis per quoscumque Judices ordinarios & dele-
gatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos,
caeterosque quoslibet quavis auctoritate, & potestate
fungentes, & quandocumque functionarios, sublata eis, &
eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi
facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere, ac
scriptum, & inane si locus super his a quoquam quavis
auctoritate sciantur, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra-
dicta

§.10. Non obstantibus praemissis, ac quoad ea quae
praesentibus sunt, vel dici possunt contraria, praedicta
Urbani praedecessoris, & quatenus opus sit, nostra, &
Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure
quod sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, pro-
vincialibus

vincialibus, & Synodalibus Capitulis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Societatis, & Collegii praedictorum, etiam quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Societati, illiusque Praeposito Generali, & personis quibuslibet, necnon dicto Collegio, & aliis quibusvis, etiam speciali & individua expressione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac, cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio faciendae, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentibus illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

An. 4. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 22. Februarii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

XI. Confirmat omnia privilegia Monachorum Silvestrinorum Ordinis S. Benedicti, extenditque eis, ac communicat omnia, & singula privilegia, gratias, & indulta, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus concessa.

Quanam sint privilegia Monachorum, ac Mendicantium, vide Bullas citatas in Repertorio, verbo Privilegium.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Religiosorum virorum Altissimo famulantium profectui, quantum cum Domino possumus, paterna charitate prospicere cupientes, privilegia, & gratias aliorum Ordinum, & Congregationum Regularium Religiosis concessas libenter illis communicamus, & ad eos extendimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Leonardus Pelagallus Procurator generalis Congregationis Monachorum Silvestrinorum nuncupatorum Montisfani, Ordinis S. Benedicti, nominibus dilectorum filiorum Abbatis generalis, & omnium Monachorum ejusdem Congregationis nobis nuper exponi fecit, quod Congregatio praefata omnia, & singula privilegia, gratias, & indulta, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, ac eorum Monasteriis, domibus, & locis, & personis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros quomodolibet concessa, ad eorum Silvestrinorum Congregationem, illiusque Monachos, & personas extendi, illaque eis communicari summo modo desiderant, idcirco Nobis idem Leonardus nominibus praedictis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur Congregationem Silvestrinorum Montisfani praefatam, ejusque Monachos, & personas quascumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac singulorum privilegiorum, gratiarum, & litterarum desuper concessarum hujusmodi tenores

praesentibus pro sufficienter expressis habentes, & quomodolibet eorumdem Religiosorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque laicalibus sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnia & singula privilegia, praerogativas, concessionis, facultates, exemptiones, immunitates, indulta, ceterasque gratias spirituales, & temporales, tam conjunctim, quam divisim, & alias quomodolibet quibusvis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, & tam viro- rum quam mulierum Monasteriis, domibus, & regularibus locis in quibuscumque mundi partibus consistentibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monachis, & personis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros hujusmodi, ac Nos, & Sedem eandem, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis concessa, & quibus singula Congregationes praedictae, earumque Monasteria, domus, loca, ac Superiores, Fratres, & Monachi, ac personae hujusmodi de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, aut concessione Apostolica, vel alia quavis auctoritate, aut aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quatenus sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis, seu particularibus Constitutionibus ejusdem Congregationis Silvestrinorum non adferentur, ad praedictam Silvestrinorum Congregationem, ita ut illa, ejusque tam viro- rum, quam mulierum Hospitalia, conventus, seu regulares domus, illorumque Superiores, Priores, Officialis, Fratres, Ministri, & aliae personae nunc, & pro tempore existentes praemissis omnibus, & singulis aequè principaliter, & pariformiter, & sine ulla proferenda uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, ac si illa dictae Silvestrinorum Congregationi, illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, & domibus regularibus, ac Superioribus, Officialibus, Fratribus, Ministris, & aliis personis praedictis specialiter, & expresse, ac principaliter, non autem ad instar concessa, ac praesentibus de verbo ad verbum inserta fuissent, auctoritate, & tenore praedictis perpetuò extendimus, illaque omnia, & singula dictae Congregationi Silvestrinorum, illiusque Monasteriis, Hospitalibus, Conventibus, ac domibus regularibus, necnon Prioribus, Subprioribus, Officialibus, Ministris, & personis praedictis quibuscumque, exceptis tamen privilegiis Monachorum S. Benedicti, per quae eidem Ordini Indulgentiae conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi, & deputandi Conservatores Religionis, & Monachorum, communicamus.

§. 3. Docerentes sic, & non aliter per quoscumque Judices quacumque auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore existenti dictae Silvestrinorum Congregationis Protectori per praesentes committimus, & mandamus quatenus per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quacumque ubi, & quando opus fuerit, solenniter publicans, ac dictae Silvestrinorum Congregationis Monachis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate nostra praesentibus, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos ipsae litterae concernunt, illis pacificè frui, & gaudere, non permittens eos, vel eorum aliquem delinere contra praesentium tenorem per quoscumque etiam locorum Ordinarios quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel impediri. Contradi-

Confirmat ac extendit praesentibus in rubrica

Reservat indulgentias S. Benedicti.

Deestum ir-

chores quolibet, & rebelles, ac præsumptos non parentes per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliisque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Constratis derogat.

§.4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum, Congregationum, Monasteriorum, & regularium domorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, ac ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & intererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis etiam mandati.

§.5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo dictæ Sylvestrinorum Congregationis, vel illius Procuratoris obsignatis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. P. An. 4. die 28. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 28. Februarii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

LXII. Confirmatio Reformationis Provinciæ Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ Austriæ, cum declaratione quod moderetur sicut reliquæ Provinciæ Reformationis ejusdem Ordinis.

De Provinciis reformatarum Italia vide quæ notavi ad Constitutionem 38. Urbani VIII. Sacrosanctum, tomo 4. & ad Constit. 263. ejusdem, Injuncti Nobis, tomo 5.

Edicta A.D. 1659.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ arcano præfidentes, ad ea per quæ religiosorum virorum, præsertim sub suavi arcioris regulæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum statui, & felici directioni opportunè consulitur, propensis studiis incumbimus, ac in illis commissa nobis cælestis officii partes libenter imponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

In rebus Reformationibus.

§.1. Aliis siquidem fel. rec. Urbano Papæ VIII. prædecessori nostro pro parte clar. mem. Ferdinandi, Romanorum dum vixit Regis in Imperatorem electi exposito, quod in Domibus Regularibus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatarum nuncupatorum provinciæ Austriæ operâ Antonii à Galbiato, tunc dicti Ordinis in illis partibus Commissarii generalis reformatio introducta fuisset, dictique Fratres uberes in Vineâ Domini fructus afferrent: itidem Urbanus prædecessor supplicationibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Reformationem in domibus regularibus dictæ provinciæ Ordinis hujusmodi, ut præfertur, introductam, cum eisdem privilegiis, gratiis, & indultis, ac modo, & forma, quibus similem Reformationis introductionem in provinciis

Bavariæ, & Tirolis prædictis confirmaverat, auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, & alias prout in ipsius Urbani prædecessoris litteris desuper in summi forma prævis die 2. Decembris 1632. expressis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur.

§.2. Cum autem, sicut dilecti filii Franciscus Statfeldt Minister Provincialis, & Fratres prædictæ provinciæ Austriæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi gratias, & privilegia, quæ memoratis provinciis Bavariæ, & Tirolis, à supradicta provincia Austriæ valde remotis, per litteras prædicti Urbani prædecessoris super confirmatione introductionis Reformationis in provinciis hujusmodi expeditas concessa reperiuntur, eidem provinciæ Austriæ per extensum pariter concedi summo perè desideret, dilectusque pariter filius Minister Generalis Ordinis prædicti, visis, & consideratis jussu nostro dictis privilegiis, & gratiis, eisdem exponentibus opportunè in præmissis, ut infra, à Nobis provideri expedire censuerit.

§.3. Nos specialem dictis Francisco Ministro Provinciali, & Fratribus exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpolorum consilio, attentis narratis, ac audito per eisdem Cardinales prædicto Ministro Generali Ordinis hujusmodi, ut prædicta provincia Austriæ sit reformatata, aliisque Fratrum dicti Ordinis Reformatarum Discalceatorum nuncupatorum provinciis Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illorum instar, ac sub omnimoda Ministri Generalis ejusdem Ordinis, & eo Italicæ nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis, necnon etiam Commissarii Generalis, juxta Bullam unionis electi, non autem Commissariariorum Generalium eorundem Ordinis, & Regnorum Hispaniarum, nec Superioris, vel inferioris Germaniæ, ita quod Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generalis prædicti juxta Bullam hujusmodi electi, illam non nisi per seiplos, aut Commissarios Ordinis Reformatarum prædictorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate, ac etiam sub directione Procuratoris Generalis Reformatarum in Curia Romana quoad negotia occurrentia, ejusque Fratres, juxta declarationes rec. mem. Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter nostrorum, vivere debeant.

§.4. Et cum hoc etiam quod Minister Provincialis provinciæ reformatæ Austriæ hujusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in Fratres Ordinis prædicti sibi subditos, quam circa novarum Domorum ejusdem Instituti in eadem provincia fundationem, seu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Novitios, & alia in litteris Apostolicis pie mem. Gregorii Papæ XIII. etiam prædecessoris nostri contenta, prout alii Ministri Provinciales aliarum provinciarum Fratrum ejusdem Ordinis Reformatarum Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeat, ac tam ipse, quam singularum Domorum prædictæ provinciæ Austriæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatarum Discalceatorum nuncupatorum Superiores, necnon singulares cujuslibet illarum personarum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, ac dictarum Domorum Regularium Superiores, & singulares personarum uti, frui, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, pariter, & pariformiter, ac æquè principaliter, sine ulla

ulla prorsus differenda uti, frui, & gaudere respective possint, & valeant.

§. 5. Quodque nunc & pro tempore existens Minister Generalis prædictus, aut Visitatores ab eo etiam pro tempore substituendi statuta, Constitutiones, & Ordinationes ejusdem Provinciae Reformatæ Austriæ, illiusque domorum Regularium hujusmodi Constitutionibus generalibus Reformatorum non adversantia, nisi de consensu majoris partis Fratrum Vocalium dicte Provinciae Reformatæ Austriæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando alterare, vel immutare, aut eisdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta eadem declarationes vivant, disturbare, necnon quod Fratres ejusdem Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupati infra limites ejusdem, seu alterius Provinciae existentes collecturas, seu quasuras ad domos regulares ejusdem Provinciae Reformatæ Austriæ spectantes, exceptis eis à Fratribus Provinciae Austriæ hujusmodi in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis, occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciae Austriæ desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 5. Ac insuper eidem Ministro Generali, ut Ministrum Provinciale, Custodem, & Diffinitores dicte Provinciae Austriæ creare, & eligere, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specialem, individua, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi libere, & licite possint, & valeant, plenam, liberam, & amplam auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem: ita tamen, ut Fratres Provinciae hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione Generali factis, quæ Strictiori Observantia non adstantur, subjaceant, ad illarumque observationem omnino teneantur.

§. 6. Decernentes Provinciam Austriæ, prædictam decretis, & declarationibus à Nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus, & Successoribus nostris reformationibus, & custodiis Italiae emanatis, seu emanaturis nullatenus subjectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provinciale, Custodem, & Diffinitores, aliosque Superiores, & Fratres Provinciae Reformatæ Austriæ hujusmodi à quoquam quavis, etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungente desuper molestari, perturbari, inquietari, aut impediri non posse: Sicque per quoscunque Judices, & Commissarios ordinarios & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provincialium quarumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illiusque, & illarum Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

Quod Fratres Minores Discalceati Sancti Francisci Hispaniarum non possint transire ad aliam Religionem, nisi de licentia majoris partis Patrum Vocalium Diffinitorii. LXIII.

Circa transitum ab una ad aliam Religionem, seu familiam, vide ad Constit. Urb. VIII. 263. Injuncti nobis, & Pauli V. Postulat Apostolici, tom. 3.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1659.

CUM sicut dilecti filii Ministri Provinciales, & Fratres Provinciarum Sanctorum Joannis Baptistæ, & Josephi Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupat. Regni Hispaniarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi alias providè consideraverint incommoda, quæ eisdem Provinciis in dies proveniunt ex eo quod nonnulli earumdem Provinciarum Religiosi hujusmodi prætextu vitæ melioris præterdant è dicto Ordine transire ad Fratres Carthusianos, petita dumtaxat, licet non obtenta ad id suorum Superiorum licentia, Nobis propter eadem exponentes, ut eadem Provinciae in eorum statu reformato, & in pacis, & quietis universalis amoenitate conserventur, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè ut infra providere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 1. Nos igitur eisdem exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ad evitanda exposita inconvenientia, ac aliis justis de causis, ut in futurum nulli Ordinis hujusmodi Religioso professio, etiam sub prætextu auctoritatis vitæ, seu quovis alio quæsito titulo liceat ad quamcumque aliam religionem quantumlibet strictiorem transire, nisi prius in pleno Diffinitorio licentiam transeundi petierint, eamque per majorem partem suffragiorum favorabilium legitime obtinuerint, ac nullum, & inane quicquid secus gestum fuerit, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus.

§. 2. Cognitionem verò causarum prætensoforum gravaminum propter denegationem prædictæ licentiæ eisdem Cardinalibus etiam privative quoad alios quoscunque Judices, quantumvis specificæ, & specialissima mentione dignos avocamus, & reservamus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

Quod

LXIV. Quod Alumni, & Convictores Collegiorum de Somaicha possint in eorum Oratoriis confiteri, tam Presbyteris dictae Congregationis, quam aliis ab Ordinario approbatis.

Edita An. D. 1659. ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Motiva bene per Confir.

Aliis postquam felic. record. Paulus Papa V. praedecessor noster inter alia privilegia Congregationi Clericorum Regularium de Somaicha, alias S. Maioli Papiensis nuncupatorum concesserat ut singuli Presbyteri professi dictae Congregationis omnibus, & quibuscunque personis degentibus, & commorantibus in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorium Collegiis sub cura, regimine, & administratione dictae Congregationis existentibus, Extremae-Unionis, necnon etiam tempore Paschatis, & Resurrectionis Dominicae festivitate Sanctissimae Eucharistiae Sacramenta, absque aliquo censurarum incurfu ministrare possent.

§. 1. Urbano Papa VIII. praedecessori pariter nostro pro parte tunc existentis Procuratoris generalis praedictae Congregationis exposito, quod a nonnullis locorum Ordinariis revocaretur in dubium, an per supra dictam concessionem Presbyteris praedictis implicite etiam concessa esset licentia privata Oratoria in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorium Collegiis huiusmodi, praesertim dictae Congregationis non propriis, habendi, in eisque sacrosanctum Missae sacrificium etiam extra tempus Paschatis celebrandi: idem Urbanus praedecessor supplicationibus dicti Procuratoris generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, eidem Congregationi quod ipsa in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorium Collegiis huiusmodi, etiam non propriis dictae Congregationis, sub ejus tamen cura, regimine, & administratione existentibus, Oratoria privata habere, ipsiusque Congregationis Presbyteri professi in eis sacrosanctum Missae sacrificium in personarum in dictis Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorium Collegiis degentium, & commorantium praesentia, tam intra, quam extra tempus Paschatis, Resurrectionis Dominicae, & festivitates huiusmodi celebrare liberè, & licite possent, & valerent, declaravit, ac quatenus opus esset, eis de novo concessit, & indulgit prout in ipsius Urbani praedecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 22. Decembris 1632. expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresse, & verbarum inserto haberi volumus, continetur.

§. 2. Cum autem sicut dilectus filius Petrus Franciscus Moia Procurator generalis memoratae Congregationis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli locorum Ordinarii adhuc revocent in dubium utrum Alumni, & Convictores qui in praedictis Collegiis educantur, peccata sua Presbyteris per Ordinarios approbatis in eisdem Collegiis sacramentaliter confiteri valeant, ipseque Petrus Franciscus Procurator generalis propterea, quod spirituali eorumdem Alumnorum, & Convictorum quieti consulatur, opportunè in praemissis à Nobis provideri plurimum delideret.

Ab solvitur a censuris

Confirmat prout in sub.

§. 3. Nos eundem Petrum Franciscum Procuratorem generalem specialibus favoribus, & gratis professi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut Alumni, & Convictores Collegiorum sub cura dictae Congregationis existentium in Oratoriis, seu Capellis eorumdem Collegiorum, in quibus praemissum est, auctoritate Apostolica

Missam celebrare, & Sacram Communionem ministrare, peccata sua sacramentaliter confiteri liberè, & licite possint, & valeant, idque Presbyteris ab Ordinario approbatis, etiam saecularibus, si Alumni, & Convictores praedicti nolent confiteri Regularibus dictae Congregationis, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Martii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

Quod Correctores Provinciales in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, de caetero, completo, & exacto eorum officio per sex annos immediatè sequentes ab eodem munere vacare debeant, antequam ad huiusmodi munus denuò eligi possint.

De hac materia vide ad Confir. Gregor. XV. Militantis Ecclesiae, pro Fratribus Regularis Observantiae, ac Discalcentis S. Francisci.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Ad ea, per quae Religiosorum Ordinum quorumcunque felici directioni opportunè consulitur, libenter intendimus, & desuper Pastoralis officii nostri partes favorabiliter intepsonimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus, in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Paula, in vim illius Regulae, & Constitutionum Apostolica auctoritate confirmatarum, Correctores Provinciales munus huiusmodi spatium annorum exercent, quibus expletis, illi vacare, & cessare ab eodem munere, & officio ad aliud triennium immediatè subsequens debent, ad hoc ut in Correctorem Provinciale denuò reeligantur: Cumque videatur ad praesens inolevisse in eodem Ordine cupiditas, & ambitio officiorum, ipsique Correctores Provinciales, ut ad idem Correctoris Provincialis munus, & officium exacto triennio praedicto reeliantur, eaque de causa Successores in eodem munere sibi grati, & accepti creentur, studeant eos dicti Ordinis Religiosos in Correctores locales constituere, qui ad suae libitum voluntatis in Capitulo Provinciali votum, seu suffragium ferant, sui perpetuitatem in domo, & officio nulla habita boni communis, & prosperi regiminis dicti Ordinis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus ratione, quazrentes.

§. 2. Hinc est, quod Nos ambitioni, & cupiditati huiusmodi obviam ire, & in praemissis opportunè pro cura nostra Pastoralis providere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine: Quod de caetero perpetuis futuris temporibus Correctores Provinciales dicti Ordinis, completo, & exacto illorum officio huiusmodi, per sex annos immediatè sequentes ab eodem munere vacare, & cessare debeant, ita ut ante lapsum sexennii huiusmodi ad munus, & officium Correctoris Provincialis cujuscunque Provinciae Ordinis praedicti denuò eligi, vel assumi nullo modo possint, tenore praesentium statuimus; atque ita ab omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus, & personis sub indignatione nostrae, ac privationis vocis activae, & passivae, necnon dignitatum, officiorum, & praerogativarum quarumlibet, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, & quaevis alia obtinenda, poenis eo ipso absque declaratione incurrendis inviolatè, & perpetuò servari praecipimus, & mandamus.

§. 3. Decernentes sic, & non alter in præmissis per quoscunque iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.Ecclesie Cardinales, etiam de latere legatos, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis Regula, & Correctorio nuncupato, necnon statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volimus autem ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Martii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

VI. Confirmat conventiones super Jure Patronatus Ducis Medinæ Sidoniz in tres Conventus Fratrum Congregationis Hispaniæ Ordinis B. Mariæ de Mercede, Provinciæ Andalusiz, & in totam Congregationem.

De hac materia vide ad Conslit. Urbani VIII. Inter cætera, tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius de Christo Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceatorum nuncupatorum, quod cum dilectus filius Nobilis vir Dux Medinæ Sidoniz favorabilem semper, ac beneficium se præstiterit Recollectioni dictæ Congregationis, eidemque tres Conventus in Provincia Andalusiz proprio ære, ac magnis sumptibus fundaverit, necnon publico, & solemnè Instrumento aliis sub anno 1621. se suosque Hæredes, & Successores, & bona in perpetuum obligaverit singulis Capitulis generalibus ipsius Congregationis per sexennia celebrandis scuta sexcenta pro expensis uniuscujusque Capituli sustinendis eidem Congregationi titulo eleemosynæ contribuere, & donare, prout & trecenta singulis trienniis pro expensis Capituli Provincialis Provinciæ Andalusiz itidem eodem modo contribuere, & largiri, propterea dicta Congregatio gratitudinis nomine eidem Duci, ejusque in Ducatu pro tempore Successoribus universalis patroni titulum, ad infra scriptos effectus, & prærogativas dumtaxat, & non alias indulsit, necnon Jus patronatus honorificum cum prærogativis, & præminentibus de jure Fundatoribus Regularium Monasteriorum debitis, super prædictos tres Conventus ab ipso, ut supra in Provincia Andalusiz fundatos concessit, seu concedi cupit cum indultis, & conventionibus contentis in Capitulis, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Et primò præsupposita contributione prænarrata per D. Ducem pro tempore, ut supra faciendâ, eidem, & ejus Successoribus facultatem concedit nominandi seu assignandi locum, & Monasterium, in quo Capitulum generale pro tempore celebrari debeat: Ita tamen ut nominatio, seu assignatio prædicta debeat fieri

in antecedenti Capitulo pro subsequenti, & quatenus assignatus locus Recollectioni aliquam ob causam non placeret, liberum illi sit alibi ad suum libitum propriis expensis celebrare.

§. 2. Et Religiosi omnes, qui ex universa recollectione in ipso Capitulo generali aderunt, per id temporis quo idem Capitulum perduraverit, quotidie (si prænarrata eleemosyna scutorum sexcentorum à D. Duce contributa, ut supra fuerit) Missam offerre teneantur pro Animabus Defunctorum Antecessorum D. Ducis pro tempore viventis.

§. 3. Necnon semel in unoquoque Capitulo generali Missa cantata solemnè cum vigilia pro antedictis Defunctis celebretur, descendentes Religiosis omnibus interessentibus Capitulo in medium Ecclesie, ad canendum responsum prope tumulum funebri apparatu erectum: Ita tamen ut per hujusmodi celebrationes Missarum, cantatæ, & lectarum nullatenus impediatur satisfactio onerum, seu Missarum, quæ tunc, vel ex instituto Recollectionis, vel ex anterioribus quibuscunque obligationibus celebrandæ sint.

§. 4. De fructibus operum omnium, actus communitatis nuncupatorum, quæ in unoquoque Capitulo generali fiunt, dictus D. Dux, ejusque Successores, ut supra participes reddantur.

§. 5. In singulis Capitulis generalibus præcipitur, ut intra tempus ab uno Capitulo generali ad aliud intercedens, in unoquoque Monasterio totius Recollectionis Missa cantata, & à singulis Sacerdotibus una Missa lecta pro Patronis vivis, atque defunctis celebrentur.

§. 6. Morientibus autem Duce, vel Ducissa pro tempore, in quolibet Monasterio universæ Recollectionis Missa cantata cum officio Defunctorum recitetur, & singuli Sacerdotes Missam unam pro anima Ducis respectivè, vel Ducissæ defunctæ celebrare teneantur.

§. 7. Morientibus verò hodiernis Duce, & Ducissa, in suffragium animarum suarum participes reddantur bonorum operum totius Recollectionis.

§. 8. Prout & dicti hodierni Dux, & Ducissa, sicut etiam & eorum Successores in Ducatu participes fiant spiritualis fructus, quem Religiosi totius Recollectionis orando, jejunando, aliaque pia opera, tam communia, quam particularia exercendo, ac præsertim Captivos redimendo apud Deum lucrantur.

§. 9. Itidem supposita prænarrata contributione scutorum trecentorum per D. Ducem, & Successores in Ducatu, ut supra faciendâ, eidem conceditur facultas nominandi, vel deputandi locum, seu Monasterium, ubi singulis trienniis celebrari debeat Capitulum Provinciæ Andalusiz; ita tamen ut nominatio ipsa fiat in antecedenti Capitulo pro subsequenti, & si locus nominatus aliquam ob causam Capitulo minus placeat, liceat alibi propriis expensis celebrare, ut de Capitulo generali supra dictum est.

§. 10. Religiosi omnes Sacerdotes, qui in Capitulo Provinciali Provinciæ Andalusiz intervenient quotidie durante dicto Capitulo Missam celebrare teneantur pro Ducibus Patronis vivis, atque defunctis. Insuper ibi una Missa solennis pro defunctis Patronis cantetur, descendentes Religiosis omnibus interessentibus Capitulo ad medium Ecclesie, ad canendum responsum prope tumulum funebri apparatu erectum. Ita tamen ut per hujusmodi celebrationes Missarum, lectarum, & cantatæ, ut supra, non impediatur satisfactio onerum, & Missarum ex Instituto Recollectionis, seu ex anterioribus obligationibus celebrandarum.

§. 11. Et Patroni pro tempore participes reddantur fructus omnium operum, seu actuum Communitatis, quæ in singulis prædictis Capitulis Provincialibus Andalusiz fiunt.

§. 12. In quibus Capitulis Provincialibus Andalusiz, & in unoquoque eorum præcipitur, quod intra tempus ab uno Capitulo ad aliud intercedens in unoquoque Monasterio ejus Provinciæ Missa cantata, & à singulis Sacerdotibus Missa una lecta pro Patronis vivis, atque defunctis celebrentur.

§. 13. Sacer

§. 13. Sacerdotes Religiosi inservientes respectivè in Capitulis Generalibus, & Provincialibus Andalusie, ac proinde obligati ad celebrationem Missarum, ut supra, si durantibus dictis Capitulis antedictis obligationibus non satisfecerint, teneantur ante celebrationem novi Capituli Generalis, aut Provincialis respectivè satisfacere. Ita tamen ut nullatenus impediatur satisfactio aliorum ex Instituto Recollectionis debitorum, vel ex anterioribus obligationibus, ut supra dictum fuit.

§. 14. In præfato Monasterio Sancti Lucar singulis feriis sextis, & Sabbathis in perpetuum per omnes horas diei, ac noctis debeat ab aliquo Fratre alterna vice fieri oratio ad Deum pro animabus Fundatorum, ipsorumque Majorum, & Consanguineorum.

§. 15. Postquam facta fuerit electio Commendatorum pro tempore trium Conventuum à dictis Patronis, ut supra, fundatorum, debeat significari D. Duci, & Patrono pro tempore, ad effectum ut si voluerit, suum honestum impartiat assensum, juxta dispositionem Sacrorum Canonum.

XVI. Valeat Patronus pro tempore sibi assumere unum Religiosum ex dicta Provincia Andalusie in Conventum, cum facultate ipsum secum, etiam extra Provinciam adducendi: ita ut ad prædicta Superioris Regularis consensus accedat, qui si commodè, & absque regularis disciplinae detrimento fieri possit, illum præstabit. Prædictus Conventus in locis in quibus Recollectionis Conventus extiterit, in ipso, non autem extra Clausura commoretur.

XVII. Quatenus Patronus Dux pro tempore velit in locis sibi subjectis novum Monasterium Fratrum, aut Monialium Ordinis Recollectionis fundare, ex tunc censetur habitus, & præstitus consensus quantum ad Recollectionem spectat: ita tamen ut in reliquis serventur Constitutiones Bonifacii VIII. Clementis VIII. atque Urbani VIII. Summorum Pontificum, aliaque prout de jure circa Fundationem novorum Conventuum requiruntur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat, præmissa in Divini cultus augmentum, dictæque Congregationis progressum sint cessura, Nobis propterea dictus Antonius humiliter supplicari fecit, ut desuper opportunè providere, & ut intra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Antonium specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 3. Hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio prædicta omnia Indulta, & respectivè conventiones modo superscripto correctas, & reformatas auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & respectivè approbamus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis, & Provincie hujusmodi, earumque Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes,

illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Aprilis 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmat Statuta edita in Capitulo Generali Toletano pro Provincia S. Thomæ Apostoli in India Orientali, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum.

Vide ad Constit. 292. Urbani VIII. Cum sicut, in qua prohibetur Commissariis Generalibus Indiarum ne dispensare possint in Constitutionibus Generalibus Ordinis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio præpositi, illa quæ pro felici Christi-fidelium sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum directione providè constituta esse dignoscuntur, libenter cum à Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, & aliis prospero eorundem Christi-fidelium regimini congruis rationibus providere studemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, & Definitorum Provincie S. Thomæ Apostoli in India Orientali, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Toleti celebrato die 15. Junii 1658. sub dilecto pariter filio Michaele Angelo de Sambuca, ejusdem Ordinis Ministro Generali, pro prædicta India Orientali edita fuerunt statuta tenoris sequentis, videlicet.

Finito triennio Commissarii Generalis illius familie, duæ illæ Provincie regantur à suis Ministris, & Definitoribus independentè à quovis Commissario, aut Vice-commissario, etiam ab ipsis nominato.

In defectu Commissarii Generalis, instante tempore Visitationis, & Capituli, Definitorium eligat Commissarium Visitatorem ex eademmet Provincia, qui cum eadem potestatis plenitudine, quæ de jure, vel consuetudine Commissarii Visitatoribus debetur, visitabit Provinciam, & præsidebit Capitulo, quo finito nullam omnino auctoritatem habebit, sed tota residet penes Ministrum Provincie recens electum usque ad adventum novi Commissarii Generalis.

Commissarius Generalis de novo adveniens nullam auctoritatem habebit, & sui Officii possessionem accipere non permittatur, nisi prius alicui ex Ministris duarum illarum Provinciarum, vel saltem Guardiano illius Conventus, ubi primum appulerit, patentes litteras suæ institutionis exhibuerit, nec satis erit earundem litterarum copiam quantumvis authenticam, sed necesse est ipsissimum autographum Sigillo Ordinis munitum, & manu propria Reverendiss. Generalis subscriptum, exhibere, & Ministri, & Guardiani aliter facientes punientur severè arbitrio Reverendiss.

Nemini liceat in aliena Provincia incorporari, nisi prævio consensu utriusque Ministri, quantumvis consentiat, aut fortè præcipiat Commissarius Generalis illarum partium.

Præcipitur Provinciali Ministro Provincie Portugaliæ, ut curet monere Reverendissimum Generalem de tempore opportuno, quo providere debeat de Commissario Generali Indiarum Orientalis, ut expleto ipsius triennio, vel morte præveniente, quamcivis nominetur Commissarius.

§. 2. Cum

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subijungebat, præfati Exponentes, ut bono Provinciarum dicti Ordinis in India Orientali hujusmodi consistentium regimini consulatur, statuta præinserta Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti, & opportunè à Nobis, ut infra provideri summopere desiderent: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, præinserta statuta in prædicto Capitulo Generali Toleti celebrato pro memorata India Orientali, sicut præmittitur edita, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos juris & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, statuimus, & ordinantes, quod in dictis Provinciis Indiæ de cætero non fiat electio Vicecommissarii Generalis, prout fiebat virtute statutorum factorum in Capitulo celebrato Romæ anno 1639. neque jungantur duo illa Diffinitoria deficiente Commissario transmissio, sed tali casu Provinciæ gubernentur eodem modo, quo ordinant præinserta Statuta Toletana, quodque Minister Provincialis Provinciæ Portugalliæ dicti Ordinis teneatur procurare, ut mittatur Commissarius, supplicando Ministro Generali ejusdem Ordinis, ut illum nominet, ac designando illi Religiosos in dicto officio, qui possint esse ex quinque Provinciis Portugalliæ, & ex duabus Indiæ, nempe Portugalliæ Algarbiorum, Pietatis, Arrabida, Sancti Antonii, Sancti Thomæ, & Matris Dei.

§. 3. Ac demum quod Commissarius transmissus ex prædictis quinque Provinciis Portugalliæ possit remanere (si voluerit) in aliqua ex dictis duabus Provinciis Indiæ cum omnibus præminentibus concessis à statuto Religionis, si laudabiliter officium suum adimpleverit. Attamen si Commissarius fuerit ex duabus Provinciis Indiæ, nullo officio redeat ad suam Provinciam, cujus est filius, & in illa gaudeat privilegiis concessis à statutis, quibus non gaudebit, si in illa non remanserit.

§. 4. Ut autem prædicta suis loco, & tempore debitum sortiantur effectum, eorum executionem cum omnibus, & singulis facultatibus necessariis, ac opportunis Venerabili Fratri Archiepiscopo Goensi, ac dilectis filiis adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Apostolica auctoritate deputatis, & aliis quibuscunque personis in dignitate Ecclesiastica constitutis Civitatis, & Insulæ Goæ, & eorum cuilibet in solidum auctoritate, & tenore præsentium injungimus, & demandamus, salvâ semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sique in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dictis, dummodo aliquis ultra tres dietas auctoritate præsentium in judicium non trahatur, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirma-

Bullarii Magni Tom. V.

tionem Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis idem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub D. P. An. 3. Annulo Piscatoris, die 10. Maii 1659. Pontificatus die 10. Maii nostri anno quinto.

Concessio Indulgentiæ Plenariæ Fratribus Regularis Observantiæ Sancti Francisci, ac Reformatis Cismontanæ familiæ, exercitiis spiritualibus per octiduum vacantibus.

ALEXANDER PAPA VII. *Edita An. D. 1659.*
Ad perpetuam rei memoriam.

Cùm sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Michael Angelus à Sambuca Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Minister Generalis, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissimè Toleti celebrato, inter alia decretum fuerit, ut secessus, & spiritualia mortificationis, & orationis mentalis exercitia in omnibus Provinciis Cismontanæ Familiæ Ordinis prædicti reassumantur, & illis Fratres earundem Provinciarum aliquoties singulis annis vacent.

§. 1. Nos qui probe novimus quantopere conducant exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christi fidelium mentibus, devotionem Fratrum memorati Ordinis, qui de suorum Superiorum licentia operi adeo pio, & salutari vacaverint, cælestium Ecclesiæ thesaurorum largitione magis excitare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consilii omnibus, & singulis prædicti Ordinis Fratribus, tam Clericis, quam Laicis, seu Convertis, qui in domibus Regularibus Provinciarum prædictarum de suorum Superiorum licentia exercitia prædicta per octidui spatium quomodocumque peregerint, & interea temporis verè poenitentes, & confessi Sacrosanctum Euchariæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus in perpetuum valituris.

§. 2. Volumus autem, quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, eadem præsentis nullæ sint eo ipso. Quodque earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici, vel Secretarii dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis prædicti Ordinis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Par. P. A. 1. Annulo Piscatoris, die 11. Junii 1659. Pontificatus die 11. Junii nostri anno quinto.

LXIX. Statuit, & decernit, ne oblatis, seu servientes Fratrum Laicorum Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanae in futurum ullatenus recipiantur, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non procuranda alia conditione ad praescriptum Constitutionum ejusdem Ordinis. Et de consensu petendo à tota Communitate super contractibus.

De his oblati vide infra ad Constit. 83. Aliàs, in qua confirmat Decretum circa receptionem oblatorum.

Edicta A. P. 1659. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Moiva.

Cum sicut dilecti filii Rhenatus Parisiensis, & Simon Lugdunensis, Procuratores Fratrum Laicorum Provinciae Sancti Francisci, & Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanae Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci Nobis nuper exponi fecerunt, licet controversia inter praedictos Fratres Laicos ex una, necnon eorum Superiores, ac Fratres Presbyteros, & Clericos dictarum Provinciae ex altera partibus vertentes per quaedam Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, sub diebus 9. Julii, ac sexta, & 20. Augusti, & prima Octobris proximè praeteritorum emanata, & per quasdam nostras in simili forma Brevis litteras die 13. Septembris etiam proximè praeteriti desuper expeditas respectivè confirmata terminatae fuerint: nihilominus dilecti etiam filii Athanasius de Villanova praedictae Sancti Francisci, & Riccardus de Aumala Sancti Ivo Provinciae Congregationis praedictae respectivè Procuratores diversas oppositiones, & protestationes contra decreta, & litteras nostras hujusmodi, debitam illorum executionem impediendi ergo facere auli fuerint.

§. 1. Cumque praedicti Exponentes propterea plurimum cupiant opportunè in praemissis a Nobis provideri, ac insuper ordinari, ut consensus Universitatum Conventuum dictae Congregationis in omnibus contractibus creationis centuum activorum, & passivorum, fundationum, hypothecationum, acquisitionum, venditionum, aliarumque alienationum bonorum ad ipsos Conventus spectantium, quorum valor in capitali, seu sorte, quantum quidem ad bona stabilia viginti quinque; quantum verò ad mobilia, & fructus respectivè pertinet, decem scutorum summam excedat, necessarius sit.

Confirmat proinde 10 rub.

§. 2. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmoderate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore cientes: Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de memoratorum Cardinalium, qui partes abundè hinc inde informantes audiverunt, remque diligenter, & mature denudè discusserunt, consilio, juxta alias resoluta sub diebus 14. Novembris 1659. 9. Julii, 20. Augusti, & prima Octobris 1660. ac nostras in forma Brevis desuper subsequutas litteras auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus, & declaramus, oblatos, seu servientes in omnibus hujusmodi Provinciae reformationis Tertii Ordinis in Regno Galliae consistentes, nec recipi, nec ad professionem admitti posse, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non quaerenda, seu procuranda alia ab hujusmodi obla-

torum, seu servientium conditione, ad praescriptum ejusdem Ordinis Constitutionum. Ac proinde sub poenis privationis vocis activae, & passivae, necnon officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quaecumque obtinenda praedicti Ordinis Superioribus, Officialibus, & aliis quibuscumque ad quos spectat, seu spectare quomodolibet poterit in futurum, atque invaliditatis, & nullitatis secus gestorum, & gerendorum, eorundem tenore praesentium praecipimus, ac prohibemus, ne aliter quam modo, & forma praemissis hujusmodi oblatos, seu servientes exinde recipiant, nec quicquam erga, vel circa statum, & conditionem tam dictorum Servientium, quam etiam Fratrum Laicorum, sive in Capitulis Provincialibus, sive extra ea contra praedictarum Constitutionum, & praesentium litterarum formam, ac tenorem sub jamdictis poenis attentare, seu innovare audeant, aut praesumant.

§. 3. Super contractibus verò censuum, tam activorum, quam passivorum, impositionum, & fundationum, bonorum, acquisitionum, permutationum, venditionum, hypothecationum, & aliarum quocumque titulo, & nomine alienationum, quando agitur de stabilibus, & centibus, si summam viginti quinque ducatorum aureorum in sorte, de mobilibus autem, & redditibus decem similium excedant, tunc totius Communitatis, seu Capituli Conventuum, de quorum re agitur, consensum, & consensus requiri, & adhiberi pariter decernimus.

§. 4. Quo autem ad numerum Fratrum Laicorum, & Servientium praedictorum, ad dilectum filium Ministrum Generalem, pro suo arbitrio, & prudentia providendum remittimus, eidemque praemissorum omnium, & singulorum executionem committimus, & demandamus: Injungimusque ut sub memoratis, ac aliis Ecclesiasticis poenis, & censuris juxta praedicta observari faciat, & praecipiat. Contradictores, & Rebelles quocumque praedictis, ac aliis juris remediis opportunis compescendo.

§. 5. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus in contrarium allatis, necnon appellationibus, protestationibus, ceterisque oppositionibus, ac omnibus, & singulis illis, quae in litteris nostris supradictis concessimus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1661. Pontificatus Nostri anno quinto.

Confirmat Decretum, quo numerus Vocationum Capituli Generalis Congregationis Italicae Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini reducitur ad tres pro qualibet Provincia.

De his Fratribus vide ad Constit. 81. Urbani VIII. Aliàs pro parte, circa electionem Priorum Provincialium, ac de modo regendi Provinciae. Extat tom. 4. pag. 140.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiae regimini per abundantiam Divinae bonitatis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, praepositi, illa quae pro felici Christianissimum

sub suavi arctioris Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum directionem provide statuta esse dignoscuntur, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis patrocinio roboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vicarius Generalis, & Diffinitorium Congregationis Italiae Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, quod ultimum ejusdem Congregationis Capitulum Generale sub directione dilecti filii nostri Joannis Baptistae tituli Sanctae Mariae Transiberim S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pallotti nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Prosectoris, summa cum tranquillitate, & pace celebratum fuit, juxta modum, & formam cujusdam Decreti in proximè præcedenti Capitulo Generali Congregationis prædictæ editi, & per Venerabiles Fratres nostros ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositos die 10. Januarii proximè præteriti (ut dicti Exponentes allerunt) confirmati, quo numerus Vocalium Capituli Generalis Congregationis hujusmodi præscribitur, & ad tres pro qualibet Provincia reducitur, & alia prout continetur in scriptura tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Die 13. Maii 1659. sessione 7. Invocato Divini Spiritus auxilio, congregatis Eminentissimo & Reverendissimo D. Cardinale Pallotto Prosectori, & Præsidi, ac Patribus Diffinitorii Generalis Congregationis Patrum Discalceatorum S. Augustini Italiae, propositum fuit, an confirmandum sit Decretum in præterito Capitulo Generali sessione 10. die 18. Maii 1656. editum, & à Sacra Congregatione super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita confirmatum, super reductione Vocalium Capituli Generalis sub inferi scripto tenore, videlicet.

§. 3. Ad tollenda inconvenientia, & incommoda, quae ex celebratione Capituli Generalis more solito contingunt ex multitudine vocalium ad prædictum Capitulum Generale concurrentium, & expensarum ultra limites nostrae paupertatis, & ex periculis itinerum cum evidenti detrimento nostrae regularis observantiae, cum experientia competentum sit summo per se expedire, Capitulum Generale celebrari juxta formam præscriptam in Decreto alias facto in præterito triennio, & à Sacra Congregatione prædicta confirmato, paucis mutatis, ut infra sub reservatione beneplaciti Sanctissimi Domini Nostri, & cum supplicatione Sanctitati Suae pro confirmatione in perpetuum per litteras in forma Brevis, decretum fuit, quod deinceps in perpetuum accedant suffragaturi ad Capitulum Generale præter admodum R. P. Vicarium Generalem, quatuor Diffinitores Generales, duos Visitatores Generales, Procuratorem Generalem, & Secretarium Generalem, ex qualibet Provincia Priores Provinciales in Capitulo Generali, sive extra titulum ad formam litterarum Apostolicarum electi; quod si aliquem ex dictis Provincialibus ante elapsum triennium, & ante Capitulum Generale decedere contigerit, & per tempus non licuerit novam fieri electionem, ut supra, tunc jus ferendi suffragium in Capitulo Generali in locum demortui devolvatur ad proximè antecessorem in Officio Provincialatus, dummodò illi non competat hujusmodi jus ferendi suffragium in eodem Capitulo ex alio titulo, quo casu ad antecessores in dicto Officio eodem modo devolvatur: Et si detur casus, quo nullus ex Provincialibus antecessoribus existat, aut ferre votum ex alio titulo non possit, tali casu jus ferendi votum devolvatur in Provincia Romana ad Priorem Conventus JESU-MARIAE de Urbe, & eo deficiente, aut legitime impedito, ad Priorem Conventus Sancti Nicolai ejusdem Urbis. In Provincia Neapolitana ad Priorem Sanctae MARIAE Veritatis, vel eo deficiente, aut legitime impedito, ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis ejusdem Civitatis. In Provincia Januensi ad Priorem Conventus Sancti Nicolai Tolentinatis Januae, & eo deficiente, vel legitime impedito, ad Priorem Conventus Sancti Damiani Mediolani. In Provincia Siciliae Panormitana ad Priorem Conventus

Bullariis Magni Tom. V.

Sancti Nicolai Tolentinatis Panormi, vel eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus Sancti Gregorii ejusdem Civitatis. In Provincia Germaniae ad Priorem Conventus Sancti Augustini Viennae, & eo deficiente, vel legitime impedito, ad Priorem Conventus Sancti Vvincellai Pragae. In Provincia Regni Neapolitani ad Priorem Conventus Sanctae Mariae Pietatis Montis Leonis, & eo deficiente, vel legitime impedito, ad Priorem Conventus Sanctae Mariae Incoronatae Neritonensis. In Provincia Pedemontana ad Priorem Conventus Sancti Caroli Taurini, & eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus SS. Nicolai, & Annae Salutiarum. In Provincia Siciliae Messanensis ad Priorem Conventus Sanctae Restitutæ, & eo deficiente, seu legitime impedito, ad Priorem Conventus Sanctissimae Annuntiatæ ejusdem Civitatis, & sic deinceps.

§. 4. Præterea loco Priorum, & Discretorum cujuslibet Conventus accedant suffragaturi ad Capitulum generale, & ad idem latari instantias ad statum Provinciarum, & singulorum Conventuum, duo ex qualibet Provincia, qui sint Sacerdotes, & sine scandalo, & cum ædificatione in Congregatione se gesserint, & saltem duodecim annos completos à professione habeant in Congregatione, & triginta annos pariter completos habeant ætatis: & unus ex istis insuper Philosophiam, vel Theologiam, si fieri poterit, per duodecim annos, vel ad minus per novem formiter legerit, & docuerit, vel per duodecim, vel saltem novem cursus quadragesimales, aut integros annuales laudabiliter concionatus fuerit, excepto tamen hoc primo triennio, pro quo Vocales, sive Lectores, sive Concionatores eligi, & admitti possint, etiam si per sex tantum annos numeribus prædictis functi sint, quibus requisitis, ut supra, respectivè deficientibus, electiones nullæ sint eo ipso, ac sine illis electi ad suffragandum in Capitulo Generali non admittantur.

§. 5. Prædicti autem duo in qualibet Provincia eligantur in Congregatione cogensa per Priorem Provinciam cujuslibet Provinciae Dominica prima mensis Maii proximè præcedentis Capitulum Generale, vel si urgens aliqua necessitas coegerit, primo quoque tempore post dictam Dominicam primam mensis Maii, in quibus Congregationibus præsideant Provinciales, non tamen in illis votum ferant; & Provincialibus quovis modo deficientibus, præsideant Priores Conventuum, in quibus Congregationes fiunt, & officio scrutatorum fungantur: qui præterit, & duo Præsidenti proximiores, eligentur, & alii duo cum eisdem qualitatibus, & requisitis respectivè substituendi unicuique ex proximè electis in casu mortis, seu alterius cujusvis legitimi impedimenti.

§. 6. In prædictis autem Congregationibus vocem habebunt Priores cujuslibet Conventus, & Vicarii Conventuum Vicariatus, Secretarii RR. Patrum Provincialium, necnon Discreti, qui eligentur, prout hactenus factum est. Et cætera faciant ad formam Constitutionum. Congregationes autem habebuntur pro Provincia Romana in Conventu Sanctissimi Crucifixi Spoleti, pro Provincia Neapolitana in Conventu Sanctae Mariae Veritatis Neapolis, pro Provincia Januensi in proximo triennio in Conventu Sanctae Franciscæ Romanæ Mediolani, in subsequenti verò in Conventu Sancti Nicolai Tolentinatis Januae, & sic deinceps alternativè. Pro Provincia Siciliae Panormitana in Conventu Sancti Nicolai Tolentinatis Panormi. In Provincia Germaniae in proximo triennio in Conventu Sancti Augustini Viennae, in subsequenti verò in Conventu Sancti Vvincellai Pragae, & sic de singulis alternativè: pro Provincia Regni Neapolitani in proximo triennio in Conventu Sanctae Mariae Incoronatae Neritonensis, in subsequenti verò in Conventu Sanctae Mariae Pietatis Montis Leonis, & sic deinceps alternativè: pro Provincia Pedemontana in Conventu S. Caroli Taurini: in Provincia Siciliae Messanensis in Conventu Sanctae Restitutæ Messanæ; utque electiones pro qualibet Provincia dignioribus, & magis acceptis personis in qualibet Provincia

B b 2 vicia

vincia in Definitorio Generali hanc, provifum, & decretum pariter fuit, ut in electionibus provincialibus, & admittantur ad ferendum voces provinciales, & duo Vocales uniuscujusque Provinciae, una cum PP. Definitori in electionibus fingularum Provinciarum, ita ut possint esse omnes numero duodecim Electores: & fuit resolutum affirmatively per vota secreta, omnibus concurrentibus, die 25. Julii 1659. In Capitulo generali Praesidente Eminentissimo D. Cardinali Pallotto, ad majorem quietem, & pacem totius Congregationis, &c. Perfecto per Secretarium Capituli generalis alta voce supradicto Decreto, & facta propositione, quae placeat servari, & confirmari dictum Decretum tenoris prout supra, per vota secreta fuit resolutum affirmatively per viginti octo suffragia, duobus tantum pro negativa.

*Confirmat
Decretum
prout in rubr.*

§. 7. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praedicti Exponentes Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolica confirmationis nostrae praesidio communiri summopere desiderarent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praesertim Capituli generalis dictae Congregationis Decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

*Decretum
affirmat.*

§. 8. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis praedictae, ejusque Provinciarum, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

*Transumptum
fuit.*

§. 10. Volumus autem, ut earundem praesentium transumptis manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, ac si forent exhibitae, vel ostensa.

*Dati. P. A. S.
die 16. Junii.*

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

LXXI. Super exemptione Religionis Beati Joannis Dei nuncupatae de Fate ben fratelli, ab omnimoda jurisdictione Ordinariorum.

*Edita Ad. D.
1659.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad suam rei memoriam.

*Notitia Lu-
gani Co. Jlia.*

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus Paganus Congregationis Fratrum Beati Joannis Dei

Procurator Generalis, quod licet dudum felix recordationis Urbanus Papa VIII. praedecessor noster, per suas in simili forma Brevis litteras die 9. Julii 1638. expeditas de tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio declaraverit, ac decreverit, ut quoad dictae Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus forent duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingererent, & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus foret minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possent insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorundem Hospitalium procedere: ita tamen, ut contra personas in nihilo se immiscerent.

§. 1. Venerabilis nihilominus Frater Archiepiscopus Calaritanus Superioritatem in Hospitalia Congregationis praedictae intra fines Diocesis Calaritanae existentia, illaque, tam quoad visitationem, quam quoad alia quaecumque sibi subiecta esse praetendit, hacque occasione nonnullas dubitationes per Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum resolvi petiit; super quibus emanavit decretum ejusdem Congregationis Cardinalium, prout continetur in scriptura tenoris, qui sequitur, videlicet: Calaritana. Supplex petit Archiepiscopus Calaritanus infra scriptas dubitationes per hanc Sacram Congregationem resolvi. Primò: An Fratres Beati Joannis Dei, a Magistratu Civitatis vocati, & additi servitio Hospitalis, cujus se ipse Magistratus protectionem gerere praetendit, sint exempti a visitatione Archiepiscopi in his, quae versantur circa administrationem, & rationem bonorum reddendam. Secundò: Quomodo procedendum contra dictos Religiosos se opposentes praedictae visitationi virtute privilegiorum. Tertio: An dicti Religiosi praetermissa forma Sacri Concilii, & licentia Ordinarii in prima eorum fundatione, & receptione, sint nihilominus exempti a jurisdictione Archiepiscopi, circa regularem observantiam, & personas, maxime dilapidando bona Hospitalis, vel scandalose vivendo. Die 27. Septembris 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, servandam in omnibus dispositionem Brevis Urbani VIII. editi 9. Julii 1638. F. Cardinalis Paulinus Praef.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Paulus decretum hujusmodi pro firmiori illius robore, & efficacia, Apostolica confirmationis nostrae praesidio communiri summopere desideret: Nos ipsum Paulum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesertim Apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus: salva semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocunque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque.

*Comit
delegat.*

Datum

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1658. Pontificatus Nostri anno quinto.

Tenor Brevis Urbani VIII. est, qui sequitur.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilectus filius Angelicus Rampulla Congregationis Beati Joannis Dei Procurator generalis, Nobis nuper exponi fecit, per Constitutionem felicis recordationis Pauli V. prohibeatur expressè, ne plures ad habitum, & professionem per Fratres dictæ Congregationis suscipi, & emitti solitam admittantur, quam infirmorum, & miserabilium personarum necessitas exigat: ac per aliam Constitutionem Pii etiam V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum statuatur, ut quicquid Congregationis hujusmodi Fratres acquirunt, non sibi, exceptis dumtaxat victu, & vestitu, sed pauperibus infirmis, & Hospitalibus, ad quorum servitium particulari instituto, ac voto obstringuntur, acquirant, indeque pateat dictam Congregationem non parum ab aliis Religionibus circa libertatem, & facultatem duodecim Religiosos in singulis ejus Conventibus, & Hospitalibus deputandi differre: Nobis propterea dictus Angelicus humiliter supplicari fecit, ut prædictam Congregationem minime comprehensam esse sub decreto auctoritate nostra hac de re die 21. Junii 1625. inter decreta de celebratione Missarum, §. Deinceps, edito declarare, ac aliàs ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eundem Angelicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

§. 2. De Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium Præpositorum consilio, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus, ac decernimus, ut quoad dictæ Congregationis Conventus, & Hospitalia, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant; & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insumul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computationum administrationis eorumdem Hospitalium procedere; ita tamen, ut contra personas in nihilo profus se immisceant.

§. 3. Non obstantibus prædicto decreto, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constituendo, ac quatenus opus sit, dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1638. Pontificatus nostri anno decimoquinto.

Bullarii Magni Tom. V.

Pro erectione Provinciae Beati Petri de LXXII. Alcantara Fratrum Discalceatorum Sancti Francisci, & commutatione eorum, quæ Provinciae Sancti Joannis Baptistæ, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa.

Benificationem Beati Petri de Alcantara Discalceatorum Fundatoris habes ad Constit. Gregor. XV. In sede. Consimilem creationem Provincia vide ad Constit. 30. Urb. VIII. Aliàs nos, & Constit. 277. Cum sicut.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1659.

SCROFANDI Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam impositum postulat, ut paternam Christianorum, qui è fluctibus sæculi in portum regularis vitæ confugerunt, curam gerentes, eorum status, & felici directioni opportunis rationibus consulere studeamus, prout pia Orthodoxorum Regum vota exposcunt, & nos matura consideratione prævia conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Discalceatorum Provinciae Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod eadem Provincia vigore facultatis ædificandi, seu instituendi Conventus, seu Domo regulares in quibusvis Hispaniæ locis, ei per quosdam fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis litteras concessa, ita (benedicente Domino) dilatata nunc reperitur, ut in Valentia, ac Murcia, & Granatæ Regnis, in quibus consistit, triginta sex illius Conventus numerentur, in quibus singulis Fratres notabili numero habitant. Qui Conventus cum per spatium trecentorum milliarii in longitudinem, & centum quinquaginta in latitudinem dispersi existant, Ministris Provincialibus Provinciae hujusmodi pro tempore existentibus, si non impossibile, saltem difficultimum redditur ipsam Provinciam pedibus totam quotannis peragere, & visitare, sicut per statuta dicti Ordinis præscribitur, nec ipsi attenta itineris longitudine, eam in singulis Conventibus præfatis moram trahere valeant, quam spiritualis Religiosorum consolatio exigit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissis in Capitulo Provinciali dictæ Provinciae pro-
vide perpenis, Fratres qui eidem Capitulo interfuerunt, omnes unanimiter decreverint, Nobis esse supplicandum, ut licentiam dividendi Provinciam prædictam concederemus, hocque decretum non solum à tunc existente Ordinis prædicti Ministro Generali, qui Capitulo Provinciali hujusmodi præfedit, approbatum, sed etiam à Capitulo generali ejusdem Ordinis in Civitate Tolitana novissimè celebrato confirmatum fuerit: Nobis propterea tam charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine, quam pro parte dictorum exponentium humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis desiderio, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, præfatosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & ipsorum exponentium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: hujusmodi piis, & rationabilibus supplicationibus

tionibus inclinati, attentis expositis, necnon etiam au-
dito dilecto filio Ministro Generali Ordinis hujusmodi,
memoratum Provinciam Sancti Joannis Baptistae Fra-
trum Discalceatorum nuncupatorum praedicti Ordinis
Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regnis
Valentiae, Murciae, & Granatae consistentem, olim Apo-
stolica auctoritate erectam, & institutam, quae in tan-
tum postmodum (Deo favente) se dilatavit, & excre-
vit, ut trigintasex jam Conventus, seu Domos Regu-
lares cum competenti numero Fratrum comprehendat,
ac proinde impossibile sit, per unum tantummodum Mi-
nistrum Provinciale, propter longam distantiam, eam
quotannis ad praescriptum Constitutionum, & Statu-
torum Ordinis praedicti visitari.

Dividit Pro-
vinciam in
duas

§. 4. Auctoritate Apostolica tenore praesentium dif-
membramus, & ex unica in duas dividimus, ita scilicet
ut vigintiseptem Conventus nunc existentes in Provin-
cia Valentiae, & si quos exinde in eadem erigi contin-
gat, usque ad Civitatem Murciae exclusivè, retento no-
mine Provinciae S. Joannis Baptistae, sub ea remanere,
ceteri vero ab eadem Civitate Murciae per praefata
Regna Murciae, & Granatae diffusi, & in posterum
pariter fundandi, ad Provinciam de novo erectam, &
B. Petri de Alcantara nuncupandum pertinere intelli-
gantur.

Quod pri-
vilegiis alie-
rum Provin-
ciarum.

§. 5. Quam Provinciam B. Petri de Alcantara de novo,
sicut praefertur, erectam, & institutam volumus inter
Provincias praedicti Ordinis Minorum Regularis Obser-
vantiae auctoritate Apostolica erectas, & approbatas
aggregari, & annumerari, ac aggregatam, & annu-
meratam esse statuimus, & decernimus, omnibusque
concessionibus, gratiis, indultis, & litteris Apostolicis
eidem Sancti Joannis Baptistae, & aliis dicti Ordinis
Provinciis Discalceatis concessis, & pro tempore conce-
dendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter
concessa essent, & eisdem Constitutionibus, legibus,
statutis, & ordinationibus, quibus dicta Provincia Sancti
Joannis Baptistae utitur, & gubernatur, similiter perpetuo
uti, & gubernari debere.

De modo
eligendi Mi-
nistrum, &
Diffinitores.

§. 6. In Capitulo autem Provinciali, in quo Praeses
ipsiusmet Capituli ad novam electionem praesideat, vel
etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad
hunc effectum habenda, & celebranda tempore, &
loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciae S. Joannis
Baptistae praescriptis, convocatisque per ipsum Diffini-
toribus, & Fratribus, cunctisque omnium locorum, seu
Conventuum ipsius Provinciae Guardianis, ex omnibus
ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciae, unus
illorum in Ministrum Provinciale pro Provincia de
novo erecta, per eosdem Ministrum Provinciale, Diffini-
tores, & Guardianos per vota Secreta ad praescriptum
Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Con-
gregationis solummodo quatuor Diffinitores, & Custos,
servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Pro-
vincialibus moris est, eligantur, quos omnes, scilicet
Ministrum Provinciale, Diffinitores, & Custodem,
postquam electi fuerint, idem Minister Provincialis
Sancti Joannis Baptistae, seu Praeses Capituli Apostolica
auctoritate confirmet.

Quod ma-
neat sub obe-
dientia Mi-
nistri Gene-
ralis.

§. 7. Decernentes Provinciam de novo, ut dicitur,
erectam, tanquam veram, & legitimam ipsius Ordinis
filiam sub obedientia, visitatione, & correctione Mi-
nistri Generalis illius pro tempore existentis perpetuo
remanere, & in Capitulis generalibus, sicut caeterae ejus-
dem Ordinis Provinciae locum habere, tractari, ample-
cti, & debitis favoribus prosequi debere, illamque in
celebrandis Capitulis Provincialibus, Congregationi-
bus, electionibus, & aliis pariformiter, ac Provincia
Sancti Joannis Baptistae procedere, & ipsas ambas Pro-
vincias suis propriis tantummodo, non autem alienis
Constitutionibus, & Ordinationibus regi, & gubernari
perpetuo teneri.

Præfatis tem-
poribus eligendi
sui provin-
ciam.

§. 8. Atque electionibus Ministri Provincialis, Diffi-
nitorum, & Custodis supradicti, ut praemittitur, cele-
bratis, & confirmatis, dictus Minister Provincialis Sancti
Joannis Baptistae terminum sex mensium cunctis ipsius
Provinciae Fratribus praefigat, intra quem ipsi alterutram

ex ambabus Provinciis, quam maluerint, ad incolendum,
& habitandum eligere possint, quo elapso nulli eorum
locum, aut Provinciam amplius mutare sine utriusque
Provinciae consensu in scriptis obtento, ullo modo
liceat.

Præfatis
Provinciis

§. 9. Eiusdem autem novae Provinciae Beati Petri de
Alcantara limites, & confines esse debere volumus Epi-
scopatum Carthaginensem, Comitatum in Regno Mur-
ciae, Episcopatum Guadicensem, & Baza, Episcopatum
Almeriensem, Archiepiscopatum Granatensem, Adelan-
tatum de Cazoria, Abbatiam de Alcala, & Pliago, nec-
non partem Episcopatus Ghiennensis, scilicet ab ipsa
Civitate Ghiennensi versus Biacensem, & Ubetensem,
relinquendo aliam partem, scilicet ab ipsa Civitate
Ghiennensi usque ad Episcopatum Cordubensem: ita
tamen ut nec Provincia noviter erecta, nec Provincia
Sancti Didaci possit fundare Conventum in Civitate
Ghiennensi, neque in ejus districtu, sed ipsa Civitas
communis sit utrique Provinciae pro quaestuatione, prout
inter partes ita conventum, & pactum extitit.

Dicitur
irritum.

§. 10. Decernentes pariter easdem praesentes litteras
semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac
illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenif-
simè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter obser-
vari. Sicque in praemissis per quoscunque Judices ordi-
narios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, &
inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra
derogari.

§. 11. Non obstantibus praemissis, ac Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus
opus sit, Ordinis, ac Provinciae Sancti Joannis Baptistae,
ejusque Conventuum hujusmodi, & aliis quibusvis etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privi-
legiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contra-
rium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis,
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum te-
nores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis,
& ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore
permanuris, ad praemissorum effectum hac vice dum-
taxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque
contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris, die 4. Augusti 1659. Pontificatus nostri anno
quinto.

Dat. 4. 1659.

Reintegratio, seu nova erectio Conventus
S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter
Poggibonzi, ad favorem Congregationis
Ilicianae, Ordinis Erem. S. Augustini.

LXX

Conventus horum Fratrum non possunt occupari
ab aliis Fratribus Discalceatis ejusdem Or-
dinis, nisi de consensu Prioris Generalis.
Vide ad Const. 15. Innoc. X. in his, tom. 4.

Venerabili fratri Episcopo Colensi.

ALEXANDER PAPA VII.
Venerabilis frater salutem, & Apostolicam
benedictionem.

1661.

Ecclesiae Catholicae regimini, nullo licet meritorum
nostrorum suffragio, per ineffabilem divinae boni-
tatis abundantiam praepositi ad ea, quae in Religionis,
divinaeque cultus incrementum, spiritualemque populo-
rum consolationem, & animarum salutem cessura esse
noscentur, peculiare vigilantiae nostrae curas libenter
convertimus, officiique nostri pastoralis partes propensa
charitate desuper interponimus, prout pia Religioso-
rum Antistitem vota postulant, & Nos prudenti consul-
tatione adhibita, cognoscimus in Domino salubriter
expedire.

Extraneis

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Ambrosius Landucius Episcopus Porphyrionensis, Sacrarum nostrarum Apostolicarum Praefectus, qui in minoribus constitutus habitum per Fratres Ordinis Eremitarum Sancti Augustini gestari solitum suscepit, & professionem per eisdem emitti consuetam expressè emisit regularem, quod cum Conventus Sancti Laurentii Fratrum Provinciae Pisanae dicti Ordinis in Terra Bonitii Poggibonzi vulgariter nuncupata, Collensis Diocesis existens, cuius redditus certi, & incerti insimul ad summam trecentorum sexaginta scutorum monetæ, vel circiter ascendeant, ante aliquot annos per sinistram Superiorum illius temporis relaxationem, vigore Constitutionis felicis recordationis Innocentii Papæ X. prædecessoris nostri, quæ incipit, *Instruenda*, &c. suppressus fuisset, ordinatum fuit, attento quod dicta Terra Missarum, & Confessariorum penuria laborabat, ut Ecclesia ejusdem Conventus sic suppressi in parochialem cum assignatione partis curæ animarum parochiali Ecclesie Praefecturae nuncupatae ejusdem Terræ, cui copiosa parochianorum multitudo suberat, incumbens, & in ipsa nova parochiali Ecclesia una Capellania, quam obtinens pro tempore Capellanus Missam in eadem Ecclesia quotidie celebrare, illiusque Parochum in cura animarum exercenda coadjuvare obligatus esset, respectivè erigerentur; & Parochus quidem centum, Capellano verò sexaginta scuta ad rationem septem librarum monetæ illarum partium pro quolibet scuto respectivè annuatim ex redditibus dicti Conventus suppressi assignarentur, residuum verò reddituum hujusmodi Seminario Ecclesiastico Collensi applicaretur: Quæ quantum quidem ad erectionem novæ parochialis Ecclesie, & Capellanie hujusmodi attinet, executioni demandata fuerunt, eisdem Parochiali Ecclesia Francisco Mutii, & Capellania à primæva erectione vacantibus Joanni Dominico Scachi Presbyteris illarum partium dilectis filiis cum assignatione jamdictæ respectivè collatis: applicatio verò residui dictorum reddituum prædicto Seminario faciendâ hæcenus mansit in suspenso.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quidam Conventus sub titulo, seu invocatione Sancti Antonii Fratrum Congregationis Ilicetanæ dicti Ordinis, cuius fructus, redditus, & proventus certi, & incerti insimul computati ad quadringenta, vel circiter scuta paria annuatim ascendunt, circiter trium milliarum inter vallo à prædicta terra distans reperiantur, qui si supprimeretur, illiusque redditus prædicto Conventui Sancti Laurentii reintegrari, seu de novo erigi posset, atque ita memoratæ Terræ, quæ populi frequentia, sitisque amoenitate inter alias conspicua existit, decori, illiusque Civium, & Incolarum, qui per suppressionem dicti Conventus Sancti Laurentii ope, operaque illius Fratrum destituti, notabilia incommoda passi sunt, spirituali consolationi, & utilitati peropportune consulere, & illic, sicut ante suppressionem hujusmodi fiebat, divina officia celebrarentur, Sacramenta Ecclesie frequentarentur, prædicationes verbi Dei ad populum haberentur, necnon processiones, alique piæ, & devotæ functiones exercerentur.

§. 3. Cumque dilecti filii Superiores Memoratorum Ordinis, & Congregationis suppressioni dicti Conventus Sancti Antonii, quantum ad eos spectat, consentiant, prædicti verò Franciscus, & Joannes Dominicus suas parochialem Ecclesiam, & Capellaniam supradictas respectivè resignare liberè parati sint, si eorum indemnitati per infra scriptarum pensionum, seu præstationum annuarum assignationem provideatur: Nobis propterea prædictus Ambrosius Episcopus, necnon dilecti filii Universitas, & homines dictæ Terræ Bonitii humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur pio, & religioso ejusdem Ambrosii Episcopi desiderio, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ipsumque Ambrosium Episcopum, ac Universitatem, & homines prædictos specialibus fa-

voribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore tenentes, necnon erectionum, & institutionum novæ parochialis Ecclesie, & Capellanie hujusmodi; ac dicti Conventus Sancti Antonii tenores, & alia quæcumque, etiam specialem, & individua mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, & specificatis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Fratritati tuæ per præsentem committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, prædictum Conventum S. Antonii, ejusque titulum, conventualitatem, ac dignitates, ministeria, munera, & officia regularia quæcumque, necnon titulos beneficiale, & collativos dictæ parochialis Ecclesie Sancti Laurentii, & Capellanie, sicut præmittitur, erectarum (factâ tamen prius per memoratos Franciscum, & Joannem Dominicum respectivè ipsarum parochialis Ecclesie, & Capellanie in manibus tuis libera, & spontanea cessione, & resignatione) auctoritate nostra Apostolica perpetuò suppressas, & extinguas, ac in supradicta Terra Bonitii prædictum Conventum Sancti Laurentii, sicut præmittitur suppressum, ad statum Conventus restituas, & reintegres, seu de novo in Conventum Fratrum dictæ Congregationis Ilicetanæ Ordinis prædicti, in quo de præsentibus quidem octo fratres, & quinque Presbyteri, unus Clericus professus, & duo Laici, seu Conversi: post mortem verò dictorum Francisci, & Joannis Dominici duodecim, videlicet octo Presbyteri, duo Clerici professi, & duo Laici, seu Conversi Fratres Congregationis, & Ordinis hujusmodi degere, & commorari debeant, ea lege, ut iidem Fratres donec ad numerum duodenarium pervenerint, tuæ, & pro tempore existentis Ordinarii Collensis jurisdictioni subiaceant, ipsique Fratres divina officia celebrent, aliaque spiritualia exercitia juxta eorum institutum obeant, & peragant in Ecclesia ejusdem Conventus Sancti Laurentii: quæ licet titulus parochialis in ea suppressus, & extinctus sit, nihilominus curata remaneat, & in ea curæ animarum exercitium continetur, ipsaque cura animarum ab aliquo Fratre dicti Ordinis per Diffinitorium prædictæ Congregationis Ilicetanæ tempore illius Capituli, vel Dietæ intermediæ, extra Capitulum verò, seu Dietam hujusmodi, per Vicarium Generalem ejusdem Congregationis pro tempore existentem, ad hunc effectum eligendo, seu deputando, ac antequam administrationem curæ animarum hujusmodi gerat, ad illam à te, seu pro tempore existente Ordinario Collensi approbando exerceri debeat, dicta auctoritate itidem perpetuò erigas, & instituas.

§. 5. Præterea eidem Conventui Sancti Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, pro illius dote, ac Prioris, & Fratrum in eo pro tempore degentium sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, omnia, & singula prædictis Parochi, & Capellano assignata, ac supradicto Seminario applicari ordinata, ut præfertur, & alia quæcumque bona mobilia, & immobilia, proprietates, census, redditus, proventus, obventiones, emolumenta, actiones, & jura, aliave quælibet tam ad ipsum Conventum Sancti Laurentii, illiusque Ecclesiam, quam ad supradictum Conventum Sancti Antonii à te supprimendum, & extinguendum quomodocumque, & qualitercumque respectivè spectantia, & pertinentia, ubicumque locorum existentia, ac illis in futurum quomodocumque, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, & aliis quomodolibet elargienda, eroganda, donanda, & assignanda ex nunc, prout ex tunc, postquam elargita, erogata, donata, & assignata fuerint, ita ut liceat eidem Priori, & Fratribus illorum omnium, & singulorum corporalem, realem, & actuale possessionem, & quasi possessionem per se, vel alium, seu alios suos, & dicti Conventus S. Laurentii nominibus propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere,

Suppresso
Conventus
S. Antonii.

Reintegratio
in
sub.

Cura animarum
exercetur
ab
aliquo
Fratre

nere, fructus quoque, redditus, & emolumenta ex illis provenientia quæcumque, ac elemosinas ipsius, eorumque Conventui ejusmodi pro tempore factas recipere, percipere, exigere, levare, locare, arrendare, recuperare, ac in suos communes usus, necessitates, & utilitatem, onerumque hujusmodi adimplementum convertere, & erogare, Diocesani loci, seu cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, auctoritate prædicta pariter perpetuo applices, assignes, & appropries, dictumque Conventum S. Antonii postquam sic, ut præfertur, suppressus, & extinctus fuerit, membrum, & Grangiam ejusdem Conventus S. Laurentii remanere debere, ipsius verò Conventus Sancti Laurentii Priorem, & Fratres Milla, & Anniversaria ad quæ Fratres dicti Conventus S. Antonii ex legatis piis, aut aliis quomodolibet tenebantur in Ecclesia ipsius Conventus S. Antonii, ita facta Missarum hujusmodi distributione, ut saltem singulis diebus Dominicis, & festis de præcepto una Milla inibi celebraretur per Fratres ejusdem Conventus S. Laurentii pro tempore existentes, qui tamen hac occasione extra Conventum hujusmodi non pmovent, vel aliquem Presbyterum seculares, eorum arbitrio, quoties ipsis placuerit deputandum, celebrari, & adimpleri facere perpetuo teneri, & obligatos fore, dicta auctoritate decernas, & declares.

§. 6. Ad hæc eidem Conventui S. Laurentii sic reintegrato, seu de novo erecto, illiusque Ecclesie, ac Priori, & Fratribus pro tempore existentibus, necnon quibusvis Christianidelibus eandem Ecclesiam pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, & indulgentiis, etiam illis, quibus ante ipsius Conventus suppressionem, mediante Confraternitate Centorum, sive di Centurati, vulgariter vocata, in Ecclesia hujusmodi erecta gaudebant, aliisque gratiis univertis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alii Conventus Congregationis, & Ordinis prædictorum, illorumque Priores, & fratres de jure, usu, consuetudine, & aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quovis modo in futurum, non solum ad eorum instar, sed etiam æquè principaliter, & pariformiter, ac absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, eadem auctoritate concedas, & indulgeas.

Personis. §. 7. Ac demum memoratis Francisco quidem unam octuagintaquatuor, Joanni Dominico verò alteram pensiones, seu præstationes annuas triginta scutorum monetæ dictarum partium super omnibus, & singulis bonis, redditibus, & proventus dicti Conventus S. Laurentii per eos quoad vixerint percipiendas, exigendas, levandas, ac in eorum usus, & utilitatem convertendas, eisque per Priorem, & Fratres ipsius Conventus S. Laurentii pro tempore existentes annis singulis pro una in Nativitate, & pro altera medietatibus pensionum, seu præstationum annuarum hujusmodi in Annunciationis B. Mariæ Virginis festivitatis respectivè persolvendas; ita ut pro dictis pensionibus, seu præstationibus annuis sic eidem Francisco, & Joanni Dominico respectivè solvendis omnia, & singula bona dicti Conventus S. Laurentii specialiter obligata, & hypothecata sint, auctoritate prædicta reserves, constituas, & assignes: Nos enim quamcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem tibi harum serie eadem auctoritate tribuimus, & impartimur.

D. c. r. p. m. irritant. §. 8. Decernentes eadem præsentis litteras, & in eis contenta, ac inde legitime sequutura quæcumque, nullo unquam tempore sub quibusvis similibus, vel dissimilibus restitutionum, reintegracionum, erectionum, suppressionum, & extinctionum, applicationum, assignacionum, & appropriationum, etiam effectum nondum sortitarum, ac indultorum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogacionibus, vel aliis contrariis dispositionibus, etiam per quascunque litteras, & Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac

eam quibusvis clausulis, & decretis, etiam per Nos, & quoscunque Successores nostros Romanos Pontifices, etiam in crastinum cujuslibet eorum assumptionis ad summi Apostolatus apicem, ac Sedem Apostolicam, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet pro tempore factis, & concessis comprehendi, aut comprehensas, & comprehensa censeri, sed semper ab illis exceptas, & excepta, ac quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, necnon restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam de novo sub quacunque posteriore data per Priorem, & Fratres dicti Conventus S. Laurentii pro tempore existentes eligenda concessas, & concessa, firmaque, valida, & efficacia existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconcluse observari, & adimpleri.

§. 9. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, & alios quolibet quacunque auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & quandocunque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quatenus opus sit, de perpetuis suppressionibus, unionibus, & applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero valore, necnon de præstando consensu in pensionibus, seu illarum reservatione, aliisque nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, tam hætenus editis, quam in posterum quandocunque edendis, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus à jure expressis fieri prohibentis, aliisque Apostolicis; ac in univertalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus, ac prædictorum Ordinis, Congregationis, Conventuum, Ecclesiarum, & Seminariorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, Congregationi, Conventibus, Ecclesiis, & Seminario, illorumque Superioribus, administratoribus, Fratribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis.

§. 10. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogacione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servandæ foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, ac exactè servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Dat. P. A. Annulo Piscatoris, die 8. Augusti 1662. Pontificatus die 8. Aug. nostri anno octavo.

Indultum

XIV. Indultum, ut Complutensis Academia recitare possit Officium S. Thomæ de Villanova sub ritu dup. 2. classis cum Octava.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Rituum Congregatio Rectoris Collegialium majorum Collegii Sancti Ildephonsi, ac aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Dioceseos in Sanctum Thomam de Villanova Archiepiscopum Valentinum piis votis benignè inclinata, quòd ibidem adipiscendis Facultatibus, iisdemque mox gradu decoratus interpretandis, ac edisserendis Sanctus idem operam navasset, ejusque Costa cum parte carnis, ut asseritur, asseretur (quibus causis per mortuus san. mem. Innocentius X. eidem Universitati indulgit, ut inibi possit de eodem Sancto tunc Beatitatis tantum titulo insignito Officium recitari, ac Missa pariter celebrari) ut posthac Universitatis, ac Collegiorum eorumdem incolæ, tam sæculares, quàm Regulares tanti Coalumni memoriam, quo solennius celebrant, eo impensius imitentur, quotannis de eodem nuper inter Sanctos relato, eis Officium duplex secundæ classis cum Octava, reliquo autem Oppidi ejusdem Clero duplex majus sine Octava recitandi facultatem tribuendam censuit. Die 19. Julii 1659. Facta autem de prædictis Sanctissimo relatione, Sanctitas Sua annuit. Die 20. ejusdem mensis, eodemque anno 1659. I. Episcopus Sabinenlis Cardinalis Sachettus.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii Rector, & Collegiales, & alii prædictæ Universitatis Studii generalis Complutensis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summopere desiderent. Nos specialem eidem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Augusti 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

LXXV. Præcipitur omnibus de Universitate observare Statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliis pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi

Complutensis Toletanæ Diocesis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ Statuta, dudum à bon. mem. Francisco dum vixit ejusdem S. R. E. Cardinale Ximenes nuncupato, auctoritate felic. rec. Alexandri Papæ VI. prædecessoris nostri condita unum extaret sub cap. lxiv. incipiens.

§. 1. Statuimus, & ordinamus, &c. in quo disponitur, teneri Lectores, Doctores, & Scholares juramentum obedientiæ deferre Rectori ipsius Universitatis, quod quidem juramentum præstandum est antequam prædicti de Universitate describantur in Matricula, aliis privilegiis, & exemptionibus non gaudent. Et in eadem expositione subjuncto, quod sæpius nonnulli, qui prædictis privilegiis uti prætendunt, nihilominus se in matricula describi non faciunt, ne cogantur præstare juramentum Obedientiæ, ideoque supplicato, ut caput hoc Statutorum confirmaretur, & non observantes privilegiis prædictis minime gaudere declararetur: Emanavit à prædicta Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet, die 15. Maii 1658. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, Statutum Academiæ Complutensis in præcitato Capitulo 64. de obedientia Rectori præstanda ab omnibus, &c. confirmatum à Sede Apostolica esse observandum. F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

§. 2. Cum autem, sicut prædicti exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summopere desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 25. Augusti 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Declarantur pœnæ, quas incurrunt non observantes statutum 64. de obedientia Rectori præstanda.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliis pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii generalis Oppidi Complutensis Toletanæ Diocesis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum exposito, quod inter alia ejusdem Universitatis Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ Statuta adest 64. tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Statuimus,

§. 1. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli Regentes, Cathedrici, & alii quicunque Lectores, Doctores, Magistri, Licentiat, Baccalarei, & Scholares universi hujus Academiae, & Universitatis, cujuscunque qualitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut praeminentiae existant, in omnibus, & singulis regimini, & gubernationi Rectoris nostri Collegii pro tempore eligendi perpetuo subjaceant, teneanturque omnibus, & singulis mandatis ipsius licitis, & honestis, ac Constitutionibus nostris non contrariis obedire.

§. 2. Et ad vocationem Rectoris praefati toties quoties ab eo, vel ejus mandato vocati fuerint, convenire: Statuta, & Constitutiones nostras in omnibus, & per omnia inviolabiliter observare: Honorem, utilitatem, & dignitatem ipsius Collegii semper, & ubicunque fuerint procurare: Exemptionem, & libertatem ejusdem tueri. Quae omnia, & singula antequam scribantur in matricula Universitatis infra sex dies à die electionis Rectoris moderni computandos, si praesentes fuerint, vel infra alios sex dies postquam ad Universitatem venerint, teneantur sic jurare: Qui autem tale juramentum non praestiterint, nullatenus gaudeant privilegiis, & praerogativis ipsius Universitatis, nec scribantur in Matricula, in qua scribi debeant nomina, & cognomina omnium & singularum personarum in eadem Universitate residentium: neque computentur, aut admittantur alicui curulis, quos peregerit antequam praedictum juramentum praestiterit, &c.

§. 3. Et in eadem expositione subjuncto, quod cum ex Statuto hujusmodi juramentum de exhibenda obedientia praedicta praestandum sit, qui verò illud non praestiterit, privilegiis, & praerogativis ipsius Universitatis nullatenus gaudere debeat: dubitaretur, an inter privilegia, & praerogativas hujusmodi comprehenderentur Stipendia debita ex gradibus conferendis, & actibus Universitatis, Cathedricisque moderandis, &c. Et an similiter vox activa, & passiva ad munia, & officia Academiae obeunda inter praerogativas, & privilegia praedicta computaretur; idèd petita à praedictis Cardinalibus dubiorum hujusmodi declaratione, ut omnes in contrarium abusus de medio penitus tollerentur, emanavit ab eorundem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet

§. 4. Die 26. Julii 1659. Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum censuit, Propinas, & vocem activam, & passivam comprehendi inter praerogativas, & privilegia de quibus in antedicto Capitulo 64. Statutorum sit mentio. F. Cardinalis Paulucius Praefectus.

Confirmat Decretum praefatum. §. 5. Cum autem, sicut praedicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicae confirmationis nostrae praesidio roborari summo perè desiderarent: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulae personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva semper in praemissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decretum irritum. §. 6. Decernentes eadem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in praemissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Consti-

tutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud S. Mariam Majoram, sub Annulo Piscatoris, die 25. Augusti 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Reformatio Collegii Curforum Apostolicorum.

Curfores Papa debent diem futura Camera Apostolica pridie intimare. Pius IV. Constit. 87. §. 13. tom. 2. In quibus causis citare, ac intimare valeant. Julius III. Constit. 14. tom. 1.

ALEXANDER PAPA VII.

MOtu proprio, &c. Aliàs felicitis recordat. Paulus Papa V. Praedecessor noster, ut Collegium Curforum à maximis interfuturis, quibus ferè singuli premebantur pro alienis pecuniis, quas pro emptione eorundem officiorum perceperant, liberaret, 25. officia militiae Pix vendibilia, & resignabilia, ad instar aliorum Officiorum Militum Piorum sub certis tunc expressis conditionibus erexit, & instituit, & pretium, quod ex venditione, & integra expeditione dictorum singulorum 25. Officiorum tunc erectorum in prima vice retraheretur, penes personam fide, & facultatibus idoneam per eosdem Curfores eligendam, seu in Sacro Monte Pietatis, aut Banco Archihospitalis Sancti Spiritus, ad electionem eorundem Curforum deponi mandavit, aequaliter inter ipsos Curfores dividendum, ad effectum tamen satisfaciendi eorum Creditoribus, qui pecunias pro Officiis Curforatus emendis contribuerant.

§. 1. Indemnitati verò eorum, qui dicta Officia Militum Piorum sic emerant, & securitati prospicere volens mandavit, ut singulis mensibus ex certis ibidem eorundem Curforum massae assignatis redditibus ab eisdem Curforibus ex Curforatus Officii emolumentis persolvendis, de quorum solutione eorum Magistro pro tempore existenti sub poena excommunicationis majoris latae sententiae ipso facto incurrendae, rationem reddere deberent, & tenerentur, scuta 113. & bonon. lxxv. eisdem Militibus, sive eorum Depositario, aequaliter inter ipsos dividenda persolverentur, gravissimis impositis poenis, tam fructibus dictam massam, quam deficientibus in praedicta solutione dictis Officialibus Militum Piorum: sicuti ex eisdem massae redditibus solvi mandavit fructus locorum Montium Paels tunc dictorum, necnon alia onera eidem Collegio incumbentia, quibus integrè solutis, quicquid ex dicta massa supererat, aequaliter inter eosdem Curfores dividi voluit, quibus etiam expressè inhibuit, ne de caetero perpetuis futuris temporibus sub solutione CC. scutorum, & suspensionis ab exercitio Curforatus Officii per annum integrum pro prima, & solutione CCC. scutorum hujusmodi, ac suspensione ejusdem officii per duos annos pro secunda, necnon solutionis scutorum D. similibus, pro una Camerae Apostolicae, vel alicui loco Pio, arbitrio ejusdem Praedecessoris, & altera medietatibus eidem Collegio Curforum irremissibiliter applicandorum, & perpetuae privationis exercitii officii Curforatus, ac excommunicationis majoris latae sententiae pro tertia vicibus hujusmodi, per quemlibet ex ipsis contravenientem incurrendis poenis, aliquem appaltum Citationum cum quibusvis personis facere, vel inire, nec per interpositam personam, etiam quovis praetextu, vel ingenio quovis colore, vel causa, & occasione aliquos libros, inscriptiones, notulas, & ut vulgò dicitur ricordi, tam parvos quam minimos, vel etiam quaecunque computa etiam minima, cum quibusvis personis conficere audent, seu praesumerent: sed bononenses ex dictis Citationibus, & expeditionibus provenientes in unum pro dicta massa conicienda congerere ad effectum solvendi ut supra, tenerentur; super qua massa, & illius augmento,

mento tunc assignato expressè voluit, & ordinavit, ne de cætero perpetuis futuris temporibus possent Domini Titulorum ipsorum Officiorum Curforatum aliquam ratam participare, nec ad effectum quomodolibet participandi aliquod pactum, vel promissionem cum eisdem Curforibus facere, vel inire, ad quorum omnium observationem voluit, ut tunc omnes existentes Curfores sese in ampliori Camera Apostolicæ, & quacunquæ alia juris valida forma, quicunque verò de eisdem Curforum Officiis in posterum provideretur, antequam ad illius exercitium admitteretur, & reciperetur, se obligare tenerentur, & aliàs prout in ipsius Prædecessoris litteris in forma Brevis sub Dat. prima Octobris 1614. Pontificatus ejusdem Prædecessoris anno 10. plenius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut nobis non sine animi nostri molestia nuper innotuit, prædicti redditus per dictum Prædecessorem hujusmodi massæ sic assignati, non solum fideliter non persolvantur, sed plures fraudes in eorum solutionibus ab eisdem Curforibus committantur in ejusdem massæ, & Camera nostræ Apostolicæ, quæ solvendi assignamenta dictis Militibus Pisis, necnon Depositariæ ejusdem Camera pro dictis locis Montium Patris suppressis, & aliis illorum loco erectis onus in se assumpit, & aliorum, qui officium Curforum hujusmodi de suis propriis pecuniis sub illorum vitæ periculo emittunt, damnum, & præjudicium, quibus, & aliis nonnullis, etiam in dictis litteris prædecessoris nostræ contentis, quæ, ut experientia docuit, aut nullo modo, aut difficillimè servari possunt, providere volentes, negotium hujusmodi nonnullis S.R.E. Cardinalibus, ac Romanæ Curia Prælatibus, & aliis probis viris commisimus, qui sæpius congregati, ac partibus auditis, negotium hujusmodi mature examinatum, & discussum nobis retulerunt, proindeque securitati tam massæ Curforum, quam Camera nostræ, aliorumque interellè habentium indemnitati, ac Curialium commoditati opportunè consulendum decrevimus.

§. 3. Motu igitur proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed de nostræ, & Apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas Prædecessoris litteras, earumque dispositionem super forma exigendi redditus per prædictos Curfores debitos, & notulas, ut præfertur prohibitas, quoad censuras, & penas spirituales, & alias in prædictis litteris comminatas, & fulminatas, easdem tamen quoad reliqua in illis deposita in suo robore & observantia permanens limitamus, reducimus, & moderamus. Statuentes ex nunc de cætero, quod perpetuis futuris temporibus quilibet ex dictis Curforibus emolumentorum partem, quæ ex Citationibus, Inhibitionibus, Monitoriis, Revocationibus, aliisque quibuslibet expeditionibus, tam reproducendis, quam reproduci non solitis, prædictæ massæ assignatam ad ejusdem creditum fideliter, & integraliter describi facere debeat, & teneatur. Quod si aliquid ex prædictis emolumentis massæ assignatis fraudatum quoquo modo fuerit, aut Curfores sibi retinuerint, teneatur in pœnam quilibet Curfor, & etiam illorum Magister pro quolibet bononeno sic fraudato, vel retento, omni exculpatione, etiam invincibilis ignorantia, remota ad solutionem juliorum x. monetæ Romanæ per causas Curia Camera Apostolicæ Generalem Auditorem eo ipso, nulla iudicii forma servata, sed sola facti veritate inspecta, quorum 10. juliorum, unam Denunciatori, seu Delatori, aliam verò medietatem massæ prædictæ applicamus, cuius etiam securitati, ac proinde ejusdem Camera, & aliorum interellè habentium indemnitati magis consulentes, volumus, & decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ante Congregationem faciendam secunda die Dominica cujuslibet mensis, singuli Curfores in Banco Archihospitalis Sancti Spiritus, seu alio loco tuto, & securo, arbitrio pro tempore existentis Generalis Auditoris prædicti, integram massæ ratam ab ipsis ex emolumentis præcedentis mensis perceptis debitam deponant, quæ nulla ratione, etiam prætextu ratæ sibi postea ex eadem massa (solutis prout infra oneribus) tangenti retardari possit, & quilibet Curfor ce-

dulam depositi in dicta Congregatione deferre, & Magistro tradere teneatur, sub pœna suspensionis ab Officio ipso facto, absque alia Judicis declaratione, donec dictam ratam deposuerit, cedulamque Magistro, ut supra consignaverit, qui infra triduum à die habitæ Congregationis prædictæ notam Curforum, qui in prædicto deposito defecerint, eidem Auditori generali tradere sub pœna privationis Officii Magisterii teneatur, ut ab eodem Auditore in casum non observantia suspensione puniri ejus arbitrio possint.

§. 4. In ipsa verò die Congregationis Magister Curforum in prima, seu sinistra facie libri ad hunc effectum singulariter habendi describat ordinatum suum, & cujuslibet Curforis nomen, cum quantitate pecuniarum debitaram, tam ab ipso Magistro, quam à singulis Curforibus, cum subscriptione ejusdem Magistri, ac Decani, vel in hujus defectum antiquioris Curforis, & duorum deputatorum supra massam in eadem facie. In secunda verò facie ejusdem libri ex opposito notabit solutionem à singulis, & quibuslibet in Banco Archihospitalis Sancti Spiritus factam, juxta quietantiam desuper productam: sequenti verò folio registrentur singula mandata directa ad prædictum Bancum subscribendum à Magistro, & Decano simul, vel loco Decani ab antiquiori Curfore, cum distributione supradictarum pecuniarum solvendarum infra scriptis, videlicet. Primo loco Depositario generali Camera Apostolicæ in satisfactionem onerum à Collegio Curforum debitorum. Subinde reservataris Decretorum, & aliis creditoribus singulorum Curforum respectivè ratione cujuslibet officii. Et denique Magistro, & aliis Curforibus pro rata massæ singulos tangenti.

§. 5. Præterea Magister Curforum pro tempore existens teneatur exhibere supradictum librum pro tempore existentij Auditori generali infra triduum à die habitæ Congregationis computandum, sub suspensionis per unum mentem à sui officii exercitio, aliisque pœnis ejusdem Auditoris generalis arbitrio in qualibet contraventione supra dispositorum, vel alicujus eorum. Et quia tum Curialibus, tum eisdem Curforibus onerosa nimis redditur prohibitio faciendi citationes, intimationes, aliasque expeditiones habita fide solutionis, ut ambas partes ab hujusmodi angustis sublevemus, cuilibet ex Curforibus permittimus, ut illorum arbitrio, absque ullarum pœnarum, aut censurarum incurfu in prædictis Prædecessoris litteris impositis citationes, intimationes, aliasque omnes expeditiones sub fide Curialium ipsis beneficiorum expedire possint, & valeant, non retardata tamen hujusmodi, sive alia de causa solutione reddituum massæ, ut supra debita, & singulorum mensium initio facienda, firma etiam remanente prohibitione sub eisdem pœnis, & censuris in dictis prædecessoris litteris, & aliis etiam corporis afflictivis arbitrio nostro, seu pro tempore existentis Generalis Auditoris prædicti condemnandis, incurrendis, & exequendis, ne quælibet appallum, aut aliquam remissionem mercedis citationum, intimationum, seu aliarum quarumcunque expeditionum, cum quibusvis personis, tam Ecclesiasticis, & speciali nota dignis, quam Regularibus, & Sæcularibus, quovis prætextu, quæsito colore, & occasione facere, aut inire cuilibet Curfori etiam magistro liceat.

§. 6. Ne verò supradicta dilata solutio ob morositatem alicujus debitoris nimis gravis, & damnosa reddatur Curforibus: Volumus, & mandamus, ut de cætero quilibet Curfor libellum unum, seu plures inscriptos per Magistrum prædictum (libro di credenze di N. Curfore) & ab eisdem Magistro, & Curfore subscriptos, in quibus per eandem Curialem, aut ipsius Solicitorem, seu Substitutum propria manu Citationes, Intimationes, aliasque expeditiones, expressa quantitate, ac die debiti adnotentur, penes se retineant, cui libro retento plena fides in iudicio, & extra habeatur. Exactio verò fiat juxta declarationem edicti desuper à dilecto filio Odoardo Vecchiarello, moderno Curia causarum Palatii Apostolici Auditore desuper stabiendi, & publicandi. Consuetudinem demum, seu potius abusum, quo ad Officium Curforis admitendus, ultra solitam admissionem, alia

alia scuta triginta diversis vicibus titulo Convivii solvere ceteris Curforibus teneretur, prorsus cassamus, & irritamus, & hujusmodi solutionem sub quovis pretextu fieri de cetero omnino prohibemus, imò ut eisdem Novitiis, qui præ ceteris in exercitio officii, & cura ministerii utilitate laborant, de aliqua subventione provideatur, mandamus, ut singulis mensibus, si Novitiis in Collegio existant, (quos pro talibus durante biennio à die habitæ possessionis haberi volumus) ex dicta massa scuta sex monetæ inter ipsos dividenda, si plures sint, sin minus uni tantum per prædictum Magistrum assignanda solvantur.

Decretum irritum.

§. 7. Decernentes præsentem nostrum Motum proprium de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, aut quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut aliis quomodolibet infringi, vel retractari, seu invalidari, aut ad viam, vel terminum juris reduci, seu in jus, vel controversiam vocari, vel adversus eum quocumque juris, & facti, vel justitiæ, & gratiæ remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sed illum ab omnibus, & singulis, quos concernit, & concernet quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, & adimpleri debere. Sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per eundem Auditorem Generalem, & quoscumque alios Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, vel S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & autoritate, & per quoscumque alios Judices, &c. judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarii derogat.

§. 8. Non obstantibus dicti Prædecessoris litteris, aliisque præmissis, ac dicti Collegii Curforum, quatenus in aliquo obstat, erectione, & etiam quatenus opus sit, Pii Papæ IV. etiam Prædecessoris nostri constitutione, in qua cavetur, quod indulgæ, & aliæ concessiones dictæ Camere interesset, aut gravamen quomodolibet concernentes intra certum tempus in eadem Camera registrentur, ita ut dicti Curfores, & quilibet alii ad præsentem in dicta Camera præsentandum, & inibi registrari faciendum minime teneantur, &c. & aliis in contrarium facientibus quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & de verbo ad verbum expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F.

Et cum absolute à censuris ad effectum, &c. Et quod prædicti Pauli Prædecessoris litterarum prædictarum tenores etiam veriores, ac Data habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in litteris. Et de singulis statutis, & ordinationibus, mandatis, cassatione, irritatione, annullatione, prohibitionibus, singulis decretis, derogatione, aliisque præmissis, ut supra, quæ hic pro sufficienter, & ad partem repetitis habeantur, ut supra in litteris latissimè extendendum. Et cum opportuna deputatione ejusdem Auditoris Generalis, qui facultatem habeat citandi, in forma inhibendi, & exequi faciendi. Invocato etiam brachii secularis auxilio, si opus fuerit, cum opportuna derogatione quomodolibet contrationum in litteris latissimè extendendum: & quod sola præsentis Motus proprii Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obstante: seu etiam præsentium transumptis etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent originaliter exhibitæ, vel ostensæ, seu etiam desuper litteræ Apostolicæ, etiam per Breve nostrum, seu de Curia desuper expediri possint.

Fiat F.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Kalend. Octobris, Pontificatus anno quinto.

Die 11. Octobris 1659. Supradictus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valvas Curie, in Atria Campi Floræ, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Melanum Sanctissimi D. N. Papæ Curf. Joseph Marcheranus Curf. Mag.

Declaratio Apostolica pro Universitate Studii Generalis Complutensis, ut deinceps in licentiis Theologiæ non ferant votum, nisi illi Doctores, qui vel per sex menses continuos ante dictum votum ferendum præsentem in dicta Universitate adfuerint, vel saltem adfuerint præsentem quatuor actibus singulorum concurrentium ad licentias ex iis, quos pro licentia obtinenda facere debent.

De hoc Collegio vide supra Constitutiones 74. 75. & 76. hujus Pont.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & aliorum Universitatis Studii Generalis Complutensis Nobis expositum fuit, quod per Statuta dictæ Universitatis Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ dudum à bon. mem. Francisco dum vixit S. R. E. Cardinale Ximenez de Cineros nuncupato, Ecclesiæ Tolentane ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsule, auctoritate felic. recordationis Alexandri Papæ VI. Prædecessoris nostri condita, Capp. 44. 45. 46. & 47. inter alia cavetur, quod omnes Doctores Theologiæ Facultatis ejusdem Universitatis actibus Theologicis, quos illi qui ad Baccalaureatus, & subinde ad Licentiæ gradus in eadem Theologica facultate aspirant, octo numero successivè obire debent, interellè, & in illis arguere, seu argumenta proponere tenentur, quodque iidem Doctores per cedulas secretas ex Baccalaureis formati primùm Licentiæ gradu insigniendum, habendo principaliter respectum ad sufficientiam litterarum, deinde secundum, postea tertium, & sic deinceps similiter eligere debent, & aliis prout in eisdem statutis uberius dicitur contineri.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, sæpe nonnulli Doctores prædictæ Theologiæ Facultatis, qui Compluti non resident, in electione Licentiæ gradu insigniendorum prædictum votum habere præterendant, licet sufficienti Baccalaureorum cognitionem non habeant, quippe qui prædictis eorum actibus non interfuerint, nec contra eos argumenta proposuerint, imò nec Compluti quidem tempore actuum hujusmodi residerint: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: ut deinceps in ejusmodi Licentiis Theologiæ non ferant votum, nisi illi Doctores, qui vel per sex menses continuos ante dictum votum ferendum præsentem in dicta Universitate adfuerint, vel saltem adfuerint præsentem quatuor actibus singulorum concurrentium ad Licentias, ex iis quos pro Licentia obtinenda facere debent, auctoritate Apostolica

stolica tenore presentium decernimus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes pariter easdem litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, irrevocabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon prædictis, & aliis quibusvis memoratae Universitatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & constitutionibus, ac consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 9. Octobris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

IX. Erectio Provinciæ Reformatæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ.

De his Reformatis vide ad Constit. 38. Urb. VIII. Sacrosanctum, & hujus Pontificis Constit. 61. Militantis.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Sacrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ divina dispensatione creditum exigit, ut paternam Religiosorum virorum sub suavi arctioris vitæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum curam gerentes, ea per quæ prospero, felicitique eorum statui, & regimini consulitur, Apostolici confirmationis nostræ præsidio constabiliamus.

§. 1. Aliàs siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Mariæ Ungariæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi quidem prius ante sex menses, vel circiter, varias gravissimas causas, quarum intuitu Provinciæ hujusmodi à jurisdictione Commissarii nationalis, ad instar diversarum aliarum Provinciarum Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis, eximi desiderabant, dictæ Congregationi exposuerant, ipsi verò ab initio spem fecerat eandem Provinciæ ad exemptionem hujusmodi admitti, ac privilegiis vicinarum Provinciarum gaudere non posse, nisi prius ostenderetur reformationem in illa pariter acceptatam fuisse, pro qua introducenda similes Commissarii deputari solent; quodque dicta Provincia Sanctæ Mariæ Ungariæ Constitutiones Reformatorum, & quidem uti tales à Ministro Generali Ordinis prædicti recognitas semper observasset; ipsique Exponentes credebant ex relatione dilecti pariter filii Visitatoris Generalis Austriæ, & Ungariæ dicti Ordinis, cui memorata Congregatio indagacionem veritatis præmissorum commiserat, ad ipsam Congregationem transmissa constare eorum, quæ exposuerant veritatem.

§. 2. Et propterea dictæ Congregationi supplicato, ut exemptionem hujusmodi prædictæ Provinciæ concederet, illamque reformatam declararet, emanavit ab eadem Congregatione decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Magni Tom. V.

gularium præposita, attentis narratis, ac auditis relationibus tam Ministri Generalis Ordinis hujusmodi, quam etiam Commissarii Visitatoris Generalis Austriæ, & Ungariæ, asserentium memoratam Provinciæ S. Mariæ Ungariæ, ejusque omnes Fratres, ac dicti Ordinis Religiosos jam acceptavisse, & suscepisse reformationem, ac secundum hujus instituta, leges, constitutiones, & statuta vivere, regi, & gubernari, censuit, decrevit, & declaravit eandem Provinciæ tanquam reformatam haberi, ac inter reformatas Provinciæ statuendam, computandam, & describendam, earumque omnibus gratiis, privilegiis, & prærogativis æquè, ac cunctæ similes aliarum Provinciæ Reformatæ utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere ipsam quoque debere, ac proinde ab obligatione recipiendi de cætero Commissarium nationalem esse eximendam, prout præsentis Decreti vigore statuitur, & computari, haberi, describi, gaudere, & eximi respectivè mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 19. Septembris 1659. M. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro sumiori illius subsistentia, & observatione Apostolico muniri patrocinio summopere desiderant; Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc porrectis humiliter inclinati: Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salvâ semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Oratoris, & Provinciæ hujusmodi quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

De numero Monachorum Professorum, qui existere debent in Monasteriis Congregationis reformatæ del Tardon, Ordinis Sancti Basilii Magni.

De his Monachis vide ad Constit. 138. Urb. VIII. Pastoralis, tom. 5. & ad Constit. 268. ejusdem Pontificis, tom. etiam 5.

ALEXANDER PAPA VII.
Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Nomine dilectorum filiorum Monachorum Provinciæ Reformatæ in Regnis Hispaniarum consisten-

Abfolv. Oratores à censuris.

Confirmat. Decretum.

Decretum irritant.

Edita An. D. 1659.

Supplicatio.

tis Ordinis Sancti Basilii Nobis pro parte dilectorum pariter filiorum Matthæi à Sancto Didaco Presbyteri, & Francisci à Jesu Laici Monasterii Eremiti del Tardon dictæ Provinciæ Monachorum, ejusdemque Provinciæ Definitorem, & Procuratorem Generalium in Romana Curia nuper expositum fuit, quod in quadam concordia aliâ inter duos Procuratores Presbyterum unum & laicum alterum, ejusdemque Provinciæ, cujus Monachorum una pars Presbyteri, & duæ Laici existunt, Romæ inita, quam felic. record. Innocentius Papa X. prædecessor noster per suas in simili forma Brevis expeditas litteras, inserto eisdem litteris toto, & integro illius tenore, de anno 1646, ut dicti Exponentes asserunt confirmavit, inter alia stabilitum reperit, quod prædictum del Tardon, usque ad nonaginta, de Galleguillos verò nuncupatum dictæ Provinciæ Monasteria usque ad octoginta Monachos respectivè duntaxat habere valeant, ac præterea quod Adjutor, seu Coadjutor Magistri Novitiorum Laicus existat: quodque in regula dictæ Provinciæ à rec. mem. Clemente Papa VIII. prædecessore pariter nostro confirmata cap. 3. de Oratione, & Choro, prohibetur ne novæ devotiones in præjudicium laboris manuum allumantur, & quadam Constitutione à piæ mem. Paulo Papa V. etiam prædecessore nostro confirmata, cap. 21. num. 1. mandatur, ut duo Clavarii in quolibet Monasterio eligantur: ac insuper in prædicta concordia statuitur, quod Definitor antiquior convocet quater in anno Definitorium ad effectum audiendi causas recursum contra Abbatem Provinciale, & alios quoscumque: demùm ejusdem Ordinis Constitutionibus prohibetur, ne Monachi retinere possint alia animalia, quàm oves & capras.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, subinde variæ difficultates, & incommoda exorta fuerint, atque præmissa reformari, seu declarari expediat, & propterea exponentes prædicti, attento augmento reddituum, & capacitate Conventuum, ut in prædicto del Tardon usque ad nonagintanovem, in illo verò de Galleguillos Monasteriis hujusmodi usque ad nonaginta Monachos respectivè, servatâ in reliquis quoad Sacerdotes, & Laicos forma Constitutionis dicti Ordinis, & concordia prædictæ, habere possint, à nobis indulgeri, ac quod infirmo, vel impedito dicto Magistro Novitiorum, licitum sit Abbati Provinciali unâ cum Definitorio circa concernentia spiritualitatem, & jurisdictionem alium Sacerdotem eligere, & subrogare, firmo tamen semper Coadjutore Laico, qui eodem modo adjuvare, & coadjuvare debeat, ac si verus Magister esset præfens, declarari: utque qualibet die in Choro Litanias B. M. Virginis recitare valeant, concedi; necnon quod ex duobus Clavariis hujusmodi unus Sacerdos, & alter Laicus esse debeat, etiam declarari. Insuper dicto Abbati Provinciali, ac Superioribus, ne audeant quocumque prætextu impedire quominus statuta die dictum Definitorium convocetur, interdicti: ac postremò ut ipsi Monachi tot fues, & scrofas, quot pro usu cujuslibet Monasterii necessarii fuerint, & non ultra, alere possint, indulgeri summopere desiderent.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, quibus preces superscriptas examinandas requisimus, fraternitati tuæ per præfentes committimus, & mandamus, ut constituto tibi, servatis servandis, de veritate expostorum, & quod hujusmodi petitio fiat à Capitulo Provinciali prædictæ Provinciæ capitulariter, & per vota secreta, iisdem Monachis exponentibus, quod in prædicto Conventu del Tardon habere possint Monachos

usque ad numerum nonagintanovem, & in illo de Galleguillos usque ad numerum nonaginta, servata in reliquis forma prædictarum litterarum ejusdem Innocentii Prædecessoris, & præcipuè quoad Sacerdotes, & Laicos; ac præterea quod si contingat Magistrum Novitiorum aliquo gravi morbo, vel alio canonico impedimento detineri quominus Novitiis præesse possit, tunc, & tali casu deputetur per Definitorium Sacerdos necessarius prædictis requisitis, qui suppleat vices Magistri Novitiorum, firmo tamen semper remanente Coadjutore Laico: Quodque possint quotidie recitare in Choro Litanias Beatissimæ Virginis, pulsata tamen salutatione Angelica Vespertina: ad hæc quod ex duobus Clavariis in quolibet Conventu juxta Constitutionem eligendis unus debeat esse Sacerdos, & alter Laicus. Insuper quod Definitori antiquiori, ad quem spectat convocare quater in anno Definitorium pro recursum, licitum sit illud convocare licitis temporibus, nec Provincialis id impedire valeat quovis prætextu, sub pena privationis officii eo ipso incurrenda: Demùm quod ad usum mensæ ipsorum Monachorum, ipsisque interservientium, hospitum, & elemosynæ duntaxat, & non aliâ, & in locis omninò separatis à piscuis ovium, & caprarum à Constitutione permissarum, emere, & alere possint tot fues, & scrofas quot juxta eorum indigentiam, ac prædictorum mensæ interservientium, hospitum, & elemosynæ usibus tantùm noverint posse consumi, ea lege adjecta, ut nullo prætextu, seu quæsito colore animalia, aut carnes hujusmodi vendere, permutare, aut de eis, & super eis quoslibet alios contractus inire possint, auctoritate nostra Apostolica concedas, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, ejusque Monasteriorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, illis aliâ in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub D. P. Annulo Piscatoris, die 2. Junii 1656. Pontificatus nostri anno secundo.

Declarat modum habendum à Generali in LXXX visitando Congregationem Monachorum del Tardon.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta An. 1656.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus à Jesu Monachus, ac Procurator Generalis Congregationis Reformatæ del Tardon nuncupatæ, in Hispania consistentis, Monachorum Ordinis Sancti Basilii, quod licet per litteras felicis rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super institutione, seu approbatione ejusdem Congregationis, die 23. Septembris 1603. expeditas, quæ incipiunt, *Altissimi desiderium, &c.* caveatur expressè Monachos Congregationis Reformatæ hujusmodi Abbati Generali dicti Ordinis taliter subjacere, ut ipse per se, non verò per alium, nisi fortè ex eadem Congregatione Reformatâ Monachum possit illos tam in capite, quàm in membris visitare, corrigere, & emendare, non verò in aliquo contra reformationem, seu constitutiones ab ipsis faciendas, & à Sede Apostolica approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quidquam

quidquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos à suis Monasteriis alia quacunque de causa auferre, seu alios ab ipsis, & ad breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare: nihilominus dilectus filius Modernus Abbas Generalis Ordinis prædicti vigore quarundam litterarum rec. mem. Innocentii Papæ X. Prædecessoris pariter nostri, etiam in forma Brevis die 25. Junii 1647. expeditarum, memoratam Congregationem Reformatam cum consilio, & interventu Monachorum assistentium non Reformatorum ejusdem Ordinis visitare, quin etiam ipse Abbas Generalis, & Monachi non Reformati Ordinis hujusmodi Monachos dictæ Congregationis Reformatæ ad expensas pro exhibitione, seu manutentione, dictorum Monachorum Assistentium non Reformatorum contribuere teneri respectivè prætulerunt, & prætulerunt. Quare prædictus Franciscus Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum præsentium dimittat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum consilio, attentis narratis, reque per eosdem Cardinales mature discussa, quoad visitationem servandas esse litteras prædicti Clementis Prædecessoris in forma Brevis expeditas, ut scilicet fieri debeat per ipsum Abbatem Generalem, & eo impedito per alium ex Congregatione del Tardon, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus.

§. 2. Quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Generali, litteras memorati Innocentii Prædecessoris non comprehendere dictam Congregationem, seu Provinciam del Tardon, ac proinde Assistentes non posse intervenire in dicta visitatione, nec dictam Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dictis Assistentibus. Quo verò ad accessum ad Capitulum Generale licere Monachis del Tardon mittere eos tantum quos permittunt litteræ in simili forma Brevis ejusdem Innocentii Prædecessoris, auctoritate, & tenore prædictis declaramus, salvâ semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritam, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Febr. 1658. Pontificatus nostri anno tertio.

Bullarij Magni Tom. V.

Quod Generalis Congregationis Monachorum del Tardon, Ordinis S. Basilii Magni visitet Congregationem eo modo, quo disponunt Brevia novissima Urbani VIII. & Innoc. X.

ALEXANDER PAPA VII. *Edict. An. D. 1658.*
Ad futuram rei memoriam.

Aliis pro parte dilecti filii Francisci à Jesu Procuratoris Generalis Congregationis, seu Provincie del Tardon nuncupatæ Monachorum Reformatorum Ordinis Sancti Basilii Magni in Hispania Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositis exposito, quod fel. rec. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 23. Septembris 1603. expeditas litteras inter alia decrevit, eosdem Monachos Reformatos Abbati dicti Ordinis Generali taliter subiacere, ut ipse per se, non verò per alium, nisi fortè ex eadem Congregatione Reformatæ Monachum, possit illos tant in capite, quàm in membris visitare, corrigere, & emendare, non verò in aliquo contra eorumdem Monachorum Reformationem, seu Constitutiones ab ipsis faciendas, & à Sede Apostolica approbandas in communi, vel cum aliquo particulari dispensare, vel quicquam aliud mutare, seu innovare, neque Monachos Reformatos à suis Monasteriis ad alia quacunque de causa deferre, seu alios ab ipsis etiam ad Breve tempus recipi facere, vel aliud quidquam ordinare, seu statuere, in quo ipsos possit perturbare, seu quomodolibet inquietare.

§. 1. Diciturque Monachis Reformatis Procuratorem ad Romanam Curiam eligendi, & ibidem pro dictæ Congregationis negotiis tractandis, quamdiu voluerint habendi facultatem tribuerit: rec. verò mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster per quasdam suas in eadem forma Brevis litteras die 30. Octobris 1629. expeditas Abbati Generali Ordinis præfati pro tempore existenti præcepit, ut in posterum prædictas litteras in forma Brevis memorati Clementis Prædecessoris omninò observaret, & observari faceret, decernens illum, si unquam aliquem ex Monachis Reformatis hujusmodi contra dispositionem dictarum litterarum ad Provincias non Reformatas transferre præsumpsisset, pœnam privationis vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrere.

§. 2. Nosque per nostras itidem in forma Brevis die 11. Februarii 1658. emanatas litteras ordinaverimus, quoad visitationem servandas esse litteras prædicti Clementis Prædecessoris, ut scilicet fieri debeat per ipsum Abbatem Generalem, & eo impedito per alium ex Congregatione del Tardon: quoad contributionem autem pro Assistentibus, & eorum interventu in visitatione cum Abbate Generali, litteras præ mem. Innocentii X. Prædecessoris pariter nostri non comprehendere dictam Congregationem, seu Provinciam del Tardon, ac proinde Assistentes non posse intervenire in dicta visitatione, nec dictam Provinciam del Tardon teneri ad aliquam contributionem pro dictis Assistentibus: Præterea prædictus Urbanus Prædecessor in quibusdam aliis suis in simili forma Brevis litteris die 9. Januarii 1630. ad favorem Congregationis del Tardon expeditis Abbati Generali memorati Ordinis injunxit, ut in visitatione dictæ Provincie Reformatæ expensas tantum necessarias, quæ tamen summam ducentorum scutorum monete Romanæ non excedant, recipiat.

§. 3. Ac demùm similis record. Paulus Papa V. pariter Prædecessor noster, etiam per quasdam suas in forma Brevis litteras, voluerit, & statuerit, ut quamvis Provincialis Provincie hujusmodi notabiliter deliquerit, à Difinitorio tamen, nisi ob crimen ex quo de jure deponendus, seu privandus veniat, tam ex officio, quàm per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, aut alio quovis modo contra eum nequaquam procedi,

C c 2 sed

sed ejus jurisdictionem usque ad præfinitum tempus illam durare, ipse Franciscus Procurator Generalis pro majori observatione dictarum litterarum Apostolicarum plurimum cupiebat ordinari.

§. 4. Primò, ut Abbas Generalis Ordinis prædicti in visitatione, quam per se solum facere potest, in Assistentes eligere debeat duos antiquiores Diffinitores dictæ Reformationis, nempe Presbyterum unum, & Laicum, seu Conversum alterum, vel alios duos qui à Diffinitorio ejusdem Reformationis electi fuerint: ac eidem Abbati Generali prohiberi, ne exemptionem, aut privilegia dictis Monachis Reformationis concedat, sed præfatas litteras Apostolicas observet, & ab omnibus proprias eorum leges, & institutum faciat observari, attento quod hac in re nonnulla inconvenientia sunt secuta, quibus reformatio hujusmodi perturbata fuit.

§. 5. Secundò prohiberi eidem Abbati Generali ne à Conventibus, Prælatibus, aut Monachis particularibus eorundem Reformationum majorem quantitatem pecuniarum, aut alterius cujusvis rei æquivalentis accipiat, quam quæ in visitatione dictorum Reformationum expenditur, tam pro navo, & stabulatione jumentorum, eorumque sustentatione, quam pro alia qualibet impensa, ita ut expensæ hujusmodi summam ducentorum scutorum monetæ Romanæ prædictæ excedere non debeant, juxta prædictas Urbani prædecessoris litteras, idque sub pœna privationis Officii, & inhabilitatis perpetuæ, tam per dantes, quam per recipientes incurrenda.

§. 6. Tertio prohiberi Monachis reis, ne prætextu gravaminis ad alios Superiores, quam primò ad Diffinitorium recurrere possint, prout per quasdam Urbani, & Innocentii Prædecessorum in simili forma Brevis litteras cavetur.

§. 7. Quarto declarari, quod quando Superior Provincialis dictæ reformationis Constitutionibus, seu litteris Apostolicis, per quas pœna privationis officii imponitur, contravenerit, Diffinitores in eorum Diffinitorio, vel extra illud, eveniente casu procedere valeant ad declarandum eum in pœnam hujusmodi incurrisse, eumque officio privare, non obstante prædicta Constitutione, ac insuper declarari utrum jus, de quo inibi fit mentio, sit jus commune, an verò jus particulare dictæ Religionis, videlicet leges, & Constitutiones à Romanis Pontificibus editæ. Emanavit à prædictorum Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Declaratio prædictorum.

§. 8. Sacra Congregatio Eminentiss. S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, attentis narratis, reque Eminentissimo Carpineo referente diligenter, & mature discussa, censuit decernendum, & declarandum, quemadmodum præsentium tenore decernit, & declarat ut infra, videlicet, ad primum quod Generalis vitet juxta formam, & dispositionem Brevis san. mem. Clem. VIII. Ad secundum, idem Generalis servet omnino Breve san. mem. Urbani VIII. Datum sub die 3. Januarii 1630. aded ut expensæ, quæ dantur pro visitatione, omnibus computatis non excedant summam scutorum ducentorum monetæ Romanæ, nec etiam à sponte dantibus aliud quidquam ultra dictam summam sub expressis pœnis recipere audeat. Ad tertium, quod serventur pariter litteræ in forma Brevis emanatæ de anno 1641. à fel. rec. Urbano VIII. de anno 1646. à simili mem. Innoc. X. in iis quæ concernunt appellationem, seu recursum ad Diffinitorium. Et ad quartum, quod quando Provincialis crimen committit, ex quo de jure deponendus, vel privandus venit, itidem procedendum esse in casibus tam de jure communi, quam de jure Constitutionum dictæ Reformationis dictæ Provincie del Tardon à S. Sede Apostolica confirmatis. Ac proinde ita circa præmissa de cætero omnimodè exequi, & respectivè observari mandat & præcipit, contrariis quibuscunque non obstantibus. Romæ 14. Februarii 1659. M. Card. Ginettus.

§. 9. Cum autem, sicut dictus Franciscus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio commu-

niri summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 10. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis, seu Provincie, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volimus autem ut earundem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Novembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmat Decretum circa receptionem Oblatorum, probationem, & admissionem ad habitum in Provincia Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci.

De his Oblatis vide supra ad Constit. 69. Cum sicut, hujus Pont. ubi cavetur ne recipiantur nisi cum biennali novitiatu, & quarto voto, &c.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliàs pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & Diffinitorum Provincie Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci nobis exposito, quod Regula dicti Tertii Ordinis Cap. ij. & Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 15. determinant unum annum probationis pro Novitiis: Constitutiones verò generales ejusdem Tertii Ordinis ab hac S. Sede approbatæ determinant duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, seu Servientium, qui emittunt tria vota solemnia Religionis, ac insuper quartum votum de non procuranda alia conditione à sua, Cap. j. §. ij. de Fratribus Oblatis, felic. autem recor. Clemens Papa VIII. prædecessor noster per quandam suam Constitutionem die 19. Martii 1603. emanatam ordinavit, ut unaquæque Religio sua specialia Instituta

Instituta observare tenentur circa Fratrum Oblatorum receptiones.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod pro consolatione quorundam Fratrum Oblatorum, qui tunc in dicto Tertio Ordine existerent, Superiores ipsius Tertii Ordinis consenserunt alias ut à recolenda spem. Urbano Papa VIII. prædecessore pariter nostro procuraretur dispensatio pro dictis Fratribus Oblatis super ipsorum quarto voto, & licentia transeundi ad statum Fratrum Conversorum, seu Laicorum, cum assumptione Caputii, sicut de facto idem Urbanus prædecessor die 26. Augusti 1641. dispensavit cum Fratribus Oblatis, qui tunc in dicto Tertio Ordine existerent; quodque ab illo tempore in aliquibus Conventibus dictæ Congregationis Tertii Ordinis diversis, & differentibus modis factæ fuerunt receptiones dictorum Fratrum Oblatorum; siquidem aliqui Superiores sibi persuadentes prædictas Constitutiones Generales Tertii Ordinis determinantes duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, esse contrarias Regulæ Tertii Ordinis, & Concilio Tridentino prædictis, requirentibus unum tantum annum probationis in Novitiis, admittunt in Ordinem Fratres Oblatos sine Caputio, cum uno tantum anno probationis.

§. 2. Et ulterius occasione litterarum dicti Urbani prædecessoris in simili forma Brevis super præmissis emanatarum, per quas ipse Urbanus prædecessor dispensavit cum dictis Oblatis, qui tunc erant in Ordine super quarto voto, eisque concessit transitum ad statum Laicalem post decem annos à sua receptione; Fratres Oblati qui de novo recipiuntur in Ordine quartum votum ab Oblatis emittendum non emittunt, ac post tempus aliquorum annorum assumunt Caputium sine ulla auctoritate hujus Sanctæ Sedis, & dispensatione Constitutionum Generalium dicti Tertii Ordinis, contra quas novus status, seu conditio in Religionem inducitur.

§. 3. In aliis verò Conventibus Tertii Ordinis, & Congregationis hujusmodi admittuntur dicti Fratres Oblati, seu Servientes, juxta formam Constitutionum Generalium Ordinis cum quarto voto, de non procuranda alia conditione à sua, idque eo magis, quod cum sit dispensatio, ipsa est de voto jam facto, non verò de faciundo: & prædictus Urbanus prædecessor dispensavit cum Oblatis, qui votum emiserant, & tunc temporis in Ordine existerent; minime verò ordinavit aliquid circa Oblatos in futurum recipiendos, aut quoad hoc Constitutiones Generales Ordinis immutavit. Istas autem diversas, & differentes Fratrum Oblatorum receptiones non minimam parere in dicta Congregatione Tertii Ordinis confusionem, & plures scrupulos, ac dubia ingerere in animos: Et propterea Nobis humiliter supplicato, ut dignaremur declarare.

§. 4. Primò, An Constitutiones Generales dicti Tertii Ordinis requirentes duos annos probationis in Oblatis, seu Fratribus Servientibus, vota solennia emittentibus, sint contrariæ tam Regulæ ejusdem Tertii Ordinis, quam Decreto Concilii Tridentini, unum annum probationis exigentibus in Novitiis. Secundò, An occasione relaxationis, & dispensationis factæ à memorato Urbano prædecessore cum Fratribus Oblatis, qui tunc temporis existerent in Ordine, super ipsorum quarto voto de non procuranda alia conditione à sua, & super assumptione Caputii post decem annos, possint de novo recipi Oblati, seu Servientes cum uno anno solum probationis, ac admitti ad Caputium & statum Laicorum; possitque talis usus, & status novus introduci contra Generalia Statuta Ordinis, sine debita auctoritate Sedis Apostolicæ. Tertio, An Fratres Oblati, qui in tali statu novo, & non approbato à Sede prædicta fuerunt admissi in Religionem, sint verè Religiosi, & professi. Quarto, An dicta dispensatio concessa ab Urbano prædecessore prædicto pro Oblatis, qui tunc temporis existerent in Ordine, impediat quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Constitutionum Generalium dicti Tertii Ordinis ab eadem Sede approbatarum?

Bullarii Magni Tom. V.

§. 5. Nos negotium hujusmodi Venerabilibus Fratribus Amelio Camerinensi, & Carolo Clusiniensi Episcopis demandavimus; à quibus emanavit Decretum tenoris qui sequitur, videlicet: Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini D. de Aleris Episcopus Camerinensis, & D. de Vecchis Episcopus Clusiniensis auctoritate Apostolica sibi specialiter commissa omnibus mature perpensis censuerunt, & declaraverunt sicuti hoc præfati decreto censent, & declarant. Primò, non obitare Concilium Tridentinum, nec Regulam Tertii Ordinis quominus Oblati, seu Servientes juxta tenorem Constitutionum Generalium dicti Ordinis debeant biennio integro probari, & eo expleto ad professionem admitti. Secundò, non posse admitti ad Caputium, seu statum Fratres Oblatos, seu Servientes, qui admissi sunt in Religionem post Breve san. mem. Urbani VIII. cum dictum Breve loquatur tantum de illis Oblatis, qui tunc existerent in Ordine. Tertio, dictos Oblatos de novo receptos in statu novo, & non approbato à Sancta Sede, non esse veros Religiosos. Quarto, dictum Breve Urbani non impedire quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Constitutionum generalium dicti Tertii Ordinis à Sancta Sede approbatarum, non obstantibus quibuscumque in contrarium. Romæ 9. Octobris 1659. E. Episcopus Camerinensis Secret. C. de Vecchis Episcopus Clusiniensis S.C.C. Secret.

§. 6. Cum autem, sicut prædicti Exponentes Nobis denud nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summo perè desiderarent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore, censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 7. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicut in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Decembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Quod Monachi S. Basilii Hispaniarum possint deferre Cucullam amplam talarem, manicatam, quam floccum vocant. LXXXIV.

IN CAUSA SABAMANTINA CUCULLÆ.

IN Congregatione Sacrorum Rituum Ordinaria habita coram Sanctissimo, Eminentissimo D. Cardinalis Azzolinus retulit controversiam Monachorum Sancti Basilii, & Sancti Benedicti Hispaniarum super usu Cucullæ amplæ talaris, quam floccum nuncupant. Et juribus utriusque partis hinc inde, necnon Voto Sacræ Rotæ auditis, ac mature perpensis, Sanctitas Sua censuit, decrevitque licuisse, ac licere Monachis Sancti Basilii deferre Cucullam amplam, talaris, manicatam, quam floccum vocant, ac proinde manu

manutenendos esse in eisdem usu. Die 27. Septembris 1659.

I. Episc. Sabinensis Card. Sacobertus.
Loco sigilli.

Franc. Maria Phœbeus Sac. Rit. Congr. Secr.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D.
1659.

§. 1. **C**ontroversiam inter dilectos filios Sancti Basilii ex una, & Sancti Benedicti Ordinum Monachos in Hispaniis degentes ex altera partibus super usu Cuculle amplæ talaris, quam floccum nuncupant, vertentem pro commissa Nobis coelitus pastoralis officii cura, sine debito terminare cupientes, litemque super eadem controversia pendente à quibusvis Judicibus (quorum omnium, & singulorum, necnon colligatorum nomina, cognomina, & qualitates, ac litis, & causæ huiusmodi statum, & merita, cæteraque etiam speciali, & individua mentione digna presentibus haberi volumus præ expressis) ad Nos harum serie avocantes, ac dilectum pariter filium Dionysium Mungo Abbatem dicti Ordinis Sancti Basilii specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Dionysii Abbatis Generalis, totiusque Ordinis prædicti Sancti Basilii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, juribus utriusque partis hinc inde, necnon voto dilectorum filiorum Capellanorum nostrorum Sacri Palatii Apostolici Auditorum auditis, ac matre perpensis, auctoritate Apostolica earumdem tenore presentium decernimus licuisse, ac licere Monachis ejusdem Ordinis Sancti Basilii deferre Cucullam amplam, talaris, & manicatam, quam floccum vocant, ac proinde manutenendos esse in eisdem usu: litemque prædictam perpetuo supprimimus, & extinguimus.

Decretum
1714. 21.

§. 2. Decernentes pariter ipsas presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus habere, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quando-cumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Palatii prædicti Auditores judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Curia
1659.

§. 3. Non obstantibus litis huiusmodi pendentia, aliisque præmissis, necnon Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit, prædictorum Ordinum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dati. P. A. S.
die 24. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 24. Decembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Quod Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci Provinciae Valentia non possint transire ad Recollectos absque licentia Ministri Provincialis.

De transitu ab una ad aliam Familiam Observantium, & Reformatorem, vide ad Constit. Urbani VIII. Injuncti nobis, & ad Constit. 312. Religiosos viros.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Edita
1659.

Aliis pro parte dilecti filii Jacobi Quintana Procuratoris Provinciae Valentia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod vigore concordia dudum inter Fratres Minores de Observantia nuncupatos ex una, & Fratres Recollectos Provinciae, & Ordinis prædictorum ex altera partibus initæ, & à felicis recordationis Gregorio Papa XIII. prædecessore nostro confirmatæ, qua caveretur, quod Fratres, qui ex domibus non Recollectis ad Recollectas transire voluerint, consensum prius in scriptis habeant Guardiani, & Conventus domus, ad quam transire intenderint, consensus verò huiusmodi per vota secreta exquiratur, & eo obtento licentia humiliter petatur à Ministro Provinciali transire ad prædictam domum, quam ipse Minister benigne concedere teneatur: multi non zelo virtutis, nec ut ferventius Deo servire possent, sed per voluntatis inconstantiam, & mutabilitatem tenderent ad aliquem Conventum Recollectorum, & acciperent vota, ac licet Minister Provincialis videret talem transitum esse contra bonum regimen dictæ Provinciae, & nullo modo convenire, ipso invito transirent ad Recollectos, sine particula supradictæ concordia, qua dicitur quod Minister Provincialis licentiam concedere teneatur.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, hoc videri esse contra mentem dicti Gregorii prædecessoris, & Religionem, ideoque ad tales abusus evitandos dictæ Congregationi supplicato, ut declararet dictam particulam; ita scilicet ut Minister Provincialis ejusmodi licentiam concedere teneatur, si judicaverit secundum Deum ita expedire, & non aliter, & sic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia positis: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris quæ sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac audito Ministro Generali Ordinis huiusmodi, circa præmissa declarandum censuit, prout presentium tenore declarat, & decernit, ex vi præcitæ clausulæ in memorata concordia à Gregorio XIII. confirmata appositæ, Ministrum Provinciale Provinciae prædictæ pro tempore existentem, ad concedendam licentiam ejusmodi transitus non teneri nisi quando secundum Deum illam concedere judicaverit expedire, & sic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia contentis: quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ 19. Decembris 1659.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Jacobus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum huiusmodi Apostolicæ confirmationis nostre robore communiti summopere desideret: Nos ipsum Jacobum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab

ab homine quavis occasione, vel causa laici, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter petitis inclinati, Decretum presentium auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores Judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

XXVI. Confirmat Decretum Capituli Generalis Congregationis Hispaniarum Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, scilicet quod Prælati locales, seu Conventuales non amplius habeant vota in Capitulis Generalibus, sed solum Superiores Generales, Diffinitores Generales, Provinciales, & Socii, seu Discreti.

De his Fratribus vide ad Constitut. 148. Urbani VIII. Exponi Nobis, & ad Constitut. 131. Injuncti Nobis, tom. 4. in quibus agitur de electione, & vacatione Ministri Generalis eorundem.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastorale fastigium meritis licet imparibus, Divina dispositione erecti, illis quæ pro felici, prosperoque Congregationum Virorum Altissimi obsequii sub luavi arctioris Religionis jugo mancipatorum regimine, & gubernio providè, & salubriter decreta, & constituta esse conspicimus, libenter cum à Nobis petitis, Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Hispaniarum Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod iidem Fratres in eorum Capitulo generali die 10. Maii proxime præteriti in Civitate Toletana celebrato, cui juxta litteras Apostolicas in simili forma Brevis per dictam Congregationem obtentas, intervenerunt, & in quo vocales fuerunt dilecti pariter filii Minister Generalis, Diffinitores Generales, Provinciales, & Ministri Conventuales ipsius Congregationis, considerantes eandem Congregationem benedicente Domino dilatam esse in tres Provincias, & plurimas domos inter se valde distantes, quippe in Regnis Castellæ, Batiçæ, Aragoniæ, Navarræ, Cataloniæ, & Valentiniæ positas: constitutoque ipsi per experientiam occasione accessus Ministrorum Conventualium ad Capitulum Generale, longissima itinera suscipi, magnaque fieri expensas; quin etiam propter distantiam illorum à Conventibus absentiam minus vigere in eis regularem observantiam; ac perpensis eos, quos Vocales assignari, ut infra petitur, majoris esse observantiæ, doctrinæ, & experientiar;

nequon animadvertente in multis Religionibus, tam antiquis, quam non pridem institutis Prælatos locales, seu Conventuales non concurrere, nec habere vota in Capitulis Generalibus, sed solum Superiores Generales, Diffinitores Generales, Provinciales, & Socii seu Discretos, prout Fratres Discalceati nuncupati Ordinum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Eremitarum S. Augustini respectivè observant; aliisque demùm in hac parte discussis, & ponderatis.

§. 2. Statuerunt, & decreverunt per secreta suffragia, quod Ministri Conventuales dictæ Congregationis non adeant Capitulum Generale ipsius Congregationis, quod de triennio in triennium celebratur, nec in eo habeant vota. Item quod obtineri debeant hæc Sancta Sedes litteræ Apostolicæ approbationis, & confirmationis hujusmodi determinationis, cum derogatione quorumvis aliarum Apostolicarum in forma Brevis litterarum eidem determinationi contrariarum. Præterea à Nobis petendum esse, ut assignemus pro vocalibus Capituli Generalis ejusdem Congregationis Ministrum Generalem, Diffinitores Generales, Provinciales, & unum Socium pro unaquaque Provincia ipsius Congregationis, ut cum Provinciali veniens ferat vocem Provincie, qui tamen Socius debeat esse unus ex Ministris Conventualibus ipsius Provincie. Ad hæc, quod post obtentas à Nobis confirmationis hujusmodi litteras, pro hac prima vice, & pro Capitulo proxime celebrando, prædictus socius pro quaque Provincia eligatur per secreta suffragia à Ministro generali, & à duobus Diffinitoribus Generalibus, necnon Provinciali illius Provincie, pro qua eligetur socius. A Capitulo vero proxime futuro fiat electio Socii pro unaquaque Provincia post finitas electiones Prælatorum, concurrentibus tantum ad dictam electionem Ministro generali, duobus Diffinitoribus, Provinciali illius Provincie, & socio jam tunc existente in Capitulo. Si autem per mortem, inhabilitatem, vel aliam justam causam dictus socius sic pro unaquaque Provincia in Capitulo generali electus non potuerit intervenire, & adesse Capitulo successivè futuro, tunc electio novi socii fiat à Ministro generali, & duobus Diffinitoribus Generalibus existentibus pro illa Provincia, & à Provinciali ipsius Provincie, cui defecerit socius, & hoc per secreta suffragia ante Capitulum tempore sufficienti, ut socius sic electus possit accedere ad Capitulum.

§. 3. Quare idem Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, statutum, & decretum hujusmodi à dicto Capitulo generali, sicut præmittitur, editum, auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

§. 4. Præterea in vocales Capituli Generalis dictæ Congregationis Ministrum Generalem, Diffinitores Generales, Provinciales, & unum socium pro unaquaque Provincia ipsius Congregationis, qui unà cum Provinciali veniens ferat vocem Provincie, & debeat esse unus ex Ministris Conventualibus ipsius Provincie, sicut per statutum, & decretum supra expressum petitur, auctoritate, & tenore præfatis assignamus.

§. 5. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos,

Confirmat

Decretum

Oratio

1660.

XXVI.

An. D. 1660.

lin.

Confu.

17.

Absolut

Orationem

à confirmat

Confirmat

proxi in rub.

Decretum

irritum

etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & defini debere, ac legitimum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scientia, vel ignorantia contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 6. Non obstantibus præmissis, necnon felicis recordationis Clementis VIII. quæ incipiunt, Ad Militantis Ecclesie regimen, die 20. Augusti 1599. & Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quarum initium, In supremo militantis Ecclesie folio; die 14. Augusti 1613. respectivè emanatis in simili forma Brevis litteris, per quas conceditur, quod Ministri Conventuales habeant vocem in Capitulo Generali dictæ Congregationis, & aliis Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, ac ejusdem Congregationis, illiusque Provincialium, Domorum, & Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Transumptis etiam mandatis.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. §. die 4. Febr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 4. Februarii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

LXXXVII. Declaratio Brevis san. mem. Innocentii X. super modo recipiendi, & profitendi Novitios in Monasteriis Reformatis Congregationis del Tardon, Ordinis S. Basilii Magni.

De his Monachis vide ad Constit. 138. Urbani VIII. Pastoralis, tom. 5. & hic supra ad Constitutiones 80. 81. & 82.

Edita A. D. 1660.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Missa hinc in Constit.

Aliis pro parte dilecti filii Francisci à JESU Procuratoris Generalis Congregationis, seu Provinciae Reformatæ del Tardon nuncupatæ, Monachorum Ordinis Sancti Basilii Magni in Hispania, Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis exposito, quod felicis recordationis Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas super Reformatione Monachorum dictæ Congregationis die 23. Septembris 1603. expeditas in simili forma Brevis litteras, quarum initium, Altissimi dispositione, &c. quo vita communis, & Regularis observantia rectius, & strictius inter multos posset observari, voluerat, ut omnes Conventus Congregationis hujusmodi numerosam Monachorum multitudinem habere procurarent, nec in unoquoque Monasterio minor vigintiquatuor Monachorum numerus haberi posset.

§. 1. Et quia tempore ejusdem Sancti Basilii paucissimi fuerant Sacerdotes, imò ferè omnes laici existerant, excepto Abbate, qui etiam aliquando laicus fuisse reperiebatur, & ita omnes communiter pallebant, quod ipse Clementis Prædecessoris tempore propter majorem intelligendi Latinam, quam tunc Græcæ linguam difficultatem, majoremque Officii Romani in Choro prolixitatem fieri non poterat, idem Clemens prædecessor mediam, & suis temporibus convenientem viam

sequutus, libet majorem, & principalem partem Monachorum ex laicis esse vellet, prout per easdem litteras voluit, & ordinavit, sufficientes tamen Choristas, & Sacerdotes ad Chori, & Divinarum Officiorum Ministeria haberi permiserat, ut ita alii aliorum opera adjuvarentur; quodque quia in dictis litteris non fuerat statutum qualis esset numerus Sacerdotum, & Choristarum sufficienter ad prædicta, indeque aliæ dissensiones inter Monachos laicos ex una parte, & Sacerdotes, & Choristas ex altera ortæ fuerant, rec. mem. Urbanus Papa VIII. etiam prædecessor noster per binas suas pariter in forma Brevis litteras, ultimas quidem die 27. Aprilis 1641. expeditas, quæ incipiunt: Salvatoris, & Domini Nostri JESU CHRISTI, &c. præceperat numerum Sacerdotum esse tantum quartam partem, tam in duobus Monasteriis erectis, quam in futurum erigendis; petentes verò habitum Religionis excludi absque voto Capituli Conventualis non posse. Et ut tolleretur controversia circa modum recipiendi, tam Sacerdotes, & Choristas, quam Laicos, mandaverat, quod omnes, qui vellent ingredi Religionem pro-Laicis, si haberent requisita reciperentur, & ad proportionem Laicorum reciperentur Sacerdotes pro quarta parte, ut scilicet si recepti fuissent tres Laici, reciperetur unus Sacerdos, vel Chorista.

§. 2. Quodque cum Monachi Sacerdotes ad præmem. Innocentium Papam X. prædecessorem pariter nostrum pro majori numero Monachorum eorum status recurrissent, idem Innocentius Prædecessor per suas in simili forma Brevis die 14. Octobris 1646. expeditas litteras, quarum initium: Pastoralis officii, &c. assignato numero præfixo Monachorum pro quolibet Monasteriorum antiquorum S. Basilii del Tardon, & S. Antonii del Valle, voluerat eorundem Monachorum duas partes esse semper ex laicis, & tertiam partem respectivè ex Sacerdotibus, & Choristis; interea tamen quamdiu Sacerdotes, & Choristæ dictam tertiam partem non implevissent, alternativè ad professionem reciperentur, id est unus Sacerdos, & Chorista, & alter Laicus, & sic successivè: postquam verò dictam tertiam partem complevissent, nullus pro utroque statu reciperetur amplius, nisi illi tantummodò, qui desiderarentur, ut dictæ tres partes intra numerum pro quolibet Monasterio assignatum perseverarent, usquedum Monasteria reducerentur ad numerum nonaginta, & octoginta respectivè. Illi verò, qui ex dicto numero in hujusmodi Monasteriis tractu temporis deessent, indistinctè reciperentur usquedum numerus præfixus pro Choristis, & Laicis completus esset.

§. 3. Pro Monasteriis autem de novo fundandis Capitulum Provinciale assignaret numerum Monachorum, qui in quolibet eorum commodè sustentari posset ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de Regularibus, cap. 3. & quoad receptionem Novitiorum ordo prædictus in illis observaretur. Professiones verò in hujusmodi Provincia aliter factæ nullius roboris existerent, nullamque in sic professo obligationem inducerent, ac præmissa ab omnibus, quos illa concernerent, exactè, & sub poenis contentis in prædictis Urbani prædecessoris litteris die 27. Aprilis 1641. expeditis observari mandaverat.

§. 4. Et in eadem expositione subjuncto, quod in Monasteriis Sanctæ Mariæ del Buen successo del Retamal, & Sancti Michaelis de Breña, Congregationis, seu Provinciae hujusmodi postea fundatis, Provinciales, & Prælati ad usum deduxerant, ut in illis reciperetur, & professionem faceret unus Chorista, & unus Laicus, dicentes hoc modo esse intelligendas, & executioni esse demandandas prædictas Innocentii prædecessoris litteras quousque Sacerdotes, & Choristæ adimplerent tertiam partem numeri præfixi pro quolibet Monasterio; & hoc modo professi essent, & profiterentur multi, quod clarè, & manifestè apparebat contra disposita, & ordinata in dictis Innocentii prædecessoris litteris disponendis, ut duæ partes essent semper ex Laicis, & tertia pars respectivè ex Sacerdotibus, & Choristis, quia alternativa de recipiendo ad professionem Choristam, & statim Laicum, fuerat solum ordinata pro duobus Monasteriis antiquioribus

antiquioribus Sancti Basilii Eremiti del Tardon, & Sancti Antonii del Valle, ad reducendum Monachos Laicos de tribus ex quatuor partibus, & augendum Sacerdotes, & Choristas de quarta parte, in qua erat ad tertiam: quodque in praedictis duobus Monasteriis antiquioribus S. Basilii Eremiti del Tardon; & Sancti Antonii del Valle tractu longi temporis in recipiendo unum Choristam, & unum Laicum evenerat numerum Monachorum Laicorum esse minorem duabus ex tribus partibus, & Superiores pro observantia praedictarum Innocentii praedecessoris litterarum requisiti hoc agere recusarent.

§. 5. Ac propterea supplicato memoratis Cardinalibus, ut declararent modum habendum in recipiendo, & ad professionem admittendo Novitios in dicta Congregatione, tam in Monasteriis antiquioribus, quam in aliis deinde fundatis, & in posterum fundandis juxta legitimum, & verum sensum, & an recipi deberent in Monasteriis noviter fundatis, & in futurum fundandis unus Chorista, & statim unus Laicus, vel duo Laici, & unus Chorista à principio; utque mandarent observari praedictas litteras Innocentii praedecessoris juxta litteram in suo vero, & legitimo sensu, & quod Superior, vel Monachus in aliquo contraveniens, ipso facto incurreret poenas inflictas à praedictis Urbano, & Innocentio praedecessoribus: emanavit ab eorumdem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 6. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consilio Itationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, attentis narratis, & re Eminentissimo Carpeneo referente mature discussa, censuit quoad numerum Monachorum in Monasteriis Congregationis Sancti Basilii del Tardon servandas esse (prout servari sub infra scriptis poenis mandatur, & praecipitur) praecitata Bullam sancti mem. Innocentii X. necnon litteras in forma Brevis Sanctissimi Domini nostri Alexandri Papae VII. & in recipiendis Novitiis, ac ad professionem admittendis hujusmodi ratio habeatur, ut nunquam in dictis Monasteriis extent ultra duas partes Monachorum ex Laicis, & tertiam ex Sacerdotibus, seu Choristis, & dictum numerum ullo unquam tempore, nullaque ex causa excedere possint: praedictaque locum habere, tam in Monasteriis jam erectis, quam in aliis quibuscumque, & quandocumque de novo erigendis, sub excommunicationis Sanctae Sedi Apostolicae reservatae, ac privationis vocis activae, & passivae dictae Congregationis Superioribus, & aliis quibuslibet ad quos spectat, aliter facientibus, vel fieri permittentibus, seu mandantibus, poenis eo ipso incurrendis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae die 16. Januarii 1660.

§. 7. Cum autem, sicut praedictus Franciscus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicae confirmationis nostrae robore communit summopere desideret. Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exstitit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium. Decernentes eandem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus praemissis, ac consuetudinibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provinciae, seu Congregationis Reformatae hujusmodi, ejusque Monasteriorum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum terrores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Februarii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

Revocat omnes contractus, qui contrariantur LXXXVIII paupertati, & bono regimini Ordinis Cisterciensis.

Pro bono regimine horum Monachorum vide ad Constitutiones 155. In Sede Principis, tom. 4. & 193. Alias à Nobis, tom. 5. Urbani VIII.

ALEXANDER PAPA VII. Edita An. D. 1660.
Ad firmam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Cisterciensis, quod licet omnes Monachi dicti Ordinis, tam strictè ad observantiam paupertatis teneantur, ut Capitulum Generale ejusdem Ordinis anno 1605. celebratum revocaverit omnes, & quascumque licentias, & dispensationes cujuscumque privati rerum, & bonorum usus, proprietatis, possessionis, & domini per quoscumque Superiores dicti Ordinis ex quibuscumque causis concessas, tamque revocationem ipsius Ordinis capitulum Generale anno 1651. renovavit cum injunctio observationis exactae Decreti Concilii Tridentini sess. 25. de Reformatione, cap. 2. de Regularibus, sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae opponentibus sese executioni, & observantiae; & inhabilitatis ad quavis officia, gradus, & dignitates, ac insuper contractus à quibusdam Abbatibus Regularibus cum suis Monachis initos pro separatione mensae Conventualis ab Abbatiali censuerit esse rescindendos, tanquam paupertati Religiosae contrarios, eosque in posterum à quocumque attentari prohibuerit, nullusque sit in Regno Galliae praedicti Ordinis professor, qui in suo Novitiatu ad vitam communem, & praedictam paupertatis observantiam non fuerit instructus, educatus, & obligatus.

§. 1. Nihilominus nonnulli Religiosi ejusdem Ordinis in Gallia dicti Abstinentes, seu Strictioris Observantiae, sub praetextu introducendi in Monasteria abstinentiae à carnibus, quarum usus certis diebus à Sede Apostolica concessus est, certos ineunt contractus, transactiones, & concordata cum antiquis Ordinis hujusmodi Religiosis, quibus certas pensiones in pecuniis, & fructibus promittunt, & distribuunt, eosque à majore, & praecipuo onere Chori, aliisque observantiae liberantes, ad quas ex professione tenentur, evidenti relaxationis, & perditionis periculo exponunt, dummodo eis solis privatim quoad alios Monasteriorum administrationem, & regimen, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, liberamque Officialium, & Superiorum electionem, tam quoad vocem activam, quam passivam cedant.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, contractus,

contractus, transactiones, & concordata hujusmodi, non in edificationem, sed in evidentem presentium Religiosorum ruinam spiritualem vergant, dictisque Procurator Generalis propterea de opportuno in premissis remedio à Nobis provideri summo opere desideret. Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

*Abrogat
provis in rub.*

§. 3. Supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui rem diligenter, & mature discusserunt consilio, attentis narratis, contractus, transactiones, & concordata, de quibus supra agitur, fuisse, & esse illicita, ideoque hucusque inita nulla, & invalida fuisse, auctoritate Apostolica tenore presentium declaramus, & decernimus, prohibemusque ne in futurum sub ejusdem nullitatis & invaliditatis, necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorumque, graduum, & dignitatum quarumcunque, & perpetuæ inhabilitatis ad ea, & quælibet alia in posterum obtinenda per hujusmodi contrahentes, transigentes, & concordantes eo ipso incurrendis poenis, talia concordata, transactiones, & contractus ullatenus celebrentur.

*Decernim
irritant.*

§. 4. Decernentes pariter easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in premissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Monasteriorum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat, ad premissorum effectum, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

*Contrariis
derogat.*

§. 6. Volumus autem, ut earundem presentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munus eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*D. P. An. 5.
die 8. Mart.*

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Martii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

XXXXIX.

Confirmat Decreta noviter edita, pro regularis disciplinæ instauratione in Religione Minorum Conventualium S. Francisci.

*Edito A. D.
1660.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Inscrutabili divinæ Sapientiæ arcano in Sacra Principis Apostolorum Cathedra, meritis licet imparibus, collocati, illis quæ pro felici religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei piè, sanctèque plantatorum, ac uberes bonorum operum fructus proferre iugiter satagentium directione, & gubernio providè dignoscuntur emanasse, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adiungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus de Vatesio Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, quod aliàs à Diffinitorio generali ejusdem Ordinis, ad necessarium Regularis disciplinæ præsidium, & incrementum, edita fuerunt nonnulla Decreta tenoris qui sequitur, videlicet:

Generale diffinitorium Romæ congregatum anno 1659. præsidente Reverendiss. P. Mag. Jacobo Fabretto de Ravenna Ministro Generali, cupiens eidem Ministro adjutricem dare manum pro instauratione Regularis disciplinæ Ordinis, non ab Observantia Urbanarum Constitutionum declinare, sed ejusdem observantiæ inderogantiam conservare arbitratur, dum dubia aliquot contingentiæ enodare, & nonnulla, quæ tempori minus adaptata comperta sunt, modificare (ablegatis, quæ in contrarium inoleverunt corruptelis) opportunum censuit. Idcirco sequentes declarationes, sanctionesque subtexere, & Sanctissimo exhibere decrevit, ut Apostolicæ confirmationis robore implorato, insertas eas dictarum Urbanarum Constitutionum volumini habeamus, veluti totius operis coronidem.

Primo igitur districtè injungitur cuilibet Provinciæ Diffinitorio, ut in proximo futuro Capitulo requisita examinare non negligat Magistrorum suorum ad Lauream promotorum ab ultimo Capitulo Generali ad hæc usque tempora; soli verò admittantur per secreta suffragia, qui ad præscriptum Urb. Constit. instituti probabuntur; arceantur verò in fraudem promoti, & absque expressa Sedis Apostolicæ facultate.

Teneatur etiam idem Diffinitorium in proxima Congregatione Provinciali requisita itidem examinare cujuslibet Diffinitoris perpetui meritorum titulo instituti post Capitulum Generale præfatum, & hi solum approbentur secretis suffragiis, de quorum meritis legitime constiterit, ad tenorem dictarum Constitutionum, cæteris exclusis, quavis possessione non obstante, & omni meritorum æquiparantia explosa, excepta lectura trienniali supra cursum duodecim annorum, quam in supplementum indulgentiam fore decernimus Regentibus studiorum, quibus non contigit fortiri munus Regentiale in aliquo Religione Collegio.

In posterum etiam idem Diffinitorium cujusvis Provinciæ Vocalium, Magistrorum, & Diffinitorum suorum, quos absque expressa Sedis Apostolicæ facultate noviter instituti contigerit, requisita ut supra, recognoscere, & examinare teneatur in primo Capitulo Provinciali, & Capitulari Congregatione post eorum institutionem, & illi duntaxat admittantur ad votum electivum, qui per secreta suffragia ab eodem Diffinitorio approbati fuerint tanquam canonicè instituti.

Prærogativas minores, quibus consuevere Ministri Generales Fratrum simplicium aliquos declarare graduatos, annuimus concedendas esse iisdem Fratribus, non solum ob Magisterium Novitiorum, ob meritum operum Musicalium, ad tenorem Constitutionum, verum etiam ob missiones, ob conspicuas conciones, ob curam animarum, ob munus confessorii, ob lectionem Seminariorum, & hujus ponderis similia onera spatio duodecim saltem annorum laudabiliter peracta, & hoc ad allucendum præmio eorum animos qui plerumque fastidiunt talium functionum subire labores.

Verum Provinciæ paternitatem ex merito decernitur indulgentiam esse solis sacre Theologiæ Magistris, non tamen solo titulo laborum in exercitio lectionum ad præscriptum Constitutionum, verum etiam titulo Concionum, dummodò quindecim annorum curriculo munus hujusmodi obierint in insignioribus Ecclesiis, super quibus interveniat testimonium Diffinitorii per secreta suffragia exprimentum, non verò per solas subscriptiones, cum aliquando extortas potius quam impetratas esse non ignoremus.

Cum verò in orbe Religionis præcellere etiam censeantur præstantes vitæ sanctimoniam, vel regiminis experimento, nostra interesse arbitramur, hos etiam ad Provinciarum paternitatem promoveri, quippe qui enitentur, non privato, sed publico velificare commodo, non suæ, sed Religionis ancillari gloriæ: extoratur itaque Sanctitas

Sanctitas Sua, ut (abrogata lege posterius lata) jubet horum etiam habendam esse rationem in distributione quatuor Provincialium Titularium ad pristinam formam Constitutionum Urbanarum.

Porro ad compescendum omnem hujusmodi Prælatum, & cujuscumque etiam alterius dignitatis consequendæ in Religione ambitum, eorum maxime quos ad Principum favores confugere non puderit pro consequitione illarum, præter penas in Constitutione 116. Pauli V. fel. rec. comminatas, hos similia implorantes suffragia penam etiam excommunicationis lætæ sententiæ Sanctissimo reservatæ, ipso facto incurrere, subireque decernimus.

Ne de cætero in Provinciis Diffinitorum excessivus sit numerus, statuitur ut in Provinciis primæ classis sint tantum decem & octo Diffinitores perpetui, secundæ classis duodecim, tertiæ classis novem, quartæ classis sex: declaramus tamen PP. Provinciæ naturales nunquam à Diffinitorio expungendos esse, etiamsi plures numero sint; si verò Diffinitorum naturalium minor præscripto sit numerus, ex reliquis Diffinitoribus ob meritum instituti suppleatur juxta eorum antianitatem usque ad præscripti normam calculi, & si qui supersint eorundem Diffinitorum ex merito excedentes numerum præfixum, nomen utique Diffinitoris retineant, præcedantque simplices Sacræ Theologiæ Magistros, non verò suffragia ferant in electionibus, nisi postquam eos ordine supradicto contigerit subrogari in locum demortui.

Cùm etiam hæc temporibus excessivum experiamur numerum Collegialium laureandorum, decernitur, ut in posterum in Collegiis Assisienti, Patavino, Bononiensi, & Neapolitano (reliquis in pristino statu permanentibus) numerus ad duodenarium reducat, quorum sex tantum antiquiores in fine Collegii fortiantur Lauream, & rigorofo examini de more subjiciantur Baccalaurei ad Collegium promovendi, vocatis singulis trienniis pro quolibet Collegio duodecim tantum, ex quibus sex peritiores seligendi sunt.

Ad crebras perturbaciones eliminandas ob præcedentiæ controversias, declaramus inter privatos ubique primum locum debere Patribus officio Generalatus, vel Vicarii Apostolici functis, qui uni tantum Superiori (scilicet digniori, si plures adsint) actu præfenti in Conventu, vel Civitate locum cedere tenentur; secundum locum post Superiores actu debere iis, qui fuerunt Generales Ordinis Procuratores in Romana Curia; tertium locum Provincialibus, & assistentibus Ordinis officio absolutis; quartum Patribus Provinciæ ex merito institutis, quibus cedere etiam teneantur, si qui urgentiori aliqua ratione, gratioso Decreto ad paternitatem eam habilitarentur; quintum sacra Theologiæ Magistris; sextum Baccalaureis Collegialibus, si quos aliqua impotentia contingeret non promoveri ad Magistratum, cæteris non Collegialibus Baccalaureis ab hac prærogativa subductis; septimum Patribus simplicibus graduatis, scilicet patentibus litteris à generali ob meritum decoratis; octavum cæteris non graduatis, salvo in quolibet gradu ordine antianitatis ad formam Urbanarum Constitutionum.

Declaratur demùm Decretum Urbane Constitutionis de non admittendo ad probationem, vel professionem ante aggregationem, ita esse intelligendum, ut nullus deinceps Novitius ad probationem admittatur, nisi de prævia aggregatione legitime constiterit.

Quoniam verò optima rationis urgentia Sacra Congregatio Universalis Inquisitionis aliqualem meritum æquiparantiam inire nos edocuit, ut prædictum Diffinitoriale munus in præmium vertatur pari passu insignioribus Ministris Sancti Officii, idcirco in promotione ad Paternitatem Provinciæ Consultores Inquisitionis in Curia Romana Assistentibus Ordinis æquiparandos esse decernimus; Inquisitores Generales, Regentibus Collegiorum; Vicarios Generales (dummodo Sacræ Theologiæ Magistri sint) Regentibus Gymnasiorum; Consultores itaque adinstar Assistentium, naturalem Paternitatem Provinciæ, sui muneris ratione nan-

cifonantur; Inquisitores verò (si Patres Provinciæ ex merito instituti fuerint antequam onus Inquisitionis fortiantur) naturalem pariter Paternitatem novi oneris exercitio consequantur; si verò prius Patres non extabant, ad Paternitatem tantum ex merito, ad instar Regentium, ut præfertur, promoveantur: ut autem præmia non contingant præcocia, quæ vicariis incrementa morantur, dictam Paternitatem non fortiantur præfati Ministri, nisi proportionata methodo cum Regentibus, Concionatoribusque Religionis, nempe Consultor in Curia post sextum, Inquisitores post duodecimum, Vicarii dicti post decimumquintum sui oneris expletum annum: si autem contingeret horum Ministrorum alios quos duplici Ministerio, intermedio tempore, functos esse, scilicet Regentis in Religione, & Inquisitoris, vel Vicarii in Sancto Officio, tunc promiscuè calculus annorum computetur ab utriusque muneris functione, ita ut defectus præscripti temporis in primo Ministerio suppleatur ex secundo.

Ministri verò inferiores Sancti Officii ab ipsismet Inquisitoribus deputati, æquiparentur tantum Magistris Seminariorum, & Patribus simplicibus graduatis, ut promoveri possint post duodecimum sui oneris annum ad votum electivum in Capitulis Provincialibus pro electione Ministri Provincialis ferendum.

Si quis verò horum Ministrorum Baccalaureus sit, studii Scholasticæ addictus, & in Concurfu, & examine pro promovendis ad Collegia idoneus repertus fuerit, alicui Collegio Religionis adscribatur, dispensetur autem à residentia Collegii toto tempore, quo iustus fuerit suam alibi navare operam in obsequium Sancti Officii; elapso autem triennio, pari jure, & methodo cum aliis ejusdem Collegii Concollegialibus Lauream Magistris consequi valeat.

Nullus demùm præfatorum Ministrorum ad eas promoveatur prærogativas in retributionis vicem, nisi prius per litteras commendatitias, & patentes de Sacra Congregationis licentia obtentas, sui Ministerii laudabiliter functi merita probaverit.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Ludovicus Procurator Generalis Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia, & inviolabili observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio roborari plurimum desideret: Nos ipsum Ludovicum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum; harum serie absolventes, & absolutum fore consententes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præsertim auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris & facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præfatas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sique in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provincialium, & Conventuum quorumvis, & aliis quibuslibet, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus

Abfolvit
Oratorem
à censuris

Confirmat
Decreta præfata

Decretum
irritum.

Constituti
derogant.

præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

*Transumptio-
rum fides.*

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis manû alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. S. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Martii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

X C. **Quod in causa Fabricæ Genuensis Collegii Societatis JESU, & Fratrum Minorum de Observantia Nunciatæ, Presbyteri Societatis non possint impediri quominus cœptam Ecclesiam perficere possint.**

Edita A. D. 1660. **ALEXANDER PAPA VII.**
Ad futuram rei memoriam.

Motiva.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Regulares Collegii Genuensis Societatis JESU, quod in causa fabricæ inter ipsos Exponentes ex una, & dilectos pariter filios Fratres Conventus Genuensis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum ex altera partibus vertente, aliàs, videlicet die 23. Augusti 1652. Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, partibus pluries auditis, juribusque hinc inde deductis maturè perpensis, censuit revocandam esse prohibitionem, omnèque prorsus renovendum impedimentum, prout per suum Decretum eadem die emanatum revocavit, & removit prædictis Exponentibus, quominus cœptam dicti Collegii Genuensis Ecclesiæ structuram prosequi, & perficere possent; dummodo in angulo ejusdem Ecclesiæ Orientem versus, & è regione fenestraz magnæ ambulacri infirmariæ Fratrum Minorum prædictorum, propedum murum ad Balbos olim pertinentem transgredi, aut aliquam servitutem, etiam fillicidii, in subjectam arcam, seu vacuum inferius eorumdem Fratrum Minorum inducere nequirent; & ita observari mandavit, contrariis quibuscunque non obstantibus.

§. 1. Et subinde cum in Signatura Gratiaz felic. rec. Innocentii Papæ X. prædecessoris nostri deductæ fuissent novæ instantiæ dictorum Fratrum Minorum super fabrica novæ Ecclesiæ Collegii supradicti, idem Innocentius prædecessor negotium hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem remisit, ut desuper aliquem ex Auditoribus causarum Palatii Apostolici deputaret: quæ Cardinalium Congregatio eam rem demandavit tunc existenti eorumdem Auditorum Decano, ut ille, vel alius, qui ipsi Decano videretur ex dictis Auditoribus, in causa hujusmodi procederet.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, subsequenter ambæ partes ab Auditorio Rotæ Romanæ inhibitionem in forma expediri curaverint, causaque diu siluerit; Nos verò successivè, prædictis omnibus narratis, & benè cognitæ causam, & partes prædictas ad memoratam Cardinalium Congregationem remisimus, ut eademmet negotium expediret, & super expeditione perpetuam silentium imponeret; & subinde prædictis Fratribus Minoribus coram dilecto filio nostro Marco Antonio tit. Sanctæ Mariæ de Pace S. R. E. Presbytero Cardinale Franciotto nuncupato, ejusdem causæ Ponente, ac coram dilecto filio Secretario dictæ Congregationis, ipsaque Congregatione, pluries citatis, necnon in contradictorio auditis, pluribusque dilationibus concessis, & denique facta oppositione per dictos Fratres Minores, mediantibus precibus Nobis porrectis, ut denudè causa ad Auditorium Rotæ prædictæ, vel Signa-

turam nostram remitteretur, Nos per dictam Cardinalium Congregationem procedi mandaverimus: Cuiusque exhibita fuerint ex utraque parte jura, & scripturæ, dictique Exponentes, ut tandem huic controversiæ finis imponatur, opportunè à Nobis in præmissis provideri plurimum desiderant.

§. 3. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de prædictæ Congregationis venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, quæ partibus pluries citatis, auditis, & informantibus rem exactè, & maturè discussit, ac in Decretis sub die 23. Augusti 1652. standum esse censuit, consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus prohibitionem, omnèque prorsus removemus impedimentum prædictis Presbyteris Societatis JESU, quominus cœptam Collegii Genuensis Ecclesiæ structuram prosequi, ac perficere possint, dummodo in angulo ejusdem Ecclesiæ Orientem versus, & è regione fenestraz magnæ ambulacri infirmariæ dictorum Fratrum Minorum de Observantia, proprium murum dictorum Presbyterorum Societatis JESU, ad Balbos olim pertinentem transgredi, aut aliquam servitutem, etiam fillicidii, in subjectam arcam, seu vacuum inferius eorumdem Fratrum Minorum inducere nequeant. Ac dictis Fratribus Minoribus super negotio fabricæ prædictæ, & omnibus præmissis perpetuum silentium auctoritate, & tenore prædictis imponimus, atque ita servari mandamus: salvâ semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac consuetudinibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Conventus, & Ordinis prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Martii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

Constitutio

CI.

Constitutio super Ereptione Collegii ex Referendariis utriusque Signaturæ, & super qualitatibus admittendorum deinceps in Referendarios.

De Referendariorum utriusque Signaturæ privilegiis vide Pauli III. Constit. 23. & nonnulla in commissionibus, & causis proponendis observanda præscripserunt Pius IV. Const. 59. Paul. V. Constit. 71. De eorum numero, & qualitatibus Sixt. V. Constit. 41.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Inter cæteras Apostolicæ sollicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, ea semper nobis cordi fuit, ut Prælati Romanæ Curiæ, qui tanquam Stellæ in Firmamento militantis Ecclesiæ relucunt, ac in arduis quibusque negotiis Apostolicæ Sedi opera, & consilio præstare debeant, ut demum deligantur, qui optima indole, moribus, ac litteris præstantiores, cæteris verè virtutis exemplar seipfos præferunt. Ad hæc sanè licet nonnulli Summi Pontifices Prædecessores nostri eorum Constitutionibus multa præsertim pro Referendariis utriusque Signaturæ statuerint, quorum tamen nonnulla temporum cursu, ut sæpe solet, antiquata, & forsitan neglecta fuerunt; propterea Nos illa innovare, ac pristinæ observantiæ restituere, & aliqua etiam addere, quæ rerum experientia docuit expedire, duximus opportunum.

§. 1. Hac igitur nostra perpetuè valitura Constitutione prædictas nostrorum Prædecessorum in illis partibus, quæ præsentibus non adversantur, aut aliàs legitimè reformatæ non fuerint, confirmamus, & innovamus: Insuper erigimus, & instituiamus Collegium eorundem Referendariorum, quod volumus representari ex duodecim Votantibus Signaturæ Justitiæ de corpore, ac numero ipsorum Referendariorum electis, & in posterum eligendis, quorum caput, ac moderatorem perpetuè constituimus Præfectum ejusdem Signaturæ Justitiæ pro tempore existentem; & antiquior eorum in officio appellabitur Decanus.

§. 2. Horum autem officium erit formare inquisitiones, ac processus super qualitatibus eorum, qui ad præfatum Referendarii munus, ac dignitatem admittendi erunt, prout singulis à Præfecto Signaturæ speciali rescripto demandabitur, ut infra statutum est. Præterea eidem Decano, & Collegio incumbet cæteros Referendarios, præsertim in posterum recipiendos diligenter instruere de his, quæ spectant ad exercitium eorum officii, & omnibus intimare decreta, & ordinationes quascumque; tam nostras, quàm ejusdem Præfecti, eorum personas, ac munus concernentes, & concernentia, necnon dies, ac tempora, & servitia à singulis eorum nobis tam in Capella nostra, quàm in aliis functionibus præstanda, ac etiam curare, ut tabellæ indicantes Signaturas, & Congregationes faciendas congruis temporibus à ministris deputatis, ut moris est, exponantur, ac omnibus demum incumbere, quæ Ordinis interesse concernent.

§. 3. Quoties verò dictum Collegium convocari, & coadunari necesse erit, requiratur prius licentia Præfecti, & de ejus mandato per Decanum convocetur, atque in domo habitationis ejusdem Præfecti, & non alibi, nec aliter convocari, & coadunari possit, nisi de expresse ejusdem Præfecti consensu, ac licentia in scriptis tantum præstanda.

§. 4. Volumus autem præfatum Collegium à nobis institutum eisdem privilegiis, & exemptionibus perfrui, ac potiri, quibus cætera Collegia Prælatorum Romanæ Curie potiuntur, & gaudent.

§. 5. Porro illi, qui in ordinem Referendariorum Bullarii Magni Tom. V.

cooptari petent, ante omnia curabunt, ut relata Nobis, & successoribus nostris à Præfecto Signaturæ eorum instantia, nostrum, ac successorum præfatorum beneplacitum præcedat: Deinde ut ab eodem Præfecto unus ex Prælati Præfati Collegii delegetur pro conficiendo processu, in quo infrascriptæ instantium qualitates legitimè justificentur. Primo scilicet, ut ex vero, & legitimo matrimonio, & probis, ac honestis parentibus nati, & procreati sint, ac bonæ indolis, vitæ, ac famæ prorsus inculpate fuerint, atque in vigesimo quinto ætatis anno constituti: Præterea in aliqua publica Universitate studiis legalibus saltem per quinquennium operam dederint, ac in eadem utriusque juris, scilicet Canonici, & Civilis, Lauream Doctoratus assequuti fuerint: atque annuos etiam redditus summam scutorum mille quingentorum monetæ constituentibus verè, ac realiter, & pacificè possideant, vel à parentibus, aut propinquis fuerint illis validè assignati: Ac demum in hac Curia Romana saltem per biennium versati fuerint, & studio praxeos penes aliquem ex Auditoribus Rotæ nostræ, vel alios Prælatos, Officiales, seu Advocatos ejusdem Curie sedulo incubuerint: super quibus compilato diligenter processu fiat à Ponente, seu delegato illius relatio in Collegio, cui si videantur probata sufficienter præmissa, tunc Orator admittatur ad examen, assignatis illi (ut moris est) duabus supplicationibus, seu commissionibus coram ipso Collegio proponendis: Et subinde peracto examine, si ejusdem Præfecti, atque Collegii, quorum conscientiam oneramus, fuerit Concordi judicio, vel saltem per duas ex tribus partibus votorum, quæ secreto per fabas albas, & nigras proferri volumus, approbatus; tunc Præfectus, omnibus Nobis, & successoribus nostris relatis, illum auctoritate nostra pronuntiabit Referendarium, ac in aliorum numerum adscribi mandabit, præstito tamen prius in ejus manibus solito juramento.

§. 6. Postremò ut in Signaturis tam Gratiæ, quàm Justitiæ liberior sit causarum discussio, & votorum prolatio, prohibemus omnibus, & singulis, tam Votantibus, quàm aliis quibuscumque in eisdem Signaturis intervenientibus, ac eorum Auditoribus, & studiorum Coadjutoribus vota ipsa cuiquam alteri, etiam speciali expressione digno referre, aut propalare oretenus, vel in scriptis, per seipfos, vel alios quacumque forma, & exquisito modo, sub pœna indignationis nostræ.

§. 4. Decernentes præsentibus litteras validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de gratis non concedendis ad instar, ac fel. record. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de gratis interesse Cameræ Apostolicæ quomodolibet concernentibus in prædicta Camera registrandis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ præfati prædecessores in dictis Constitutionibus voluerunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, innovationis; erectionis, institutionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, D. P. An. si anno Incarnationis Dominicæ 1659. Idibus Junii, Pontificatus nostri anno quinto.

D d Anno

ut præ-

scium

Præ-

Collegii

Cooptandis
rim in dicio
ne Referen-
darium
præfatum

Vota signa-
tura nemini
referantur

Clausula
sublata

Contrarii
delegati

ALEXANDER SEPTIMUS.

374
*Anno à Nativitate Domini Nostri Jeshu Christi millesimo
 sexcentesimo quinquagesimo nono, Indictione 11. Pontifi-
 ficatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D.
 Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno ejus
 quinto die vero 17. mensis Junii supradicta littera affixa,
 & publicata fuerunt ad vultus Basilicae Principis Apo-
 stolorum de Urbe, ac Dataria, & Cancellaria Aposto-
 lica, & in Aede Campi Florae, per mo. Petrum Paulum
 de Grassis Apostolicum Cursorem.
 Jo. Jacobus Pelliccia Mag. Curf.*

XCII. Confirmatio Decreti super economico statu,
 & recta bonorum temporalium administra-
 tione Cassinensium, Ordinis S. Benedicti.

*De hac materia vide ad Constit. 58. Innoc. X.
 Diuturna, & ad Constit. hujus Pont. Alias
 super administratione Cellerariorum.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

*Edicta An. D.
 1661.
 Decretum
 Sacr. Congr.*

E Manavit nuper à Congregatione Venerabilium Pra-
 trum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Oeco-
 nomico statu, & recta bonorum temporalium admini-
 stratione Cassinensium Ordinis Sancti Benedicti insta-
 randa, à Nobis specialiter deputata Decretum tenoris,
 qui sequitur, videlicet.

§. 1. Communis egestas Monasterii privatam ha-
 bendi cupiditatem non raro excitare solet in Monachis,
 utpotè qui religiosi, ac necessariis indigentibus ex publico
 penu consili non posse intelligentes, licere sibi certò
 persuadent, adversus hujusmodi necessitates subsidium,
 atque levamen ex proprio privato peculio querere;
 cujus parandi, atque augendi gratia non parva Monasti-
 cae tranquillitatis jactura secularibus sollicitudinibus
 implicatur, & pauperis Monasterii tandem non paupe-
 res Monachi praeposito studio circa terrena satagentes,
 aeterna despiciunt; idè spirituali Monasteriorum bonò
 expedire videtur, ut eorundem temporalia bona recta
 administrandi ratione providè conserventur. Quod cum
 in Monasteriis quoque Congregationis Cassinensis ex-
 optandum sit, cujus egregia Sanctimonia piorum Christi
 fidelium liberalitatem olim adegit, ut non exiguis bo-
 nis, in praesens tamen ob temporum angustias valde im-
 minutis, eadem Monasteria ad Divini cultus dignitatem,
 necnon ad Monasticæ disciplinae incrementum exor-
 narent: Propterea Sacra Congregatio Eminentissimo-
 rum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Car-
 dinalium, quos ad Oeconomicum statum, & rectam
 bonorum temporalium administrationem in antedictis
 Monasteriis instaurandam, Sanctissimus Dominus No-
 strus Alexander Papa VII. specialiter deputavit, Patre
 Procuratore Generali ejusdem Congregationis Cassi-
 nensis pluries audito, die 22. Martii 1661. infra scripta
 in praedictis Monasteriis Cassinensibus observanda San-
 ctitatis Suae jussu decrevit.

Cum Generalis Capituli convocatio non absque no-
 tabili Monasteriorum dispendio quotannis fiat, hanc
 quoque ob causam in posterum per decennium prox-
 imum non nisi alternis annis Capitulum ipsum celebretur,
 non obstantibus Constitutionibus Congregationis
 Cassinensis Apostolica etiam auctoritate confirmatis,
 vel privilegiis eidem Apostolicis eidem concessis, qui-
 bus quoad hoc Sanctitatis Suae auctoritate derogat: Et
 tunc quidem sumptus ultra modum fieri soliti regulari
 frugalitate minuantur: Cubicula consuetum Abba-
 tum hospitio designata non nisi religiosa suppellectile
 instructa sint, adeò ut ab ipsis sumptuosi apparatus nu-
 per inductus abusus omnino eliminetur: Alias Abbas,
 & Cellerarius Monasterii, ubi Capitulum celebratur,
 suspensioni ab exercitio suorum Officiorum subjacere
 intelligantur, neque in posterum (prout hucusque
 factum est) Monasterio, ubi Capitulum Generale
 celebratur, dona ulla fiant, sed subductis rationibus

expensarum, in ipso Capitulo singulis Abbatibus, qui
 interfuerint, rata pars pecuniae solvenda, habita tamen
 ratione conditionis personarum, praescribatur.

In Capitulo proximè celebrando nova taxa pro
 contributione à singulis Monasteriis Procuratoriae Ge-
 nerali solvenda fiat, servata proportione reddituum co-
 rundem Monasteriorum, previa exacta status unius-
 cujusque Monasterii disquisitione firmanda: Ac si
 quando Monasterium aliquod verò superveniente im-
 potentia ratam partem suam dictae Procuratoriaeolvere
 nequeat, nullatenus super ejus bona census imponan-
 tur, aut alia quacumque ratione ob hanc causam res
 alienum ab eo contrahatur; aliàs contractus ipse adver-
 sus hanc prohibitionem irritus & nullus esse intelliga-
 tur, & sit: Et Superior contrahens poenis in Decret. de
 reb. reg. non alien. per Sacram Congregationem Con-
 cillii sub die 7. Septembris 1624. edito, aliisque ad eju-
 dem arbitrium teneatur; sed in Dieta Patris Praesidens
 Generalis, cognita vera impossibilitate ejus Monasterii,
 onus ad ipsum spectans in unum, vel plura alia Mo-
 nasteria, juxta eorum vires, cum voto Patrum Visitato-
 rum in parte, vel in totum, & pro una, vel pluribus
 vicibus, prout duxerit necessarium, transferat: ita ta-
 men, ut Monasterio, vel Monasteriis pro eo solventibus
 jus recuperandi solutam pecuniam adversus illum refer-
 vetur. Ceterum si Abbatibus, aut Cellerariis culpa Mo-
 nasterium antedictae solutioni impotens factum fuisse com-
 pariatur (cujus rei scdula per Patres Praesidentem, ac
 Visitatores fiat indagatio) in illos pro merito animad-
 vertatur.

Si fortè Monasterium aliquod inopinata urgente
 causa, supra proprios redditus sumptus facere, & conse-
 quenter res alienum contrahere cogatur, in libris Magi-
 stris ejusdem Monasterii antedicta urgens causa dilu-
 cidè annotetur, & explicetur, deque ea Patres Visitato-
 res in actu Visitationis, & Patres Definitores in Capi-
 tulo Generali certiores reddantur, qui sedulo curabunt,
 ut intra sequentem annum contractum debitum dil-
 solvatur, ejusque solutionis rationem, ac modum
 (si ab ipsis reperiri, aut expediri non valeat) ad Sa-
 cram Congregationem deferant.

Abbatibus Monasteriorum, quae aere alieno obligata
 sunt, & quibus proinde onus incumbit certas statutis
 temporibus ratas debiti partes successivè persolvendi,
 aut deponendi, nullatenus liceat redditus Monasterii,
 praeterquam in usus merè necessarios erogare, nisi so-
 luta prius, vel deposita respectivè debita parte pecuniae:
 & praesertim prohibetur illis omnino sit quodcumque
 fabricae genus, nisi praesens, ac absoluta urgente necessi-
 tate per Regimen sedulo examinanda, & probanda.
 Quod si adversus praedicta commiserint, & Fabricae
 dispendium scuta quinquaginta excedat, antedictis Ab-
 batibus minime suffragetur indultum, quod Sacra Con-
 gregatio rationabiles ob causas concedere aliquando
 solet petentibus dilationem ad solvendam, seu depo-
 nendam ratam pro tempore debitam, & per consequens
 poenis obstricti censeantur, quae in licentia contrahendi
 dictum aere alienum praescriptae fuerunt, in casu quo
 debita rata deposita, aut soluta non fuerit, aliisque ad
 arbitrium, &c.

Sed & ceteris omnibus, & singulis Superioribus
 prohibetur sit, pecunias etiam extraordinario titulo
 Monasterio acquiritas fabricando (praeterquam repara-
 tionis omnino necessariae causa) expendere, sub poena
 suspensionis ab officio ipso facto incurrendae, aliaque
 majori pro rei qualitate, ac circumstantiis juxta Sacrae
 Congregationis arbitrium.

A quinquenniorum solutione nullum omnino Mona-
 sterium eximatur, quamvis fortasse usque ad hanc diem
 aliquam ob causam ab iisdem solvendis fuerit exem-
 ptum. Et ad hujusmodi solutiones faciendas minime
 census imponantur, aut alio modo aere alienum contra-
 hatur; sed quotannis ex redditibus uniuscujusque Mo-
 nasterii rata pars currentis Quinquennii in Sacro Monte
 Pietatis de Urbe deponatur, cum expressa mentione,
 ut dicta pecunia in alios usus impendi nequaquam
 possit. Abbates verò, & Cellerarii in aliquo ex praedictis
 deficientes

ALEXANDER SEPTIMUS.

deficientes, privationi vocis activæ, & passivæ subjaceant.

Et ne antedictæ pecuniæ depositæ diu otiosæ permaneant, ex ipsis loca Montium Cameralium nomine, & ad favorem pro rata respectivè Monasteriorum deponentium, consultâ Sacra Congregatione emi poterunt, quæ quidem loca maturis successivè terminis solutionum vendantur ad effectum ipsa Quindennia solvendj.

Atque, ut Monasteria solutionibus hujusmodi promptè valeant respondere, quoties hereditario, vel alio quocumque extraordinario titulo quicquam pecuniæ ipsis obvenerit, id (nisi usque ad summam scutorum quinquaginta dumtaxat) sine expressâ licentiâ regimini nequeat expendi, præterquam si in extinctionem alicujus debiti legitime contracti convertatur. Prout etiam, si qui redditus fecundioribus fortè annis uberius collecti ordinariis Monasterii expensis super fuerint, absque præcisâ necessitate non expendantur: sed in subsidium aliorum subsequentium annorum, quibus fortasse minores proventus contingant, providè reserventur, cujus quidem reservationis diliquitio à Patribus Visitationibus specialiter fiat: Ita ut Abbates, & Cellerarii, qui compendium hujusmodi neglexisse comperti fuerint, ab officiis suis ad beneplacitum Sacra Congregationis suspendantur.

Quod intelligendum etiam est de iis Abbatibus qui in suo ingressu ad alicujus Monasterii Regimen notabilem summam reliquorum, nempe pecuniæ, aut aliarum rerum invenerint: quinimò horum reliquorum expressâ mentio, atque distincta descriptio fiat in principio libri, quo rationes dati, & accepti describuntur.

In singulis Monasteriis ultra principales codices exitus, & introitus, habeantur etiam particulares Libri, in quibus nedum descripti sint redditus, & expensæ uniuscujusque Grangia, seu Massaria, necnon Index debitorum, & creditorum ad easdem spectantium, sed insuper in primis dicti Libri paginis accurata descriptio fiat uniuscujusque Grangia, seu Massaria, exprimendo fines, quantitatem, & qualitatem terrarum, & quæ sunt Sativæ, Sylvæ, Vineatæ, &c.

Itidem aedificia quæcumque, addito etiam Indice quorumcumque mobilium, & Instrumentorum rusticorum cujusvis generis intra ipsa existentium, exprimendo numerum, qualitatem, ac pretium Armentorum, Pecudum, & aliorum quorumcumque animalium, quæ in ipsis Grangiis respectivè habentur: Libri verò, & descriptiones hujusmodi singulis annis à Superioribus Locorum ante visitationem, à Patribus verò Visitationibus in ipso actu visitationis sedulo revideantur.

Qui Patres Visitatores, nedum Abbates, & Superiores locorum, sed Monachos quoque, & Commillarios in Grangiis pro * Animarum cultura degentes interrogando explorent, ac pro captu personarum disquirant, quis ejus Monasterii Status Oeconomicus, & quæ administrandi ratio, fides, ac diligentia, & præsertim, an Procuratoris Generali satisfactum sit: Ac si quando compertiant eidem Procuratoris, Cellerariorum præsertim culpa, aut inhabilitate satis consultum non esse, debeant ipsi Visitatores in actu visitationis, assignata prius congrua portione pro victu, & vestitio Abbatis, & Monachorum, Commillarium specialiter designare, atque obligare fructus unius, aut plurium Grangiarum ad effectum debitas ratas Procuratoris Generali solvendi, ita ut loci Cellerarius sub pœna suspensionis ab officio ipso facto incurrendæ super antedictos obligatos fructus manus apponere nequeat, sed iidem Patres Visitatores, conscio atque consulto Abbate ejus Monasterii particularem Monachum probitate, atque habilitate probatum deputent, qui præfatos fructus procuret, ac vendat, & pretio eidem Procuratoris Generali satisfaciat.

Decretum sanctæ memoriæ Innocentii X. circa rationes administrationis per Cellerarios reddendas sub die 13. Julii 1654. editum, & à Sanctissimo Domino Nostro per litteras in forma Brevis sub die 7. Septembris 1655. confirmatum inviolatè servetur.

In aedibus Grangiarum simplex, ac præcisè necessaria Bullarii Magni Tom. V.

dumtaxat suppellex detineatur, & in ipsis agris excolendis fructuosè tantùm cultura ratio habeatur.

Nihil in Viridariis, aliisque hujusmodi amœnitatibus, atque deliciis pecuniæ, vel operis impendendo.

Sedulo etiam animadvertant Superiores, ne Monachi vel alii Grangias administrantes hospitio, aut recreationis titulo amicos, aut propinquos sæculares, aut Religiosos excipiendo, Monasterii redditus insument.

Contra prædicta verò committentes, vel omittentes pœna privationis vocis activæ, & passivæ, aliaque ad arbitrium Sacra Congregationis pro modo, ac qualitate culpæ puniantur.

Is tantum numerus Famulorum sæcularium in Monasterio retineatur, qui præcisè necessarius sit, & ubi per Religiosos laicos, vel Commillos servitium præstari potest, famuli sæculares nullatenus adhibeantur.

Unicus deputatus famulus singulis Abbatibus sufficiat, & Abbates ipsi una cum cæteris Monachis in Refectorio comedant, nec privatam mensam in cubiculo, nisi causa infirmitatis, vel alicujus hospitii excipiendi gratia habeant, idque raro, & ob necessariam causam tantùm: quod multò magis à Titularibus Abbatibus observandum erit, qui famulum etiam sibi assignatum ita necessariò tantùm detineant occupatum servitio, ut aliis quoque Monasterii servitiis vacare possit.

Pro vestitio Abbates duplum dumtaxat ejus, quod reliquis præstatur Monachis, obtineant.

Abbates verò Titulares, qui aliàs Monasterii regimen nunquam obtinuerunt, sed ex privilegio Abbates dicuntur, idem penitus quod Monachi ipsi, non obstante quocumque usu, aut consuetudine, sive indulto usque in præsentem diem servato, habeant.

Itidem quicumque Titulares Abbates nullatenus à jurisdictione Abbatis loci, sive eo absente, ejus Superioris, qui Monasterio præerit, exempti esse intelligantur, reservatis alioquin eorum honorariis, præminentibus, ac solitis prærogativis cæteroquin per hæc Decreta, vel aliter non abrogatis.

In Monasteriis ære alieno gravatis, excepto aliquo in Dieta ob aliquam necessariam causam declarando, rheda minimè habeatur, sed is tantùm numerus equorum, qui ad rem rusticam procurandam omninò necessarius sit.

Abbates, & reliqui Superiores quorumvis Monasteriorum non nisi necessariam ob causam officium suum concernentem itinere. Et quatenus aliquo proprio respectu id agant, Monasterii sumptibus non fiat, quod ab inferioribus quoque Ministris, ac cæteris omnibus Monachis observetur, qui (& præsertim ætate juniores) ad Monasteria longè distantia, non nisi prævia matura consideratione transferantur.

Circa hospitalitatem erga personas extraneas exercendam, Decretum per eandem Sacram Congregationem sub die 18. Januarii 1661. editum, & à Sanctissimo Domino Nostro approbatum omninò servetur.

Hospites verò Monachi, etiam Abbates, diu tanquam advenæ magis delicato, ac dispendioso victu non tractentur, sed post diem unum ab eorum adventu, illis in Refectorio communis mensa paretur, in qua tamen iidem aliquid parvum edulium fraterna charitate præ aliis exhiberi poterit: Sæcularibus verò prandia, cœnas, & alias comestiones, recreationis titulo nuncupatas, dare omninò prohibitum sit.

Monachis, necnon Abbatibus ipsis annuos redditus, aut alia quæcumque bona mobilia, vel immobilia, licet mediante eorum personis Monasterio acquisita, nedum possidere, sed etiam administrare, vel titulo usufructus, vel depositi custodire, aut alio quolibet detinere, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ omninò interdictum sit, sed ea omnia statim Superiori cum cæteris Monasterii bonis incorporanda, & per Officiales publicos administranda tradantur.

Neque circa hoc consuetudo ulla etiam immemorabilis, aut connivencia, vel expressâ licentiâ Superioris suffragetur, qui tamen Religiosis in necessitatibus eorum consulere non prætermittet, quorum respectu antedicta bona Monasterio acquisita fuerunt.

Si quando verò contingat, ut aliter per pios Testatores, vel alios circa prædicta disponatur, ad Sedem Apostolicam habeatur recursus, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. F. Cardinalis Paulcius Præfectus.

§. 2. Cum autem firmiora sint illa, quæ Sedis Apostolicæ prædicto, & munimine roborantur; hinc est, quod Nos præmissorum omnium, & singulorum firmitati, & inviolabili observationi providere cupientes, ac dilectum filium Procuratorem Generalem dictæ Congregationis Cassinensis specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

*Confirmat
propterea in rati.* §. 3. Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes eandem præsentem litteras, necnon Decretum præinsertum, & in illo contenta hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quodcumque inviolabiliter, & inconcusse observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis occasione scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contrariis
derogat.* §. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis Cassinensis, ejusque Monasteriorum quorumvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Congregationi Cassinensi, ejusque Monasteriis, ac illorum Superioribus, & Monachis, aliisque personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, formas, & occasiones, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Transumptio-
rum fides.* §. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*D. P. An. 6.
die 11. Apr.* Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1661. Pontificatus nostri anno sexto.

Dat modum faciendæ provisiones, & electiones in Capitulis Generalibus, & dietis Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti.

De auctoritate Dieta horum Monachorum vide ad Constit. 87. Urbani VIII. Commissi nobis, tom. 5. ubi de electione Diffinitorum pertractat.

ALEXANDER PAPA VII
Ad perpetuam rei memoriam.

AD Apostolicæ dignitatis apicem, meritis licet imparibus, divina dispositione erecti, in eam præcipuè curam sollicitis studiis intendimus, ut Religiosorum virorum sub suavi vitæ Monasticæ jugo Altissimi obsequiis addictorum Congregationes salubriter dirigantur, laudabilibusque institutis suis inhærentes feliciter in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Itaque, ut provisiones, & electiones in Capitulis generalibus, & Dietis Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti de cætero faciendæ ad Omnipotentis Dei gloriam, dictæque Congregationis utilitatem fiant, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut in omnibus illis, quæ tam in proximo, quod mense Maio proximè venturo celebrabitur, & cæteris Capitulis generalibus per dilectos filios Præsidentem, & Diffinitores, quàm in subsequentibus Dietis dictæ Congregationis Cassinensis, quodcumque celebrandis per eundem Præsidentem, & Visitatores ejusdem Congregationis pro tempore existentes respectivè fieri debebunt, Constitutiones ipsius Congregationis Cassinensis, necnon Apostolicæ in simili forma Brevis litteræ, ac Decreta eandem Congregationem concernentia, per Sedem Apostolicam approbata exactè observentur, nec ullæ dispensationes per Capitula, seu Dietas hujusmodi, vel prædictos Præsidentem, & Diffinitores, ac Visitatores de cætero concedi ullatenus possint, sed illæ dumtaxat dispensationes, quæ à Nobis, seu auctoritate nostra concessæ sunt hætenus, & in futurum tam à Nobis, quàm à successoribus nostris Romanis Pontificibus, seu nostra, vel illorum auctoritate concedentur, robur & effectum obtineant.

§. 2. Præterea ut numerus Decanorum prædictæ Congregationis à fel. record. Paulo Papa V. prædecessore nostro per suas die 21. Martii 1608. in forma Brevis expeditas litteras præscriptus, ut scilicet unus tantum sit Decanus pro quinque Monachis expressè Professis ejusdem Congregationis, exactè pariter observetur. Promovendi autem ad Decanatum omnia per præfatas Constitutiones, ac Decretum à rec. mem. Innocentio Papa X. Prædecessore pariter nostro die 7. Novembris 1645. confirmatum requisita habere debeant, nec ulla Decanorum hujusmodi electio cum clausula, Si Romano Pontifici placuerit, fieri de cætero possit, tenore præsentium perpetuè statuimus, & ordinamus: firmo remanente Decreto particularis Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium per nos deputatæ super administratione Monasteriorum Cassinensium restauranda, per nostras in simili forma Brevis litteras confirmato.

*Dirigit
in rati.* §. 3. Decernentes eandem præsentem litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Scels præfate Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si

si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus piæ mem. Clementis Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri in forma Brevis litteris die 6. Martii 1593. emanatis, per quas Diffinitorio dictæ Congregationis Cassinensis super defectu temporis ad Abbatibus dignitatem, ac ad Prioratum respectivè requisiti, omnibus votis suffragantibus dispensandi facultas concessa fuit, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, ejusdem Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictæ Congregationi, ejusque Capitulo generali, Diocæs. Diffinitorio, ac Superioribus, & Monachis quibuscumque, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

XCIV. Pro bono regimine Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.

Vide ad Constitutionem 18. Gregorii XV. Sacri Apostolatus, in qua confirmat Constitutiones pro felici regimine eorundem Clericorum Scholarum Piarum.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, in Congregatione seculari Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum plures exortæ sint controversiæ: Nos illas dirimere, & bonum ipsius Congregationis, quantum in Domino possumus, promovere cupientes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine statuimus, & decernimus tenore præsentium, ut Præpositus Generalis memoratæ Congregationis, & quatuor Assistentes, tam in ultimo Capitulo generali electi, quam deinceps in perpetuum eligendi durare debeant ad sexennium tantum: ipsique Assistentes votum habeant decisivum cum eodem Præposito Generali in electionibus, deputationibus, ac mutationibus quorumcumque Superiorum. Item in causis, & sententiis criminalibus, necnon in quibuscumque aliis actibus, qui ex Constitutionibus ejusdem Congregationis, vel decretis Capitulum generalium fieri, seu expediri debent à Præposito Generali, & Assistentibus. In reliquis verò iidem Assistentes votum habeant consultivum, & Præpositus,

Bullariis Magni Tom. V.

Generalis quoad eum fieri poterit, eorum consilium sequatur ad præscriptum Constitutionum ipsius Congregationis, & unà omnes cum Præposito Generali resideant in domo Sancti Pantaleonis de Urbe.

§. 2. Præterea inviolatè servari præcipimus laudabile dictæ Congregationis institutum, præcipue in usu allociandi pauperes pueros ad eorum domos: deferendi habitum qualitatis, & formæ à prædictis Constitutionibus præscriptæ: incedendi pedibus discalceatis, recipiendi ad Scholas pueros aptos ad prima elementa, adhibendi lectulos ad formam dictarum Constitutionum, denominandi personas ejusdem Congregationis non ex cognomine gentilitio, sed ex nomine alicujus Sancti: ac demum servandi etiam in itinere paupertatem, quam operarii hujus instituti profitentur.

§. 3. In cæteris verò servari jubemus antiquas Constitutiones Congregationis hujusmodi cum omnibus gratiis, indultis, & privilegiis à Sede Apostolica eidem concessis; in iis tamen quæ aptantur, & congruunt statui Congregationis secularis, & præsentibus litteris non adversantur.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictæ Congregationis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocæs. sub Annulo Piscatoris, die 28. Aprilis 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmat Decreta Sacrarum Congregationum ad sepulturam pertinentia, pro Provincia Sancti Saturnini Ordinis Minorum de Observantia in Sardinia.

De hac materia vide ad Constit. 244. Urb. VIII. Cum sicut, tom. 5. & ad Constit. 9. Innoc. X. Ex injuncto, tom. 4.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1660.

Aliis pro parte dilecti filii Antonii Francisci Tholo, & Pirella Procuratoris Provincie Sancti Saturnini Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Sardinia Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod dilecti pariter filii Canonici, & Beneficiati Metropolitanæ Ecclesiæ Calaritanæ die 11. Augusti 1659. Conventum S. Mauri violenter ingressi fuerunt ad officium in illa Ecclesia contra Decreta diversarum Congregationum ejusdem S. R. E. Cardinalium, tenoris qui sequitur, videlicet.

D d 3

§. 1. Sacra

§. 1. Sacra Rituum Congregatio juxta alias resoluta respondit, officium super cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum servari mandavit, non obstante contraria consuetudine. Die 27. Novembris 1638. C. Episc. Portuensis Card. Pius. Julius Cincius. Loco † sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præposita censuit defunctorum cadavera in Ecclesiis dictorum Fratrum sepelienda, ab ædibus defunctorum ad eorundem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licite posse, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, à quo benedictionem, & ultimum vale recipere possent: quò venire expressè recusante, possint iidem Fratres etiam ipso invito dicta cadavera ad suas Ecclesias transportare, consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parochialibus, & aliis Presbyterorum, etiam in Cathedralibus Ecclesiis nullo modo possint. Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitime probetur, & interim præsens Decretum ad unguem servetur, prout eadem Sacra Congregatio servari mandavit. Romæ die 14. Julii 1639. Cardinalis Antonius Barberinus. C. Facchenettus. Loco † sigilli.

Necnon Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit quoties cadavera defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Cleto, sed à Fratribus obiri, & peragi debere. H. B. Cardinalis. Franciscus Paulus Sac. Congregationis Secretarius. Loco † sigilli.

Necnon Sac. Rituum Congregatio juxta alias resoluta respondit electionem, & numerum Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectare, & pertinere, & ita ubique servari debere declaravit die 14. Januarii 1649. P. Card. Crescentius: Julius Cincius Secretarius. Loco † sigilli.

§. 2. Quodque in observantia Decretorum præinsertorum, & litterarum Apostolicarum die 29. Augusti ejusdem anni 1659. emanatarum Fratres Ecclesie Sanctæ Mariæ Jesu noluerunt permittere, ut Capitulum prædictæ Ecclesie Calaritanensis dictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Jesu ingrederetur, ipsum verò Capitulum, & Beneficiati cadaver quoddam inde abriperant, & ad Ecclesiam Sanctæ Eulalie tulerant. Et in eadem expositione subjuncto, quod præfata Decretis præinsertis adversentur, ideoque primò dictæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut decerneret cadaver hujusmodi restitui, & dicta Decreta observari, & si forte Canonici quoad secundum Decretum immemorabilem consuetudinem prætenderent, hoc nil obstarè, nisi legitime probetur: emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & reque partibus tam verbo, quam scripto informantibus audita, Eminentissimo Santacrucio referente, diligenter, ac mature examinata, & discussa, censuit cadaver de quo agitur, restituendum esse, prout unà cum funerali pompa restitui mandat, & præcipit Ecclesie Sanctæ Mariæ Jesu Fratrum Minorum Observantia S. Francisci. Nec Capitulum, & Clero Metropolitanæ Ecclesie Calaritanæ funeralia in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, neque in Sancti Mauri eorundem Fratrum exercere, & celebrare super defunctorum ibidem sepelienda cadavera licere, reservato tamen jure eidem Capitulo, & Choro probandi præsentiam immemorabilem: & ita declaravit, & decrevit, prout præsentium tenore declarat, & decernit, in contrarium allatis minime obstantibus. Romæ 12. Martii 1660. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Antonius Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum proximè in-

sertum pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio commuiri summo perè desideret. Nos ipsum Antonium Franciscum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum præinsertum, die 12. Martii proximè præteriti emanatum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus. Salvâ semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ.

§. 4. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 30. Aprilis 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Prohibisce le Lire, e Bolognini nelle Provincie di Bologna, Ferrara, Romagna, e Ravenna, volendo che vi si introduchino li giuli, e baiocchi.

ALEXANDER PAPA VII. Edita 1660
Ad futuram rei memoriam.

Meditatio cordis nostri ad ea præcipue convertitur per quæ nostrorum, & S. R. E. in temporalibus subditorum utilitatibus opportuna ratione consulitur. Cum itaque alias, videlicet de prima Julii proximè præteriti, dilectus filius noster Gibertus ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Borromeus nuncupatus, noster, & Sedis Apostolicæ in Provincia nostra Romandiola, & Exarchatu Ravennæ de Latere Legatus edictum jussu nostro ediderit, & subinde die 14. ejusdem mensis Julii publicari fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Giberto della S. R. C. Prete Cardinal Borromeo della Provincia di Romagna, & Esarcato di Ravenna de Latere Legato. Havendo la Santità di Nostro Signor Papa Alexandrò VII. con la sua infinita prudenza, & applicatione al publico beneficio di questa Provincia, oltre à tante gratie compartitegli, considerato di quanto pregiudicio gli sia l'ingiusto accrescimento del valore estrinseco delle monete, col quale vengono i suoi Popoli à ricevere per le lor Biade, e frutti della solita bontà il presso in moneta calcolate à più di quello, che intrinsecamente vagliono, & havendo considerato, che le provitioni prese sopra ciò da molti de suoi Antecessori, non solo non hanno portato quel buon effetto, che si desiderava, ma fatto vedere con la successiva alteratione, che sempre piu si possono temere maggiori disordini, e dependendo questi in gran parte dall'esser le monete calcolate in lire, che non sono effettive, ma una moneta imaginaria, che con troppa facilità viene dall'avaritia, e dall'industria, & artificii di alcuni Mercanti alterata, essendosi esaminata con una longa, & effusa discussione la materia, e sentiti i suoi Officiali, e pratici Mercanti, & altri che vi possono haver interesse, hà risoluto porvi remedio con gl' infrascritti ordini, e provisioni, che di commendamento della Santità Sua al presente

presente si publicano, e si haveranno inviolabilmente da osservare sotto le pene in essi contenute.

§. 2. Prima si ordina e comanda espressamente, che resti totalmente abolito il nome di lira, e Bolognini, e che tutti i debiti, e pagamenti, tanto in capitale, quanto in frutti, etlandio Livelli, Canoni, Centesimi, Legati pii, Gabelle etiam Camerali, Mercedi, Porti d'lettere, e di qualsivoglia Contratto, che ricerchi speciale, & individuale mentione, fatto in qualsivoglia tempo, tra qualsivoglia persona, tanto laicale d'ogni maggior dignità, etiam Regale, Ducale, & Imperiale, quanto Ecclesiastica, Specolare e Regolare di qualsivoglia preeminenza, etiam de Cardinali e della Camera Apostolica, che cantano, o sono dovuti in moneta di lira, s'intendano convertiti in giuli, e baiocchi a ragione d'ogni cinque lire e mezza cento baiocchi Papali, che costituiscono dieci giuli, e di undeci Bolognini dieci baiocchi, che fanno un giulo, e per ogni baiocco quattrini sei del peso, e bontà di quelli di Bologna, & un quattrino due denari, facendosi conto che secondo il presente valore di scudi di Paoli col medemo numero di giuli, che si pagerebbe adesso il debito costituito in lire viene a costituirsi il nuovo debito in moneta di giuli, & in questa forma dovrà da debitori pagarsi, e da Creditori riscuotersi sotto pene arbitrarie, etiam corporali, ad arbitrio di Sua Eminenza: e perche in Rimini, e S. Arcangelo il giulio e valutato hora meno che altrove, si dichiara che nella Circa di Rimini, e Terra di Sant' Arcangelo, e ne loro Governi la detta riduzione si faccia a ragione di ogni cinque lire Bolognini sei, quattrini quattro in uno scudo di giulii dieci, e per ogni Bolognini dieci quattrini quattro in un giulio.

§. 3. Che da hora avanti nessuno ardisca di far contratto di qualsivoglia sorte in moneta di lira, e Bolognini, ma o nelle monete d'oro, & argento effettive, o in scudi, e baiocchi Papali, sotto pena a ciascuno de contraenti della perdita della somma, e robba contrattata, oltre la nullità del contratto.

§. 4. Che tutte le monete correnti non si possono calcolare, se non a moneta di giuli, e baiocchi Papali secondo la loro bontà intrinseca, e valore di ciascuna, che sarà dichiarata nel presente Editto, e non si possono alterare, ne spendere di vantaggio dandole, e ricevendole, alla medema valuta, e con gl'istessi pesi, proibendo qualsivoglia altra moneta, che non sarà nominata nel presente Editto, o che essendo nominata nel presente Editto, non sarà della bontà, e lega giusta, in maniera, che non si possa introdurre, ne contrattare, ne ritenere sotto pena della perdita del denaro, del quadruplo, e de corporali, etiam di galera perpetua ad arbitrio secondo le qualità, e circostanze de casi, dichiarando però, che le proibite, che si trovarono qui nel tempo del presente Editto si possono solo ritenere per due mesi, che le gli da tempo di farne esito fuori della Legatione.

§. 5. Che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, siano avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, & altre tolerate che non siano alterate, e ritrovandosi tali ne diano subito notizia al Governatore del luogo, perche possa far fare le diligenze necessarie, sotto pena della perdita della moneta, scudi ducento, & altre corporali arbitrarie, etiam della Galera. Che ogni Banchiero, Mercante, Speciale, Beccaro, Formaro, Lardarolo, & Hoste tenga questo Bando affisso ne i loro Banchi, e Botteghe, sotto pena di scudi cinquanta. Che sotto pene ad arbitrio di Sua Eminenza anco corporali, tutti li prezzi di robbe, così comestibili, come Pane, Carne, Oglio, & altro, come non comestibili, che sono adesso tariffate in moneta di lira, e Bolognini, si convertano in moneta di giuli, e baiocchi, e quattrini con la sudetta proportione, che quello che si pagava undeci Bolognini, che facevano un giulio, si paghi dieci baiocchi Papali, che è la valuta del medemo giulio. Onde dove prima si davano trenta oncie di pane per quattro Bolognini, adesso per quattro baiocchi se ne daranno trentatré, e nella me-

desima conformità si farà nell'altro robbe secondo la nova Tariffa, che in giuli, e baiocchi si daranno da per tutto da i Governatori, & Ufficiali nel medemo tempo della publicatione del presente Editto.

§. 6. Dichiarandosi, che nelli governi di Rimini, e Sant' Archangelo le Tariffe si aggiustino con la proportione posta nel Capitolo primo, cioè a ragione d'un giulio per ogni Bolognini dieci, e quattrini quattrotto. E quanto a i prezzi delle Robbe, e Mercantie che non hanno Tariffa, doueranno i Mercanti usare la medema proportione, e non pigliar occasione di alterarli, sotto pene etiam corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 7. Si notifica ad ogn' uno, che alle dette pene saranno tenute tutte le persone, così Secolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, & individual mentione, e si procederà per Inquisitione, & in ogn' altro miglior modo. E questo Editto pubblicato in Ravenna nel luogo solito, lighterà ogn' uno in questa Provincia doppo cinque giorni, come si fosse personalmente intimato. Subiuncta præinserto Edicto peculiari estimatione, seu Tariffa monetarum argentearum, & aurearum, per quam eadem monetae ad rationem tot juliorum, baiocchorum, & quattrenorum respectivè æstimantur, & reducuntur, cum nonnullis Ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quam præsentibus pro plenè, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, ubertius continentur.

§. 8. Hinc est, quod nos præmissorum omnium, & singulorum firmiter robori, & inviolabili observantia consulere cupientes, Edictum præinsertum, subjunctamque eidem Tariffam, & Ordinationes huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, & inde sequutis, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac iussu nostro emanasse declaramus, & attestamus, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robor, & efficaciam adjungimus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque, tam ex juris Communis, & Constitutionum Apostolicarum præscripto, quam aliis quomodocumque, & qualitercumque, etiam de necessitate in similibus observandarum, aliisque quolibet, quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individualaque mentione dignos defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeferi, prætendi, vel intelligi possint, plenissimè supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò tollimus, & abolemus. Decernentes eadem præsentis literas, & in eis contenta, & inserta quæcumque, necnon Tariffam, & ordinationes huiusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, cujuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, & præminentia fuerint, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de Latero potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuò inviolabiliter, & inconcussè observari debere, neque ipsas præsentis literas, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causæque propter quas ipsæ præsentis emanarunt adductæ, aut verificatæ, & justificatæ non fuerint, seu ex alia qualibet quantumvis iusta, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, aut interesse habentium consensu, aliòve quolibet quantumvis substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, invalidari, & resistungi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris re-

duci, seu adversus illas apercitionis oris, & restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, & facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quæpiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeari, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ nostræ Apostolicæ Thesaurarium Generalem, Præsidentes, Clericos, aliosve Officiales, & Ministros, & ceteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Constitutio
generale.

§. 9. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, & felic. recordationis Pii Papæ Quarti Prædecessoris nostri de gratiis qualescumque interesse dicte Cameræ concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita ut præsentis literas ibidem præsentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, locorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societarum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Maii 1657. Pontificatus nostri anno sexto.

Ordini per la Città, è Ducato di Ferrara, cioè che vi resti totalmente abolito il nome di Lira, e Bolognini, e che tuteti i debiti, che cantano in moneta di Lira, s'intendano convertiti in giuli, e baiocchi.

Consimilem Monetarum reductionem habes supra ad Constitutionem 96. Meditatio, & ad Constitutionem 105. eodem modo incipientem, ab hoc Sanctissimo Pontifice emanatas.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Meditatio cordis nostri ad ea præcipuè convertitur, per quæ nostrorum, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in temporalibus subditorum utilitatibus opportuna ratione consulitur. Cùm itaque aliàs dilectus filius noster Laurentius Tituli Sancti Chrylogoni, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Imperialis nuncupatus, noster, & Sedis Apostolicæ in Civitate, & Ducatu Ferrarienti nostris de Latere Legatus, edictum jussu nostro egiderit, & publicari fecerit tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Lorenzo Cardinal Imperiale nella Città, è Ducato di Ferrara à Latere Legato, &c. Havendo la Santità di Nostro Signore Papa Alessandro Settimo con la sua infinita prudenza, & applicatione al publico beneficio di questa Provincia, oltre à tante gratie compartitegli, considerato di quanto pregiudicio gli sia l'ingulto accrescimento del valore estrinseco delle monete, col quale vengono i suoi Popoli à ricevere per le lor Biade, e frutti della solita bontà il prezzo in monete calcolate à piu di quello, che intrinsecamente vagliono, & che le provisioni prese sopra ciò da molti de suoi Antecessori, non solo non hanno portato quel buon effetto, che si desiderava, ma fatto vedere con la successiva alteratione, che sempre piu si possono temere maggiori disordini, è dipendono questi in gran parte dall'esser le monete calcolate in lire, che non sono effettive, ma una moneta imaginaria, che con troppa facilità viene dall'avaricia, è dall'industria, & artifici di alcuni Mercanti alterata, & essendosi esaminata con una lunga, & esatta discussione la materia, e sentiti non solo i suoi Ufficiali, è pratici Mercanti, & altri che ci possono haver interesse, hà risoluto porvi rimedio con gl'infra scritti ordini, è provisioni, che di commandamento della Santità Sua si publicano, è si haveranno inviolabilmente da osservare sotto la pena in essi contenute.

§. 2. Prima si ordina è commanda espressamente, che resti totalmente abolito il nome di Lira, è Bolognini, è che tutti i debiti, è pagamenti, tanto in capitale, quanto in frutti, etiam di Livelli, Canoni, Centi, Legati Pii, Gabelle etiam Camerali, Mercedi, Porti di lettere, è di qualsivoglia Contratto, che ricerchi speciale, & individual mentione, fatto in qualsivoglia tempo tra qualsivoglia persona, tanto Laicale d'ogni maggior dignità, etiam Regale, Ducale, è Imperiale, quanto Ecclesiastica, Secolare, è Regolare di qualsivoglia preminenza, etiam de Cardinali, è della Camera Apostolica, che cantano, è sono dovuti in moneta di Lira, s'intendano convertiti in giuli, è baiocchi à ragione d'ogni cinque Lire e mezza centa baiocchi Papali, che costituiscono dieci giuli, è di ogn' undeci Bolognini dieci baiocchi, che fanno un giulio, è per ogni baioccho quattrini sei del peso, è bontà di quelli di Bologna, & un quattrino due denari, facendosi conto che secondo il presente valore di scudi di Paoli col medemo numero di giuli, che si pagarebbe adesso il debito costituito in Lire, viene a costituirsi in nuovo debito in moneta di giuli, & in questa forma dovrà

da debitori pagarsi, e da Creditori riscuotersi sotto pene arbitrarie, etiam corporali ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 3. Che da hora avanti nessuno ardisca di far contratto di qualsivoglia sorte in moneta di Lira, e Bolognini, ma di nelle monete d'oro, & argento effettive, o in scudi, e baiocchi Papali, sotto pena a ciascuno de contraenti della perdita della somma, e robba contrattata oltre la nullità del contratto.

§. 4. Che tutte le monete correnti no si possino calcolare, se non a moneta di giuli, e baiocchi Papali secondo la loro bontà intrinseca, e valore di ciascuna che sarà dichiarata col presente Editto, e non si possino alterare ne spendere di vantaggio dandole, e ricevendole, alla medesima valuta, e con gl' istessi pesi, proibendo qualsivoglia altra moneta, che non sarà nominata nel presente Editto, e che essendo nominata nel presente Editto, non farà della bontà, e lega giusta in maniera, che non si possa introdurre, ne contrattare, ne ritenere sotto pena della perdita del denaro, del quadruplo, e de corporali, etiam di galera perpetua ad arbitrio secondo la qualità, e circostanze de casi; dichiarando però, che le proibite, che si trovassero qui nel tempo del presente Editto si possino solo ritenere per due mesi, che se gli da tempo di farne esito fuori della Legatione.

§. 5. Che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri, stiano avvertiti, e particolarmente nelle monete di lega, & altre tolterate, che non siano alterate, e ritrovandosi tali ne diano subito notizia al Signor Giudice de Savi in Ferrara, e nel Distretto, & alli Governatori de Luoghi fuori del Distretto, perche possa fare le diligenze necessarie, sotto pena della perdita della moneta, scudi ducento, & altre corporali arbitrarie, etiam della Galera. Che ogni Banchiero, Mercante, Spetiale, Bottegario, Beccaro, Fornaro, Lardarolo, & altri Artefici tenga questo Bando affisso ne i loro Banchi, e Bottege, sotto pena di scudi cinquanta. Che sotto pena ad arbitrio di sua Eminenza anco corporali tutti i prezzi di robbe, così comestibili, come Pane, Carne, Oglione, & altro comestibili, che sono adesso tariffate in moneta di Lira, e Bolognini, si convertano in moneta di giuli, e baiocchi, e quattrini con la suddetta proportione, che quello che si pagava undeci Bolognini, che facevano un giulio, si paghi dieci baiocchi papali, che è la valuta del medesimo giulio; Onde dove prima si davano trenta oncie di pane quattro Bolognini, adesso per quattro baiocchi se ne darano trentatre oncie, e nella medesima conformità si farà nell' altre robbe secondo la nova Tariffa, che in giuli, e baiocchi si daranno da per tutto da i Governatori, & Officiali nel medesimo tempo della publicatione del presente Editto. E quanto a i prezzi del Robbe, e mercantie, che non hanno Tariffa, doueranno i Mercanti usare la medesima proportione, e non pigliar occasione di alterarli sotto pena etiam corporale ad arbitrio di Sua Eminenza.

§. 6. Si notifica ad ognuno, che alle dette pene saranno tenute tutte le persone così Secolari, come Ecclesiastiche, e Regolari di qualsivoglia privilegio, dignità, e preeminenza, che ricerchi speciale, & individua mentione, e si procederà per Inquisitione, & in ogn' altro miglior modo. E questo Editto affisso publicato ne i luoghi soliti, ligherà ognuno doppo cinque giorni, come se fosse personalmente intimato.

Dato nel Castellano di Ferrara questo di 12. Luglio 1659. Publicato li 14. detto. Lorenzo Cardinal Imperiale Legato, &c. Subiuncta praeinserto Edicto peculiari estimatione, seu Tariffa monetarum argenteorum, & aurearum, per quam eadem monetae ad rationem tot Juliorum, baiocchorum, & quattrenorum respectivè estimantur, & reducuntur, cum nonnullis ordinationibus, prout in eadem Tariffa, quam presentibus pro plenè, & sufficienter expressa, ac de verbo ad verbum inserta haberi volumus, uberius continetur.

§. 7. Hinc est, quod nos praeinsertorum omnium,

& singulorum firmiter robori, & inviolabili observantia consulere cupientes, Edictum praeinsertum, subiunctamque eidem Tariffam, & ordinationes huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, & inde sequutis, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illaque rata, & grata habemus, ac iussu nostro emanasse declaramus, & attestamus, necnon illis omnibus, & singulis inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicae firmitatis robor, & efficaciam adjungimus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum quarumcumque, tam ex juris Communis, & Constitutionum Apostolicarum praescripto, quam aliis quomodocumque, & qualitercumque, etiam de necessitate in similibus observandarum, aliove quolibet, quantumvis magnos, ac formales, & substantiales, individuaeque mentione dignos defectus, si qui in praemissis, vel eorum aliquo quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, praetendi, vel intelligi possent, plenissime supplementum, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

§. 8. Decernentes easdem praesentes litteras, & in eis contenta, & inserta quaecumque, necnon Tariffam, & ordinationes huiusmodi ab omnibus, & singulis, ad quos nunc quoquo modo spectat, & spectabit in futurum, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, & praerogativae fuerint, etiam Cardinalatus honore fulgeant, & Legati de Latere potestate, & auctoritate fungantur, semper, & perpetuo inviolabiliter, & inconculsa observari debere; neque ipsas praesentes litteras, etiam ex eo quod quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, causaeque propter quas ipsae praesentes emanarunt, adductae, aut verificatae, & iustificatae non fuerint, seu ex alia qualibet, quantumvis iusta, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis substantiali, aut inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis-oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cameraarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, necnon Camerae nostrae Apostolicae Thesaurarium Generalem, Praesidentes Clericos, aliove Officiales, & Ministros, & caeteros quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure quaesito, & felic. record. Pii Papae IV. Praedecessoris nostri de gratiis quaecumque interesse dictae Camerae concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, ita ut praesentes litteras ibidem praesentari, & registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis

Cancellariae
Apostolicae

Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Locorum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, styli, & consuetudinibus, etiam immemorialibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolentibus clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, & exprimerentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fieri. §. 10. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhiberetur in iudicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. N. P. A. G. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Maii 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

XCVIII. De obligatione denunciandi hæreticos, vel de hæresi leviter suspectos: Et quod in materia hæresis non admittitur correctio fraterna.

Feria 5. die 8. Julii 1660.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Majorem coram Sanctissimo D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in Universa Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus à Sede Apostolica specialiter deputatis.

Motiva huiusmodi Consilii. **L**icet aliis per Constitutionem felicis recordationis Pauli V. emanatam sub die 1. Septembris 1606. quæ incipit, Romanus Pontifex, fuerit distictè prohibitum Superioribus Regularium, ne quovis titulo, vel prætextu præventionis, aut consuetudinis, & præscriptionis, etiam immemorabilis, aut alio in causis ad Sanctum Officium spectantibus se quoquo modo intromittere, aut immiscere, denunciations recipere, testes examinare, processus conficere, causas cognoscere, aut terminare audeant; imò ex ejusdem Constitutionis dispositione eisdem fuerit graviter injunctum, ut subditi, ac Religiosos, quos hæresis labe infectos, vel de hæresi suspectos noverint, absque alia consultatione cum propriis suæ Religionis Superioribus, vel alia quavis persona faciendâ, sine mora Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis vicinioribus denunciarent.

§. 1. Nihilominus animadvertens Sanctissimus D. N.

Alexander VII. ab aliquibus Regularibus in dubium revocari prædictam denunciandi obligationem, adeo ut nedum suos subditos non denunciarent, verum etiam fideles ad ipsos pro consilio recurrentes, an debeant Sancto Officio denunciare quæ audierunt, aut viderunt ad ipsum Sanctum Officium spectantia, ad id faciendum, ut deberent, non obligent, imò aliquando eosdem perperam instruant, non teneri, nec sub obligatione Constitutionum Apostolicarum comprehendendi; & hanc opinionem erroneis aliquot Doctorum sententiis confirmare tentantes, eosdem in maximum fidei discrimen ab onere denunciandi retrahere conentur.

§. 2. Volens proinde Sanctitas Sua abusu huiusmodi ex sui Pastoralis officii debito coercere, post mataram facti discussionem, auditis votis Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium adversus hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, innovat Constitutionem prædictam à felic. record. Paulo V. emanatam, & quatenus opus sit, eam declarans, hoc præfati Decreto distictè præcipit, & mandat omnibus, & singulis Regularium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, Prioribus, Guardianis, Rectoribus, Præpositis, aliisque ejusmodi quocumque nomine nuncupatis Superioribus cujuscumque Ordinis, & Instituti, sive Mendicantium, sive non Mendicantium, necnon Congregationis, & Societatis Clericorum Regularium quorumcumque, etiam Societatis Jesu, aliorumque quomodocumque exemptorum, vel non exemptorum, etiam si essent specialiter, & nominatim exprimentis, ut omnino dictæ Constitutioni in omnibus pareant, & omnes, & quoscumque Religiosos, tam sibi ipsis subditos, quam non subditos, cujuscumque dignitatis, gradus, & conditionis existant, hæreticos, vel de hæresi quomodocumque etiam leviter suspectos deserant, & judicialiter denunciarent Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis, & nullatenus in causis ad Sanctum Officium spectantibus audeant se intromittere, neque suos subditos ad Sanctum Officium recurrentes, vel recurrere, aut accedere volentes, molestare, vexare, vel alio quovis modo, sive directè, sive indirectè avertere, retrahere, dissuadere; imò prædictos suos subditos monere debeant, ut ipsi quoque eidem decreto omnino pareant, & alios Christi fideles, etiam Confratres suos ad parendum pariter hortentur, & suadeant, rejectis penitus huiusmodi opinionibus, atque interpretationibus, quas Sanctitas Sua cum voto dictorum Eminentissimorum Dominorum Cardinalium tanquam perniciosas, temerarias, & non consistentes, & à mente Sanctitatis Suæ prorsus alienas reprobavit, & reprobat.

§. 3. Et quia quandoque etiam eorum subditi deficient in eo, quod ipsis implendum incumbit cum Religiosis ejusdem, alteriusve Ordinis, aliisque quibuscumque personis de fide suspectis, ceterisque petentibus consilium in materiis ad Sanctum Officium spectantibus, ita ut nedum ipsimet denunciations differant, vel ab illis prorsus abstineant; verum etiam multoties ab eisdem alios à se consilium petentes retrahant malis artibus, vel mendicatis Doctorum opinionibus, vel sub fraternæ correctionis factæ, vel faciendæ, aliove prætextu.

§. 4. Propterea idem Sanctissimus declaravit præfatos subditos absque ulla participatione, etiam si nulla sit petita venia à Superioribus, etiam si nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmissa fuerit, omnino teneri, & obligatos esse accedere ad denunciandum Ordinariis, vel Inquisitoribus locorum quoscumque etiam Confratres, ac Superiores etiam primarios suos ejusdem Ordinis, & Religionis, quos noverint esse de fide quomodolibet etiam leviter suspectos. Ac propterea eosdem debere omnes, & quoscumque etiam alios à se consilium, ut supra, petentes monere, & obligare ad denunciandum, nec posse illos à denunciando sub dictæ fraternæ correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, & præfatos omnes, tam Superiores, quam subditos contrafacientes

tes, Sanctitas Sua voluit, & declaravit subjacere omnibus censuris in dicta Constitutione Pauli V. expressis, necnon privationis quarumcumque Dignitatum, seu Prælatorum, seu officiorum suorum Ordinum, ac vocis activæ, & passivæ, perpetuæque inhabilitatis ad easdem ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, aliisque Sanctitatis Suae, ac successorum arbitrio infligendis pœnis, quarum relaxationem, suspensionem, abolitionem, vel dispensationem Sanctitas sua sibi ipsi, & successoribus suis Romanis Pontificibus tantum expressè reservavit.

§. 5. Et ne præmissorum prætendi possit ignorantia, idem Sanctissimus mandavit sub eisdem pœnis, ipso pariter facto incurrendis, ut supra reservatis, ut superiores omnes præfati in quocumque loco, Conventu, vel Collegio sui Ordinis Decretum hoc semel saltem singulis annis Kalendis Martii in publica mensa, vel aliâ in Capitulo ad hoc specialiter convocato, legi curent unâ cum aliis Decretis, & Constitutionibus Apostolicis ad Sanctum Officium Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem pertinentibus, quotannis legi solitis, juxta Decretum felicis recordationis Urbani VIII. Et insuper iidem Superiores teneantur curare, & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur, & affixa conserventur, ita ut ab eisdem subditis Religionis omnibus videri, ac legi commodè queant. Deque hujusmodi lectione, & commonitione publico documento ab iisdem Superioribus Conventus, vel domus subscripto, unaquæ ab aliis duobus Religionis ejusdem Domus, vel Conventus statim certiorum facere Congregationem Sanctissimæ Inquisitionis in Urbe, vel locorum Inquisitores ubi sunt. Statuitque præterea Decretum hoc, seu illius exemplum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Floræ affixum, omnes ubique existentes arcere, & afficere, ac si unicuique personaliter fuisset infirmatum.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo, Indictione 13. die vero 24. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno ejus sexto, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Sancti Petri de Urbe, necnon ad valvas Palatii Sanctæ Inquisitionis, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronymum Mascellam ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Curf.

CIX. Declarat Alumnos Collegiorum Apostolicorum non ad triennium tantum, sed perpetuò quoad vixerint Sedis Apostolicæ servitio adstrictos esse, & dat formam juramenti.

Alumnos Seminariorum piè, & efficaciter ad virtutum, ac litterarum vehementer studium cohortatus est Clemens VIII. Constit. 9. tom. 3. De Alumnis Collegiorum Apostolicorum permulta invenies in Repertorio, verbo Alumnii.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Cum circa juramenti vinculum, quo Pontificiorum Collegiorum Alumni Sedis Apostolicæ (à qua maximè sumptibus educantur) servitio recipiuntur adstricti, variè fuerint hucusque à nonnullis excogitatae interpretationes, quibus ejusdem Sedis in hoc eludatur intentio, & Dei gloriæ, ac servitio, cui hujusmodi institutum dirigitur, non minimum detrahatur.

§. 1. Nos opportunè hac in re providere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum San-

ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum, super hoc à Nobis specialiter deputatorum, qui rem diligenter, & maturè discussurunt, consilio, ac inherendo decretis aliis circa prædicti juramenti formulam emanatis, eaque, quatenus opus sit, innovando, auctoritate Apostolica tenore præmissorum declaramus, prædictos Alumnos non ad triennium tantum, ut gratis aliqui interpretantur, sed perpetuò, quoad vixerint, in quocumque statu permanerint, Sedis prædictæ servitio fuisse hætenus, & futuros in posterum adstrictos, ut aliàs, & signanter die 7. Augusti 1645. à felicis recordationis Innocentio Papa X. prædecessore nostro fuit declaratum: hujusmodi autem servitio minime satisfacturos, etiam si in salutem animarum operam suam quoquo modo impendant, nisi illud ad præscriptum Sedis Apostolicæ expleverint.

§. 2. Præterea si contingat aliquem ipsorum incorrigibilitatis, vel male valetudinis, aut alia qualibet ex causa è Collegiis ejici, aut sponte sua quandocumque discedere, etiam si nondum completis studiis, aut sacris Ordinibus fuerit initiatus, non idcirco censendum à juramento ulla ex parte solutum, tam circa servitium præstandum in Missionibus, quam circa prohibitionem ingrediendi Religionem, imò ne hoc, vel alio quovis prætextu dictæ Sedis mens forsan eludatur, prohibemus ne etiam elapso triennio quovis tempore possit quilibet Alumnus ad Religionem admitti, nisi de expressa nostra, seu Romani Pontificis pro tempore existentis, vel Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositorum in scriptis habenda licentia, sub pœna nullitatis professionis ipso jure, si aliter fuerint ingressi, & quod ab eadem Cardinalium Congregatione, non obstante professione ad primævum statum revocari possint.

§. 3. Insuper declaramus, quod concessa Alumnis, ut supra, licentia ingrediendi Religionem, non idcirco censendi sunt à juramento absoluti ex præsumpto tacito consensu, eo quòd prædicta Congregatio illorum opera forsan non uteretur: Ad hæc nullo pacto licere Alumnis contra formam juramenti, vel Religionem ingredi, vel alteri statui perpetuò se addicere, eo sub prætextu, quod quilibet teneatur sibi ipsi ratione aliqua stabili consulere; eo quòd hæc Sancta Sedes Alumnis, postquam fuerint dimissi, non provideat; cum memorata Congregatio neminem ex iis, qui ad Missionis titulum ordinati sunt, quive suo instituto pro viribus incumbunt, consueverit unquam desituere: quod si secus aliquando forsan contingat, hoc eorum culpæ adscribendum est, qui postquam fuerint dimissi, ejusdem Sanctæ Sedis, à qua enutriti fuerunt, ac ejus, quod professi sunt, Instituti prorsus obliti de se, suoque statu eandem monere negligunt omninò.

§. 4. Quia verò, ut præfertur, non desunt aliqui, qui non intelligentes gravitatem muneris Sacerdotum Sæcularium ad Missiones Apostolicas admissorum, quidve sanctæ Fidei propagationi, & universalis Ecclesiæ bono, attentè præsertim temporum, ac rerum circumstantia, magis conducant, audeant adhuc asserere hujusmodi juramentum in ea parte, quæ cujuslibet Religionis ingressum prohibet, invalidum omninò esse, tanquam impeditivum majoris boni, eoque prætextu exculpationem suæ contumaciæ obtinentes, juramentum quoad hanc partem negligere præsumant: Nos volentes deinceps hujusmodi ausui opportunè occurrere, eosque qui contraire præsumperint, ad statum, cui ex prædicto juramento reperiuntur obstricti, revocare; præcipimus omnibus Alumnis, ut postquam è suis Collegiis, vel spontè egressi, vel dimissi fuerint, sive in statu, & habitu sæculari permanerint, etiam si in Sacris non fuerint, sive etiam postquam alicui Religioni fuerint adscripti, donec vixerint, quolibet anno, si intra fines Europæ fuerint, vel si extra, quolibet biennio, de se, suoque statu, & loco ubi maneat, & quibus studiis, & exercitiis operam navent, per literas prædictam Congregationem certiores; litteras autem hujusmodi viciniori Sedis Apostolicæ Nuncio transmittere, atque etiam

etiam eo usque iterare teneantur, donec per eisdem epistolam certi fiant, quod ad ipsum pervenerint.

§. 5. Utque id omnino observetur, precipimus, ut juramento ab eisdem Alumnis prestando addatur infrascripta clausula: *Item voveo, & juro, quod sive Religionem ingressus fuero, sive in statu seculari permanero, si intra fines Europae fuero, quolibet anno; si vero extra, quolibet biennio mei ipsius, meique status, & exercitii, & loci ubi moram traxero, Sacram Congregationem de propaganda fide certiorabo.* Precipimus item quod idipsum presentium Superiorum Regulares quoad eos, qui Religionem fuerint ingressi, praefectis vero Missionum Sacerdotum saecularium injungimus sub poena suspensionis à Divinis ipso facto incurrendae, ut quolibet anno diligenter perquirant de statu singulorum, qui fuerunt Alumni, & ad eam Missionem, vel ratione originis, vel nationis, aut alio quovis modo pertinent, sive Religionem fuerint ingressi, sive non, deque ipsis, eorumque statu, exercitiis, ac locis eandem Congregationem omnino moneant. Praeterea precipimus praesentes literas ad singula Collegia transmitti, eorum Superioribus injungentes, ut adamantissimas observari curent, expositaque habeant in loco patenti, singulisque obvio, ne ullo tempore illarum ignorantia à quopiam praetendi possit; & ut quovis anno in publico Refectorio bis legantur, nimirum prima Dominica Januarii, & prima Junii, necnon etiam immediate ante praestationem juramenti clara voce Alumnis mox juraturis legantur: ac ne quis ab earum executione excusari valeat, ipsius juramenti formulam eam, quae sequitur, clausulam superaddi mandamus. *Denique voveo, & juro, me praedictum juramentum, ejusque obligationem intelligere, & observaturum juxta declarationes factas à Sacra Congregatione de propaganda fide, & Brevi Apostolica roboratas sub die 20. Julii 1660.*

§. 6. Quia verò in tanto Alumnorum numero, quos haec Sancta Sedes ad fidei ministerium maximis sumptibus enutrit, ac instruit, quotidiana experientia compertur ex defectu hujusmodi Ministrorum opus Dei multoties praetermitti, & quod maxime dolendum est, plurimas Regiones, quae albæ sunt ad messem, ea de causa miserè deperire; districtè precipimus Superioribus Collegiorum sub poena suspensionis ipso facto incurrendae, ut qualibet vice nomina singulorum, qui ad Collegium admittuntur, necnon eorum, qui dimittuntur, vel sua sponte recedunt, statim ipsimet Congregationi praedictae, vel ipsius Secretario transmittant, expressis singulorum aetate, patria, studiis, ordinibus, habilitate, ac locis, ad quae dirigantur, quove die juramentum praestiterint, ut in Actis ejusdem Congregationis redigi possit. Injungentes Alumnis sub poena ejectionis à Collegio, ne juramenti praestationem ultra aetatem in decreto recol. memor. Urbani Papae VIII. praedecessoris nostri die 24. Novembris 1625. praescriptam differant; Superioribus verò sub eadem poena suspensionis, ne ullam hac in re dilationem permittant, nisi ex gravi causa per ipsammet Congregationem supradictam Romae, extra verò per Nuncios Apostolicos in scriptis approbanda.

§. 7. Demum districtè prohibemus, ut nullus omnino, cujusvis dignitatis, & conditionis extiterit, audeat praedictum juramentum, ac praesentes literas, seu declarationes, tam in totum, quam secundum singulas sui partes declarare, aut interpretari: sed si quid forsitan dubitari contigerit, teneatur eandem Sanctam Sedem consulere, ab eaque responsum in scriptis expectare, sub poena violationis juramenti, si secus facere praesumpserit.

Decretum
irritum.

§. 8. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, etiam speciali mentione digni, in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, ad ea vocari, & audiri non fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, infrin-

gi, retrahari, aut in controversiam revocari, seu ad terminis jura reduci posse; sed ipsas praesentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam saecularum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis praedictae Nuncios, aliòve quolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon memoratorum Collegiorum, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem sub quibuscumque verbis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, ut earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Secretarii praedictae Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Junii 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

*Formula Juramenti ad praescriptum Superioris
Brevis praestandi à quolibet Alumno
Collegiorum Pontificiorum.*

Ego N. Filius N. Diocesis N. plenam habens Intuitu hujus Collegii nostram Legibus, & Constitutionibus ipsius, quas juxta Superiorum explicationem amplector, me spontè subjicio, easque pro posse observare promitto.

Insuper spondeo, & juro, quod dum in hoc Collegio permanebo, & postquam ab eo quocumque modo, sive completis, sive non completis studiis extiero, nullam Religionem, Societatem, aut Congregationem Regularem sine speciali Sedis Apostolicae licentia, vel Sacrae Congregationis de propaganda fide ingrediar, neque in earum aliquam professionem emittam.

Spondeo pariter, & juro, quod volente Sacra Congregatione de propaganda fide Statum Ecclesiasticum amplectar, & ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus Ordines, cum Superioribus visum fuerit, promovebor.

Item voveo, & juro, quod sive Religionem ingressus fuero, sive in statu seculari permanero, si intra fines Europae fuero, quolibet anno; si verò extra, quolibet biennio, mei ipsius, meique status, exercitii, & loci, ubi moram traxero, Sacram Congregationem de propaganda fide certiorabo.

Voveo praeterea, & juro, quod jussu praedictae Congregationis

ALEXANDER SEPTIMUS.

325

gregationis de propaganda fide sine mora in provin-
ciam meam revertat, ut ibi perpetuo in Divinis, admi-
nistrandis laborem meum, ac operam pro salute anima-
rum impendam: quod etiam præstabo, si cum prædictæ
Sedis licentia Religionem, Societatem, aut Congrega-
tionem Regularem ingressus fuero, & in eorum aliqua
professionem emisero.

Denique voveo, & juro, me prædictum juramen-
tum, ejusque obligationem intelligere, & observa-
rurum juxta declarationes factas à Sacra Congregatione
de propaganda fide, & Brevis Apostolice roboratas sub
die 20. Julii 1660. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta
Dei Evangelia.

*Hæc eadem Formula servanda erit pro Alumnis Col-
legii Urbani de Propaganda fide, & Collegii Græcorum Ur-
bis, additis tamen clausulis, quæ propriis eorundem Colle-
giorum Institutis peculiariter sunt, juxta Formulas hæcenus
servatas.*

C. Confirmatio primi Brevis Provinciæ B. Petri
de Alcantara Ordinis S. Francisci Patrum
Discalceatorum in Hispania, cum electione
Ministri Provincialis, & Diffinitorum ip-
sius Provinciæ à Sanctissimo facta.

*Vide ad Constit. 72. hujus Pont. Sacrosancti, quæ
est erectio hujus Provinciæ.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

*An. D.
1660.*

applicatio.

Alia Nos charissimi in Christo filii nostri Philip-
pi Hispaniarum Regis Catholici supplicationi-
bus Nobis humiliter porrectis inclinati, Provinciam
Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum nun-
cupatorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Ob-
servantia in Regnis Valentia, Murcia & Granate
consistentem, in duas, unam scilicet quæ nomen Pro-
vinciæ Sancti Joannis Baptistæ retinere deberet, &
alteram de novo erectam, & Beati Petri de Alcantara
nuncupandam Provincias, sub certis modo, & forma
tunc expressis, auctoritate Apostolica divisimus, ac inter
alia volumus, ut in Capitulo Provinciali, in quo Præ-
ses ipsiusmet Capituli ad novam electionem præside-
ret, vel etiam in Congregatione more Capituli Provin-
cialis ad hunc effectum habenda, & celebranda pro
tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provin-
ciæ Sancti Joannis Baptistæ præscriptis, convocatisque
per ipsum Diffinitoribus, & Fratribus, cunctisque om-
nium locorum, seu Conventuum ipsius Provinciæ
Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de to-
to torpore Provinciæ, unus illorum in Ministrum Pro-
vincialem, Diffinitores, & Guardianos per vota se-
creta ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, &
deinde ex corpore Congregationis solummodò qua-
tuor diffinitores, & Custos servatis servandis, & prout
in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, elige-
rentur: quos omnes, scilicet Ministrum Provinciale,
Diffinitores, & Custodem, postquam electi fuissent, idem
Minister Provincialis Joannis Baptistæ, seu Præses Ca-
pituli, Apostolica auctoritate confirmaret, & aliis prout
in nostris in simili forma Brevis litteris die 4. Augu-
sti 1659, desuper expeditis, quarum tenorem præsen-
tibus pro plenè, & sufficienter expresso, & verbatim
inserto, haberi volumus, uberius continetur.

*confirmatio
primi Brevis.*

§. 1. Cum autem, sicut Nobis nuper relatum fuit,
prædicti Minister Provincialis, & Vocales voluntatem
nostram hujusmodi executioni demandare non cura-
verint, nec curent: hinc est, quod Nos prospero, felici-
que regimini, & gubernio prædictæ noviter erectæ Pro-
vinciæ Beati Petri de Alcantara, & commissi Nobis ce-
litus pastoralis officii debito providere volentes, ac de
infra nominatorum dicti Ordinis Fratrum expressè
Bullariis Magni Tom. V.

professorum charitate, prudentia, industria, idoneitate,
Religionis zelo, aliisque meritis plurimum in Domino
consili, & eorum singulares personas à quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa lais, si quibus quo-
modolibet innodata existunt, ad effectum præsentium
dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &
absolutas fore censentes.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura
deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plen-
titudine dilectos filios Franciscum Morales in Mini-
strum Provinciale, ac Christophorum Laurentium
in Custodem, necnon Didacum Fernandes in primum,
Bernardum Morales in secundum, Franciscum de Este-
van in tertium, & Alphonsum de Segura Fratres Ordinis
prædicti in quartum Diffinitores dictæ novæ Pro-
vinciæ Beati Petri de Alcantara respectivè ad tempus,
quo aliarum Provinciarum dicti Ordinis Ministri Provin-
ciales, Custodes, & Diffinitores, juxta regularia ejus-
dem Ordinis instituta Apostolica auctoritate confirma-
ta, in suis officiis durare consueverunt, tenore præsen-
tium constituimus, & deputamus.

*Eligio Patris
Diffinitoris.*

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obe-
dientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbi-
trii nostri pœnis, omnibus, & singulis memoratæ
Provinciæ Beati Petri de Alcantara Superioribus, Fra-
tribus, & personis, cæterisque ad quos quomodolibet
spectat, & spectabit in futurum, ut supra nomi-
natos Fratres ad officia eis respectivè per præsentem
demandata recipiant, & admittant, illosque reco-
gnoscant, ac eis in omnibus officia hujusmodi concer-
nentibus parent, & obediant, ac faveant, & assistant
respectivè.

*Præceptum ad
observandum.*

§. 4. Ac decernentes easdem præsentem litteras fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plena-
rios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac suprafo-
minatis Fratribus plenissimè suffragari, & ab illis, ad
quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter ob-
servari: Sicque in præmissis per quoscunque Judices Or-
dinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostoli-
ci Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum,
& inane, si secus super his à quoquam quavis auctori-
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Decretum
irritans.*

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutio-
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus
opus sit, prædicti Ordinis, ejusque Provinciarum, &
Conventuum quorumcunque, & aliis quibusvis, etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis
firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privile-
giis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis
habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præ-
missorum effectum specialiter, & expressè derogamus,
cæterisque contrariis quibuscunque.

*Constitutio
derogans.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris, die 9. Augusti 1660. Pontificatus nostri
anno sexto.

*Dat. P. A. S.
die 9. Aug.*

Constitutio super habitu Prælatiis ab Abba-
tibus Generalibus Congregationis Olive-
tanæ deferendo.

C I.

ALEXANDER EPISCOPUS *Edita A. D.
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.* 1660.

Decet Romanum Pontificem ad ea, per quæ persona-
rum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim Cong-
regationum Monasticarum regimini, & administrationi,
ac ornamento, divinique cultus celebritati, & decori
consultur, libenter intendere, ac in illis Pastoralis officii
sui partes favorabiliter interponere, prout locorum &
personarum hujusmodi circumstantiis debite pensatis,
E c

Exordium.

E c

ad devotionis Christi fidelium augmentum, & propagationem, necnon Altissimi laudem prospicit in Domino salubriter expedire.

Altera huiusmodi Constit.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Angeli Mariae Forelli Romani Monachi Ordinis Congregationis Olivetanæ expressè professi Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ nuncupatæ de Urbe Provinciae Neapolitanæ, & moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis petitio continebat, quod cum inter Congregationes Monachorum Italiae Congregatio Olivetana Ordinis Sancti Benedicti celebris, ac à Sede Apostolica pluribus favoribus, & pariter decorata existat, illiusque Abbas Generalis Mitra, baculo, & annulo pastoralibus, cæterisque Pontificalibus insigniis utatur, potiat, & gaudeat, plurimum tamen decori, & dignitati Abbatis Generalis ejusdem Congregationis videretur convenire, ipsum & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales à Nobis, & Sede præfata aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari.

§. 2. Quare pro parte dicti Angeli Mariae moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Congregationis Olivetanæ, ejusque Abbatum Generalium pro tempore existentium decori consulerè, aliisque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui Ecclesiarum quarumlibet, & Congregationum decorem, divinique cultus augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, eundem Angelum Mariam Modernum Abbatem Generalem, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac honestis votis ipsius Angeli Mariae hac in parte favorabiliter annuentes, eidem Angelo Mariae Moderno ejusdem Congregationis Abbati Generali, ejusque successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus prædictis, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in Romana Curia, quam extraneam, ac ubique locorum, ubi dictum Angelum Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales præfatos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, necnon quibusvis actibus, & processibus, etiam coram Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam, & Mantelletam coloris Habitus ipsius Congregationis Olivetanæ unà cum pileo, & bireto Prælatiis induere, gestare, & deferre, illisque uti frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, ac possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impartimur.

Concedit habitum Prælatiis

Decretum 1711 1712

§. 3. Decernentes ipsum Angelum Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos super delatione, gestatione, & usu Mozzettæ, Mantelletæ, Pilei, & Bireti præfatorum à quocumque sub quovis prætextu, vel causa, & occasione nullatenus impediri posse: præsentibus quoque semper, & perpetuò validas, & efficaces esse & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties præsentibus in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Angelum Mariam, & Successores præfatos Abbates Generales pro tempore existentes quancumque eligenda concessas esse, & fore. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ec-

clesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Sedis præfate Nuncios judicari, & definitur debere, irritum quoque, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodali- bus, & Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis Olivetanæ hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contra derogat.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, im- partitionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. A. die 13. Oct.

Datum in Arce Gandulphi Diocesis Albanensis, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Idibus Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

Concedit Conventum B. Petri de Nolasco Terræ Rocca di Papa, Diocesis Tusculanæ, Fratibus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

C. II.

De hoc Conventu vide infra ad Constit. 121. Aliàs, ubi declaratur controversia exorta inter Procuratorem & Vicarium Generalem ejusdem Ordinis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta 1661

AD SACROSANCTI APOSTOLATUS APICEM, nullo licet merito nostrorum suffragio per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam evecti, muneris nostri esse arbitramur, ut Congregationes virorum sub suavi arctioris Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum in Ecclesia Dei piè, sanctèque institutas paternam benignitate prosequentes, felicibus earum incrementis, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

Exordium

§. 1. Volentes itaque Congregationis Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum gratiam facere specialem, Conventum B. Petri de Nolasco, olim Fratrum dicti Ordinis, in Terræ Rocca di Papa nuncupata, Tusculanæ Diocesis positum, cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis prædictæ Congregationi Fratrum Discalceatorum, ita ut Conventus hujusmodi de cætero Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregationis sub obedientia dilecti Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu S. Joannis residere solet, subjaceat, & dictus Procurator Generalis Superiorem, & familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Conventorum Fratrum Discalceatorum Reformatorum Congregationis hujusmodi in primodicto Conventu collocare debeat, ipsique Procuratori Generali liceat per se, vel alium, seu alios memoratæ Congregationis nomine corporalem, realem, & actualem possessionem, seu quasi possessionem primodicti Conventus, ejusque Ecclesiæ, ac bonorum, reddituum, proventuum, pertinentiarum, & jurium universorum propria auctoritate apprehendere, & apprehensam perpetuò retinere, Diocessani loci, & casusvis alterius licentia super hoc minime requisita, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò applicamus, & appropriamus.

Contra derogat.

§. 2. Decernentes eandem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios,

Decretum irritum.

plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de perpetuis applicationibus quoscunque bonorum, & fructuum Ecclesiasticorum committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero annuo valore secundum communem æstimationem, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, Congregationis, Conventuum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Diocesis Albanensis, sub An. D. 1660. Annulo Piscatoris, die 15. Octobris 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

III. Confirmat Decretum Sacræ Congregationis Regularium, quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum possint sibi eligere Conservatorem.

Circa electionem Conservatorum vide ad Consist. Gregor. XV. Sanctissimus.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

ALIAS pro parte dilecti filii Francisci de la Rosa Vicarii Generalis Italiae, & Siciliae, & Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod licet eidem Ordini amplissima communicatio privilegiorum, quibus alii Ordines Mendicantes fruuntur, à sel. rec. Leone X. ac Clemente VII. & Grego. V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa reperiretur, & inter alia privilegia hujusmodi eidem Ordinibus indulta esset facultas eligendi Judices Conservatores, qui jura eorum tueantur, eosque ab injuriis, & violentiis defendant, Conservatorumque hujusmodi electio vegiret sub communicatione privilegiorum, sicut Congregatio ejusdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die 12. Decemb. 1620. dicitur declarasse: nihilominus primodictus Ordo, quando se offerebat occasio, aut necessitas prædictos Judices Conservatores eligendi, varias patiebatur molestias, pluraque cogebatur sustinere gravamina pro stabilienda prædicta facultate Judices Conservatores eligendi, cum magno præjudicio ipsius Ordinis, & gravissimo detrimento ejusdem, ac pii operis Redemptionis Captivorum, quod ex proprio Instituto, ac speciali quarto, solennique voto administrat, & proficitur.

§. 1. Et propterea supplicato primodictæ Cardinalium Congregationi, ut declararet memorato Ordini B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum vigore communicationis privilegiorum supradictorum competere facultatem eligendi Judices conservatores in casibus à jure, & per speciales Constitutiones Apostolicas per Bullarii Magni Tom. V.

missis, tam pro personis, sedibus, & bonis ipsius Ordinis, quam pro præfato opere Redemptionis Captivorum, juxta tenorem Constitutionum rec. memor. Clementis PP. VIII. & Gregorii PP. XV. prædecessorum pariter nostrorum, necnon declarationis dictæ Congregationis: emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentè narratis, & communicatione privilegiorum hujusmodi censuit, ejus vigore præfate Religionis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum competere jus eligendi, servatis servandis, sibi Conservatorem, prout et competere præsentis Decreti tenore declarat, & decernit, contrariis quibuscumque non obstantibus: ac super præmissis expediri Breve, si Sanctissimo D. N. placuerit. Romæ 10. Septembris 1660. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Franciscus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summo perè desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie abfolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub Annulo Piscatoris, die 28. Octobris 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Ordine, è dechiaratione, che nella Città di Bologna, Contado, è sua Legatione la Lira si spenda à ragione di due Giulii Papali: la mezza lira, un Giulio: il quarto di lira, un Grosso.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Meditatio cordis nostri ad ea præcipue convertitur, per quæ Nostrorum, & S. R. E. in temporalibus Subditorum utilitatibus opportuna ratione consultitur. Cum itaque aliàs dilectus filius Noster Hieronymus tituli S. Agnetis prope, & extra mœnia Urbis ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis Farnesius nuncupatus, Noster, & Sedis Apostolicæ in Civitate, & Comitatu Bononiensis nostris de Latere Legatus, Edictum su-

Exornat Sub. Consist.

Confirmat prout in tab.

Decretum irritans.

Transumptum fidei.

D. P. An. D. die 9. Oct.

CIV.

Edicta An. D. 1660.

Exornatum.

ALEXANDER SEPTIMUS

per moneta... die... recepit...

Volendo la Santità Nostre Signore Alessandro... habbia corrispondenza con la Romana... per qualivoglia accidente ricevere alteratione nel loro valore...

Volendo di più Sua Eminenza, che tutti li Banchieri, Bancherotti, Mercanti, Gabellieri...

In oltre prohibisce Sua Eminenza al Zecchiero presente, che farà pro tempore in questa Città...

E perche le monete forastiere d'argento potrebbero cagionare alteratione di prezzi differenti dalla valuatione Romana...

publicato nel... si habbi per legitivamente... In quorum fidem &c. Datum Bononiae die 17 Augusti 1659...

Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris Edictum praesertum cum omnibus, & singulis in eo contentis...

Decernentes eandem praesentes litteras, & in eis contenta, & inserta quaecumque ab omnibus, & singulis ad quos nunc quoquo modo spectat...

Non obstantibus praemissis, & quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure quesito...

ALEXANDER SEPTIMUS

universalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Civitatum, Oppidorum, Terrarum, locorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, utibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, in quibus, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut eorundem præsentium transcriptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Novembris 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Da. 6. 3. Nov.

CIV. Firmanorum Magistratus aggregatio.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Cum (sicut accepimus) dilectus filius noster Flavivius Tituli Sanctæ Mariæ de Populo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Chisius nuncupatus, noster secundum carnem ex fratre Germano Neupos, ac Civitatis Nostræ Firmanæ Gubernator, aliis, ut inconvenientibus, quæ ex defectu competentis numeri Priorum, & Regulatorum dictæ Civitatis circa administrationem rerum ad eandem Civitatem ære alieno sexaginta, vel circiter millium scutorum gravatam pertinentium proveniebant, pro ea, qua ipsum insignivit Altissimus prudentia, bonique publici studio opportunè præviderit, Dilectos filios Franciscum Paccarone, Stephanum Monti, Doctorem: Joannem Franciscum Guerriero, Marcum Antonium Savini, Joannem Philippum Spinucci, Horatium Brancadori, Petrum Simonem Azzolini, Antonium Jacobum Matteucci, Antonium Rodolphum Morrone, Vincentium Porti, Venturam Solimani, & Dominicum Ruffi Magistratui Priorum; necnon Franciscum Paccarone, Stephanum Monti, Nicolaum Sabione, Philippum Montani, Simonem Patricini, Joannem Evangelistam, Carolum Palmieri, Antonium Jacobum Matteucci, Antonium Rodolphum Morrone, Franciscum Mariam Ricciardi, & Carolum Formichini Magistratui Regulatorum ejusdem Civitatis Firmanæ respectivè aggregaverit, prædictique ejusdem Flavii Cardinalis Gubernatoris mandato, unâ cum cæteris Prioribus, & Regulatoribus dictæ Civitatis, cum assignatione certarum Regionum, eis ab ipso Flavio Cardinale facta respectivè imbuissolati reperiantur.

§. 1. Hinc est, quod nos providam ejusdem Flavii Cardinalis in præmissis industriam plurimum in Domino commendantes, eorundemque præmissorum firmitati, robori, & efficaciz pro paterno nostro erga Civitatem prædictam, ejusque Cives supranominatos affectu, con-

Bullariis Magni Tom. V.

inlere volentes, ac quibusvis supranominatorum singularibus personis, quibusvis communicationis, suspensionis, & interdicti, & hujusmodi sententiis, censuris, & poenis, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendam, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 2. Motu proprio, non ad prædictorum, aut quavis alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine aggregationem supra expressorum, & nominatorum respectivè ad Magistratus Priorum, & Regulatorum dictæ Civitatis Firmanæ à memorato Flavio Cardinale, sicut præmittitur, factam, cum eorundem imbuissolatione, & Regionum assignatione hujusmodi, aliisque inde quomodolibet sequutis, & sequuturis, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti, necnon solemnitarum quarumcumque, tam ex juris communis, & Constitutionum Apostolicarum, ac dictæ Civitatis, aliorumque quorumvis Statutorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratorum, Stylorum, Usuum, & Consuetudinum etiam immemorabilium præscripto, quàm aliàs quomodocumque, & qualitercumque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet, quantumvis magnos, ac formales, & substantiales defectus, si qui in præmissis, vel eorum aliquo principaliter, vel accessorie, aut aliis quovis modo intervenierint, seu intervenisse dici, ceteri, prætendi, vel intelligi unquam possent, plenissimè supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò tollimus, & abolemus.

§. 3. Præterea eisdem supranominatos, sicut præmittitur, aggregatos denuò, quatenus opus sit, memoratæ Civitatis Firmanæ Priores, & Regulares, cum assignatione prædictarum Regionum respectivè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus creatus, facimus, constituimus, & deputamus, eisdemque cæterorum ejusdem Civitatis Priorum, & Regulatorum numero, & consortio respectivè favorabiliter aggregamus, & adscribimus: Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri poenis omnibus & singulis, ad quos quovis modo spectat, & in futurum quandocumque spectabit, quatenus supranominatos Priorum, & Regulatorum Magistratibus hujusmodi, sicut præmittitur aggregatos, eorumque successores aggregationis, adscriptionis, imbuissolationis, & Regionum assignationis hujusmodi effectu, præsentiumque litterarum commodo pacificè frui sinant, & faciant, eosque respectivè recognoscant, ac illis favcant, pareant, & assintant.

§. 4. Ac decernentes eisdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam quod prædicti, & alii quicumque, cujusvis status, gradus, ordinis, præminentiz, & dignitatis, seu alia speciali nota, & expressione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & additi, seu causæ, propter quas præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, sive ex alia quacumque, quantumvis justa, legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis latioris, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliòve quomodolibet, quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, ac in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiz remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed eisdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac supranominatis, eorumque Successoribus plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos

Ec 3 spectat,

Da. 6. 3. Nov.

Decretum irritum.

spectat & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconculse observari: Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis ceteris, atque ita per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Civitatis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stylis, usibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Civitati, ejusque Communitati, & Hominibus, ac Prioribus, ac Regularibus, aliisque quibuslibet sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, ac Consistorialiter, & aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illius tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter insertis, servatis, & expressis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 6. die 5. Nov. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1660. Pontificatus Nostri anno sexto.

CVI. Confirmatio dispositionis Testamenti Joannis Pizzuli de Regina Bisinianensis Diocesis, necnon Motus proprii Urbani PP. VIII. pro Collegio Fratrum Studentium Sancti Francisci de Paula in Vrbe.

Edita An. D. 1661. ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Maiva. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Corredor, & Fratres Collegii Sancti Francisci de Paula de Urbe Ordinis Fratrum ejusdem Sancti Francisci Minorum nuncupatorum, quod dudum quondam Joannes Pizzulus in suo ultimo, sub cujus dispositione ab humanis decessit, testamento mandavit ex suis bonis Collegium Fratrum Studentium dicti Ordinis, qui in Provincia Calabria Citerioris orti essent, in Urbe prædicta erigi, in quo consanguinei familie maternæ ipsius Testatoris de Grillis nuncupatæ, usque ad quartum gradum inclusivè, & post hos orti in Terra Regine Bisinianensis Diocesis ejusdem Testatoris patria, cæteris præferri, ac successivè nati in dicta Provincia Calabria Citerioris admitti deberent, sub pœna caducitatis, & aliis prout in eodem testamento uberius dicitur contineri.

§. 1. Et subindè erectum fuit prædictum Collegium Sancti Francisci de Paula in executionem prænarate dispositionis, quam (ut dicti Exponentes asserunt) felic. recordationis Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster, per quosdam suas, anno Incarnationis Domini cæ. 1624. pridie nonas Decembris, sub plumbo expeditas,

& ejus motu proprio emanatas literas confirmavit, in quibus ordinatum fuit, ut quidam Fratres dicti Ordinis, & signanter dilectus pariter filius Joannes à Regina, ex memorata familia de Grillis descendens, & in prædicta terra Regine natus, in eodem Collegio locales perpetui essent.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quo dispositio dicti Testatoris, necnon prædictæ Urbani Prædecessoris literæ firmius, & inviolabiliter de cætero observentur, dicti Exponentes opportunè, ut infra, à Nobis provideri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 3. Dispositionem dicti Joannis Testatoris, à memorato Urbano Prædecessore, sicut præfertur, confirmatam, necnon prædictas ejusdem Urbani Prædecessoris literas ab illis, ad quos spectat, & in futurum quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sub excommunicationis majoris, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contravenientes eo ipso absque ulla alia declaratione incurrendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & præcipimus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictorum Collegii, & Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Novembris 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Declaratio, quod in septima Constitutione non comprehenduntur legata pro piis operibus incertis relicta.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem æqui, bonique supremum assertorem in terris à Domino constitutum illa, quæ ex circumspècta ejus providentia piè, sapienterque processerunt, cum aliorum; quàm æquitatis ratio postulet, detorqueri intelligit, opportuna declarationis ministerio ita dilucidare, ut sequioris, & ab ejus intentione defficientis interpretationis occasio cuilibet præcidatur.

§. 1. Aliàs siquidem emanarunt à Nobis literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: ALEXANDER PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam. Superni dispositione consilii vices illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus suis præcipiens, quod uni ex illis fieret, sibi factum asseruit, in iis pastoralis officii nostri partes affectu paterno libenter interponimus, per quæ eorundem pauperum, & præsertim per vicos & plateas mendicantium necessitatibus opportunè consuli arbitramur. Cum itaque retroactis temporibus felic. recordationis Julius II. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & alii forsan Romani Pontifices Prædecessores nostri, ut in honorem Principis Apostolorum Basilica opere supra cæteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe nostra construeretur, perpendentes suas, & Apostolicæ Sedis facultates ad id minime suffecturas, fabricæ dictæ Basilicæ, seu ejus Collegio inter alias plures gratias, facultates, & privilegia, applicaverint legata pauperibus in genere sine speciali determinatione, & propriis nominibus perfonarum non expressis relicta: cumque hujus applicationis

cationis ratione pauperes, & potissimum mendicantes legatis sibi relictis privati remaneant, multaque pii fideles retrahi, vel saltem tepidiores reddi possint ad relinquendum legata pia, quæ aliàs in eorundem pauperum commodum relicta essent, dubitantes irritas, & inanes evasuras similes eorum dispositiones, & in prædictæ fabricæ utilitatem ob privilegia prædicta cessuras: Nos licet ad absolutam fabricæ dictæ Basilicæ terminationem, illiusque ornatum à die nostræ ad summum Apostolatum assumptionis mentem direxerimus; considerantes nihilominus ejus admirabilem structuram ad optatum ferè finem esse perductam, ac proinde longè minorem pecuniarum quantitatem nunc pro ejus perfectione, & conservatione, quam de tempore concessionis antedictæ, & aliorum ejus privilegiorum esse necessariam, æquum, & rationi consentaneum esse censemus, ut sublato privilegii hujusmodi impedimento, Christi Pauperes in posterum legata sibi relicta, & pro tempore relinquenda plenè, & liberè capiant, & consequantur. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione statuimus, decernimus, & declaramus Legata pauperibus in genere ubicunque locorum relicta, & pro tempore quocunque, & quomodocunque relinquenda, non amplius sub legatorum incertorum nomine in beneficium dictæ fabricæ juxta prædicta ejus privilegia converti, neque sub ejus facultatibus comprehendendi, sed omnia, veluti alia certa pia Legata in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine secundum Juris interpretationem comprehenduntur, plenè, & integrè juxta pias legantium dispositiones cedere, ac iisdem pauperibus ab hæredibus, aliisque obligatis, & seu à testamentariis executoribus, vel aliis quibus Legatorum prædictorum solutio, seu executio commissa fuit, & erit pro tempore, eadem legata, sive in pecunia, sive in frumento, pane, vino, aliisque ad humanam usum necessariis consistant, modis, temporibus, ac diebus à testatoribus, seu legantibus præscriptis solvi, & consignari debere. Quod si ob moram, seu negligentiam hæredum, aut executorum, seu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum quibus pauperum nominatio, & electio, seu aliàs legatorum executio commissa fuerit, eorundem legatorum solutionem, seu consignationem ultra debitum tempus differri, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commissarii, & Ministri prædictæ fabricæ in casibus, in quibus aliàs præmissorum executio de jure, & secundum facultates ejusdem fabricæ ad eos devolvitur, voluntatem testatorum, & relinquendum legata hujusmodi, ad commodum, & beneficium eorundem Pauperum duntaxat, prout servatur in aliis legatis certis, exequantur. Porro quoad legata pro piis operibus in genere, etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum executorum, seu aliorum specificandis, & declarandis relicta, nullum præsentem nostram constitutionem eidem fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimò omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices prædecessores nostros hæcenus in præmissis concessa præservamus; in casibus tamen in quibus Exequutores, seu alii prædicti, quibus competit facultas (quam per hujusmodi privilegia fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione decesserint. Hanc verò constitutionem tam in casibus futuris & deinceps contingentibus, quam in præsentibus, & præteritis, præterquam in eis legatis, & relictis quæ hæcenus à prædicta fabrica, seu ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiam si super illis in quacunque instantia lis pendeat indecisa, servari, & locum habere volumus, & declaramus: Cæteris autem ejusdem fabricæ, seu illius Collegii privilegiis, gratiis, & facultatibus, in iis quæ

præsentibus non adversantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per præsentem illatum, aut illis derogatum esse, seu intelligi, dici, vel censeri posse, sed illas, & illa in suo robore, & firmitate remanere debere decernimus itidem & declaramus. Decernentes etiam præsentem litteras, & in illis contenta nullo unquam tempore, etiam ex eo quod Oeconomus, & alii Officiales prædictæ fabricæ, cæterique in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, ad ea vocati, vel auditi, causæque propter quas eadem præsentem emanarunt, adductæ, vel sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quovis alio quantumvis substantiali defectu notari, vel ex quocunque alio capite etiam in corpore juris clauso impugnari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed eadem præsentem semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub similibus, vel dissimilibus constitutionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas esse, & censeri: sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, ac etiam quoslibet S. R. E. Collegii prædictæ fabricæ Cardinales, necnon causarum Palatii Apostolici Auditores, & quovis alios quacunque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Collegii prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, gratiis, facultatibus, & litteris Apostolicis per prædictos, & quovis alios Romanos Pontifices prædecessores nostros in favorem ejusdem fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, & cum quibuscunque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, in genere, vel in specie, & aliàs quomodolibet emanatis, concessis, ac etiam pluries approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, expressis, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio faciendæ, aut quavis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda esset, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis aliàs in suo robore permanens, hac vice duntaxat ad effectum præmissorum specialiter, & expressè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut præsentium transcriptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1655. Pontificatus Nostri anno primo.

§. 2. Cum autem (sicut accepimus) nonnulli exequutores testamentarii ad exequenda diversa legata pro piis operibus incertis relicta deputati, præsertim Constitutionis nostræ prætextu illa in commodum Fabricæ prædictæ juxta illius privilegia minimè converti debere, nec ad illam quovis modo spectare, neque sub ejus facultatibus comprehendere præterant in maximum ipsius Fabricæ damnum, & præjudicium. Hinc est, quod Nos omnem, quæ præmissorum occasione enata est, & posthac nasci posset, controversiam, & ambiguitatem tollere, ejusdemque fabricæ indemnitati consulere cupientes.

Declarat
ut in rubr.

§. 3. Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus constitutionem præsertim in illis dumtaxat legatis, quæ pauperibus in genere expressè, & explicitè relicta sunt hætenus, & in futurum relinquuntur, sive per hæredes, sive per exequutores, vel alios quoscunque veniant distribuenda, locum obtinere, non autem ad alia quæcumque legata pro piis operibus incertis hætenus relicta, & in posterum quodcumque relinquenda ullatenus porrigi, seu extendi posse, vel debere, tenore præsentium declaramus, ac perpetuò statuimus, & decernimus.

§. 4. Ac quæcumque privilegia, indulta, gratias, & facultates prædictæ fabricæ, ejusque Congregationi, & Officialibus quibusvis circa applicationes legatorum pro piis operibus incertis (non tamen pauperibus in genere, sicut supradictum est) relictorum, in commodum, & utilitatem ipsius Fabricæ à prædictis, & aliis quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris quovis modo concessa, & concessas, illorum tenores, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, adversus Constitutionem præsertim, indeque sequuta quæcumque, in integrum, ac pristinum, eumque in quo antequam eadem Constitutio emanaret, quomodolibet erant, statum motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, illaque quatenus opus sit, revalidamus, ac itidem perpetuò confirmamus & approbamus.

Decretum
irritum.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet, etiam specialiter, & individua mentione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quovis modo præterentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarunt, sufficienter, aut ullatenus adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, seu ex alia quacumque, quantumvis pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliòve quolibet quantumvis magno, formali, & substantiali, ac inexcogitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, Restitutionis in integrum, vel aliud quodcumque Juris, facti, seu gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed ipsas præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supradictæ fabricæ plenissimè suffragari, sicque in præmissis ceteri, atque ita, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoscunque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quodcumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, ac præsertim nostris litteris, necnon omnibus, & singulis illis quæ in eisdem volumus non ob stare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra illud, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Novembris 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Constitutio super numero Vocalium pro Comitibus Generalibus Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Eligi, prosperoque regimini, & gubernio Congregationis dilectorum filiorum Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, pro commissa Nobis cœlestis Pastoralis officii cura, salubriter, quantum cum Domino possumus, providere cupientes.

§. 1. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, & decernimus, ut in Capitulo generali eorundem Clericorum Regularium Theatinorum jus suffragandi habeant infra scripti dumtaxat, & non alii, videlicet Præpositi Generales, tam pro tempore existentes, quàm officio functi: quatuor Consultores, & Procurator Generalis pro tempore ex Provincia Galliæ Cisalpinæ, quæ in primam, & secundam visitationem dividitur: duo Visitatores, tres Præpositi, & tres Vocales pro qualibet Visitatione: Ex utriusque Siciliæ Regnis, quæ in duas etiam Provincias dividuntur, itidem duo Visitatores pro qualibet Provincia: Præpositi quatuor, & totidem Vocales ex Provincia Neapolitana: Præpositi duo, & Vocales duo ex Provincia Siciliæ, dummodo ex hac eligantur duo Visitatores, sicuti ex Provincia Neapolitana, ex Hispania unus, ex Gallia Transalpina unus, & ex Romanis domibus unus.

§. 2. Præpositorum quidem electio ad hunc planè modum fiat. Novembri mense Præpositi ad unam suæ Provinciæ domibus à Præposito Generali, & Consultoribus designandam se conferant. Constituta verò die, quæ erit ultima ejusdem Mensis, unà omnes, dato signo, conveniant, suisque de more precibus, de singulis Præpositis suæ Professionis ordine singula habeantur scrutinia: Scrutatores, quæ cuique contigerint, suffragia numerent, atque in schedula distinctè notent. Tum scrutiniis absolutis, illi censentur ad Generale Capitulum electi, in quos majorem eligentium numerum consensisse scrutatores significaverint. Quorum paria fuerint suffragia, ex iis professione senior accedat: si quempiam ex electis Præpositis obire diem suum contigerit, ille subrogatus intelligatur, qui majori suffragiorum numero proximè succedit in dicta scrutatorum schedula, quæ statim Romam transmittatur Præposito Generali, & Consultoribus, eorundem scrutatorum manu subscripta, & ob signata, resignanda videlicet ab eodem Præposito Generali, & Consultoribus, cum subrogatio postulaverit.

§. 3. Præpositi si fuerint legitime impediti, aliquem à suæ Domus Vocalibus ablegare ad Provincialia hæc comitia possint. Qui Vocalis, si fuerit electus, non ipse, sed Præpositus, electus censetur. Quod si Præpositus aliquis neque accesserit ipse, neque alium miserit

miserit suo nomine, in passivo in eo Conventu, suffragio ne gaudeat. Electus vero ad Comitibus generalia mittere, si fuerit impeditus, è suis Vocalibus quam libuerit, possit. Qui Conventum hunc Præpositorum convocet, curetque, ut ritè omnia peragantur, sit Senior ex Præpositis. Vocalium verò duplex fiat electio: Prior in singulis domibus, uti moris est, ad Institutum, ac Decretorum formam, intra Italiam quidem, die Septembris prima; extra Italiam verò, prima Julii posterior, Septembris mense extra Italiam, Novembri verò intra Italiam. Ex Vocalibus electis, scilicet qui in Priori Domorum electione renunciati Vocales fuerint, alterum deinde conventum eadem, quâ Præpositi, die, non eadem domo, sed quam Præpositus Generalis, & Consultores destinaverint, celebrent, atque ad eundem prorsus modum, eodemque suffragiorum ritu, quo peracta est Præpositorum electio, fiat Vocalium, qui adire Generale Capitulum debent, quemadmodum de Præpositis significatum est.

§. 4. Caveant maximè Electores in electione Vocalium, ne quem eligant tam in prima, quam in secunda electione, qui à Definitorio nondum fuerit ad sacras tum virorum, tum mulierum confessiones audiendas admittus, néve in secundo conventu eos, qui prima vice, ex Constitutionum præscripto, ad utrumque suffragium admitti non fuerint, nisi à die admissionis ad passivam vocem per sex annos eorum virtus probata fuerit. Alioquin electio sit eo ipso nulla, absque alia declaratione: si quis primæ electionis Vocalis adire ex causa secunda comitia nequiverit, alter juxta Decreta Ordinis ritè eligatur: qui autem secundæ electionis Vocalis impeditus quavis ratione fuerit, ne ad Generale Capitulum conveniat, illi nemo subrogetur. Porò in secunda Vocalium electione senior ex illis, ut de Præpositis dictum est, Patres ritè cogat. Suum peculiare Conventum habeant Præpositus S. Andreae Romæ, electus ejusdem domus Vocalis, & electus Domus Quirinalis, qui collatis inter se votis, unum ex se ipsis eligant. Hispaniarum Præpositi, & electi Vocales, suum item constituta die conventum agant, & eodem modo unum ex se ipsis eligant.

§. 5. Similiter Præpositus, & Vocalis electus Parisiensis, ubi duo tantum fuerint, sive Præpositi, sive Vocales, ii suffragiis ne agant, sed forte: quod si illorum alter alteri confenserit, illi Capitulum Generale adeundi jus esto. Si forte in aliquibus Comitibus nemo eligatur, professione antiquiores electi censentur. Nullus autem de cætero in Visitatorem eligi possit, nisi postquam creatus fuerit Vocalis utriusque suffragii, septennium ad minus expleverit, totoque eo tempore prudentia, & probata vitæ exemplo præstaverit.

§. 6. Sanè in electione Præpositi Generalis, Consultorum, & Procuratoris Generalis, juniores, cæteris paribus, senioribus ne præferantur. Si aliqua oriatur difficultas, aut dubitatio circa prædicta, Præpositus Generalis cum Consultoribus eam declarent, aut interpretentur, ut sit de Constitutionibus. Postremò præcipimus, & mandamus, ut hæc ordinationes ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observentur, & si quis eas impugnaverit, aut eis parère aliqua ex parte detrectaverit, arbitrio Præpositi Generalis, & Consultorum graviter puniatur.

§. 7. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignotanter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, ejusque Provinciarum, & domorum

Regularium quarumlibet, & aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Januarii 1661. Pontificatus Nostri anno sexto.

Prohibitio Missalis Gallico idiomate impressi, si, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

Vide quartam Regulam Indicis Librorum prohibitorum, in qua prohibetur impressio Librorum Sacrorum vulgari lingua.

ALEXANDER PAPA VII. Edita An. D. 1661.
Ad suam rei memoriam.

AD aures nostras ingenti cum animi nostri exordium, re pervenit, quod in Regno Galliarum quidam perditionis filii in perniciem animarum novitatibus studentes, & Ecclesiasticas Sanctiones ac praxim contemnentes, ad eam nuper vesaniam pervenerint, ut Missale Romanum Latino idiomate longo tot sæculorum usu in Ecclesia probato conscriptum in Gallicam vulgarem linguam convertere, sicque conversum typis evulgare, & ad cujusvis ordinis, & sexus personam transmittere ausi fuerint, & ita Sacrosancti Ritus majestatem Latinis vocibus comprehensam dejicere, & proterere, ac Sacrorum mysteriorum dignitatem vulgo exponere temerario conatu tentaverint.

§. 1. Nos, quibus licet immeritis Vineæ Domini Sabaoth à Christo Salvatore Nostro plantatæ, ejusque pretioso Sanguine irrigatæ, cura demandata est, ut spinarum hujusmodi, quibus illa obrueretur, obvium incremento, earumque, quantum in Deo possumus, radices succidamus, quemadmodum novitatem istam perpetui Ecclesiæ decoris deformatricem, inobedienciæ, temeritatis, audaciæ, seditionis, schismatis, aliorumque plurium malorum facile productricem abhorremus, & detestamur.

§. 2. Ita Missale prædictum Gallico idiomate à quocumque conscriptum, vel in posterum aliis quomodolibet conscribendum, & evulgandum, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris perpetuò damnamus, reprobamus, & interdicimus, ac pro damnato, reprobato, & interdicto haberi volumus, ejusque impressionem, lectionem, & retentionem univèrsis, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, cujuscumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præminentiae, licet de illis specialis, & individua mentio habenda foret, existant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso jure incurrendæ perpetuò prohibemus.

§. 3. Mandantes quod statim quicumque illud habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, realiter, & cum effectu exhibeant, & tradant locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, qui nulla interposita mora exemplaria igne comburant, & comburi faciant, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum

ALEXANDER SEPTIMUS.

D. P. An. 6. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Januarii 1661. Pontificatus nostri anno sexto.

CX. Confirmatio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum de non contrahendo in favorem forensium super bonis in Statu Ecclesiastico consistentibus.

Vide ad Constit. 65. Urb. VIII. Decens, & ad Constit. 3. Innoc. X. In supremo, tom. 4. ubi fuit de hac materia peragitur.

Edicta An. D. ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Recordium.

UT ea, qua par est sollicitudine, commisso Nobis a Divina Majestate subditorum Sanctae Sedis Regimini respondere, ac vigili providentia eorum utilitati prospicere valeamus, ea quae a Summis Pontificibus praedecessoribus nostris de non alienandis in forenses bonis stabilibus, tam jurisdictionalibus, quam jurisdictione carentibus in nostra Ditione Ecclesiastica latis provide sancita fuere, pari Constitutione duximus innovanda.

Sixtus PP. prohibuit ne in Ecclesiastica vendita.

§. 1. Siquidem rec. mem. Sixtus PP. V. Praedecessor noster, quo crebrius subditorum facultates auferuntur, ac ne importuno in exteros transitu suorum diminuta substantia, in aliena mensis cederent fecunditatem, prohibuit bona quaecumque stabilia, seu immobilia, sita in statu Ecclesiastico, etiam Oppida, jurisdictiones, feuda, & similia a quacumque persona in quovis statu, etiam Imperiali, Regali, ac Ducali constituta, ac etiam Ecclesiastica dignitate, & speciali mentione notanda insignita, in quamlibet personam extraneam, Communitatem, Collegium, ac Universitatem, quae temporali Sedis Apostolicae dominio subiecta non esset, ullatenus transferri, tam titulo venditionis, quam permutationis, donationis, ac locationis supra triennium, necnon in emphyteusum, feudum, livellum, pignus, seu precarium concedi, Apostolica prius non impetrata facultate, sub poena nullitatis contractuum, aliorumque gestorum. Excepit tamen ab huiusmodi prohibitoria Constitutione, census, Officia, loca Montium, Mulierum Dotes, ac ipsam Alnam Urbem una cum ejus circuitu ad decem miliaria protendendo: ac simul filios, vel haeredes praedictarum mulierum, soluto matrimonio, dummodo exteri fuerint, teneri vel infra triennium sibi in eodem statu domicilium eligere, vel dicta bona in alios praefato statui subiectos transferre, civilitatibus, si quae fuerint, derogando sancivit.

Clem. VIII. de eadem prohibitionem confirmavit.

§. 2. Sed ne hominum calliditas ad subterfugia nimium studiosè proclivis, in praedictae Sixti Constitutionis leges, nec quidem indirectè posset eludere, fel. record. Clemens Papa VIII. dubia quae impostero circa ipsam oriri possent explanaturus, eandem Constitutionem innovavit, ac decrevit nulli licere, praeterquam Ecclesiasticis Collegiis extra Ecclesiasticum statum positis, nec quidem Universitatibus, Communitatibus, ac quibusvis exteris Principibus stabilia, aliaque bona, & jura quae pro stabilibus habentur (citra tamen loca Montium, & Officia Romae Curiae) nendum in ejusdem Ecclesiastici status confinio, verum nec in ipsamet Urbe existentia possidere, etiam sub quovis titulo, & contractu, praeterquam ex causa dotis, necnon ex qualibet dispositione, tam inter vivos, quam ex Testamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus causa mortis, & aliis quibuslibet ultimis voluntatibus, sub poena amissionis bonorum, quae Camera Apostolica possit ipso jure, ac propria auctoritate vindicare, ac penes se, donec vita taliter disponentium duraverit, retinere, ac insuper privationis officiorum contra ipsos Tabelliones, qui de ejusmodi contractibus sese rogaverint.

§. 3. Accessit eidem Constitutio sancti mem. Pauli Papae Praedecessoris nostri, quae ut ea, quae in superharratis Constitutionibus Sixti V. & Clementis VIII. disposita legebantur, Pontificae auctoritatis oraculo fortius communitet, easque quominus subverti possent, falsis interpretationibus subtraheret, ipsas declaravit, ac iussit facultatem praedictam alienandi in scriptis prius obtinendam esse, ac inde in ipso actu contrahendi exhibendam penes Notarium, falsi poenam, ac amissionis officiorum Tabellionibus, privationis vero rei alienatae contrahentibus injiciens.

§. 4. Quoniam vero nonnullis artificiosè praeventis ad contractuum securitatem cautelis aditus patebat alienandi, etiam non impetrata a Summo Pontifice congrua facultate, fel. record. Urbanus Papa VIII. pariter Praedecessor noster, expositas superius litteras confirmavit, easque extendi ad bona in confinis Territorii Baronalis existentia, ad Castra demolita, Tenutas, & Praedia etiam non jurisdictionalia, censusque super huiusmodi bonis impositos, necnon ad jus praedationis illorum vigore resultans declaravit, terminumque trium mensium successivè praefixit, intra quem unusquisque, qui nulliter contra praefatas Constitutiones contraxerat, a gestis recederet, mandans insuper Notariis omnibus, ut infra terminum supra praedictum in margine Instrumenti abolitionem contractus adnotare tenerentur, eisdem poenis in supra dictis Constitutionibus comminatis eos, si non paruerint, subiciens.

§. 5. Ut autem quaelibet dolosa conventio, quae sub palliato dotium constituendarum praetextu in praedictum Sanctae Sedis iniuri possit, evitaretur, idem Urbanus VIII. recensitas litteras Sixti, Clementis, & Pauli innovans, & confirmans, easdem ad quoscumque contractus occasione quarumlibet dotium, etiam ratione educationis infantium, aliarumque miserabilium personarum per quascumque personas subditas, seu forenses, ac de quibuslibet bonis, jurisdictionalibus nempe, ac non jurisdictionalibus, stabilibus tamen, celebrandos extendit, absque sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, poenamque adjecit privationis eorumdem bonorum ad favorem Camerae, vel alterius inferioris Ecclesiae, a qua contrahentes illa recognoscerent, omnesque facultates alienandi in non subditos, acquirendi, ac domicilii non constituendi in Statu Ecclesiastico illuc usque contra praefatas Constitutiones concessas revocavit.

§. 6. Et cum quo ferventiùs dictorum Praedecessorum curae novis, ac iteratis Constitutionibus inconcussa studeret observantia, eo callidior nonnullorum versutia germanum earumdem intellectum invertendo, suscitaret inventa, quibus sese tuto reciperent, ac quomodolibet cum forensibus, ac exteris impunè contraherent, speciosa palliatione beneplacitum Apostolicum reservando, seu apponendo clausulas (quatenus non obstant Apostolicae Constitutiones, ac ex nunc prout ex tunc, quando cessaverint earum obstacula, & non aliàs, aliter, nec alio modo) & alias formulas, & clausulas adhibendo, quibus eorum consensus conditionaliter tantum exhiberetur, rec. mem. Innocentius PP. X. Praedecessor noster, approbatis, & innovatis dictorum Praedecessorum Constitutionibus, eas pariter ad contractus initos cum reservatione beneplaciti Apostolici, ac cum clausulis, quatenus non obstant, &c. aliisque similibus conditionalem consensum quomodolibet inducentibus, ac jurium cessiones super stabilibus extendit, necnon etiam ad contractus celebratos (cum relatione ad minutas, & scripturas penes contrahentes existentes) & per Procuratorem, aut negotiorum gestorem vigore mandati generalis, etiam cum decreto Judicis, vel per aliam quantumvis privilegiatam personam, cujuscumque dignitatis, ac speciali nota recensendam, vel denique quovis juridicarum solemnitatum apparatu praemunitos, cunctosque ita contrahentes poenis in supra dictis Constitutionibus in iudicis multandos decrevit, licentiamque in scriptis super huiusmodi

modi contractibus implorentur à Romano Pontifice, ac in eadem arte contrahenda obligandam esse declaravit, derogans eicunque Civilitati, seu Privilegio, Indulto, aut Decretis Civilitatis, quolibet titulo, etiam oneroso, ac sub quavis amplissima verborum structura concessis, subdicens præterea simplicem domicilii electionem apud acta publica nequaquam suffragari, sed opus esse, ut privilegio incolatus quoad præmissa quis uti possit, verè, & realiter domicilium in Statu, vel Urbe prædictis in perpetuum, & animo permanendi constituere. Et cum prædictum Sanctæ Sedis æquè immineret si bona prædicta contra dictas Constitutiones supposita nullatenus remaneant, idcirco sub eisdem quæcumque Casalia, Tenutas, & Pedicæ, sive jurisdictionalia, sive non, ultra quatuor ab eadem Urbe milliaria comprehendi mandavit. Insuper, ut eò magis dictarum Constitutionum observantia firmata remaneat, ultra eas per dictos Prædecessores comminatas, addidit pœnas confiscationis bonorum prædictorum, vel eorum pretii, aut ejus quod erit loco pretii, sive solum fuerit, sive promissum, & destinatum, & interim ad cambium, vel sub alio interfusio penes contrahentes, vel alios relictum, si absque prædicta præcedente licentia in favorem forensium quoquo modo illorum dominus absolutus fuerit. Sin verò hujusmodi bona fideicommissa, vel Primogenituræ, aliive restitutioni supposita fuerint, tunc durante vita tantum contrahentis ad Cameram, vel Ecclesiam, à qua prædicta bona recognoscantur, spectare decrevit, sive Contractus à Tutore, vel Curatore, vel alio quolibet administratore celebratus fuerit, pœnasque ad arbitrium sui, vel pro tempore existentis Pontificis eos, qui taliter nomine alieno contraxerint, vel consensum qualitercumque præstiterint, constituendas reservavit, revocans quæcumque licentias contrahendi in favorem forensium absque Romani Pontificis facultate usque illuc quomodolibet concessas.

§. 7. Successivè autem cunctis, qui contra tenorem dictarum Constitutionum de facto contraxisse reperiantur, terminum trium mensium, citra tamen præjudicium Cameræ, quoad pœnas vigore earum incussas præfixit, quo temporis spatio unicuique liceret, quod taliter gesserit retractare, ac in pristino statu, quo ante conventionem erant, singula reponere, eoque elapso, ac contractibus hujusmodi non abolitis, ad Cameram bona prædicta pertineant, injungens simul Notariis quibuslibet, ut Instrumenta omnia super præmissis per eos confecta exhibere, ac revocationem gestorum omnium in eorundem margine designare teneantur, loca autem Montium, & Officia Romanæ Curie, uti nec suorum Prædecessorum subiecta remanere Constitutionibus, ita pariter ab eisdem exempta fore, nec comprehensa cenferi confirmavit.

§. 8. Verùm quia ad nostram notitiam devenit complures forenses præmissis nullatenus attentis bona tam feudalia, quam allodialia, cum jurisdictione, & sine, in nostro Statu Ecclesiastico sita nihilominus possidere, eosque forsitan à tenore supradictarum Constitutionum recedendo contraxisse: Nos cuncta quæ à præfatis Prædecessoribus nostris, ut Subditorum utilitati, & nostri Satus uberiori incremento consulerent, salubriter sancita fuerè, pristina restituere observantia, eisque firmiora fulcimenta parare, eaque omnia, & singula, quæ prædictis nullatenus valeant adversari, etiam si de necessitate exprimenda forent, è medio tollere cupientes, prædictarum Constitutionum, ac omnium contrariorum quoquo modo, directè, vel indirectè adversantium, & aliorum quorumcumque de jure exprimendorum tenores, ac series, ac si de verbo ad verbum inserti fuissent, pro plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes.

§. 9. Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuè valitura Constitutione, Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. Urbani VIII. ac Innocentii X. Prædecessorum Constitutiones, ac omnia, & singula in eis, &

earum qualibet contenta, & expressa, etiam forsitan desuper non enunciata confirmamus, & approbamus, ac inviolabiliter in omnibus, & per omnia observari decernimus, & mandamus.

§. 10. Atque ut singula in eisdem Constitutionibus expressa plenius executioni demandentur, hac in parte etiam eorundem Prædecessorum vestigiis inhaerentes, omnes, & singulas facultates, licentias, ac Indulta quæcumque super quibusvis bonis stabilibus, Tenutis, Tenimentis, ac locis, tam jurisdictionalibus, quam jurisdictione carentibus, sive sint feudalia, emphyteutica, & livellaria, sive allodialia, in quocumque loco Status nostri Ecclesiastici consistant, contrahendi, necnon illa etiam retinendi, & non habitandi in Urbe, seu nostro Statu Ecclesiastico, à Prædecessoribus nostris, vel à Nobis in favorem forensium, cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, ac præminentia, tam laicalis, quam Ecclesiasticæ, etiam motu proprio, & sub quibusvis clausulis, & cautelis, derogatoriis, ac derogatoriis derogatoriis, & revalidatoriis, necnon reintegratoriis in pristinum statum validum quomodolibet, qualitercumque, & quomodocumque concessas, & impartitas, ac concessas, & impartitas penitus, & omnino revocamus, annullamus, & abolemus, ac pro revocatis, annullatis, & abolitis haberi volumus, & mandamus.

§. 11. Cæterum quoad eos, qui hæcenus contraxerunt, & bona prædicta retinuerunt, & possident, vigore licentiæ à Prædecessoribus nostris, vel à nobis obtentæ opportuno curantur occurrere consilio, unumquemque ad illam re ipsa exhibendam in actis dilecti filii Francisci Lucarelli Notarii Cameræ nostræ infra tres menses à die publicationis præsentis nostræ Constitutionis in hac Urbe faciendæ adstringimus, & obligamus, necnon infra eundem terminum ad Urbem, ac Nostrum Statum respectivè venire, ac respectivè redire, ibique verè, ac cum effectu domicilium animo ac proposito non recedendi amplius, perpetuoque cum familia manendi realiter constituere, prout etiam in eisdem dictorum nostrorum Prædecessorum Constitutionibus præcipitur, sub pœnis in illis respectivè contentis, volumus, & mandamus.

§. 12. Decernentes sic, & non aliàs per quoscunque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditores, ac Gubernatores, illorumque Locumtenentes, necnon Camerarium nostrum, aliisque S. R. E. Cardinales, etiam de latere Sedis Apostolicæ Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & quosvis alios quavis auctoritate fungentes, & jurisdictione pollentes, etiam Cameram ipsam, & Clericos ubique, & in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum quoque, & inane quidquid fecus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignorantè contigerit attentari.

§. 13. Injungentes, & mandantes eisdem Legatis, Gubernatoribus, & Judicibus in toto Statu nostro Ecclesiastico nunc, & pro tempore existentibus, & eorum cuilibet, ut confirmationem, revocationem, & obligationem nostras hujusmodi, aliaque in præsentibus litteris contenta ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, etiam per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia firmiter, & inviolabiliter observari faciant.

§. 14. Non obstantibus omnibus quæ prædicti Sixtus, Clemens, Paulus, Urbanus, & Innocentius Prædecessores in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Volumus autem, quod præsentis, postquam Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in acie Campi Floræ affixa, & publicata fuerint, quoscumque, tam in Romana Curia, & Statu prædicto, quam extra eos existentes perinde obligent, & arceant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimata fuissent, cum verisimile

Abrogat omnes facultates contrahendi in forensium statum

illi qui contraxerunt, ad Statum Ecclesiasticum redire debent.

Decernimus irritum.

Præceptum de observ.

simile non sit id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 16. Volumus insuper quod earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsimet præsentibus exhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, mandati, revocationis, annullationis, abolitionis, adstrictionis, obligationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. An. 6.
di 16 Janu. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1660. 17. Kal. Februarii, Pontificatus Nostri anno sexto.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1661. Indictione 14. Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina Providentia Pape VII. anno ejus sexto, die vero 22. mensis Januarii, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad Valvæ Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in Acie Campi Flora, per me Jacobum Cornelium Apost. Curf.

Pro Mag. Curf. Hilarium Cornelium Apost. Curf.

CXI. Jubileum Universale ad implorandam Divinam opem contra Turcas.

Jubilea hujusmodi indixere Innoc. X. Constit. 1. Immensæ, tom. 4. hic Pont. Const. 1. Unigenitus, & 25. E. suprema.

Idem An. D. 1661. ALEXANDER PAPA VII. Universis Christi fidelibus præsentis litteræ inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

EX quo humilitatem nostram in excelsa Sedis Apostolicæ specula collocavit Altissimus, nihil quidem (quantum divina bonitas dedit) prætermisimus, quo immanem Turcarum Tyranni ditiones Republicæ Venetorum sævissimo bello jamdudum infestantis ferociam retunderemus. Nunc vero cum idem Tyrannus expugnata contra fidem publicam Arce Varadini, quæ erat validissimum Hungarici Regni propugnaculum, impetum in citeriores Provincias lugenti apparatu meditari, & adornare, & miserimas clades universæ Reipublicæ Christianæ minitari videtur, Pontificia sollicitudo ad opponendum nos tanquam murum pro domo Dei ardentiori zelo stimulat. Et quamvis omnia humanæ industriæ, opisque consilia, & auxilia alacri studio pro viribus exponere, & procurare non desistamus, omnem tamen spem in Domino collocamus: confidentes si deposita per veram poenitentiam sarcina peccatorum, immensam ejus misericordiam unanimes imploremus, auctisque per eleemosynas, & jejunia viribus orationis, ad eum supplici, concordique voce clamemus, fore ut obliviscatur iniquitatum nostrarum, quibus ejus iram provocavimus, & Christianæ Religionis hostiam vires conterat potentia virtutis suæ. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

§. 1. Hoc autem ut majori fructu, ferventiorique spiritus ardore peragatur, ex veteri Romanæ Ecclesiæ omnium matris, & magistræ more ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores Nos constituit Deus, in præsentibus necessitatibus proferre, & largissima manu erogare decrevimus. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in alma

Urbe nostra, quam extra ubilibet locorum constitutos Apostolica auctoritate paterne requisitis, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordiæ suæ Fidem Catholicam protegere, & defendere, illiusque hostium conatus, & vires reprimere, & conterere; Principum Christianorum pacem, & concordiam conservare, eorumque corda illuminare, & vires ad Christiani nominis tutelam, & exaltationem unire, augere, & roborare, atque omnium nostrum piis conatibus opitulari dignetur.

§. 2. Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis & singulis utriusque sexus Christianidelibus in Alma Urbe degentibus, qui Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris ejusdem Urbis Ecclesiæ, seu Basilicæ, vel Ecclesiæ hujusmodi alteram spatio duarum proximarum hebdomadarum semel saltem visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta Fera, ac Sabbato alterius ex prædictis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, vel possibilitas, erogaverint.

§. 3. Cæteris vero extra Urbem ubicumque degentibus, qui Ecclesiæ ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsi deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiæ hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrerint, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta Fera, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die infra eandem hebdomadam Sanctissima communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesiæ intra, & extra urbem nostri prædecessores concedere consueverunt, tenore præsentium concedimus, & largimur.

§. 4. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & visitata Ecclesiæ Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant.

§. 5. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus protogare possit, eaque injungere quæ ipsi poenitentem efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 6. Insuper omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam Ecclesiasticis, secularibus, & Regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe prædicta, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur degentibus licentiam concedimus, & facultatem, & sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium

Confessarium, tam secularem, quam cuiusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut pramittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflicis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alijs per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant.

§. 7. Et insuper vota quæcumque (religionis & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia saluari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 8. Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientie districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel illis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum præsentium litterarum tranumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim abique ulla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent, ne alias ulterius præsentium litterarum executio protrahatur.

§. 9. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus nisi qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælate, seu Juce Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alijs in sententijs, & censuris incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi infra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant: necnon Regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse ad effectum præsentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præsentium tranumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus

Bullarii Magni Tom. V.

Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Martii 1661. Pontificatus nostri anno sexto.

Anno à Nativitate D.N. Jesu Christi 1661. Indictione 14. Die vero 2. mensis Martii, Pontificatus auctem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno ejus sexto, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Maria Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Andream Castrucium Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Carolus Melanus Curf. Mag.

Indictio sex Decimarum super fructibus omnium Ecclesiasticorum Beneficiorum, & Pensionum in universa Italia, & Insulis Italiæ adjacentibus. CXII.

Vide ad Constit. 173. Urbani VIII. Suprema dispositione, tom. 5. in qua consimilem indictionem sex Decimarum invenies.

ALEXANDER EPISCOPUS Edi. a An. D. 1660.
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Divina, æternaque illius providentia, cujus Exordium. nutu universa, ac singula in hac Mundi machina reguntur, Nos, impari licet merito, ad eminentem Apostolicæ dignitatis speculam clementissime exererit, ea inter nostras præcipua, maximaque sollicitudines animo obversatur, quæ potissimum totius Christiani Orbis discrimimbus antevertendis incumbit.

§. 1. Hinc factum est, ut clarissimæ Venetorum Reipublicæ varia per tot annos fortuna Barbarorum impetus tam Mari, quam Terra strenue sustinenti ab initio Pontificatus Nostri, præter expensas in Trirremium nostrarum classem singulis quibusque annis in Ægeum Mare trajicere jussa instruenda erogatas, præterque auxiliarijs copijs jamdudum in Illyrium transmissas, indulgentissimè etiam Ecclesiasticas super ejus domini Clerum sex Decimas, seu subsidia ad summam centum millium aureorum annuatim per sexennium ascendentes, seu ascendentes, ultra emolumenta, ac bona Conventuum ibidem suppressorum, concesserimus.

§. 2. Verum quia ab Infidelibus nondum annis temperatur, sed eorum exercitus nuper Transilvaniam adorti, Varadino, aliisque Oppidis expugnatis audaciores circumferuntur, & majora in inelucta Germaniæ, ac Dalmatiæ, & utriusque confinium Provinciarum populos immaniori militum vi moliantur, Nos idèo paterna commiseratione commoti, multis antea precibus effusus, ut exurgente Domino dissipentur inimici ejus, Charissimo in Christo filio Nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo chixè à Nobis pro Hungarici Regni sui, quod undique impiorum Arma circumsonant, defensionis consilium, opes, & auxilium flagitanti suppeditas ferre decrevimus.

§. 3. At cum Cameræ Nostræ Apostolicæ proventus, expensis, quas prædiximus, aliisque summo opere attentos in præteritæ famis, ac pestis necessitatem, subditorum commodo ad eò pietas profuderit, ut ad ea præsidia comparanda, quæ Turcarum bello non solum repellendo, verum etiam illis inferendo, amissisque Deo adjuvante recuperandis, impares rependantur, cogimur exemplo Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum

Fi nostrorum

nostrorum ad aliarum Ecclesiarum peculium, quæ Domini patrimonium sunt, animum convertere, speramusque in causa, quæ Dei est, & pro qua sanguinem effundere nemo fidelium recuset, omnes libentissime, ac certatim contributuros.

*Impo-
nitur De-
cimas pro
tribus.*

§. 4. Habita igitur super hoc cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, de eorundem consilio, & assensu indicimus, & imponimus sex integras Decimas omnium, & quorumcunque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariarum, & extraordinariorum omnium, & quorumcunque Patriarchalium, & Metropolitanarum, Cathedralium, Collegiarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam Mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præceptoriarum, Canoniarum, & Præbendarum, Dignitatum, personatum, administrationum, & Officiorum Cappelliarum, ceterorumque Beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum, etiam Jurispatronatus Laicorum, tam ex privilegio, quam ex fundatione, & dotatione, vel alio quocumque titulo, cum cura, & sine cura, Sæcularium, & S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensium, Cisterciensium, Præmonstratensium, S. Basilii, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio, vel aliis possident, Mendicantium, ac quorumcunque aliorum Ordinum utriusque sexus, necnon Cassinensium, aliis S. Justine de Padua, Carthusiensium, Lateranensium, Montis Oliveti, Camaldulensium, S. Salvatoris, Vallisumbrosæ, S. Georgii in Alga, Cælestinorum, Cisterciensium in Longobardia, S. Hieronymi, Sylvestrinorum, ac Clericorum Regularium Societatis Jesu, aliarumque Congregationum, Societatum, & Institutuum Regularium, exemptorum, & non exemptorum, & insuper Hospitalium etiam Pauperum hospitalitatem non exercentium, seu bona, & redditus ultra Infirmorum necessitates, & alia pro quibus instituta sunt, pia officia exercenda possidentium, necnon B. Mariæ Theutonicorum, S. Lazari de Altopassu, Templi Dominici, & aliarum Militiarum in universa Italia, & Insulis Italiæ adjacentibus consistentium secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum præfatorum, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica fuerit concordatum (S. R. E. Cardinalibus, qui præteritis annis tam prompta, & spontanea liberalitate, præsertim in duorum navigiorum expeditione opulentum subsidium Republicæ prædictæ præstiterunt, ob assiduos, magnosque labores, quos Ecclesiæ universali impendunt, & gravissima, quæ tuendæ dignitatis causa sustinent onera, ac dominio præfate Republicæ Venetæ, & Militia S. Joannis Hierosolymitani ob causas antedictas, & bella, quæ pro sua, & Christiani Orbis tutela adversus Turcas præfatos semper gerunt, pro quibus alienis continuo indigent auxiliis, dumtaxat exceptis.

§. 5. Ac etiam indicimus, & imponimus sex similes Decimas omnium, & quorumcunque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & distributionibus prædictis, sive earum loco fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum hujusmodi (statu Veneto, ut præfertur excepto) in favorem quorumcunque (non tamen Cardinalium prædictorum) reservatarum, & assignatarum, seu translatarum, aut reservatarum, & assignatarum, vel translatarum, ac reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum, ac reservandarum, & assignandarum, vel transferendarum percipiendas, exigendas, & levandas ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, ac ceteris cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, Militiæ, & conditionis personis infra scripto decennio durante præfata quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata, & assignata,

seu translata habentibus, seu habituris, necnon Oeconomis, administratoribus perpetuis, & temporalibus, usufructuariis, ac fructibus, pensiones, res, & alia hujusmodi jura ex quacumque causa sibi Apostolica auctoritate in toto, vel in parte reservata, seu translata habentibus, & habituris, Sæcularibus, & Regularibus Ordinibus, Congregationibus, Militiarum, & Hospitalium (non tamen S. Joannis Hierosolymitani) præfatorum, necnon ab ipsis Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, Hospitalibus, Militiis, Mensis, Massis, & locis quocumque privilegio, & exemptione reali, personali, & mixta, antiqua, & immemorabili, pacifica, & continuata sussultis.

§. 6. Quas omnes Decimas prædictas solvere obligatos, ut præfertur, eisdem infra decennium proximum decem æqualibus solutionibus, pro prima videlicet intra proximum diem festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli mensis Septembris proximè futuri, & successivè pro reliquis novem solutionibus, singulo quoque anno ratam partem intra festum hujusmodi cujuslibet anni immediatè usque ad totalem solutionem in Camera prædictæ, & illius Depositario generali ad id constituendo omnino volumus persolvit. Eiusdem verò Depositarii munus erit sedulo curare, ut quicquid pecuniarum ex Decimis colligatur, id diligenter, ac fideliter asservetur de mandato nostro speciali, in præfatis usus dumtaxat, nec aliis erogandum.

§. 7. Quicumque verò Decimas hujusmodi nullo modo, vel non integrè, scienter, aut non secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, vel concordiam cum Sede, & Camera prædictis, ut præfertur, ineundam, sive in terminis constituendis non exhibuerint, seu in illorum exhibitione malitiam commiserint, vel fraudem, si Ecclesiarum Antistites fuerint, suspendimus à divinis, Capitula verò, Conventus, Congregationes, Societates, & Collegia Ecclesiastico interdicto supponimus, ac singulares personas Antistite inferiores excommunicationis sententia innotamus.

§. 8. Cæterum ad prædictas Decimas consequendas præcipimus etiam omnibus conductoribus, censuariis, & locatoribus proprietatum, fructuum, rerum, & jurium prædictorum, etiam hujusmodi pensionibus oneratorum, ut utraque Decimas nomine Dominorum, ac pensionariorum ad computum suæ quisque locationis, omnibus verò possessoribus, & usufructuariis, & aliis pensiones, seu fructus, aliaque prædicta solvere debentibus, ut ipsi etiam Decimas pensionum hujusmodi nomine pensionariorum Cameræ, & Depositario prædictis integrè persolvant. Decernentes Decimas fructuum, reddituum, proventuum, & aliorum jurium prædictorum secundum verum valorem annum, vel saltem juxta taxam, de qua cum Venerabili Fratre nostro Antonio Episcopo Tusculanensi, Cardinale Antonio Barberino nuncupato S. R. E. Camerario, & dilecto filio nostro, & Camera prædictæ Thesaurario generali (quibus etiam Ecclesiarum, Monasteriorum, beneficiorum, & aliorum prædictorum fructus hætenus non taxatos taxandi, & taxam in libris Cameræ Apostolicæ describi faciendi, necnon taxas antiquas, si opus fuerit, juxta verum fructuum valorem augendi licentiam, facultatem, potestatem, & auctoritatem plenariè concedimus, & impartimur) ut præfertur concordaverint, alias verò pensionum Decimas ad rationem decem pro centenari præfari debere, & secundum ea prædictos omnes in solidum cogendos esse, ipsarumque decimarum Procuratores à quibus liberit integrè exigendi, optionem, facultatemque habere, neque ullas immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, censuris juris, concordiarum, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione, quocumque modo, & sub quibuscumque verborum expressionibus, etiam à Decimis, seu quibusvis aliis impositionibus, etiam pro expeditione, tam offensiva, quam defensiva contra Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos, seu

seu ex alia quavis, quantumvis legitima, & rationabili, ac necessaria, & de necessitate exprimenda causa, etiam in favorem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, seu aliorum quorumcunque Principum, ac pro eorum, & Sedis Apostolicæ necessitatibus, seu aliis canonicè, vel de facto impositis, & pro tempore imponendis, etiam per nos concessis, & interim concedendas, integram solutionem hujusmodi minuere, vel impedire; neque possessores, usufructuarios, aut alios pensiones, seu fructus hujusmodi solvere debentes, etiam si ipsi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, aut retinendæ portionis, & ratæ partis pensionarios contingenti jurejurando renunciaverint, atque ex forma dictæ Cameræ amplissima caverint, modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore constringi posse, sed pensionarios, & fructuum hujusmodi reservatarios ad Decimarum prædictarum onus subeundum omnino teneri: Omnes verò confessiones, ac quietantias receptionis Decimarum à Procuratoribus, & Ministris Cameræ prædictæ, tam conductoribus, censuariis, & locatoribus nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensionariis faciendas perinde valere, atque in judicio, & extra illud ubique locorum fidem facere, ac si ipsi met principalibus, & pensionariis presentibus, & solventibus factæ, & exhibitæ fuissent.

§. 9. Conductores autem, qui pretium locationis dominis legitime anticipaverint, locationem suam hujusmodi, quam ad hoc prorogamus usque ad integram satisfactionem, ut prius, etiam adveniente successore continuare debere: Sicque per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum, Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Nuncios in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Ut autem omnia prædicta, sicut causa urgens postulat, diligenter, & fideliter executioni demandentur, Antonium Cardinalem, & Episcopum, ac Camerarium, & Thesaurarium prædictos insolidum, quorum integritas, fides, atque experientia jam pridem nobis perspecta est, & nota devotio, generales omnium Decimarum prædictarum Collectores in Italia, & Insulis illi adjacentibus hujusmodi, cum omnibus, & quibuscumque privilegiis, jurisdictionibus, ac juri- bus, quæ omnes alii antehac hujusmodi Collectores habuerunt, auctoritate prædicta tenore presentium constituimus, & deputamus, eisque plenam, liberam, & absolutam facultatem, & auctoritatem tribuimus, omnes ipsas Decimas Cameræ prædictæ nomine procurandi, prædictos omnes, tam conjunctim, quam divisim ad illarum integram solutionem, ut prædictum est, faciendam, etiam per edictum locis publicis assignandum monendi, & requirendi, non parentes, fraudantes, & cæteros contumaces in censuras, & poenas prædictas incidille, servata forma Concilii Tridentini declarandi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum etiam manu Regia apprehendendi, & usque ad condignam satisfactionem retinendi, contradictores, perturbatores, & rebelles quoscumque, eis- que auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè quovis quæsito colore præstantes, cujuscumque dignitatis, gradus, & ordinis fuerint, prædictis, aliis- que censuris, & poenis Ecclesiasticis, necnon pecuniariis, cæterisque juris, & facti remediis compellendi, illasque etiam iteratis vicibus aggravandi, dignitati- bus, beneficiis, & officiis omnibus privandi, & amovendi, ad futura inhabiles faciendi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, auxiliumque brachii sæcularis quancumque opus fuerit invocandi, ad san- titatem verò reversos, qui debitè satisfecerint, ab omni- bus censuris, & poenis supradictis in forma Ecclesiæ consuetæ absolvendi, super irregularitate forsan in-

Bullarii Magni Tom. V.

curfa, dummodo tamen in contemptum clavium non celebraverint, dispensandi, & ad pristinum statum omnino restituendi.

§. 11. Præterea Collectores, & Subcollectores viros utique providos, ac fide, & facultatibus locupletes, & solertes in omnibus Civitatibus, Terris, & Provinciis Italiae, & Insularum illi adjacentium hujusmo- di, quotquot viderint expedire, cum simili, vel limita- ta, non tamen absolvendi potestate constituendi, cum- que, vel eos eorum arbitrio revocandi, negligentes, & morosos removendi, ac alium, seu alios subrogandi quotiescumque eis videbitur, ac ab eis, eorumque hæ- redibus, & successoribus administrationis rationes exi- gendi, in delinquentes, & suspectos per se, vel alium, seu alios, etiam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii inquirendi, & meritis poenis puniendi, modos, & formas in prædictis servandos præscribendi, dubia quæcumque in præmissis forsan oritura declaran- di, ac prorsus omnia, & quæcumque circa ea necessa- ria, & opportuna faciendi, statuendi, & exequendi, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis spe- ciale, quam presentibus est expressum, ea tamen condi- tione adjecta, quod Collectores, & Subcollectores depu- tandi, seu substituendi hujusmodi per deputationem, seu substitutionem de eorum personis, ut præfertur, facien- dam, nullo modo censeantur exempti à solutione sex De- cimarum prædictarum, quas ratione Ecclesiarum, Mo- nasteriorum, Beneficiorum, seu pensionum per eos ob- tentarum solvere debebant.

§. 12. Non obstantibus pie mem. præsertim Pauli III. ac Gregorii XIII. quibus inter alia cavetur, quod Clerici Regulares Societatis JESU à solutione Decimarum hujusmodi exempti esse debeant, ac Pii V. duodecim Congregationibus præfatis ex titulo oner- oso parem exemptionem concedentis, & Bonifacii VIII. Romanorum Pontificum etiam prædecesso- rum nostrorum de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & aliis Apostolicis Constitutioni- bus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Priora- tum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Militiarum, & locorum prædictorum juramento, con- firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo- ratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usi- bus, & naturis, necnon quibusvis privilegiis, indul- tis, exemptionibus, etiam in corpore juris clausis, im- munitatibus, litteris Apostolicis, Ordinibus, Con- gregationibus, Militiis, Monasteriis, Conventibus, Regularibus locis, Capitulis, dignitatibus, aliisque quibusvis personis supradictis, tam beneficiis, quam Regularibus, generaliter, vel specialiter, sub quacum- que forma, & verborum expressione ad eadem Sede, etiam ex causa concordie, aut remunerationis labo- rum, vel titulo oneroso, aut alias ex qualibet alia causa, etiam hic non expressa, & necessario exprimen- da concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omni- bus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus spe- cialiter, specificè, expressè, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exqui- sita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmo- di pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis ha- bentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vi- ce dumtaxat harum ferie latissime, & plenissime, ac specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contra- riis quibuscumque.

§. 13. Quodque si Prælati, & personis prædictis, eorumque Ecclesiis, & locis, vel quibusvis aliis com- munitè, aut divisim à præfata sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hu- jusmodi, necnon de personis, earumque nominibus, & cognominibus, Ecclesiis, Monasteriis, & Ordinibus, ac locis hujusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, in genere, vel in specie quancumque concessis, confirmatis, & innovatis, etiam solutionem Decimarum alias, quam

Collectores
& Subcollectores
solvunt

Contrariis
derogant.

secundum antiquam taxam, & nisi in universali Decimarum per Orbem impositione fieri prohibentibus, necnon promissionibus, applicationibus, donationibus, obligationibus, juramentis, renunciationibus, vinculis, & cautelis in assignatione predictarum pensionum factis, quibus per impositionem Decimarum hujusmodi neminem teneri, neque eas, quoad premissa, contra quacumque locum habere similiter declaramus, aliisque indultis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, cujuscumque tenoris existant, per quae presentibus non expressa, aut omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis: quae omnia contra premissa nolumus cuiquam in aliquo suffragari; necnon aliis hujusmodi impositionibus, & concessionibus ad tempus nondum elapsum, si quae sint, factis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quam pignori non debent.

§. 14. Insuper in percipiendis Decimis predictis Constitutionem recol. mem. Clementis Papae V. similiter praedecessoris nostri in Concilio Viennensi editam, quod Decimae ad monetam currentem communiter levari, nec calices, libri, caeteraque Ecclesiarum ornamenta divino cultui dicata ex causa pignoris capi, percipi, vel distrahi, aut aliis quomodolibet occupari debeant, ubique volumus observari. Quin etiam precipimus, ne quisquam etiam plura quancumque valoris beneficia Ecclesiastica, seu plures pensiones, aut fructus, seu talia mixtim obtinens pro littera, & sigillo quietantiae universalis, si illam habere voluerit, ultra unum Carolenum conscientem quatenos triginta-septem monetarum Romanarum, solvere teneatur, nec ad aliud onus etiam praetextu cambii uspiam compellatur.

Bulla contra usurarios.

§. 15. Caeterum volentes illos, quos Dei timor a malo non revocat, saltem formidine poenae, & publica disciplina compescere, omnes, & singulos cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiam si pontificali dignitate potiantur, qui de hujusmodi exigendis decimis aliquid usurpare, seu subtrahere, aut sibi ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, seu pensionum per eos obtentorum, ut praefertur, retinere, aut in illas exigendo, colligendo, vel conservando fraudem, vel deceptionem aliquam committere malitiose praesumpserint, interdiciamus a divinis, ac majoris excommunicationis, & etiam privationis Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum, quae obtinent, & pensionum, quas percipiunt, necnon inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda sententias, censuras, & poenas incurrere volumus ipso facto, ita ut ab eadem excommunicatione ab alio, quam Romano Pontifice, aut in mortis articulo absolutionis beneficium nequeant obtinere.

Transumptorum fides.

§. 16. Quia vero difficile nimis esset praesentes litteras ad singula quaeque loca, & quocumque illis opus erit perferte, volumus ut illarum exemplis, etiam impressis, & Notarii publici manu, ac Antonii Episcopi, & Cardinalis, ac Camerarii praefati, aut Thesaurarii, seu alterius ab eisdem deputati Collectoris, seu Praelati Ecclesiarum, ejusve Curiae sigillo obfirmatis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si essent exhibitae, vel ostensa. Ut autem praesentes ad communem notitiam deducantur, eas Valvis Ecclesiae S. Joannis Lateranensis, ac Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellariae Apostolicae affigi, seu appendi faciemus, quae se suo quasi sonoro praeconio, & patulo iudicio publicabunt, ut ii quos praemissa contingunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut ea ignoraverint, nullam possint excusationem praetendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitam, quod tam patenter omnibus publicatur.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam indictionum, & impositionum, suspensionis,

suppositionis, innodationis, Decreti, concessionis, impartitionis, prorogationis, constitutionis, deputationis, tributionis, declarationis, voluntatis, & praecipi nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae 1660. 9. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

† Ego Alexander Catholicae Ecclesiae Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus Portuensis Card. Barberinus S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego Bernardinus Episcopus Prænestinensis Card. Spada.

† Ego Julius Episcopus Sabinensis Card. Sacchetti.

† Ego Martius Episcopus Albanensis Card. Ginetti.

† Ego Hieronymus tituli S. Laurentii in Lucina Card. Columna.

† Ego Joan. Baptista tit. S. Mariae Transiberim Card. Pallottus.

† Ego Uldericus tit. S. Petri ad Vincula Card. Carpinus.

† Ego Marcus Anton. tit. S. Mariae de Pace Card. Franciottus.

† Ego Steph. tit. S. Laurentii in Pane & Perna Card. Duratius.

† Ego F. Vincentius Maculanus tit. S. Clementis Card. S. Clementis.

† Ego Hieronymus tit. Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio Card. Grimaldus.

† Ego Angelus tit. SS. Quirici, & Julitae Cardinal. Georius.

† Ego Nicolaus tit. S. Mariae Angelorum Cardin. Ludovici M. Penitent.

† Ego Federicus tit. S. Anastasiae Card. Sfortia.

† Ego Benedictus tit. S. Honuphrii Card. Odescalco.

† Ego Camillus tit. S. Petri in Monte Aureo Cardinal. Astallius.

† Ego Aloysius tit. S. Alexii Card. Homodeus.

† Ego Jacobus tit. S. Mariae Traspont. Presbyt. Cardin. Corradus.

† Ego Laurentius tit. S. Cryfogoni Cardinalis Imperialis.

† Ego Gibertus tit. SS. Joannis, & Pauli Card. Borromaeus.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Caelio Card. Santacruccius.

† Ego Baccius tit. SS. Nerei, & Achillei Card. Aldobrandinus.

† Ego Joan. Baptista Spada tit. S. Marcelli Card. S. Sufan.

† Ego Franciscus tituli S. Mariae in Via Cardinalis Albitius.

† Ego Octavius tit. S. Caeciliae Card. de Aquaviva.

† Ego Flavius tituli S. Mariae de Populo Cardinalis Chiusus.

† Ego Julius tituli S. Sixti Cardinalis Rospigliogius.

† Ego

ALEXANDER SEPTIMUS.

341

- † Ego Nicolaus tit. S. Eusebii Card. à Balneo.
- † Ego F. tit. S. Joan. ante Port. Latinam Cardinal. Paulinus.
- † Ego Sfortia tit. S. Salvatoris de Lauro Cardinal. Palavicinus.
- † Ego Virginius S. Mariæ in Vialata Diaconus Card. Ursinus.
- † Ego Rainaldus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diacon. Cardinal. Estensis.
- † Ego Paulus Æmilii S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. Rondininus.
- † Ego Laurentius S. Eustachii Diacon. Card. Raggius.
- † Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diacon. Card. Barberinus.
- † Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Diaconus Card. Pius.
- † Ego Decius S. Adriani Diaconus Card. Azzolinus.
- † Ego Franciscus Maria SS. Viti, & Modesti Diacon. Card. Mancinus.

Anno à Nativitate D.N. Jeshu Christi 1661. Indictione 14. Die vero 30. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. Anno septimo, presentes littere Apost. lictæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicarum Lateranen. & Principis Apost. de Urbe, & Cancellariæ Apost. per Nos Petrum Paulum Desiderium, & Gregorium Staggium prelatibus Sanctiss. D.N. Papa Curf.

Pro D. Mag. Curf. Laurentius Barbigionus Curf.

XIII. Confirmatio, & innovatio literarum Clem. VIII. & Pauli V. contra Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini conquiritores dignitates in eadem Religione ad requirituram personarum extra Ordinem constitutarum.

Ambitum hujusmodi Fratribus prohibuit Paulus V. Constit. 48. & ferè omnes Religiones habent hanc prohibitionem, ut videri potest in Repertorio, verb. Ambitus.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Admonet Nos suscepti cura regiminis Universalis Ecclesie, ut illa, quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro felici Christi fidelium, qui abnegantes semetipsas Altissimi obsequiis sese sub suavi religiose humilitatis jugo manciparunt, directione, & quiete salubriter constituta esse dignoscuntur, quo servantur in posterum exactius, innovemus, & Apostolicæ confirmationis nostræ munimine constabiliamus.

§. 1. Dudum siquidem à fel. record. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro emanavit Constitutio tenoris qui sequitur, videlicet: Clementis Papa VIII. Ad Bullarii Magni Tom. V.

perpetuam rei memoriam. Quoniam quædam debet sibi assumere honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & à regularis vitæ instituto valde alienum est, ut Religiosi viri, quos honorum, & dignitatum gradus sanctitate vitæ, ac aliis Religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus, cum ad eos assumantur, obedienter suscipere, susceptosque humiliter administrare decet, mendicatis sæcularium præsertim personarum studiis, ad eos sibi aditum patefacere contendant, unde magna in Ecclesia Dei perniciæ adferri solet. Nos qui pro nostri muneris debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, regularisque disciplina pristino candori restitatur, huic malo opportunum remedium adhibendum censuimus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, quidam in Ordine Eremitarum S. Augustini, Professionis, & regulæ, quam professi sunt, penitus immemores, nimisque dignitatum, & officiorum Ecclesiasticorum in dicta Religione consequendorum ambitione ducti, pro iis consequendis, Ecclesiasticorum, & sæcularium Principum studia requirant, & à S. R. E. Cardinalibus, aliisque Prælatibus commendatitias litteras, aliosque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuti, quos ipsi ex se promeruisse minimè confidunt gradus, & dignitates in eadem Religione consequi valeant, sicque ejusdem Religionis quietem non sine animarum suarum periculo perturbant.

§. 3. Nos malum hoc ab eodem Ordine, & Religione, cujus prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesie sanctæ utilitatem sinceris exoptamus affectibus, pro nostra pastoralis sollicitudine propellere summo cupientes, motu proprio, & ex nostra certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine eos omnes, & singulos Fratres dicti Ordinis, & Religionis, cujuscumque status, gradus, conditionis, præminentie, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cetero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis, & Religionis allequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam Ecclesiasticarum, quam sæcularium, de gremio dictæ Religionis non existentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis directè, vel indirectè, palam, vel occultè ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aspiraverint, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesiverint, aut etiam spontè oblati, & minimè acquisitis usi fuerint, illorumque complices, & fautores, ad quacumque Prælaturas, dignitates, & officia, gradusque, honores, administrationes, & munera in ipsa Religione obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & officiis hujusmodi eo ipso privamus, ac privatos voce, tam activa, quam passiva carere decernimus, & declaramus.

§. 4. Atque in virtute sanctæ obedientie, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ poena omnibus dicti Ordinis, & Religionis Fratribus, Superioribusque, & Prælatibus quocumque titulo nuncupatis, etiam Priori Generali, presentibus, & futuris præcipimus, districtèque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, litteris, vel favoribus adducti, vel aliis ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam sæcularium, quam Ecclesiasticorum, extra dictum gremium existentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, Ducum, ad cujusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia prædictæ Religionis promovere, vel poenas aliquas remittere audeant, vel præsumant.

*De iuribus
irritant.*

§. 5. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dicti Ordinis, & Religionis contra presentium dispositionem (quod abbit) quodcumque faciendas, & pro tempore obtentis, nullas proliis, invalidasque fore, & esse, nullisque iuribus subsistere: Ac omnes & singulos in presentibus delinquentes, nulla alia monitione procedente, & absque processu deliquit habendo, sententias, & penas presentibus irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illas sententias, & penas presentibus damnabiliter incurrisse legitime probandum, & omnino convincendum, solas presentiarum personarum instantias, preces, & favores, etiam ore tenus porrectas plenam, indubiam, & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri. Et ita per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum quoque, & inane si secus super his quoquo modo quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contrariis
derog.*

§. 6. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis, & Religionis huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si presentibus Fratribus, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

*Transumptio
fides.*

§. 7. Ut autem harum litterarum noticia ad omnes dicti Ordinis Eremitarum Fratres facilius deveniat, volumus illas etiam in Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & postea in Capitulo generali publice legi, illasque in dictis Capitulis Provincialibus, seu Congregationibus, & Capitulo generali lectas, sic arere, ac si legitime unicuique intimatae fuissent, illarumque exemplis, etiam impressis, manu Scribae dicti Capituli, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Prioris Generalis ipsius Religionis, vel alterius personae in Ecclesiastica dignitate constitutae ob signatis eandem protius fidem haberi, quae presentibus haberetur, si eadem exhiberentur.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 1. Decembris 1604. Pontificatus nostri anno decimotertio.

*Constit.
Pauli V.*

§. 8. Et subinde rec. mem. Paulus Papa V. Praedecessor noster constitutionem pariter edidit tenoris sequentis, videlicet, Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Admonemur Pastoralis officii nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi saeculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosius pateat accessus. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine dilectis filiis Priori generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis S. Augustini Fratrum Eremitarum Praelatis, nunc, & pro tempore existentibus, in virtute sanctae obedientiae, ac sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda praecipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque saeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuius dicti Ordinis religioso ullam gratiam concedere, vel poenas aliquas remittere,

*Contra Superiores
concedunt.*

seu gradus, dignitates, honores, officia, & administrationes, functiones, & Praelaturas eiusdem Ordinis concedere audeant.

§. 9. Quinimo dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta hae via, & his mediis per conquistos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles declaramus. Insuper Religiosis, & Fratribus eiusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem poenis praecipimus, & expresse interdiciamus, ut non solum in praemissis omnibus favores huiusmodi minime procurent, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipiant, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua praedictis personis exhibere audeant, seu praesumant.

*Contra Sa-
ditos con-
tra.*

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si eidem Ordini, & fratribus praedictis communiter, aut divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod presentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem protius fides ubique adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel offensa.

*Contra
derog.*

*Transumptio
fides.*

Datum Romae apud S. Marcum, sub Annulo Piscatoris, die 4. Julii 1608. Pontificatus nostri anno quarto.

§. 11. Cum autem ea sit rerum humanarum conditio, ut constitutionum, & ordinationum, vel maxime salubrium, sensum lentescat vigor, quin etiam ex animis hominum paulatim elabatur memoria, nisi provida Legislatorum vigilantia subveniat: hinc est, quod Nos inviolabili praesertarum constitutionum observationi, quantum cum Domino possumus, consulere, & ambitionis malum a praedicto Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, in quo plurimos Viros singulari pietate, & doctrina insignes Deo famulari novimus, penitus excludere cupientes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus praesertas Clementis, & Pauli Praedecessorum constitutiones cum omnibus, & singulis quomodolibet contentis in illis, tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicae firmitatis robur, & efficaciam adjicimus, ac illas innovamus, & adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo praetendi, vel allegari posset, restituimus, & plenarie reintegramus.

*Contra
ut in rub.*

§. 12. Decernentes easdem praesentes, ac praesertas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum, cujusvis status, gradus, ordinis, & conditionis existant, inviolabiliter, & inconcusse observari: Neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliave quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut in controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contra
Irritanti.*

§. 13. Non

ALEXANDER SEPTIMUS.

343

§. 13. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ prædicti Clemens, & Paulus Prædecessores in suis litteris præinsertis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum pariter volumus, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra exhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Julii 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

CXIV. Declaratio quod Abbates Ordinis Cisterciensis, qui scilicet utuntur dispensatione Apostolica circa esum carniū ubique acceptata, non possint privari voce activa, & passiva, virtute sententiarum à Visitatore Apostolico emanatarum.

Vide ad Constitus. 45. hujus Pontificis, In Supremo, in qua declarat posse vesci carniibus absque scrupulo, cum non sit de substantia Regula.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Reipublicæ Helvetiorum Nobis expositum fuit, quod cum dilecti filii Abbates Ordinis Cisterciensis in ejusdem Reipublicæ ditione existentes convocati ad Capitulum Generale Cistercii in Gallia celebrandum sese accingerent, & præpararent ad iter, occulto rumore perceptorum, quosdam Religiosos Gallos ejusdem Ordinis dictos Abstinentes, contra antiqua ipsorum jura nunquam hæcenus controversa, à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris toti Ordini concessa, velle sese prævalere quibusdam sententiis à bon. mem. Francisco dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Card. de la Rochefocaud nuncupato emanatis: qui cum à felic. recordationis Gregorio Papa XV. & Urbano Papa VIII. Prædecessoribus pariter nostris commissionem habuisset ad visitanda, & juxta statuta ejusdem Ordinis à Romanis Pontificibus confirmata reformanda Monasteria dicti Ordinis, quæ in Gallia indigerent reformatione, & tamen ea nullatenus vistorasset; nihilominus dicti Abstinentes contra formam litterarum Apostolicarum, & Statuta Apostolica, duas sententias ab eo obtinuerunt, quibus omnes Abbates, & Religiosos communis Observantiæ, qui scilicet utuntur dispensatione Apostolica circa esum carniū ubique acceptata, atque à Nobis per nostras in simili forma Brevis litteras die 10. Novembris 1657. expeditas approbata, inter alia signanter prætendunt esse privatos voce activa, & passiva in electionibus Abbatis generalis, & quatuor primorum Abbatum, Vicariorum Provinciarum, Procuratoris Generalis in Curia, & aliorum publicorum Officialium, administratione Collegii Parisiensis, communis Studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem observantiam, aliisque Juribus pertinentibus ab Abbates, & Capitulum generale, & in vim dictarum sententiarum ipsos solos Abstinentes redditos capaces dignitatum, & Officiorum dicti Ordinis, & independentes à jurisdictione ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis esse præsumunt.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet hujusmodi sententiæ fuerint per Judices delegatos cassatæ, atque à rec. memor. Innocentio X. etiam Prædecessore nostro super præsentis Juribus Abstinentibus prædictis perpetuum impositum silentium; attamen

iidem Abstinentes semper dictas sententias validas autument, & pro earum observatione diversos recursus habuerint, propter quas præsumptiones prorogatum fuit Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos super hac vexatione fuissetus consulti; Idcirco Nos pro commissa Nobis cœlitus Pastoralis Officii cura memorati Ordinis quieti quantum cum Domino possumus consulere cupientes, ac causæ, & causarum hujusmodi statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Colligantium, & alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, necnon causam, & causas prædictas à quocumque Tribunali, & Judice ad Nos harum serie advocantes, ac declarationem, approbationem, & novam concessionem à Nobis per prædictas litteras die 10. Novembris 1657. emanatas circa esum carniū factas confirmantes, habita relatione de præmissis.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium districtè prohibemus, ne Abbates, & alii quicumque dicti Cisterciensis Ordinis communis Observantiæ Religiosi ejusmodi Apostolica dispensatione circa esum carniū utentes, super libertate vocis activæ, & passivæ in electionibus Abbatis Cistercii Generalis, aliorumve quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum, Provincialium, Procuratoris Generalis Curie, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & regimine Collegii Parisiensis communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa esum carniū, servatis servandis, receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quam ab initio ejusdem Ordinis habuerunt, & quibuslibet aliis juribus, quæ ex vi Regulæ, & prædicti Ordinis Constitutionum Apostolica autoritate confirmatarum, illis & Capitulo generali competunt, ullatenus perturbentur, prohibeantur, vel molestantur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandamus, & præcipimus, circumscriptis memoratis sententiis, die 27. Julii 1634. & die 20. Augusti 1635. à præfato Apostolico Visitatore (ut dicitur) emanatis, necnon quorumlibet aliorum judicum, qui circa præmissa quidquam secus statuere, vel decernere tentaverunt, aut præsumperunt, cum omnibus inde sequentis.

§. 3. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, & ejus Monasteriorum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

CXV. **Episcopus Provinciae Sancti Ladislaei Regis in Sclavonia . Ordinis Fratrum Minorum de Obsequiis .**

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

EX omnium Nobis divinitus Pastorale Officium debito ad ea perpensis studiis jugiter insudimus, per quas Religiosorum virorum, qui religio saculo Dei obsequiis sese commiserunt, statui, & felici directioni consulitur, ut secundum laudabilem Ordinum suorum instituta, primum Altissimo impendentes famulatum, prosperioribus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Aliis siquidem pro parte dilecti filii Lucii à S. Justo anno Comitis Commissarii Generalis Custodiae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obsequiis invocatorum, Nobis exposito, quod antea postquam Congregatio tunc existentium Sanctae Romanae Ecclesiae, & similibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Zagabrientem, Vindobonensem, Ormsbudenensem, Crisientem, Remercentem, Juancensem, Crapinensem Convenus Ordinis praedicti in Sclavonia constitutos, necnon Monasterium Sanctissimae Trinitatis Zagabrientium Monialium Ordinis Sanctae Clarae curae primordii Ordinis subiectum in novam Custodiam ad praescriptum Constitutionum Ordinis hujusmodi, cum praerogativis, titulis, & praecedentibus consuetis erigi mandaverat, dilectus pariter filius Paulus de Tauris Frater expressè professus Provinciae Austriae dicti Ordinis vigore mandati sibi super hoc à dilecto etiam filio Sebastiano à Caieta Osmontanae familiae praedicti Ordinis Commissario Generali dari septem Conventus, & Monasterium hujusmodi, praevis illorum separatione à Provincia Hungariae ejusdem Ordinis, in novam Custodiam praedicti Ordinis, juxta dispositionem Decreti dictae Congregationis super praemissis emanati creverat: Nos supplicationibus dicti Lucii nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem supradictorum septem Conventuum, ac Monasterii in novam Custodiam Ordinis praefati à memorato Paulo, sicut praefertur, factam auctoritate Apostolica confirmavimus, & approbavimus, & aliis prout in nostris in simili forma Brevis litteris, die 20. Junii 1656. desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Contra autem, sicut dilecti filii Fratres Custodiae praefatae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi eandem Custodiam quae, ut asserunt, in novem Conventibus Fratrum, admodum scilicet ad supradictos septem Caputinis sub titulo Sancti Antonii Patavini; & Chisletornensis Conventibus sub titulo Sancti Nicolai Episcopi, necnon praedicto Monialium Monasterio, ad praesens consistit, pro majore illius decore in novam dicti Ordinis Provinciam à Nobis erigi summopere desiderent: Nos specialem ipsi exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latas, si quibus quomodolibet immodatè existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eandem Custodiam in novam memorati Ordinis Provinciam cum omnibus, & singulis praerogativis, praerogatiis, privilegiis, iuribus, gratiis, & indultis, quibus alicuius Ordinis Provinciae de jure, usu, & consuetudine, & aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, ac solent, & debent, auctoritate

Eligio primo in robe.

... et proinde... *Decretum irritans.*

§. 3. Decretorum omnium, quorum tenorem super scriptis, validos, & legitimos, & ad effectum, ac plenam, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spoliabiliter, plenius, & amplius. Sicque in praemissis per quoscunque Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores Judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, praedicti Ordinis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibusvis.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Julii 1661. Pontificatus nostri anno septimo. *Sanctae Romanae Ecclesiae.*

Concedit undecim Congregationibus Monasticis ut capiant ad censum, aut alio licito contractu quadraginta millia scuta monetae pro prima solutione sex decimarum.

Vide ad Constit. 122. Cum Divina, supra: quae est Indictio sex Decimarum.

ALEXANDER PAPA VII. Editio An. D. 1661. Ad futuram rei memoriam.

Nuper ut nomini Christiano contra impios Turcorum Tyranni conatus, & invasiones opem ferremus, sex decimas fructuum, reddituum, & proventuum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, ac mensarum etiam quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium, necnon pensionum super illis reservatarum, ab illis ad quos spectat, intra decennium decem aequalibus portionibus, nisi aliter cum Sede, & Camera Apostolica concordatum foret, perfolvendas, ac aliis sub certis modo, & forma tunc expressis imposuimus, prout in nostris desuper sub plumbo expeditis litteris, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresso haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii infra scriptarum undecim Congregationum Procuratores Generales Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi nomine earundem Congregationum cum Camera praedicta super solutione sex decimarum hujusmodi, mediante summa quadraginta millium scutorum monetae eidem Camera intra totum currentem annum 1661. prestanda concordaverint, nec eis suppetat modus congerendi summam hujusmodi, nisi illam ad censum, aut alio licito contractu capiant: Nos specialem eidem Procuratoribus Generalibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latas, si quibus quomodolibet immodatè existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, Congregationi

gregationibus, videlicet, Cassinensium, & Montis Olivæ, Ordinis Sancti Benedicti, Lateranensium Canoniarum Regularium, sub Regula Sancti Augustini, Carthusianorum, Cassinensium, Coelestinorum, Sancti Salvatoris Bononiensium, etiam Canoniarum Regularium, Vallis Umbrosæ, & Sancti Georgii in Alga pariter Canoniarum Regularium, Cisterciensiumque Lombardiæ, & Sancti Hieronymi, earumque Procuratoribus Generalibus, quavis ad hoc speciale mandatum non habeant, vel eorum substitutis, ut cum interventu dilecti filii nostri, & Camere Apostolicæ Thesaurarii Generalis, etiam absque scientia, participatione, mandato speciali, vel generali, aut consensu Abbatum, & Priorum Generalium, seu aliorum quorumcunque Superiorum, & Officialium quocumque nomine nuncupatorum earundem Congregationum, imò ipsis suis, & reclamantibus summam quadraginta millium scutorum huiusmodi, pro rata singulas Congregationes tangente, à quibuscunque personis, seu Mercatoribus eorum fidem sequi volentibus, & meliorem conditionem offerentibus, ad censum perpetuum redimibilem, servata tamen forma Constitutionis felic. record. Pii Papæ V. prædecessoris nostri super creandis censibus editæ, seu alio quovis licito, & sacris Canonibus non improposito contractu, accipere, illamque penes Depositarium nostrum Generalem seorsum ab aliis nostris pecuniis deponere, ita ut inde amoveri, nec in alios quam supradictos usus converti valeant, ac Taxam aliquam inter se pro eisque ipsarum facultate reddituum annuorum pro solvenda quadraginta millium scutorum huiusmodi summa constituitur, aut alias ratam partem reddituum, prout cuilibet ex Congregationibus prædictis minus incommodum, & damnosum esse, ac magis expedire iudicaverit, assignare, dictamque ratam Monti Novennali, aut Religionum applicare, quæ sufficiat pro dicta summa quadraginta millium scutorum congerenda, factaque taxa huiusmodi eandem Monti Novennali, aut Religionum prædicto, ultra alias taxas, quas singula Congregationes hæcenus solverunt, &olvere obligatæ sunt, assignare, applicare, & incorporare, ac super taxa, seu rata sic faciendâ, assignandâ, incorporandâ totidem loca prædicto Monti cedere, quot pro summa prædicta quadraginta millium scutorum congerenda necessaria erunt, necnon eisdem omnibus Procuratoribus Generalibus, seu eorum Substitutis, postquam taxa huiusmodi facta fuerit, tam pro emptoris, seu emptorum censuum prædictorum, seu eorum qui pro congerenda summa quadraginta millium scutorum huiusmodi aliquam pecuniarum summam eisdem Procuratoribus, seu eorum substitutis, & eorum cuilibet, ut præferatur, dederint, vel alias erogaverint, seu pro eisdem Procuratoribus, aut eorum substitutis in quibuscumque cedulis banchariis, cambiis, obligationibus, contractibus, & quibusvis pecuniarum huiusmodi receptionibus fidei iusserint, & intervenerint, securitate, relevatione, & indemnitate, quam super taxa inter ipsas Congregationes pro rata quamlibet suarum Congregationum respectivè tangente, nominatim dictas Congregationes, unusquisque Procurator Generalis, seu ejus substitutus, videlicet suam, etiam ab ea speciale, aut generale mandatum in Capitulo Generali, aut alias juxta Constitutiones ipsarum Congregationum factum non habeat, omniaque, & singula earundem Congregationum bona mobilia, & immobilia ubilibet existentia, præsentia, & futura, principaliter, & insolidum ipsarum Congregationum nominibus omni meliori modo, ac in ampliori forma Camere Apostolicæ obligare, & specialiter hypothecare, necnon super præmissis, & illorum quolibet, & eorundem præmissorum, & cujuslibet ipsorum occasione quæcumque instrumenta cum quibusvis submissionibus, renunciationibus, fidei iussionibus, promissionibus, juramentis, cautionibus, conditionibus, cautelis, decretis, & clausulis solitis, & consuetis, ac aliis necessariis, & opportunis, dicto Thesauro, ac partibus ipsis bene visis celebrare, aliaque pro personarum, & Mercatorum, ac

etiam pro majore Monti prædicti, illiusque Collegii, & omnium qui suas pecunias in eodem Monte collocaverint, securitate, ac aliis super his necessariis, & quomodolibet opportuna, etiam si talia fuerint, quæ specificeam, individuum, & expressam requisierint mentionem, facere, & exequi.

§. 3. Ac ulterius ipsis modernis, & pro tempore existentibus prædictarum Congregationum Procuratoribus Generalibus, seu eorum Substitutis, ut in earum quisque Congregationibus taxam, ut præferatur, faciendam pro rata eas respectivè tangente, inter Monasteria, & Conventus earum dividere, & ab illis exigere, & Depositario dicti Monti, quem ipsas Congregationes, tam pro præsentis additione, quam pro prima dicti Monti erectione, & illius additione alias facta, etiam modernum Depositarium, nisi Depositariam ipsam titulo forsan oneroso obtineat, ad eorum libitum amovendo, deputare posse concedimus quotannis, prout de antiquis taxis, seu ratis fieri consuevit, consignare cum facultatibus, & auctoritatibus solitis liberè, & licite possint, & valeant, ac omnino respectivè teneantur, auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur.

§. 4. Præterea pro majore Monti prædicti, illiusque Collegii Montistarum, necnon eorum qui pecunias suas in dicto Monte collocabunt cautela, & securitate, ex nunc pariter prout et tunc, postquam dictus Mons vigore præsentium ad quamlibet locorum quantitatem auctus fuerit, quod tam antiqua, quam nova loca augenda huiusmodi unum, idemque Monti corpus, ac ultimorum locorum emptores cum antiquis Montistarum unum, idemque collegium absque aliqua profus ratione prioritatis, seu posterioritatis differentia constituant, ac posteriora loca, illorumque emptores omnibus, & singulis gratis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, & privilegiis, quibus antiquiora loca, illorumque possessores juxta dicti Monti erectionis formam utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pariformiter, & æquè principaliter uti, potiri, & gaudere possint, valeant, & debeant in omnibus, & per omnia, absque aliqua similiter differentia, statuimus, & ordinamus: volumusque etiam, ac eisdem Procuratoribus Generalibus, seu eorum substitutis, ut loca prædicta Monti vigore præsentium augendi, cum interventu dicti Thesaurarii Generalis cuiuscumque Mercatori, seu aliis personis meliorem conditionem offerentibus pretio inter eos conveniendo vendere, & alienare, pretiumque inde redigendum, ut præferatur, & non alias deponere liberè similiter, & licite possint, ac etiam omnino teneantur, facultatem similiter impartimur.

§. 5. Et nihilominus omnia, & singula præmissa, ac alia eorum vigore per dictas Congregationes, seu earum Procuratores Generales, aut illorum Substitutos, cum interventu dicti Thesaurarii Generalis, & instrumenta desuper celebranda cum omnibus in illis contentis, licitis tamen, & honestis, ac Sacris Canonibus non improbatis, ex nunc prout ex tunc, postquam facta, & celebrata fuerint, auctoritate, & tenore præsentibus approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, ac etiam substantialium forsan solennitatum quomodolibet omittarum defectus, si qui in eisdem intervenerint, præcipue verò defectus mandatorum specialium, ac generalium ad præmissa faciendâ requisitorum motu, & scientia similibus pari auctoritate, & tenore supplemus.

§. 6. Declarantes quod per huiusmodi conventionem à Nobis, ut petitur, faciendam, privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, & gratis, tam per prædictum Pium prædecessorem per ejus litteras, sub dat. anno 1570. 14. Kalendis Aprilis, Pontificatus sui anno sexto, quam per pie memorie Clementis Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri litteras, sub annulo Piscatoris, die 5. Maii 1595. ac etiam per alias ejusdem Clementis

mentis prædecessoris litteras in forma... de anno 1597. seu aliis eisdem Congregationibus concessis nullatenus præjudicatum sit, aut esse censetur, immo privilegia, immunitates, exemptiones, & gratias prædictas, ac etiam omnes, & qualcumque alias gratias, immunitates, & privilegia per quoscumque Prædecessores nostros quomodolibet concessa, quatenus tamen sint in usu, & Decretis Sacri Concilii Tridentini non adferentur, harum serie, quatenus opus sit, de novo confirmamus, approbamus, & innovamus, illaque ab eisdem Congregationibus inviolabiliter observari mandamus, etiam si tam litteræ prædictæ Pii V. quam Clementis Prædecessorum hujusmodi, & aliarum quæcumque super præmissis in Camera Apostolica registratæ non essent, non obstante etiam Constitutione similia memoriz Pii IV. præter prædecessoris nostri de quibuscumque litteris, & gratiis interesse Camere concernentibus registrandis: volentes etiam quod præsentem nostram in eadem Camera registrare, seu registrari facere minime teneantur.

Decretum irritum

§. 7. Decerentes insuper ea omnia, & singula firma, valida, & efficacia esse, & fore, sitosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac per omnes, & singulas Congregationes prædictas, perinde ac si Procuratores, seu eorum Substituti prædicti illas cum speciali eorum mandato obligassent, ac alios omnes ad quos spectabit observanda esse, præsentemque litteras nullo unquam tempore, etiam ex eo quod prædictæ Congregationes, & quicumque alii ad quos spectat, præmissis expressè, & nominatim non consenserint, aut alias quomodolibet de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis hostiæ, vel alio defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut sub illis revocationibus, suspensionibus, reductionibus, limitationibus, aut modificationibus comprehendi minime posse, nisi de earundem præsentium toto tenore specialis, & ad verbum expressa mentio facta fuerit: Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ipsius Camere Apostolicæ Præsidentes, & Clericos, ac S.R.E. Camerarium, Thesaurariumque prædictum, & alios dictæ Camere Ministros, subacta eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executio deputat.

§. 8. Quocirca dilectis filiis nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, ac Thesaurario Generali prædicto, ac causarum Curie Camere Apostolicæ Generali Auditori per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alios, seu alios eisdem præsentem, & in eis contenta quæcumque solenniter publicantes, ac in præmissis omnibus, & singulis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula in præsentibus expressa, & illarum vigore faciendâ quæcumque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurso postpositis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contraria derogat.

§. 9. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim felic. recordationis Symonachi, Pauli II. Pauli IV. Pii V. & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, earundem quoque Congregationum, & cujuslibet earum, Monasteriorumque singularium statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam in vim contractus, aut Motu proprio, vel consistorialiter eisdem Congregationibus, illarumque Superioribus, &

Personis sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, ac aliiis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, quibus operibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenentes hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub D. P. A. Annulo Piscatoris, die 1. Novembris 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

Originale conservatur in Archivio S. Mariae Pacis de Urbe, Canonorum Regularium Congregationis Lateranensis.

Innovatio Constitutionum, & Decretorum CXVII in favorem sententiæ afferentis, animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione & in corpus infusione à peccato originali præservatam fuisse, editorum.

Conceptionis Beatae Mariæ Virginis disputatio, quomodo sit prohibita & punita, vide ad Const. 114. Pii V. & Pauli V. Const. 97. & Gregor. XV. Const. 34. Sanctissimi.

ALEXANDER PAPA VII. Edita Ad 1661. Ad perpetuam rei memoriam.

Solicitude omnium Ecclesiarum, quam licet meritis, & viribus longè imparès, Dei Optimi Maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anxie tenet intentos & vigilantes, ut scandala quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest, paucissima exortantur, utque cuncta quàm celerrimè, & quàm diligentissimè amoveantur; nam iis per quos veniunt, certam peccati perniciem, quibus verò præbentur, præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostro pastoralis officii debito, & damnum summo perere dolemus, & discrimine affidè urimur.

Exordium

§. 1. Sanè vetus est Christi fidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sententium, ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritum Jesu-CHRISTI ejus filii, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus conceptionis festivitatem solenni ritu colentium, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à felic. record. Sixto PP. IV. prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas Sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit. Aucta rursus, & prorogata fuit pietas hæc & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Monasteria religiosorum Ordinum, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem indulgentias, ita ut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam ferè omnes Catholici eam complectantur.

Pietas Christi fidelium in festivitatem Conceptionis B. Mariæ

§. 2. Et

§. 2. Et quia ex occasione contrariae assensionis in concionibus, lectionibus, & sermonibus publicis, quod nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano cum magna Dei offensa scandala, jurgia, & dissensiones, recol. memor. Paulus PP. V. etiam prædecessor noster vetuit horum opinionem præfate sententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem præ memor. Gregorius PP. XV. similiter prædecessor noster ad privata etiam colloquia extendit; mandans insuper in favorem ejusdem sententiæ, ut in sacrosancto Missæ sacrificio, ac divino officio celebrandis, tam publicè, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicumque debeant.

§. 3. Nihilominus, prout Venerabiles fratres Episcopi ferè omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum Capitulis datis Nos litteris exposuerunt, accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi earundem Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc missæ ad Nos Oratorem Venerabilem fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatae fuerunt ad Nos supplicationes Regnorum earundem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariae illius opinionis assertores contra præfatas prohibitiones tam privatim, tum publicè præfata sententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem a Romanis Pontificibus cultui, & festo secundum illam præstitum ita interpretari, ut frustrarentur, imò Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui juxta illam Beatæ Virginis exhibitio favere negant, ipsos Christi fideles à sua pacifica quasi possessione turbare conando, unde offensiones, scandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorundem adversantium majora his incommoda in posterum prudenter, & merito timeantur. Quapropter super hanc præfati Episcopi cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, ejusque Regna Nobis pro opportuno remedio instantè supplicari fecerunt.

§. 4. Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de intemerata semper Virginis, Mariæ Conceptione festum solènniter celebrat, & speciale, proprium super hoc officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem institutionem, quæ à Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, & festo, ac cultui secundum illam exhibitio in Ecclesia Romana, post ipsius cultus institutionem nunquam immutato Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatissimam Virginem, præveniente scilicet Spiritus Sancti gratia à peccato originali præservatam; cupientesque in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & jurgiis, amotisque scandalis conservare: ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam, ac preces, Constitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem sententiæ asserentis animam Beatæ Mariæ Virginis in sui creatione & in corpus infusione Spiritus Sancti gratia donatam, & à peccato originali præservatam fuisse, necnon & in favorem festi, & cultus Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundum piam istam sententiam, ut præfertur, exhibitio, innovamus, & sub censuris, & penis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus.

§. 5. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergunt interpretari, ut favores per illas dictæ sententiæ, & festo seu cultui secundum illam exhibitio frustrarentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut quovis prætextu, etiam definibilita-

tis ejus examinanda, sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce loqui, concionari, tractare, disputare, contra quicumque determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea asserendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modo differendo, ausi fuerint, præter penas, & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præfatos subjicimus; etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuè inhabilitatis penas ipso facto incurrere absque alia declaratione; à quibus penas non nisi à Nobis ipsis, vel à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint: necnon eosdem aliis penas nostro, & eorundem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subjicimus per præfatos, innovantes Pauli V. & Gregorii XV. superius memoratas Constitutiones, sive Decreta.

§. 6. Ac libros, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundum illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu loquutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodolibet edenda, prohibemus sub penas, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expressè prohibitis haberi volumus, & mandamus. Vetamus autem Sixti IV. Constitutionibus in hærentes, quæcumque asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant; cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus; quin potius contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter penas, quibus eos subjecit Sixtus IV. alique prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis penas subjicimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superius infliximus.

§. 7. Volentes quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam regulares cujuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & sæculares personas, cujuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati superiores, alique locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirent, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac penas coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem ipsdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè precipimus, & mandamus.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibuscumque indultis, & litteris Apostolicis quibuscumque personis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeant, quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam idem importantes clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent,

Contra
publi-
ca
aut
privata

Supplicatio
ad
nos

Contra
publi-
ca
aut
privata

Contra
publi-
ca
aut
privata

Prohibet
libros
continen-
tes
contra-
rariam
opinionem

Contra
Regu-
lares
aut
doctores

Contra
privatis
derogat.

rent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præcipis ordinariis subdicationem.

§. 9. Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest notitiam congruentius pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diocesis, vel districtus prædicatoribus, & aliis, quibus expedire judicaverint, opportunè insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum quoquo modo ignorantiam de præmissis possit pretendere, aut se contra præmissa valeat excusare.

Transumptum fides.

§. 10. Volumus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentis litteræ per aliquos ex nostris Curforibus in Basilicam Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectat, afficiat, & ardeat, ac si illis personaliter intimata fuissent; & quod illarum transumptis, etiam impressis & manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus litteris adhiberetur, si ostensæ, vel exhibitæ forent.

D.P. An. 7. die 8. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Decemb. 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

Anno Milleesimo sexcentesimo sexagesimo primo, Indictione 13. die vero 11. mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Divina providentia Papa VII. anno septimo, super prædicta littera affixæ, & publicatæ fuerunt in Basilicam Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ valvis, & in acie Campi Floræ per me Andreæ Casfruccium prælibat SS. D. PP. Curf.
Pro D. Mag. Curf. Petrus Paulus Desiderius, Curf.

CXVIII. Breve Beatificationis Francisci de Sales Episcopi Genevensis.

Edita An. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Spiritus Sanctus, qui suo incomprehensibili iudicio humilitatem, atque infirmitatem nostram posuit regere Ecclesiam Dei, quum in Divinis scripturis viros gloriosos, nimirum Sanctos laudari præcipit, eorumque sapientiam, & laudem narrari à populis, & nunciari ab Ecclesia docet, atque Nos illuminat quid nostris etiam temporibus agere debeamus. Quapropter Apostolicæ gubernationis curam, & cogitationes in id sollicitè intendimus, ut non modò eorum, qui præcis, sed & qui proximis ætati nostræ sæculis sanctitate, ac virtutibus eximie claruerunt, nomen & gloria ubique gentium innotescat, pioque fidelium cultu & honore palam veneretur. Atque ideo tendentibus nuper in id ipsum piis Catholicorum Regum precibus, Præsulumque, & Principum, aliorumque Christi famulorum votis, Nos libenter annuimus, prout matura consideratione præmissa ad Omnipotentis Dei gloriam, ad Ecclesiæ Catholicæ decus, & præsidium in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Supplicatio præcipuum.

§. 1. Cum itaque charissimus in Christo filius noster Ludovicus Rex Francorum Christianissimus una cum Venerabilibus fratribus Archiepiscopis,

& Episcopis, ac universo Clero, Proceribus, & Universitatibus Studiorum generalium Regni Galliarum; necnon charissima in Christo filia nostra Anna Francorum Christianissima, & Henriceta Angliæ Illustris, Regina dux, ac dilectus filius nobilis vir Carolus Emanuel Sabaudia Dux, & Pedemontii Princeps, atque universus Ordo monialium Visitationis Beatæ Mariæ Virginis à Servo Dei. Francisco de Sales Episcopo Genevensi institutus; præsertim verò dilectæ in Christo filie Superior & Moniales Monasterii Oppidii Annessii Genevensis Diocesis, impetraverint alias ab hac Sancta Sede facultatem, ut processus fierent super non cultu, ac super inquisitione de vita, & moribus, heroicisque virtutibus, ac de miraculis, quibus prædictus Servus Dei Franciscus de Sales fulgere assereretur.

Miracula probata.

§. 2. Cumque postmodum processus hujusmodi confectos Congregatio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris ritibus præposita maturè, acerrimèque discussisset, ac de eorum validitate, ac relevantia constare declaraverit: Nempe de hujus Servi Dei vitæ eximia sanctitate, & de assiduo virtutum theologicarum, cardinalium, cæterarumque omnium exercitio: Immo ultra multiplicem, & miram hæreticorum ad veritatem Fidei Catholicæ conversionem, cum novem miracula insigniora ejus obitum consequuta, communi quasi voce sanctitatem ejus testantia, plenè probari censuerit: quæ selecta ex processibus intercessione memorati Francisci ab Omnipotenti Deo edita recensentur; ac præcipuè duorum mortuorum suscitatio, cæci nati illuminatio, contractorum, ac præcluserum à nativitate subita, ac perfecta sanatio, Nosque declarationes hæc approbaverimus: Ideoque cum iidem Cardinales coram Nobis congregati, prævis etiam Consultorum suffragiis, unanimes affirmaverint, posse, quandocumque Nobis visum fuerit, ad solennem hujus Servi Dei Canonizationem tutò procedi, atque interim indulgeri, ut idem Franciscus nuncupetur Beatus, ac aliquibus in locis de eo tanquam de Confessore Pontificis Officium, & Missa recitari, ac solenniter celebrari possint.

Beatus nuncupandus.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis supplicationibus inclinati Regis, Reginarum, ac Præsulum, qui etiam ad Nos Venerabilem fratrem Henricum Episcopum Ancientem hac super re nuper ablegarunt: necnon charissimæ in Christo filie nostræ Mariæ Theresiæ Regis Francorum Conjugis Christianissimæ, ac Sabaudia Ducis, aliorumque præfatorum, illis propensa benignitate libenter annuimus: ac de præfatorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu auctoritate Apostolica tenore litterarum præsentium indulgemus, ut Dei Servus Franciscus de Sales olim Episcopus Genevensis, in posterum Beati nomine nuncupetur; ejusque corpus & Reliquiæ venerationi fidelium (non tamen in processibus circumferenda) exponantur, Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de eo celebretur Officium, & Missa de Confessore Pontifice singulis annis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani, die scilicet 29. Januarii, quæ ejus corporis depositio in Ecclesia Monialium Sanctissimæ Visitationis Annessii in Sabaudia celebrata fuit.

Concedit officium aliis quibus locis.

§. 4. Hæc verò concedimus in locis dumtaxat infra scriptis: nempe in omnibus Ecclesiis Monialium dicti Ordinis Sanctissimæ Visitationis, quem Beatus Franciscus instituit: In Cathedrali templo Lugduni, ubi diem clausit extremum: In Cathedrali Annessiensi, ubi sedit Antistes: In matrice Ecclesiæ loci de Sales, ubi natus est; & quidem sub ritu duplici majori. In Oppido verò Annessii, totaque Diocesi Genevensi sub duplici minori; ac tam à secularibus, quam à regularibus utriusque sexus, ac etiam à Sacerdotibus quibuscumque eò confluentibus, quantum ad Missas attinet. Præterea, præsentibus dumtaxat anno à datis hisce litteris inchoando, in supradictis, atque in singulis Cathedralibus Ecclesiis Regni Galliarum, ac Sabaudia, & Pedemontii ditionis, solennia Beatificationis hujus cum Officio

Officia, & Missa sub ritu duplici majori die à locorum Ordinariis constituta, & intra sex menses promulganda, celebrandi, singulis impartantur: Romæ verò in Ecclesia S. Ludovici Gallicana; & Sanctæ Sindonis Sabaudia; ac Romanæ Nationum, ac Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio; solennia hujusce Beatificationis intra bimestre proximum, postquam tamen illa in Basilica Principis Apostolorum celebrata fuerint, pariter celebrari concedimus.

Causis
Inq.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibuscunque decretis super non cultu, seu aliis latis, aut promulgatis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Consumptio
Inq.

§. 6. Volumus autem ut harum litterarum transumptis, etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium sacris Ritibus præpositorum subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

An. 7.
Die 18. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

CXIX. Pro divisione Congregationis Clericorum Regularium de Somascha in tres Provincias.

Clerici Regulares de Somascha gaudent omnibus Privilegiis Ordinibus Mendicantibus concessis, & concedendis. Paul. V. Constit. 37. Eorundem Privilegia confirmavit Clem. VIII. Constit. 22.

An. D.
1661.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastorale fastigium superni dispositione consilii, nullo licet meritorum nostrorum suffragio erecti, in eam præcipuè curam sollicitis studiis incumbimus, ut Congregationes Religiosorum virorum in Ecclesia Dei piè, sanctèque institutæ, ac uberes bonorum operum fructus, benedicente Domino, proferre jugiter satagentes, prosperè, salubriterque dirigantur, quò laudabilibus institutis suis inherentes, amota quacunque controversiarum, & dissidiorum occasione, felicioribus in dies, Divina largiente gratia, proficiant incrementis.

Divisio Pro-
vinciarum.

§. 1. Itaque ut in Congregatione Clericorum Regularium de Somascha pax, & religiosa unitas conservetur, & dignitates, atque officia pro meritis personarum æqualiter distribuantur, providere cupientes, de voto Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium, necnon dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Almæ Urbis nostræ Nobis institutæ deputatorum.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium statuimus, & decernimus, ut prædicta Congregatio Clericorum Regularium de Somascha divisa sit in tres Provincias, videlicet Lombardiæ, Venetiæ, & Romanam nuncupatas. Et Provincia quidem Lombardiæ contineat omnia loca, quæ in Statu Mediolanensi, & ditionibus adjacentibus dilectorum filiorum nobilium Virorum Ducum Sabaudia, Mantua, & Parmæ, ac Domini Helvetiorum possidet, vel possidebit dicta Congregatio. Provincia verò Venetiæ complectatur omnia loca, quæ continentur, seu continebuntur in Dominio Reipublicæ Venetorum, & Principatû Tridentino. Provincia autem Romana comprehendat loca omnia posita, vel ponenda in reliquis Italiæ ditionibus. Porro quælibet ex his Provinciis locum unum probationis habeat communem omnibus nationibus, ex quibus Provincia coalescit, cum

Bullariis Magni Tom. V.

professoris, quæ sufficiant pro educatione juventutis professor.

§. 3. Ad hæc quælibet Provincia habeat quatuordecim vocales Capituli Generalis, & si aliqua ex his de præsentibus plures habet, qui electi sunt, præterea plus acquisitum: ceterum non deveniatur ad electionem novorum Vocalium pro hujusmodi Provincia, nisi postquam ejus Vocales intra quatuordecim fuerint. Similiter quælibet Provincia mittat tres Socios, seu Discretos ad Capitulum Generale.

Sequitur
Ordinatio
1661.

Præpositi verò Generalis dignitas per turnum detur, non quidem nationum, sed prædictarum Provinciarum, & hic turnus incipiat anno proxime venturo 1662: Provincia Romana, à qua transeat ad Venetam. Dignitates autem ex quibus constat Definitorium, cum omnes sint numero tredecim, æqualiter dividantur, ita ut quælibet Provincia quatuor ex illis habeat, illa verò, cui per turnum Præpositus Generalis continget, quinque.

Præterea ubi nunc inter dignitates Definitorii sunt duo Consiliarii, & quatuor Definitores, ut aptius divisio fiat, eligantur tres Consiliarii, & tres Definitores, ita ut quælibet Provincia suum habeat Consiliarium, & suum Definitorem.

Dignitates autem Præpositi Generalis, Vicarii Generalis, & Procuratoris Generalis hoc ordine distribuantur, ut cuilibet Provinciæ per turnum semper una ex his conferatur. Procurator verò Generalis fundus officio sit ipso jure per subsequens triennium Consiliarius suæ Provinciæ, nisi eligatur Præpositus Generalis, aut Vicarius Generalis, aut Provincialis.

Porro nemo possit esse Superior in aliqua Provincia, qui filius ejus non sit. Et quidem qui jam professi sunt, intelligantur esse filii ejus Provinciæ, in qua nati sunt, sed qui in posterum professionem emittent, ejus Provinciæ filii censentur, & sint, in qua ad Religionem admittentur, & in qua professionem emittent. Quilibet tamen sine ullo discrimine subditus esse possit in qualibet cujusvis Provinciæ Domo, salva ejus capacitate.

Nemo quoque ullo modo possit esse Superior in eadem Domo, nisi per triennium, quo elapso alterum integrum triennium elabi debeat, priusquam ad ejusdem Domus regimen sub quovis titulo, sive Superioris, sive Vicarii admoveatur. Qui verò in proximo Capitulo Generali anni 1662. reperientur aliquam Domum gubernasse per triennium, aut ultra, quovis demum titulo Superiores fuerint, à prædictæ Domus regimine removeantur.

Ceterum Patres Definitorii cæteris quibuscunque præcedant, & si quando contingat eos Subditos esse in aliqua Domo, immediatè post Superiorem Domus sedeant. Visitatores verò Provinciarum in posterum Præpositi Provinciales appellentur, & quilibet habeat potestatem ordinariam supra quamlibet Domum suæ Provinciæ.

Decretum
irritans.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcunque, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut intè esse habentium consensus, aliòve quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu intentari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse. Sed ipsas præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodocunque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque

Gg

alioque quolibet quavis auctoritate, et potestate fun-
gentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet qua-
vis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & aucto-
ritate, iudicari, & defini debere, ac irritum, & inane,
si locus super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

Contra-
dictio.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus
sit, nostra, & Cancellarie Apostolicæ Regule de non
tollendo iure quæsito, aliisve Constitutionibus, & Ordina-
tionibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis
Clericorum Regularium de Somascha, ejusque Provin-
ciarum, & Domorum, Collegiorum, & locorum quo-
rumcunque, aliisve quibusvis, etiam iuramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-
giis, & litteris Apostolicis eidem Congregationi, ejusque
Provinciis, Domibus, Collegiis, & locis, ac Superioribus,
& personis quibuslibet, sub quibuscunque verborum teno-
ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogato-
riarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissi-
mis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decre-
tis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quo-
modolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus
omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti de-
rogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-
bum, non autem per clausulas generales idem impor-
tes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut ali-
qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores
hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omiso,
& forma in illis tradita observata, exprimerentur, &
insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat
specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis
quibuscunque.

Transumptio-
rum fides.

§. 6. Volumus autem ut earumdem præsentium littera-
rum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii
publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica di-
gnitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio,
& extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur,
si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dati. P. A. 7.
an 23. Dec.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1661. Pontificatus
nostri anno septimo.

CXX. Contra nonnullos Monachos Cistercienses
in Gallia Abstinentes nuncupatos, tentan-
tes introducere in Monasteria abstinen-
tiam à carnibus, quarum usus certis diebus
à Sede Apostolica concessus est, & nolentes
obedire Constitutionibus Apostolicis, ejus-
demque Ordinis.

De hac materia vide ad Constitutionem hujus
Pont. 46. In suprema, & Constit. 114. Nuper
pro parte.

Edita A. D.
1662.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Motus hu-
jus Confus.

Alia pro parte Dilecti filii Procuratoris Generalis
Ordinis Cisterciensis Nobis exposito, quod licet
omnes Monachi dicti Ordinis tam stricte ad observan-
tiam paupertatis teneantur, ut Capitulum Generale ejus-
dem Ordinis anno 1605. celebratum revocaverit om-
nes, & quascunque licentias, & dispensationes cujus-
cunque privati rerum, & honorum usus, proprietatis,
possessionis, & domini per quoscunque Superiores dicti
Ordinis ex quibuscunque causis concessas, etiam re-
vocationem ipsius Ordinis Capitulum Generale anno
1652. renovaverit, cum injunctione observandi etiam
Decreti Concilii Tridentini sess. 25. de reform. cap. 1.
de Regularibus, sub pena excommunicationis ipso facto

incurrere ab oppositis sibi hinc executioni, & ob-
servantia, & inhabilitati ad quævis officia, gradus, &
dignitates, ac insuper contractus à quibusdam Abba-
tibus Regularibus cum suis Monachis factos pro separa-
tione mensæ Conventualis ab Abbatibus, seu fuerit esse
rescindendos, tanquam paupertati Religiosæ contra-
rios, eosque in posterum à quocunque conventari prohibe-
rent: nullusque sit in Regno Gallie prædicti Ordinis
Procurator, qui in suo novitiu ad vitam communem,
& præfacam paupertatis observantiam non fuerit instru-
ctus, educatus, & obligatus.

§. 1. Nihilominus nonnulli Religiosi ejusdem Ordinis
in Gallia, dicti Abstinentes, seu strictius Observan-
tiam, sub prætextu introducendi in Monasteria abstinen-
tiam à carnibus, quarum usus certis diebus à Sede Apo-
stolica concessus est, certos inibant contractus, transac-
tiones, & concordata cum antiquis Ordinibus ejusdem
Religiosis, quibus certas pensiones in pecuniis, &
fructibus promittebant, & distribuabant, eosque à ma-
jori, & præcipuo onere Chori, aliisque observantiis, ad
quas ex professione tenentur, liberantes, evidenti rela-
xationis, & perditionis periculo exponebant, dummodo
eis solis privatè quoad alios Monasteriorum administra-
tionem, & regimen, tam in spiritualibus, quàm in tem-
poralibus, liberamque Officialium, & Superiorum ele-
ctionem, tam quoad vocem activam, quàm passivam
cederent.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod con-
tractus, transactiones, & concordata hujusmodi, non
in edificationem, sed in evidentem Religiosorum rui-
nam spiritualem vergebant, dictusque Procurator Ge-
neralis propterea de opportuno in præmissis remedio à
Nobis provideri summopere desiderabat. Nos supplica-
tionibus ipsius Procuratoris Generalis nomine super hoc
humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum
nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consulta-
tionibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum,
qui rem diligenter, & maturè discusserant, consilio, at-
tentis narratis, contractus, transactiones, & concordata,
de quibus supra agitur, fuisse, & esse illicita, ideoque
eò usque inita nulla, & invalida fuisse, auctoritate Apo-
stolica declaravimus, & decrevimus, prohibuimusque
ne in futurum sub ejusdem nullitatis, & invaliditatis,
necnon excommunicationis, ac privationis vocis activæ,
& passivæ, officiorumque, graduum, & dignitatum qua-
rumcunque, & perpetuè inhabilitatis ad ea, & quælibet
alia in posterum obtinenda per hujusmodi contrahentes,
transigentes, & concordantes eo ipso incurrendis penis,
talia concordata, transactiones, & contractus ullatenus
celebrentur.

§. 3. Et postmodum pro parte Dilectorum filiorum
Reipublicæ Helvetiorum Nobis pariter exposito, quod
cum dilecti filii Abbates dicti Ordinis Cisterciensis in
ejusdem Reipublicæ ditione existentes, convocati ad Ca-
pitulum Generale Cistercii in Gallia celebrandum, sese
accingerent, & præpararent ad iter, octavo tamen
perceperant, quidam Religiosos Gallos ejusdem Ordinis
dictos Abstinentes, contra antiqua ipsorum jura,
nunquam eatenus controversa, à Romanis Pontificibus
Prædecessoribus nostris toti Ordini concessa, velle sese
prævalere quibusdam sententiis à bon. mem. Francisco
dum vixit S. R. E. Cardinale de la Rochefoucaud nun-
cupato emanatis, qui cum à sel. rec. Gregorio Papa XV.
& Urbano VIII. Prædecessoribus pariter nostris com-
missionem habuisset ad visitanda, & juxta statuta ejus-
dem Ordinis à Romanis Pontificibus confirmata, refor-
manda Monasteria dicti Ordinis, quæ in Gallia indige-
rent reformatione, & tamen ea nullatenus visitasset; ni-
hilominus dicti Abstinentes contra formam litterarum
Apostolicarum, & statuta Apostolica, à Sede Apostolica
ab eo obtinuerant, quibus omnes Abbates, & Religio-
sos communis observantiæ, qui scilicet utuntur dispensa-
tione Apostolica circa eam carnium usum accepta,
sive à Nobis per nostras in simili forma breviter litteras
die 10. Novembris 1657. expeditas approbata, inter alia
pretendebant esse privatos vocis activæ, & passivæ
in electionibus Abbatis Generalis, & quatuor primo-
rum

quam Abbatum, Vicariorum Provinciarum, Procuratoris Generalis in Curia, & aliorum publicorum Officialium, administratione Collegii Parisiensis, communia studii dicti Ordinis, receptione Novitiorum ad communem Observantiam, aliisque Juribus pertinentibus ad Abbatem, & Capitulum Generale, & in vim dictarum sententiarum ipsos solos Abstinentes redditos capaces dignitatum, & Officiorum dicti Ordinis, ac independentes à Jurisdictione Ordinaria Superiorum, & Capituli Generalis esse præsumebant.

§. 4. Atque in expositione subjuncto, quod licet hujusmodi sententia fuissent per Judices delegatos facta, atque à Innocentio Papa X. etiam prædecessore nostro, super prædictis Juribus Abstinentibus prædictis perpetuum impositum silentium; at tamen iidem Abstinentes semper dictas sententias validas autumabant, & pro earum observatione diversos recursum habuerant, propter quas præsumptiones prorogatum fuerat Capitulum Generale dicti Ordinis, donec Nos super hac vexatione fuisset consulti.

§. 5. Ideo Nos pro commissis Nobis cœlitus Pastoralis Officii cura, memorati Ordinis quieti consulere cupientes, ac causas, & causas hujusmodi statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Colligantium, & alia etiam speciali expressione digna pro plene, & sufficienter expressis habentes, necnon causam, & causas prædictas ad Nos avocantes, ac declarationem, approbationem, & novam concessionem à Nobis per præfatas litteras die 10. Novembris 1657. emanatas, circa eum carnium factas confirmantes, habita relatione de præmissis.

§. 6. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine districte prohibuimus, ut Abbates, & alii quicumque dicti Cisterciensis Ordinis communis observantia Religiosi ejusdem Apostolica dispensatione circa eum carnium utentes super libertate vocis activæ, & passivæ in electionibus Abbatis Cistercii Generalis, aliorumque quatuor præcipuorum Abbatum, Vicariorum Provinciarum, Procuratoris Generalis Curia, & aliorum publicorum Officialium, in administratione, & Regimine Collegii Parisiensis communis Studii dicti Ordinis, in Novitiorum ad communem observantiam cum usu talis dispensationis circa eum carnium, servatis servandis, receptione, eorumque educatione, nec in omnimoda Jurisdictione, quam ab initio ejusdem Ordinis habuerunt, & quibilibet aliis juribus, quæ ex vi Regulae, & sæpè dicti Ordinis Constitutionum Apostolica auctoritate confirmatarum illis, & Capitulo Generali competunt, ullatenus prohiberentur, vel molestarentur, prout non molestari, prohiberi, seu perturbari mandavimus, & præcepimus, circumscriptis memoratis sententiis die 27. Julii 1634. & die 20. Augusti 1635. à prædicto Apostolico Visitatore, ut dicitur, emanatis, necnon quorumlibet aliorum Judicum, qui hæc præmissa quidquam secus statuere, vel decernere tentarent, aut præsumperant, cum omnibus inde secutis, & aliis prout in binis nostris in simili forma Brevis litteris, unis die 8. Martii 1660. & alteris die 2. Julii 1661. rescriptis desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, ubi hæc continetur.

§. 7. Cum autem Dilectus filius Claudius Vauslin Abbas Cistercii, & totius Ordinis Cisterciensis præfati Generalis ad Nos supplex accesserit pro canonice promovenda Ordinis sui per diversa Mundi Regna diffusæ reformatione, salvâ ejusdem Ordinis unione, & integra subordinatione. Nos ejusdem Claudii Abbatis Generalis zelum, sollicitudinem, & laborem plurimum in Domino laudantes, eumque specialis favoris gratia prosequi volentes, & à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &

Confirmis
generales
(Abbatibus.)

absolutum fore censentes, suspensionibus ejus nomine super hoc humiliter portatis, de voto particularis Congregationis ad executionem, & observandum, & referendum à Nobis de præfatis litteris hinc inde datas vidit, & quod præfatum causam istius reformationis in statu, & scilicet, in quo ad præfens reperitur (illius statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Colligantium, & alia quocumque etiam speciale, & individua mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis habentes), quocumque Tribunali ad Nos denuo auctoritate Apostolica tenore præsentium avocamus.

§. 8. Præterea mandamus dicto Claudio Abbati Generali, ut advocet, seu moneat viros idoneos Ordinis sui, tam ex Gallia, quam aliunde ad exhibendum infra tres menses dictæ Congregationi particulari deputatæ articulos concernentes dictam Reformationem à Nobis instituendam. Et quantum ad controversias in variis Tribunalibus, etiam coram Commissariis Apostolicis, à multis annis agitatas circa Reformationem dicti Ordinis, sive in Gallia, sive extra Galliam, volumus, & ordinamus sub pena excommunicationis late sententia ipso facto incurrendæ, à qua nemo à quoquam, nisi à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi possit, ut præfatis dispositiones à Nobis immediate emanatæ per præfatas nostras in forma Brevis litteras, die 8. Martii 1660. & die 2. Julii 1661. rescriptivè expeditas.

§. 9. Decernentes, easdem præfatas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus quacumque litis, seu litium pendentiæ, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in dictis litteris volumus non obstare, ceterisque quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 16. Januarii 1662. Pontificatus nostri anno septimo.

Decretum
irritum.

D. P. An. 7.
die 16. Janu.

Declarat nullum præjudicium fuisse illatum superiori Vicarii Generalis in unione Conventus Terræ Roccha di Papa Conventui S. Joannis de Urbe, sub obedientia Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

CXXI.

De concessione, & unione hujus Conventus vide supra ad Constit. 103. Sacrosancti.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad suam rei memoriam.

Edicta A. D.
1662.

Alia Conventum B. Petri de Nolasco olim Fratrum Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in Terra Roccha di Papa nuncupata, Tusculanae Diocesis positum, cum illius Ecclesia, ac bonis, & oneribus universis Congregationi Fratrum Discalceatorum Reformatorum nuncupatorum dicti Ordinis, ita ut Conventus hujusmodi de cætero Conventui S. Joannis de Urbe ejusdem Congregationis, sub obedientia dilecti filii Procuratoris Generalis ipsius Congregationis, qui in dicto Conventu Sancti Joannis residere solet, subiaceret, & dictus Procurator Generalis Superiorem,

Remissum
concessio
Conventus.

& familiam sex saltem Presbyterorum, & duorum Con-
versorum Fratrum Discalceatorum Reformatorem Con-
gregationis hujusmodi in primodictis Conventu col-
locare debet, auctoritate Apostolica perpetuo appli-
cavit, & appropriavit, & alias prout in no-
stris in simili forma Brevis litteris die 15. Octobris 1660.
desuper expeditis, quarum tenorem presentibus pro-
plene, & sufficienter expresse haberi volumus, ple-
nitas continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Procurator Genera-
lis Nobis nuper exposuit, licet ratione subordi-
nationis, quam ipse Procurator Generalis ad dilectum
filium Vicarium Generalem Superiorem dictae Congre-
gationis habet, credat praemissa, & inde sequuta sine
ullo praedicti jurisdictionis, & superioritatis dicti Vi-
carii Generalis emanasse: nihilominus ad removenda
omnia dubia, & inconvenientia, quae exoriri possent,
idem Procurator Generalis oportuit a Nobis hac in re
provideri summopere desideret.

Declarat
provisoria.

§. 2. Nos ipsum Procuratorem Generalem specia-
libus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a qui-
bulvis excommunicationis, & interdicti, aliisque Ec-
clesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innotatus existit, ad effectum presentium
dumtaxat consequendum harum litterarum absolventes, &
absolutam fore sententiam, supplicationibus ejus nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de
Congregationis super statu Regularium deputata consi-
lio, ex memoratis nostris litteris, qua parte praenomina-
tus Conventus B. Petri de Nolano subijcitur obe-
dientiae dicti Procuratoris Generalis, qui Superiorem, &
familiam in eo collocare debeat, nullum praedictum
fuisse illatum superioritati, ac jurisdictioni memorati
Vicarii Generalis, auctoritate praesentium tenore praesentium
declaramus.

Decretum
irrevocabile.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper
firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque
plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac
illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenif-
sime suffragari. Sicque in praemissis per quoscumque
Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Pa-
latii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere,
ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praedictis nostris litteris, nec-
non omnibus, & singulis illis, quae in eis volumus
non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 7.
die 27. Jan.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 27. Januarii 1662. Pontifica-
tus nostri anno septimo.

CXXII. Deputatio Eminentissimi Cardinalis Chisii
in Protectorem Fratrum Ordinis Minimorum
S. Francisci de Paula.

Edicta A. D.
1662.

ALEXANDER PAPA VII.
Dilecto Filio Nostro Flavio Tisuli S. Mariae de Populo
S. R. E. Cardinali Chisio nuncupato, nostro secundum
carnem, ex Fratre germano Nepoti. Dilecte Fili Salu-
tem, & Apostolicam Benedictionem.

Mariae.

Cum per obitum bonae memoriae Bernardini, dum
vixit, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Spadae
nuncupati, Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci
de Paula apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris,
nuper apud Sedem praefatam defuncti, Ordo praedictus
Protectore destitutus manserit.

§. 1. Nos eidem Ordini de idoneo Protectore pro-
videre volentes, ac de tua Circumspectionis singulari
prudencia, doctrina, & integritate, & Religionis ze-
lo plurimum in Domino confisi, Motu proprio, & ex
certa scientia, ac matura deliberatione nostris: Te, ex
cujus Protectione, ob tuas eximias virtutes Ordinem
praedictum plurimum commodi, & ornamenti suscep-

turum esse confidimus, praedicti Ordinis, illiusque
Fratrum Regularium, & Religiosorum quorumcum-
que apud Nos, & Sedem praefatam Protectorem, cum
omnibus facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, &
oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii ante te dicti
Ordinis Protectores usi sunt, ac uti quomodolibet po-
tuerunt, seu etiam debuerunt, ad tua vitam Apostolica
auctoritate tenore praesentium facimus, & deputamus.

Præfati
provisoria.

§. 2. Volumus autem, ac tibi in virtute sanctae obedien-
tiae mandamus, ut Superiorum dicti Ordinis auctori-
tatem, quantum fieri potest, conservare cures, & propterea
eum ipsi Superiores eorum officii debito satisfecerint, ac
gubernio, & regimini Subditorum sufficienter incubue-
rint, tum in negotiis eorumdem Religiosorum te non
immisceas.

§. 3. Quando autem ab hisdem Superioribus requisitus
fueris, ut in eisdem negotiis auctoritatem tuam interpo-
nas, vel necesse fore cognoveris, ut eandem auctoritatem
tuam in ipsis negotiis exerceas, tum id liberè facere
possis, sed quoad poteris per te ipsum hoc facere cu-
res, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit, in
hisdem negotiis, seu causis, loco Notarii, aliquo ex
Regularibus dicti Ordinis.

§. 4. Mandantes propterea Dilectis filiis Correctori
Generali, ac Visitoribus, & aliis Superioribus, nec-
non Universis Fratribus, & personis quibuscumque di-
cti Ordinis in virtute sanctae obedientiae, ut te in eorum
Protectorem, juxta tenorem praesentium recipientes,
ea, qua debent reverentia prosequantur.

Contraria
derogant.

§. 5. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Cae-
terum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protecto-
ris munus ita optate studeas, ut apud Deum bonorum
operum retributorem, & eternorum praemium, & a No-
bis condignam laudem valeas promereri.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 6. Februarii 1662. Pontificatus
nostri anno septimo.

D. P. An. 7.
die 6. Febr.

Super concessione Ecclesiae, & Conventus S. CXXII
Pancratii extra, & propè muros Urbis, facta
Fratribus Carmelitis Discalceatis Ordinis
S. Virginis Mariae de Monte Carmelo, nec-
non super translatione, sive nova erectione
Seminarii Missionum ejusdem Congrega-
tionis in praefatis Ecclesia, & Conventu.

Vide ad Constit. 10. Decret Romanum, supra,
in qua agitur de dominio, & gubernatione
hujusmodi Seminarii.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta An.
1661.

Inscrutabili divinae providentiae arcano universalis
Ecclesiae regimini praesidentes, ad illa, quae in Fidei
Catholicae, Religionisque propagationem, & incre-
mentum cedere, & cessura esse noscuntur, propensis
studii intendimus, eorumque firmitati, robori, & effi-
caciae libenter consulimus, ac alias sollicitudinis nostrae
Pastoralis partes desuper interponimus, prout omnibus
maturae considerationis trutinam perpensis, ad Omnipotentis
Dei gloriam, animarumque salutem cognoscimus
in Domino salubriter expedire.

Exordium

§. 1. Aliis siquidem Nos certis ex causis tunc ex-
pressis adducti auctoritate Apostolica statuimus, decre-
vimus, & ordinavimus Conventum, seu Seminarium
Sancti Pauli, sive Sanctae Mariae de Victoria nuncupat.
de Urbe Ordinis Fratrum ejusdem Sanctae Mariae de
Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, esse
debere Provinciae Romanae & ejusdem Ordinis Provin-
ciali Romano subiectum in omnibus, & per omnia,
etiam quoad Conventualitatem Fratrum non Semina-
rizarum, ad instar aliorum dictae Provinciae Con-
ventuum, ac Officiales a Capitulo Generali, seu Discretorio

Recessu
nuncupato

rio

rio Generali electos, & ibidem constitutos dimittendos, videlicet Priorem, Subpriorem, seu Vicarium, & ad Capitulum Provinciale ejusdem Provinciae Romanae in futurum spectare electionem Prioris (cum participatione tamen, & approbatione quoad hunc Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandae Fidei Praepositorum) necnon etiam Subprioris, seu Vicarii, aliorumque Officialium Conventus, seu Seminarii hujusmodi ad formam Constitutionum praedictae Religionis, remanentibus tamen ibidem Seminario, & Seminaristis, eorumque controversiarum, & Linguarum Orientalium Lectoribus, & Magistris tunc existentibus, & pro tempore futuris, quorum electio, & amotio cum participatione Praepositi Generalis dicti Ordinis ad Congregationem Cardinalium praedictorum in futurum spectaret, & pertineret. Insuper administrationem omnium, & singulorum bonorum, reddituum, & proventuum, tam à quondam Francisco Cimino Barone de Cacurri, quam ab aliis relictorum, datorum, seu donatorum, & in posterum relinquendorum, dandorum, seu donandorum, videlicet pro Missionibus faciendis, curae, & diligentiae dictae Congregationis Cardinalium, amotis Syndicis, & Procuratoribus quibuscumque praedicti Ordinis, commissimus. Praeterea quamvis Conventus praefatus esset, & esse deberet, ut supra, Provinciae Romanae, volumus nihilominus, ut in illo, ut ante dictum est, Seminaristae, eorumque Lectores, & Magistri una cum Fratribus ejusdem Provinciae liberè cohabitare, & convenire valeant, pro alimentis vero, sustentatione, vestitu, famulatu, aliisque necessariis Seminaristarum, eorumque Lectorum solverentur praedicto Conventui, seu ejus Priori, & Procuratori per Congregationis praedictorum Cardinalium Ministros ex redditibus dicti Seminarii, vel pro Missionibus, ut supra, relictis, seu in posterum relinquendis annua scuta quadraginta pro quolibet Seminarista, vel Lectore pro tempore, & rata temporis, quo quilibet Lector, & Seminarista ibi resideret, ac cohabitaret, & conviveret, remanentibus ad Conventus commodum elemosynis, seu emolumentis pro Missis à praedictis Seminaristis, Lectoribus, & Magistris celebrandis, quomodolibet resultantibus. At si Lector pro studio Linguarum foret saecularis, vel Religiosus alterius Ordinis, competens ei stipendium ex dicti Seminarii redditibus, ejusdem Congregationis Cardinalium arbitrio assignaretur, & alias pro ut in nostris in simili forma Brevis litteris, die 24. Septembris 1655. desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresse, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Dominicus à Sanctissima Trinitate Praepositus Generalis Congregationis Italiae Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, Nobis nuper exponi fecit, dilectus filius noster Franciscus S. Mariae in Porticu Diaconus Cardinalis Mardalchini nuncupatus, qui Monasterium Abbatiam nuncupatum S. Pancratii prope, & extra moenia Urbis olim suppressi Ordinis Fratrum Sanctorum Barnabae, & Ambrosii ad Nemus in commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione Apostolica obtineat, Ecclesiam ejusdem S. Pancratii, ac Fabricas illi adjacentes, & viridarium, necnon terras illi contiguas, ac annexas, & connexas circumcirca Ecclesiam, & Monasterium hujusmodi eidem Dominico Praeposito Generali, ac Congregationi Italiae, ad hoc ut Seminarium praedictum commodius illuc transferri, seu ibidem de novo erigi valeat, reservato tamen nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito, concesserit cum diversis pactis, & conditionibus, & aliis prout latius continetur in publico desuper confecto instrumento tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 3. In Nomine Domini Amen. Praesenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum quod anno ab ejusdem D. N. Jesu-Christi Nativitate 1662. Indictione 15. die vero 7. Januarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Domini

Bullarii Magni Tom. V.

Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno ejus septimo: In mei Antimi Curti Curiae causarum Camerae Apostolicae, ac D. Innocentii Meuli Notariorum publicorum insolidum rogati, Testiumque infra scriptorum ad haec omnia, & singula vocatorum, habitorum, atque rogatorum praesentia praesens, & personaliter constitutus Perill. & Excell. D. Julius Caesar Serronius in Romana Curia Advocatus Nobis, &c. Cognitus Procurator ad infra scripta peragendum specialiter constitutus ab Eminentiss. & Reverendiss. D. Francisco tituli S. Mariae in Porticu Diacono Cardinali Mardalchino nuncupato, ac perpetuo Commendatario Abbate nuncupato Monasterii Abbatia nuncupati S. Pancratii prope, & extra moenia Urbis, olim suppressi Ordinis Sanctorum Barnabae, & Ambrosii ad Nemus, ut de ejus mandato Procure constet in actis mei Curti sub hodierna die ad hoc, cui Eminentiss. D. Cardinali nil magis curae est, ut quantum per vires licet Catholica Religio ubique Terrarum Orbis, senotis haereticorum, & infidelium falsis dogmatibus propagetur, ac in Ecclesiis Monasteriorum ejus regimini, & gubernio ex benignitate Sedis Apostolicae commissis divinus cultus, ac Ministrorum Ecclesiasticorum numerus augeatur, in ibique Divina officia majori qua potest veneratione peragantur, ac exoptatum finem aliqua in parte consequi sperans, si per ipsum Ecclesia praedicta, ac Fabricae illi adjacentes, & viridarium, necnon Terrae illi contiguas, ac annexas, & connexas circumcirca Ecclesiam, ac Monasterium hujusmodi ad hoc, ut commodius Seminarium Missionum sub Titulo Sancti Pauli Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiae, Ordinis B. Mariae Virginis de Monte Carmelo ad praesens existens in Domo Regulari, seu Conventu S. Mariae de Victoria nuncupato de Urbe ejusdem Ordinis, ad praedictum Monasterium S. Pancratii Apostolica auctoritate transferri, seu in eo denuò erigi valeat, quantum in se est, concederentur, & assignarentur.

Quapropter ex causis supra dictis dictus D. Julius Caesar Serronius Procuratorio nomine, ut supra, reservato in primis, & ante omnia beneplacito Apostolico, & non aliis, aliter, nec alio modo, &c. sponte, &c. omni meliori modo, &c. Ecclesiam, ac Fabricas, & Viridarium, necnon Terras praedictas in eodem statu, & esse in quo ad praesens reperiuntur, pro dicto Seminario, ad effectum illius translationis, sive novae erectionis, ut praefertur, absque alio praedictio ipsius Eminentissimi D. Cardinalis, ejusque in dicto Monasterio Successorum, Praepositi, ac Diffinitoribus Generalibus, aliisque Superioribus praesentibus, & pro tempore existentibus dicti Ordinis, ceterisque Religiosis ejusdem Ordinis, licet absentibus, Reverendissimo P. Dominico à Sanctissima Trinitate Praeposito Generali dicti Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, necnon Adm. Rev. P. Philippo à Sanctissima Trinitate, & Rev. P. Balthasare à S. Catharina Senensi Diffinitoribus Generalibus praedicti Ordinis Congregationis Italiae praesentibus, & acceptantibus etiam pro Adm. R.R. PP. Joanne à Sancto Hieronymo, & Paulo à Sanctissimo Sacramento etiam Diffinitoribus Generalibus Ordinis, & Congregationis praedictae absentibus, pro quibus, & quatenus opus sit, de rato in forma promittentibus. Ita quod &c. alias, &c. in perpetuum concessit, & assignavit cum clausula, & effectu constituti in forma nullo jure, &c. nisi infra scriptis legibus, conditionibus, & reservationibus inter ipsum Eminentissimum D. Cardinalem, & praedictos Rev. P. Praepositum Generalem, & Adm. R.R. PP. Diffinitores nomine proprio, ac totius Ordinis hujusmodi, sub eodem beneplacito Apostolico conventis, & statutis, videlicet.

Quod Titulus, & denominatio Abbatiae praedictae, ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, res, bona, dona, proprietates, praedia, jurisdictiones, actiones, annexa, & connexa, pertinentia, dependentia, adjacentia, praeter praemissa, Censur, Canones, responsiones, & alia quaecumque in quibusvis rebus consistentia bona, ad Monasterium praedictum quomodolibet, & quocumque titulo spectantia, & pertinentia, ad praedictum

dictum D. Cardinalem, & ejus in dicto Monasterio successores liberè, ac pleno jure, perinde ac si concessio prædicta facta non fuisset, perpetuò reservata existant; ita ut eadem concessio semper intelligatur facta, & esse debeat de solis, & nudis muris ipsius Ecclesie, illiusque domorum, ac de Viridario, & Terris prædictis, ac omnia, & singula alia superius expressa præter hæc præmissa à prædictis Ecclesia, & Monasterio, etiam perpetuò, penitus, & omninò sejuncta, disjuncta, divisa, separata, & segregata esse debeant, & intelligantur. Ita ut Præpositus Generalis, & alii Superiores, ac Fratres Seminarii, & Ordinis hujusmodi, ad quorum favorem hæc Concessio fit, nil aliud unquam perpetuis futuris temporibus quovis prætextu, etiam inopinatò, & ex quavis causa, etiam ratione onerum prædictæ Ecclesie incumbentium, & illorum adimplementi, etiam si aliquid ex præmissis pro adimplemento onerum specialiter donatum, seu relicum fuisset, habere, & prætere non possint, præterquam nudam Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, & Terras prædictas, necnon etiam eidem Eminentissimo D. Cardinali, ac ejus in prædicto Monasterio Successoribus tres stantiae in dicto Monasterio propè Portariam ad eorum dumtaxat usum, & habitationem pro illorum personis tantum reserventur, & reservatæ existant, & intelligantur, & prædicti Præpositus, & Definitorum Generales, & pro tempore existentes Superiores, & alii Religiosi dicti Ordinis teneantur, & obligati existant, prout supradicti Reverendissimi P. Præpositus, & PP. Philippus, & Balthasar Diffinitores, & pro aliis Diffinitoribus, ut supra obligarunt & promiserunt quandiu Seminarium prædictum in Aedibus prædictæ Ecclesie permanerit proprii Seminarii, seu Congregationis, aut Ordinis hujusmodi sumptibus, & abique eo quod à prædicto Eminentissimo D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus aliquid unquam pro tempore consequi, seu prætere valeant in prædicto Monasterio Sacerdotes habere, & tenere, qui Missas in prædicta Ecclesia celebrent, & Divina Officia peragant, ac omnia, & singula onera, dictæque Ecclesie quomodolibet incumbentia, tam ea quæ ad præsens in lucem prodierunt, quam alia quæcumque, quæ forsitan tractu temporis degerentur, ad amissum, & unquam adimpleant, confecto per eos libro, in quo onera prædicta, quorum notitia ad præsens habetur, adnotentur, & etiam simili modo alia quæ forsitan in futurum apparere contingat, quem librum tertio quoque anno ad dictum Eminentissimum D. Cardinalem, & Commendatarium pro tempore existentem teneantur deferre, ut videre possit, an onera sint adimpleta, necnon omnes reparaciones necessarias, tam in dicta Ecclesia, quam Aedibus prædicti Monasterii propriis sumptibus facere. Ita ut prædictus Eminentissimus D. Cardinalis, & ejus in dicto Monasterio Successores aliquid occasione reparacionum prædictarum contribuere minimè teneantur, nisi casu, quo tractu temporis Ecclesia, seu Monasterium hujusmodi in totum, vel in notabili parte rueret, tunc enim Ecclesie, seu Monasterii hujusmodi resectio ad prædictum Eminentissimum D. Cardinalem, & ejus in dicto Monasterio successores spectet, & pertineat, neque liceat Præposito Generali, aliisque Superioribus, & Religiosis dicti Ordinis perpetuis futuris temporibus Ecclesiam, seu Fabricas, Viridarium, & Terras prædictas cuicumque alii Religioni, seu personæ cuicumque gradus, status, & conditionis, etiam speciali nota dignæ, quocumque titulo, prætextu, causa, & occasione, neque in toto, neque in parte etiam minima concedere, neque ad effectum concessionis hujusmodi licentiam, & facultatem à Sede Apostolica petere, & obtinere: liceat tamen quascumque commoditates eidem PP. Præpositis, & Beneficis in Ecclesia, & Monasterio prædictis pro eorum arbitrio peragere, debeantque Religiosi dicti Ordinis, qui in dicto Monasterio permanerint, ornamenta Altarium, & paramenta Ecclesiastica, ac suppellectiles Sacras in meliorem statum reducere, & ut bona mobilia, & suppellectilia Ecclesie, & Monasterii hujusmodi majori, quæ potest cura conserventur, & manuteneantur, debeant

etiam conficere Inventarium, in quo mobilia, & suppellectilia prædicta cum eorum qualitatibus, & statu, in quò ad præsens reperiuntur, adnotentur, & de illis teneantur Religiosi prædicti, prout dicti Patres Diffinitores præsentis, nominibus quibus supra promiserunt, & se obligarunt, bonum, & fidele computum reddere prædicto Eminentissimo D. Cardinali, & ejus in dicto Monasterio Successoribus: ac si tractu temporis Seminarium prædictum à prædicto Monasterio amoveatur, seu amplius non subsistat, ac Religiosi dicti Ordinis dictum locum relinquunt, tunc, & eo casu etiam teneantur, & obligati existant Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, & Terras prædictas, cum omnibus, & singulis reparacionibus, melioramentis, commoditatibus, & ornamentis per Religiosos dicti Ordinis in eisdem Ecclesia, Fabricis, Viridario, & Terris quomodolibet factis prædicto Eminentissimo D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus liberè restituere absque eo quod aliquid propterea à prædicto Eminentissimo D. Cardinali, sive ejus in dicto Monasterio Successoribus habere, seu quocumque titulo prætere possint, & valeant. Ita ut prædictus Eminentissimus D. Cardinalis, sive ejus in dicto Monasterio successores, præmissorum omnium, & singulorum possessionem propria auctoritate, & de facto absque Judicis sententia, sive ministerio, apprehendere, & retinere possint, & valeant, expresso ad id Præpositi Generalis, & Definitorum prædictorum proprio, & totius Ordinis hujusmodi nomine accedente consensu.

Declarantes, & constituentes se precario nomine Commendatarii pro tempore existentis prædicti Monasterii Ecclesiam, Fabricas, Viridarium, ac Terras prædictas possidere, quam clausulam, ut vocant Constituti, volunt, & intendunt, ut nunquam tractu temporis expiaret, sed semper, & perpetuò duret: liceat tamen eo casu Religiosis prædictis bona mobilia, & suppellectilia, cuicumque generis sint, vel speciei, ad usum Ecclesie, sive ejus Sacristie, aut Monasterii hujusmodi quomodolibet spectantia, & pertinentia, quæ Religiosi prædicti de eorum proprio comparaverint, seu quomodolibet eis donata, elargita, aut concessa fuerint, nullo dicti Eminentissimi D. Cardinalis, ejusque in dicto Monasterio Successorum ad hoc requisito consensu, levare, & secum asportare, relicis tamen mobilibus, & suppellectilibus Ecclesie, & Monasterii hujusmodi in eisdem statu, & terminis, in quibus ad præsens reperiuntur. Ita ut si usu consumpta fuerint, alia in eorum loco submittere, & subrogare teneantur, & obligati existant, teneanturque denique Religiosi prædicti, prout dicti Diffinitores promiserunt, intuitu concessionis hujusmodi tradere, & consignare dicto Domino Cardinali, statim obtento beneplacito Apostolico super approbatione, & confirmatione præmissorum, & infrascriptorum, Tabulam depictam cum effigie S. Pancratii, ut vulgò dicitur unquadro di San Pancratio, & deinde futuris perpetuis temporibus in die Festo ejusdem S. Pancratii eidem Eminentissimo D. Cardinali, ejusque in dicto Monasterio Successoribus, tradere unam intorticiam Cere albæ librarum trium: ac etiam Præpositus, & Diffinitores Generales prædicti, eorum propriis, & totius Ordinis, & Seminarii hujusmodi nomine concessionem, & assignationem prædictam modo, & forma præmissis factas, reservato, ut præfertur, dicto Beneplacito Apostolico, & non aliàs acceptarunt, & emologarunt, non solum præmissis, sed & omni meliori modo.

Quæ omnia, & singula supradicta supradicti Præpositus, & Diffinitores propriis, & quibus supra nominibus, & dictus D. Julius Cæsar Procuratorio nomine dicti D. Cardinalis promiserunt habere rata, grata, valida, & firma, & contra non facere sub quovis prætextu, &c. aliis, &c. de quibus, &c. quod juramentum, &c. pro quibus dicti Patres Præpositus, & Diffinitores propriis, & quibus supra nominibus, sub eadem beneplaciti reservatione bona dicti eorum Monasterii, & Ordinis, seu Congregationis, Religiosos, & successores quoscumque in eis, & dictus D. Julius Cæsar Procuratorio nomine, quo supra dictura Eminentissimum

Dominum

Dominum Cardinalem Bonae, &c. in forma Camerae Apostolicae cum solis chasulis, &c. citra, &c. obligaverunt, &c. renunciarunt, &c. consenserunt, &c. unica, &c. & talis posterioribus more, &c. & scripturis respective jurarunt, &c. super quibus omnibus, & singulis praemissis potius fuit à me Curiae causarum Camerae Apostolicae Notario publico infrascripto, ut unum, vel plura, publicum, seu publica conficerem, atque traderem Instrumentum, & Instrumenta, prout opus fuerit, & requisitus ero. Actum Romae in Palatio solitae habitationis Illustriss. & Reverendiss. D. Fagnani in Monte Piceno, praesentibus ibidem, audientibus & intelligentibus Reverendiss. D. Hieronymo filio quondam Joan. Dominici Erminei Urbevetano, & D. Joanne Carolo Pasqueto quondam Archangeli de Pedelucio Interamnenis. Diocesis, Testibus ad praedicta omnia, & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis. Ego Antimus Curtus Curiae causarum Camerae Apostolicae Notarius, de praemissis rogatus praefens Instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus.

Confirmat
in
fajam.

§. 4. Nobis propterea praedictus Dominicus Praepositus Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Dominicum Praepositum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lapsis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; ac quarumvis litterarum Apostolicarum, praesertim fel. recor. Pauli V. ac Urbani VIII. & Innocentii X. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, etiam in simili forma Brevis super institutione dicti Seminarii, ac ordinationibus illud quovis modo concernentibus respectivè emanatarum, necnon Decretorum praefatae Congregationis Cardinalium negotio propagandae Fidei praepositorum, ac Capituli Generalis Ordinis, seu Congregationis Italiae hujusmodi concordiarum, testamentorum, codicillorum, legatorum, & aliarum dispositionum quarumcunque tenores, & datas, etiam veteriores, ac alia etiam speciali, & individua mentione, & expressione digna praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem dictae Ecclesiae Sancti Pancratii, & Fabricarum illi adjacentium, & Viridarii, necnon Terrarum illi vicinarum, ac annexarum, & connexarum circumcirca Ecclesiam, & Monasterium hujusmodi praedictis Dominico Praeposito Generali, & Congregationi Italiae Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo à praedicto Francisco Cardinale, sicut praemittitur, factam, ac confectum desuper instrumentum praesentium cum omnibus, & singulis in eo quomodolibet contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuè confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, & perpetuae firmitatis Apostolicae robor, & efficaciam adjungimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum quarumcunque in similibus etiam de necessitate observandarum, & alios quoslibet etiam substantiales, & formales defectus, si qui in praemissis, vel eorum aliquo quovis modo intervenerint, aut intervenisse dici, censi, pretendi, vel intelligi unquam possent, supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò tollimus, & abolemus. Praeterea in praedictis Fabricis ad usum Monasterii factis, & quae ad eum effectum ante suppressionem praedicti Ordinis SS. Barnabae, & Ambrosii ad Nemus serviebant, novum Conventum Fratrum Discalceatorum nuncupatorum dictae Congregationis Italiae Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, sub titulo, seu invocatione S. Pancratii, cum Ecclesia ejusdem S. Pancratii, ac Viridario, & Terris supra dictis itidem perpetuè erigimus, & instituimus. Ac praedictum Seminarium S. Pauli

in supra dicto Conventu S. Mariae de Victoria alias Apostolica auctoritate erectum, & institutum, à Conventu hujusmodi in Conventum S. Pancratii sic noviter erectum pariter perpetuè transferimus; & transportamus, seu ipsum Seminarium sub denominatione, seu invocatione ejusdem S. Pauli in dicto novo Conventu S. Pancratii, ita ut idem Seminarium regimini, & gubernio memorati Dominici moderni, & pro tempore existentis Praepositi, ac Definitorii Generalis memoratae Congregationis Italiae Fratrum Discalceatorum in omnibus, & per omnia immediatè subfit, & in illo assidue commorari debeant duodecim saltem Seminaristae in Sacro Presbyteratus ordine constituti, ac Regulares dictae Congregationis ex illius Provinciae assumendi, qui bonis moribus, pietate, zelo, prudentia, doctrina, aliisque virtutibus, necnon corporis sanitate praediti sint, & Studium Sacrae Theologiae compleverint, ac intra octiduum à die ingressus cuilibet eorum in dictum Seminarium votum, seu juramentum eundi ad Missiones sibi injungendas in manibus dicti Praepositi Generalis, seu Superioris novi Conventus hujusmodi pro tempore existentis emittere debeant sub hac forma, videlicet: Ego N. promitto me ad quamlibet Missionem pro conversione Infidelium, seu haereticorum iturum cum obedientia id mihi injunxerit: nec ab hoc voto, seu juramento absolvi unquam possint, auctoritate, & tenore praefatis itidem perpetuè de novo erigimus pariter, & instituimus. Volentes, & decernentes, quod praefatus modernus, & pro tempore existens Praepositus Generalis antedictae Congregationis Italiae semper teneatur eosdem Seminaristas ad eas Missiones destinare, seu amandare, quae ei à praefata Cardinalium Congregatione negotio propagandae Fidei praeposita ordinatae fuerint, juxta modum, seu capacitatem reddituum Seminarii hujusmodi ad rationem annuorum quinquaginta scutorum pro quolibet Missionario.

§. 5. Quod si dictus Praepositus Generalis in aliquo casu particulari existimaverit non expedire mitti aliquem ex dictis Seminaristis, eo casu obligatus sit alium ab eadem Cardinalium Congregatione approbandum mittere. Postquam verò quilibet Seminarista ad Seminarium hujusmodi advenerit, debeat Superior ipsius Seminarii pro tempore existens, eum ad dilectum filium Secretarium praedictae Congregationis Cardinalium ducere, ac in illius manibus notam diei adventus ipsius Seminaristae, necnon juramenti, seu voti praedicti per eum praestiti exhibere, ac insuper quotannis ineunte mense Novembri notam omnium Seminaristarum tunc viventium, tam in Seminario tunc actu existentium, quam eorum qui in Missionibus fuerint, ac denique eorum, qui juramentum, seu votum hujusmodi praestiterint, & tunc temporis nec in Seminario, nec in Missionibus fuerint, memorato Secretario tradere cum expressione aetatis uniuscujusque illorum, necnon temporis quo juramentum, seu votum praedictum emiserint, & quoad Missionarios à quo tempore reperiantur in Missionibus, à quibus nemo possit amoveri, aut revocari absque participatione praefatae Congregationis Cardinalium. Praeterea statuimus, & ordinamus, ut novus Conventus, & Seminarium hujusmodi subiaceant curae unius Rectoris, & unius Vicerectoris Fratrum Discalceatorum dictae Congregationis Italiae ponendorum, & amovendorum ad nutum Praepositi Generalis, & Definitorii praefatorum, cum participatione tamen, & approbatione, quantum quidem ad Rectorem attinet, dictae Congregationis Cardinalium in scriptis faciendae; ipse verò novus Conventus ita servare debeat usum Seminarii supra dicti, ut in eo nemo commorari possit, praeter Seminaristas, eorumque Magistros, & Lectores controversiarum, ac Linguarum Orientalium, aliosque Religiosos Ministerio Ecclesiae, & servitio domestico ipsius Seminarii necessarios, quorum electio, & amotio in futurum spectet ad memoratum Praepositum Generalem, cum participatione tamen praefatae Congregationis Cardinalium, quantum ad Seminaristas,

eorumque Lectores attinet. Ad hæc administrationem omnium, & singulorum bonorum, reddituum, & proventuum supradicto Seminario, ejusque Missionibus hæcenus, tam à prefato Francisco Cimino Barone, quam ab aliis quibuslibet relictorum, datorum, seu donatorum, & in posterum quovis modo dandum, relinquendum, & donandum curæ, & diligentie Præpositi Generalis, & Definitorii prefatorum ad quinquennium committimus, & supponimus, quæ administratio finito quinquennio hujusmodi eis prorogari, seu renovari possit, si prefata Cardinalium Congregationi ita videbitur, ea lege ut idem Præpositus Generalis, & Definitorii constituent Syndicum ad exigendos expendendosque redditus prefatos: qui Syndicus semel, vel bis annis singulis fidelem eorumdem reddituum rationem, tam prefato Definitorio Generali, quam memoratæ Cardinalium Congregationi reddere, ac pro alimentis, & sustentatione, vestitu, famularu, aliisque rebus necessariis dictorum Seminaristarum, eorumque Lectorum, memorato novo Conventui, ejusque Superiori ex redditibus ipsi Seminario tam hæcenus relictis, quam in posterum relinquendis scuta quinquaginta monetæ annuatim pro quolibet Seminarista, & Lectore, ac ad rationem annuorum quinquaginta scutorum monetæ hujusmodi pro rata temporis quo quilibet Seminarista, seu Lector in eodem Seminario residerit, ibique aliis cohabitaverit, & convixerit, respectivè solvere teneatur.

§. 6. Quod si Lector pro Studio Linguarum fuerit Sæcularis, vel Religiosus alterius Ordinis, competens ei salarium, seu stipendium ex redditibus dicti Seminarium memoratæ Congregationis Cardinalium arbitrio assignetur. Demum eidem Seminario sic à Nobis translato, seu de novo erecto, omnia, & singula bona, redditus, proventus, jura, actiones, & alia quæcumque, cujusvis generis, speciei, & qualitatis sint, ac ubicumque locorum consistant, tam illa quæ à prefato Francisco Cimino, aliisque personis quibuslibet Seminario antedicto, ejusque Missionibus quovis modo hæcenus relictis, donata, data, & elargita fuerunt, quam in posterum quæcumque, & quomodocumque relinquenda, donanda, danda, & elargienda, ita ut liceat prefatis Præposito Generali, & Definitorio ejusdem Seminarium noque illorum omnium, & singulorum veram, realem, & corporalem possessionem, seu quasi apprehendere, & adipisci, ac apprehensam, & adeptam retinere, auctoritate, & tenore prefatis itidem perpetuò applicamus, & assignamus, & appropriamus. Ac eisdem novo Conventui, & Seminario, necnon Seminaristis, & Fratribus dictæ Congregationis Italie in illis pro tempore commorantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, prærogativis, gratiis, indultis, antelationibus, præeminentiis, facultatibus, & favoribus, quibus alii Conventus Congregationis, & Ordinis prefatorum, ac persone in eis degentes de jure, usu, consuetudine, & aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pacifice, & absque ulla procul differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus.

§. 7. Decernentes easdem presentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis, aut aliis speciali, & individua mentione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ propter quas presentis emanarunt, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, vel et alia quæcumque, quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causis, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus, aliòve quolibet, quantumvis magno, ac

formali, & substantiali, necessariumque expressum requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad termines juris reduci, seu adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam Motu proprio, ac de Apostolice potestatis plenitudine concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas presentes litteras sub quibusvis similibus, vel dissimilibus confirmationum, erectionum, translationum, applicationum, assignationum, appropriationum, concessionum, indultorum, & gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per nos, & Romanos Pontifices Successores nostros, Sedemque Apostolicam, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet clausulis, & decretis quodcumque faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per prefatos Præpositum Generalem, & Definitorium, ac Superiorem, Seminaristas, & Fratres novi Conventus, & Seminarium hujusmodi pro tempore existentes eligenda concessas intelligi, semperque firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censi, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolice Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, necnon præfatis nostris, ac memoratorum Pauli, Urbani, & Innocentii Prædecessorum, etiam in simili forma Brevis litteris, & concordis, legatis, testamentis, collationibus, & dispositionibus ex quacumque causa, occasione, & tempore hæcenus factis, conditis, emanatis, publicatis, executis, & observatis respectivè, & aliis etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, & expressè commutamus, ac nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, & quatenus opus sit, illa de unionibus, & applicationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in illis vero valore, ac Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, necnon rec. memor. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac prefatorum Monasterii, & Ecclesiæ Sancti Pancratii, Conventus Sanctæ Mariæ de Victoria, & Seminarium, necnon Provinciæ Romanæ, Congregationis Italie, & Ordinum hujusmodi, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogationibus, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, & approbatis, & innovatis, aliisque omnibus, & singulis, quæ in supradictis litteris nostris volumus non obsistere. Quibus omnibus, &

Derectione
invenit.

& singulis, etiam pro illius sufficienti derogatione de illis, ac de illis tunc etiam specialis, specificæ, expressæ, et individualis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas, formas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis, expressis, & servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 7. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Martii 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

CXXIV. Super unione Congregationum Monachorum Vallis Umbrosæ, & Silvestrinorum nuncupatorum, sub Regula S. Benedicti militantium, in unam Congregationem, quæ Vallis Umbrosæ, & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupabitur.

Monachorum Silvestrinorum Congregationem fundavit S. Silvester Gualbertus Abbas Anximanus. Paul. V. Const. 106. Monachorum Vallisumbrosæ Institutor fuit S. Joannes Gualbertus. Celest. III. Const. 2.

A. D. 1661. ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Omnipotentis Dei, cujus ineffabili bonitate, & providentia stant, & reguntur universa, vices (licet immeriti) gerentes in terris, ad ea peculiare vigilantie nostræ curas propensissima charitate convertimus, quæ felici, prosperoque statui, & regimini Congregationum Virorum sub suavi Christi jugo laudabilibus vitæ Monasticæ institutis incumbendum, uberesque bonorum operum fructus, aspirante Divina gratia, proferre jugiter satagentium conducibilia fore, prudenti deliberatione prævia arbitramur.

§. 1. Cùm itaque Congregationes Monachorum Vallisumbrosæ, & Silvestrinorum nuncupatorum sub eadem, nempe S. Benedicti regula militent, si verò illæ sub unius Superioris Generalis gubernio unirentur, & in unum corpus conjungerentur, inde non modicum divini servitii, utilitatique utriusque Congregationis hujusmodi proveniret incrementum, & inter ipsarum Congregationum professores charitatis, aliarumque religiosarum virtutum studia magis magisque in dies floerent, & vigerent: Hinc est, quod Nos ex Pastoralis officii nostri debito earundem Congregationum felici statui, & commodis salubriter, quantum Nobis ex alto conceditur, providere cupientes.

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem Congregationes Monachorum Vallisumbrosæ, & Silvestrinorum nuncupatorum, ac omnia, & singula utriusque illarum Monasteria, Grangias, Conventus, membra, & alia loca regularia quæcumque ad illas quovis modo spectantia, & ab ipsis Congregationibus, earumque Monasteriis, & locis Regularibus quomodocumque, & qualitercumque dependentia in unam Congregationem, quæ Congregatio Vallisumbrosæ, & Silvestrina Ordinis S. Benedicti nuncupari, & conjunctis ambarum Congregationum prædictarum insignibus uti debeat, tenore præsentium perpetuò conjungimus, & unimus: Volentes ut universa Congregatio sic ex duabus in unam coalescens, in tres Professiones in omnibus inter se, ac penitus, & omninò coequantur, quarum una S. Benedicti, & altera S. Joannis Gualberti, ac tertia S. Sil-

Dei ambas diligamus.

vestri respectivè vocentur, divisa sit Electio autem Abbatis Generalis alternatim, & viciniorum inter easdem Professiones fiat, & Abbas Generalis pro tempore electus universæ Congregationis hujusmodi caput existat.

§. 3. Quandocumque verò Abbas Generalis ex una professione fuerit, Visitatores ex aliis duabus professionibus assumantur. Porro electio Abbatis Generalis post Modernum ex toto gremio Capituli Generalis de persona habili fiat, nullo habito ad ullam professionem respectu, & finito Generalatu electi eadem forma eligatur ad subsecuturum quadriennium unius ex Professione S. Silvestri, nisi tamen ex illa assumptus fuerit Abbas Generalis pro quadriennio antecedenti, ita ut à primo electo turinus, seu alternativa incipiat.

§. 4. Statuentes, ut quando Abbas Generalis fuerit ex aliqua dictarum professionum S. Benedicti, & S. Joannis Gualberti, Vicarius Generalis Congregationis hujusmodi semper sit ex professione S. Silvestri: & vice versa, si ex Professione S. Silvestri fuerit Abbas Generalis, ex aliqua prædictarum S. Benedicti, & S. Joannis Gualberti Professionum assumatur Vicarius Generalis. Quod si primus electus in Abbatem Generalem sit ex Professione S. Silvestri, post hunc eligatur in Abbatem Generalem unus ex illa aliarum duarum Professionum, quæ Abbatem Generalem prius immediatè non habuerit: Vicarius autem Generalis secundum in universa Congregatione hujusmodi locum habeat, omnique facultate, quæ Vicario Generali competere solet (præterquam eligendi, vel removendi Superiores, & Officiales, ac mutandi, seu transferendi Monachos ab uno loco in alium, absque occasione gravis scandali, & casus urgentis) potiatur, & in casu vacationis Generalatus succedat Vicarius Generalis in omnibus, & per omnia cum auctoritate Abbatis Generalis usque ad novam electionem, quæ tertia Dominica post Pascha Resurrectionis Dominicæ vacationem immediatè subsequente fieri debeat.

§. 5. Præterea statuimus, ut universæ Congregationis prædictæ in Romana Curia Procurator Generalis pariformiter, sicut Abbas Generalis, alternatim eligatur, cum restrictivis, & clausulis supra expressis quoad electionem Abbatis Generalis; ita tamen, ut si prima vice Abbas Generalis ex Professione S. Silvestri non eligatur, debeat ex illa eligi Procurator Generalis.

§. 6. In quolibet autem Capitulo Generali eligantur novem Definidores, tres videlicet ex singulis illis professionibus, ex quibus Abbas Generalis non fuerit assumptus, duo verò ex illa, quæ ea vice habuerit Abbatem Generalem, qui semper sit, & intelligatur esse caput Definitorii, & novennarium Definitorum numerum compleat. Porro extra Capitulum in causa vacationum electio novorum Abbatum Vocalium, & Officialium fiat ab Abbate Generali, & duobus Visitatoribus; prius tamen Definidores illius professionis, in qua vacatio contigerit, tres Monachos habiles per vota Secreta eligant proponendos Abbati Generali, & Visitatoribus, qui aliquem ex tribus nominatis in Abbatem Vocalem, & Officialem eligere teneantur. Eveniente verò legitima vacatione unius, vel plurium ex prædictis tribus Definitoribus, unus vel plures Abbates ejusdem Professionis illi ex dictis tribus Definitoribus, qui professione antiquior fuerit, viciniore advocentur. Et hic idem stylus etiam servetur in casu vacationis Visitatorum extra Capitulum.

§. 7. Quælibet autem electio, tam in Capitulo, quam extra Capitulum celebranda, per duas ex tribus partibus suffragiorum fiat, alioquin sit nulla. Ad hæc volumus, ut quicumque Monachi trium Professionum antedictarum, qui sunt, & usque ad publicationem novarum Constitutionum erunt capaces cujusvis gradus, in sua habilitate remaneant.

§. 8. Constitutiones verò ambarum Congregationum per præsentem in unam conjunctarum, à tribus ex Vallisumbrosæ, qui sint Abbas Generalis, & duo Visitatores, necnon ab aliis tribus Monachis ex Sylvestrinorum

strinorum Congregationibus hujusmodi, qui sint Vicarius Generalis, ac Procurator Generalis, & primus Visitator, revidentur, & ad congruentem tertiam formam reducuntur. Ipsarum Constitutiones sic revise, & reduce; à Capitulo Generali approbentur: & Nobis subinde confirmantur Apostolicè desuper obtinenda gratià presententur.

§. 9. Debita autem huc usque contracta à predictis duabus Congregationibus solvantur distinctè, sicut modò sit, nec sint communia, ad debita verò contrahenda, & expensas faciendas post presentem unionem, que concernent corpus Religionis, concurrant omnes Professiones pro rata.

§. 10. Præterea volumus pariter, & ordinavimus, ut dilectus filius modernus Abbas Generalis Congregationis Vallisumbrosæ Generalatum universæ Congregationis Vallisumbrosæ, & Sylvestrinæ hujusmodi gerat, dilectus verò pariter filius modernus Abbas Generalis Congregationis Sylvestrinorum remaneat Vicarius Generalis Congregationum Vallisumbrosæ, & Sylvestrinæ, ut præfertur, conjunctarum, & in sua Professione Sancti Sylvestri eandem auctoritatem, eandemque denominationem, quam nunc habet, retineat usque ad Capitulum Generale, & casu quo deficiat Abbas Generalis, Generalatum totius Congregationis suscipiat gerendum usque ad novam electionem, ut supra faciendam.

§. 11. Dilecti quoque filii moderni Procuratores Generales, tam Vallisumbrosæ, quam Sylvestrinæ Congregationis supradictarum remaneant Procuratores respectivè suarum Professionum eò modo, quo nunc sunt usque ad Capitulum Generale: quod si interea aliquis eorum cessaverit ab officio, alter remaneat Procurator Generalis ambarum Congregationum insimul unitarum: pari modo dilecti filii moderni Visitatores Sylvestrini in suis muneribus remaneant usque ad finem eorum triennii, quo tempore durante tantum Abbas Generalis unà cum illis professionem S. Sylvestri visitare possit: Finito verò triennio hujusmodi, eo anno qui superest usque ad Capitulum Generale, tam Visitatores Sylvestrini, quam duo Vallisumbrosæ unà cum Abbate Generali universam Religionem visitent, idque intelligatur pro dicto anno; postmodum verò observetur in novo Capitulo Generali illud quod supra decretum est circa Visitatores. Quod si durante dicto triennio alicujus ex Monasteriis professionis S. Sylvestri vacatio occurrat, possit illius Vicarius Generalis nominare Monachum habilem Abbati Generali, à quo nominatus instituitur: & hæc forma observetur usque ad Capitulum Generale. Præfatæ autem electiones, & electi, necnon omnes moderni Superiores Sylvestrini in suis Superioritatis Officiis durent usque ad dictum Capitulum Generale, in quo pro novis electionibus faciendis ad probitatem, ac virtutes, & merita promovendorum attendatur.

§. 12. Postremo eidem Congregationi per presentem unionem ex duabus in unam coalescenti, ejusque Monasteriis, & aliis locis Regularibus, ac Superioribus, Monachis, & personis quibuscumque, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, honoribus, & favoribus, tam à Nobis, quam à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Sede Apostolica cuilibet ex memoratis duabus Congregationibus quovis modo, & qualitercumque concessis uti, frui, potiri, & gaudere licite possint, & valeant, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus concedimus, & indulgemus.

§. 13. Decernentes easdem presentes litteras, & in eis contentas quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quovis modo prætendentes, quovis status, gradus, præeminentiæ, superioritatis, ordinis, conditionis, & dignitatis existant, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana dignitate præditi, seu aliis speciali, & individua mem-

tiona, & expressione dignis, illis non confutantes, que ad ea vocati, citati, & auditi, sed easse præter quæ presentis emanarunt, adductæ, ventilatæ, & sufficienter, aut nullo modo justificari fuerint, vel ex alia quacumque, quovis iure, iuridica, pæ, & privilegiata causa, occasione, colore, ingratia, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, seu jus, vel interesse habentium, seu habere prætendentium consensus, aliòve quovis, quantumlibet magno, formali, substantiali, ac incognito, & inexcogitabili, necessarioque, & specificam expressiorem requirente defectu notari, infringi, impugnari, retractari, limitari, modificari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas, & illa aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque ipsas presentes litteras sub quibusvis similibus, vel dissimilibus unionum, conjunctionum, statutorum, ordinationum, concessionum, & indultorum revocationibus, restrictionibus, limitationibus, derogationibus, aliisve contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & quoscumque Romanos Pontifices successores nostros, Sedemque prædictam, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, & alicui quomodocumque, & quodcumque faciendis unquam comprehendi, & comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo sub quacumque posteriore data per eos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quodcumque eligenda concessas intelligi, semperque, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter, & inconculsè observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliòve quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Officis, & Portuensi Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curie Camere Apostolicæ Generali Auditori per easdem presentes motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ipsas presentes litteras, & in eis contentas quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu illorum, quos presentes litteræ concernunt, aut alicujus eorum fuerint requisiti, sollemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos ipsarum presentium litterarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos deluper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, inquietari, vel quovis modo impediri, præmissaque omnia, & singula curent, & faciant ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, realiter, & cum effectu, ac exactè, & inviolabiliter observari: Contradictores quoslibet, & rebelles per

Encomium
deponat.

per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita competendo, legitimisque super his habendis servatis processibus sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, interdictionem Ecclesiasticam apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis
in gen.

§. 15. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, de iure quæsito non tollendo, deque unionibus perpetuis committendis ad partes, vocatis quorum interest, & de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon Lateranensis Concilii uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permissis fieri prohibentis, ac sel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in univèrsalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac prædictarum Congregationum Vallisumbrosæ, & Sylvestrinorum, illarumque Monasteriorum, & locorum Regularium quorumvis, & aliis quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, statuta, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Congregationibus, seu earum alteri, illarumque, seu alterius earum Superioribus, Monachis, personis, Monasteriis, & locis Regularibus quibuslibet, sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis, expressis, servatis, & specificatis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Transumpto
in fides.

§. 16. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 7.
die 19. Mar.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Martii 1661. Pontificatus nostri anno septimo.

CXXV.

Impositio subsidii scutorum tercentum millium mœhetæ super bonis undecim Congregationum Regularium, pro Sanctæ Sedis Apostolicæ necessitatibus.

Acta An. D.
1661.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Unius huius
in Consil.

Cum inter ceteras Summorum Pontificum curas, quæ antiquam intime argunt, quietis Subditorum securitas sit, ex quo Nos ad hanc S. Sedem supremo Dei beneficio ascendimus, præceptum Nobis studium fuit, ut qui in fidei sunt actione, immunes à quolibet estu timoris ea tranquillitate fruerentur, quæ merito nullo satis compensatur: satis insuper arbitramur in Nos effundere gravissimas sollicitudines, ut leviori pondere

eadem premerentur. Verum cum perturbacionum vapores assurgere conspiciantur, ex quibus Consilium serenitas feliciter quidem, sed maximis impensis hucusque servata posset obnubilari: idcirco Nobis, qui vigilandum, ne in nubem densati difficillimè dissolvantur, cum adhuc dispersi non arduè possent dissipari: ea tantum est rerum humanarum conditio, ut ingenti nonnulli pecuniarum subsidio tranquillitas ematur: propterea pervium iter, & emergentibus periculis familiare Nobis est incundum, & dum vigiles elaboramus pro Subditorum securitate, ipsi quoque curas nostras urgentes minuire pecuniis largitis minime graventur. Quod ut adhuc promptius, & illo, quo potest minori incommodo, præstare valeant, remedia desuper adhibemus opportuna.

Indicit subsidium Tercentorum millium scutorum.

§. 1. Motu igitur nostro proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex scientia, meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine indicimus, atque imponimus hac una sola vice dumtaxat subsidium tercentorum millium scutorum monete Romanæ super omnibus bonis, proprietatibus, fructibus, redditibus, decimis, censibus, & aliis iuribus Congregationum Cassinensis, aliàs Sanctæ Justine de Padua, Lateranensis, Montis Oliveti, Camaldulensis etiam quoad Eremitas Camaldulenses, & Montis Coronæ, Carthusiensis, Sancti Salvatoris, Vallis Umbrosæ, Sylvestrinæ, Sancti Georgii in Alga, Coelestinorum, Cisterciensis Lombardiæ, ac Tusciæ, & Sancti Hieronymi, earumque Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Beneficiorum, & Officiorum cum cura, & sine cura, necnon Mensarum, Membrorum, Grangiarum, & Locorum omnium illis annexorum ubicunque existentium, per ipsarum Congregationum Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conventus, Capitula, & personas, juxta solitam taxam inter ipsos faciendam Thesaurario nostro Generali Romæ illorum periculis, & impensis, & aliàs quemadmodum inter dilectum filium nostrum Flavium tituli Sanctæ Mariæ de Populo nuncupat. Presbyterum Cardinalem Chisum nuncupatum, Procamerarium nostrum, quem ad hoc Commisarium, & Procuratorem nostrum cum omnibus, & quibuscunque privilegiis, jurisdictionibus, & iuribus, quæ omnes alii antehac Commisarii, & Procuratores hujusmodi habuerunt, quibusque uti, & gaudere potuerunt, constituimus, & illos, sive illorum Procuratores convenietur, integrè persolvendum. Decernentes eos omnes ad præstationem, & solutionem subsidii prædicti secundam taxam hujusmodi faciendas esse efficaciter obligatos, etiam si bona, proprietates, fructus, & omnia alia supradicta, quarta, decimis, subsidiis, & aliis multis, maximisque oneribus sint gravata.

§. 2. Et proinde considerantes dictam summam nulla ratione congeri, nec congestam debito tempore numerari posse, nisi de rebus, & proprietatibus prædictarum Congregationum, & ipsorum locorum aliqua distraherentur, proindeque de similis potestatis plenitudine statuimus, ut singuli Superiores prædicti ratam subsidii hujusmodi sibi contingentem per sua quisque Monasteria, Prioratus, Præposituras, Beneficia, Officia, Membra, Grangias, Annexa, Conventus, & loca distribuant, & assignent, & distributam, & assignatam ab Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Monasteriis, Conventibus, locis, & personis, etiam per subtractionem rerum, & proventuum, & aliàs uti viderint expedire, omni, & quacunque exceptione sublata, vel impedimento cessante, exigant.

§. 3. Sed quia de universis dictarum Congregationum, & locorum suorum proventibus supradicta summa vix posset congregari. Nos de dictorum Superiorum fide, & probitate confisi plenam, liberam, & absolutam facultatem, mandatum, & potestatem tribuimus singulis Congregationibus, & pro eis suis Superioribus, ut nullius requisito consensu, ac etiam invitis, & reclamantibus particularibus Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Conventibus, & personis, etiam unitorum Monasteriorum, & locorum, possint, & valeant de omni, & quacunque proprietate, & dominio temporali cujuscunque Congregationis, & ejus Monasteriorum, Prioratuum

tuum, Præpositurarum, Beneficiorum, Officiorum, Mensarum, Membrorum, Grangiarum, annexorum Conventuum, & locorum prædictorum ubicunque existunt, etiam prævis perpetuis suppressionibus, & extinctionibus Beneficiorum, & Officiorum, ac Grangiarum hujusmodi (consulta tamen prius Sede Apostolica, quoad suppressionem, & extinctionem prædictas tantum) ita ut illis secutis, ipsorum bona, & proprietates Monasteriis, à quibus illa dependent, applicata, & appropriata remaneant, Bona, Censuum, Feuda, loca Montium, Canones, Livellos, & alia cujuscunque qualitatibus, & naturæ jura pro confectione quantitatis, quæ ad complementum supradictæ summæ Tercentorum millium scutorum necessaria erit dumtaxat, ac si taxam quamlibet ex Congregationibus prædictis tangentem excedant, dummodo pretium pro excessu hujusmodi unico contextu in emptionem aliorum bonorum stabilium ad favorem ejusdem Monasterii, uti bona vendita existebant, convertatur, seu pecuniæ excessum hujusmodi concernentes apud Montem Pietatis, seu penes ædes publicas deponantur, inde non extrahendæ, nisi ad effectum illas reinvestiendi modo, & forma præmissis, tam conjunctim, quàm divisim possessa, etiam præcis, & singularibus obligationibus, & oneribus juxta voluntatem eorum, qui bona, & alia supradicta quomodolibet dederunt, concesserunt, & elargiti sunt, sint obnoxia, & subjecta, representata etiam pecunia, necnon etiam anticipatis solutionibus locare, sive in emphyteusim, sive aliâ ad unam, duas, vel plures generationes, seu nominationes, seu etiam in perpetuum concedere, sive cum aliis permutare, ac etiam liberè, vel cum pacto redimendi, & etiam de bonis, & rebus unius, sive plurium Monasteriorum, & locorum, & ejusdem Civitatis, vel Provinciæ, etiam si Castra, Jurisdictiones, & alia hujusmodi minus utilia existant, prout Superioribus cujuscunque Congregationis magis expediens videbitur, sive ad præsens, sive quocunque temporis intervallo, pro extinctione censuum pro solutione prædictæ summæ per eos respectivè contractorum, ita ut singulo casu hujusmodi venditio, & pretii conversio in extinctionem censuum hujusmodi, seu partis eorum unico contextu fiat: seu saltem pecuniæ ex venditionibus prædictis redigendæ apud Montem Pietatis, seu ædes publicas, ut supra, deponantur, inde non extrahendæ, nisi pro extinctione censuum, seu partis eorum hujusmodi, vendere, ac quocunque alio modo, & titulo alienare, & præterea omnia, & quæcunque bona feudalia, emphyteutica, vel aliâ censibus, canonibus, pensionibus, recognitionibus erga se obnoxia pretio liberare, extinguere, & affrancare, necnon super bonis prædictis census annuos pro rata singulas Congregationes prædictas tangente perpetuos, & redimibiles (servata tamen forma Constitutionis felic. recordationis Pii Papæ V. Prædecessoris nostri super creandis censibus editæ) creare, & imponere, necnon unum, vel plura Monasteria, sive perpetuè, vel ad tempus, prout Superioribus prædictis magis placuerit, & expedire videbitur, suppressere, & claudere, necnon eadem Monasteria, secuta integra solutione rate ad quamlibet ex dictis Congregationibus quomodolibet spectantis, denuò, prout ejusdem Superioribus videbitur, & placuerit, nulla nostra, & successorum nostrorum, & Sedis Apostolicæ, & cujusvis alterius licentia requisita, de novo aperire, & in eis prout antea Religiosi Ordinis, & Congregationis, cujus Monasterium, seu Monasteria existunt, degere liberè, & licitè valeant.

§. 4. Necnon Monasteria, Prioratus, Præposituras, Beneficia, Officia, Mensas, Membra, Grangias, annexa, Conventus, & loca prædicta à quibuscunque obligationibus, oneribus, fideicommissis, & caducitatibus, devolutionibus, substitutionibus, etiam ad favorem aliorum piorum locorum, quibus occasione bonorum, censuum, proprietatum, jurium; aliorumque, & quorumcunque per eos vigore præsentium concedendorum, vendendorum, alienandorum, permutandorum, & de quibus aliâ quomodolibet in vna facul-

tatis, & auctoritatis eis per easdem præsentis nostras attributæ quomodolibet disponant, quibus etiam quomodolibet, & ex quacunque causa, etiam per viam testamentorum, codicillorum, legatorum ad pias causas, donationum inter vivos, seu quorumcunque aliarum elargitionum sunt quomodolibet obnoxia, & subjecta, penitus, & omninò absolvere, eximere, & liberare.

§. 5. Ita tamen ut quoad obligationes, & onera in alia bona, & proprietates ejusdem Congregationis transferre omninò debeant, & bona, & proprietates, in quæ obligationes, & onera hujusmodi translata fuerint, eisdem perpetuè subjecta, & obnoxia remaneant, conditiones, & pacta super his cum cautionibus, vinculis, obligationibus, & aliis res universas, & singulas cujuscunque Congregationis pro ea parte sibi, & suis locis contingente completentibus, necnon clausulis, & decretis requisitis, & opportunis inire contractus, instrumenta, cæteraque necessaria facere, & has concessiones, venditiones, permutaciones, liberationes, affrancaciones, suppressiones, creationes, & impositiones, unam videlicet, vel plures, etiam ad effectum creationis, vel extinctionis, seu venditionis, vel recuperationis aliarum hujusmodi rerum invicem, ac simul, vel pluries facere, & quoties eis placuerit variare (consulta tamen prius Sede Apostolica quoad variationes hujusmodi tantum) etiam sine processu in forma, si in evidentem, aut aliâ formando, & habendo, aut consensu, vel auctoritate generalis Capituli requirendo, & pro dictorum omnium effectu per se, vel alium, seu alios singulos Abbates, Præpositos, Priores, Conventus, & personas, etiam Monasteriorum, & locorum unitorum, tam conjunctim, quàm divisim ad locationes, concessiones, permutaciones, venditiones, alienaciones, liberationes, extinctiones, affrancaciones, & suppressiones, & alia prædicta omnia, etiam manu regia compellere. Contradictores impediendos, vel reclamantes Monasteriis, Prioratibus, Præpositatibus, Dignitatibus, admissionibus, & officiis, prout sibi videbitur, deponere, ad futura inhabiles efficere, excommunicationis, aliisque censuris, & pœnis innodare, Interdictum Ecclesiasticum apponere, auxiliumque brachii sæcularis invocare, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria, & opportuna facere, & exequi valeant, etiam si talia contigerint, quæ licentiam facultatem, aut mandatum exigant magis speciale, quàm præsentibus est expressum. Verùm quia Congregationum prædictarum Procuratores, qui hic sunt, mandatum ad prædicta speciale non habent, quia etiam nonnullarum Procuratores vel hinc abellè, vel omninò non esse contingere potest, & Præsens necessitas urget hæc quamprimum faciendi.

§. 6. Nos defectum hujusmodi nostra auctoritate supplere volentes, supradictis Procuratoribus, etiam nomine illarum Congregationum, quarum Procuratores hic defunt, & pro ea parte illos tangente dumtaxat, vocatis tamen in eorum loco aliquo, vel aliquibus Abbatibus, Superioribus, aut aliis Præsentibus suorum locorum, qui hic sunt, tam conjunctim, quàm divisim prædicta omnia, & singula usque ad prædictam summam etiam, & pro cujusque rata dumtaxat faciendi, gerendi, exequendi, & obligandi liberam, & absolutam licentiam, & auctoritatem tribuimus, eaque si fiant, postquam facta fuerint, illud idem robur habere, ac universis, & singulis, ad quos res pertinebit, perinde suffragari debere volumus, ac si in suis Capitulis generalibus, ac aliâ servatis omnibus, quæ de jure, & juxta statuta, consuetudines, privilegia, & indulta singularum Congregationum prædictarum servari deberent, omninò servarentur, suppletentes ex nunc prædictos, & quoscumque alios juris, & facti defectus, si qui intervenerint in eisdem.

§. 7. Volumusque prædicta omnia, necnon locationes, concessiones, permutaciones, venditiones, alienaciones, liberationes, affrancaciones, creationes, impositiones, suppressiones, & quæcunque alia, quæ præsentium auctoritate sunt, perpetuè consistere, & quæcunque

cuncte, tam juris, quam facti, & alio quantumvis substantiali defectu impugnari, sive contra eadem præmissa sic facta, gesta, & executata per quoscunque aliquod juris, vel facti remedium impetrari, aut illo impetrato uti, ac eadem præmissa in jus, vel controversiam reduci nullo unquam tempore posse, neque debere, sed quoscunque concernunt, & concernent in futurum, omni, & quocunque effectu, & commodo pacificè gaudere. Singulaque super singulis locationibus, aliisque omnibus, & singulis præmissis litteras, seu eorum confirmationes, & alias dispositiones singulas, illas petitis gratis ubique concedi, etiam in forma Brevis, & per Secretariam nostram secretam expediti debere.

§. 8. Quocirca prædicto Flavio Cardinali Procamerario, & Commissario nostro plenam, liberam, omnimodam, & absolutam potestatem, facultatem, & auctoritatem tribuimus Congregationes, Superiores, Abates, Priores, Præpositos, & alios prædictos, tam conjunctim, quam divisim ad integram præstationem, & solutionem subsidii prædicti, juxta formam indicationis, & impositionis hujusmodi faciendas, etiam per Edictum locis publicis affigendum monendi, & requirendi, cum illis, eorumque Procuratoribus conveniendis deque modis, & cautionibus solutionis prædictæ, & aliis hoc negotium concernentibus pacificè, obligationes, promissiones, & fidejussiones exigendi, & vicissim præstandi, contractus super his necessariis etiam nostro, & Camere prædictæ nomine stipulandi, & celebrandi, & secundum alia, necnon per præsentis subsidium ipsum procurandi, contumaces, non respondentes, aut deficientes Conventus, & Congregationes interdictione Ecclesiastica supponendi, & singulares personas excommunicationis sententia ferendi, proprietates, res, fructus, & alia bona ipsorum, etiam manu regia apprehendendi, & usque ad condignam satisfactionem retinendi, redeunt, & obediens absolviendi, super irregularitate propterea contracta dispensandi, & ad pristinum statum restituendi, vices suas, sive totas, sive in parte alii, vel aliis idoneis citra abolitionem, dispensationem, & restitutionem delegandi, cæteraque in prædictis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum.

§. 9. Decernentes eadem præsentis litteras, & in eis contenta quacunque, etiam ex eo quod quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, aut aliis speciali, & individua mentione digni existant, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, seu causæ propter quas præsentis emanarunt, verificatæ, & justificatæ non fuerint, vel ex alia quacunque, quantumvis justa, legitima, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, seu interesse habentium consensus, aliòve quolibet, quantumvis magno, ac formali, & substantiali, necessariamque expressiorem requirente defectu notati, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, vel etiam motu pari, ac de Apostolicæ potestatis prædictæ plenitudine concessio, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque eadem præsentis, ac omnia, & singula in eis contenta super quibusvis similibus, vel dissimilibus indicationum, impositionum, facultatum, mandatorum, concessionum, indulgentiarum, & gratiarum revocationibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Romanos Pontifices successores nostros, Sedemque Apostolicam, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum

Bullariis Magni Tom. V.

quibusvis clausulis, & decretis quodcunque se faciendis unquam comprehendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illis enabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam de novo sub quacunque posteriori data per Superiore Congregationum hujusmodi pro tempore existentes eligenda concessas intelligi, semperque firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, & sic, & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis censeri. Et ita per quoscunque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Causarum Curie Camere Apostolicæ, & Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alias quomodolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & determinari debere, ac si secus super his à quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Et nihilominus omnium locorum Ordinariis, quos, sive singulos universi, & singuli Superiores prædicti duxerint eligendos, per Apostolica scripta Motu pari mandamus, ut quoties pro parte Superiorum prædictorum, aut alicujus eorum, tam conjunctim, quam divisim fuerint requisiti, quique videlicet per se, vel alium eandem præsentis ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicantes, ipsique in prædictis officii defensionis prædictio assistentes, faciant auctoritate nostra illas, & eorum vigore faciendas distributiones, assignationes, locationes, concessionem, venditiones, liberationes, affractiones, creationes, suppressiones, impositiones, exemptiones, absoluciones, & alia omnia prædicta cum omnibus inde securis firmiter observari, ac singulos, quos illa concernunt, & concernent in futurum. Non permittentes quemquam contra eas quomodolibet impediri, vel molestari. Contradictores quoslibet per Censuras Ecclesiasticas, & pœnas prædictas, cæteraque Juris, & facti remedia, omni, & quacunque appellatione remota, compescendo, invocato etiam supradicto auxilio brachii secularis.

§. 10. Non obstantibus prædictis, ac Nostri, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Legatis, Testamentis, Codicillis, Donationibus, elargitionibus, ac aliis dispositionibus ex quacunque causa, occasione, & tempore hætenus factis, conditionibus, emanatis, publicatis, executis, & observatis respectivè, etiam alienationes, immutationes, aut alias conditiones fieri specialiter, & expresse prohibentibus, ac in eventum alienationis, immutationis, sive non adimplementi obligationum, & onerum in eis contentorum, aut alterius dispositionis, pia, aut alia loca etiam plura ordine successivo ipso facto substuentibus, vel illa ad hæredes redire omninò volentibus, ac alias quomodolibet in contrarium conditis, ac quocunque vinculo firmatis, & aliis etiam ultimis voluntatibus in contrarium prædictorum quomodolibet contentis, quæ quoad præmissa sufficienter, specialiter, & expresse commutamus, ac pie mem. Bonifacii Papæ VIII. de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, & Symmachi, Pauli II. & Pauli IV. aliorumque Romanorum Pontificum, etiam de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac nostris, quatenus in aliquo obstant, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, & Ordinum prædictorum, aliisque quibuslibet, etiam jamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quocunque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibusvis

Contrariis derogat.

H. L. verborum

verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, aliisque omnibus, & singulis, etiam aliquibus communiter, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem aliquam minimè teneantur, nec ad id ullatenus, aut nisi per Capitula generalia, & causas in eis prius propositis, matureque discussis, compelli, interdicti, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam de dicto indulto mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, vel omnino inserta eorundem præsentium, & per ipsas attributæ facultatis, & auctoritatis effectus, & executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus, ac Datis de verbo ad verbum habenda est in nostris litteris mentio specialis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, causas, formas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac de verbo ad verbum insertis, expressis, & servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad prædictorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscunque. Quia verò difficile nimis esset eisdem præsentibus quocunque illis opus erit, perferre.

Transumptio
ram fides.

§. 11. Volumus, ut earum exemplis etiam impressis, manu Notarii publici, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ejusque Curie sigillo obsignatis eadem illa prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio po-
nenda.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum indictionis, impositionis, facultatis, mandati, potestatis, tributionis, concessionis, absolutionis, exemptionis, liberationis, alienationis, derogationis, commissionis, & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. An. 8.
die 16. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1663. 18. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno octavo.

Publicatio.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1663. Indictione prima, die verò 29. mensis Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno nono, præsentis litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad vatum Basilicam Lateranensem, & Principibus Apostolorum de Urbe, & Cancellariæ Apostolicæ, per Nos Petrum Paulum Desiderium, & Gregorium Stagium prælibati Sanctissimi Domini nostri Papa Curiores.

Laurentius Barbigenus Mag. Curf.

Super concordia solutionis Pensionis refer-
vata à san. mem. Gregorio XIII. super fru-
ctibus Abbatiz Fontis Avellanæ de anno
1578. ad favorem Collegii Neophytorum,
faciendæ à Collegio Germanico tantum in
scutis 1400. de juliis 10. pro scuto in fu-
turum.

CXXVII.

Collegium Germanicum pro Scholaribus Natio-
nis Germanicæ instituit Julius III. & quasi
desertum restituit Gregor. XIII. Constit. 14.
Cui redditus assignavit, ibid. §. 3.

ALEXANDER PAPA VII. Edita A. D.
1662.
Ad perpetuam rei memoriam.

AD Apostolicæ dignitatis fastigium, meritis licet
imparibus divina dispositione evecti, illa quæ in-
ter personas Ecclesiasticas pacis, & concordie studio,
ac ad componendas exortas inter Collegia pro Catho-
licæ fidei conservatione, & propagatione piè, salubri-
terque instituta controversias provide, prudentique
conventæ, & decreta noscuntur esse consilio, ut firmius
subsistant, & exactius serventur, libenter, cum à No-
bis petitur, Apostolici muniminis præsidio constabi-
limus.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti
filii Rector Collegii Germanici, & Hungarici, ac De-
putati, seu Ministri Collegii Neophytorum de Urbe,
quod cum inter eadem Collegia super annua pensione
mille scutorum auri, quam dudum felicis recordationis
Gregorius Papa XIII. Prædecessor noster dicto Colle-
gio Neophytorum super fructibus, redditibus, & pro-
ventibus Monasterii Abbatiz nuncupati Sanctæ Crucis
de Avellana in Statu Urbitanensi, memorato Collegio
Germanico, & Hungarico per ipsum Gregorium Præde-
cessorem uniti, adnexi, & incorporati, in perpetuum re-
servavit, constituit, & assignavit, lis, seu controversia
penderet.

Motiva.

§. 2. Venerabiles Fratres Nostri Franciscus Portuen-
sis Barberinus, & Julius Sabinensis Episcopi Sachettus,
necnon dilectus filius noster Benedictus tit. Sancti Ho-
nuphrii Presbyter S. R. E. Cardinales Odeschalchus nunc-
cupati, dictorum Collegiorum apud Nos, & Sedem
Apostolicam Protectores, & Judices respectivè, quibus
controversiam hujusmodi sine strepitu, & figura judi-
cii amicabiliter terminandam commiseramus, ad se-
dandas lites pro bono pacis, ac per viam transactionis,
& concordie unanimiter censuerunt, valorem scuti
auri in dies augescentem esse reducendum, & taxandum
ad rationem juliorum quatuordecim, adeo ut in poste-
rum perpetuis futuris temporibus Collegium Germa-
nicum teneatur solvere tantummodò annua scuta mille,
& quadringenta monetæ Romanæ juliorum decem
pro quolibet scuto, sed quoad terminos eatenus decur-
sios, & maturatos deberet solvere ut antea ad ratio-
nem juliorum quindecim pro quolibet scuto: insuper
mandarunt, ut idem Collegium Germanicum pro una
vice tantum solveret Neophytis scuta quadringenta
monetæ, hoc addito, ut quatenus ipsum Collegium
Germanicum in futurum sit morosum per sex menses
in solutione alicujus semestris maturatæ, cadat à com-
modo hujus decreti, & concordie, & aliis prout
in eorundem Cardinalium decreto desuper edito conti-
netur.

Pont. com-
sa contro-
siam Pro-
toribus Ca-
legii.

§. 3. In cujus decreti executionem subinde prædi-
ctorum Collegiorum nomine celebratum fuit publicum
transactionis, & concordie hujusmodi Instrumentum
tenoris qui sequitur, videlicet: In nomine Domini
Amen præsentis publico Instrumento cunctis evidenter
patet, & sit notum, quod anno à Nativitate Domini
Nostri JESU CHRISTI 1662. Indictione 15. die
verò

Instrum-
tum trans-
actum.

Edo 8. Maii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini N. D. Alexandri Divina Providentia Papae VII. anno ejus octavo. In mei Simii Gurie Eminentissimi, & Reverendissimi, D. Cardinalis Vicarii, & D. Vincentii Octaviani Magistrorum Viarum, & Neophytorum Urbis Collegii Notariorum infolidum rogatorum, & infrascriptorum Testium praesentia praesentes, & personaliter constituti admodum Reverend. P. Joannes Hieronymus Galenus Procurator specialiter constitutus ab Admodum Reverend. P. Aloysio Spinula Rectore Ven. Collegii Germanici, & Hungarici de Urbe ad infrascripta peragendum, ex Instrumento in actis mei Simii sub hodierna die recepto, ad quod, &c. necnon Illustriss. & Reverendiss. D. Franciscus Maria Antaldus, dicti Ven. Collegii Neophytorum Vicegerens, qui promisit ratificari facere omnia, & singula in praesenti Instrumento contenta à DD. deputatis, seu Ministris dicti Ven. Collegii infra octo dies, & Instrumentum ratificationis tradere ad effectum in praesenti Instrumento inferendi habentes certam notitiam Decreti facti sub die 21. Aprilis 1662. ab Eminentissimis Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalcho specialiter per Sanctiss. D. N. deputatis super controversia pendente inter eadem Collegia ratione solutionis Pensionis annuae scutorum mille auri in auro, olim à fel. record. Gregorio XIII. reservatae Neophytis super fructibus Abbatiae Avellanae unitae Collegio Germanico, prout habetur in Memorali, & rescripto Suae Sanctitatis eisdem Eminentiss. & Reverendiss. Dominis Cardinalibus directo, tenoris sequentis, videlicet.

Promissio de fructibus rationis praesentis Instrumenti.

Memoriale per illum in parte Collegii Germanici S. D. N. M. Cam. un. commiss. in Card. Collegii Provisorem.

§. 4. Beatissimo Padre, in conformità de gli ordini dati da Vostra Santità al Padre Rettore del Collegio Germanico riverentemente l'espone come il detto Collegio fondato dalla san. mem. di Gregorio XIII. per mantenimento della fede nelli Regni della Germania, habbe per sua principale fondazione l'Abbadia di Santa Croce dell'Avellana, nel stato d'Urbino, quale stima di rendita di scudi 6000. d'oro in oro, riservando mille scudi d'oro in perpetuo per il Collegio de Greci, & mille altri simili per il Collegio de Neofiti, & 2000. ali' Abbate della Rouere in sua vita, che furono trasferiti à diversi, & fece questo riparto acciò terminando la Pensione temporanea del detto Abbate della Rouere, ne restassero 4000. al Collegio Germanico, sono calati talmente li frutti dell'Abbadia, che hoggidi rende pochissimo, & è cresciuto il valore dell'oro il terzo di più, in maniera tale, che il povero Collegio Germanico, non solo non gode parte della sua congrua portione assegnatali, mà per pagare le sopradette pensioni in pochi anni è stato necessitato à prender à censo più di scudi 18. mila de quali ne paga l'interesse, onde il Collegio non potendo, ne meno mantenere la metà de gli Alunni che douerebbe conforme all' intentione del fondatore, con tanto danno alla fede Cattolica, è sforzato à ricorrere à piedi di Vostra Santità, acciò rimetta questa causa alli Signori Cardinali Barberino, come Protettore del Collegio Greco, & Germanico, & al Cardinale Odescalco, come Protettore de Neofiti, & al Cardinale Sacchetti come Giudice, & Esecutore della Bolla di detta unione, acciò conoscendo la verità del fatto, facciano restituire da Pensionarii al Collegio Germanico il sopra più pagato de frutti, & poi si allegni al Collegio Germanico la sua Congrua, conforme all' intentione del Fondatore, & verò si riparta l'Abbadia, che è divisa in tre corpi, dandone ad ogn'uno la sua parte conveniente, ouero si diminuiscano le Pensioni à proportion della rendita, & si pigliano quell' espedienti, che meglio giudicaranno acciò il Collegio Germanico non vada totalmente in rovina, & in tanto, che non sia molestato per il termine corrente, perche senza pigliar di nuovo à censo, non vi è forma di pagare, che il tutto, &c. Alla Santità di Nostro Signore, per il Collegio Germanico, alli Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi, che vogliono terminare questa differenza per accordo, senza strepito, & figura

Rescriptum S. D. N.

Bullarii Magni Tom. V.

di giudicio: dictum quidem decretum partes ipse habentes praemanibus, Originale scilicet, in mei Simii Copiam verò illius collationatam dicto Domino Octaviano tradiderunt inferendam huic Instrumento pariter tenoris sequentis, videlicet.

§. 5. Die 21. Aprilis 1662. In Congregatione habita ab Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus Barberino, Sacchetto, & Odescalcho deputatis per rescriptum Sanctissimi Domini Nostri super controversia pendente inter Collegium Germanicum, & Collegium Neophytorum, ratione solutionis annuae Pensionis scutorum mille auri in auro, olim à fel. record. Gregorio XIII. reservatae Neophytis super fructibus Abbatiae Avellanae unitae Collegio Germanico. Idem Eminentissimi, ac Reverendissimi Patres, ad sedandas lites pro bono pacis, ac per viam transactionis, & concordiae unanimiter censuerunt valorem scuti auri in dies augescerentem reducendum, & taxandum ad rationem juliorum quatuordecim, adeo ut ab hac die imposterum perpetuis futuris temporibus Collegium Germanicum teneatur solvere tantummodo annua scuta mille, & quadringenta monetae Romanae juliorum decem pro quolibet scuto: sed quoad terminos hactenus decursos, & maturatos usque ad hanc diem debeat solvere ut antea ad rationem juliorum quindecim pro quolibet scuto. Insuper mandarunt, ut idem Collegium Germanicum pro una vice tantum solvat Neophytis scuta quadringenta monetae. Hoc addito, ut quatenus ipsum Collegium Germanicum in futurum sit morosum per sex menses in solutione alicujus semestris maturati, cadat à commodo hujus decreti, & concordiae. Et juxta haec mandarunt confici publicum Instrumentum, & supplicari Sanctissimo pro confirmatione, cum impositione perpetui silentii, ac avocatione, & extinctione litis. F. Cardinalis Barberinus, I. Cardinalis Sacchettus, B. Cardinalis Odescalchus, &c. sponte, &c. omni, &c.

§. 6. Decretum ipsum unanimiter acceperunt, & acceptant, illique acquieverunt, & acquiescunt, mutuae stipulatione nobis Notariis, &c. etiam per viam Transactionis, & Concordiae, ac aliis omni, &c. medio juramento tactis, &c. promiserunt, & promittunt illud in omnibus, & per omnia observare, & pro illius ulteriori executione praedictus Illustriss. & Reverendiss. D. Franciscus Maria Antaldus praedicti Neophytorum Collegii Vicegerens nunc in mei, &c. rescriptumque, &c. incontanti habuit, & recepit scuta mille octingenta septuaginta tria, bai. 52. monetae pro terminis Pensionis decursis, & decurrendis, usque ad diem Festivitatis S. Joannis Baptistae mensis Junii proxime venturi, necnon alia scuta quadringenta monetae pro unica vice tantum pariter incontanti à supradicto Ven. Collegio Germanico, & Ungarico per manus dicti Rever. P. Galeni, mediante Ordine Sacro Monti Pietatis directo, quem Ordinem ad se traxit, &c. dimissa tamen penes Nos illius Copia collationata ad effectum in praesenti Instrumento inferendi, tenoris sequentis, videlicet: Collegio Germanico, & Ungarico.

R. P. D. Antaldus Collegii Neophytorum Vicegerens recipit à P. Provisore Collegii Germanici sc. 1873. b. 52. pro pensionibus decursis, & decurrendis.

§. 7. Signori Provisori del Sacro Monte della Pietà, li piacerà pagare al Ven. Collegio de Neofiti, & per esso all' Illustriss. & Reverendiss. Monsign. Francesco Maria Antaldi Vicegerente del Collegio di essi Neofiti, scudi due mila duecento settantatre, bai. 52. moneta quali faccio pagare cioè scudi 1873. bai. 52. per resto, è saldo intero pagamento di tutte le paghe decorse, & da decorrere à tutta la pagha di S. Gio di Giugno prossimo avvenire 1662. della Pensione di scudi 1000. oro riservata à suo favore sopra l'Abbadia di Santa Croce dell'Avellana, nel Stato d'Urbino, compresi anche scudi 90. simili pagati per le decime douute dal detto Collegio de Neofiti alla Rev. Cam. Apostolica, & scudi 400. per una volta tanto. Il tutto in conformità del Decreto dell' Eminentissimi Signori Cardinali Barberino, Sacchetti, & Odescalchi, Deputati dalla Santità di Nostro Signore, & Instrumento di concordia

Tenor di detto Ordine.

H h 2 hogg

hoggi rogato per Patri del Simio Notaro dell' Eminentissimo Vicario insolidum con l'Ottaviani Notaro de Signori Maestri di Strada, è Collegio de Neofiti, alli quali, &c. In tutto, è per tutto si habbia relatione, &c. con riceuta saranno ben pagati dal Collegio Germanico, & Ungarico li 8. Maggio 1662. per scudi 2273. 52. moneta. Gio Girolamo Galeno Procuratore del detto Collegio: & de pecuniis in eo contentis nunc pro quando illas recipiet, se bene contentum, & satisfactum vocavit, &c. & nihilominus exceptioni, speique, &c. ad cautelam renunciavit, & generaliter prædictum R. P. Galenum præsentem, &c. & ejus Collegium Nobis Notariis, &c. quo supra nomine quietavit, ac penitus absolvit, &c. etiam per pactum, &c. & per Aquilianam stipulationem, &c.

*Partes con-
venerunt sup-
plicare Sa-
ctissimo pro
confirmatio-
ne concordie.*

§. 8. Præterea partes ipsæ pro majori firmitate præsentis Instrumenti concorditer convenerunt, ut supplicetur Sanctissimo, qui dignetur benignè illud confirmare, cum suppletionem quoruncunque defectuum, tam personalium, quàm realium, ac tam substantialium, quàm formalium, & aliorum quoruncunque, & cum extinctione litis, & impositione perpetui silentii, aliisque clausulis opportunis inferendis in Brevis desuper expediendo sumptibus communibus. Quam quidem concordiam, & transactionem, omniaque, & singula in præsentis Instrumento contenta dictæ partes, quibus supra nominibus respectivè promiserunt habere rata, grata, valida, atque firma, & inviolabiliter adimplere, ac tanquam rem judicatam observare, contraque non facere, dicere, excipere, opponere, seu venire, aut aliquam exceptionem juris, & facti allegare, vel contra præmissa agere, seu experiri, etiam prætextu quoruncunque Jurium de novo repertorum, seu forsitan quandocumque repertendorum, & alio quovis prætextu, ingenio, causa, vel quæsito colore, etiam ex incognitis, & inexcogitatis, & hic non expressis, & in Corpore Juris clausis, ac necessariò exprimendis, quæ omnia pro expressis, & specificatis haberi voluerunt, &c. renunciantes, &c. hinc inde medio juramento tactis pectoribus more, &c. l. de Alimentis, & l. sub prætextu, in secunda parte, C. de transact. atque l. de his, & l. cum ii, ac l. qui cum Tutoribus, ff. eodem, & l. fin. C. de revoc. donat. benef. & privil. abolutionis à juramento, restitutionis in integrum, tam principaliter, quàm incidenter, enormis, & enormissime læsionis, cæterisque l. statutis, & privilegiis in favorem ipsarum Partium quomodolibet faciendis: quia sic, &c. aliàs ultra præcisam, &c. teneri voluerunt ad omnia damna, &c. de quibus, &c. pro quibus, &c. dictus R. P. Galenus dictum Venetense Collegium, ejusque bona, &c. jura, &c. dictus verò Illustrissimus Dominus Antaldus pariter dictum Collegium Neophytorum, ejusque bona, &c. jura, &c. in ampliori forma Reverendiss. Cameræ Apostolicæ cum clausulis, &c. obligarunt, &c. citrà, &c. appellationi, &c. renunciarunt, &c. & consenserunt, &c. unica, &c. & sic tactis pectoribus de more, &c. jurarunt, &c. super quibus, &c. Actum Romæ, domi solite habitationis præfati Illustrissimi Domini Antaldi positæ in Regione Campitelli, Præsentibus Dominis Joanne Baptista Signio quondam Joannis Thomæ Januensis, & Domino Nicolao Antonio de Ascaniis filio quondam Leonardi Barenis, Testibus, &c. Ego Antonius Franciscus Maria Simius Curie Causarum Eminentiss. & Reverendiss. Domini Castinialis Vicarii Notarius, de præmissis rogatus præsentis Instrumentum subscripsi, & publicavi, meoque solito signo signavi requisitus. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora & stabiliora sint illa quæ Apostolicæ confirmationis robore communiuntur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 9. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occa-

sione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet immo-
tae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat conse-
quendum, harum serie absolventes, & absolutas fore
cententes, necnon litterarum memorati Gregorii Præ-
decessoris super reservatione, constitutione, & assigna-
tione Pensionis, ac unione, annexione, & incorpora-
tione Monasterii hujusmodi respectivè emanatarum, te-
norem, datam, aliaque etiam speciali, & individua men-
tione, & expressione digna præsentibus pro plenè, &
sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmo-
di supplicationibus inclinati supradictum memoratorum
Francisci, ac Julii, & Benedicti Cardinalium Decre-
tum, confectumque in illius executionem Instrumen-
tum præinsertum, cum omnibus, & singulis in illis res-
pectivè contentis, auctoritate Apostolica tenore præ-
sentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illisque
inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac
omnes, & singulos Juris, & facti, necnon solennita-
tum quoruncunque in similibus etiam de necessitate ob-
servandarum, aliòve quolibet etiam formales, & sub-
stantiales, ac undecumque resultantes defectus, si qui
in præmissis, vel eorum aliquo quomodolibet interve-
nerint, aut intervenisse dici, centeri, vel prætendi pos-
sint, supplemus, & sanamus, ac penitus, & omninò
tolimus, & abolemus.

*Pontifex con-
firmavit supra-
dictum decre-
tum, & un-
cum instru-
mentum, &
transactionem
desuper cele-
bratam inter
partes.*

§. 10. Præterea lites, & controversias quascumque
super præmissis inter prædicta Collegia Germanicum,
& Hungaricum, ac Neophytorum quovis modo exor-
tas (illarum statum, & merita, nominaque, & co-
gnomina, ac qualitates Judicum, & colligantium, &
alia etiam specificam, & individua mentionem, &
expressionem requirentia præsentibus itidem pro ple-
nè, & sufficienter expressis habentes) à quibusvis Ju-
dicibus, & Tribunalibus ad Nos harum serie avoca-
mus, illasque etiam perpetuò supprimimus, & extin-
guimus, ac perpetuam desuper utrique parti silentium
imponimus.

*Quascumque
lites, & con-
troversias
supprimimus,
& extingui-
mus, ac silen-
tium imponi-
mus.*

§. 11. Decernentes easdem præsentibus, ac præinser-
tas litteras semper firmas, validas, & efficaces existere,
& fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri,
& obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tem-
pore quomodocumque spectabit, plenissimè suffragari,
& ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in
præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & De-
legatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audito-
res, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales judicari,
& diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his
à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari.

*Decretum
irritans.*

§. 12. Non obstantibus quacumque litis penden-
tia, aliisque præmissis, ac quatenus opus sit, rec-
mem. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum
Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alien-
andis, & aliis Constitutionibus, & Ordinatio-
nibus Apostolicis, necnon dictorum Collegiorum,
& aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Sta-
tutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, in-
dultis, & litteris Apostolicis eisdem Collegiis, eo-
rumque Rectoribus, & Ministris, ac personis qui-
buslibet, sub quibusvis verborum tenoribus, &
formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoria-
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacis-
simis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis
Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in con-
trarium quomodolibet concessis, approbatis & innova-
tis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illo-
rum sufficienti derogatione de illis, eorumque to-
tis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indivi-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausu-
las generales idem importantes mentio, seu quævis
alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac
si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & for-
ma in illis tradita observata exprimerentur, & infere-
rentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expres-
sis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad
præmissis

*Clausula de
rogatoriis.*

præmissum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.
D. P. A. D. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub die 22. Maii. Annulo Piscatoris, die 22. Maii 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

CXXVII. Confirmat Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, ac Visitationis Apostolicæ pro dotandis octo Puellis de Parochia S. Andree de Fractis.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Almæ Urbis Nostræ à Nobis institutæ Deputatorum Decretum tenoris qui sequitur, videlicet: Prævia commissione Sanctissimi alius emanavit à Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ Decretum infrascripti tenoris, videlicet:

§. 1. Cùm in causâ Romana electionis octo Puellarum pauperum inter Marchionem Paulum Nepotem, & heredem Marchionis Octavii de Bubalis, & Custodes Societatis Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Sancti Andree de Fractis, R. P. D. Pinellus Judex Delegatus à bonæ memoriæ Cardinale Montalto ipsius Societatis Protectore anno 1620. diffinitivè sententiaverit dicto Marchioni Paulo licuisse, ac licere dictas octo Puellas ad subsidium dotale à dicto Marchione Octavio in suo Testamento relictum eligere, ac nominare ex iis, quæ sibi videbuntur, & ex quibusvis Urbis regionibus fuerint indistinctè, & nulla habita ratione loci, & Parochiæ, ubi dictæ Puellæ degant, & habitent: cumque sententia hujusmodi lata fuerit inauditis, & indefensis puellis Parochiæ prædictæ Ecclesiæ S. Andree, ac Regionis Columnæ, quæ prædunt has octo Puellas vigore memorati Testamenti primò eligi debere ex illis, quæ pro tempore erunt sub dicta Parochia, & si in ea non sint in numero sufficienti, eligi debere ex Puellis Regionis Columnæ: Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ, ne jura pauperum Puellarum deperant ex carentia legitimi Defensoris, censuit dandum esse ex officio Curatorem prædictis Puellis Parochiæ S. Andree, & Regionis Columnæ, prout dari mandavit ad hoc ut ipso Curatore illarum defensionem subeunte, hujusmodi causa cognosci, & pro justitia terminari possit. Datum die 12. Januarii 1662.

§. 2. Quam Congregationis sententiam die decima octava ejusdem Sanctiss. D. N. ad se relatam approbavit, iussitque prædictam causam simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicii, tam in petitorio, quam in possessorio ex integro cognosci, ac sine debito terminari in eadem Congregatione Visitationis Apostolicæ, cui ad effectum præmissum Sanctitas Sua tribuit facultates omnes necessarias, & opportunas, & quatenus opus sit, supradictas Puellas adversus quæcumque præjudicialia restituit.

§. 3. Subinde in executionem præserti Decreti Curatore Puellis deputato, & servatis aliis servandis, eadem Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, ac Dominorum Prælatorum Visitationis Apostolicæ, partium Procuratoribus, & Advocatis sæpius auditis, scriptisque, ac Juribus utrimque exhibitis maturè perpensis, causaque accuratè discussa, proponente Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinale Imperiali, ex unanimi Patrum sententia censuit, tam octo pauperes Puellas à prænominato Marchione Paulo eligendas, quam alias eligendas à prædictis Custodibus, & Parocho dictæ Ecclesiæ Sancti Andree, primò eligi debere ex illis, quæ pro tempore erunt sub dicta Parochia Sancti Andree, & quæ in ea Bullarii Magni Tom. V.

continuè habuerint, saltem in duorum annorum, & si non sint in dicta Parochia in numero sufficienti, eligi debere ex Puellis Regionis Columnæ, quod si nec sint in dicta Regione, tunc demùm eligi possit, ac debere ex aliis Regionibus, prout videbitur prædicto Marchioni Paulo, & omnibus successoribus in hereditate Marchionis Octavii Testatoris, & respectivè Custodibus, & Parocho supradictis: sententiamque desuper in rem, & aliter renunciationem litis, & rem judicatam minimè efficere memoratas Puellas Parochiæ Sancti Andree, ac Regionis Columnæ, nec eis aliquo modo officere. Et ita Sacra Congregatio declaravit, & pronuntiavit non tantùm prædicto, sed & omni alio meliori modo: sicque ab Eminentiss. & Reverendiss. Domino Cardinali pro tempore Protectore Societatis prædictæ, ejusque Judice deputato, atque ab omnibus ad quos pertinet, & in posterum pertinebit, omnino servari præcepit, in contrarium deductis, & allegatis nequaquam refragantibus. Datum die 20. Aprilis 1662. P. Fagnanus Secretarius.

§. 4. Cùm autem firmiora, & stabiliora sint illa, quæ Apostolici muniminis fulciuntur præsidio: idcirco Nos firmiori dicti Decreti robori, efficaciz, & observationi consulere cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Decretum præinsertum, ac omnia, & singula in eo contenta tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet inter- venerint, supplementis.

§. 5. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existeri, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interelle habentium consensus, aliòve quomodolibet defectu notari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullatenus unquam posse: sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Societatis Protectorem, & alios S. R. E. Cardinales, cæterosque quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Junii 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Quod Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Soc. Jesu possit relinquere, & alienare Collegia, & Domo ipsius Societatis, juxta facultatem sibi traditam à Congregatione Generali.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Paulus Oliva Vicarius Generalis Soc. Jesu, quod vigore Constitutionum dictæ Societatis auctoritate

H h 3 Aposto

Confirmat

Decretum irritans

Edita An. D. 1662.

Maius

Apostolica confirmatarum eidem Societati competit facultas relinquendi, & alienandi Collegia, & domos ipsius Societatis: quam facultatem Congregatio Generalis dictae Societatis novissime habita ipsi Joanni Paulo Vicario Generali concessit: quodque Praepositi Generales, qui pro tempore fuerunt dictae Societatis, iis casibus quibus sperabatur suspensionem sufficere posse, Collegia suspendere soliti fuerunt, donec redditus illorum ira aucti essent, ut tuendis, seu mantenendis ipsis Collegiis sufficerent.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, praedictus Joannes Paulus Vicarius Generalis, ut penuria, in qua Collegium Tropiense ejusdem Societatis reperiebatur, confuiteret, idem Collegium suspendere quousque exsoluto aere alieno, quo obstringitur, ad statum primaez foundationis reductum fuerit; Venerabilis vero Frater Episcopus Tropiensis suspensionem hujusmodi per sequetra bonorum dicti Collegii impedire praetenderit: Nobis propterea dictus Joannes Paulus Vicarius Generalis humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum Joannem Paulum Vicarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum; harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, concessionem facultatis relinquendi, & alienandi Collegia, & Domos dictae Societatis memorato Joanni Paulo Vicario Generali ab ultima Congregatione Generali praedicta factam, ut praesertim, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui defu- per quomodolibet intervenerint, suspendimus. Praeterea praedictum Collegium Tropiense, & alius suspensionem ab eodem Joanne Paulo Vicario Generali, sicut praemittitur, factam, suspensum remanere debere; ipsi vero Joanni Paulo Vicario Generali in futurum alia quoque Collegia dictae Societatis in quacumque Mundi parte existentia, quando, ac iis modo, & forma, quibus ei necesse fore videbitur, suspendere licere, auctoritate, & tenore praedictis declaramus.

§. 3. Decernentes eadem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Joanni Paulo Vicario Generali plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignosanter contrigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictae Societatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 8. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 7. Augusti 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmas
provisis in sub.

Decretum
1771. an. 1.

Contrarius
dargu.

De promovendis ad Ordines in Urbe, & in sex vicinis Episcopatibus.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. 1662.

Apostolica sollicitudo humilitati nostrae divinitus imposita Nos admonet, ut circa illos, qui in alma Urbe nostra, ex qua in omnes Christiani Orbis partes bonorum operum exempla ubertim promanant, vicinisque Episcopatibus sacris addicuntur ministeriis, & in hierarchicum Ecclesiae cœtum cooptantur, ea salubriter constituamus, quae matura consultatione adhibita, in Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem cedere, & cessura esse arbitramur.

§. 1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine tenore praesentium statuimus, mandamus, & ordinamus, ut quicumque in eadem Urbe ratione originis, vel beneficii Ecclesiastici, aut domicilii, vel cum litteris dimissoriis proprii Ordinarii, ad minores, vel sacros Ordines promoveri volent, per mensem ante generales ordinationes dilectum filium nostrum, & pro tempore existentis Romani Pontificis in dicta Urbe Vicarium in spiritualibus generalem adeant, & de ipsius mandato ab Examinatoribus ad hoc deputatis, non paucioribus quam tribus, ac simul congregatis, super scientia ad unumquemque ordinem requisita sedulo exanimentur, & peracto examine, renuncientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint.

§. 2. Deinde ad minores quidem Ordines promovendi bonum à Parocho, & à Magistro scholae, in qua educantur, testimonium habeant, de quo publicum eidem Vicario exhibeant documentum. Pro iis vero, qui ad singulos majores ordines erunt assumendi, idem Vicarius Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in Basilica Lateranensi, & in propria cujusque parochiali Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, genere, aetate, moribus, & vita, ordinibus antè susceptis, titulis ad quos promoti sunt, vel promoveri cupiunt, ceterisque qualitatibus requisitis juxta sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum Vicarium quamprimum transmittat.

§. 3. Et nihilominus quoties aliquem ex sacris Ordinibus suscipere voluerint, ad Sacerdotes in id deputatos personaliter se conferat, à quibus decern saltem dierum spatio ante ordinationem in eorum domo inclusi, de omnibus ad dignè suscipiendos, & ritè exercendos ordines requisitis erudiantur, & de hoc testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsum Vicarium deferant, nec sine hujusmodi litteris quisquam ad ullum sacrum ordinem promoveatur, nec cum aliquo super examine, & inclusione hujusmodi dispensari possit, nisi consultis Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente.

§. 4. Denique in sex Episcopatibus prope Urbem, in quibus non sunt Suffraganei, quicumque ad minores, vel sacros Ordines volent promoveri, cum litteris dimissoriis sui Ordinarii ad memoratum Vicarium, & non ad alium Antistitem directis, ad Urbem accedant, ibique, & non alibi ordinentur, servata in omnibus forma superius praescripta. Ubi vero sunt Suffraganei, nemo ad aliquem ex majoribus ordinibus assumatur, nisi prius praeter ea, quae à Sacris Canonibus, & ejusdem Concilii decretis sancita sunt, ad minus per decem dies à dictis Sacerdotibus in Urbe deputatis in eorum aedibus inclusus, ut supra, fuerit eruditus; ac litteras testimoniales eorundem Sacerdotum ad ipsam Suffraganeum detulerit. Suffraganeus autem, qui contrafecerit, ab exercitio Pontificalium per annum, promoti vero

Exordium.

Clavici
minandi.

Bonum testi-
monium ut
bere debeat.

Per decem
dies exor-
ditis spira-
libus vacan-
debeat.

Formae qu-
modo orati-
mandi.

Verò tam ab eisdem Suffraganeis, quam etiam in Urbe, non servata...

Datum Romae die 19. mensis Aprilis...

§. 5. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet, quavis auctoritate, praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate; & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra ius derogat.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Ut autem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius devenire possint, volumus ut illae, seu earum exempla ad valvas praefatae Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe Basilicarum, & Cancellariae Apostolicae, necnon in aede Campi Florae, ut moris est, publicentur, & affigantur: Sicque publicatae, & affixae omnes, & singulos, quos illae concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent; utque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Augusti 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo secundo, Indictione 13. die 22. mensis Augusti, Pontificatus auctem Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri Divina providentia Papae VII. anno ejus octavo, supradictum Breve afixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in aede Campi Florae, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Carolum Franceschinum Sanctissimi Domini Nostri Papae Cursorem.

Joan. Antonius Bersarellus Cursorem Mag.

CXXX. Quod Superiores Congregationis Sancti Benedicti, ac etiam Monasteriorum Sublaci, ac Farfae, ceterique Monachi non accedant Romam absque licentia Abbatis S. Pauli, ac Procuratoris Generalis.

Alia d. D. 1661.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Cardium.

AD Apostolicam dignitatis fastigium, meritis licet imparibus, divina dispositione evecti, illis quae pro decoris Monastici, disciplinaeque regularis conservatione providè constituta esse noscuntur, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adiungimus firmitatem.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Jacobus Romanus Procurator Generalis Congregationis Cassinensis, Ordinis Sancti Benedicti, quod dilecti pariter filii Praesidens Generalis, & Visitatores

dictae Congregationis in eorum Dieta Ferrariae nuper celebrata Decretum ediderunt tenoris qui sequitur videlicet. Salutaribus monitis Eminentissimi D. Cardinalis Barberini Congregationis nostrae Protectoris, quibus pro eorumdem observantia cum suis particularibus litteris, sub Datum Romae die 19. mensis Aprilis proxime elapsi, Dietae Capitali directis, enixe insistit, ut par est, obtemperare volentes, omnibus, & singulis Congregationis nostrae Praelatis, etiam Monasteriorum nostrorum Sublaci, Farfae, ac Monachis cujuscumque conditionis prohibemus, & penitus interdiximus, à nostris Constitutionibus non recedentes, accessum ad Urbem, quovis praetextu, absque licentia prius in scriptis à Reverendissimis PP. Abbate S. Pauli de Urbe, & Procuratore Generali in Curia pro tempore existentibus obtenta.

Debeti iustitiam dare per Urbem cum cunctis

§. 2. Nullique supradictorum post eundem accessum ad Urbem liceat alibi etiam in domibus saecularium propinquorum, praeterquam in Monasterio Sancti Callisti sese recipere, commorari, & multò minus juxta easdem Constitutiones nostras pernoctare, sub poena suspensionis à quocumque gradu ipso facto ab omnibus incurrenda: isdem pariter in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ut associati, & omnino cucullati per Urbem incedant, ne gradus Abbatialis, & Monastici, ex dimissione sui dignioris habitus debito honore privetur. Quae omnia tam in Alma Urbe, quam in aliis insignioribus Civitatibus, praecipue Neapolis, & Panormi, observanda esse decernimus.

Confirmat prout in rub.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Jacobus Procurator Generalis Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsum Jacobum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volumus, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus extiterit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illicque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans

§. 4. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contra ius derogat.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, praedictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum rum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus

scribis ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Septembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

CXXXI. Quod spolia defunctorum Canonorum Regularium Sanctissimi Salvatoris Procuratori Generali ejusdem Congregationis omninò applicari debeant.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Alia pro parte tunc existentis Abbatis Generalis Congregationis Canonorum Regularium Sancti Salvatoris Congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum exposito, quod ipse juxta mandatum dictæ Congregationis Cardinalium in Capitulo Generali prædictæ Congregationis Canonorum Regularium Venetiis anno superiore 1649. celebrato, unâ cum Diffinitoribus Decretum ediderat, quod spolia defunctorum Canonorum Regularium Congregationis hujusmodi transmitterentur à Prælatibus localibus ad Procuratorem Generalem ipsius Congregationis, ad effectum solvendi debita Cameralia Monasteriorum particularium, & his deficientibus publica Religionis Romæ contracta cum Monachis, & censuariis: quodque Decretum hujusmodi ab ipso Abbate Generali, & Diffinitorio in Dieta eo anno Florentiæ habita etiam renovatum, & plenissimè confirmatum, ac à multis exactè observatum, & practicatum fuerat; sed nonnulli alii renitentes erant, illique parte recusabant sub vanis prætextibus, & subterfugiis, allegantes dictum decretum Constitutionibus Apostolicis, ac decretis prædictæ Congregationis Cardinalium, & Sacris Canonibus adversari, licet nihil super ea re producerent.

§. 1. Ideoque pro parte dicti Abbatis Generalis memoratis Cardinalibus supplicato, ut prædicti Decreti observationi opportunè providerent, emanavit ab eorundem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio, &c. in hærendo resolutionibus aliis factis in particulari Congregatione pro sublevandis oneribus duodecim Congregationum Monasticarum prænarratum Decretum à Diffinitorio Capituli Generalis anno 1649. Venetiis editum, & nuper in præterita Dieta innovatum pro satisfaciendis dumtaxat debitis onerum Cameralium, ac Monasteriarum, & censuariorum hujusmodi ad particularia Monasteria, si adsint, sin minus ad communem Religionis spectantibus, & non aliis virtute præsentium, Sanctissimo Domino Nostro anauente approbat, & confirmat, ac ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari, ac ad prædictos usus solummodò applicari mandat, & præcipit, sub poena contrasacientibus privationis vocis activæ, & passivæ, prælaturæ, & officiorum, necnon perpetuæ inhabilitatis ad quæcumque alia obtinenda, rehabilitatione eidem Sacræ Congregationi reservata, Constitutionibus Apostolicis, & ejusdem Ordinis statutis, aliisque quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ die 15. Julii 1650.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Maria Lancius Procurator Generalis dictæ Congregationis Canonorum Regularium Sancti Salvatoris Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum præinsertum pro firmiori, & stabiliiori illius observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communitari summo perè desideret. Nos ipsum Joannem Mariam Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,

cenfuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum esse censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatè de Venerabilium, Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio observantiam præinserti decreti sub poenis in eo contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium injungimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictæ Congregationis Canonorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Septembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmatio Brevium super divisione Provincia Sancti Joannis Baptistæ; erectionisque B. Petri de Alcantara Discalceatorum Sancti Francisci nuncupat.

Vide ad Constit. hujus Pont. 72. Sacrosancti, & ad Constit. 101. Alias nos, in quibus agitur de hac Controversia.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Alia pro parte dilecti filii Petri Roche Commissarii Generalis Curie Fratrum familie Ultramontane Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod juxta mandatum, & decretum Capituli Generalis dicti Ordinis anno 1658. celebrati, ad instantiam Fratrum Provinciae S. Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis Nobis humiliter supplicatum fuerat, ut eandem Provinciam in duas dividi concederetur.

§. 1. Nosque per quasdam nostras in simili forma Brevis litteras, quarum initium Sacrosancti Apostolicus officium, &c. facultatem faciendi divisionem hujusmodi concessimus, cum erectione novæ Provin-

D. P. An. 1662. Sept.

Edita A. D. 1662.

Maria.

Decretum Sac. Congr.

Confirmat prout in rub.

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

Transumptis fides.

D. P. An. 1662. Sept.

CXXXII

Edita A. D. 1662.

Supplicatio.

que huiusmodi deputaverimus, ac per ambas litteras predictas novem Conventus assignaveramus eidem novae Provinciae, quae octo Conventuum possessionem adepti fuerat: dicta vero Provincia Sancti Joannis Baptistae Conventus Murciae, qui praecipuus inter dictos novem Conventus erat, retinuerat vigore concordati inter ambas partes facti, sed postmodum cum huiusmodi concordatum praedictis nostris litteris praedictaret, dicta nova Provincia Procuratorem ad Romanam Curiam miserat, ad effectum proponendi causam in praedicta Cardinalium Congregatione, quae utriusque partis rationibus auditis sententiam dederat ad favorem praedictae novae Provinciae, dictumque concordatum nullum declaraverat, ac memoratum Conventum Murciae eidem novae Provinciae restitui debere decreverat: verum praedicta Provincia Sancti Joannis Baptistae executioni Apostolicarum in simili forma Brevis litterarum super praemissis emanatum resistit, tandem post gravissima scandala non solum in Civitate Murciae, sed etiam in universo Hispaniarum Regno secuta, eundem Conventum Murciae dictae novae Provinciae consignaverat, atque ita huic Provinciae novem Conventus assignati reperiebantur, in altera vero Provincia S. Joannis Baptistae praedicta vigintiseptem Conventus remanserant.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod dicta Provincia Sancti Joannis Baptistae novas lites pro revocandis illis, quae per ternas nostras in forma Brevis litteras stabilitae sunt, movere praetendebat, id vero occasionem aliarum maximarum perturbationum, & offensionum praebere, ideoque memoratae Cardinalium Congregationi supplicato, ut perpetuum super praemissis silentium imponeret, quo & scandala Religionis periculosa cessarent, & fratrum quieti, & tranquillitati confuleretur, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster preces huiusmodi remisit: Cum sub die 28. Aprilis proximae praeteriti, causa iterum partibus auditis, & abunde informantibus proposita, Eminentissimo Franciotto referente, decreverit ad Provinciam Sancti Joannis Baptistae spectare vigintiseptem Conventus, remanente Conventu Murciae ad Provinciam B. Petri de Alcantara, juxta resolutionem jam factam; inhærendo huic declarationi, aliisque decretis, & Brevis Apostolicis super hac materia emanatis, ut tandem differentis, controversis, litibus, & discordiis quibuscumque finis imponatur, vigore praesentium strictè praecipit, sub poenis eo ipso incurrendis excommunicationis, privationis vocum, & officiorum, aliisque arbitrio S. C. infligendis, omnibus, & singulis dictarum Provinciarum, & totius Ordinis Religiosis, tam Superioribus, quam Subditis, ut juxta praemissa, necnon in reliquis juxta dispositionem praedictorum decretorum, & Brevis omnino, & absque ulla tergiversatione, etiam sub praetextu novi recursus ad hanc Sanctam Sedem pareant, & exequantur, nec directè, vel indirectè se opponere, aut contradicere praesumant.

§. 3. Quapropter sub iisdem poenis perpetuum desuper silentium imponit, & impositum esse declarat, appellationibus, praetensionibus, juribus, decretis quoque, ac Brevis Apostolicis in contrarium forsitan facientibus, ceterisque non obstantibus quibuscumque. Romae 15. Septembris 1662. M. Card. Ginettus.

§. 4. Cum autem, sicut praedictus Petrus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitari summo perè desideret. Nos ipsum Petrum specialis favore gratia prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium

dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis.

§. 5. Decretum praesentium auctoritate Apostolica confirmatum, & approbatum, illi, quae inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjiciamus, salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§. 6. Decernentes eandem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, praefatorum Ordinis, & Provinciarum etiam Murciae, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Conceditur Procuratoribus, & Commissariis Generalibus Curiae Ordinis Minorum de Observantia, & Reformatorem S. Francisci Cismontanae familiae Votum perpetuum in propriis Provinciis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Ratio justitiae exigat, ut illi, qui multos pro Religione labores sustinuerunt, congruis honoribus, & gratis decorentur.

§. 1. Volentes itaque dilectis filiis Procuratoribus, & Curiae Commissariis Generalibus Fratrum Minorum, tam de Observantia, quam Reformatorem nuncupatorum, Ordinis Sancti Francisci, qui rerum usu tractandis, & procurandis in Romana Curia gravioribus Ordinis huiusmodi negotiis acquisito pollere noscuntur, & quorum opera proinde eorum Provinciis plurimum utilitatis allatura esse speramus, gratiam facere specialem, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnibus, & singulis Procuratoribus, & Commissariis Curiae Generalibus Fratrum Minorum, tam de Observantia, quam Reformatorem Familiae Cismontanae huiusmodi, qui sua respectivè Officia triennii continui spatio haecenus gesserunt, & posthac quodcumque pari spatio gesserint, ut depositis eisdem Officiis, suffragium, sive votum perpetuum consultivum, & decisivum in quibusvis Capitulis, & Congregationibus suae quisque Provinciae dicti Ordinis habere, & ferre, illoque uti, frui, & gaudere liberè,

libere, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Mandantes propterea in virtute Sancte obedientie dilectis filiis Ministris Provincialibus, & aliis Superioribus, & Fratribus dictarum Provinciarum, ceterisque ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, ut memoratos Procuratores, & Commissarios Curie Generales presentis gratie commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere sinant, & faciant, nec illos de super a quoquam quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari permittant.

Decretum irritum.

§. 3. Ab decernentes eadem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari: Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantè contigerit attentari.

Contra irritum derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, predictorum Ordinis, ac Familie, & Provincie hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Transumptum irritum irritum.

§. 5. Volumus autem, ut eorundem presentium litterarum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

D. P. An. D. die 4. Dec.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Decembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

CXXXIV.

Quod Clerici Religionis Ministrantium Infirmis in quibusvis functionibus, tam publicis, quàm privatis, præferantur laicis, etiam antiquioris professionis.

Hac consuetudo viget in omnibus Religionibus benedictinis, vide ad Constit. 311. Urbani octavi, cum sicut.

Vides An. D. 1662.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Obiit.

Alia emanavit à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sancte Romanæ Ecclesie Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet Religionis Ministrantium Infirmis. Expositum est Sacre Rit. Congregationi Laicos Religionis Ministrantium Infirmis præsumere sibi præcedentiam deberi à Clericis ejusdem Religionis Professionis posterioribus, in omnibus, & quibuscunque actibus, tam publicis, quàm privatis. Propterea supplicatum fuit declarari, quænam regula inter ipsos super jure præcedendi servanda sit.

§. 1. Et Sacra eadem Congregatio tollendis dissensionibus præsertim inter Ecclesiasticas personas addita, ac ne ob præfatas contentiones, & lites mutue inter eos charitatis ardor frigidet: sed omnes in eadem charitatis vinculo, & in humilitatis spiritu juxta suam vocationem Deo famulentur, declaravit, Clericos prædictos in quibusvis actibus, & functionibus,

tam publicis, quàm privatis, Laicis præfatis etiam antiquioris Professionis præferendos esse. Dilecti Augusti 1662. Joan. Episcopus Sabiniensis Cardinalis Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi per firmos illius substantia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus extiterit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter propositis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjiciamus, salva tamen semper in premissis auctoritate Congregationis predictorum Cardinalium.

Confirmat irritum.

§. 3. Decernentes eadem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantè contigerit attentari.

Decretum irritum.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictæ Congregationis Clericorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Contra irritum derogat.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 6. Decembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

D. P. An. die 6. Dec.

Confirmat Constitutionem Capituli Generalis Fratrum Congregationis Discalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, circa renunciationem Officiorum Commendatorum, & Rectorum Collegiorum ipsius Congregationis.

CXXXV.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Edicta An. 1662.

Alia pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Fratrum Discalceatorum nuper. Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Venerabilibus Fratribus nostris Sancte Romanæ Ecclesie Cardinalibus negotis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis exposito, quod per Constitutiones dictæ Congregationis, à felic. recor. Urbano Papa VIII. Prædecessore nostro confirmatas expressè ad evitandam Constitutionum manifestacionem, ne in futurum illa Constitutio approbari, & confirmari possit, nisi in Capitulis

Motiva.

similibus Generalibus approbata, & approbata fuisse, quodque in eadem Congregationis regimine...

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod hæc Constitutio in quatuor Congregationibus generalibus...

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum...

§. 3. Cum autem, sicut prædictus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi...

§. 4. Decernentes eandem præsentem litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios...

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis Fratrum hujusmodi...

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmatio Statutorum, ac Decretorum Capituli Generalis Hoscensis Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum.

Vide aliam Confirmationem Statutorum ad Constit. 131. Urbani VIII. Sacri Apostolatus, pro Fratribus Discalceatis hujus Ordinis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastoralis dignitatis fastigium, nullo licet merito, sed ipsorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam...

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Vicarius Generalis Italiae, & Siciliae, ac Procurator Generalis totius Ordinis Fratrum B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum...

Primo ad plenioris observationem Motus proprii Sanctissimi felic. recordationis Urbani VIII. de expulsiōe Regularium delinquentium, juxta id, quod similiter decretum est in Capitulo Generali Barbastrensi, & Murcienfi proxime celebratis, prædictum Generale Diffinitorium decrevit designare, ac designavit in singulis Provinciis totius prædicti Ordinis sex Consultores...

Similiter autem decrevit, quod ex cujuslibet prædictorum sex Consultorum defectu illius loco duo Electores Generales pro tali Provincia succedant, habita attentione, quod dignior prius designatus minus digno intelligatur.

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in omnibus Provinciis Patres Diffinitores earum, necnon Diffinitores, & Electores Generales, dum prædictis Officiis funguntur, omnibus exemptionibus, gratiis, & privilegiis Magistrorum de numero gaudeant.

Item habita consideratione laborum, quos Patres Vocales ad Capitulum Generale Balbastrense, & Murcienfe proxime celebratum concurrentes, hyemalibus molestiis glaciū, nivium, fluminumque inundantium in itineribus sunt passi, quin & Vocales ad Capitulum Generale Barchinonense præterium convocatos canicularibus ferventis solis caloribus summo periculis...

Constit.

firmas

Decretum

ordinis

D. P. An. 8.

18. Dec.

1662.

ordinis

sequuntur

Decretum

Generale Capitulum quando celebrandum

matura

matura attentione decrevit, ut in posterum Capitulum Generale, Magistratu Ordinis quovis modo vacante, si per quatuor menses ante Festum Pentecostes id evenierit, in Vigilia dicti festi celebretur; si autem successerit mors Magistri Generalis, vel alia (ut prefertur) vacatio intra tempus quatuor mensium ante dictum Festum, tunc ad Sabbathum Dominicæ tertiæ Octobris ejusdem anni celebratio Capituli Generalis differatur; & similiter si Magistratus vacatio prædicta per quatuor menses ante dictum Sabbathum Dominicæ tertiæ Octobris acciderit, in tali Sabbatho dictæ Dominicæ celebretur; si autem intra tempus quatuor mensium ante dictam Dominicam tertiam Octobris contigerit, tunc ad Sabbathum, seu Vigiliam Pentecostes anni immediatè futuri transferatur: insuperque decrevit, prædictum Generale Diffinitorium, propriis inhærendo Constitutionibus, celebrationem Capitulorum Generalium semper in Sabbatho, & non alia die fieri debere. Unde in hunc finem, & pro majori declaratione præfati Decreti statuit, quod si quatuor menses à vacatione Generalatus expleantur ante Sabbathum Pentecostes, celebratio Capituli fiat in Sabbatho Pentecostes, & similiter si expleantur ante Dominicam tertiam Octobris, celebratio Capituli fiat in Sabbatho ante Dominicam prædictam tertiam Octobris; si verò quatuor menses à vacatione Generalatus expleantur post Festum Pentecostes, intra octavam tamen dicti Festi, celebratio Capituli Generalis fiat in Sabbatho ante Dominicam Sanctissimæ Trinitatis; & similiter si prædicti quatuor menses dictæ vacationis expleantur post dictam Dominicam tertiam, intra octavam tamen illius, celebratio Capituli Generalis fiat in Sabbatho primo post dictam tertiam Dominicam Octobris, & non ultra, ne ob tam paucos dies electio Magistri Generalis in tam longum tempus differatur: interim autem donec Capitulum Generale, novaque electio fiat, Prior Monasterii Barchinonensis semper sit Caput, & Vicarius Generalis totius Religionis. Prædictumque Generale Diffinitorium suppliciter, & humiliter exorat Sanctissimum Dominum Nostrum Papam ut hujusmodi Decretum pro sua benignitate confirmare, & præfatum dicti Capituli Generalis Toletani ad ipsius instantiam confirmatum à Sanctissimo Urbano Octavo, prout huic contrariatur, derogare dignetur.

Provincialia Capitulum do celebranda.

Item prædictum Generale Diffinitorium decrevit, ut deinceps in perpetuum celebrentur Capitula Provincialia verno tempore circumcirca Dominicam Cantate, Sabbatho ante ipsam: & quod si in dicto tempore Magistratus Ordinis vacaverit, Capituli, vel Capitulum Provincialium celebratio usque ad aliam Dominicam Cantate, immediatè futuram prorogetur: Ut sic fiat conformis Constitutionibus Religionis, juxta caput quartum secundæ distinctionis, ubi sic: Religio (vacante scilicet quovis modo Magistratu Ordinis) in eodem profertur statu perseveret, sicut fuerat ante vacationem Magistratus: & in cap. 6. ejusdem distinctionis de Capitulo Provinciali sic: Celebratur tamen prædictum Capitulum in Dominica Cantate, in qua futuris temporibus in toto Ordine celebranda sunt inviolabiliter Capitula Provincialia.

Contributio- nes in duas partes divi- denda.

Item prædictum Generale Diffinitorium utilitati Provinciarum Novæ Hispaniæ, & del Perù in Regnis Indiarum Occidentalium, earumque levamini consulens, ne superfluis sumptibus, & contributionibus nimis graventur, decrevit ut de cætero contributiones pro Vestuariis Magistri Generalis in illis Provinciis fieri solitæ, minime fiant, sed pro Vestuariis Magistri Generalis, & sumptibus Procuratoris Generalis Curie Romanæ, & negotiis, seu litibus in ea concurrentibus, designavit prædictum Generale Diffinitorium medietatem contributionum, quæ in illis Provinciis pro Vestuariis suorum Vicariorum Generalium fiunt, juxta ea, quæ fieri consueverunt, ita ut tales Contributiones in duas æquales partes dividantur, quarum una Magistro Generali in Hispaniam mittatur, altera verò ipsi Vicariis Generalibus pro sui Officii sumptibus designetur.

Item cum dubitatum fuisset in prædicto Diffinitorio

ad quem facultas exponendi ad Religionis gradus archiepis, neque: Post disertam Jurium inquisitionem declaratum fuit, pertinere ad quodlibet Diffinitorium, quodlibet Provinciale, non solum approbationem lecturæ, vel prædicationis ad prædictos gradus, sed facultatem exponendi ad illos. Quæ tamen expositio ad futuram vacantem ex Decreto Sanctissimi Pauli Quinti est prohibita, similiter declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ne gradus suspensi per longum tempus maneat, ex quo plura prævidentur bono Regimini imminuta damna, & ne Religiosi, aliis idonei, & approbati illis orbentur usque ad Capitulum futurum) posse Diffinitorium Provinciale prædictam facultatem exponendi, quæ jure nostrarum Constitutionum Diffinitorio Provinciali privative competit, concedere Reverendissimo Patri Magistro Generali, ut quoties graduum vacatio contigerit, possit exponere ad talem determinatam vacantem quemlibet ex approbatis à Diffinitorio Provinciali.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, ita, & juxta hoc Decretum disponendum fore caput vigesimumquintum nostrarum Constitutionum de Magistris, & Præfentatis.

Item confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod jam decretum est in Capitulis generalibus Hobrensi, Balbastrensi, & Murcienfi proximè celebratis circa facultatem, & potestatem R. P. Prioris Barchinonensis, Magistratu vacante, tanquam Supremi Religionis Capitis: & Vicarii generalis totius Ordinis de, & super confirmatione Graduum vacantium tempore sui Regiminis: & prædictum Diffinitorium generale, nemine discrepante, declaravit R. P. Priorem Barchinonensem ratione sui Officii prædicti habere sufficientem facultatem, & auctoritatem ad confirmationem Graduum conferendam jure nostrarum Constitutionum dist. 1. cap. 4. his verbis: Viceque, & potestatem Magistri generalis in omnibus, prout in his Constitutionibus sancitur, habeat.

Item desiderans prædictum generale Diffinitorium inter Patres Principatus Cataluniæ, & Aragoniæ jurgia sedare, & pacem stabilire, decrevit ut de cætero in Capitulis Provincialibus Provinciæ Aragoniæ eligatur ad minus unus ex Patribus Principatus Cataloniæ in Diffinitorem Provinciale. Item decrevit prædictum generale Diffinitorium ad perpetuam rei memoriam, quod tam Reverendissimus Magister Generalis, quam Provinciales, Commendatores, & Vicarii Generales in fine quarumcunque litterarum patentium, & aliarum Testimonialium Scripturarum, Professionum, &c. hoc utantur stylo, ut post numeratum Domini annum, similiter scribere debeant annum fundationis Ordinis, his verbis: A fundatione nostri Ordinis anno N.

Item prædictum Generale Diffinitorium decrevit, quod in die Sabbathi cujuscunque hebdomadæ post Primam, secundum antiquam Religionis consuetudinem inviolabiliter celebretur Missa de Beata Virgine in omnibus Conventibus totius Ordinis juxta Ritus Romanum, cui inter sint omnes Religiosi cujuscunque gradus, aut qualitatis extiterint, Reverendissimo Magistro Generali non excepto. Similiter eadem die post completorium ad cantandum Antiphonam Salve, in Capella majori Ecclesiæ conveniant.

Item decrevit, quod eadem suffragia, quæ pro quolibet Religioso Professo decedente celebrantur, ac debent celebrari, eadem etiam pro Religioso Novitio defuncto celebrentur: Rursusque Commendator Dominus, ubi aliquis Religiosus, tam Professus, quam Novitius obierit, quamprimum poterit, certiores faciat, tam Provinciale, quam Commendatores illius Provinciæ de Fratris morte, nomine, & officio, ut pro illo supra posita suffragia fiant, teneanturque Commendatores, seu Prælati Conventuum nomen defuncti Fratris scribere in tabella ad hunc effectum in Choro, vel in Sacristia destinata, & solito triennio retinenda, & renovanda, quam debent Visitatores in suis Visitationibus sedulo examinare, & an suffragia pro defunctis sint integrè perfoluta. Similiterque audita morte sanctiss.

Missa de Beata Virgine quælibet Sabbato celebranda.

Missa pro Fratris defuncti celebranda.

Sanctissimi N. P. P. in singulis Conventibus nostri Ordinis solent requirere pro ipso sunt, idemque pro Emmentissimo Domino Cardinali Nostra Religione Protectori, & pro Rege & Regina Catholicis, totius Religionis Patronis, & Fundamentis fiat. Quahbet feria secunda (tempore Paschali excepto) post Primam canetur Missa quotidiana Defunctorum, qua finita fiat processio secundum antiquam consuetudinem Religionis: quod si die feria secunda aliquo Festo solenni impedita fuerit, in tertiam, vel quartam feriam transferatur, ut in Ceremoniali nostri Ordinis recitatur.

Item cum ex nostris Constitutionibus quotidie bis mentaliter orare teneamur, decrevit predictum Generale Diffinitorium tempus primæ orationi toto anni tempore dimidiam saltem horam immediatam ante Primam destinare, taliter quod primo mane omnes Fratres in Choro conveniant, ubi genibus flexis, invocato Spiritu Sancto Antiphona, Veni Sancte Spiritus, & reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende. Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, & benedicta. Vers. Emitte Spiritum tuum, &c. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix, &c. Salvos fac servos tuos, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c. Oremus. Deus qui corda fidelium, &c. Deus virtutum, &c. cuius est totum, quod est optimum, in se peccatoribus nostris amorem tui Nominis, & præsta in nobis Religionis augmentum, & que sunt bona nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodias. Defende quæsumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer infidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Secundò etiam conveniant post completorium, factoque saltem post dimidiam Orationis horam signo à Prælato, Hebdomadarius incipiat Antiphonam: Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annuntiavit universo mundo, ex te enim ortus est Sol Justitiæ Christus Deus Noster, qui solvens maledictionem dedit Benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam, prout in Rituali Ordinis notatur: & cum hoc ita decretum sit in aliis Capitulis Generalibus, nempe Bilbilitano, Hibernensi, & Burtinensi, juxta ipsum ordinanda est Constitutio, ubi designat tempus Orationis immediatè post Nonam, vel Matutinas.

Item præter disciplinas à Constitutione assignatas, & eas, quæ sunt quarta, & sexta feria per totum quadragesimale tempus, decrevit predictum Generale Diffinitorium, quod omnibus feriis sextis per totum Adventum servari à Religione stabilitur, ut Vespere omnes Fratres conveniant in Choro, vel Ecclesia, & ibi communem faciant disciplinam, similiterque alias communes disciplinas, quibus in pluribus conventibus nostri Ordinis magno proventu, ac ædificatione Religiosi se exercent, quod predictum Generale Diffinitorium laudavit, & approbavit.

Item statuit, quod præter jejunia in nostris Constitutionibus statuta, teneantur jejunare omnes Fratres (ut est laudabilis, & antiqua consuetudo Religionis) in omnibus Vigiliis Festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis, Domini, ac Patronæ Nostræ, & in Vigilia Sanctissimi Patriarchæ nostri Petri Nolasci.

Item decrevit, quod Commendatores, seu Prælati Conventuum nunquam à Refectorio absint, nullumque Religiosum, tam ex Magistris, quam ex Præsentatis abesse permittant: quod si Commendator, seu Prælati Conventus absint, & sæpius à Refectorio abfuerit, Officio, & commenda privetur.

Item decrevit, quod PP. Commendatores provideant Religiosis omnia necessaria ad vestitum, & ille, qui habitum integrum in triennio, & calcamenta toties quoties opus, & requisitus fuerit, suis subditis non dederit, puniatur in Capitulo Provinciali ad arbitrium Diffinitorii, & sit inhabilis ad cæteras Prælaturas.

Præterea pro noticia cap. 16. primæ distinctionis nominis Bullæ Magni Tom. V.

strarum Constitutionum, & sequentium, ubi de levi culpa, de gravi, graviori, & gravissima culpa agitur, declaravit predictum Generale Diffinitorium; notari debere materiam ejusdem delicti puniendam puniendi gravis, vel levis culpæ: quod debet intelligi (ut videtur in consequentia, vel oppositio Constitutionum) juxta gravitatem, vel levitatem materie, quæ in moralibus aggravant, vel diminuunt culpam. Et insuper decrevit debere prædictis Capitibus addi pœnas, quæ per varia capita nostrarum Constitutionum sunt dispersæ, unicuique propria adaptando, & insimul colligendo cum relatione ad proprias, & congruas Constitutiones, ut facilius in promptu habeantur, ut statutum fuit in Capitulo Generali Murcienfi.

Item decrevit, quod Religiosus, qui ea delicta commiserit, quibus pœna in Constitutionibus declarata debetur, si triennium de sententia juridica Generalis Magistris, aut Provincialis cum duobus Diffinitoribus, vel Prælati ad triemes mittatur, tempore pro qualitate criminis debito, non per expulsionem à Religione, sed per expoliationem Habitus: transacto vero tempore poenitentia redire tenetur ad Religionem, & se suis Prælati præsentare, ut de ejus Conventualitate provideant, & tunc inter reliquos Fratres Habitu eodem indutus commoretur.

Præterea decrevit, quod nemo Religiosorum possit habere redditus annuales, seu census, nisi de licentia Sedis Apostolicæ, juxta Constitutionem Sanctissimi Domini Urbani Octavi: quod si secus fiat, qui habuerit, ipsis statim privetur, & applicentur Conventibus, seu Monasteriis, quibus ex vi Constitutionis pertinent.

Item quia capite vigesimo tertio primæ distinctionis de recipiendis ad Ordinem habetur, quod nullus recipiatur in Ordine, nisi de consensu majoris; vel sanioris partis Conventus, decrevit predictum Generale Diffinitorium, quod illa clausula, vel sanioris partis, deleatur, semper enim debet recipi, qui recipiendus fuerit, de consensu majoris partis.

Item decrevit, quod nullus Religiosus alienæ Professionis, cujuscumque qualitatis, aut conditionis existerit (exceptis Nobilibus Militaribus) possit ad nostram Religionem admitti, super quo taxatur Magistro Generali potestas: similiter Magistro Generali, & Procuratori Generali in Romana Curia taxatur potestas suum præbendi consensum super transitu Religiosorum ex Discalceata ad nostram primitivam, seu de Observantia Familiam. Insuper nullus ad habitum nostræ Religionis admittatur, nisi prius de genere, moribus, & vita accuratè, & fide digna informatione, ac aliis, quæ expressè habentur in nostris Constitutionibus prædicto capite 23. Commendatori, & Communitati plenè illius Conventus, ubi recipiendus est, clarè constet.

Præterea observari præcipimus Decretum ex Motu proprio Sanctissimi Domini Sixti Quinti, quo decrevit, quod nullus ex sacrilego, aut incestuoso concubitu usque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum natus ad habitum admittatur, neque ad Professionem in aliqua Religione: quod si secus fiat, Professionem decernit esse nullam, eosque fecit inhabiles ad profitendum, & ad ascendendum ad quoscunque gradus, & dignitates, reliquosque illegitimos ex alio thoro natos, spurios, vel naturales, etiam aliàs legitimatos, ad Religionem admitti non posse, aut debere, nisi prius illorum vita, & moribus diligenter cognitis, & circumstantiis universis fide dignis testimoniis, ita ut eorum receptio videatur profutura universæ Religionis commodo, & utilitati ejus, super quo in Generali, vel Provinciali Capitulo matura deliberatione habita unanimitè consensu Diffinitorum, & Provincialis, vel Generalis ad habitum Regularem approbentur. Et nihilominus hi sic recepti ad gradus, honores, & dignitates Ordinis perpetuò sint inhabiles, nisi à Sancta Sede Apostolica specialiter dispensentur cum eis.

Præterea declaramus Vicarios Conventuum non esse Prælatos cum sufficienti auctoritate, & potestate

ad admittendum, vel tradendum habitum Novitiis; poterit tamen, si sit Præfatus in capite, vacante officio Commendatoris, etiam si sit per suspensionem ab Officio, ceteris ut supra concurrentibus.

*Præfatus Com-
mendatorum.*

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in prædicto capite 13, de recipiendis ad Ordinem, ubi dicitur: Et tempus probationis assignetur ei (Novitio scilicet) à Præfato, addatur: Juxta Decretum Sacrosancti Concilii Tridentini sessione vigesimatertia, & de jure, quod est integer annus, post quem immediate Novitius est admittendus.

*Professio no-
vitiarum.*

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod in capite vigesimoquarto prædictæ primæ distinctionis, ubi agitur de Professione, addantur hæc: Et similiter irrita, & nulla sit Professio illorum, qui ex sacrilego, aut incestuoso concubitu usque ad tertium conlangunitatis, vel affinitatis gradum sunt nati, juxta Motum proprium fel. recor. Sixti Papæ V. quem Generale Capitulum Murciense in Ordine nostro servari decrevit. Et pariter sit irrita, & nulla professio illorum, qui in alia Regulari Religione fuerint professi, juxta Decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Urbano Octavo confirmatum; si verò tacita veritate, vel expressa falsitate hujusmodi defectus habentes professionem emiserint, quocumque tempore id cognoscatur, ab Ordine nostro penitus, tanquam non professi expellantur.

*Contra de-
fraudantes
bona Redem-
ptionis.*

Item decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod qui bona Redemptionis in aliquo defraudasse repertus fuerit, non solum voce activa, & passiva in perpetuum privatus existat, sicut inter alias pœnas, cap. 28. primæ distinctionis nostrarum Constitutionum statuitur, sed illum sic delinquentem, nec Provincialis, nec Generalis Magister ad tales voces restituere, & ab ea pœna liberare possit, nisi solum universum Diffinitorium Generale unanime, & conforme, ac nemine discrepante, & nisi restitutus ablati; & similiter decrevit, quod bona Redemptionis nequeant à Conventibus pretio comparari, nisi infra vigintiquatuor horarum spatium pretium pro emptione in communi deposito prædictæ Redemptionis reponatur; quod si contrarium per aliquos Præfatos fiat, pœnis in prædicta Constitutione assignatis subjaceant.

Insuperque declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod pœnæ Constitutionum in bona Religionis defraudantes, non tantum sunt excommunicatio, & privatio vocis activæ, & passivæ, sed etiam privatio Officiorum in tota Religione: & ita sunt in posterum intelligendæ, & infligendæ.

Item quia statutum est à Capitulo Generali Toletano, & à Sanctissimo Urbano Octavo felic. recordationis confirmatum, quod si quando Officium Generalatus vacaverit, & fuerit notificata vacatio Conventui Barchinonensi, & non sit Prior electus, tenentur Patres Conventuales dicti Conventus intra spatium vigintiquatuor horarum Priorem de more, juxta Constitutiones eligere: Decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod si fecerint, in Gubernium Religionis, & Officium Vicarii Generalis succedat Provincialis, aut Vicarius Provincialis in Capite illius Provincie, ubi erit celebrandum Capitulum Generale immediate futurum. Deficiente verò Provinciali, aut prædicto Vicario Provinciali, succedat Commendator illius Domus, in qua celebrandum est prædictum Capitulum. Quod similiter observandum est, si Prior Barchinonensis, tempore quo Magistratus vacaverit, fuerit legitime impeditus gubernio Religionis, juxta Decretum Capituli Generalis Bilibitaniani, à Capitulo Hosceusi, Barbastrensi, & Murciensi confirmatum.

*Alternativa
Magistri Ge-
neralis.*

Item cum servari debeat alternativa in Officio Magistri Generalis, taliter quod una vice sit ex Corona Aragoniæ, & Gallie, ac Italia, altera ex Corona Castellæ, inclavis Provinciis Vandalie, & Indiarum, ex Decreto Sanctissimi Clementis VIII. fel. record. prædictum Generale Diffinitorium decrevit, quod si Magister electus obierit ante absolutionem Capituli suæ electionis, non judicetur ejus alternativa expleta, sed secundum

eandem debeat de novo fieri electio Magistri Generalis quæ prædicta alternativa debet intelligi ex illis cujuscumque Provincie in ipsa incluse, qui in ea Professionem emiserunt, non tamen adoptati, hujusmodi enim nullatenus tali alternativa possunt gaudere: consequenterque tempus vacantis, & Officii Vicarii Generalis minime tenetur expectari de novo, casu quo Magistratus, ut dictum est, ante absolutionem Capituli suæ electionis vacaverit.

*De vacatione
Magistratus.*

Item quia in capite secundo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi agitur de vacatione Magistratus, non exprimitur peculiaris vacatio, quæ potest fieri per renunciationem, declaravit prædictum Generale Diffinitorium, posse Magistrum Generalem liberè renunciare Magistratum, nulla alia causa adhibita, nec desiderata: quæ renunciatio poterit ab ipso, vel per se, vel per Procuratorem suum legitimum fieri, & erit sufficiens, si coram Provinciali, Diffinitoribus, & Electoribus Generalibus illius Provincie, in qua extiterit, fiat: dummodò Secretarius Religionis testimonio fidem faciente eam testificetur, quod testimonium Commendator Domus, vel Secretarius per Nuncium specialem ad Priorem Barchinonensem, vel ad quem Officium Vicarii Generalis spectaverit, mittat, qui statim vacationem Magistratus omnibus Fratribus domus illius, in qua fuerit, in Capitulo congregatis, prædicto testimonio fidem faciente manifestet; & tunc ab omnibus solemniter obedientiam recipiat coram tali Nuncio de omnibus his testimonia fide digna recipiente, ut de anno, die, & hora possessionis Officii Vicarii Generalis omnibus juridicè constet, quamprimumque talis Vicarius Generalis ad omnes Provincias litteras suas Patentes, tam obedientiæ, quam convocationis ad Capitulum Generale celebrandum transmittat, & consequenter prædictum Generale Diffinitorium declaravit quod in capitibus nostrarum Constitutionum, ubi exprimuntur causæ vacationis Magistratus, ut decessus, &c. addatur, & exprimat hæc peculiaris, nempe renunciatio.

Insuper declaravit prædictum Generale Diffinitorium (ad omnem ambiguitatem tollendam) quod tempus Gubernii Vicariatus Generalis totius Ordinis non habeat locum, nec habere possit, casu quo expleatur electionis sexennium. Præterea declaravit, quod etsi jure nostrarum Constitutionum omnes Vocales Capituli Generalis convocati judicentur ad Capitulum Generale, quando expletur sexennium, Magister tamen Generalis tenetur opportuno tempore illos ad celebrationem dicti Capituli convocare.

Electores.

Item cum præter Electores Magistri Generalis à Constitutione capite tertio 2. dist. determinatos, duo alii in qualibet Provincia designentur, & canonica electione similiter per secreta suffragia eligantur, ex decreto Capituli Generalis Matritensis à subsequentiibus, & diuturna consuetudine confirmato, ita ut in qualibet Provincia quinque sint Electores suffragia habentes in Capitulo Generali, Provinciali nempe, & quatuor Socii, quorum duo titulo Diffinitorum, alii verò Electorum Generalium gaudent: decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod qui titulo Electorum designantur, tantum habeant suffragium in qualificatione Vocalium ante electionem, & in electione Magistri, ac Domus Capitularis, non autem in aliis Diffinitoriis, servando in hoc consuetudinem Religionis à Capitulo Generali Murciensi approbatam, & confirmatam: & similiter, quia dicti Diffinitores, & Electores Capituli Generalis debent esse gradu Magistrati, vel Præfaturæ insigniti, vel saltem per viginti annos à professione antiqui, ut in electione Magistri possint habere suffragium, juxta Decretum Capituli Generalis Barchinonensis à subsequentiibus confirmatum, & observatum: decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod tempus prædictæ antiquitatis viginti annorum per authenticum, & fide dignum transcriptum Professionis constare debet.

Item cum quicumque in Romana Curia in Officio Procuratoris Generalis suppet, & cum approbatione communi

*Procurator
Rom. Curie.*

munus per quinquennium se gesserit, si fuerit Magister, vocem habeat in Capitulo Generali proxime immediate futuro, ex decreto Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Urbano Octavo confirmato, decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod talis Procurator Generalis non tantum habeat vocem in electionibus Capituli Generalis, verum etiam in omnibus Diffinitoriis illas subsequentibus usque ad absolutionem Capituli, cum præcedentis loci ad omnes Diffinitores Generales.

Item prædictum Generale Diffinitorium approbavit, ac confirmavit Statutum Capituli Generalis Murcienfis, quo decernitur, quod in electione Diffinitoris, vel Electoris Generalis, loco illius, qui morte, vel impedimento legitimo Capitulo Generali assistere nequit, quæ à Diffinitoribus Provincia simul cum Provinciali fieri debet, vocem habeat Magister Generalis, si præfens fuerit, minimè tamen Vicarius Generalis Ordinis, qui loco Magistri succedit.

Item approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium Statutum Capituli Generalis Murcienfis, quo decernitur, quod non possit Vicarius Generalis, aut Provincialis à die vacationis Magistratus usque ad novam Magistratus electionem, aliquem Electorem voce activa privare: quod etiam extendit hoc prædictum Generale Diffinitorium ad vocem passivam: quod si ratione alicujus delicti, vel ob alias causas sit inhabilis, & suffragandi actione: x jure communi, vel nostrarum Constitutionum careat, à Capitulo Generali ante electionem accuratim scrutetur, ac decidatur.

Item cum omnes Vocales Capituli Generalis, ut moris est, die immediate præcedenti ad diem Electionis in Conventu designato ad illam conveniant, ibi à Præsidente Ordinis, & Capitulo benigne suscipiantur, & Vicarius Capituli nominetur, qui jurisdictionem ordinariam super omnes Capitulares, & alios Fratres ad Capitulum concurrentes exercebit: talis autem Vicarius est eligendus ex Capitularibus illius Provincia, in qua celebratur Capitulum Generale, vir providus, religiosus, pacificus, & virtute præditus: quam consuetudinem approbavit, ac confirmavit Capitulum Generale Murcienfis, & hoc prædictum Generale Diffinitorium decrevit servari.

Eadem autem die, qua prædicti Vocales ad electionem in præfato Conventu convenierint, vespertina sessione congregata, & facta commemoratione pro Sanctissimo Domino Nostro Papa, & felici statu Ecclesiæ, & pro Rege, pro Benefactoribus Ordinis, & captivis Christianis vivis, atque defunctis, prout in capite decimo septimo de Capitulo quotidiano in nostris Constitutionibus statuitur, Præsides electionis brevem, & piam Orationem habeat, qua Patres Electores de fine conventionis moneat, simulque ad electionem novi Magistratus rectè, legitime, & canonicè peragendam hortetur, virtutesque, prudentiam, & doctrinam viro eligendo necessarias exponat, qua peracta, ad examen Vocalium procedat, & primò præcipiat, idque secundò, & tertio moneat, ut si quis aliquem Vocalium in Diffinitorio aliquo impedimento legitimo, vel censura Ecclesiastica innodatum (ratione cuius in electione non habeat suffragium) assistere sciverit, continuò manifestet.

Quod si aliquis reperiat, & sufficienter probeatur, tale pati impedimentum, à Diffinitorio declaretur, & de Capitulo ejiciatur: ita ut in hac sessione omnes Vocales examinentur, & ad futuram die sequenti electionem certo numero statuatur. Et die sequenti primo mane ad auroram omnes Vocales legitima voce ad electionem pridie designati in loco Capitulari conveniant, ibique celebretur Missa Spiritus Sancti, & Concio literalis Latino idiomate ad Electores habeatur, exhortando eos ad rectam, & bono communi utilem electionem: qua finita omnes flexis genibus Hymnum, Veni creator Spiritus, cantent, & Præsides surgens, dicat: Emitte Spiritum tuum, &c. Dominus vobiscum, &c. Oremus. Deus qui corda fidelium,

Bullariis Magni Tom. V.

&c. & sic ad electionem procedatur forma Juris juxta nostras Constitutiones servata, Magister Generalis post electionem usquedum à Sancta Sede confirmationem sui Officii obtineat, eo fungatur, non tantum sub titulo Vicarii Generalis, ut in Constitutionibus sancitur, sed etiam Generalis electi, ex consuetudine Religionis ab hoc prædicto Generali Diffinitorio approbata, & confirmata.

Circa quod est observandum, ut omnis ambigendi locus relegetur, quod si numerus suffragiorum sit impar, verbi gratia, si Vocales sint viginti & novem (qui numerus ex duabus partibus inæqualibus constat, quarum una habet quindecim, alia verò quatuordecim) ille qui habuerit quindecim suffragia, dummodo non sit ex numero eligentium, sit legitime electus: si verò ex numero illorum sit, indigeat alio suffragio ultra quindecim, ut suum ipsius suffragium sibi profuisse non aestimetur: si autem in aliqua scheda, seu suffragio Scrutatores reperiant aliquam subscriptionem, vel signum, aut chirographum, ratione cuius deveniant in cognitionem eligentis, vel si nihil reperiant scriptum, aut si aliquod suffragium in favorem alicujus inepti reperiant, non propterea aliquod præjudicium electioni sequatur; sed talis scheda subscripta, & signata, velut alba, in favorem inepti separetur, & pro suffragio cassato reputetur, & habeatur, ac postea cum cæteris comburatur, quæ omnia servari debent, tam in prædicta electione Magistratus, quam in electione Provincialis, ac in omni electione canonicè faciendâ.

Item prædictum Generale Diffinitorium confirmavit, quod Capitulum Generale Murcienfis erga Officium Magistratus Generalis decrevit, nempe quod Magister Generalis in toto Ordine generalem habeat potestatem: illam (inquam) quæ jure Superioribus cujuslibet Religionis est concessa, & in posterum concedenda ad omnia, ad quæ ex nostris Constitutionibus non limitatur, curamque præcipuam totius Ordinis, & administrationem gerat. Unde per se solum eam potestatem in toto Ordine habeat in omnibus, & singulis, quam Provincialis in sua Provincia, & Commendator in sua Commenda. Insuper eam, quæ ad rationem sui Officii ex jure communi, ex privilegio, vel ex nostris Constitutionibus ad eum spectat: verumtamen in inferiorum Prælatorum Ministerio non se immisceat, nisi vel ob eorumdem defectum, vel cum prudentia, & quando ratio id postulaverit: semper tamen inferiores illi parere teneantur, & licet capite trigesimo primo de modificatione pœnarum, primæ distinctionis nostrarum Constitutionum detur facultas Magistro Generali dispensandi, & mitigandi in pœnis à Constitutionibus taxatis, monetur tamen ne liberè, & cum facilitate dispense, nisi transacta jam majori parte pœnitentiæ, prævisisque in pœnitentibus manifestis, & evidentibus signis doloris, & correctionis.

In juramento à Generali electo post electionem juxta nostras Constitutiones præstando, debet addi, & jurare tenetur, se observaturum capita Concordiæ initæ cum familia Discalceata circa Ministerium Redemptionis, prout in ea continentur. Potest Magister Generalis præsidere in Capitulis Provincialibus per se ipsum, vel per Vicarium suum idoneum, & prudentem ad hoc specialiter deputatum: & primam vocem habebit, tam ipse, quam ejus Vicarius in omnibus electionibus, Ordinationibus, & Diffinitoriis usque ad absolutionem Capituli.

Tempore electionis poterit Magister Generalis convocare ad celebrationem Capituli Provincialis omnes Vocales illius Provincia, litteris convocatoriis, eas mittendo immediate Provinciali illius Provincia, ut eas continuò manifestet, & notas faciat in Capitulo pleno Conventus, ubi præfens extiterit: deinde eas ad omnes alios suis consuetis Itinerariis mittat. Si autem Magister Generalis, aut ejus Vicarius fuerit in aliquo Conventu illius Provincia, ubi tale Capitulum celebrandum sit, prius prædictæ litteræ convocatoriæ notæ fiant prædicto Conventui in Capitulo pleno, & postea eas mittat, ut dictum est.

Li 2 Quod

Quod si Magister Generalis hujusmodi litteras convocatorias opportuno tempore (duobus inquam mensibus immediatis ante complementum triennii) non miserit , Provincialis , & in ejus defectu Vicarius Provincialis suis litteris ad celebrationem dicti Capituli convocare poterit : eadem facultas Vicario Magistri in Præsidentem Capituli nominato conceditur. Magister Generalis in concurrentia Capitulum Provinciale , potest quodlibet eorum per quadraginta dies à complemento triennii quocumque anni tempore antepone , vel postponere , ut uni , & alteri interesse possit ex Decreto Sanctissimi felic. recor. Clementis VIII. & nova declaratione S. C. R. sub die duodecima Decembris , de anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto : quæ facultas etiam conceditur ab hoc Generali Diffinitorio , Decretum Capituli Generalis Murcienfis confirmando , prædicto Magistro Generali , quamvis non sit concurrentia Capitulum , sed unicum tantum celebrandum , si aliis expedire visum fuerit.

Ad Magistrum pertinebit (juxta Constitutiones nostras de instructione Officiorum) in electionibus , si præsens fuerit , Electores dirigere , modeste , charitative , & religiose eos monendo , hortando , & instruendo , imò etiam suaviter suadendo ad eligendam personam digniorem , & magis idoneam Capituli , ipsius virtutes veras , & regimini necessarias ostendendo , & quando abfuerit , per litteras ad Capitulum , & Electores missas dirigendo . Quamvis jure nostrarum Constitutionum capite quinto distinctionis secundæ Magister Generalis possit dispensare cum Fratribus in nonnullis rebus , & aliquas gratias , & exemptiones (absque tamen aliorum præjudicio) Religiosis concedere : nihilominus tamen , ut cessent multa inconvenientia , quæ experientia magna esse comprobavit , Magistro Generali impostum illas concedere , vel cum fratribus dispensare minime licebit : Exposuit tamen prædictum Generale Diffinitorium , quod poterit Generalis Magister declarare , aliquos frui exemptionibus (quas reales appellat prædictum Generale Diffinitorium) illis scilicet , quibus ratione Officii , gradus , & antiquitatis quadraginta annorum in Religione gaudere possunt , tam juxta Constitutiones nostras , quam Sanctæ Sedis Decreta , necnon & aliorum Capitulum Generalium .

Item decrevit , quod jus eligendi Provinciale devolvatur in Magistrum Generalem , casu quo Electores in Capitulo Congregati infra tres dies à primo Electionis inclusivè de persona eligenda non convenerint , vel electio non fuerit facta juxta Sacros Canones , Constitutiones , & Decreta Ordinis , jureque cassanda venerit : tunc namque Magister eliget Provinciale . In cæteris vero electionibus forma nostrarum Constitutionum observari debet .

Item decrevit , quod qui fuerunt Magistri Generales , habeant immediationem Magistro Successori , & locum immediatum Prælatis , & in omnibus Congregationibus , tam Generalibus , quam Provincialibus cuiuscumque Provincia , in qua tempore convocationis interfuerint , Vocem , & Votum electivum , & decisivum habeant , sicut quilibet ex Diffinitoribus , & Electoribus dictæ Congregationis , similiterque locum immediatum Præsidi .

Item confirmavit , & approbavit prædictum Generale Diffinitorium , quod Capitulum Generale Toletanum statuit erga Vicarios Generales Indiarum , nempe quod prædicti Vicarii Generales Indiarum justis de causis possunt à Magistro Ordinis ab Officio amoveri , eorumque regimen debet esse juxta nostrarum Constitutionum tenorem , qui nequeant nominare Commissarios Generales in eorum absentia , præcipue in illis Provinciis , in quibus saltem ad unum Conventum pervenerint ; sed liberum relinquunt regimen Patribus Provincialibus , nisi ob casum , & gravem causam ad Visitationes moventem , quam per propriam personam facere nequeant . Quod si secus fiat prædictæ nominationes , nullius valoris , aut roboris possunt confirmare , & annullare Capitula Provincialia ,

& Provincialium electiones , minime tamen poterunt eas annullare , similiterque nec suspendere , vel privare . Provinciales valebunt , nisi prius legitima causa juridicè acta , & conclusa . Et in eo casu quo poena suspensionis debeat imponi , prius duos Prælatos , seu Diffinitores consulere tenentur , ad privationem vero quatuor . Hac forma sententia producta à Vicario Generali , & quatuor Diffinitoribus , habeat effectum executivum , qualibet appellatione interposita : & cum eisdem Diffinitoribus , quorum consensu Provinciale privaverit , vel suspenderit , Vicarium eligat Provinciale , ne Provincia maneat orbata gubernio .

Præterea prædictum Generale Diffinitorium approbavit , & confirmavit , quod Capitulum Generale Murciense decrevit erga prædictos Vicarios Generales Indiarum , nempe quod deficiente Provinciali absque nominatione Vicarii Provincialis , non poterunt hujusmodi Vicarii Generales Indiarum nominare Vicarium Provinciale , sed succedere debet in officio Commendator domus , ubi celebrandum est Provinciale Capitulum immediate futurum , & suo Ordine Diffinitores . Tamen prædicti Vicarii Generales Indiarum ratione sui Officii habent jus convocandi ad celebrationem Capituli Provincialis , in eoque præsidendi . Habent similiter suffragium in omnibus electionibus , & Diffinitoriis intra Capitulum .

Insuper prædictum Generale Diffinitorium approbavit , & confirmavit Decretum Capituli Generalis Toletani , quo decernitur , quod prædicti Vicarii Generales Indiarum non possunt vocare Religiosos Doctrinarios ad visitationem extra suam doctrinam , nec ipsi ita vocati tenentur adire , sed in eisdem doctrinis debent Vicarii Generales , vel eorum Visitatores ab ipsis rationem petere . Nec extra prædictam Visitationem possunt Doctrinarios privare , sed hoc fiat præcedente causa legitima , qua juxta nostras Constitutiones privantur Commendatores suis Commendis . Et nunquam Doctrinarij à sua doctrina decedant , usquedum successor advenerit . Præterea cum ex nostris Constitutionibus capite decimo tertio secundæ distinctionis electio Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana pertineat ad Magistrum Generalem , & Generale Capitulum , hoc prædictum Generale Diffinitorium confirmavit , quod Generale Capitulum Murciense decrevit , nempe quod si post factam nominationem prædictam tale Officium Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana vacaverit per mortem , renunciationem , privationem , vel per aliam legitimam causam , jus nominandi de novo penes prædictum Magistrum Generalem maneat .

Insuper confirmat prædictum Generale Diffinitorium , quod Capitulum Generale Murciense decrevit , videlicet , quod talis Procurator Generalis , qui ad Magisterium ascenderit ex presentantia juxta Decretum Capituli Generalis Toletani confirmatum à Sanctissimo D. Urbano VIII. optionem habeat loci inter Magistros suæ Provincia cum præcedentia ad amnes , qui in ea ad talem gradum fuerint promoti post ipsum , si aliis habeat conditiones , & requisita juxta Constitutiones , & decreta Apostolica ad Magisterium de Justicia obtinendum : quod si prædictis qualitatibus fuerit destitutus , locum habeat immediatum omnibus Magistris de numero . Denique si fuerit Magister , & juxta superius dicta suffraganeus fuerit in Capitulo Generali , gratis , & exemptionibus orata , qui fuerint Provinciales , gaudebit , absque optione tamen præcedentis ad eos qui postea fuerint Provinciales . Præterea prædictum Generale Diffinitorium statuit , quod eadem forma , ac prædictus Procurator Generalis in Curia Romana nominatur , nominatur etiam Procurator Generalis in Curia Regia ad negotia , quæ in ipsa sese obtulerint , peragenda , approbans in hoc , & confirmans antiquam Religionis consuetudinem .

Insuper approbavit , & confirmavit , quod statutum fuit in Capitulo Generali Murcienfi , nempe , quod triennium Officii Provincialis computari debet secundum annos Ecclesiasticos , non juxta Solares , ita ut

Vicarii Generales Indiarum.

Doctrinarij.

Præsentia Procuratoris Generalis.

regulariter

regulariter celebretur Capitulum, & electio novi Provincialis Sabbatho ante Dominicam, in qua per triennium antè fuerat celebratum Capitulum. Et similiter confirmavit decretum Capituli Generalis Murcienfis, quod statuitur, quod si per duos menses ante complementum triennii non fuerint litteræ convocatoriæ Magistri Generalis notificatæ Provinciali Provinciæ in qua celebrandum est Capitulum, poterit Provincialis litteras suas convocatoriæ expedire, secus tamen si à Magistro fuerint expeditæ. Quod si nullæ fuerint notoriæ factæ Vocalibus, sciant se esse convocatos ad celebrationem Capituli, die quo juxta dicta supra expletur triennium. In Capitulo autem Provinciali primam Vocem habeat Magister Generalis, vel ille qui ejus loco præsidet. Præter assignatos à Constitutione etiam habent vocem in Capitulo Diffinitores Provinciæ, dummodò sint per triginta annos à Professione antiqui, & Procuratores Generales cujuslibet Provinciæ, juxta Decreta plurimorum Capitulum Generalium, quæ à Capitulo Generali Murcienfi, & ab hoc approbata, & firmata sunt.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium declarationem Capituli Generalis Murcienfis erga caput sextum secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi agitur de nominatione Vicarii Capituli Provincialis: decernit igitur, quod ubi dicitur, Provincialis nominet in Vicarium Capituli, ponatur: Præses Capituli; sub hoc enim titulo declaratur jus Præsidentis Capituli, modò Magister Generalis sit, ejusque Vicarius, aut Provincialis, seu quicumque præfuerit dicto Capitulo: idemque servandum est in aliis Capitibus, & ubicunque agitur de Provinciali tanquam Præsidente, ut omnino tollatur æquivocatio.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium approbans, & confirmans statuta Capituli Generalis Murcienfis, quod ad electionem Capituli Provincialis omnes Vocales conveniant in Domo assignata celebrationi Capituli in Vigilia Dominicæ Cantate, vel alterius Dominicæ à convocazione Capituli designatæ (semper enim electiones in Sabbatho fieri debent) nullusque locum Capitulum ingrediatur usque ad sonitum Campanæ omnes vocentur. Et eodem die, ut consuetudinis est in Religione nostra, vespertina sessione omnes congregentur, & à Præsidente Capituli aliqua brevi, & eleganti Oratione finis, ad quem convenerint, proponatur, simulque eos ad electionem novi Provincialis exhortetur. Deinde referat omnes Fratres per triennium defunctos in illa Provincia: & statim surgat, & dicatur De profundis, &c. ut habetur in Constitutionibus. Deinde ad qualificationem, seu examen eorum, qui in tali electione vocem, & suffragium habent, procedatur, fiatque legitima, & canonica regulatio omnium juxta formam Constitutionum. Die sequenti ad auroram omnes Vocales simul ingrediuntur Capitulum, & servetur forma Electionis, prout in Constitutionibus. Et Electores Capituli teneantur intra triduum convenire in persona eligenda, & legitime, ac canonicè eligere Provinciale, aliàs devolvitur jus ad Magistrum Generalem. In aliis verò Electionibus omnes præsentent suffragia juxta formam nostrarum Constitutionum. Et si persona electa in Provinciale fuerit absens à Provincia, poterit Magister Generalis de consilio Diffinitorum nominare Vicarium Provinciale ad Regimen Provinciæ cum omnimoda facultate à nostris Constitutionibus Vicariis Provincialibus concessa, quem Provincialis electus revocare non poterit, nec de novo alterum nominare, usque dum suam Provinciam ingrediatur. Post electionem verò Provincialis, & juramentum ab ipso præstitum omnes à Capitulo processionaliter egrediantur, & ad Ecclesiam procedant, cantando Hymnum, *Te Deum*, &c. ubi prostratus Provincialis electus accipiat Benedictionem à Præsidente, ut ex antiqua Religionis consuetudine fit juxta formam in capite quarto secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum de electione Magistri contentam: Magister autem Generalis tenetur confirmare electionem Provincialis ca-

Bullarii Magni Tom.V.

nonicè, & juxta formam nostrarum Constitutionum factam: quod si renuerit illam confirmare, causas, & defectus canonicos erga electionem, vel personam electam manifestare debet. Provincia autem Galliarum, & Italiæ infra tempus quatuor mensium tenentur præsentare coram Magistro Generali electionem sui Provincialis: quod si infra dictum tempus eam non præsentaverint, electio sit irrita, & nulla.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium, approbans, & confirmans, quod statutum fuit in prædicto Capitulo Generali Murcienfi, nempe quod Provincialis per tempus duorum mensium ante celebrationem Capituli Provincialis non potest privare Commendatores sua Commenda, licet possit eos ab Officio suspendere usque ad celebrationem Capituli, in quo votum, & suffragium habebunt. Et quamvis Provincialis jure Constitutionum in aliquibus casibus possit nominare Vicarium Provinciale, in hoc tamen jure, & facultate non succedit Vicarius Provincialis, etiamsi sit in capite; sed casu quo morte, vel alio titulo defecerit, in Officio Vicarii Provincialis succedent, qui jure nostrarum Constitutionum sunt vocati, Provincialatu vacante, absque substitutione Vicarii Provincialis, usque dum Magister Generalis, si fieri potest, erga hoc provideat: Et si Provinciale mori contingat absque eo, quod nominet Vicarium Provinciale in sui Officii Successorem, tunc temporis fit in libera potestate Magistri Generalis confirmare in Vicarium Provinciale talis Provinciæ Commendatorem Domus futuri Capituli Provincialis: vel si manserit, alium ex Patribus ad dictum Officium ab ipsis Constitutionibus vocatis, vel quemvis alium ex tota ipsa Provincia pro suo arbitrio, prout melius judicaverit. Et in hoc sensu sunt legitime intelligenda verba Constitutionis capite septimo secundæ distinctionis, ubi sic: Vel in eo casu Magister provideat in illa Provincia quisquis debeat esse Vicarius Provincialis: hujuscemodi autem declaravit prædicta verba Capitulum Generale Bilbilitanum; in hac autem facultate nominandi Vicarium Provinciale minime succedit Vicarius Generalis totius Religionis, cum illi non liceat Electores mutare, aut novos eligere ad Capitulum Generale.

Quod si tempore sui Gubernii Provinciale mori contingat absque nominatione Vicarii Provincialis, sit ejus successor Commendator domus ubi celebrandum est Capitulum Provinciale immediate futurum, & suo ordine Diffinitores, juxta nostras Constitutiones. Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, similiter confirmans statuta prædicti Capituli Generalis Murcienfis, quod si Provincialatus vacaverit per renunciationem, non poterit Provincialis renunciare Successorem Vicarium Provinciale nominare, sed succedat in tali Officio à Constitutione nominati eo ordine, quo Decreto antecedenti est exposita, & declarata Constitutio. Si autem Provincialis fuerit impeditus bello, peste, vel alio titulo, taliter quod per se, neque majorem partem Provinciæ gubernet, neque pro illa Vicarium Provinciale instituerit, qui ejus loco moderamini Provinciæ invigilet, poterit Magister Vicarium Provinciale nominare cum omnimoda facultate, juxta nostras Constitutiones, usque dum Provincialis gubernio sit expeditus, vel Vicarium suum instituat. Et quamvis Provincialis infirmitate, absentia, vel alio titulo impeditus Vicarium Provinciale juxta facultatem nostrarum Constitutionum instituerit, non intelligatur talem Vicarium morte succedere in Officio, nisi id specialiter in litteris patentibus declaratur; sed tunc temporis succedant nominati à Constitutionibus, veluti si nullum Vicarium & Successorem nominasset.

Insuper decrevit prædictum Generale diffinitorium, quod Provinciali, vel Vicario Provinciali in capite omnino impedito, tempore quo ad Capitulum Generalis celebrationem instante, ejus loco vocem habeat in electione Magistri Generalis (ne sua Provincia hoc suffragio orbetur) qui jure nostrarum Constitutionum

ad Officium Vicarii Provincialis est vocatus, nempe Commendator Domus, ubi celebrandum est Capitulum Provinciale proxime futurum, vel Diffinitores Provincie, servato ordine antiquitatis. Præterea cum ex antiqua Ordinis consuetudine à pluribus Capitulis Generalibus approbata, & stabilita fiat electio quatuor sociorum Provincialis ad suffragandum in Capitulo Generali, duorum nempe Diffinitorum Generalium, & duorum electorum, prædictum Generale Diffinitorium decrevit confirmare Decretum Capituli Generalis Murcienfis, quod in Capite octavo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi dicitur: Fiat electio duorum sociorum ipsius Provincialis, dicatur: quatuor sociorum, quæ electio fieri non poterit ex eis, qui fuerunt electi ad tale munus in Capitulo Provinciali proxime antecedenti, nempe sub eodem titulo: quapropter qui fuerunt Diffinitores, potuerunt eligi in electores, & è contra.

Præterea prædictum Generale Diffinitorium confirmans similiter statuta præfati Capituli Generalis Murcienfis, decrevit, quod si quis Diffinitor, aut Elector Generalis infirmari contigerit, aut sit aliqua causa impeditus instante tempore celebrationis Capituli Generalis, poterit Provincialis simul cum Diffinitoribus Provincie alterum illius loco eligere, & substituere, etiam si legitime impeditus titulum suum renunciare noluerit, abque præjudicio tamen juris ejus, si forte impedimentum cessaverit, & Capitulo interfuerit; tunc enim jure suo gaudebit, ac electioni suffragabitur, etiam si alter ejus loco electus fuerit: & si Diffinitor Provincie ab illa abfuerit, & Diffinitorium pro emergentibus sociis sit congregandum, poterit Provincialis simul cum aliis Diffinitoribus loco absentis alium eligere, qui vocem in Diffinitoriis habeat.

Insuper prædictum Generale Diffinitorium simul confirmans statuta Capituli Generalis Murcienfis decrevit, quod in Diffinitorio Capituli Provincialis faciendū post electionem Provincialis, conveniant Præsidens Capituli Provincialis Electus, & Provincialis, vel Vicarius Provincialis Absolutus, & quatuor Diffinitores Provincie, qui omnes suffragium decisivum habeant, tam in electionibus commendatorum, quam in decretis, quæ pro bono regimine, & Provincie reformatione statuuntur, & Provincialis Absolutus, vel Vicarius Provincialis, habeat locum immediatum à dextris Præsentis in omnibus Congregationibus, usque ad absolutionem Capituli Provincialis: Absolutus, vel ejus Vicarius, seu Visitator manifestare debet Diffinitorio, quæ ex suis Visitacionibus reformatione digna reperit, & notaverit, ut præserventur, vel corrigantur, prout convenientius visum fuerit: Causasque omnes, Informationes, & Processus in suo triennio formatos teneantur Successori tradere, minimeque comburantur, nisi eorum fratrum, qui è vita jam decesserint: quapropter in capite nono secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum consequenter delenda sunt verba illa, nempe: Provincialis de Consilio Diffinitorum, &c. & ponenda sunt hæc: Præsidens Capituli de Consilio Provincialis Electi, & Absoluti, ac Diffinitorum, &c. & similiter in capite decimo ejusdem secundæ distinctionis delenda sunt verba illa: Postea solus Provincialis, &c. & ponenda hæc: Postea solus Præsidens Capituli cum Provinciali electo, Provinciali absoluto, & Diffinitoribus, &c. Insuper decrevit prædictum Generale diffinitorium, quod si in his, quæ à Diffinitorio Provinciali decernuntur, suffragia sunt divisa in partes æquales, prævalebit pars, cum qua concordaverit Præses: quod etiam est observandum quoties in decursu triennii ad aliquid decernendum Diffinitores convenerint. In electionibus verò jus nostrarum Constitutionum, ut ritè, & canonicè fiant, servari debet. Si tamen Diffinitores congregati infra tres dies (à prima electionis inclusivè) de persona eligenda non convenerint, devolvitur in Magistrum Generalem jus eligendi, sicut in electione Provincialis.

Insuper decrevit prædictum generale Diffinito-

rium, quod in capite undecimo secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, ubi dicitur: Quarta die conveniant omnes in Capitulo, addantur sequentia: Ibiq; à Præside Capituli fiat oratio brevis spiritualis, & devota, qua Prælatos electos in munere sui Officii exequendo instruat, dirigat, & moneat. Deinde à Secretario Capituli coram omnibus legantur Decreta, & Statuta à Diffinitorio pro majori reformatione ejusdem Provincie. Uterius etiam legatur Edictum S. Inquisitionis, ut est laudata, & antiqua consuetudo nostræ Religionis: quibus præpositis, debet continuari prædictum caput, prout in dictis nostris Constitutionibus continetur.

Præterea cum in Provincia Aragonie circa electionem Provincialis servetur alternativa, ita, & taliter, quod una vice Provincialis sit ex Catalonia, vel Sardinia, & alia vice Regni Aragonie, & Navaræ, dummodo reperiat persona habilis, & requisita habens ad Officium Provincialis exercendum, & prædicta alternativa debeat pensari non penes originem, & filiationem naturalem, sed juxta Professionem in Religione, taliter quod qui Professionem emisit in Conventibus Aragonie, vel Navaræ, poterit esse Provincialis in ejus alternativa, etiam si natione sit Catalanus, & è contra, ut quælibet occasio præjudicii cuicumque parti penitus evellatur, prædictum Generale Diffinitorium decrevit, ac declaravit, quod nemini faveat adoptio in Conventibus alicujus partis, ut illius alternativa gaudere possit, sed semper debet pensari penes filiationem ex reali professione emissa.

Insuper prædictum Generale Capitulum decrevit, quod Patres Redemptores Provinciarum Aragonie, & Valentie, dum ad redimendos Captivos proficiscuntur, simul eant, neque aliqua inter eos sit Superioritas, sed unusquisque suum librum deferat, ubi adnotabit omnia ad Redemptionis munus pertinentia, sicut Redemptores Castellæ, & Vandalie faciunt. Præterea approbavit, & confirmavit, quod statutum est in Capitulo Generali Murcienfi, nempe quod in qualibet Provincia expensis ipsius Carceres designentur, in quibus Religiosi pro qualitate criminum detineantur, & purgentur, & juxta decretum Sanctissimi Urbani VIII. eorum incorrigibilitas tentetur: pro expensis verò tam ad formationem Carcerum, quam ad sustentationem delinquentium Conventus Provincie juxta dispositionem Provincialis contribuant, & in qualibet Provincia depositum instituantur, in quo Processus, & causæ Religiosorum serventur, simulque formetur liber, in quo notentur causæ, seu Processus, ita ut registrati maneant, quæ omnia Provinciales Successoribus suis fideliter conferre tenentur.

Præterea prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit declarationem factam à Capitulo Generali Murcienfi erga Consiliarios Conventuum: de quo agitur capite decimotertio secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, videlicet: quod in quolibet Conventu Ordinis omnes Patres graduati debent esse Consilarii, & ut tales teneri, & ubi non fuerint tres graduati, Vicarius Conventus, Prædicator Conventualis, & Magister Novitiorum sunt in Conventu vocandi: semper tamen supponendum est, quod aliquis graduatus ibi degerit, vocandus sit, & ita hunc tenorem prædictum Caput ordinari debet. Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod statutum est à Capitulo Generali Murcienfi erga dispositionem capitis quintidecimi secundæ distinctionis nostrarum Constitutionum, consequenter ad alia statuta supra posita, nempe quod prædictum caput tenore hujuscemodi incipiat: Commendatores Domorum Ordinis nostri à Præsidente Capituli, ac Provinciali electo, & Provinciali absoluto, simulque cum quatuor Diffinitoribus Provincie designentur, & provideantur.

Insuper approbavit, & confirmavit Decretum Capituli Generalis Murcienfis, quo statuitur, quod Commendatores intra triennium Religiosis omnibus Conventualibus Vestiarium præstare teneantur sub pena privationis vocis activæ, & passivæ in Capitulo proxime

proximè futuro, etiam si alii Magistri, vel Præsentari extiterint. Commendatores autem observare tenentur motum proprium Sanctissimi Urbani VIII. circa bona Ecclesie non alienanda, & juxta hoc debet disponi tenor clausule prædicti capituli quintidecimi erga prohibitionem prædictæ alienationis, firmo, ac servato supra dicto capite decimoquinto.

Præterea cum ex Decreto Sanctissimi Domini Clementis VIII. nullus in Priorem Domus Barchinonensis possit eligi, nisi fuerit Magister, vel ad minus Præsentaturæ Gradu insignitus, & electio aliter facta irrita sit, & nullius valoris: Capitulum Generale Murcienfe de anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto declaravit, ac decrevit debere esse talem præsentaturam de lectura, & de numero Provinciae, quod statutum hoc prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit: præterea cum in Capitulo Generali Toletano decretum sit, quod Prior Barchinonensis (qui ex jure nostrarum Constitutionum vacante Generalatu ante expletum sexennium in Officio Vicarii Generalis cum plena Jurisdictione succedit) si quando dictum Vicariatum adierit, sit solum Præsentatus, ipso facto Magister, ob Officii gravitatem, & regimen totius Religionis habeatur, nominetur, & sit: quod Decretum confirmatum fuit à Sanctissimo Domino Urbano VIII. nunc prædictum Generale Diffinitorium declarat, quod talis ut Magister teneatur, & inter Magistros suæ Provinciae locum habeat, si per undecim annos in lectura Artium, & Sacre Theologie cum approbatione Diffinitorii dictæ Provinciae se exercuerit: locus autem antiquitatis computari debet à die, qua Vicariatu Generali functus fuit: decernitque prædictum Generale Diffinitorium, quod si Magister de numero suæ Provinciae fuerit, cum fungi aggreditur dicto Vicariatu Generali, exemptionibus Provincialis (sicut si prædicto munere functus fuisset) gaudeat, cum præcedentia ad cæteros Magistros suæ Provinciae, & loco immediato omnibus, qui fuerunt Provinciales, & erant.

Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod Visitator diligenter in Visitacionibus suis curet de bonis, & elemosynis pro Redemptione Captivorum; provideatque, ut in omnibus Conventibus Procuratores, sive Commissarii Redemptionis pro ipsis elemosynis colligendis sint destinati Religiosi, zelo, & charitate ferventes, & eos, quos negligentes in tali munere repererit, suis officiis privet, & pœnis pro suo arbitrio puniat, aliosque loco ipsorum substituat. Similiter diligenti cura provideat de aliis officiis, de Vicario, Procuratore, Magistro Novitiorum, Depositariis, & Sacrista: Insuper Visitatores in suis visitacionibus summopere inquirent, si Commendatores à suis subditis munera aliqua accipiant. Quod si (proh dolor) eorum aliquos munerum amatores invenerint, eos propriis Commendis privent, eandemque similiter faciat inquisitionem Magister Generalis per totum Ordinem, tam circa ipsos Commendatores, quam circa Provinciales: quod si donorum receptores invenerit (præcipue ab illis, quibus Officium, vel Commendam contulerint) hos omnes, & singulos, tam Commendatores, quam Provinciales propriis Officiis privet, ipsos etiam publicis pœnitentiis, & castigationibus omni, & summo cum rigore adstringendo, ut illis in correctionem, reliquis verò fratribus sit in exemplum.

Insuper decrevit prædictum Generale Diffinitorium sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per decennium, & reclusionis per biennium, ac gravioris culpæ, quod nullus ex nostris Religiosis possit recusare in suis causis Prælatos legitimos, & Ordinarios, nec recusatio sit valida, si illam faciat, donec per duos ex Patribus Commendatoribus propinquioribus, vel per duos Patres Diffinitores videantur infra terminos, & tempus à Sacris Canonibus, & Conciliis præfixum, & statutum in causæ recusationis, an fuerint sufficientes: interim autem, donec infra terminos, & tempus à Sacris Canonibus & Conciliis præfixum, & sta-

tutum causæ recusationis discutiantur, Prælati reculati suspendere debent excusationem causarum, ac similiter statuit sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum, & inhabilitatis perpetuæ ad obtinendum quodlibet Officium, ne litteræ deprecatorie impetrentur à Religiosis per se, vel interpositam personam directè, vel indirectè ad obtinendum aliquod Officium, vel munus nostri Ordinis, neque ad id favoribus personalibus utantur.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium Decretum Capituli Generalis Murcienfis, nempe quod qui semel professionem emisserunt, & ad sæculum qualibet ex causa regressi sunt, ulterius non possint admitti de novo ad Religionem, nisi de licentia Magistri Generalis, vel nisi in articulo mortis humiliter Habitum, & Professionem petierint, non tamen ut inter nos iterum commorentur. Insuper statutum fuit, quod Religiosi Sacerdotes iter agentes, ubicumque occasionem Sacrum celebrandi repererint, non prætermittant, nullique Religioso causa infirmitatis detur licentia de Monasterio exeundi ad Domos sæculares, super quo conscientia Prælatorum onerantur, ut decrevit Generale Capitulum Murcienfe.

Præterea approbavit, ac confirmavit prædictum Generale Diffinitorium, quod decretum fuit à prædicto Capitulo Generali Murcienfi, nempe quod nullus Religiosus audeat ingredi Curiam Regiam, nisi immediatè post duodecim horas Commendatori Conventus Matritensis se præsentaverit. Quod si aliquis contrarium fecerit, à Commendatore incarceretur, donec à Provinciali veniam recipiat.

Præterea approbavit, & confirmavit prædictum Generale Diffinitorium decretum Capituli Generalis Tolletani à Capitulo Generali Murcienfi similiter approbatum, & confirmatum, videlicet, ut nullum negotium ad bona temporalia Conventuum pertinens, quod Patribus in Capitulo proponi necessum sit, eodem die, quo proponitur, resolvatur, sed in diem sequentem ejus resolutio differatur. Præcipiturque Patribus Commendatoribus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna privationis officiorum, ne in contrarium hujus Decreti quidquam agant, idque observetur quotiescumque re gravi, cujuscumque materiæ illa sit, proposita Conventui, aliquis ex fratribus assinet, se ad illius resolutionem consultatione, & studio indigere, & sub eisdem pœnis præcipitur Commendatoribus, ne supplicas, & petitiones, quæ pro negotiis Conventuum mittuntur ad Superiores, subscriptis nominibus Religiosorum, subscribere compellant, quin prius in Capitulo pleno legantur, ibique publicè ab omnibus subscribantur: & sub pœna gravioris culpæ per duos menses præcipitur Religiosis, ne aliter prædictas petitiones subscribere audeant, vel præsumant, ut decretum fuit in prædicto Capitulo Generali Murcienfi. Cum ex Decreto Sanctissimi Domini Clementis VIII. nemo ad Præsentaturam exponi possit, qui non legerit (ultra tres annos Logicæ, & Philosophiæ) duos alios Theologiam Scholasticam, assistendo conferentiis, & aliis actibus pro Magistris designandis: similiter nullum ad Magisterium assumi, qui non legerit quotidie unam lectionem Theologiæ Scholasticæ per spatium sex annorum, supra illos quinque ad Præsentaturam requisitos, & qui de sero semper adfuerit conferentiis, aut præsidendo, aut replicando, & unoquoque anno præfuderit alicui actui publico, seu publicis disputationibus, prædictum Generale Diffinitorium decrevit, & declarat, quod si Lectores in Cathedra alicujus Universitatis (de licentia tamen Superiorum) fuerint occupati, sive in lectione continua Artium, sive Sacre Theologiæ per spatium quinque, vel undecim annorum, ad Præsentaturam, vel Magisterium assumi possunt. Præterea cum juxta Decretum Capituli Generalis Tolletani à Sanctissimo Urbano VIII. confirmatum nullus ad Lecturam Artium, vel Sacre Theologiæ promoveatur, nisi facta oppositione, in qua per unam horam de materia sortita per viginti quatuor horas antecedentes

cedentes publicè legat, & per spatium alterius horæ argumentis oppositorum satisfaciatur, quo examine actò, tanquam sufficiens approbetur: prædictum Generale Diffinitorium declaravit, quod si prædicta approbatione omiſſa in Lectura aliqua se exercuerit, nullius sit valoris ad prædictos gradus obtinendos, obtentioque eorum nulla, & irrita sit: prædictum autem examen decrevit Capitulum Generale Murciense, quod fieri debet in materia Lecturæ, ad quam promovetur, nec sufficit approbatio ad Lecturam Artium, ut pro Theologia approbatus quis judicetur, nec è contra, & anni prædicti lecturæ ad gradus obtinendos, debent esse completi, taliter quod pro uno anno non possunt admitti duo cursus, sed singuli singulis annis respondere debent, alias irritos, & nullos esse: quæ omnia prædictum Generale Diffinitorium approbavit, & confirmavit.

Præterea decrevit prædictum Generale Diffinitorium, quod nullus ad gradum Præsentaturæ exponatur, nisi prius ad Baccalaureatus gradum in aliqua Universitate sit admissus, vel à Magistro Ordinis, aut à Provinciali suæ Provinciæ sit promotus: prædicta autem requisita ad gradus Præsentaturæ, & Magisterii de numero designata minime possunt suppleri per alia merita, exercitia, vel obsequia Religioni exhibita, cuiusvis qualitatibus extiterint: quod si impostero aliqui tales gradus absque prædictis requisitis, & conditionibus receperint, ex nunc tanquam irriti, & nullius valoris esse declaravit Capitulum Generale Murciense, in memoriam revocans, & observari præcipiens Bullam Sanctissimi Domini Pauli V. ad hunc effectum specialiter expeditam, salva semper auctoritate Apostolica in prædictis dispensandi. Cum ex decreto Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Domino Urbano VIII. confirmato, probationes, seu informationes annorum lecturæ fieri debeant immediate ab ipsis Provincialibus, vel suis Visitatoribus, specialiter in scrutinio secreto Visitationum, & publicè per testimonia sanctorum partis Conventus, ita ut ad hunc effectum commissionem nulli possit tribuere, nisi tempus celebrationis Capituli instet, & ad tales Conventus Provincialis non possit pervenire, prædictum Generale Diffinitorium decernit, & declarat, quod probationes, & informationes lectionum supradictò modo factæ præsentari debent in Capitulo Provinciali coram Diffinitorio, & ibidem examinari, & approbari, quæ approbatione dignæ repertæ fuerint. In quo examine habeant jus se opponendi Lectores quilibet, qui rationes aliquas in contrarium proponendas habuerint. Præterea huiusmodi approbationes hoc rigoroso examine à Diffinitorio factæ, non judicantur sufficere ad confirmationem, live Præsentaturæ, live Magisterii; sed ulterius requiritur, ut à Diffinitorio intra Capitulum, penes quod est jus, & facultas (cum alias commodè fieri non possit) ad tales gradus exponatur. Et cum nullus exponi possit, nisi in vacante determinata, ex Decreto Sanctissimi Domini Pauli V. nec confirmari, nisi prius sit expositus, poterit Diffinitorium Provinciale (ne gradus suspensis per longum tempus maneat, ex quo plura prævidentur bono regimini imminuta damna) Magistro Generali facultatem concedere, ut exponat unum ex approbatis, quem maluerit, quocumque tempore vacatio gradus acciderit. Insuperque dictus Magister Generalis extra Capitulum Generale loco, & vice talis Capituli, potest confirmare in gradibus Præsentaturæ, & Magisterii quotiescumque aliquem vacare contigerit, quemlibet ex admittis rite, & ut fas est, à Diffinitorio Provinciali, juxta Decretum Sanctissimi Domini Pauli. Et hac eadem auctoritate gaudet Prior Barchinonensis, & quilibet alius, dum Officio Vicarii Generalis totius Religionis fungitur, juxta Decreta nostrarum Constitutionum.

Præterea decrevit, & declaravit prædictum Generale Diffinitorium, quod in cap. 25. distinctæ secundæ nostrarum Constitutionum, ubi dicitur, quod solum sunt admittendi ad Magisterium, qui fuerint in

conclusionibus publicis in Capitulo Generali, vel Provinciali approbati, addendum est: Aut saltem in aliquo nostri Ordinis Collegio, sive Conventu studiorum.

Insuper prædictum Generale Diffinitorium statuit, ac ordinavit, quod Magister Generalis in confirmatione gradus Magisterii designet aliquem Magistrum confirmatum in Promotorem ad talem gradum formæ nostrarum Constitutionum conferendum, à quo promovendus solemniter gradum recipiat intra duos menses post confirmationem: aliter autem maneat ipso facto tali gradu privatus.

Præterea hoc prædictum Generale Diffinitorium ^{Præcedenti} decrevit juxta decretum Capituli Generalis Toletani à Sanctissimo Domino Urbano VIII. confirmatum, & similiter juxta Decreta Capituli Generalis Murciensis, quod ut omnino deinceps litigia circa ordinem sedendi evitentur inter Magistros, & Præsentatos, servetur ordo juxta gradus, non verò professionis antiquitatem. Diffinitores Provinciæ, & Diffinitores, ac Electores Generales, si sint Magistri, præcedant omnes alios Magistros; si verò Magistri non fuerint, sint Magistris immediati, etiam si non sint præsentati, inter ipsos tamen ordo antiquitatis servetur: hæc ita sunt extra Capitulum, intra Capitulum verò, si sit Provinciale, Diffinitores Provinciæ antecedunt omnes, excepto Præsidente, & Provincialibus, electo, & absoluto. In Capitulo verò Generali, Provinciales sint immediati Præsidentis juxta Provincialium antiquitates, deinde Prior Barchinonensis, si non præsideat, postea Procurator Generalis in Curia Romana, postea Diffinitores Generales, juxta antiquitatem suarum Provincialium, & denique eodem ordine succedant omnes Electores Generales: Prior verò Barchinonensis, qui Vicarius Generalis totius Ordinis fuerit intra Provinciam Aragoniæ, si fuerit Magister, omnes alios Magistros præcedat; si autem Præsentatus, omnes illos antecedit Præsentatos. Patres autem Provinciales servant inter se Provincialatus sui antiquitatem, etiam si alio fungantur officio. Socii Magistri Generalis locum habeant immediatum Patribus Provinciæ, in qua extiterint, ita ut omnes Magistros præcedant. Patres Graduati aliarum Provincialium, in quacumque Provincia de licentia Superiorum extiterint, sint immediati Graduati talis Provinciæ, ita ut si fuerit Magister immediatus, omnibus Magistris; & si Præsentatus, omnibus Præsentatis.

Cum ex Decreto Sanctissimi Domini Clementis VIII. bona stabilia, & ad legitimam fratris è vita decedentis pertinentia, quæ juxta Constitutionem spectabant ad Domum ubi Professionem emisit, sint conferenda, & veniant in jus Monasterii, ubi talis Religiosus Habitum Religionis suscepit: prædictum Generale Diffinitorium in hærendo Statutis Capitulum Generalium Hobrensis, Burtinensis, & Murciensis, statuit, & decrevit, quod bona mobilia sic distribuantur: Habitus, & vestes inter Religiosos magis indigentes: Libri verò à Magistro, vel Provinciali Conventibus studiorum (prout melius expedierit) imperiantur: alia tamen bona (si quæ fuerint) solutis ante omnia debitis defuncti, in quatuor partes æquales dividantur, quarum prima Conventui, in quo Habitum suscepit, tribuatur; altera Provinciali pro expensis Provinciæ conceditur; alia in Custodia Religiosi à Magistro Generali designati, pro sumptibus ejus, ubicumque extiterit, reponatur; ultima denique ad Magistrum pro expensis sui Officii, & Negotiis Curie Romanæ mittatur. Denique propositum prædicto Generali Barbastrensi ad instantiam Eminentissimi Domini Cardinalis de Lugo nostræ Religionis Protectoris, fuerat decretum, videlicet, ut ad unguem maturatione inquisitione nostræ Constitutiones examinentur, & judicii trutinæ perquirantur; nam multa cum in illis reperiantur obtrusa, aliaque omiſſa notentur, quæ sæpius in variis Capitulis Generalibus ad validius Regularis Observantiæ fulcrum sunt notata, indigent additione, & explicatione: Quapropter præfatis omnibus

nibus diversis sessionibus mature in hoc prædicto Generali Diffinitorio collectis, & unanimi omnium consensu decretis, & confirmatis, prædictum Generale Diffinitorium auctoritatem suam, & facultatem, quæ ex vi nostrarum Constitutionum cap. secundo secundæ distinctionis gaudet, ea meliori forma, via, & modo, quo poterat, & necessarium esset, substituit, & substituere dixit in auctoritatem nostri Reverendissimi Generalis electi, ut nomine totius Generalis Diffinitorii, & Religionis suppliciter oraret Sanctissimum pro confirmatione horum Decretorum, ut efficacius perpetuam observantiam assequantur: Eaque, & alia Decreta à Sancta Sede approbata, & confirmata, omniaque illa, quæ per tria Capitula Generalia sunt, & fuerunt approbata, quæ omnia jure nostrarum Constitutionum, ut in earum proemio continetur, vim Constitutionis in toto Ordine habent, & habere debent, recollecta singulis capitibus prædictarum nostrarum Constitutionum adaptentur, & inserantur, & juxta ea prædicta capita disponantur, & corrigantur, omni inconsequentia, & contradictione accuratim attendita, & relegata, sicque disposita noster Reverendissimus Generalis electus typis mandet, ut quamprimum possit, ad omnes Provincias (pro eorum observantia) remittat.

probatio
in rub.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Franciscus Procurator Generalis, Constitutiones hujusmodi, quo firmitus subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret: Nos ipsius Francisci Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benignè annuere, eumque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de memoratorum Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, præinsertas Constitutiones per novissimum Ordinis hujusmodi Capitulum generale compilatas, ac à præfatis Cardinalibus visas, & mature, ac diligenter examinatas, atque in nonnullis emendatas, & in antefcriptam formam, ac tenorem redactas, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, ac dictas Constitutiones, exinde subsecuta earum publicatione, per omnes, & singulos dicti Ordinis Religiosos, tam Superiores, quam subditos respectivè in usum recipi, & perpetuò observari mandamus, & præcipimus.

Decretum
viam.

§. 3. Decernentes easdem præsentis litteras, & Constitutiones præinsertas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
viam.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædicti Ordinis, ejusque Provinciarum, ac Conventuum, & locorum Regularium quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissarum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum te-

tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum
fidei.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proferantur in iudicio, & extra adhibeantur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Decembris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

D. P. An. D.
1662.

Constitutio super regimine Superiorum Societatis JESU. CXXXVII.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. D.
1665.

Debitum Pastoralis officii, quo Ecclesiæ Catholicæ Regimini divina dispositione præsidemus, exigit, ut paternam dilectorum filiorum Presbyterorum, & Clericorum Societatis JESU, quæ ab ipsis foundationis suæ primordiis in re Christianæ Religionis juvanda, promovendaque Infidelium, & Hæreticorum conversione, & horum pertinacia retundenda, ac Juventute litteris, & probis moribus informanda, Christianique fidelibus in viam mandatorum Dei dirigendis (adjuvante Domino) sedulo semper, & fructuose laboravit, ac etiam nunc strenue laborat, curam peculiari studio gerentes, illa quæ prospero, felicique ipsius Societatis regimini, & progressui impedimentum adferre noscuntur, è medio tollamus, & abrogemus, sicut magistrarum experientia suadet, & nos matura consultatione adhibita ad Omnipotentis Dei gloriam salubriter expedire arbitramur.

Exordium.

§. 1. Dudum siquidem postquam à Congregatione quinta generali dictæ Societatis petatum fuerat, ut ipsius Congregationis auctoritate statueretur, ne Superiorum localium ejusdem Societatis officia ultra triennium continuarentur, dicta verò Congregatio decreverat nullum tempus esse præfigendum, sed servandum esse decretum 87. Congregationis secundæ generalis ipsius Societatis, fel. roc. Paulus Papa V. prædecessor noster, certò sciens totum sanctæ hujus, & nunquam satis laudatæ Religionis stabilimentum in viridi Instituti ipsius, & decretorum super hoc in generalibus Congregationibus ejusdem Societatis editorum observantia consistere, illamque ab impugnationibus, molestiis, & calumniis vindicare, & in sui Instituti integritate, puritate, quiete, & pace conservare cupiens, per suas sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1606. pridie nonas Septembris, super Instituti dictæ Societatis confirmatione emanatas litteras, supradictas, & alia quæcumque decreta, statuta, & ordinationes, quæ Institutum, & Societatem hujusmodi, illiusque gubernandi rationem quomodolibet concernunt, in generalibus Congregationibus edita confirmavit, ac Præpositum Generalem, ceterosque Superiores Societatis præfate tunc, & pro tempore existentes paternè hortatus est, & monuit, ut observationi dictorum decretorum seridè invigilarent, ac eos, qui novitati studentes aliquid contra liberam, & sine ulla triennii, aut certi temporis præfixione Superiorum localium gubernationem per se, vel alios quoscumque quavis auctoritate, & dignitate fulgentes quomodolibet machinari ausi fuissent, tanquam perturbatores sui Ordinis, & rerum novarum molitores, præter poenas in supradictis decretis contentas, ipsius Præpositi pro tempore existentis arbitrio coercerent, corrigerent, & punirent, & aliis prout in eisdem Pauli prædecessoris litteris uberius continetur.

Pauli Pape
servari man-
dat Statuta
Societatis.

§. 2. Post

§. 2. Postmodum verò recol. mem. Innocentius Papa X. etiam Prædecessor noster, per suas in forma Brevis litteras die prima Januarii 1646. expeditas inter alia statuit, mandavit, præcepit, & ordinavit, ut omnes, & singuli dictæ Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seu superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati, exceptis Magistris Novitiorum, in eorum respectivè muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis prædictis quomodocumque nuncupati per triennium dumtaxat durare deberent, iique elapso triennio hujusmodi eo ipso vacarent, & vacare censerentur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia prædicta quomodolibet nuncupati, etiam Viceprovincialis, seu Vicepræpositi, vel Vicerectoris nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valerent, nisi per annum cum dimidio, saltem à fine dicti triennii computandum à prædictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis cessassent: Decernentes præmissa omnia, & singula in perpetuum inviolabiliter sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac suspensionis à divinis, privationis vocis activæ, & passivæ, ac officiorum quorumlibet, inhabilitatiq; ad illa, & quævis alia in posterum obtinenda pœnis ipso facto absque alia declaratione, tam per mandantes, procurantes, eligentes, & deputantes, quam recipientes, & exequentes, irremissibiliter incurrendis observari debere, neque adversus illa, seu illorum aliquod, ipsiusque Innocentii prædecessoris Constitutionem hujusmodi per Præpositum Generalem pro tempore existentem, aut quancunque Congregationem etiam Generalem, vel quemlibet alium Superiorem, & Officialem dictæ Societatis, aut ejusdem Innocentii, & pro tempore existentis Romani Pontificis, Sedisquæ Apostolicæ Nuncios, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latez Legatos, & quovis alios quacumque potestate fungentes unquam dispensari, disponi, vel derogari posse, & quancunque dispensationem, dispositionem, & derogationem adversus præmissa, seu eorum aliquod, eandemque Innocentii Prædecessoris Constitutionem per præfatos, seu ipsorum aliquem pro tempore quomodolibet factam, sive concessam, nullam prorsus, ac nulliter, & subreptitiè, obreptitièque extortam fore, & esse, ac ceteri, & haberi, neminique ullatenus suffragari debere, & alias cum diversis ordinationibus, decretis, clausulis, & derogationibus in eisdem Innocentii Prædecessoris litteris plenius contentis.

§. 3. Verum subinde pro parte dilecti filii Gofvini Nickel Præpositi Generalis dictæ Societatis nobis exposito, quod vacatio munerum, superioritatum, ministeriorum, & officiorum prædictorum post lapsum triennii, necnon eorum, qui illis functi fuissent, ab illis per annum cum dimidio cessatio, sicut præmittitur, præscripta, maxima bono Societatis prædictæ regimini adferrent incommoda, & tunc quia ob calamitates, & contagii suspiciones, quibus nonnullæ Provincie laborabant, commercium reperiebatur interdixit, difficilius redderetur vacationis, & cessationis hujusmodi observatio: Nos supplicationibus ejusdem Gofvini Præpositi Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati supra expressum Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem hujusmodi ad sesquiannum tunc proximum suspendimus, & successive dictum sesquiannum ad alium sesquiannum, ac iterum ad triennium respectivè extendimus, & prorogavimus. Præterea cum dictus Gofvini Præpositus Generalis nobis iterum exponi fecisset, quod Provincie Indiarum Societatis prædictæ litterarum nostrarum in forma Brevis super suspensione hujusmodi primo loco ad sesquiannum, ut præfertur, facta emanatarum beneficio maxime indigebant, illoque frui vix poterant, quia priusquam de eisdem litteris nuncius ad illas partes perferretur, aut jam elapsus, aut prope finem fu-

turus erat dictus sesquiannus: Nos ipsius Gofvini Præpositi Generalis precibus benignè annuentes, similem suspensionem statuti, mandati, præcepti, & ordinationis memorati Innocentii Prædecessoris, quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & loca quæcumque dictæ Societatis in Indiis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & alibi extra Europam dumtaxat consistentes, & consistentia attinebat, ad septem annos à die 14. Novembris 1656. computandos fecimus.

§. 4. Ac demum cum nomine dilectorum filiorum Congregationis generalis, quæ fuit undecima ejusdem Societatis, nobis expositum fuisset, quod ex jam dictis suspensionibus maximum toti Societati beneficium, atque emolumentum provenerat; quia verò præfixum in litteris nostris desuper emanatis tempus tunc incipiebat fluere versus finem, eadem Congregatio communibus votis, ac nemine penitus discrepante demum opportunè in præmissis à nobis provideri plurimum desiderabat. Nos humilibus ipsius Congregationis generalis precibus inclinati prædictum Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem, ut munera, superioritates, administrationes, ministeria, & officia hujusmodi elapso triennio vacent, & illis functi, nisi postquam ab eis per sesquiannum cessaverint, ad alia quævis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valeant, quantum quidem ad Provincias, Domos, Collegia, & loca in Europa ad aliud quadriennium; quantum verò ad Provincias, Domos, Collegia, & loca quæcumque ejusdem Societatis in Indiis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & alibi extra Europam consistentes, & consistentia spectat, respectivè ad alios octo annos demum suspendimus, & alias prout in quinis nostris in simili forma Brevis litteris, primis quidem die 24. Julii 1656. & alias die 14. Novembris ejusdem anni, & die 7. Julii 1657. & die 28. Augusti 1658. & novissimis die 7. Decembris 1661. desuper expeditis plenius continetur.

§. 5. Cum autem, sicut accepimus, S. Ignatius dictæ Societatis Fundator in Constitutionibus ipsius Societatis statuerit, ut penes Præpositum Generalem esset, tam electio omnium Rectorum, quam amotio ab eo munere, nullo præfixo temporis spatio, sed solum prout ei convenientius in Domino videretur. Et licet idem S. Pater alibi in eisdem Constitutionibus dixisset reperitur, Provinciales ad triennium ut plurimum constituendos esse, statim tamen subjunxit etiam id temporis spatium contrahi, & prorogari posse, quando ad majorem Dei, & Domini nostri gloriam id fore judicaretur: At verò pro Rectoribus, vel Superioribus localibus neque triennium, ut plurimum præscribendum censuerit, sed totam durationem regiminis illorum pendere voluerit ab arbitrio Præpositi Generalis, prout ad majorem Dei gloriam expedire duceret. De cessatione autem Superiorum ad sesquiannum, vel aliud tempus nullibi meminerit, nec aliquid super ea re statuendum censuerit, sed Præpositi Generalis judicio, sicut alia multa, id in genere reliquerit, & ipsemet quamdiu vixit, in praxi absque tali cessatione Societatem gubernaverit: Hæcque gubernandi ratio à præmem. Paulo III. Julio III. & Gregorio XIII. ac Gregorio XIV. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris, qui Gregorius XIV. per suas sub plumbo, anno Incarnationis Dominicæ 1591. 4. Kal. Julii expeditas litteras, quarum initium est, *Ecclesia Catholica, &c.* expressè statuit, ut electio Superiorum quorumcumque esset tota penes Præpositum Generalem, juxta Constitutiones, cum potestate illorum facultatem revocandi, restringendi, vel augendi, & denique eosdem ab officio removendi, prout in Domino judicaret expedire, approbata, & confirmata, & post obitum memorati S. Ignatii in eadem Societate cum ingenti illius bono servata fuerit.

§. 6. Et licet anno 1594. similis record. Clemens Papa VIII. etiam Prædecessor noster, viva vocis oraculo

Mandat Superiores officiales criminales.

Alia multa ratio.

Moderatio præfati statuti.

culo per bon. mem. Franciscum dum vixit, S. R. E. Cardinalem Toletum nuncupatum, Congregationi quintæ generali memoratæ Societatis significato mandaverit, ut tam Provinciales, quam Rectores dictæ Societatis non durarent ultra triennium: nihilominus tamen ipse Clemens Prædecessor motus precibus ejusdem Societatis mitigavit variis modis illud suum mandatum, quod postea præfatus Paulus V. Prædecessor per suas litteras supradictas, Decretum Congregationis quintæ generalis supra expressum specificè confirmans, & præfixionem termini in gubernatione Superiorum localium graviter improbens, ac machinatorum contra id Decretum tanquam perturbatores Societatis gravissimis poenis plecti jubens, omninò abrogavit.

§. 7. Cumque dicta Societas subsequenti tempore atque ad dictam præfaram Innocentii Prædecessoris Constitutionem præfatum gubernandi modum magno cum fructu, ipsiusque Societatis tranquillitate servaverit: Edita verò eadem Constitutione plurimis, gravissimisque affecta fuerit incommodis, multoque plura, & graviora pericula, & inconvenientia subitura extiterit, nisi Nos per suspensiones præfatas illis occurrissimus: Et ex his nostris suspensionibus, seu dispositionibus per septem ferè annos magnæ, & multiplices dictæ Societati utilitates obvenerint, nec quidpiam alicujus momenti in contrarium nobis exhibitum fuerit, ut proinde è re ejusdem Societatis maximopere futurum videatur, si ejusdem Innocentii Prædecessoris ordinatio supradicta penitus abrogetur.

§. 8. Hinc est, quod nos dictæ Societatis felici directioni, religiosisque progressibus, & incrementis, quantum nobis ex alto conceditur, consulere cupientes, necnon præfatarum nostrarum, ac Gregorii XIV. Pauli V. & Innocentii X. aliarumve quarumlibet eorundem, & aliorum Prædecessorum nostrarum præfatorum litterarum Societatem præfaram concernentium, ac ipsius Societatis Constitutionum, & decretorum generalium illius Congregationum tenores, & datas, aliaque etiam specialia, & individua mentione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, eorundemque Pauli III. Julii III. Gregorii XIII. Gregorii XIV. & Pauli V. Prædecessorum, qui omnes dictas Constitutiones Sancti Ignatii, & rationem gubernandi in eis expressam laudarunt, approbarunt, & confirmarunt, vestigiis in hærentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, & Apostolicæ potestatis plenitudine memorati Innocentii Prædecessoris statutum, mandatum, præceptum, & ordinationem, ut omnes, & singuli ejusdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seu superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati (exceptis Magistris Novitiorum) in eorum respectivè muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis prædictis quomodocumque nuncupati per triennium dumtaxat durare debeant, eaque elapso triennio hujusmodi eo ipso vacent, & vacare censeantur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes, & officia præfata quomodolibet nuncupata, etiam Vice-Provincialis, seu Vice-Præpositi, vel Vice-Rectoris nullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valeant, nisi per annum cum dimidio, saltem à fine dicti triennii computandum, à prædictis muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis cessaverint, pluries à nobis suspensa, ut præfertur, & quatenus illa concernunt, prædictas ejusdem Innocentii Prædecessoris litteras (sive tamò, & illas, ac in suo robore in reliquis omnibus, & singulis remanente eorundem Innocentii Prædecessoris litterarum dispositione,) tenore præsentium perpetuò revocamus, abrogamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuumus.

§. 9. Decernentes eadem præfatas litteras, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes,

seu habere quomodolibet prætendentes, ad illa vocari, citari, & audiri non fuerint, nec illis consenserint, aut ex alia quacumque causa, occasione, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet etiam substantiali, & individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, redargui, rescindi, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliòve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse: sed ipsas præfatas litteras semper, & perpetuò firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissimè suffragari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus dicti Innocentii Prædecessoris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memorati Gregorius XIV. ac Paulus V. & Innocentius Prædecessores voluerunt in suis, & nos volumus in nostris respectivè litteris præfatis non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi, vel Vicarii Generalis ejusdem Societatis, aut alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram, sub D. P. An. 8. Annulo Piscatoris, die 1. Januarii 1663. Pontificatus die 1. Januarii nostri anno octavo.

Quod Laici, seu Conversi Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum quartum, ultra tria solita, votum addant de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros.

De his Fratribus vide ad Const. 22. Urbani VIII. Commissi nobis, tom. 4. in qua prohibetur transitus ad alios quoscumque ordines, & ad Const. 174. Exponi nobis, tom. 5.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D.
1663.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christi fidelium, qui à fluctibus sæculi in religiosæ vitæ portum confugerunt, ac in humilitatis spiritu Altissimi obsequiis sese sub suavi arctioris regulæ jugo manciparunt, curam gerentes, felici, prosperoque illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, prospicere studemus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes à Conceptione Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum nuncupa

nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum, quod cum Fratres dicte Congregationis ad chorum destinati ex dispositione felic. rec. Pauli Papæ V. prædecessoris nostri quartum votum non ambiendi officia, prælaturas, & dignitates emittant, Capitulum generale ejusdem Congregationis mensè Maio proxime præterito in Civitate Toletana celebratum, ad majorem observantiam, & tranquillitatem dicte Congregationis decrevit, ut (si ita Nobis placeret) Fratres Laici, seu Conversi Congregationis hujusmodi, qui de cætero prosterentur, ultra tria vota tempore professionis emittenda, aliud votum etiam emitterent, videlicet se nunquam sacros Ordines recepturos, nec directè, vel indirectè, per se, vel per alios, Ordines hujusmodi prætersuros. Quare dictus Joannes Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

*Confirmat
provis in rub.*

§. 3. Nos igitur ipsum Joannem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui præcitarum Decretum Capituli Generalis Congregationis hujusmodi viderunt, consilio, attentis narratis, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, ut in posterum in dicte Congregatione Fratres Laici, seu Conversi quartum ultra tria solita votum addant, de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros, nec hujusmodi transitum directè, aut indirectè procurando, & ita servari præcipimus: Salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

*Datum
irritum*

§. 4. Decernentes pariter ipsas præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere.

*Contrariis
derogat.*

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Transumptum
vni fides.*

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*D.P. An. 8.
die 13 Janu.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 13. Januarii 1663. Pontificatus nostri anno octavo.

Quod electiones Guardianorum, Proministrorum, & Custodum in Familia Ultramontana Ordinis S. Francisci per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Præsidens votum decisivum habeat.

Vide ad Confis. 312. Urbani VIII. Religiosos viros, in qua agitur de electione.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

*Edicta An.
1663.*

Exordium

Credita Nobis cœlitus dispensationis ratio exigit, ut paternam Religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos ut facerent voluntatem Domini, suam frugerunt, curam gerentes, illorum statui, & felici regimini, quantum nobis ex alto conceditur, consulere jugiter studeamus.

Supplicat

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Petrus Roche Commissarius Generalis Curie Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, in Provinciis familie Ultramontane ejusdem Ordinis introductus sit abusus eligendi Guardianos, ac Proministros, & Custodes viva voce, ac cum publica concertatione suffragantium in grave libertatis electionum præjudicium, & non sine occasione perturbationum, & litigiorum, quæ exinde inter electores nasci solent, nobis propterea ipse Petrus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

*Confirmat
provis in rub.*

§. 2. Nos igitur dictum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ut omnes, & singulæ prædictæ electiones in familia Ultramontana Ordinis hujusmodi deinceps per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum præsidens electionibus prædictis votum, sive suffragium decisivum habeat, juxta dispositionem quarundam fel. recor. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis litterarum pro familia Cisimontana dicte Ordinis emanatarum, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, & ita servari mandamus, ac præcipimus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

*Datum
irritum*

§. 3. Decernentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contrariis
derogat.*

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Familie Ultramontane hujusmodi, hujusque Provinciarum quarundam, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, &

& sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis
fideli.
§. 1. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

7. An. 8.
19. Janu.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1663. Pontificatus nostri anno octavo.

DECRETUM.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, censuit injungendum, & præcipiendum, prout harum vigore injungit, & præcipit, ut deinceps in singulis prætatis electionibus in Familia Ultramontana Ordinis hujusmodi fervetur omnino modus, & forma præscripta in Constitutionibus Generalibus Familæ Cismontanæ, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 15. Martii 1663.

M. Card. Ginettus.
Locus † sigilli.

E. Episcopus Camerinus, Secr.

Modus autem præscriptus in Constitutionibus Generalibus Familæ Cismontanæ, cap. 7. §. 36. de Capitalibus Provincialibus, num. 7. & sequentibus, salis est.

Antequam Patres ingrediantur Diffinitorium, fiat inter ipsos discussio super meritis, & qualitatibus promovendorum, & præcipue attendatur justitia distributiva pro pacis conservatione. Deinde Præsidens, seu Provincialis proponat unum pro quolibet Conventu successivè, super quo sumantur ab electoribus calculi nigri, vel albi ad hoc præparati, & sic secretò absque alia discussione ponantur in urna. Quod si major pars erit affirmativa, electus intelligatur, si verò erit negativa, proponatur alius à Præside, sive Provinciali, ut supra, donec electio canonicè fiat. Quod si vota per tres vices erunt æqualia, Præsidens voto decisivo utatur, uti secundum Deum melius videbitur expedire. Alii autem Officiales, videlicet Confessores Monialium, Magistri Novitiorum, Lectores, & alii hujusmodi instituuntur à Superiori cum consilio, & consensu Patrum Diffinitorum, non obstante quacumque consuetudine immemorabili in contrarium, &c.

CXL. Quod Fratribus Clericis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum nuncupatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum non competit jus suffragandi in Capitulis: Fratribus verò laicis nullum penitus jus competit suffragandi in quocumque negotio.

1663.
ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

applicatio.
Cum sicut dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Gallicanæ Fratrum Reformatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Nobis nuper exponi fecit, Fratres Conversi, seu Laici dictæ Congregationis se ab eorum Superioribus, & Fratribus Sacerdotibus ejusdem Congregationis voce activa, & jure suffragandi, secundum dispositionem Regulæ dicti Ordinis à felic. record. Innocentio Papa III. Prædecessore nostro specialiter Bullariis Magni Tom. V.

cificè confirmatæ, Fratribus Clericis, & Laicis æqualiter competente nulliter, & de facto spoliatos esse prætulerint, eaque super re ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositos recursum habuerint, dictus verò Procurator Generalis controversiam hujusmodi à Nobis dirimi summopere desideret.

§. 1. Nos ipsum Procuratorem generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium, qui rem partibus auditis mature examinarunt, ac discussurunt, consilio, Fratribus Clericis Congregationis hujusmodi non competere jus suffragandi in Capitulis, nisi postquam fuerint in sacris Ordinibus constituti; Fratribus verò laicis nullum penitus jus competere suffragandi in quocumque negotio, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ac decernimus.

§. 2. Decernentes eandem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus in contrarium allatis, aut præsentis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Congregationis, etiam juramentò, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Februarii 1663. Pontificatus nostri anno octavo.

Declaratio mentis super solutione Decimarum per Pensionarios facienda.

Vide ad Constit. 10. Innoc. X. Nuper, tom. 4. & ad Constit. 112. Cum Divina, hujus Pont.

ALEXANDER PAPA VII.
Edita An. D. 1664.

Motu proprio, &c. Cum Nos aliis pro urgentibus Reipublicæ Christianæ necessitatibus, & præsertim ad reprimendos Infidelium conatus, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, & assensu inter alia indixerimus, & imposuerimus sex integras decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, jurium, &c. obven-

Ab Nolo
Oratorum
à consensu

Confirmas
provis in rubro

Decretum
à Titiano

Contrariis
derogatis

Transumptis
fideli.

D. P. An. 8.
die 10. Febr.

Edita An. D.
1664.

Exordium.

obventionum, & distributionum quotidianarum, & emolumentorum ordinariorum omnium, & quarumcumque Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiarum, ac Parochialium, aliarumque Ecclesiarum, necnon Monasteriorum, & Conventuum, ac etiam mensarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopialium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Canoniarum, & Præbendarum, Dignitatum, Personatum, cæterorumque beneficiorum, & bonorum Ecclesiasticorum, etiam Jurispatronatus Laicorum, & Regularium locorum in uniuersa Italia, & Insulis adjacentibus consistentium, sub certis tamen exceptionibus, ac modo, & forma tunc expressis, atque etiam omnium, & quarumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, ac distributionibus quotidianis, sive earum loco, fructuum, reddituum, proventuum, obventionum, emolumentorum, ac distributionum huiusmodi (Statu Veneto excepto) in favorem quorumcumque (non tamen Cardinalium prædictorum) reservatarum, & assignatarum, seu translatarum, aut reservatarum, & assignatarum, vel translatarum, ac reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum, aut reservandarum, & assignandarum, seu transferendarum percipiendas, exigendas, & levandas, ac ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, & cæteris cuiuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, militiæ, & conditionis personis, decennio inibi expresso durante prædicta quocumque jure, & titulo obtinentibus, & obtenturis, ac reservata, & assignata, seu translata habentibus, & habituris, necnon economis, administratoribus perpetuis, & temporalibus, usufructuariis, ac fructus, & pensiones, res, & alia jura quomodolibet habentibus, & habituris, tam secularibus, quam Regularibus, etiam quorumcumque ordinum, & certarum militiarum.

§. 1. Ac præterea pensionum huiusmodi Decimas ad rationem Decem pro Centenario præstari debere, & secundum ea omnes in solidum cogendos esse, ipsarumque Decimarum Procuratores à quibus liberit in regre exigendi optionem, facultatemque habere, nec ullas immunitates, & exemptiones, etiam ex causa resignationis, cessionis juris, concordie, conventionis, aut quacumque alia gravi, & onerosa occasione quocumque modo, & sub quibuscumque verborum expressionibus, etiam à Decimis, seu quibusvis aliis impositionibus, etiam pro expeditione, tam offensiva, quam defensiva contra Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos, seu ex alia quavis, quantumvis legitima, & rationabili, ac necessario, & de necessitate exprimentanda causa, etiam in favorem Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, seu aliorum quorumcumque Principum, ac pro eorum, & Sedis Apostolicæ necessitatibus, seu aliis canonicè, vel de facto impostis, & pro tempore imponendis, etiam per Nos concessis, & interim concedendis integram solutionem huiusmodi minuire, vel impedire, neque possessores, usufructuarios, aut alias pensiones, seu fructus huiusmodi solvere debentes, etiam ipsi juri, & actioni petendæ, vel detrahendæ, aut retinendæ portionis, & ratæ partis Pensionarios contingenti jurejurando renunciaverint, atque ex forma Camere Apostolicæ amplissima caverint modo aliquo obligari, neque ad id pro dicto tempore constringi posse, sed Pensionarios, & fructuum huiusmodi reservatarios ad Decimarum prædictarum onus solvendum omninò teneri.

§. 2. Omnes verò confessiones, & quietantias, receptiones Decimarum à Procuratoribus, & Ministris dictæ Camere, tam conductoribus censuariis, & locatoribus nomine suorum principalium, quam etiam ipsis, necnon possessoribus, usufructuariis, & aliis pensionum, seu fructus solvere debentibus nomine Pensionariorum faciendas perinde valere, atque in iudicio, & extra illud ubique locorum fidem facere, ac si ipsimet

principalibus, & pensionariis presentibus, & solventibus factæ, & exhibite fuissent, prout in nostris litteris, sub Data anno Incarnationis Dominicæ 1660. Nono Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno sexto, desuper confectis, quarum tenores presentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, plenè continetur.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, in aliquibus reservationibus, & impositionibus prædictarum Pensionum ipsimet titulares, & Administratores ex pacto inter partes inito, vel etiam ex libero consensu, aut aliis onus quarumcumque contributionum ratione Pensionum ipsarum, etiam ad instantiam Imperatoris, & pro defensione Fidei Catholice faciendarum in se, & successores suos, etiam sub juramento, & obligatione Camerali assumpserint, ac Pensiones ipsas ab ejusmodi Decimis, impositionibus, & aliis quibuscumque gravaminibus quocumque, vel ex quacumque causa, etiam necessarissima, & urgentissima, ac etiam specialiter ex præmissis Pensiones liberas, immunes, & exemptas, ac integras, & nullatenus diminutas solvere promiserint, quin etiam Pensiones ipsæ in eventum necessariorum solutionis, & contributionis faciendæ pro rata pensionis ipsas tangente auctæ, vel augendæ, & forsitan etiam aliæ cautelæ cum prægnantissimis verborum expressionibus, in expeditione pensionum huiusmodi conceptæ reperiantur, & propterea nonnulli Pensionarii à contributione, & solutione in prædictis litteris contenta se tueri, onusque solutionis ratam pensionis tangenti, in ipsos Titulares, seu Administratores Ecclesiarum, Canoniarum, Dignitatum, Mensarum, aliorumque beneficiorum, tam secularium, quam Regularium prædictorum rejicere, & retorquere contendant, & desuper nonnullæ lites, & controversiæ motæ fuerint, & de præsentibus forsitan adhuc pendeant indecise.

§. 4. Nos Ecclesiarum, Mensarum, Canoniarum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum huiusmodi in demnitate consulere, & ne fructus illarum, & illorum plus æquo graventur, providere, omnemque dubitationis, & controversiæ materiam nostræ declarationis oraculo terminare volentes, ac omnium, & singularum reservatarum pensionum, pactorum, & conventionum, & in eis contentarum clausularum tenores, ac litium, & causarum super præmissis coram quocumque Iudice pendentium statim, & status, & merita, etiam talia forent, quod de illis specialis, & individua mentio fieri deberet, petinde ac si de verbo ad verbum expressi, & expressè essent, presentibus pro expressis habentes, easdemque lites, & causas in statu, & terminis, in quibus reperiantur, à quocumque Iudice, & Tribunali, tam hujus Urbis Romæ, quam aliis quibuscumque locis, & tam in statu nostro Ecclesiastico, quam extra illum, ubicumque agantur, etiam in gradu appellationis pendeant, ad Nos advocantes, easque penitus supprimentes, & extinguentes, Motu simili, & ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus, & denuntiamus mentem, & intentionem nostram in prædictis litteris fuisse, & esse, ac immutabilem fore, Decimas ipsas super omnibus Pensionibus prædictis ratam cuilibet earum tangentem omni pacto, & conditione remotis, & absque ulla spe relevationis Pensionariorum contra Titulares, & Administratores Mensarum Ecclesiasticarum, & reliquorum Beneficiorum, & locorum piorum in dictis litteris expressorum per Nos fuisse, & esse impostas, & propterea omnes, & singulos Pensionarios quacumque auctoritate, dignitate, præminentia præfulgeant (non tamen personas in prædictis litteris exceptas) ad ipsarum Decimarum solutionem pro rata cuiuslibet Pensionis teneri, & obligatos esse, neque ullum jus, & actionem, etiam in vim cuiuscumque pacti, & conventionis, quantumvis ex causa onerosa, vel donationis, juramenti, obligationis Cameralis, augmenti Pensionum, & cuiusvis alterius, quantumvis inexcogitate cautelæ, & pactio- nis, etiam à Sede Apostolica in genere, vel in specie, atque

*Pensionarii
concedunt ad
solutionem
decimarum.*

*Declaramus
mentis.*

atque individualiter eum illorum, & illarum tenore inserto approbatis, & confirmatis, & forsitan pro decennio durante approbandis, & confirmandis aliquando ab ipsis titularibus repetendi competere: sed ipsos Pensionarios ad Decimarum huiusmodi solutionem pro rata sua cuiuslibet pensionis juxta nostrarum litterarum prædictarum formam, & tenorem, ac præsentem nostram declarationem, ac si quoad eadem Decimas per Nos impositas nullatenus pacta, conventiones, Donationes, Juramenta, obligationes, & alia cautela superius dicta, & per Sedem Apostolicam approbata, vel approbanda nullatenus emanassent, vel emanaverint; imò illis omnibus quoad solutionem Decimarum prædictarum plenarie, expressè, & specificè ad favorem fructuum prædictorum, seu Titularium, & Beneficiorum, ac Administratorum prædictorum derogatum fuisse, ac iterum Nos tenore præsentis Motus proprii expressè, & plenarie ad exonerationem titularium, & beneficiorum, ac mensuram, aliorumque locorum prædictorum contra Pensionarios derogamus, & dicto durante decennio eisdem Pensionarios teneri, ac per eos ad quos spectat; & pro tempore spectabit, juxta prædicta impositionis, & hujus nostræ declarationis formam, & tenorem cogi, & compelli posse, seu debere.

§. 5. Et pro potiori cautela quascumque sententias in causis prædictis contra ipsos Pensionarios, seu eorum aliquem super præmissis Decimis hæcenus latas, promulgatas, & publicatas, ac etiam executioni demandatas, uti nullas, & invalidas revocamus, cassamus, annullamus, & viribus evacuamus cum omnibus inde sequutis, ipsisque Pensionariis perpetuum silentium super præmissis imponimus, & impositum esse declaramus, & hanc mentis nostræ declarationem cum omnibus, & singulis per Nos præsentis Motu proprio ordinatis locum habere, & omnino servari volumus, tam in Pensionibus hæcenus impositis, quam in posterum imponendis, quibuscumque pactis, conventionibus, clausulis, & cautelis, ac etiam eidem præsentis nostræ declarationi renunciatione, etiam juramento facta non obstantibus, quæ omnia eo ipso irrita, & invalida, ac nullius roboris, & effectus fore, & esse censeantur, & ita declaramus. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, &c. sublata, &c. judicari, & definiti debere, irritumque, &c. decernimus.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi existunt, seu à quibus mensæ ipsæ dependent, etiam juramento, &c. roboratis, &c. privilegiis, &c. Quibus omnibus, &c. eorum tenores, &c. latissime hac vice dumtaxat specialiter, & expressè Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F.

Et quod litterarum prædictarum tenores, etiam veriores, ac Data, ac singulorum Pensionariorum prædictorum dignitates, qualitates, & præminentias, etiam speciali nota dignas, & alias de necessitate exprimendas præsentibus pro individualiter expressis habentes, seu in toto, vel in parte exprimi possint in litteris: & de declaratione, denunciatione, avocatione, extinctione, silentii impositione, singulis derogationibus, & decretis, ut supra in litteris latissime extendendis: & quod præmissorum omnium, & singulorum, etiam denominationum, qualitatum, aliorumque necessariorum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris, si videbitur, etiam per viam de Curia expediendis: Et cum decreto quod interim etiam ante earundem litterarum expeditionem sola nostri præsentis Motus proprii Signatura sufficiat,

Bullarii Magni Tom. V.

& ubique plenam fidem faciat in iudicio, & extra, regula quacumque contraria non obstante: Et firmis remanentibus cæteris omnibus, & singulis per Nos in dictis litteris impositionis Decimarum dispositis, & ordinatis.

Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Kal. Aprilis, anno nono.

Breve Beatificationis Petri de Arbues Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, primi Inquisitoris in Regno Aragoniæ. CXLII.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1664.

Optimissimos Christi athletas, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni, quorum pretiosa in conspectu Domini morte religio defensa, cumulatam fidem, Ecclesia roborata est, sicuti post agonem victores coronam justitiæ donat in cælis iustus Judex, ita devota convenit fidelium veneratione in terris honorari, ut qui sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die, ac nocte in templo ejus, infirmitatem nostram sua intercessione juvare dignentur.

§. 1. Quam in rem pro pastoralis nostro munere, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, propensis studiis incumbentes, flagrantia id ipsum Catholicorum Regum, & aliorum Christi fidelium vota libenter exaudimus, prout omnibus maturæ discussionis trutina perpensis ad gloriam Omnipotentis Dei, ad Christianæ Religionis, Fideique Catholicæ robur, & incrementum, Sanctæque Mariæ Ecclesiæ exaltationem cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§. 2. Cum itaque ad preces Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Generalis Inquisitoris, & Ministrorum omnium Sanctæ Inquisitionis Hispaniarum, ac Deputatorum, præsertim in Regno Aragonum adversus hæreticam pravitatem, necnon Capituli Metropolitanæ Ecclesiæ, Cleri, Juratorum, & Populi Civitatis Cæsaraugustanæ processus ritè, & rectè confecti fuerint super Sanctitate Vitæ, Virtutibus, Martyrio, causa martyrii, prodigio quoque effervescentiæ, & multiplicationis sanguinis, aliisque miraculis à Deo patris intercessione Servi Dei Petri de Arbues, alias Magistri Epilæ nuncupati, dum vixit Canonici prædictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, & primi Inquisitoris in dicto Regno Aragoniæ auctoritate Apostolica deputati, qui dum manus Inquisitoris huiusmodi fideliter, & summo cum Fidei Catholicæ zelo exercebat, à nefariis quibusdam Sicariis Judaica perfidia infectis, in odium ejusdem Catholicæ Fidei immaniter trucidatus martyrii palmam accepisse asserbatur: iidemque processus in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum accuratissime discussi fuerint, factaque tandem eorum omnium, quæ in causa gesta sunt, coram Nobis plena, & distincta relatione, præfata Cardinalium Congregatio, Nobis annuentibus, censuerit, quandocumque tutò deveniri posse ad solemnem Canonizationem ejusdem Servi Dei Petri Arbuesij, juxta Ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sacrorum Canonum dispositionem, attento quod agitur de Martyre cum prodigio, & miraculis maturè discussis, & formiter approbatis.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis memoratorum Philippi Regis, Inquisitorum, Capituli, Cleri, Juratorum, & Populi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de præfatorum Cardinalium con-

Exordium

Supplicatio Regis, & Inquisitorum Hispaniarum.

Braci nomine nuncupatus.

K k 2 filio

filio, & unanimi assensu indulgemus, ut memoratus Dei Servus Petrus Arbucius in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquie venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferenda) exponantur. Imagines quoque radii, seu splendoribus exornentur, atque de eo sub Ritu duplici recitetur officium, & Missa celebretur de Martyre non Pontifice singulis annis, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 17. Septembris, qua spiritum Creatori reddidit. Hæc verò in locis dumtaxat infra scriptis, nempe in Cathedrali Ecclesia Cæsaraugustana, ubi Canonice Martyrii palmam consequutus est, ejusque Corpus requiescit, in Ecclesiis Generalis Inquisitionis Hispaniarum, ac Sancti Martini Inquisitionis Regni Aragoniæ, ubi primus Inquisitionis munus obivit, & à qua ex Apostolica auctoritate munus idem accepit: necnon in Matrice Ecclesia oppidi de Epila, ubi natus est, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus.

§. 4. Præterea, præfenti tamen dumtaxat anno à datis hujusmodi litteris inchoando, in supradictis Ecclesiis solemnem Beatificationis ejusdem cum Officio, & Missa sub Ritu duplici majori die ab Ordinario constituta, & intra sex menses promulganda celebrandi facimus facultatem. Romæ verò in Ecclesia Sanctæ Mariæ Montis Serrati, Nationis Regni Aragonum intra bimestre: postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum eadem solemnem celebrata fuerint, pariter celebrari permittimus.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Decretis super non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 9. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
die 17. Apr. Annulo Piscatoris, die 17. Aprilis 1664. Pontificatus nostri anno nono.

CXLIII. Decernit & declarat, quod Fratres universi, & singuli Ordinis Prædicatorum, ubique terrarum, priusquam ad Sacros Ordines ascendant, ætatem ad hujusmodi Ordines suscipiendos explevisse debeant, juxta Concilii Tridentini Decreta.

Edita An. D. 1663. ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Redite Nobis ex alto dispensationis ratio postulat, ut paternam Christi fidelium, qui è fluctibus sæculi in religiosæ vitæ portum confugerunt, curam gerentes, illa quæ felici eorum directioni, & regulari disciplinæ officere noscuntur, de medio tollere studeamus, sicut in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in plerisque dicti Ordinis Provinciis Indiarum non sine notabili regularis disciplinæ, studiorum, & communis quietis, pacisque detrimento Fratres ejusdem Ordinis passim ante legitimam ætatem à Concilio Tridentino præscriptam mittuntur, & admittuntur ad majores Ordines suscipiendos, eo quod præterant adesse illis privilegium speciale desuper Ordini prædicto, aut alteri Religioni, cum qua Ordo ipse in privilegiis communicat, à Sede Apostolica indultum circa prima dictarum Provinciarum, & Converterum initia, sive quod ibidem Episcopi, & Archiepiscopi ex novissima quadam concessione Apostolica, ob pœnariam opera-

riorum habeant, aut habere putentur amplam ea in re facultatem.

Ac insuper in eisdem Provinciis passim irrepit abusus intolerabilis, quo Fratres Converteri, seu Laici arte, ac solertia Clericalem Religionis habitum, Sacrosque Ordines absque legitima Superiorum dicti Ordinis permissione suscipere non verentur, dum videlicet de una in aliam Provinciam commigrantes sese mox Clericos professos fingunt, ac falsificatis dimissorialibus litteris se offerunt Episcopis initiandos, tametsi in prædicto Ordine Prædicatorum omnis Converterorum transitus ad habitum Clericalem sit legibus quamseverissimis interdicitur.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Magister Generalis agnoscat, ac deprehendat fore plurimum è re divini obsequii, cultusque ac decencie, necnon claustralis observantie, & ætioris educationis, si validum adversus hujusmodi præmaturas ordinationes remedium admoveatur; & proinde qualicumque hujusmodi privilegio, si quod in illis partibus, vel prædicto ejus Ordini immediatè concessum, vel per communicationem ab alio quocumque Ordine participatum habetur, in manibus nostris renunciet, cupiatque opportunè à Nobis in præmissis provideri, & ut infra indulgeri.

§. 3. Nos ipsi Magistram Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dictamque privilegii renunciationem ab eodem Magistro Generali factam, ut præfertur, harum serie admittentes, & acceptantes, quod de cætero non minus in supradictis Provinciis Indiarum, quam in Europa, prædicti Ordinis Prædicatorum regulares universi, ac singuli, priusquam ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines ascendant, ætatem ad tales ordines suscipiendos per Decreta Concilii Tridentini prædicti respectivè requisitam omnino explevisse debeant, nisi cum aliquibus nominatim, & in casu singulari per litteras Apostolicas in simili forma Brevis toties quoties impetrandas, & ordinatori exhibendas, super hujusmodi ætatis defectu canonicè dispensatum fuerit, quemadmodum fit in Europa: quodque facultates, si quæ jam datæ sint, sive in posterum dentur illarum Regionum Episcopis, & Archiepiscopis conferendi majores Ordines hujusmodi ante legitimam ætatem, ad Fratres dicti Ordinis Prædicatorum nequaquam extendi censeantur, neque his ibi, aut ullibi suffragari possit ad ullum præmaturæ ordinationis effectum quocumque communicatio privilegiorum cuicumque Religioni concessorum, aut concedendorum, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus.

§. 4. Præterea quibusvis supradictarum Provinciarum in Indiis consistentium Ordinis prædicti Fratribus Laicis, seu Converteris, ne sine legitima Superiorum ejusdem Ordinis permissione è statu Converterorum ad statum, & habitum Fratrum Clericorum dicti Ordinis transire, aut etiam ultra ad sacros Ordines sese intrudere audeant, vel præsumant quovis modo, sub excommunicationis late sententiæ pœna per Contraventores eo ipso absque alia declaratione incurrenda, auctoritate, & tenore præsentium prohibemus, & interdicitur.

§. 5. Decernentes easdem præfentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus

Confirm.
provis in no.

Quod L.
non proce.
viam inter
Ordinis.

Decretum
ipsum.

super

super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Nos obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Martii 1663. Pontificatus nostri anno nono.

EXLIV. Indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesias Soc. JESU in Festis Sanctorum Ignatii, ac Francisci Xaverii, confessis, ac communione refectis.

Vide ad Const. 256. Urbani VIII. Aliàs fel. & ad Const. 48. Innoc. X. Aliàs.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut accepimus, aliàs fel. record. Gregorius Papa XV. Prædecessor noster volens omnes, & singulas Ecclesias Presbyterorum Societatis JESU ubique existentes aliquo spiritali munere illustrare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confusus, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex dictis Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU ubique existentem, in Sancti Ignatii ultima Julii, ac Sancti Francisci Xaverii 2. Decembris mensium celebrari solitis festis diebus à primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi singulis annis devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione piis ad Deum precibus effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem in Domino perpetuò concessit, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris litteris in simili forma Brevis die 8. mensis Junii 1622. desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut prædicti Presbyteri Societatis JESU Nobis nuper exponi fecerunt, Officium, & festum prædicti Sancti Francisci Xaverii à die secunda ad tertiam diem mensis Decembris Apostolica auctoritate per Nos translata sint: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt prædicti Presbyteri Societatis JESU, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio Prædecessore Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU hujusmodi die festo ejusdem Sancti Francisci Xaverii, die 2. mensis Decembris, ut præfertur, celebrari solito concessas ad tertiam diem ejusdem mensis Decembris etiam transferre de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur eisdem Presbyteros Societatis JESU spiritualibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, Bullarum Magni Tom. V.

supplicationibus illorum nemine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio Prædecessore Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU die festo prædicti S. Francisci Xaverii die 2. mensis Decembris singulis annis celebrari solito concessas, ad tertiam diem ejusdem mensis Decembris, servata tamen in reliquis omnibus, & singulis dicti Gregorii Prædecessoris litterarum hujusmodi forma, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò transferimus, & perpetuis futuris temporibus translatas esse decernimus, ita ut in posterum Christi fideles aliquam ex Ecclesiis Presbyterorum Societatis JESU ubique existentium visitantes, Indulgentias, & peccatorum remissiones à prædicto Gregorio prædecessore aliàs concessas, non ampliùs secunda, sed tertia die mensis Decembris hujusmodi lucrabuntur.

§. 3. Non obstantibus ejusdem Gregorii Prædecessoris litteris prædictis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Julii 1663. Pontificatus nostri anno nono.

Prohibet foundationes Conventuum in Familia Ultramontana Ordinis Minorum de Observantia intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, etiam aliorum Regularium.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Aliàs pro parte dilecti filii Petri Roche Commissarii Generalis Curie pro Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ expedito, quod dudum fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster considerans in Provincia Carthaginensi dicti Ordinis tam angusta, tantam multitudinem Conventuum Regularium diversorum Ordinum reperiri, ibique nihilominus adesse prætensiones novarum foundationum, ex quibus quamplurima oriebantur inconvenientia, ordinaverat, ne in posterum edificari posset ullus Conventus intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, prout in ejusdem Clementis prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis expeditis plenius dicitur contineri: Et in eadem expositione subjuncto, quod in Provincia Valentina Fratrum de Observantia, & Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis Sancti Francisci in Regno Valentie eadem inconvenientia sequebantur, cum intra spatium quadragintaquatuor leucarum longitudinis, & decem latitudinis, viginti tres Fratrum de Observantia, ac viginti Fratrum Discalceatorum, & sexdecim Conventus Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci Capuccinorum nuncupatorum, Hospitalia quoque quamplurima pauperum ex elemosynis viventium, necnon triginta Monasteria Monialium continentur, præter centum Conventus diversorum Ordinum, quorum major pars est Mendicantium, ex quibus & Seculares valde gravantur, & quamplurimæ ob novarum foundationum prætensiones, præsertim Fratrum Capuccinorum, Carmelitarum, Trinitariorum Discalceatorum, & aliorum, tam inter Seculares, quam inter Regulares oriuntur discordiæ, cum maximo regularis

Conventus

transumptio

D. P. An. 9.

EXLIV.

Acta An. D.

Conventus

Transfertur Indulgentia S. Francisci Xaverii in diem tertium Decembris.

Conventus

D. P. An. 9.

EXLV.

Acta An. D.

Motiva hujusmodi

gularis discipline detrimento, ac etiam populorum scandalo.

§. 1. Ideoque Congregationi predictæ supplicato, ut ordinaret, ne in dictis Provinciis, seu Regno, ullus Conventus, Domus, sive Hospitium Fratrum Capucinorum, Carmelitarum, Trinitariorum, sive quorumlibet Regularium intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam fundatis erigeretur absque expressa Sedis Apostolicæ licentia, prout in Provinciis Burgensi, Granatensi, Aragoniæ, & Majoricensi similiter ordinatum fuit, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

Decretum
Sac. Congr.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis censuit, & decrevit servandam esse formam, & dispositionem memorati Brevis sancti. meum. Clementis VIII. etiam in Provinciis Valentia Observantium, & Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum Ordinis hujusmodi: atque ita Fratribus cujuscumque Ordinis Mendicantis, novorum Conventuum, Hospitiorum, seu Domorum, & sub quovis titulo habitationum permanentium erectionem absque Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia contra tenorem dicti Brevis, & Apostolicarum Constitutionum in predictis Provinciis esse prohibendam, & interdiciendam, prout harum serie prohibet, & interdicit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 22. Junii 1663. M. Cardinalis Ginetti.

Confirmat
prolatum
Decretum.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Petrus nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate predictæ Congregationis Cardinalium.

Decretum
invenit.

§. 4. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane si locus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraſſis
legat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 9.
die 6. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 6. Augusti 1663. Pontificatus nostri anno nono.

Super electione Provinciarum Indiarum Ordinis Prædicatorum, ac confirmatione eorundem à Magistro Generali. CXLVI.

Vide ad Confis. 262. Urbani VIII. Nuper pro parte, in qua cautius Provinciales debere esse biennales.

ALEXANDER PAPA VII. Edicta A. T. 1663.
Ad futuram rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus sollicitudo, quam meritis licet, & viribus longè impares, auctore Deo gerimus, Nos admonet, ut circa statum personarum quarumlibet divinis obsequiis sub summi Religionis jugo mancipatarum propensius studiis intendentes, illarum felici directioni, & regulari observantia salubriter, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere satagemus, sicut rerum, locorum, temporum, & personarum qualitatibus mature considerationis tractina perpensis, arbitramur in Domino rationi esse contentaneum.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod dudum Provinciis Indiarum dicti Ordinis ob immanem eorum ab hac alma Urbe distantiam, mox ab earundem institutionis initio provisum fuit de indulto, aut privilegio respectivè, quo illic Capitulis Provincialibus conceditur primo Diffinitori, vel Diffinitorio facultas confirmandi statim Provinciam ibidem electam, vel quod ipsa electio sit simul confirmatio. Et specialiter pro Provincia Sancti Jacobi de Mexico Ordinis hujusmodi quondam Joan. de Fenario dum vixit Magister Generalis ejusdem Ordinis, impetravit à felic. rec. Clemente Papa VII. prædecessore nostro litteras in simili forma Brevis die 11. Julii 1532. expeditas, quarum Initium est, *Pastoralis officii, &c.* in quibus disponitur, ut Prior Provincialis ipsius Provincie juxta Constitutionum ipsius Ordinis tenorem eligi, & per Diffinitorium Capituli cassari, aut confirmari, & ad officium ipsum acceptandum censuris Ecclesiasticis compelli possit: Et si contingat Diffinitorium in partes æquales dividi, tunc eligatur ab eisdem Diffinitoribus unus alius Religiosus de dicta Provincia, & ea pars Diffinitorii, cui talis electus adhererit, Provinciam casset, & confirmet, prout videbitur expedire.

§. 2. Venim ne hujusmodi concessionem, quæ provisionales sunt, cum ingenti Ordinis perjudicio ex sinistra intelligentia traherentur in perniciosum abusum, ac sensum à mente concedentium alienum, intelligendo quod essent solemnes, & definitive, Capitulum generale dicti Ordinis Romæ anno 1589. celebratum remedium adhibuit, ac ordinavit, quod Provinciales Provinciarum Indiarum statim post eorum electionem juxta privilegia ipsius Provincie concessa, munere suo fungerentur: tenerentur tamen saltem intra biennium ad Magistrum Generalem ejusdem Ordinis mittere decretum suæ electionis pro sui, & totius Ordinis Capituli debita recognitione, & hoc sub pena privationis officii ipso facto incurrenda, & inhabilitatis in posterum. Quam quidem ordinationem quondam Thomas Turchus, dum vixit Magister Generalis Ordinis præfati, tenet alias, quas pro Provinciis Indiarum ex factis à suis prædecessoribus, & Capitulis generalibus compilavit Cesaraugustæ anno 1648. & explicavit, hoc adjecto, ut Magister Generalis electionem vel confirmare, vel cassare possit, potest sibi in Domino videretur. Quæ omnia considerans Capitulum generale dicti Ordinis itidem Romæ anno 1656. celebratum innovavit, auxit, & confirmavit prolixâ ordinatione pro Provinciis Indiarum in communis numero 5. tenoris qui sequitur, videlicet: Cum in Capitulo generali Romæ 1589. sic ordinatum fuisset, Provinciales Provinciarum Indiarum statim post eorum electionem, juxta

juxta privilegia ipsis Provinciis concessa, munere suo fungantur, teneantur tamen saltem intra biennium ad Reverendissimum Patrem Generalem mittere decretum suae electionis pro sui, & totius Ordinis Capituli debita recognitione, ut electionem vel confirmare, vel cassare possit, prout sibi in Domino videbitur expedire, & hoc sub poena privationis officii ipso facto inhiabitanda; & inhabilitatis in posterum: Nos hujusmodi ordinationem, velut sanctae Obedientiae, & unitati indivisae nostri Ordinis summè necessariam, extremo, quo possumus, consensu munimus, stabilimus, & insuper ordinando adjicimus, quod Provincialis quisquis electionis suae scrutinium, seu decretum intra tempus supra expressum, ac praefixum Magistro Ordinis non miserit, post suum Provincialatum in omnibus habeatur, ac si revera Provincialis non fuisset: Proinde in virtute Spiritus Sancti, sanctae obedientiae, & sub formali praecipio, necnon sub nullitate cujuscumque actus in contrarium prohibemus: Tum ne talis post suum Provincialatum potatur, aut potiri permittatur loco illis aliis debito, qui quondam Provinciales fuerant: tum etiam ne possit deinceps toto vitae suae tempore eligi, vel quoquo modo applicari ad officia Prioris, Visitatoris, Vicarii, Doctrinarii, sive ad alia munia etiam Scholastica, quorum omnium ex nunc simpliciter incapax decernitur, ac declaratur, ita quod tali, neque praefixi loci, neque vocis passivae jus ullum suffragari possit, donec Magistri Ordinis superveniens confirmatio realiter ipsi Provinciae illata, ac notificata plenè constare fecerit electionem fuisse bonam, & suprema Ordinis auctoritate solemniter, legitimèque agnitam, & approbatam.

Provinciales
Magistri
Ordinis
Gen.

§. 3. Quod si in aliqua, aut aliquibus harum Provinciarum ad sit, vel adesse praetendatur quaecumque Indultum, Privilegium, Exceptio, Dispensatio, aut qualicumque nominis exemptio tollens, minuens, atque suspendens Ordinationem supradictam, ejusve obligationem, aut poenas appositae: Nos hodie communi, ac publico nomine totius Ordinis Praedicatorum, quem in hoc generali consensu legitimè representamus, hujusmodi privilegio, indulto, exceptioni, dispensationi, ac cujuscumque nominis exemptioni, si qua est, vel putatur esse, tanquam regularis obedientiae pernicioso detrimento, seu facillimè schismatum occasione deliberatè, ferè, ac expressè renunciamus, ac renunciatum esse denunciamus. Denique obtestamur Reverendissimum Magistrum Ordinis, ut quandocumque contingeret ex aliqua harum Provinciarum non transmitti ad se scrutinium, seu decretum electionis novi Provincialis, vicissim ipse acta illius Capituli Provincialis, (si qua fortè seorsim ad manus suas pervenerint) nequaquam approbet, nec ullas graduum postulationes exaudiat, aut ullius promotionis patentes expediri jubeat, neque institutiones Praedicatorum Generalium in hujusmodi actis exponi solitas admittat, vel ratas habeat, nec taliter factae institutiones ullum sortiantur effectum, quoadusque electus Provincialis fuerit per Magistrum Ordinis confirmatus, hujusque confirmationis patentes in Provincia sint promulgatae.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, praesertis ordinationibus non obstantibus praefata Provincia Sancti Jacobi de Mexico sub moderno Generalatu defuisset spontè, ac desciverit à lege, & obligatione transmittendi, & submittendi dicto Magistro Generali exponenti decreta, seu scrutinia electionum duorum Priorum Provincialium proximè praesertorum pro obtinenda legitima ipsarum confirmatione, vel si in Domino conveniens videretur, cassatione: Nobis propterea ipse Magister Generalis humiliter supplicari fecit, ut sibi in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eundem Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasio-

ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatis existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, ad quos praesces hujusmodi remisimus, visis, & maturè consideratis, ac perpensis per eosdem Cardinales memorati Clementis praedecessoris nostri in forma Brevis litteris, & praesertim Statuto Capituli Generalis celebrati de anno 1656. ipsum Statutum auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, eique inhaerendo expressè decernimus in posterum Provinciales, nedum Mexicanæ, sed etiam aliarum Provinciarum Indiarum Ordinis hujusmodi immediatè post eorum, seu cujuslibet eorum capitularem electionem munere suo fungi debere; teneri tamen, saltem intra biennium, ad Magistrum Generalem Ordinis praedicti transmittere decreta, & acta suarum electionum, ut ipse Magister Generalis easdem electiones confirmare, vel cassare possit, prout sibi juris esse videbitur. Aliter in casu contraventionis ipso jure, & ipso facto, & absque ulla declaratione intelligantur privati suo Provincialatu; & habeantur in omnibus, ac si Provinciales non fuissent, sintque pariter privati voce activa, & passiva, & inhabiles in perpetuum nedum ad praedictum officium Provincialatus, verum etiam ad quaecumque alia Prioris, Visitatoris, Vicarii, Doctrinarii, sive alia munia, etiam Scholastica, & subiaceant effectivè omnibus, & singulis poenis in praefato Statuto contentis.

Confirmas
Statutum
Capituli Ge-
neralis.

§. 5. Ne autem ex dubio super validitate, vel nullitate electionum hujusmodi erga Provinciales electos obedientia denegetur, vel subsequantur nullitates, auctoritate, & tenore praefatis volumus, & mandamus easdem electiones, dummodo sufficienti votorum numero à suffragantibus capitulariter sint factae, quicquid fortè reclametur, aut opponatur, quoadusque expectabitur responsio Magistri Generalis, tanquam canonica, & legitima habendas esse, supplendo pro interim ex nunc pro tunc omnes, & singulos juris, & facti defectus, qui in eis forsan intercesserint respectivè. Salva semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Supplet iuris
defectus.

§. 6. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantè contigerit attentari.

Decernimus
irritum.

§. 7. Quocirca Venerabilibus Fratribus illarum partium Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis locorum Ordinariis, & eorum cuilibet per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, & quoties ipsorum aliquis, seu aliqui desuper fuerint requisiti, sive etiam ex officio procedentes, easdem praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque solenniter publicantes, faciant auctoritate nostra ipsas praesentes litteras, & in eis contenta hujusmodi ab illis, ad quos spectat, & spectabit quovis modo in futurum in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè servari, & executioni demandari; contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, omni appellatione remota compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contrariis
derogat.

§. 8. Non obstantibus supradictis Clementis praedecessoris litteris, ac rec. mem. Bonifacii PP. VIII.

prædecessoris pariter nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium in iudicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciarum, aliive quibusvis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Transumptum fidei.

§. 9. Volumus autem ut eandem presentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripitis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. D. de 1663.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 7. Augusti 1663. Pontificatus nostri anno nono.

CLVII. Quod Officium Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum in Domo S. Laurentii in Lucina de Urbe durare debeat in perpetuum, cum facultate tamen Capitulo Generali eligendi alium, si expedire videbitur.

B. P. A. D. 1663.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio Capituli Generalis.

Nomine dilectorum filiorum Vocalium Capituli Generalis Congregationis Clericorum Regularium Minorum, in Domo Regulari Sancti Laurentii in Lucina de Urbe Congregatorum Nobis nuper expositum fuit, quod cum dicta Congregatio à felic. record. Sixto Papa V. prædecessore nostro per quasdam suas ea super re expeditas litteras instituta fuerit ea lege inter alia, ut ipsius Congregationis Præpositus Generalis ad vitam durare deberet, sicut re ipsa prima electio Præpositi Generalis huiusmodi ad vitam facta fuit, subinde verò mutato hoc instituto, terminus durationis Præpositorum Generalium ejusdem Congregationis primò quidem ad triennium, & postea ad sexennium præscriptus fuerit, & abundè citrà observatum sit præfata Congregationem continens, talibusque vexatam fuisse diffensionibus, ut nisi eximis prudentia, & vigilantia Venerabilis Fratris nostri Joannis Baptistæ Episcopi Albanensis S. R. E. Præfbyteri Cardinalis Pallotti nuncupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, illis occurrisset, opportunaque remedia adhibuisset, Congregatio ipsa magnum discrimen aditura fuisset videtur.

Adversus.

§. 1. Ipsi Exponentes, præmissis mature considerata, ad evellendam diffensionum huiusmodi radicem, unanimiter, & nemine discrepante, per vota secreta decreverunt, Præpositum Generalem dictæ Congregationis pro tempore eligendum, non ad sexennium, sed in perpetuum, & ad vitam eligendi durare debere, ea tamen lege ut de cætero in omnibus, & per omnia serventur Constitutiones, & Ordinationes ac decreta Capitulum Generalium, & integrum maneat Capitalis Generalibus ipsis Congregationis in futurum in casu electionis faciende in eisdem Capitalibus Generalibus, Præpositos Generales eligere etiam ad tempus, si ipsis Capitalibus Generalibus pro majori Dei gloria, ac servitio, & bono Religionis ita visum fuerit expedire, & aliis prout uberius continetur in ipsorum Exponentium Decreto desuper emanato, & votorum tenoribus subscriptis, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sessio x. habita die 11. Maii 1663. citra durationem Præpositi Generalis ab Eminentiſſimo & Reverendiſſimo D. Cardinali Protectore, & Præfide. Post maturam, & multiplicatam ponderationem cum quatuor Patribus deputatis, & aliis ex gravioribus Patribus Capituli Generalis circa durationem Præpositi Generalis, ut scilicet reducatur ad durationem perpetuam, & ad vitam ejusdem Præpositi Generalis, juxta primum Institutum ejusdem Religionis à Venerabilibus Patribus Augustino Adorno, & Franciscò Caracciolo Fundatoribus, ut piè credendum est, Spiritu Sancto dictante, dispositum, & à Sancta Sede Apostolica, & à fel. record. Sixto V. approbatum, & in Bulla erectionis specialiter expressum, adductis gravissimis motivis, & rationibus, & exemplis ad rem facientibus, & auditis sententiis omnium Patrum in Capitulo Congregatorum, propositum fuit per vota secreta resolvendum, an in futurum Præpositus Generalis pro tempore eligendus durare debeat non ad sexennium, sed in perpetuum, & ad vitam eligendorum, ea tamen lege, ut de cætero in omnibus, & per omnia serventur Constitutiones, & Ordinationes, & Decreta Capitulum Generalium, & integrum remaneat Capitalis Generalibus illos eligere etiam ad tempus, si eisdem Capitalibus Generalibus pro majori Dei gloria, & servitio, & bono Religionis ita visum fuerit expedire per secreta suffragia, & quatuor ex quinque partibus votorum concurrant, & insuper expressus accedat assensus, & approbatio Sanctissimi Domini Nostri; illiusque pro tempore successorum in perpetuum, & cum declaratione, quod in quocunque casu defensionis, seu cessationis Præpositorum Generalium, ut supra eligendorum extra tempus Capitulum Generalium, Generales Præpositi extra Capitulum Generale ad præscriptum Constitutionum, seu Decretorum eligendi usque ad Capitulum Generale post dictam electionem proximè celebrandum tantum perdurent, reservato, quatenus opus sit, beneplacito Sanctissimi Domini Nostri, nomine totius Capituli Generalis impetrando, & à Procuratore Generali procurando. Et per vota secreta omnibus concurrentibus fuit resolutum affirmativè. J. B. Cardinalis Pallottus Protector, & Præfides: Philippus Mascambrunus Cler. Min. Franciscus Meliori Cler. Min. Innocentius Lanzalonga Cler. Min. Ludovicus Revelo Cler. Min. Laurentius Bonafidanza Cler. Min. Clemens Gualterius Cler. Min. Franciscus Migliacci Cler. Min. Petrus Ansalonius Cler. Min. Marius Calderinus Cler. Min. Tiberius Maris Americus Cl. Min. Ludovicus Protospadarius Cl. Min. I. Ximenes Cl. Min. Paulus Ayrolus Cl. Min. Lucas Ximenes de Los Cler. Min. Jacobus Pedicinus Cler. Min. Alfonsus Rivelto Cler. Min. Paulus Ayrolus Cler. Min. Secretarius Capituli Generalis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfati exponentes Decretum huiusmodi Apostolica confirmationis nostre patrocinio communitè summo perè desiderarent. Nos felici, prosperoque dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, prospicere, ipsorumque exponentium votis favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore contentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis.

§. 4. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos jura, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet inter venerint, supplementis, hac tamen lege, ut casu quo servatis servandis, ut supra, Præpositus Generalis ad tempus electus fuerit, in casu novæ electionis non possit deinde ad tempus eligi, nisi iterum per vota secreta quatuor ex quinque votorum partibus concurrant, & expressus assensus, & approbatio nostra, vel successio

Decretum Capituli Generalis.

Confirmatio prout in rati.

successorum nostrorum in perpetuum accedat, & hoc tories quoties casus electionis advenerit, alioquin Præpositus Generalis ad vitam perduret.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Pontificatus, die 22. Augusti 1663. Pontificatus nostri anno nono.

Super Concordia facta inter Procuratores Generales Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Manavit nuper à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Romana Ordinum Redemptionis Captivorum.

§. 1. Cùm Fr. Franciscus de la Rosa Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Sanctæ MARIÆ de Mercede supplicem libellum Sanctissimo porrexisset, quo se, suumque Ordinem admodum lætos conquereretur de assertionibus, quas dictum typis, ac viva voce, tum in concionibus, tum in publicis disputationibus vulgari student Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, nempe quod ipsis Fratribus de Mercede non ex primævo eorum Ordinis instituto injunctum fuerit, sed ex voto mox ipsidem accesserit Christi fideles Captivos è manibus Barbarorum redimendi onus, fortibusque olim commissum, firmatumque, ut idem Ordo de Mercede Ordini Sanctissimæ Trinitatis tandem uniretur, quæ præsertim contineri asserebat in libello novissimè impreso Romæ typis Angeli Bernabo à Verme, anno 1660. cui titulus est, Vitæ Sanctorum Joannis de Matta, & Felicis de Vallois Fundatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis; Sanctitas Sua speciali ejus rescripto ob lites inter Ecclesiasticas, & Regulares personas dirimendas absque strepitu, & figura judicii, atque ad sedanda scandala exinde orta, & oriunda; potissimum verò ad perpetuam inter Fratres prædictorum Ordinum charitatem stabilendam, rei amicable inter eos consulendæ, &

componendæ provinciam commisit Rev. P. D. Phœbæo, tunc Sacræ Rituum Congregationis à Secretis, qui accersitos, ac pluries seorsim, & una cum auditoribus Procuratores Generales utriusque Ordinis, nempe præfatum Fratrem Franciscum de la Rosa Mercedarium, & Fratrem Joannem à Conceptione Excalceatum Sanctissimæ Trinitatis pariter asserentem, quod Fratres Mercedarii his prorsus non dissimilia evulgant de Fratribus Sanctissimæ Trinitatis, in eam tandem sententiam adduxit, ne sub pœna privationis votis activæ, & passivæ in perpetuum aliquis eorum audeat, seu præsumat in posterum scriptis, aut viva voce, tum in Concionibus, tum in publicis, & privatis disputationibus prædicta sub quovis prætextu, vel quæsito colore prædicare, asserere, disputare, & affirmari facere, & curare; siquidem adversantur litteris Summorum Pontificum, præsertim verò Clementis Octavi, incipientibus, Romana Catholica Ecclesia. Datum Kalendis Maii 1601. super Canonizatione Sancti Raymond de Penafort, §. 17. & 18. ac respectivè litteris Innocentii Tertii, aliorumque Pontificum. Præterea libellum, de quo supra, in novis impressionibus à pag. 155. ad paginam 158. omnino conformandum esse enunciata Constitutioni Clementis Octavi, ac sub eisdem pœnis denuò non imprimi nisi ab eodem libello expunctis assertionibus præfatis. Verùm quia inter hæc præfatus Rev. P. D. Phœbæus ad Præceptorium Sancti Spiritus in Saxia promotus fuit, & ipse Secretariæ Congregationis Sacrorum Rituum addictus sum, Sanctissimus mihi per aliud subsequens rescriptum mandavit, ut desuper prædictis omnibus, ac singulis decretum ederem, ac idem in acta Sacræ Congregationis referrem, sub expressis pœnis, aliisque gravioribus arbitrio Sanctitatis Sæ infigendis, executioni omnimodæ demandandum, prout demandari mandat. Die 2. Octobris 1663. M. Episcopus Sabinensis Card. Ginettus.

§. 2. Cùm autem, sicut pro parte præfatorum Francisci de la Rosa, & Joannis à Conceptione Procuratorum Generalium, Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius substantia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communitari summopere desiderent: Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in

Confirmas præinsertum Decretum.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fidei.

§. 6. Volumus autem ut eorundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. g. die 10. Oct.

*Datum in Arce Gandulphi, Diocesis Albanensis, sub Annulo Piscatoris, die 30. Octobris 1663. Pontificatus nostri anno nono.

CXLIX. Decreta pro Limana Provincia in Indiis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum stabilita.

Edicto An. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Supplicatio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de la Rosa Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod pro Provincia Limana in Indiis dicti Ordinis ad hoc ut promovendi ad Præsentaturæ, & Magisterii gradus, & virtute conspicui, & litteris satis, superque condecorati sint, statutum fuit, quod nullus ex Fratribus Provinciæ, & Ordinis hujusmodi ad Præsentaturæ, & Magisterii gradus promoveri possit, nisi prius infra-scriptas condiciones adimpleverit, & secundum eas qualificatus existat. Videlicet.

Sequuntur Decreta.

§. 1. Ut nullus ad Præsentaturæ de Lectura lauream exponatur, qui non legerit ultra tres annos Logicæ, & Philosophiæ duos alios annos Theologiæ Scholasticæ, assistendo conferentiis, & aliis actibus pro Magistris designandis; idque non ubique locorum, sed tantum in aliqua Universitate approbata, vel in aliquo conventu ejusdem Ordinis studiis, litterariisque exercitationibus deputato. Post hæc, ut de eorum sufficientia constet, in Collegio Sancti Petri Nolasci Limano nuperimè ædificato sequentibus actibus litterariam reducat ad trutinam: Semel, sed publicè conclusiones defendens, ad semihoram præmissa præfatione, à quatuor Magistris proposita argumenta dissolvat. Deinde per horæ spatium punctum ex sententiarum Magistro desumptum, quod ante vigintiquatuor horas sibi forte contigerit, elucidet, & sententiam propositam impugnantibus quatuor Magistrorum telis obstitet.

Tunc Examinatores ad rem dijudicandam electi (præmissis in Receptoris manibus fidelitatis juramento, nempe nec se directè, nec indirectè Præsentaturæ candidato suggestisse argumenta, nec se nisi benemeritum, & dignum approbaturus) secretò ferant calculum, & faventibus pluribus suffragiis Receptor ad Prolisæ, seu Licentiati gradum evehat, quibus capax evadet Præsentaturæ de numero Provinciæ. Et nemo ad prædicta suffragia admittatur, quin prius de materia sibi à forte præscripta, saltem per tres horæ quadrantes differuerit.

Insuper & Examinatores ad hanc functionem nominandi, sint Magistri de numero Universitatis, Cathedralici Ordinis prædicti, Regens præfati Collegii, & Primarius Lector, quibus Collegii Receptor uti Præses assistat. Deinde, ut is tantum de Prædicatorum Præsentatura benemeritis habeatur, qui decem annis alicujus Domus Conventualis Concionator speciali rescripto assignatus, triplicis Quadragesimæ Feriis cum approbatione verbum Dei prædicaverit; quo tempore transacto, in Collegio prædicto concionetur semel per unam horam de Evangelio, & materia sortita per vigintiquatuor horas antecedentes: quo finito ad suffragia admittatur eadem forma, & eisdem supra relatis Examinatoribus approbandus. Postremò, ut

qui in dicta Provincia Magisterii laureolâ condécorandi fuerint, prius lecturi sint quotidie unam Theologiæ Scholasticæ lectionem per trium annorum spatium supra illos quinque ad Præsentaturam requisitos: Probationes autem, & informationes Lecturarum in Collegio Provinciali & faciendæ, & approbandæ sint, ac in Collegio (præter eam quæ ad Licentiatus gradum obtinendum effecerat) viginti quatuor horis antecedentibus per semihoram leget punctum super Scripturam Sacram sortitum, & per spatium alterius semihoræ duorum Magistrorum oppositis argumentis obstitet. Quibus peractis ad suffragia admittatur, & numerosiori Examinatorum calculo approbatus à Rectore Collegii ejusdem Magister eligatur, quo præcedente gradu, ad gradum Magistri de numero dignus judicetur.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissa omnia uti justa, & rationi consona dilectus filius Magister Generalis dicti Ordinis approbaverit, & confirmaverit: Firmiora verò, & validiora sint illa, quæ hujus Sanctæ Sedis patrocinio roborantur, Nobis propterea dictus Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsum Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus exiit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui præsertas ordinationes, & dispositiones maturè considerant, consilio, eisdem ordinationes, & dispositiones auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, & in posterum vim statuti in præfata Limana Provincia habere decernimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub D. P. A. Annulo Piscatoris, die 18. Februarii 1664. Pontificatus nostri anno nono.

Supes

CL. Super observatione Indicis Librorum prohibitorum noviter impressi.

Dubia Indicis librorum prohibitorum decidit Congregatio creata à Sixto V. in Constit. 74. Congregatio 7. Indicis librorum prohibitorum Regulas inviolabiliter observari precepit Clemens VIII. Constit. 36.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Speculatores Domus Israël, quæ est Sancta Dei Ecclesia, inscrutabili Divinæ providentiæ arcano constituti, pastorem vigilantiam nostram avertendis imminentibus gregi Dominico periculis peculiari studio jugiter adhibemus, ne oves pretioso Salvatoris, & Domini Nostri JESU CHRISTI sanguine redemptæ seducantur à via veritatis, sed illi insistentes sub salutaris doctrinæ directione, ad æternæ beatitudinis metam felici cursu gradiantur.

§. 1. Cum itaque ad ejusdem Ecclesiæ gubernationem præcipuum sit in ordinandis moribus, & castiganda doctrina momentum, quod ab altero purum fidei lumen existat, ab altero operum rectitudo: Sedes Apostolica præclare intelligens homines legendo, tam quæ credenda, quam quæ faciendæ sunt, optime discere, magnam in primis in librorum delectu constituendo adhibet, semperque adhibuit diligentiam, quo mali à bonis, noxii ab innoxii discernentur, nominatim signatis auctoribus, & scriptis, à quibus Christi fideles abstinere deberent.

§. 2. Quam in rem Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Indici librorum prohibitorum, & expurgandorum præpositi, non solum sua sponte, & pro muneris sibi injuncti ratione, sed etiam speciali mandato nostro attentius incumbentes, cum animadverterint, post Indicem librorum prohibitorum à felic. recordationis Clemente PP. VII. prædecessore nostro editum juxta formam alterius Indicis, qui Sacrosancti Concilii Tridentini auctoritate prodierat, quamvis multi libri tam à successoribus prædicti Clementis Romanis Pontificibus, quam ab eorundem Cardinalium Congregatione prohibiti, illorumque Auctores damnati fuerint, nullum tamen Catalogum ordinatum, atque distinctè libros prohibitos, & Auctores damnatos hujusmodi completentem publica auctoritate fuisse confectum, magnamque proinde in hac materia oriri perplexitatem, quæ in dies major futura est, nisi opportune provideatur.

§. 3. Idcirco Nos difficultati inveniendæ hæc in re veritatis occurrere cupientes, post maturam & diligentem deliberationem, cui nonnulli ex præfatis Cardinalibus ad res accuratius dispiciendas præpositi fuerunt, decernimus in primis deveniendum esse ad novi Indicis confectioem, quo non solum libri post novissimum Clementis prædecessoris Indicem prohibiti, aut aliis confixi, verum etiam in superioribus, quos diximus, catalogis descripti continerentur. Deinde quoad ordinem in disponendis auctoribus, & materiis nominibus solam litterarum Alphabeti seriem esse deinceps observandam, ommissa nunc trina illa in Classibus distributione, quæ licet ab initio laudabiliter esset instituta, usu nihilominus deinceps cognitum est, commodiorem adhuc iniri posse in hoc genere rationem, & quæ nullas appendicum adjectiones, multiplices alioquin, & implicitas tractu temporis exituras desiderata sit, remque expediat sine ulla legentium in querendis Auctoribus molestia, præsertim Bibliopolarum, quibus ut facilis, & explicita sit hujus Indicis tractatio, publicè in primis interest, ne ipsi errantes multorum errori causam præbeant.

§. 4. Accedit, quod illa Classium distinctio plurimè non modò vulgares, sed etiam eruditos sæpe de-

cipiebat, dum ex earum ordine confixio gravitatem æstimabant, quasi severius actum semper videretur tunc legentibus anteriorum, quam posteriorum Classium libros, quod tamen secus esse ex ipsa Classium institutione à Concilio Tridentino facta colligi facile potest, ubi cum solum antecedit distinctio inter libros Auctorum vitio, ac demerito, vel perniciosæ doctrinæ, errorumque in eis contentorum ratione damnatos, ac inter præferentes, aut dissimulantes Auctores, contigit ut plerique libri ignoti Scriptoris, qui tertiæ Classi assignantur, peiores multò sint, quam in primæ, aut secundæ recentiori: cui falsæ persuasioni, ne perniciosæ in hæc materia licentiæ causam præbeat, medendum omnino existimavimus.

§. 5. Quamvis autem ulteriorem Classium distinctionem omitti jufferimus, hætenus tamen observatam retinendam censuimus, ut citarentur in cujusque libri confixione, ubi opus est, hujusmodi Classes, & appendices unà cum decretis, quibus primum libri confixi fuerunt, quo rei ab initio gestæ series innotescat.

§. 6. Quam etiam ob causam Indices Tridentinum, & Clementinum, unà cum suis appendicibus Indici huic generali adjiciendos curavimus, simulque omnia Decreta ad hæc usque tempora in hac materia post prædicti Clementis prædecessoris Indicem emanata, ne quid omnino, quod curiosæ fidelium diligentie prædesse possit, omissum videretur. Quæ omnia cum juxta mentem nostram diligenter, & accuratè fuerint executioni mandata, composito Indice generali hujusmodi, cui etiam Regulæ Indicis Tridentini cum observationibus, & instructione memorato Indici Clementino adjectis appositæ fuerunt: Nos de prædictorum Cardinalium consilio eundem Indicem Generalem, sicut præmittitur, jussu nostro compositum, atque revisum, & typis Cameræ nostræ Apostolicæ jam impressum, & quem præsentibus nostris pro inserto haberi volumus, cum omnibus & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac ab omnibus, tam universalibus, quam singularibus personis, ubicumque locorum existentibus, inviolabiliter, & inconcussè observari mandamus, & præcipimus, sub penis in Constitutione recolendæ memor. Pii IV. etiam prædecessoris nostri super Indicis Tridentini confirmatione edita contentis, ad quas varietatis veterum Decretorum proponendis transgredientium penas tollendæ gratia, omnes, & singulas penas per Constitutiones Apostolicas, & decreta anteriora hujusmodi quomodolibet inflictas harum serie reducimus, firmis tamen manentibus his, quæ de Auctoribus, & libris damnatis in litteris Apostolicis die Cœnæ Domini publicari solitis sancta sunt, circa quos nihil omnino mutare, ac ne contingere quidem intendimus.

§. 7. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon dilectis filiis eorum Vicariis, & Officialibus, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & Regularium cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Instituti Superioribus, omnibusque aliis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, ut hunc generalem Indicem vulgandum, & observandum pro viribus curent; memores ad officii sibi commissi munus pertinere, ut oves Domini gregis tam à pabulis perniciosæ arceantur, quam salutaribus impleantur: à quo si (quod absit) per malitiam, aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima, & maxima oriri necesse est, distictam tibi apud severum Judicem reddent rationem.

§. 8. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus

tenoribus, & formis, ac quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia ex quibusvis forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis, ac formam in illis traditam pro servata habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

*Trasumptio-
ram fides.*

§. 9. Volumus autem ut eorundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum & gentium adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*Ep. P. An. 9.
die 5. Martii.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Martii 1664. Pontificatus nostri anno nono.

CLL. Eximit Fratres, & Conventus Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ, Gallicæ, & Legionis Regnis degentes ab omni jurisdictione Ministri Provincialis Minorum de Observantia Sancti Jacobi.

*Edicta An. D.
1664.*

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Sci. vs.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ, ac Gallicæ, & Legionis Regnis degentium Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi ægrè ferebant eorum Ordinem in illis partibus pejorem quotidie in statum prolabi ex eo, quod Superiores ejusdem Ordinis, & Regulæ non haberent, à quibus immediate regerentur: quodque dudum felici recordationis Clemens Papa Octavus Prædecessor noster ordinaverat, ut Conventus dicti Ordinis in Lusitania consistentes Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissario Generali familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis immediate subiecti remanentes proprium Ministrum Provinciale, & Definidores sibi eligere possent, eaque ratione multis inconvenientibus obviam itum, optimique effectus ad Dei gloriam, & Religionis incrementum inde consequuti fuerant, sicut experientia compertum erat.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod ipsi Exponentes propterea & eorum Conventus in Regnis supradictis constitutos ab omni jurisdictione dilecti filii Ministri Provincialis Provincie Sancti Jacobi dicti Ordinis Minorum de Observantia eximi, & liberari, sibi ut dilecto filio Ministro Generali ejusdem Ordinis Minorum de Observantia immediate subiecti remanentes ab uno Ministro Provinciali, & quatuor Definitoribus, seu Discretis præfati Tertii Ordinis, qui in Capitulis quolibet triennio sub præsentia dicti Ministri Generalis, vel Commissarii familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum de Observantia huiusmodi, aut alterius per eos deputandi, juxta dispositionem Constitutionum dicti Tertii Ordinis celebrandis eligi deberent, ad instar Provinciarum Lusitanie, & Beticæ, non obstantibus recolendæ memoriæ Pii Papæ V. Prædecessoris pariter nostri litteris, quinto nonas Julii 1568. emanatis, quarum initium est: *Est officii nostri ratio, &c.* de cætero regerentur, & gubernarentur, concedi summopere desiderabant: Ema-

navit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus noster instantiam huiusmodi remisit, attentis narratis, ac audita relatione Ministri Generalis Ordinis, precibus Oratorum benigne annuens, decrevit, & mandavit eisdem Oratoribus, seu ipsorum Conventus in posterum à jurisdictione Ministri Provincialis Provincie Sancti Jacobi de observantia exemptos, & tantummodo eidem Ministro Generali, & Commissario Generali familiæ Ultramontanæ immediate subiectos fore, prout harum serie eximit, ac respectivè subjicit, eidemque Ministro Provinciali injungit, ne ullatenus in eorum gubernium curam, aut quancumque jurisdictionem se intromittat. Insuper eadem Sacra Congregatio statuit, ut deinceps prædicti Oratorum Conventus regantur per Visitatorem Provinciale, Definidores, aliosque Officiales ex eorum gremio assumendos, & eligendos, juxta Constitutiones Ordinis, & in reliquis omnibus ad instar Provinciarum Lusitanie, & Andalusie præfatarum. Pro hac autem prima vice electio præfatorum Visitatoris Provincialis, Definitorum, & Officialium fiat à dicto Ministro Generali, unà cum suo Generali Definitorio: & ita Sacra Congregatio præsentium vigore decernit, mandat, & statuit, & Nuncio Apostolico apud Regem Hispaniarum pro tempore degenti committit, ut quatenus opus sit, easdem præsentibus omnibus juris, & facti remediis executioni demandari faciat. Prædictis litteris Apostolicis sanctæ memoriæ Pii Quinti, cæterisque contrariis aliis in suo robore permanentibus, minime obstantibus. Romæ 6. Martii 1664. M. Cardinalis Ginetti.

§. 3. Cum autem, sicut præfati Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmiori illius subsistentia, & efficacia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenissimè suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præfatis Pii Prædecessoris litteris, ac pie memoriæ Bonifacii Papæ Octavi, etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictorum Ordinum, ac Provincie Sancti Jacobi, & Conventuum, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè,

*Decretum
irritum.*

*Contra-
derogati.*

ALEXANDER SEPTIMUS.

197

plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permaneris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima sexta Martii millesimi sexcentissimi sexagesimi quarti, Pontificatus nostri anno nono.

CLII. Quod non liceat Fratribus Minorum de Observantia S. Francisci commorantibus Tolosæ inducere novum Rosarium sub tit. Seraphici; nec facere Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujlibet mensis: nec Tabellam exponere in qua Beata Virgo det Rosarium Sanctis Francisco, & Claræ.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

IN supremo Militantis Ecclesiæ folio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam constituti, exortas inter Religiosos viros controversias opportunis rationibus dirimere studemus, sicut in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Itaque dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis Prædicatorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 2. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ad favorem dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis Prædicatorum Tolosæ commorantium, non licere dilectis pariter filiis Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, minusque Confraternitati in eorum Ecclesia magni Conventus erectæ sub titulo Conceptionis Sanctissimæ Virginis Immaculatæ, illiusque Confratribus facere Processionem prima Dominica cujlibet mensis, nec posse prædictos Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia novum Rosarium sub titulo Seraphici, aut novem novenarum, vel alterius rationis inducere, prædicare, & docere, nec in Litanis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere, in qua B. Virgo Dei Mater det Rosarium Sanctis Francisco, & Claræ, prout etiam præfata omnia fieri prohibemus, & servari mandamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Bullarii Magni Tom. V.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1665. Pontificatus nostri anno decimo.

Confirmat Decretum Sacræ Congregationis pro Ereptione Conventus Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in Oppido Piscinæ Maricanæ Diocesis.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

LIAS pro parte dilectorum filiorum Congregationis Sacræ Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi jam inde ab anno 1642. fundationem Conventus in Oppido Piscinæ Maricanæ Diocesis, in executionem legati domus, & summae decem millium ducatorum sibi à quondam Lælio Thomasetti facti, de licentia Ordinarii, ac consensu Regularium, necnon Universitatis, & hominum dicti Oppidi inchoaverant, prout ex scripturis alijs in eadem Congregatione Cardinalium exhibitis constare asserbant; nec fundationem hujusmodi subindè perficere potuerunt propter multa impedimenta, quæ supervenerant, ac deducta, & discussa fuerunt in prædicta Congregatione Cardinalium, quæ tunc ipsis Exponentibus legatum hujusmodi, quod à dilectis filiis Monachis Sylvestrinis occupatum fuerat, consignari curaverat. Ideoque iidem Exponentes mediante dicto legato fundationem prædictam prosequi, & absolvere intendebant.

§. 1. Et licet non putarent sese sub Constitutione felic. recordationis Innocentii Papæ Decimi Prædecessoris nostri super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum, anno 1652. edita comprehensos esse, cum novam fundationem Conventus non facerent, sed inchoatam anno 1642. de licentia Ordinarii prosequi, & perficere intenderent: nihilominus ad tollendam omnem difficultatem, & dubietatem opportunam sibi desuper licentiam à memorata Cardinalium Congregatione concedi plurimum desiderabant, attento quod ad eorum favorem licentia Ordinarii, & consensus necessarii, sicut supra dictum est, concurrerent: quodque legatum Domus, & decem millium ducatorum hujusmodi pro fabrica Ecclesiæ, & Conventus, eorumque sustentatione abundè sufficeret, idque eo magis, quod ipsi Exponentes juxta eorum Institutum elemosynas quærere solent, unde etiam ultra numerum duodenarium sustentari possent, prout in hac Alma Urbe, aliisque locis experientia cernptum erat: quodque in prædicto Oppido Piscinæ victualia, ac operæ, & res ad fabricandum necessarias satis vili pretio haberi possent, emanavit à prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & ex eo, quod de requisitis ad fundationem Conventus hujusmodi constitit, facultatem impartitur Episcopo Marforum, ut ad ipsam fundationem procedi ad formam Constitutionum Apostolicarum concedat, ac decernat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 15. Februarii 1664. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut Exponentes prædicti Nobis nuper

Confirmat nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi pro firmitate eius subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere cupiant: Nos specialem ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, hâcra serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 4. Decerentes easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1664. Pontificatus nostri anno decimo.

CLIV. Quod Festum S. Dominici celebretur de Præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono, cum Octava.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Commissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus officii ratio postulat, ut piis Christi fidelium votis, quibus Sanctorum in Cælis regnantium honor, & veneratio in terris augentur, paternæ benignitatis amemus.

§. 1. Cum itaque ea semper fuerit erga Sanctum Januarium dilectorum filiorum Populi Neapolitani Religio, ut quamvis idem Populus Sanctum Dominicum Confessorem in totius Regni Patronum duxerit assumendum, cum tamen Sancto Januario digniori Patrono, utpote Martyri Pontifici, preferendum nunquam assenserit.

§. 2. Proindeque Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum iterum, atque iterum supplicaverit, ut debitas Sancto Januario Martyri, & Pontifici Patronatus Regni præminentias decerneret: & eadem Congregatio supplicationibus hinc die 4. Augusti 1663. benignè subscripserit.

§. 3. Nunc verò, ne exinde in eodem Regno devotio erga Sanctum Dominicum decrementum aliquod patiat, Populus prædictus festum ejusdem S. Dominici Patroni in toto Regno Neapolitano pariter de præcepto servari, ejusque Officium cum Octava, ut hæcenus, ab universo Clero ibi recitari summopere desideret

Nos memorati Populi devotionem specialis favore gratie prosequi cupientes, ipsiusque Populi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, hâcra serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de prædictorum Cardinalium consilio festum ejusdem Sancti Dominici Patroni in Universo Regno Neapolitano prædicto ab omnibus Christi fidelibus illic degentibus de præcepto servari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, ejusque Officium cum Octava, ut hæcenus, ab universo Clero ejusdem Regni recitari, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, præcipimus, & mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque conerariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 28. Junii 1664. Pontificatus nostri anno decimo.

Decernit, & statuit, quod deinceps in Indiarum partibus Priores Parochorum Ordinis Prædicatorum, non ab ipsismet Parochis, sed à singularum Provinciarum Provincialibus per vota secreta duodecim ad minus canonicè eligantur.

Vide ad Conf. 106. Urb. VIII. Injunctum nobis, & hic supra ad Conf. 146. Sacrosancti.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam, nullo licet meritum Nostrorum suffragio, præsidentes, in eam præcipue sollicitudinem propensis studiis incumbimus, ut fidelibus Populis cura Pastoralis non desit. Sed ejusmodi cura per operarios idoneos salubri, assidueque sedulitate exerceatur, quo horrea Domini uberiori messe, adspirante superni favoris auxilio, magis, magisque in dies locupletentur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod in vastis Indiarum partibus variæ sparsim illarum gentium ad Fidem Catholicam conversarum Parochiæ, quas quidem illic usitatori vocabulo Doctrinas, & Vicarias appellant, à Religiosis dicti Ordinis ex Inducto Sedis Apostolicæ administrantur. His autem Religiosis Parochis, seu Vicariis de more per singulos districtus (præfectura ad summum bienni, vel trienni) respectivè præest unus ex ipsorum numero Prior vocem in Capitulo Provinciali habens, quem statatis temporibus ipsi canonicè eligunt, & ad ejusmodi capitularem electionem celebrandam procul à suis residentibus in certum aliquem locum solent evocari.

§. 2. Porro cum juxta Constitutiones Ordinis prædicti Electoribus Priorum integer mensis debeat à notitia vacantis officii, ut intra hunc terminum congregentur, deliberent, & eligant, nimis frequenter contingit hosce Parochos, seu Vicarios eo titulo, & longissime, & diu abesse à suis Doctrinis, seu Ecclesiis, cum

plerique foris transigunt totum hunc mensem electionis, imò & menses, si forte contingat primam electionem à Priore Provinciali ob justas causas non confirmari, quo casu alius denuò, aliisque mensis iisdem Vocalibus debetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, hæc longa, & crebra Parochorum absentia, præcipuè in illis Regionibus fidei plebi, & præsertim moribundis debito interea Sacramentorum Ecclesie ministerio destitutus plurimum noceat, Nobis propterea memoratus Magister Generalis humiliter supplicari fecit, ut de opportuno in præmissis remedio providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ejusdem Magistri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

§. 4. Quod deinceps in prædictis Indiarum partibus tales Fratrum dicti Ordinis Parochorum Priores, seu Vicarii, non ab ipsismet Parochis, sed à singularum Provincialium Provincialibus in graviori earundem Conventu per vota secreta decisiva duodecim ad minus antiquorum Fratrum, si extra Capitulum Provinciale fuerit, ritè, & canonicè eligantur: Quodque Priores Parochorum ad id muneris assumi nequeant, nisi revera sat calleant proprium idioma plebis, cui tanquam Priores, seu Vicarii præficiantur, & quod iidem suo populo continuè assistant, ita ut neque Capitulum Provinciale adire, neque aliàs unquam à sua Parochiali residentia ultra spatium trium leucarum elongare se possint, nisi relicto ibidem idoneo substituto illius idiomatis bene gnaro, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, statuimus, & ordinamus.

§. 5. Decernentes pariter easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 8. Novembris 1664. Pontificatus nostri anno decimo.

Constitutio determinans quomodo, & quando liceat Superioribus Regularibus Monasterium, earumque Confessoribus ingredi septa Monasterii, & propè illud commorari. CLVI.

Monialium Monasteria quibus casibus earum Prælati ingredi possint, sancit Gregor. XIII. Const. 8. Monialium numerus in Monasteriis exemptis, cum intervenitu Superiorum, ab Ordinariis stabiendus. Gregor. XIII. Const. 8. Monialium Confessores, etiam exempti, approbandi sunt ab Episcopo. Greg. XV. Const. 18.

ALEXANDER EPISCOPUS Editæ An. D. 1664.
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Felici Sacrarum Virginum Statui, quæ contemptis Filicebris sæculi, Divinis se obsequiis manciparunt, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes: Motu nostro proprio, non ad alicujus instantiam, sed ex nostra mera deliberatione, ac de Apostolica potestate plenitudine, de voto tamen nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum, quibus negotium sedulo, ac maturè examinandum commisimus.

§. 1. Præsentibus perpetuò valituris sancimus, ut imposterum intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus, quibus aliqui cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorumdem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa Visitationis localis, & hoc semel tantum in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à Visitatione hujusmodi se omninò abstineat.

§. 2. Quod si ob Clausuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis curæ, & vigilantie Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quam cum præsentia Episcopi Diocesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ facultatis boni exempli, ac maturæ ætatis ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ.

§. 3. Visitet autem Superior Regularis interiorem clausuram per seipsum, non autem per alium, etiam si fuerit legitime impeditus, quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia absolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat, neque ipse Visitator, neque ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porro si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis; si alius à Generali, unum tantum, exclusis omnibus aliis, etiam ratione officii. Qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed eum aspicere, & ab ipso aspici semper possint.

§. 4. Ac præterea Visitatori assistant quatuor Moniales ex Senioribus Monasterii, quæ similiter visitatione durante nunquam separentur à Visitatore, & Sociis. Reliquæ verò Moniales, & quæcumque aliæ Mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro antequam Visitator ingrediat interiorem Clausuram, & in eo permaneant durante Visitatione, & quousque idem Visitator cum Sociis à Monasterio exierit. Ideoque curet Visitator, ut tempestivè admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta de præstituta die, & hora Visitationis. Visitatio verò personalis fiat ad Crates, & omninò extra Clausuram

Clausuram Monasterii, & per ipsummet Superiorem duntaxat, ut supra dictum est, de Visitatione interioris Clausuræ.

Confessor non ingrediatur abique necessitate.

§. 5. Ad hæc Confessor Sanctimonialium, tam ordinarius, quam extraordinarius, minime ingredietur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ-Unionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis ibi degentibus, nec non ad commendandam animam Agonizantium, nec anquam ingredietur, nisi cum Socio, qui sit probate vite, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit.

Confessarii pernoctare debent in proprio Conventu.

§. 6. Insuper districtè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis Constitutionis computandorum revocent ad Claustra Confessores, eorumque Socios, Concionatores, & alios quoscumque Regulares apud Monasteria Sanctimonialium vel assidue, vel ad tempus quocumque titulo pernoctare solitos: Neve permittant eosdem, seu alios Regulares, intra, seu propè septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infra eundem terminum quascumque Cellas, Mansiones, seu Cubicula propè Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si Clausuræ Monasteriorum earundem Monialium contigua sint, eidem Clausuræ includi, vel dirui omninò faciant: si verò sint extra septa, vendi, pretiumque in Monasterii utilitatem converti, nec in posterum alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quod si infra dictum terminum Superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur Ordinarius loci tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus illa adimplere, & omninò exequi, etiam invocato, si opus fuerit, Brachii sæcularis auxilio.

Confessarii quando non revocentur pernoctare in Conventu.

§. 7. Verumtamen si Monasterium Sanctimonialium sit extra Mœnia Urbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium Virorum, quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta Mœnia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad usum Confessoris, quæ non sint conjunctæ, seu contiguar ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus distinctæ non solum per parietes, sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intra Mœnia, & usum ab altero Episcopi judicio multum distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut supra distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda; ita tamen ut in mansionibus Confessoris, sive intra, sive extra mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio, alii Regulares, etiam si Superiores sint, minime pernoctent.

Pœna contra inobedientes.

§. 8. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto poenam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrat. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.

Decretum utriusque.

§. 9. Decretentes easdem præsentibus, etiam ex eo, quod Superiores Regulares, & ceteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, ac substantiali, sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo solennitates, & quævis alia servanda, & adimplenda servata, & adimpleta non fuerint, aut ex aliquo alio capite quocumque à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultantem, seu etiam enormis, enormissimæ, & totalis lesionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore

juris clauso, seu occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & illis superioribus expressis, seu relatis nihil ullibi apparet, seu aliter probari possit, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, & impetrato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc, & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Comitatus derogat.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancellariæ Apostolicæ regulis, cæterisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, etiam specialiter in favorem quorumcumque personarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Societatum, & cujusvis alterius Instituti, & Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, & Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam ex causa, & titulo oneroso, vel in limine foundationis, & in Mari Magno, seu Bulla Aurea, aut aliter nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerumpublicarum, & quorumvis aliorum Principum, & personarum quorumcumque Ecclesiasticæ, vel sæculari dignitate fulgentium instantiam, seu eorum intuitu, & contemplatione, ac etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, quoad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus, & formis specialis, individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quævis exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transmissum non fedit.

§. 11. Volumus autem, ut præsentibus litteræ in valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ de Urbe publicentur, & affigantur, quæ postquam affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde ardeant, & afficiant, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ

Intimate fuissent : Atque earumdem presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quae presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae sanctionis, praeccepti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. A. 10. 1664.

Datum in Arce Gandulphi Diocesis Albanensis, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo sexagesimoquarto, tertiodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno decimo.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1664. Indictione 2. die 9. mensis Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. Alexandri Divina providentia Papa VII. anno ejus 10. supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicae Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flora, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Barbigionum S. D. N. Papa Curf.

Franciscus Perinus Mag. Curf.

CLVII. Quod Fratres Capuccini Ordinis Minorum S. Francisci transeuntes ad aliam Religionem non possint permanere in eadem Provincia in qua emiserunt professionem.

Vide ad Constit. 91. Urbani VIII. Injuncti nobis, tom. 4. ubi prohibetur ne ad laxiorem transcant.

Edita An. D. 1664.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Ordinum.

Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut conservanda Religiosorum Ordinum eximia pietatis, & arctioris disciplinae meritis conspicuorum existimationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere satagamus.

Minuta.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, quod nonnulli e dicto Ordine ad alias Religionem transeunt, assumptoque in illis habitu regulari ad eas Provincias in quibus habitum praedicti Ordinis Fratrum Capuccinorum publice gestaverant, ac cogniti, & commorati fuerant, illic habitatum se conferunt, & ad tegendas, seu defendendas proprias imperfectiones, ejusdem Ordinis Fratrum Capuccinorum famam multis imposturis lacerare non verentur, cum gravi saecularium scandalo, bonique nominis dicti Ordinis detrimento.

§. 2. Quare idem Procurator generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ne de caetero quisquam, qui e memorato Ordine Fratrum Capuccinorum post emissam in illo professionem regularem, ad aliam quamcumque Religionem quomodolibet transierit, in ea Provincia in qua professionem hujusmodi emisit, ac

Dei iudicio

Bullarii Magni Tom. V.

habitum eorumdem Fratrum Capuccinorum publice gestaverit, habitare, seu commorari audeat quovis modo, vel praesumat, auctoritate Apostolica, tenore praesentium prohibemus, & interdicimus.

Decretum irritum.

§. 3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria derogat.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, & institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis rum fides.

§. 5. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Decembris 1664. Pontificatus nostri anno decimo.

Edita An. D. 1664.

CLVIII. Quod in Controversia inter Provincias Sancti Joannis Baptistae, & Beati Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci circa possessionem Conventus Murciz, praefata Provincia S. Joannis Baptistae non sit amplius audienda.

Vide ad Constit. hujus Pont. sup. 72. Sacrosancti: 101. Alias nos: & 132. Alias pro parte.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Edita An. D. 1664.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciae Beati Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod Provincia Sancti Joannis Baptistae Fratrum Reformatorum ejusdem Ordinis in Regnis Valentiae, Murciz, & Granatae consistens, aucta jam ad excessivum numerum Conventuum, & Religiosorum, fuerat auctoritate Apostolica ex unica in duas divisa, remanente prima sub titulo, seu invocatione S. Joannis Baptistae cum viginti octo Conventibus, & secunda sub titulo, seu invocatione Beati Petri de Alcantara, cum solis novem Conventibus in Regnis Murciz, & Granatae sitis: sed exortis inter easdem diversis litibus, praesertim super pertinentia Conventus Civitatis Murciz, specialiter, & expresse dictae Provinciae B. Petri de Alcantara assignati, fuerat tandem à dicta Congregatione sub die 15. Septemb. 1662. declaratum, & decretum, spectare dictum Conventum Murciz ad ipsam Provinciam Beati Petri de Alcantara, & successive impositum partibus perpetuum silentium, & sub acerrimis poenis injuncta obedientia, & exequutio, & prohibita contraventio, etiam sub

Merita.

Ll 3 prae-textu

prætextu gravi recursum ad Sedem Apostolicam, prout in ipso decreto, quod nostris in simili forma Bevis litteris die 13. Octobris ejusdem anni 1662. super illius confirmatione expeditis insertum existit, continetur.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod nuper quendam supplicem libellum nobis pro parte Fratrum dictæ Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ porrectum, quo super pertinentia prædicti Conventus Murciæ iterum audiri, non obstante Decreto, & litteris nostris prædictis petebant, ad memoratam Cardinalium Congregationem renuiferamus; ideoque pro parte dictorum Fratrum Provinciæ B. Petri de Alcántara eisdem Cardinalibus supplicato, ut considerantes hanc litem diutius, & ad saturitatem partis agitatam, & ventilatam, ac tandem mediante justitia ad favorem dictæ Provinciæ Beati Petri de Alcántara terminatam, & deinde ad sedanda scandala, tam in illis partibus, quam inter ipsos Religiosos orta, perpetua silentium à dicta Congregatione impositum fuisse, ac postmodum ad instantiam Superiorum dicti Ordinis, dictas nostras litteras confirmatorias, clausula sublata, &c. & decreto irritanti munitas emanasse, petitam novam audientiam hujusmodi dictis Fratribus Provinciæ S. Joannis Baptistæ denegarent, eosque amplius non esse audiendos decernerent: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita denuò ex remissione Sanctissimi D. N. in eadem Congregatione relata causa censuit standum esse in Decretis, & Provinciam Sancti Joannis Baptistæ super hoc negotio amplius non audiendam, quibuscumque non obstantibus. Romæ quinta Decembris 1664. M. Card. Ginettus.

Confirmat
7. 10. 11. 12. 13.

§. 3. Cum autem, sicut prædicti Fratres Provinciæ Beati Petri de Alcántara Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione Apostolicæ confirmationis nostræ robore communitari summopere desiderarent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis: Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

Decretum
irritum.

§. 4. Decernentes eandem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis exponentibus plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
derogatis.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, ac Provinciarum, & Conventus hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 21. Januarii 1665. Pontificatus nostri anno decimo.

Pro translatione Professorii Monachorum Regularium S. Bernardi Ordinis Cisterciensis, à Monasterio Sanctæ Pudentianæ de Urbe, ad Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Urbis. CLIX.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Edicta
1665.

Cum sicut dilectus filius Superior Provincialis Provinciæ Romanæ Congregationis Monachorum Reformatorem S. Bernardi Ordinis Cisterciensis Nobis nuper exponi fecit, in Dieta generali dictæ Congregationis mense Aprili proxime præterito in hac alma Urbe nostra celebrata, pro sublevando Monasterio S. Pudentianæ Urbis, & Congregationis hujusmodi, in quo Professorium cum Novitiatu conjunctum reperiebatur, decretum fuerit, idem Professorium inde ad Monasterium S. Bernardi earundem Urbis, & Congregationis, quod omnia requisita necessaria haber, & in quo ejusmodi Professorium aliàs collocatum fuit, accedente tamen ad id licentia Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super statu Regularium deputata, transferri debere, cupiatque propterea dictus Superior Provincialis opportunè in præmissis à Nobis provideri, & ut infra indulgeri.

Decretum
dictæ
Congregationis
1665.

§. 1. Nos ipsum Superiorem Provinciale specialem favoribus, & gratiis protequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, de memoratorum Cardinalium consilio, attentis narratis, loco prædicti Monasterii S. Pudentianæ designati pro Professorio in Provincia Romana Congregationis Monachorum Reformatorem hujusmodi, auctoritate Apostolica tenore presentium designamus, ac deputamus pro Professorio prænominate Monasterium Sancti Bernardi ejusdem Provinciæ: salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

Contra
1665.

§. 2. Decernentes eandem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum
irritum.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis, ac Provinciæ, & Monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis
derogatis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1665. Pontificatus nostri anno decimo.

D. P. A. 10.
die 26. Jan.

Exhibet

CLX. Exhibet Formulam subscribendam ab omnibus Ecclesiasticis in Regnis Galliarum profanatione quinque Propositionum Cornelii Jansenii, &c.

1665. ALEXANDER EPISCOPUS
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1665. **R**egimini Apostolici divina providentia Nobis, quamvis immeritis, commissi ratio postulat, ut ad ea potissimum, quae Catholicae Religionis integritati, & propagationi, animarum saluti, & fidelium tranquillitati consulere apta, & idonea esse judicantur, animi, & curam omnem, quantum licet in Domino, applicemus.

§. 1. Quamobrem Cornelii Jansenii haeresum in Gallis praesertim serpentem, ab Innocentio X. fel. record. Praedecessore nostro ferè oppressam, ad instar Colubri tortuosi, cujus caput attritum est, in varios gyros, & cavillationum deflexus euntem singulari Constitutione ad hunc finem edita altero assumptionis nostrae anno extinguere conati fuimus: sed ut multiplices hostis hominum generis artes adhibet, nondum plenè consequi potuimus, ut omnes errantes in viam salutis redirent, qui tamen unicus erat votorum, & curarum nostrarum scopus, quibus operam, & industriam suam egregio-sanè studio Venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi, & Episcopi Regni Galliarum, earundem Constitutionum Apostolicarum executioni praecipue intenti contulerunt, & Charissimus in Christo filius noster Rex Christianissimus singulari pietate auxiliarem dexteram strenuo, ac constantissimo animo porrexit.

§. 2. Cum autem praefatus Rex Christianissimus eodem Religionis zelo ductus per suum in Urbe Oratorem Nobis significari, exponique curaverit, nullum aliud opportunius remedium pestiferæ hujus contagionis reliquis extirpandis adhiberi posse, quam si omnes certam formulam subscriberent nostra auctoritate firmatam, in qua quinque propositiones ex Cornelii Jansenii Libro, cui titulus, Augustinus, excerptas sincere damnarent, ac proinde illam à Nobis quanto citius expediri ad quælibet effugia præcludenda, omnesque removendos obtentus, flagitaverit: Nos tam piis dicti Regis Christianissimi votis benignè annuendum esse ducentes, formulam infrascriptam ab omnibus Ecclesiasticis, etiam Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, necnon aliis quibuscumque Ecclesiastici Ordinis, tam Regularibus, quam Sæcularibus, etiam Monialibus, Doctoribus, & Licentiatis, aliisque Collegiorum Rectoribus, atque Magistris subscribi districte mandamus; idque intra tres menses à die publicationis, seu notificationis presentium: alias contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremissibiliter procedi volumus juxta Canonicas Constitutiones, & Conciliorum Decreta.

Formula à supradictis subscribenda.

Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innoc. X. datæ die 31. Maii 1653. & Constitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me subijcio, & quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui nomen Augustinus, excerptas, & in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, & ita juro: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Decernentes insuper presentes literas semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenos, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos ubique judicari, & defendi debere, sublata eis, & eorum

cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, & inane, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis committimus, & mandamus, ut singuli in suis Dioccesibus, ac locis suæ jurisdictioni subiectis presentes literas, & in eis contenta quæcumque exequantur, & executioni mandati, ac observari ab omnibus curent, & inobedientes quoscumque per sententias, censuras, & poenas, aliaque juris, & facti remedia, appellatione postposita, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, omninò compellant.

Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem proflus fides adhibeatur, quæ ipsi originalibus litteris adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc nostram Constitutionem, & ordinationem infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1664. quintodecimo Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno decimo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1665. Indictione tertia, die verbò 17. mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno ejus decimo, supradictæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad vultus Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Stephanum Vivaldum Apost. Curf.

Pro Mag. Curf. Laurentius Signius Curf.

Concedit facultatem Congregationi Cassinensi Ordinis S. Benedicti alienandi bona stabilia usque ad summam centum sexaginta duorum millium nongentorum novem scutorum, pro liberatione Monasteriorum ab ære alieno.

Vide ad Const. 233. Exponi nobis, Urbani VIII. & 323. Alias à nobis, tom. 5. & ad Const. 49. Innoc. X. Nuper.

Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Portuensi, S. R. E. Cardinali Barberino occupato, Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Prosectori.

ALEXANDER PAPA VII.
Venerabilis Frater noster, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, quod dicta Congregatio propter bellorum, pestis, inundationum, & tempestatum, aliaque infortunia, quæ ejus Monasteria cum extrema ferè eorum ruina respectuè passa sunt, à multis annis miserabilem in statum redacta reperitur, ac ex causa tot malorum eam singula Monasteria Procurariæ Generali de taxis debitis juxta repartitionem pro solvendis onibus Cameralibus satisfacere noquerent, Congregatio

ipfa res alienum centum sexaginta duorum millium nongentorum novem scutorum, & viginti trium baiocchorum monetæ in sorte principali diversorum annuorum perpetuorum, & redimibilium censuum ad favorem diversarum personarum, ac etiam Locorum Piorum respectivè impositorum, contrahere coacta fuerit, nempe pro rata centum quinque millium quingentorum septuaginta octo scutorum nomine Monasteriorum particularium, pro quibus pecunias reperire eidem Congregationi facile fuit, ac pro rata reliquorum quinquaginta septem millium trecentorum triginta unius scutorum, & viginti trium baiocchorum nomine proprio ipsius Congregationis pro illis Monasteriis, pro quibus eorum nomine tantæ pecuniæ reperiri nequiverunt, quæque proinde in debito hujus summæ erga Procuratiam Generalem peculiari ratione remanserunt, prout distinctius exprimitur in Notis vulgari idiomate factis tenoris qui sequitur, videlicet.

Nota Com. sum.

§. 1. Nota de Censu che in sorti principali si sono imposti dalla Congregatione Cassinese in nome proprio per causa dell' infrascripti Monasterii, che non hanno corrisposto al pagamento delle Tasse, che ciascuno di essi doveva per la sua rata, per li quali à nome loro il danaro non si è potuto trovare, & perciò ciascuno di quelli è restato debitore alla Procureria Generale nella somma, che gli se assegna, come segue. Monasterio di Gangi scudi cinquecento quarantacinque, baiocchi settant' otto. Di Monte Scaglioso scudi dieci mila doicento cinquanta, baiocchi quarant' otto. Di Castrovilari scudi tre mila cinquecento novantasei, baiocchi settant' otto. Di Gaëta scudi mille doicento quindici, baiocchi venti. Di Perugia scudi mille cinquecento quattro, baiocchi trenta. Di Cesena scudi mille cinquecent' uno, baiocchi cinquanta. Di Modena scudi due mila ottocento trentasette, baiocchi settantasette. Di Bob' o scudi due mila cento vent' otto, baiocchi ventitre. Di Pavia scudi due mila quattrocento cinquantacinque, baiocchi sedici. Di San Simeone scudi otto mila settecento quaranta, baiocchi ottanta. Di San Pietro Gesù scudi mille cento quaranta nove, un baioccho. D' Asti scudi sedici mila novecento trentacinque, baiocchi trentadue. Di Ragusa scudi due mila seicento ventitre, baiocchi due è mezzo. Di Lerino scudi due mila ducento novantasette, baiocchi sessantasette è mezzo. Nota de capitali de Censu, che dalla Congregatione Cassinese sono stati imposti à nome particolare di ciascun dell' infrascripti Monasterii, li quali ne restano debitori nella somma che à ciascuno viene assegnata secondo il ripartimento, che segue, per non haver soddisfatto le Tasse, che ogn' uno di loro doveva per la sua rata alla Procureria Generale, per pagare li pesi Camerali: Monasterio di Montecore scudi mille. Monte Scaglioso scudi ventinove mila ducento sessantasette, baiocchi cinquanta. Cava scudi seimila è cento. Napoli scudi ottocento. Averfa scudi cinquecento. Monte Casino scudi cinquemila settecento sessanta nove. Perugia scudi trentaquattro mila cinquecento cinquanta. Cesena scudi mille cinquecento quarant' otto, baiocchi cinquanta. Ravenna scudi novecento. Mantova scudi settecento. Modena scudi tremila seicento. Reggio scudi mille. Parma scudi sette mila cinquecento cinquanta. Bobio scudi doi mila trecento novanta due. San Spirito di Pavia scudi mille quattrocento. San Simeone scudi tre mila cinquecento. Firenze scudi mille. Cassa Veneta scudi quattro mila.

§. 2. Quia verò res alienum hujusmodi in dies augetur, nec possibile est illud ex redditibus Monasteriorum predictorum extenuare, nedum extinguere, quinimo ipsum res alienum impedimento est, quominus eadem Monasteria oneribus Cameralibus, quæ quotidie manvantur, satisfacere valeant. Idcirco his omnibus in Capitulo Generali dictæ Congregationis hoc anno Perusi celebrato mature consideratis, cognitoque nullum aliud superesse remedium, quo eadem Congregatio ab are alieno hujusmodi, illiusque interfusuris libero-

tur, atque ita afflictus illius status aliquantum levetur, quam si ad alienationem tot bonorum stabilium ad Monasteria suprascripta spectantium pro rata debiti unumquodque illorum respectivè juxta Notas præinsertas contingentis deveniatur, dilecti pariter filii Præsidentis, & Definiores ipsius Congregationis memorato Procuratori Generali commiserunt, ut à Nobis, & hac Sancta Sede facultatem obtinere contenderet eidem Congregationi, ejusque Monasteriis ex eorum bonis stabilibus alienandi usque ad summam dicti æris alieni, pro rata tamen, & quantitate bonorum singulis quibuscumque Monasteriis per ipsum Procuratorem Generalem cum consensu, & decreto tunc servanda, & distribuenda juxta respectivè debitum, quod unumquodque ex Monasteriis præfatis cum dicta Procuraria Generali habet, ad effectum pecunias retrahendas ex bonis per singula Monasteria alienandis perfolvendi in manibus ejusdem Procuratoris Generalis in satisfactionem debiti cum dicta Procuraria singula Monasteria tangentes, quas pecunias dictus Procurator Generalis teneatur unico contextu deponere penes Montem Pietatis de Urbe ad creditum Congregationis, & sui liberam dispositionem, ad hoc ut erogentur non in alium usum, quam in extinctionem tot Censuum arbitrio suo specificandorum ex causa prædicti debiti à Monasteriis non satisfacti, respectivè, sicut præmittitur, impositorum cura pactis solitis, & consuetis, ac in contractibus conveniendis, & aliis prout in eorundem Præsidentis, & Definitorum decreto in Capitulo generali hujusmodi die 11. Maii proxime præteriti emanato uberius dicitur contineri: Quare dictus Procurator Generalis nobis humiliter supplicari fecit, ut licentiam alienandi bona Monasteriorum supra expressorum pro summa, & quantitate centum sexaginta duorum millium nongentorum novem scutorum, & viginti trium baiocchorum hujusmodi, ac pro rata debiti unumquodque ex eisdem Monasteriis, sicut in Notis præinsertis expressum est, respectivè tangentes concedere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, circumspeditioni tuæ per præsentem committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, petitam facultatem singulis suprascriptis Monasteriis pro rata bonorum in Notis præinsertis expressa, auctoritate nostra Apostolica, pro tuo arbitrio, & conscientia gratis concedas. Dummodò tamen antè tibi constiterit ipsam facultatem in evidentem eorundem Monasteriorum utilitatem esse cessuram, nec alia commodiori ratione prænaratum res alienum posse dissolvi, ipsumque res alienum fuisse legitime contractum, & non alias, & dummodò bona ipsa vendendâ nulli vinculo, aut oneri, præsertim verò Missarum, obnoxia sint: Et in ipsa licentia ut supra concedenda, singulorum bonorum vendendorum quantitas, & speciales & individuas eorum qualitates singillarim explicantur, ac describantur, exquisitis etiam, atque habitis circa prædicta omnia, si ita tibi videbitur, informationibus Ordinarii locorum ubi Monasteriorum bona vendenda existant: Ita tamen, ut pretium ex hujusmodi venditionibus retrahendum integrè, atque unico contextu in extinctionem dicti æris alieni convertatur. Quod si hujusmodi conversio uno, & eodem temporis articulo fieri non possit, pecunia apud sacram eadem integrè deponatur, inde ad alium quemcumque effectum, quam prænarati æris alieni dissolvendi gratiâ, nullatenus amovenda. Salyâ tamen semper in præ-

missis

missis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Constituti-
onis.

§. 4. Non obstantibus felic. record. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, ejusque Monasteriorum præfatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duxerunt specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

1. An. 11. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 23. Julii 1665. Pontificatus nostri anno undecimo.

LXII. Damnat plurimas propositiones partim jam antiquatas, partim noviter prodeuntes in animarum perniciem, prohibetque omnibus Christi fidelibus sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, eas, vel earum aliquam privatim, vel publicè defendere, vel edere, vel ad praxim reducere.

Feria 5. die 24. Septembris 1665.

1. An. D. 1665.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

§. 1. Sanctissimus D. N. audivit non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ Disciplinæ relaxativas, & Animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum suscitari, partim noviter prodire: Et summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrecere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omnino ab Evangelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina; & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis, quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse definivit, in animarum perniciem dilatarî, seu verius perverti contingeret, idem Sanctissimus D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in rectam semitam revocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus serid commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulo incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Sæe singillatim exposuerunt.

1. An. 11. 1665.

Propositio prima. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinatorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3. Sententia afferens, Bullam Cœnæ solam prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare Bullæ Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1626. 18. Julii in Consistorio Sacre Congregationis Eminentiss. Cardinalium visa, & tolerata est.

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientie absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurta.

5. Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6. Confessarius, qui in sacramentali Confessione tribuit Penitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitus in Confessione, ac proinde non est denunciandus.

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis est, si sollicitus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani VIII.

9. Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10. Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.

11. Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenentur in sequenti confessione exprimere.

12. Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13. Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14. Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15. Penitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius penitentiam adimpleat.

16. Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18. Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alià viâ non potest innocens damnum evitare.

19. Non peccat Maritus occidens propria auctoritate Uxorem in adulterio deprehensam.

20. Restitutio à Pio V. imposta Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pœna.

21. Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

22. Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica interveniente pecuniâ, non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia

dientia hoc faciat, nisi quia non vult se subijcere & aliis proinde nostris desuper in simili forma Brevis die 30. Augusti 1664. expeditis litteris uberius continetur.

24. Mollicies, sodemias, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infirmitatis, ideoque sufficit digere in Confessione, se procurasse pollutionem.

25. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacti Confessionis præcepto, dicens: Commisi, cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26. Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27. Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censerit probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.

28. Populus non peccat, etiam si absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

§. 4. Quibus peractis, dum similibus Propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus re mature considerata statuit, & decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

§. 5. Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad præxim deducant.

JOANNES LUPUS Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco † sigilli.

Pulvis. Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1665. Indictione tertia, die vero 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri Divina Providentia Papa VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Molanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papa, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

CLXIII. Confirmat Decretum Dietæ Generalis Fratrum Congregationis S. Hieronymi Jesuatorum nuncupatorum, pro sustentatione Procuratoris Generalis pro tempore.

Edicta Av. D. ALEXANDER PAPA VII.
1665. Ad futuram rei memoriam.

Motiva. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Superior Generalis Congregationis Fratrum S. Hieronymi Jesuatorum nuncupatorum, quod cum aliis Nobis pro parte ipsius Superioris Generalis inter alia exposito, æquum esse, ut Procurator Generalis dictæ Congregationis pro universa Congregatione per debitam repartitionem manuteneretur: Nos unionem officiorum Procuratoris Generalis Congregationis hujusmodi, & Prioris Conventus Sanctorum Joannis, & Pauli de Urbe ejusdem Congregationis pridem factam, & Apostolica auctoritate confirmatam dissolverimus, ita ut eadem duo officia de cætero per duas distinctas personas, quemadmodum ante unionem hujusmodi fieri solebat, obtineri, geri, & exerceri deberent,

& aliis proinde nostris desuper in simili forma Brevis die 30. Augusti 1664. expeditis litteris uberius continetur.

§. 1. Dilecti patiter filii Fratres memoratæ Congregationis in eorum Dieta proximè celebrata congregata Taxam ducentorum scutorum monetæ super Conventibus ipsius Congregationis pro sustentatione, & manutentione dicti Procuratoris Generalis imposuerunt in hunc modum videlicet: ut S. Eustachii Bononiensis viginti, de Mascarella itidem Bononiensis quatuor, S. Hieronymi Ferracensis quindecim, S. Mariæ Magdalene Faventine tria, Sanctissimæ Trinitatis Urbinate tris, S. Mariæ della Palomba Viterbiensis tria, Sancti Joannis Florentini quinque, Sancti Hieronymi Senensis quinque, S. Hieronymi Pistoriensis septem, S. Hieronymi Lucanensis viginti, S. Hieronymi Pisani sex, S. Mariæ de Montenero super Liburnum quindecim, S. Mariæ de Sambuca quinque, S. Mariæ Gratiarum Aretinensis tria, S. Hieronymi Mediolanensis viginti, S. Antonii Papiensis quatuor, S. Petri Laudensis quatuor, S. Hieronymi Alexandrini quatuor, S. Bartholomæi Placentini quatuor, S. Benedicti Parmensis quatuor, S. Hilarii Cremonensis sex, S. Mariæ in Portu Mantuanensi quatuor, S. Elizabethæ Venetiarum decem, Corporis Domini Brixienensis quinque, S. Hieronymi Tarvisinensis septem, S. Spiritus Paduani quatuor, S. Bartholomæi in Monte Veronensi quatuor, & S. Hieronymi Vicentini Conventus prædictæ Congregationis sex scuta monetæ quotannis respectivè præstare teneantur. Imposita Superioribus Conventuum hujusmodi, qui ratas dictæ Taxæ sese contingentes respectivè annis singulis per totum mensem Maium ad memoratum Conventum SS. Joannis, & Pauli de Urbe non transmiserint, pena suspensionis ab officio, ac à voce activa, & passiva in Dietis, & Capitulis generalibus dictæ Congregationis ipso facto incurrenda.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Superior Generalis præmissa pro firmiori illorum subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summo perè desideret: Nos ipsum Superiorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 3. Impositionem Taxæ prædictæ super Conventibus dictæ Congregationis pro sustentatione memorati Procuratoris Generalis, ac pœnæ hujusmodi à prædicta Dieta factam, ut petitur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoque spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectivè plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dictæ Congregationis, ejusque Conventuum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter

*Abfide
Oratorum
à censuris*

*Confirmat
provis in*

*Decretum
Patriam*

*Comrat
derogat*

fioenter expressis, & insertis habentes, illi aliis in fo-
robore permanens, ad præmissorum effectum, hinc vice
dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

*Transumptio-
fidei.*
Volumus autem, ut eorundem præsentium litterarum
transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu ali-
cujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in
Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus
fides in iudicio, & extrâ adhibeatur, quæ præsentibus
ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

*P. An. 11.
14. Sept.*
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 14. Septembris 1665. Pontificatus
nostri anno decimo primo.

XIV. Extensio, & communicatio Privilegiorum
Fratrum Discalceatorum in Hispania Or-
dinis Sancti Francisci ad omnes Provincias
Discalceatorum Indiarum.

Vide ad Constit. 334. Urbani VIII. Cùm sicut.
& ad Constit. 335. ibidem, tom. 5.

*An. D.
1665.*
ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Religio.
Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Pro-
vinciarum in Hispania, & Indiis consistenti in Or-
dinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Obser-
vantia Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupato-
rum, quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. Præ-
decessor noster diversa privilegia Fratribus Reformatis
Provinciarum Sancti Josephi, & Sancti Joannis Bap-
tiste, in Hispania consistentibus, strictioris Observantia
hujusmodi concessit, quæ præsertim respectu Fratrum de
Observantia à rec. mem. Clemente VIII. & Urbano
VIII. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter
nostris confirmata fuerunt.

§. 1. Cùm autem, sicut eadem expositio subijungebat,
Provincia Fratrum Reformatorum Strictioris Observan-
tia hujusmodi ad numerum duodenarium cum Divini
cultus augmento crevisse de præsentem reperiantur, dicti
verò Exponentes privilegia prædicta omnibus Provin-
ciis Reformatis supradictis suffragari debere à Nobis
declari summopere desiderent: Nobis propterea hu-
milter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis oppor-
tunè providere, & ut infra indulgere de benignitate
Apostolica dignaremur.

*Infirmitas
in rub.*
§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favori-
bus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares
personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,
& poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt,
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, ha-
rum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hu-
jusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium
Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
lium negotiis, & consultationibus Episcoporum, &
Regularium præpositorum, qui dilectum filium Pro-
curatorem generalem Ordinis hujusmodi audierunt, &
præcitata privilegia, eorumque confirmationes vide-
runt confilio, attentis narratis, privilegia memoratis
Provinciis Sancti Josephi, & Sancti Joannis Baptiste,
ut præfertur, concessa, & confirmata reliquis omnes
Provincias Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum
strictioris Observantia hujusmodi in Hispania, & In-
diis consistentes comprehendere, eisque in omnibus,
& per omnia suffragari debere, auctoritate Apostolica
tenore præsentium declaramus, salvâ tamen semper
in præmissis auctoritate Congregationis eorundem
Cardinalium.

Præsumptio.
§. 3. Docernentes easdem præsentis litteras semper
firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac
ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandoconque

spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis
per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & defi-
niri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his
à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari.

*Contrariis
derogat.*
§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus
opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
& consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, & lit-
teris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus om-
nibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro ple-
nè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo
robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

*Transumptio-
rum fidei.*
§. 5. Volumus autem, ut eorundem præsentium
litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis
eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extrâ, quæ
præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel
ostensæ.

*D. P. An. 11.
die 5. Nov.*
Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis, sub
Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1665. Pontificatus
nostri anno undecimo.

Transactio inter Vicarium Generalem Ber- CLXV.
gomensem, & Fratres Minimos S. Francisci
de Paula pro receptione Conventus Beatæ
Mariæ, omniumque Sanctorum de Gal-
gario nuncupat.

*Edita An. D.
1665.*
ALEXANDER EPISCOPUS
Servus Servorum Dei. Dilecto filio Vicario Venerabilis
Fratris nostri Episcopi Bergomensis in Spiritua-
libus Generali, salutem, & Apostolicam
benedictionem.

Exordium.
In supremo Apostolicæ dignitatis culmine, meritis
licet imparibus constituti, ad ea, per quæ Domo-
rum Regularium, necnon Religiosorum in eis dēgen-
tium, piis exercitiis vacantium spirituali consolationi
opportunè consulitur, libenter intendimus, & ut illa,
quæ propterea providè facta fuisse dicuntur, firma, &
illibata persistant, libenter, cùm à Nobis petitur,
Apostolico munimine roborari, & aliàs desuper dispo-
ni mandamus, prout conspiciamus in Domino salubriter
expedire.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte di-
lectorum filiorum Francisci Tassis, moderni Præpositi
Præposituræ Sanctorum Simonis, & Judæ Bergomensis,
& Fratrum Ordinis S. Francisci de Paula Minorum
nuncupatorum Bergomensium, & pro eis Correctoris
Provincialis Provincia Venetæ Ordinis prædicti petitio
continebat, quod aliàs, seu nuper dictus Franciscus pro-
vidè considerans Fratres prædictos in Civitate Bergo-
mensi propria habitatione carere, cupiensque Interim,
ut per ea quæ ipsi Fratres in prædicta Civitate jam à vi-
ginti circiter annis, quibus ibidem commorantur, feli-
citer fecerunt salutarium operum fundamenta, Religio-
nis zelus per amplius propagetur, cultusque divinus ma-
jora in dies suscipiat incrementa, pro singulari ipsius in
dictum Ordinem devotionis affectu, præfatis Fratribus,
& pro eis dicto Correctori usum Ecclesiæ, & Conventus
Beatæ Mariæ, omniumque Sanctorum de Galgario nun-
cupatorum, prope, & extra muros Civitatis Bergomen-
sis, cum duabus terræ petiolis arativis dicto Conventui
contiguas versus dictam Civitatem ad flumen Murla si-
militer nuncupatum, juxta sua notissima latera sitis, quæ
cùm sint intra septa dicti Conventus, locari non pos-
sunt, unâ cum Ponte, & pinnaculo, vulgò Logetta,
super dicto flumine respectu politis, capacitate quoad
terre

terre petiolas hujusmodi... Romanam... nuncupatorum, nisi verò secundum dicto Ordine...

§. 1. In reliquis tamen Præposituræ prædictæ Juribus in omnibus, & per omnia, & præsertim quoad officium, pulverariam, ac domos, & pratellum illis adjectis, quæ Præposituræ prædictæ, & Præposito pro tempore existenti libera sint, & esse semper debeant, salvis, & illæis remanentibus cum infrascriptis, videlicet quod ipsi Fratres prædicti Francisco, & dicto Præposito pro tempore existenti quolibet anno in die festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in recognitionem unam candelam certæ albæ ponderis trium librarum, cum ipsius, & Præpositi pro tempore existentium, necnon eorumdem Fratrum Religionis armis, seu insigniis dare, armaque sua & insignia ejusdem Præpositi pro tempore existentis super porta majori dictæ Ecclesiæ exponere, ac duas quotidie quoad assistentiam tantum, necnon cum una cantata, ac officio similiter cantato, viginti quatuor Missas submissa voce recitandas, & pro suffragio animabus Præpositorum prædefunctorum applicandas prima die non impedita à die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, præmonito tamen prius super his eodem Præposito, sive ejus deputato, cui nota in scriptis per singulos Sacerdotes, qui prædictas Missas celebraverint, ac per Superiores, & Sacristanum Conventus dictæ Ecclesiæ respective subscripta, & subsignata tradi, & consignari debeant, in eadem Ecclesia quolibet anno celebrare, seu celebrari facere.

§. 3. Ac demùm omnia Missarum, & Officii celebrationis hujusmodi in tabella obligationum in Sacristia asservari, & teneri consueta, describere, & annotare teneantur, & obligati existant, reservato interea cuilibet Præposito pro tempore existenti jure proprietatis, & directi domini, tam quoad dictam Ecclesiam, quàm Conventum, & terræ petiolas supradictas, retentisque sibi, & de illius familia tantum futuris primordicæ Ecclesiæ Præpositis pro sua, & illorum, ac eorumdem Fratrum propria, & libera habitatione atrio minori inferius ad portam, & propè portam dicti Conventus, ac una eidem atrio contigua cum scalis, necnon duabus aliis superius per eundem Præpositum, seu illius sumptibus, & expensis in dicto Conventu fabricatis, & extructis cameris, cum libero ingressu, & egressu Portæ ejusdem Conventus, necnon accessu, & recessu superius, & inferius ad hortum, & dormitorium, ac aliàs cum aliis pactis, & conditionibus, licitis tamen, & honestis, sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito infra certum tunc expressum, & jam forsàn elapsum tempus impetrandò, in perpetuum concessit, prout in publico Instrumento, aliisque desuper forsàn confectis scripturis plenius dicitur contineri.

§. 4. Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, ea quæ à Sede prædicta approbantur, & confirmantur, firmius, & validius subsistant, ac melius ab omnibus observentur; idèò pro parte Francisci, & Fratrum, ac pro eis Correctoris prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus concessionem hujusmodi pro perpetua, & inviolabili observatione approbare, & confirmare, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 5. Nos igitur, qui divinum cultum, & fidelium devotionem ubique augeri sinceris desideramus affectibus, Franciscum, & Correctorem prædictos, & eorum quemlibet, necnon domos, & Conventus hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium duntaxat consequendum, hæc serie absolventes, &

absolventes fore censentes, necnon Instrumenti, scripturarumque hujusmodi totas tenotes, præmissis tamen sine contrariis, ac Ecclesiæ, Conventus, & terræ petiolarum hujusmodi situationes, confines, vocabula, denominationes, quantitates, & quantitates præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinasti, discretè tunc per Apostolica scripta mandamus, quatenus concessionem prædictam, ac prout eam concernunt, desuper confectas scripturas, ac Instrumentum prædicta cum omnibus, & singulis inde legitime sequutis, & sequendis perpetuò sine alicujus præjudicio dicta auctoritate approbes, & confirmes, ac eis perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicias, eamque validam, & efficacem perpetuò fore, & esse, ac ab omnibus uti legitime factam observari, & adimpleri debere, sicque, & non aliàs, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, & quosvis alios judicari, & definituri debere, ac quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas: Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, primordicæ Ordinis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1665. Nonis Decembris, Pontificatus nostri anno undecimo.

Quod nulli ex Fratribus reformatis S. Francisci Provinciæ Romanæ competit jus præcedendi, sive honoratoris loci, nisi Superioribus actualibus, & Exgeneralibus.

ALEXANDER PAPA VII. Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii, quod superni dispositione consilii gerimus, cura animum nostrum sollicitat, ut religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos Altissimi obsequiis in spiritu humilitatis sese devoerunt, quieti salubriter consulere, ipsosque in laudabili eorum proposito, quantum Nobis ex alto conceditur, confovere studeamus.

§. 1. Cùm itaque, sicut dilecti filii Minister Provincialis, & Diffinitorium, ac Exprovinciales, & Fratres graduati Provinciæ Romanæ Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, licet reformatio in Provinciam prædictam magno cum humilitatis, & religiosæ quietis, vitæque simplicitatis studio inducta multorum annorum spatio utiliter, & laudabiliter, ac cum bono erga seculares exemplo vigerit: nihilominus experientia compertum sit post introductum in eandem Provinciam certum præcedendi modum, illam à pristina humilitatis statu non parum recessisse, dicti verò Exponentes, ut antiqua observantia in sua puritate semper floreat, omnique ambitionis, & relaxationis occasio mature præcidatur, quasdam fel. record. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri litteras die 22. Decembris 1642. in forma Brevis expeditas, incipientes: Aliàs pro Congregatione generali, &c. in quibus circa præcedentiam inter Fratres Strictioris Observantiæ familie Cismon-tanæ dicti Ordinis nonnulla inter alia disponuntur, quoad prædictam Provinciam Romanam ad terminos aliarum ejusdem Urbani Prædecessoris litterarum die 23. Augusti 1634. in simili forma Brevis emanatarum, quarum initium est: Inter gravissimas, &c. à Nobis reduci, & circa subrogationes, quæ deficientibus in eadem Provincia Ministro Provinciali, ac Patribus Ordinis, & Diffinitoriis interdum fieri debent, opportune

Confir-
masti.

D. P. A.
1665.

CLXV

Edicti
1665.

Exoratio
1665.

Motiva
1665.

opportune provideri, ita scilicet, ut digniora sua dispositionem Constitutionum generalium subrogantur, circa incorporationes autem, ut aliarum Provincialium Fratres, qui memorata Provincia Romana, obtento desuper beneplacito Diffinitorii, incorporati fuerint, a die incorporationis huiusmodi tantum procedere debeant, quemadmodum Statuta Reformationis disponunt, statim, & ordinari summo opere desiderent.

Ad id ut in sum.

§. 2. Nos piis eorundem exponentium votis in premissis favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

In sum.

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanae Curiae Praetorum super negotiis Visitationis Apostolicae Praefatarum, & Locorum Priorum Almae Urbis nostrae a Nobis instituta deputatorum, qui praemissa mandato nostro accuratè perpenderunt, consilio, primodictas Urbani praedecessoris litteras die 22. Decembris 1642. ad supplicationem tunc existentis Commillarii generalis emanatas, quoad caput praecedentiae inter Fratres strictioris Observantiae Sancti Francisci Cismontanae familiae huiusmodi, respectu Fratrum dictae Provinciae Romanae, ad terminos aliarum secundodictarum ejusdem Urbani praedecessoris litterarum motu proprio die 23. Augusti 1634. editarum, auctoritate Apostolica tenore presentium reducimus, ita ut in posterum etiam vigore cujusvis indulti, ex quavis causa, vel occasione a Sede Apostolica, vel alias quomodolibet impetrati, in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus praecedendi, sive honoratoris loci competat nisi Ministro, Commillario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministro, Commillario, & Vicario Provincialibus, Custodi, Commillario, Visitatori, Guardianis, Praesidenti, seu Commillario, & Vicariis localibus: qui tamen expletis eorum officiis ad locum, & praecedentiam Ordinis redibunt, tam ii qui jam habitum per Fratres gestari solitum susceperunt, ac de caetero suscipient, quam ii qui se a Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos dictae Provinciae canonicè transtulerunt, & transferent, exceptis tamen iis qui Ministri Generalis, seu Commillarii Generalis Cismontanae familiae officio functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores actuales immediate locum habeant.

Decretum in sum.

Quo vero ad praenarratas subrogationes digniorum, & incorporationes Religiosorum alienae Provinciae, Constitutiones Ordinis, & statuta Reformationis huiusmodi servari, auctoritate, & tenore praedictis mandamus, ac statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes privilegia, & indulta super paternitate, & praecedentia, si quae per Fratres antedictae Provinciae Romanae a Sede Apostolica deinceps impetrari contigerit, subreptitia censi, nisi in litteris desuper expediendis de verbo ad verbum insertus fuerit totus tenor presentium litterarum: ipsas vero praesentes litteras tenper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconculsè observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarius derogat.

§. 5. Non obstantibus primodictis Urbani Praedecessoris Bullarum Magni Tom.V.

cessoris litteris, quae quoad caput praedictae respectu Fratrum memoratae Provinciae Romanae, quatenus non obtineat, perinde ac si non emanasset, huiusmodi Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus oportet, Ordinibus, & Provinciae huiusmodi, ac aliis quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno D. P. An. 11. nullo Piscatoris, die 23. Decembris 1665. Pontificatus die 23. Dec. nostri anno undecimo.

Ad evitandas controversias, quae oriri possent ex intelligentia Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri nuper editae super praecedentia, sive honoratori loco Superiorum in Provincia Romana Ordinis Fratrum Minorum strictioris Observantiae S. Francisci, & ad pacem, charitatemque inter Fratres conservandam, Sacra Congregatio Visitationis Apostolicae, Sanctitate Sua approbante, censuit super huiusmodi praecedentia in memorata Provincia deinceps servandum esse, prout servari mandavit, ordinem infra scriptum, videlicet.

Minister, & Vicarius Ordinis, Commillarius Generalis, Minister Provincialis, quem tamen Commillarius Visitator, durante ejus Commisione praecedet: Qui fuerint Ministri, vel Vicarii Ordinis, aut Commillarii Generales, unum tantum Superiorem actualem supra se habebunt. Guardianus Conventus, Procurator Generalis Curiae, Diffinitores Generales, Custos, Diffinitores Provinciales, quos Sanctitas Sua declaravit in memorata Constitutione comprehendi, Vicarius Conventus, qui tamen in Refectorio sedebit immediate post Guardianum, sed eo absente praecedet omnes supradictos: Sacerdotes, & postea Clerici, & tandem Laici juxta antiquitatem habitus. Datum die 3. Martii 1666.

Prosper Fagnanus Sacrae Visitationis Apostolicae Secr. Loco sigilli.

Damnantur iterum plurimae aliae propositiones tanquam scandalosae, prout supra in Constitutione CLXVII.

Feria 5 die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali Sanctae Romanae, & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apostolica specialiter Deputatis.

Edicta An. D. 1666.

§. 1. Sanctissimus Dominus Noster post latum Decretum die 24. Septembris proxime elapsi, quo vigintiocto Propositiones damnatae fuerunt, examinatis sedulo, & accuratè usque ad hanc diem infra scriptis aliis quadragessimis quinque numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus haereticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

M m Propositio

Proposito 29. In die Jejunii, qui Lepus modicum quid comedit, et si non bilem quantitatem in fine comederit; non frangit Jejunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione Jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum Jejunio.

31. Excusantur absolute à præcepto Jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consistat.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque elemosinas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsentis, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientie uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocata à Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula *quamprimum*, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo confusio ulterius, & pollutionis.

41. Non est obligandus concubinarium ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarij, vulgò *regalo*, dum deficiente illo, nimis agere ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos.

44. Quoad forum conscientie, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censurae.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

§. 2. Quibus mature pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum tanquam scandalosam esse damandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Itæ ut quicumque illas, aut conjunctionem, aut divisum docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputative, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

§. 3. Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

JOANNES LUPUS Sacerdos Romanus, & Universalis Inquisitionis Not. &c.

Loco † sigilli.

Publicatio. Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1666. Indictione quarta. die vero 23. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Alexandri Divina Providentia Papa VII.

ante auctoritate, supradictis Decretum affecit, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica, ac in Aede Campi Florentini, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per nos Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N. Papa, & Sanctissima Inquisitionis Censorem.

Decernit, quod deinceps Capitulum Generale Congregationis Eremitarum Camaldulensium de biennio in biennium: & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè celebrari debeant.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alia emanarunt à Nobis ad supplicationem tunc presentium Diffinitorum Dietæ Generalis Congregationis Eremitarum Camaldulensium litteræ in simili forma Brevis, tenoris qui sequitur, videlicet: Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Debitum Pastoralis officii, quod auctore Deo gerimus postulat, ut felici, prosperoque Congregationum Virorum Altissimi obsequijs sub suavi arctioris Religionis jugo mancipatorum regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, providere jugiter satagemus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Diffinitores Dietæ generalis Congregationis Eremitarum Camaldulensium, quod multorum annorum experimento comperit esse magno incommodo, & detrimento esse eidem Congregationi, quod singulis biennijs Capitulum quidem Generale uno anno, Dieta verò generalis ipsius Congregationis altero respectivè celebrentur; nam cum dicti Eremitæ solitudinis sint addicti, maxime dedecet eos videri totum annum per diversoria vagantes ex causa similitudinis Dietarum, & Capitulorum, in quibus plurimæ fieri solent mutationes Religiosorum, & Priorum: Qui quod se in eodem gubernio diu non permanuros vident, utilitati Eremorum segrè dant operam, sæpèque contingit, ut quod unus inceperit, successor dissolvat, aut non prosequatur, quia sit opus ab alijs inchoatum.

Accedit, quod tam frequens Dietarum, & Capitulorum hujusmodi celebratio totam Congregationem prædictam, & præsertim Eremum Camaldulensem gravibus sumptibus onerat; quodque Superiores majores tam modici temporis spatio notitiam Eremitarum, ac negotiorum, tam spiritualium, quam temporalium dictæ Congregationis capere nequeunt. Quinimò cum eadem Congregatio, non solum in Italia, sed etiam in Polonia Regione valde remota (benedicente Domino) propagata reperitur, nec possunt Eremitæ Polonæ singulis biennijs visitari, nec illarum Priores ad Capitulum generale venire, quod tamen fieri posset si illud de quadriennio in quadriennium haberetur: quare dicti exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatas existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, ut de cætero Capitulum quidem Generale de quadriennio in quadriennium, Dieta verò Congregationis Camaldulensis prædictæ demum biennio post celebrationem Capituli generalis

generalis hujusmodi respectu haberi, & celebrari debeant, ita ut primum quadriennium Dominica tertia post Pascha Resurrectionis Dominice proxime præteritum computetur, & tertia Dominica post Pascha ejusdem Resurrectionis Dominice anni 1665, expiret; ac tam modernis, quam futuri ejusdem Congregationis Superiores, qui in Capitulo generali eligi solent, in suis respectivè muneribus quadriennio durent, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, ac perpetuo statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Januarii 1662. Pontificatus nostri anno septimo.

Monita
Congregationis
Sacerdotum
Eremitarum.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis Eremitarum Camaldulensium Nobis nuper exponi fecit, quæ in præsertis litteris Nobis exposita fuisse narrantur, veritati minime nitantur, quandoquidem celebrationi Capituli Generalis ejusdem Congregationis non interlunt, nisi Major, Visitatores, & Procurator Generalis, ac Priores Eremitarum ipsius Congregationis, ex quibus Major, & Visitatores in loco Capituli hujusmodi commorantur, qui verò ejus rei causa iter agere debent, pauci sunt, quorum aliqui senectute, vel infirmitate præpediti ad Capitulum non accedunt, & multi in locis ab Eremo Camaldulensi, ubi Capitulum habetur, parum distantibus degunt: Quinimò observatum fuerit, quod frequens Priorum mutatio minorem adferat familiarum mutationem, quod quidem præterito quadriennio usu venit, quo in aliqua Eremo, cum Prior mutari non posset, bonam partem illius Religiosorum mutari oportuit: Nec Eremitæ prædictæ Camaldulensis onere considerabili ex causa paucorum Eremitarum, qui paucis diebus ibidem quolibet biennio morantur, gravetur; quippe quæ duodecies mille, & aliquando pluribus personis illuc confluentibus annuatim alimenta præbeat. Eremitæ autem Poloniæ non teneantur ex præscripto Constitutionum Congregationis prædictæ ad Capitulum accedere, nisi singulis quadrienniis, eisque datus fuerit Vicarius Generalis, & concessa nominatio ad Prælaturas, ut minorem habeant iter agendi occasionem.

Cumque frequentia Capitulorum eidem Congregationi in spiritualibus, & temporalibus notabiliter profit Prælatibus ibidem exactissimam actionem, & administrationum suarum rationem reddentibus, quod & illis intra debiti officii limites continendis non me-

Bullarii Magni Tom. V.

diocriter conducat, & peropportunitate est conservanda regulari observantia, quæ novis subinde decretis, sicuti deficere videtur, firmius stabiliri, in Capitulo Generali, cui etiam reservata sunt magna momenti negotia, quorum resolutionem ad quadriennium differri quandoque non expedit. Quin etiam ex quadrienniali Capitulorum hujusmodi celebratione hæc sequatur incommodi, quod Visitatores, qui Visitaciones suas intra biennium absolvunt, altero biennio cessarent à visitando, nec Eremitæ interea visitarentur, attento, quod Constitutiones dictæ Congregationis non permittant Visitaciones ab eisdem iterari; unde si novæ Visitacionis gratiâ post biennium officio renunciare deberent, prout et ipsa factum est in quadriennio proxime præterito, inde consequeretur, ut finito officio non possent Capitulo Generali cum voce intervenire, qui tamen interventus maximè necessarius est, ut ab ipsis Capitulares de statu Congregationis doceantur; ac demùm considerandum sit, quod per Constitutiones Congregationis hujusmodi cavetur expressè, ne quis ultra sexennium in Prælaturis continuari possit, atque ita si capitula de quadriennio in quadriennium celebrarentur, necesse foret in eorum quolibet omnes Prælatos mutari, quippe qui usque ad aliud subsequens Capitulum, scilicet per octennium, in Prælaturis hujusmodi contra earundem Constitutionem dispositionem continuare non valerent.

§. 3. Nobis propterea prædictus Procurator Generalis, tam suo, quam dilectorum pariter filiorum Majoris, & Diffinitorum dictæ Congregationis nominibus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur incommodis prædictis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere, ac ejusdem Congregationis salubri directioni, & utilitati consulere cupientes, dictosque Majorem, & Diffinitores, ac Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut deinceps perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale de biennio in biennium, & Dieta anno post celebrationem Capituli hujusmodi respectivè haberi & celebrari debeant; nec Prælaturæ dictæ Congregationis ultra biennium durent, quemadmodum per Constitutiones ejusdem Congregationis cautum reperitur, & antequam præsertis nostræ litteræ emanarent, fieri solebat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus.

Ac proinde easdem litteras nostras præsertas, omniaque, & singula in eis contenta auctoritate, & tenore prædictis ex nunc revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus & omnino vacuumus, & ex nunc revocata, cassata, irrita, & nulla, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua esse; præsertes verò litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Non obstantibus litteris præsertis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cæterum volumus pariter, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus

Alf. vit
& confirmat.

Confirmat
prout in rub.

Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibetur, quæ presentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

D. P. An. 11. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1666. Pontificatus nostri anno duodecimo.

CLXIX. **Quod Fratres Trinitarii Provincie Castellæ, Aragoniæ, & Bætiæ, aliarumque Provinciarum Redemptionis Captivorum, non possint uti Cappa nigra.**

Edicta A. D. 1666. **ALEXANDER PAPA VII.**
Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis officio controversias inter viros Religiosos exortas, ne pactis, fraternæque charitatis serenitatem obnubilent, opportunis rationibus dirimere satagimus, quemadmodum omnibus maturè consideratis, arbitramur in Domino rationi esse consentaneum.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum, quod licet dictus Ordo à Sancto Dominico fundatus proprio, & peculiari habitu decoretur, nempe tunica, & scapulari albis cum caputo pariter albo, & cappa nigra cum caputo item nigro, eumque habitum sub præscriptis forma, colore, modo, & dispositione publicè, & privatim Fratres Prædicatores deferre consueverint, illoque ab aliis religionibus distinguantur, & ex speciali privilegio decem Romani Pontifices scilicet. prædecessores nostri severissimè præceperint, ne aliquis, sive sit in Ordine, sive extra Ordinem constitutus, deferat habitum Fratrum Prædicatorum, aut ita consimilem, quod propter eum Frater Prædicator credi possit, absque speciali Apostolicæ Sedis mandato, addito decreto irritanti, si quid in contrarium factum fuerit, & committendo Diocesani locorum, ut per censuras Ecclesiasticas, omni appellatione postposita, cum requisiti fuerint, compellant quemcumque ad eum deponendum, prout ex eorundem Prædecessorum nostrorum litteris Apostolicis desuper expeditis constare dicitur.

§. 2. Nihilominus Provincie Castellæ, Aragoniæ, & Bætiæ Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum contra tenorem tot Constitutionum Apostolicarum, imò & contra usum majoris partis Provinciarum suæ Religionis, cum suo Capite Ministro Generali mutavere habitum album primitivum suæ Religionis, & deferunt cappas, & caputia nigri coloris in nullo dissimilia ab illis, quibus utuntur Fratres Prædicatores, præterquam in signo Crucis, quod minimè, aut parum discernit eos à Fratribus Prædicatoribus: contendentes usum cappæ, & caputii nigri coloris sibi esse licitum per modificationem Regulæ factam à rec. mem. Clemente Papa IV. prædecessore nostro sub dat. Viterbii 7. Idus Decembris anni 1267. & per concessionem factam per litteras Pœnitentiariæ Apostolicæ sub præ mem. Pio Papa IV. etiam prædecessore nostro, sub dat. Romæ 5. Nonas Julii, Pontificatus ejus anno primo, in quibus (ut asserunt) conceditur color brunus in cappis. Et quoniam hoc est liberè dictum, quia talis permissio non solum non reperitur in prædicta modificatione, imò in eadem præcipitur contrarium, quia in illa solummodò leguntur hæc verba: Vestimenta sint lanæ, & alba: ut constat ex Regesto originali in Archivio Apostolico Vaticano existente, & hoc alias à similibus recordationis Innocentio Papa III. in primitiva Regula dispositum erat per ejus litteras, quarum initium, Operante divinæ dispositionis clementia, datas Laterani 6. Kalend. Januarii 1198. Pontificatus sui anno primo. Et in præcatis litteris Pœnitentiariæ Apostolicæ permissi-

tur Provincie tantum Castellæ usus bene coloris terminati, illius nimirum qui in illis partibus vulgò dicitur, Buriel, in vna ejus asserit permissio, sive proprio arbitratu, sive alias prædicti Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis addiderunt Regula, & Constitutionibus in locis ubi tractatur de vestimentis Fratrum, aliquas clausulas in grave dictorum Fratrum Prædicatorum præjudicium, & contra dispositionem tot Summarum Pontificum, & signanter in Reg. numero 6. §. Vestimenta, ad illa verba, Excepta cappa: & in eodem Textu relato esp. 14. titulo de vestitu, & honestate habitus: & in declaratione ejusdem Text. cap. citato, §. 2. ad illa verba, Sed in modificatione, usque ad finem §. & in cap. 16. titulo de signis in habitu ponendis, Text. 8. §. primo, ad illa verba: Sed neque cappa.

§. 3. Nobis propterea memoratus Magister Generalis, tam suo, quam totius sui Ordinis Prædicatorum nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Magistrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem de mandato nostro pluries partibus auditis, maturè discussissent, & examinarunt, consilio, visisque per eosdem Cardinales Brevibus Apostolicis, & signanter Regesto originali litterarum prædicti Clementis IV. prædecessoris, quarum initium, In Ordine vestro, sub Dat. Viterbii 7. Idus Decembris 1267. Pontificatus sui anno tertio, necnon privilegiis, scripturis, & instrumentis hinc inde exhibitis, aliisque videndis, auctoritate Apostolica tenore presentium decernimus, & declaramus, non licere Fratribus Trinitariis, tam dictarum, quam aliarum quarumcumque Provinciarum, uti cappa nisi albi coloris, excepta tamen Provincia Castellæ, in qua ad præscriptum litterarum Pœnitentiariæ Apostolicæ memorati Pii IV. prædecessoris, sub Dat. Romæ 5. Nonas Julii, Pontificatus ejus anno primo, liceat uti cappa coloris brunii, ejus nimirum qui in illis partibus vulgò dicitur Buriel, non autem nigri coloris: & ad tenorem presentium litterarum corrigendas esse Regulam, & Constitutiones dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis respectivè in locis, textibus, capitulis, & declarationibus, in quibus tractatur de vestimentis Fratrum.

§. 4. Ut autem earundem litterarum executioni firmiter consulatur, auctoritate prædicta committimus, & injungimus Ordinariis locorum, ut quoties pro parte dictæ Religionis Prædicatorum fuerint respectivè requisiti, seu quilibet eorum fuerit requisitus, Fratres dicti Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, qui cappam nigri coloris, seu alias contra presentium litterarum formam deferre præsumserint, ad ipsam deponendam per censuras Ecclesiasticas, aliasque juris, & facti remedia, omni appellatione postposita (invocato etiam, quatenus opus sit, brachii secularis auxilio) per se, vel per alios dicta auctoritate cogant, & compellant, salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædicatorum Cardinalium.

§. 5. Decernentes ipsas presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & dicto Ordini Prædicatorum in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii

latii Apostolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus in contrarium deductis, etiam speciali expressione dignis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis Sanctissime Trinitatis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prioris fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel censæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoram, sub Anulo Piscatoris, die 8. Februarii 1666. Pontificatus nostri anno undecimo.

CLXX. Bulla, seu Litteræ Decretales Canonizationis Sancti Francisci de Sales Episcopi Genevensis.

Vide ad Constit. 58. hujus Pontificis, in qua habetur Canonizatio S. Thoma de Villanova Archiepiscopi Valentini.

ALEXANDER EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesia Catholica, etiam compluribus munita prædiis, firmata propugnaculis, & armata militibus, Inferorum insultantium portas non reformidet; eo tamen post Christi merita potissimum sustentatur auxilio, quod Servorum Dei sanctitas assiduè subministrat; nam cum hoc veluti ingentium mortalibus sit, ut exempla magis, quam documenta sequantur, mirum est, quantum alterum ex his in Ecclesia Domini proficiat. Idcirco CHRISTUS JESUS verus Dei, verusque hominis filius, unum, atque alterum pro duplicis suæ naturæ hypostasi ineffabiliter adimplevit. Hinc illius verba, si quando doctrinam loqueretur: Doctrina mea non est mea, sed ejus, qui misit me Patris; & hæc alia, si quando agenda proponeret: Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis.

§. 1. Quæ cum ita se habeant, antecessores nostri Spiritu Sancto instructi laudabilem in Ecclesia morem inducere, nempe in excelso loco sanctitatem constituendi, ut veluti lumen illius lucis vicarium, quæ de se dixit: Ego sum lux mundi, & qui sequitur me, non ambulat in tenebris; non sub modio absconditum, sed in candelabro elatum luceat coram hominibus; eosdemque à veneratione ad imitationem, via strata ad Cælestis, & triumphantis Hierosolymæ nunquam interituras delicias dirigat, inferatque. Et sanè viros de Christiana Republica morum sanctimonia, & fidei prædicatione benemeritos debitis, hoc est divinis honoribus non prosequi, quicquid sibi velit impietas, indecorum, ac jstitiæ absonum habetur.

§. 2. Nos igitur his de causis veterem Romanorum Pontificum consuetudinem secuti, post fufas ad Deum preces, auctoralque Venerabilium Fratrum nostrorum sententias, inter nomina Catholicæ Ecclesiæ veneranda Bullarii Magni Tom.V.

Franciscum de Sales Episcopum Genevensem doctrina celebrem, sanctitate admirabilem, ætatiq; huic nostræ contra hæreses medicamen, præsidiumque præferre Numine inspirante decrevimus.

§. 3. Natus est Franciscus duodecimo Kalend. Septembris anno reparatæ salutis sexagesimo septimo supra millesimum, ac quingentesimum, ablutusque sacro Baptismatis fonte in Oppido Salesiano Ducatus Sabaudie, Genevensis Diocesis. Suæ Domus hæreditaria ab ipsis incunabilis nobilitate conspicuam pietatem haurit, infantiamque non more solito inter crepundia, sed agente pietatis spiritu inter Altariola, quæ sibi ipse adornaverat, suæ præludens sanctitati angelicæ exegit; tantumque charitatis erga pauperes concepit, ut nisi aliquid illis erogaret, in lacrymas se effunderet. Ab infantia ad pueritiam per pietatis simul, ac sapientiæ gradus evasit, orationi vacabat inter studia litterarum, non fora, sed templa solitus invisere, & effugiens commercia improbitatis, non nisi semina probitatis vel excipiebat, vel ferebat. Inde sacro Chrismate roboratus ad altiora tum virtutis, tum doctrinæ ornate complectenda se contulit, ut opportunius, atque utilius divinæ gratiæ instrumentum fieret. Sortitus enim animam bonam, eandem optimam reddidit accuratioris studio, tum litterarum, tum morum. Humanioribus litteris in Collegio Annessiensi perceptis, Philosophiæ, Theologiæque arcana in Academia Parisiensi didicit, non sine ingenti virtutum, ac sanctimoniarum profectu; nam simul frequentabat Sodalitatem Deiparæ addictam in Gymnasio Societatis JESU, ibique non solum octavo quoque die sacra Mensa animam reficiebat, sed omnia pietatis exercitamenta exhibebat, præsertim ea, quæ ad cultum ejusdem Deiparæ pertinebant, aded ut ante ejus simulachrum, quod in æde Sanctæ Mariæ Græcorum colitur, supplex votum perenne virginittatis nuncupaverit. Hoc voto veluti pharmaco salutari roboratus, ad Jurisprudentiam capessendam accessit Patavium, ubi non unam sensit voti opem, elusis artibus nonnullorum condiscipulorum, qui per imprudentiam illi obtulerant impudicarum mulierum illecebras, quas & saliva in illarum faciem coniecta, & mente constanter repugnante dejecit. Absoluto studiorum curriculo Romam se contulit, ut antiquæ ibi vigentis pietatis vestigia recognosceret, atque novis moribus exprimeret, & nactus par suæ religioni, ac fidei theatrum, traxit è Cælo incredibilem spiritum ad perficiendam omni ex parte molem sanctitatis ab infantia inchoatam, & in juventutis ætate non modò conservatam, sed auctam.

§. 4. Igitur sui, & mundi victor in patriam remigravit, ut fructus legeret litterarum laboris: nec spem sefellit, aut suam, aut Civium: certè Granerius id temporis Episcopus Genevensis, eo conspecto, illic præsentit messem, quam ejus adventus affererat. Exclamavitque divinans non sine gaudio, habere se jam successorem suum. Statim ei paruit liber campus, amplissimisque ad animas excolendas, quo spontè ferebatur: quamvis enim ut Parenti obsequeretur, Advocatorum supremorum partes susceperat, mox ubi sensit se ad nuptias per votum abdicatas vocari, abiecit Senatoriam togam, & Sacerdotio per omnes sacri ordinis gradus initiatus, majoris Ecclesiæ Præpositus Annessii renunciatus est, illud semper in ore, & mente repetens: Quicquid pro æternitate non est, vanitas est: omne studium convertit ad æternitatem ubique ferendam, instituta Societate Sanctissime Crucis de Pœnitentibus, adductis ad Ecclesiæ Catholicæ gremium magni nominis hæreticis: & præterea sumpto divini verbi gladio, quo armatus ac potens, Episcopo jubente, adorsus est hæresim Calvinianam in Caballicensibus, aliisque finitimis populis grassantem. Incredibile dictum est, quo animi ardore, qua pectoris constantia, qua mentis alacritate, quam firma in Deum fiducia, quam robusta in proximum charitate pugnaverit, ac vicerit: Ferunt eum ex vertice Arcis Allingianæ aliquando conspexisse enormem

Contra Ha-
eresis ad-
sum.

Catholicæ Religionis stragem, quam subjectis circum-
terris hæresis ediderat, ac tanto fuisse pietatis studio
agitarum, ut emisso cordis altissimo suspirio non po-
tuerit sibi temperare, quin mox Tononum ejus Pro-
vinciæ caput se contulerit, ibique erecto veritatis
vexillo per patientiam, & doctrinam omnibus omnia
fastus jacentem Religionem sustinuit, & dominantem
impietatem fregit, ac dejecit, quasi alter David. Sed
illud in primis egregie gessit, quod nusquam, nec
unquam negotium fidei desperaverit, sed major la-
boribus, impedimenta omnia si non poterat tollere,
vel effugiebat, vel eludebat. Prohibitus Tononi Sa-
crum conficere, in Arcem Allingianam memoratam
quatuor milliabus distantem quotidie ibat, ut ibi
sacrificaret, atque eadem de causa flumen Druentiæ
trajiciebat singulis diebus, per trabem glacie concre-
tam manibus, ac pedibus repens. Vexatus calumniis,
& ubique tanquam publicæ quietis perturbator, se-
ductor populorum, & plane veneficus conclamatus,
nullo infamiae metu, nullo insidiarum strepitu, nullo
vitæ discrimine adduci potuit, ut tentatam fidei Ca-
tholicæ restitutionem aliqua ratione omitteret, neque
usquam adhibuit in consilium eam, quam prudentiam
humanam, seu nominis æstimationem vocant: sed
Evangelici dicti memor, cum haud liceret palam,
aperteque vivere, ac fidem contestari, in obvias ubique
latebras sese abdebat, ut post modicum silentium in-
surgeret adversus hæresim vehementius: nunc in fur-
nis, nunc in maceris, nunc in horroribus sylvarum,
nunc in profundo, altissimoque gelu continebat im-
petum zeli, absconditus velut in Domini taberna-
culo, quo insidiantibus hæreticis incompetus validius
insultaret.

Sicarii im-
missi ad eum
occidendum,
opus lenitate
permitti, ex-
armati
fuerunt.

§. 5. Inde animo excelso, sublimique manifesta
mortis sibi intentatæ argumenta irridens abnebat
præsidia, & custodiam militum, aded ut rogatus à
Barone Ernanciano Arcis Allingianæ Præfecto, ut
nonnisi militari manu stipatus ex Arce prodiret, re-
sponderit, non alio militum satellitio esse opus, quam
eo quod divina providentia destinaverat: imò cum
idem assereret hæreticos vi coercendos, ostentaretque
tormenta bellica, & militare subsidium, quo pollet
Franciscus uti ad eosdem hæreticos vel comprimendos,
vel ad meliorem frugem revocandos, ingenue profes-
sus fuit, quam altè de divini verbi potentia sentiret,
affirmans opus non esse machinis, ubi Deus ejus ver-
bum audiri permitteret, neque Deus tantam ejus fidu-
ciam fraudavit: nam cum sicarii complures immissi
ad eum de medio tollendum, tandem Franciscum
nacti, strictis gladiis eadem facturi in eum irrucissent,
ejus præsentia, & lenitate permoti, dejecti, ac exar-
mati fuere: nunquam enim Deus eos sinit cadere,
qui spe divinx providentiæ fidem sustinent. Propterea
de cœlesti patrocínio jam ob innumera experimenta
certus, maluit agere Dei causam, quam exequi impe-
rium parentis, à quo jubebatur vitæ tot insidiis appo-
sitæ consulere, suamque domum repetere, ubi per quie-
tem, ac securitatem fas erat Deo, superisque liberius
vacare.

Populorum
Tononi
arsis.

§. 6. Quin studiosius, accuratiusque in Ecclesiæ de-
fensionem incubuit, & cum voce prohiberet adju-
vare populorum fidem, cepit ex scripto, pluribus
confectis libellis, evulgatisque thesibus, intimè hæ-
resim percellere, tantumque effecit, ut Tononi Pa-
rochiam exeret, & paulò post cum insigni Religio-
nis Catholicæ incremento plures ad veritatis lumen
viros doctissimi celebres, quorum præcipuè auctoritate
mendacium nitebatur, adduxerit. In hoc tamen fidei
augmento prudentiæ modum retinuit, ne liberius
agens aucta perderet: Itaque Curionis partes agens,
& Eucharistiæ Sacramentum ad Catholicos in vitæ
discrimine positos deferens, ne quid injuriæ Sacro-
sanctæ Eucharistiæ Sectarii inferrent, eam gesta-
bat argentea theca inclusam è collo pendulam: ipse
interim pileo tectus, pallio circumvolutus, gravi
passu neminem de via salutans, venerandus ince-
debat.

Eucharis-
tiæ repræ-
sentationem
in theca
includam
deferens.

Hicce artibus præstans, jussus fuit à Clemente VIII.
felic. record. Prædecessore nostro adire Theodorum
Bezam Calvinianæ hæresis acerrimum ministrum, ac
propugnatores, & cum solo solus agere, ut ea ova ad
Christi ovile reducta, complures alias revocaret: quod
sanè eximie Franciscus præstitit, Genevæ non sine
vitæ periculo cum Beza congressus, qui tamen ut ex
merito confutatus veritatem falsus est, ita ex scelere,
arcano Dpi judicio indignus fuit, qui ad Ecclesiam
rediret.

Hæresis
Beza impo-
nuit.

§. 7. Interea Tononum, & circumjectam regionem
dira lues invasit cum enormi Civium clade, in qua
Franciscus tam amanter, tam constanter, tam industriè
corpora, animosque, tum subsidiis, tum docu-
mentis procuravit, ut omnibus & stupori, & amori
fuerit, præsertim cum omnia pecuniæ adjumenta,
præcipuè ab Episcopo Granerio impartita recusasset.
Quapropter Episcopus his certissimis sanctimonix in-
diciis compulsus, eum sibi Coadjutorem Episcopalis
curæ designavit, rogavitque memoratum Prædecesso-
rem nostrum Clementem, ut Franciscum, quem
Romam ob Catholicæ fidei negotia mittebat, hu-
jusmodi dignitate ornaret: quod idem Clemens li-
berissime præstitit, cognitaque ejus doctrina per
examen de more interrogata, eundem ad pedes devo-
lutum amplectens his verbis dimisit: Vade fili, &
bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui:
deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas
divide.

Præfatus
Episcopus.

§. 8. Igitur hoc ornamento tanquam novo, & po-
tentissimo præsidio instructus, in omne studium am-
plificandæ Religionis Catholicæ, & hæresis immi-
nuendæ sese effudit: Annessium regressus, omnia solus
obire loco Episcopi absentis, instituit Seminarium,
ac Sanctam Domum Tononi erigere, artium offici-
nam, & mercium emporium, ut Cives, & finiti-
mos à Genevensium commercio averteret, gnarus po-
pulos maxime corrumpi per commercia cum impiis
habita: neque illi nova exercendæ constantiæ argu-
menta defuere. Inimicus zizaniarum sator excitaverat
inter Gallos, & Sabaudos bellum, ejus occasione
us Genevenses hæretici, specie auxilii, quod Gallis
afferebant, Chablasio, & Torniacio occupatis, inde
Curiones Catholicos expellunt; ac præterea missis
in Pagos, & finitima Oppida Calvinianæ hæresis Præ-
dicantibus, venenata semina ubique jaciunt, & Ca-
tholica fata excindunt. Quod ubi Franciscus advertit,
non immemor illius divinx sententiæ: Si consilium
adversum me castra, non timebit cor meum: si insur-
gat adversum me prælium, in hoc ego sperabo: Forti-
ter, ac religiose irrupit in castra, ductusque à mili-
tibus more bellico ad Vitriacum Regiarum excubiarum
Præfectum, ab eo exceptus perquam honorificè fuit,
ac dimissus cum Regiis litteris, quibus præcipieba-
tur, ne quicquam in religionis negotio innovaretur;
quicquid verò novi inductum foret, in pristinum
revocaretur.

Contra C
vinitu
curavit.

§. 9. Neque contentus hac victoria, per quam amissa
revocaverat, aliam retulit, per quam damna intulit
hæresi, religioni verò incrementum attulit. Cum enim
ager Gexensis sub Gallorum dominio esset, ad Re-
gem Lutetiam se contulit, ab eoque litteras obtinuit,
quibus liceret ipsi eo in agro habere de Catholica
veritate conciones, quarum gratia, & efficacia
plurimos Ecclesiæ subiecit. Valebat enim summa, &
efficacissima dicendi potentia, quam illi è Cœlo concil-
liaverat summa cordis innocentissimi sanctitas, aded
ut Christianissimus Rex neminem ad Jacobi Regis
Angliæ animum conciliandum, atque ad veritatem
stectendum aptiorem Francisco existimaverit: & Pau-
lus V. prædecessor noster felicis recordationis aliquot
post annos eundem delegaverit ad componendas dis-
cordias, quæ subortæ fuerant inter Albertum, & Cla-
ram Eugeniæ Archiduces, & Clerum Comitatus
Burgundiæ.

Plurim
hæresis
Ecclesiæ
præstit.

§. 10. Quamvis autem ardentissimum fuerit ejus
in procuranda re Catholica studium, dum Coadjutor
fuit,

fuit, laxavit nihilominus universas habenas charitati, cum audita hinc parentis, hinc Episcopi Granerii morte, quorum primi potestas quotidie ad domestica revocabatur, & alterius reverentia, ne quid nimium sibi arrogare videretur, cohibebat: concessam sibi tandem quocumque pietas impelleret, eundi facultatem cognovit.

Sic plena potius auctoritate, integras Episcopi partes suscepit, cavere ne grex, ac Diocesis improborum, hæreticorumque, more luporum insidantium, incurtibus pateret, ordinare Clerum, statuere familiam religiosi moribus compositam, Sanctorum Patrum, veterumque Episcoporum exempla sibi proponere, cuncta Episcopalis vitæ momenta suis virtutibus, functionibusque animare, Synodum cogere, Ecclesiasticæ disciplinæ leges vel restituere, vel sancire, ac potissimum Catholicæ religionis sinceritati consulere, quæ mores Catholicorum informando, quæ Sectariorum dogmata evertendo, quæ deceptas oves ad ovile reducendo: quod adeo offendit Calvinianos pseudoministros, ut cum duos nobiles viros Gexenses ad Ecclesiæ gremium revocasset, illi rabie, ac furore acti venenum ei propinaverint, quod tamen irritum fuit, implorata per votum Deiparæ ope: & tantum abfuit, ut propterea ab incepto desisteret, ut constantius desudaverit in concionibus habendis, quarum vi Divione, Gratiano-poli, Parisiis, & alibi plures insignes viros fidei Catholicæ restituit, ac præcipue Claudium Buccardum Lausannæ publicum Theologiæ professorem, Franciscum Ducem Diguerianum Delphinatum Proregem, Barberium, & Jacobum Philippum celebres Calvinianæ sectæ pseudoministros. In his autem concionibus, ut constaret à se non nisi animarum salutem queri, pecuniam, quæ esset vel loco alimenti, vel excellentiæ testimonio, recusavit omnem, nullo Principum offerentium habito respectu, & tam generose, ut Ducissæ de Longavilla peram aureis plenam impertienti, palam cum respueret, dixerit gratis dandum, quod gratis accipitur, nec ullam expetendam pro fidei præconio mercedem, præter pretiosam illam, quam cultoribus vineæ promissit Dominus.

§. 11. Notum est enim, cum magni Eleemosinarii munere apud Christianam Sabaudicæ Ducissam fungeretur, nihil præter hujus nominis dignitatem voluisse, & non solum quicquid honorariæ mercedis solitum erat dari modestissime recusasse, verum etiam pretiosissimum adamantem valoris quingentorum nummorum ab eadem Christiana Ducissa dono acceptum pauperibus destinasse, iis verbis usus: Hoc pro pauperibus nostris Annessiensibus bonum erit.

§. 12. Sed ejus constantia debuit gravioribus experimentis muniti, ut fides probaretur. Duo enim sunt, quæ maximè fidem concutiunt, damnum, & lucrum: utrumque illi propositum roboravit, fidem non infregit.

§. 13. Jussus à Gallorum Rege Gexium ire, & cum Barone Luxensi Regio in Ducatu Burgundiæ Locum-tenente de Religionis Catholicæ usu, exercitioque in eam Regionem inducendo agere, cum Rhodanus, qui trajiciendus erat, ut Gexium peteret, in nubibus exundans certum afferret vitæ discrimen, Genevâ intrepidè pertransiit, nec habitu Episcopi deposito, nec Episcopi Diocesis nomine dissimulato, unica tantum orationis armatura munitus; atque inde post horam discedens, Gexium appulit. Impii homines, ut hoc religionis negotium turbarent, statim apud Ducem Sabaudicæ accusant Episcopum, quod de transferendis in Regem Gallorum Civitatis Genevensis juribus pertractaret: quæ calumnia primò locum non habuit, postea admittæ Senatui suavit, ut vel ad pœnam, vel ad terrorem decreto edito bonæ Episcopi publicata in ærarium Principis referret; nihil tamen edicto commotus ipse hoc unum respondit, non eam sibi, ut credebatur, injuriam irrogari, sed ita à Deo admoneri, quod vellet undique spiritalem, quem temporalibus destituit permitteret. Quibus verbis Senatus concilius veniam petiit, eique omnia restituit. Hæc enim Dei lex est, ut fides dum damna patitur, per damna nobilitetur. Neque

minus lucri fulgorem, quamvis specie boni splendidum, contempserit, dum Coadjutoris Parisiensis munus ea de causa illi oblatum, quod pinguiori reddito abundaret ad paupertatem sustentandam, respuit, illud oraculum opponens, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi collocavit.

§. 14. Cum tale, ac tantum fidei fundamentum jecisset, mirum non fuit si perfectissimum, & omnibus virtutibus absolutam sanctitatis molem ad supremum usque apicem extulit, & si Ecclesiæ communi consensu Sanctorum insignia, & prærogativas tanto viro tribuere non dubitet. Pauperum erat eximius amator, eorumque indicem secum defererebat, semper ad eos præsertim sublevandos maximè intentus, quos pudor, ac rubor deterrebant. Abstinenciam verò, ac frugalitatem, tam in victu, quam in vestitu severe retinuit, ut & sibi modum statueret, ac largius aliorum inopia subveniret: namque hoc verè charitatis ingenium est, sibi detrahere, aliis addere; sic mensæ imposita ferula ad pauperes ablegabat; subligacula, interulas, similesque pannos sibi demptos ad aliorum operimentum traducebat, immò suppellectilem argenteam, candelabra, urceolos, anulum ipsum Pastoralem oppignoravit, ne pauperes dolerent: dotem puellis, quam poterat, amplam erogabat, ne ipsarum pudicitia periclitaretur. Peregrinos, ac Religiosos viros, tanquam fratres domi excipiebat: omnes demùm egestate pressos non contracta manu solabatur, & tam copiose, ut cum regionem late fames, ac alimentorum inopia invasisset, neminem stipe frustratum prætermiserit, singulis egenis familiis certa tritici copia attributa: & ed excrevit hæc juvenandi cupiditas, ut cum nactus esset hominem mutum, ac surdum omni ope destitutum, non modò cum recreaverit iis subsidiis, quibus vita sustentatur, sed domi suæ educatum, quæ nutibus, quæ gestibus (ingeniosa enim pietas est) informavit ad æternam salutem. Sicque cætera virtutum genera exercuit, charitatis æstu succensus, ut septuaginta hæreticorum millia Ecclesiæ Catholicæ subjecisse sit famâ vulgatum.

§. 15. Ex hujus charitatis officina volumina prodierunt, quorum documentis irrigata popularum, ac nobilium virorum pectora affluentem evangelicæ vitæ messem perperere. Ex hujus etiam charitatis altissima disciplina emanarunt leges tot sodalitatum ab ipso institutarum, Augustissimi Sacramenti, Beatissimæ Virginis de Puritate, Eremitarum in Monte Vaironensi, præsertimque Ordinis Sanctimonialium Visitationis Beatæ MARIÆ sub Regula Sancti Augustini, cujus splendor tantum illuxit, ut intra modicum temporis intervallum ad centum supra triginta Monasteria sit propagatus. Hujus demùm charitatis stimulis planè perennibus agebatur ad suæ Diocesis commoda diu, noctuque omni sollicitudine procuranda, in qua lustranda dum laborat, atque Annessium regreditur, Lugduni, Sacro celebrato, vehementi apoplexia correptus, atque Ecclesiæ Sacramenti per summam pietatem, humilitatemque resectus, fidei professione emissæ, repetitis non semel iis verbis: Servus inutilis sum, voluntas Domini, non mea fiat: Deus meus, & omnia; proximo die Sanctis Innocentibus sacro, dum in litaniis ipsi Sancti Innocentes invocabantur, innocens ad regna cœlestia translatus est anno ætatis quinquagesimo quinto, & reparatæ salutis vigesimo secundo supra sexcentesimo, & millesimo.

§. 16. Placuit autem Altissimo, qui mirabilis est in Sanctis suis, tantæ Sanctitatis virum non modò per venerationem, cultumque popularum nobilitare, sed etiam compluribus signis, ac miraculis illustrare, ut vivens, ac mortuus humano generi prodesset. Itaque constat per acta publica auctoritate nostra, & Sacre Rituum Congregationis confecta, & diligenter expensa, Hieronymum Gemin in aqua obrutum, cum jam ejus cadaver fetens sordide involutum efferebatur, revixisse, sustulisse brachia, & loqui coepisse, magnificentando Salesium, qui sibi tunc in ipso redeuntis vitæ momento Episcopali habitu indutus benigno, ac splen-

quodam
modo
quodam
modo
quodam
modo

quodam
modo
quodam
modo

quodam
modo
quodam
modo

quodam
modo
quodam
modo

quodam
modo
quodam
modo

Pauperum
erat eximius
amator.

Septuaginta
hæreticorum
millia Eccle-
sia catholica
subjecit.

Varia sodali-
tata, præcipue
Monialium
instituta.

Obiit Lug-
duni.

Sequitur
miracula.

Mortuum
revixit.

dido vulgus adesse visus est, non sine aliis ingentibus miraculi additamentis.

*Cæcum na-
tum illumi-
nari.*

Claudium Marmon cæcum natum septennem, cu-
jus oculi facultate videndi prorsus destituebantur, cum
novendiali præce absoluta ad ejusdem sepulchrum pro-
cumberet, usum luminis accepisse.

*Paralyticum
Januar.*

Joannam Petronillam Eurax quinquennem paralyti
laborantem, quamvis coxis, cruribusque aridis ad mo-
tum planè inepta crederetur, eamets hora, qua pater ad
Francisci tumulum opem implorabat, ad matrem inco-
lumi corpore, & festino gradu prorepisse.

*Morbum
infantia.*

Claudium Juliar paralyti pariter afflictum, sed in-
nata, & decennali, usque utriusque coxendicis, ac
cruris destitutum tertia vice à matre delatum ad Fran-
cisci sepulchrum deosculandum, momento temporis
membra, quæ inhabilia erant, roboratis surrexisset,
stetisse, & ambulasse.

Franciscam de la Pesse demersam flumine vitæ resti-
tuisset, livore, tumore, deformitatique notis mirabi-
liter deterfis.

Jacobum Giudi nervis contractum, & planè ab ipso
ortu impotentem subito sanatum.

Carolus Moteron etiam ab ipsa nativitate impe-
ditum membris, ac toto corpore difformem, subito
exemptum, ac perfecta humani corporis forma accepta,
gressum moville.

*Pestilentiæ
Canonice
tionis.*

§. 17. Quapropter ejus vitæ sanctissimæ meritis pos-
tulantibus, ac rogantibus charissimis in Christo filiis
nostris Ludovico Galliar Rege Christianissimo, & Anna
ejus Matre Vidua, ac Enriquetta Maria Angliar Re-
ginis, & dilectis filiis nobilibus Viris Carolo Ema-
nuuele Sabaudiar Duce, & Pedemontium Principe, ac
Christina ejus Matre Ducissa Sabaudiar Vidua, ac
Francisco Maria, ac Adelaida Duce, & Ducissa Bava-
riar, necnon Clero, Principibus, & Magnatibus Regni
Galliarum, ac universo Ordine Monialium Visitatio-
nis Beatæ MARIÆ Virginis, post ejusdem Francisci
de Sales Beatificationem die 28. Decembris anni 1661.
publicè in Sacrosancta Basilica Principis Apostolorum
Missæ sacro peracto celebratam annuimus, ut ejusdem
Canonizatio haberetur. Et cum jam nihil deesset eor-
um, quæ huic Sacrosanctæ functioni necessaria sunt
ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Canonum
Decretis, S.R.E. antiqua consuetudine, ac novorum
Decretorum præscripto: Tandem justum, & debitum
esse censentes, ut quos Deus honorat in Cælis, nos
venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris,
hodie in Sacrosancta Vaticana Basilica, in qua solemn-
ritu cum ejusdem S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis,
Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Romanæ
Curie Prælatibus, Officialibus, & Familiaribus nostris,
Clero Seculari, & Regulari, ac maxima Populi fre-
quentia manè convenimus, post trinas pro Canoniza-
tionis decreto Nobis per dilectum filium nobilem
Virum Carolum Ducem de Crequy apud Nos Regis
Christianissimi Oratorem pro parte ejusdem Regis por-
rectas petitiones, post sacros hymnos, litanias, aliasque
preces Spiritus Sancti gratia ritè implorata.

*Sanctorum
Catalogo
ascribimus.*

§. 18. Ad honorem Sanctissimæ, & Individuæ Tri-
nitatis, ad exaltationem Fidei catholicæ, & Christia-
næ Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri
JESU CHRISTI, Beatorum Apostolorum Petri, &
Pauli, ac nostra, matura deliberatione præhabita, &
divina ope sæpius implorata, ac de Venerabilium Fra-
trum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, &
Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum
Franciscum de Sales Episcopum Genevensium Sanctum
esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum cata-
logo ascripsimus, prout præsentium tenore decerni-
mus, definimus, & ascribimus. Statuentes ab Ecclesia
Universali quolibet anno die 29. Januarii memoriam
ejus inter Sanctos Confessores Pontifices pia devotione
recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti. Amen.

Indulgencia.

§. 19. Parique auctoritate omnibus utriusque sexus
Christi fidelibus verè poenitentibus, & confis, qui

annis singulis dicta die 29. Januarii sepulchrum, in
quo ejus corpus asservatur, visitaverint, septem annos,
& totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliis quo-
modolibet debitis poenitentis misericorditer in Do-
mino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

§. 20. Quibus peractis gratias, laudesque Deo opti-
mo maximo reddituri, quod Sancto Francisco de Sales
Episcopo Genevensi cultum, præconia, & honores ab
Ecclesia Sanctis Pontificibus, & Confessoribus præstari
solita Nobis decerni voluerit, hymno Te Deum
laudamus decantato, orationeque à Nobis recitata, ad
Altare Sancti Petri Missam de more solemniter cele-
bravimus die Dominica secunda post Pascha, additis
secunda Oratione propria de Sancto Francisco, & se-
creta, ac postcommunione de communi Sacerdotis
Pontificis: omnibusque Christi fidelibus ibidem præsen-
tibus plenariam omnium peccatorum suorum indul-
gentiam, & remissionem concessimus.

Deum itaque, qui mirabilis est in Sanctis suis, be-
nedicimus, quia suscepimus misericordiam in medio
templi ejus, dum novum Nobis in Ecclesia apud Di-
vinam suam Majestatem patronum, & intercessorem
concessit ad ejusdem Ecclesiæ tranquillitatem, Fidei
Catholicæ incrementum, hæreticorumque à via salutis
errantium lumen, & conversionem.

Cæterum quia difficile foret præsentibus nostras litte-
ras ad singula loca ubi opus esset, deferri: Volumus
ut earum exemplis, etiam impressis, manu tamen pu-
blici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in
dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique
fides adhibeatur, quæ eidem præsentibus adhiberetur,
si essent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 21. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
ginam nostri Decreti, definitionis, adscriptionis, man-
dati, statuti, concessionis, elargitionis, relaxationis,
& voluntatis infringere, vel ei aulu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumperit, indigna-
tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incar-
nationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo-
quinto, tertiodecimo Kalend. Maii, Pontificatus nostri
anno undecimo.

† Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ
Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus Portuensis, Card. Barbe-
rinus, S.R.E. Vicecancellarius.

† Ego Martius Episcopus Sabinenfis Cardinalis Gi-
nettus.

† Ego A. Barberinus Episcopus Prænestinensis Cardinalis
Antonius S.R.E. Camerarius.

† Ego Joan. Baptista Episcopus Albanensis Cardinalis
Pallottus.

† Ego F. Maria tituli S. Laurentii in Lucina Cardinalis
Brancatius.

† Ego Uldericus tituli S. Mariæ Transtiberim Card.
Carpineus.

† Ego Stephanus tituli S. Laurentii in Pane & Perna
Card. Duratius.

† Ego F. Vincentius Maculanus Ordinis Prædicatorum
tit. S. Clementis de Florentiola Card. S. Clementis.

† Ego Nicolaus tit. S. Mariæ Angelorum Card. Ludo-
vici M. Poenitent.

† Ego

- † Ego Federicus tit. Sancti Petri ad Vincula Cardinalis Sfortia.
- † Ego Benedictus tit. Sancti Honophrii Cardinalis Odescalcus.
- † Ego Laurentius tit. SS. Quiricii, & Julitz Cardinalis Ruggius.
- † Ego Joannes Franciscus Paulus Gondus tit. Sanctae Matiae super Minervam Cardinalis de Rees.
- † Ego Aloysius tituli S. Alexii Card. Homodeus.
- † Ego P. tit. S. Marci Cardinalis Orthobonus.
- † Ego Laurentius tituli Sancti Chrylogoni Cardinalis Imperialis.
- † Ego Gibbertus tit. Sancti Joannis, & Pauli Cardinalis Borromeus.
- † Ego Joan. Baptista Spada tit. S. Marcelli Cardinalis Sanctae Sufanae.
- † Ego Franciscus tit. Sanctae Mariae in Via Cardinalis Albitius.
- † Ego Octavius tit. S. Caeciliae Cardinalis de Aquaviva, & Aragonia.
- † Ego Flavius tituli Sanctae Mariae de Populo Cardinalis Chifus.
- † Ego Scipio tit. Sanctae Sabinae Cardinalis Delcius.
- † Ego Hieronymus tituli Sanctae Agnetis Cardinalis Farnesius.
- † Ego Julius tituli Sancti Sixti Cardinalis Rospi-gliofus.
- † Ego Sfortia de Societate Jesu tit. S. Salvatoris de Lauro Cardinalis Pallavicinus.
- † Ego Volumnius tituli Sancti Martini in Montibus Card. Bandinellus.
- † Ego Petrus tituli Sancti Callisti Cardinalis Vidonus.
- † Ego Carolus tituli Sanctae Anastasiae Cardinalis Bonellus.
- † Ego Virginius S. Mariae in Vialata Diaconus Card. Urfinus.
- † Ego Franciscus S. Mariae in Porticu Diaconus Card. Maidalchinus.
- † Ego Fridericus Sancti Caesarii Diaconus Cardinalis de Hallia.
- † Ego Carolus Sancti Angeli in Foro Piscium Diac. Card. Barberinus.
- † Ego Carolus Sancti Eustachii Diaconus Card. Pius.
- † Ego Decius Sancti Adriani Diaconus Cardinalis Azzolinus.
- † Ego Odoardus SS. Cosmae, & Damiani Cardinalis Vecchiarellus.
- † Ego Franciscus Maria SS. Viti, & Modesti Diaconus Card. Mancinus.
- † Ego Angelus Sancti Georgii Diaconus Cardinalis Celsus.
- † Ego Paulus S. Mariae de Scala Diaconus Cardinalis Sabellus.

Declaratio super reservatione Beneficiorum.

ALEXANDER EPISCOPUS
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum noviter in quadam lite, & causa pendente in Tribunali Auditoris Camerae super executione litterarum Apostolicarum in forma Brevis expediarum inter Provisum Apostolicum de quibusdam Beneficiis Diocesis Bononiensis actorem ex una, & Provisum à Cardinali Indultario reum conventum partibus ex altera, in controversiam positum fuerit, an Constitutio felicitis recordationis Benedicti Papae XII. quae incipit, *Ad regimen*, edita tertio Idus Januarii anni millesimi trecentissimi trigesimalquinti, per Summos Pontifices praedecessores nostros innovari solita, & per Nos quoque innovata in Regula prima Cancellariae, induxerit renovationem Beneficiorum à Notariis Sedis Apostolicae, Protonotariis nuncupatis, & à Scriptoribus litterarum Apostolicarum, & ab aliis Officialibus dictae Sedis ibidem expressis obtentorum, ratione solius familiaritatis Pontificiae eidem Officialibus concessae à pia memoriae Paulo Papa III. in ejus Constitutione, quae incipit, *Sanctissimus*, lecta & publicata in Cancellaria Apostolica die vigesima secunda Decembris, Pontificatus anno primo, aut forsam etiam ab aliis Pontificibus antecessoribus, aut successoribus; vel potius ratione officii. Item an ad effectum reservationis requiratur obitus eorumdem Officialium in Romana Curia, vel intra duas dictas: vel potius reservatio intret ubicumque eos mori contingerit. Et insuper, an Protonotariatus adeptus ex Militia Militum Piorum, & Scriptoratus litterarum Apostolicarum separatim acquisitus constituant duas reservationes personales exclusivas Indultorum Cardinalium ad praescriptum Constitutionis editae à rec. memoriae Urbano Papa VIII. incipientis, *Quamvis*, sub Dat. die decima quinta Julii, Pontificatus anno decimonono: vel potius constituant unam tantummodo localem ex facto obitu Officialium in Curia.

§. 1. Ut materia haec aded exemplaris maturius discutere, mandavimus in causa, & causis praedictis per dictum Auditorem Camerae procedi de voto Rotae nostrae; & sub die vigesima quarta Januarii millesimi sexcentissimi sexagesimiprimi coram dilecto filio Magistro Priolo ejusdem Rotae Auditore, proposito dubio super executione Brevis praedicti, fuit negativè resolutum; & subinde iterum, atque iterum repropoita causa sub diebus prima Junii anni millesimi sexcentissimi sexagesimiprimi, & vigesima octava Aprilis anni millesimi sexcentissimi sexagesimiquarti, eaque ex speciali nostro mandato discussa per omnes ejusdem Rotae Auditores, resolutio capi non potuit propter discrepan-tia Auditorum suffragia.

§. 2. Interim verò emanatis aliis provisionibus Apostolicis de aliis diversis Beneficiis ad retardandam eorumdem provisionum executionem, allegata fuit decisio praedicta, quamvis per dictam iteratam repropoitionem sine ullius resolutionis conclusione in suspensio remanserit.

§. 3. Unde causarum, & litium celeri expeditioni pro posse, sicut debemus, providere volentes, cognitionem, discussionem, & resolutionem dubiorum praedictorum demandavimus quinque Romanae Curiae Praelatorum Congregationi, à qua Colligantibus praedictis plene informantibus, eorumque ac Dataria nostrae juribus, iterum, atque iterum sub diebus vigesimo primo, & vigesimo octavo Martii labentis anni millesimi sexcentissimi sexagesimi sexti accuratè discussis, declaratum, ac resolutum fuit beneficia Protonotariarum, Scriptorum, & aliorum Officialium enumeratorum in dicta Constitutione *Ad regimen*, esse reservata, & quae decedant, etiam extra Romanam Curiam.

ALEXANDER SEPTIMUS.

Curiam, & extra duas dietas: Itemque reservationem Beneficiorum obtentorum per dictos Officiales intrare etiam ratione solius officii: Et insuper Protocollariarum ex dicta Militia Pia, sive Militum Pionum, & Scriptoriarum separatim acquisitum constituere duas reservationes personales coequales exclusivas Indulti.

§. 4. Ne autem materia hæc plenè discussa, & resoluta amplius in dubium revocetur in prædicta, vel aliis causis, inherentes vestigiis diversorum Prædecessorum nostrorum, qui ut licitum anfractus præciderent dubia juris, tam pro causis pendentibus, quam etiam pro futuris proprio oraculo declararunt, sicut in materia reservationis Beneficiorum inter ceteros fecerunt similis inerp. Paulus Papa II. in Constitutione, quæ incipit, *Ad Romani*, & dictus Urbanus in Constitutione sua præfata: Mortis nostro proprio, non ad aliquis nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine singularum Constitutionum, & declarationum hæcenus per dictos Prædecessores nostros respectivè factarum, & ordinarum tenores, etiam veriores, ac datas præsentibus pro expressis habentes, omnes, & singulas resolutiones, & declarationes prædictas emanatas à dicta Congregatione quinque Prælatorum confirmamus, approbamus, & eis inviolabile firmitatis Apostolicæ robur adjicimus, sicque iterum, & pariformiter nos quoque auctoritate Apostolica declaramus, talemque esse mentem, & intentionem nostras denunciamus, & ita pro lege declaratoria ubique inviolabiliter observari volumus, & mandamus tam in prædicta, quam etiam in omnibus aliis litibus, & causis pendentibus, atque in aliis omnibus de cætero movendis; & præmissa ut supra declarata in controversiam deinceps revocari non posse, neque licere præcipimus, & jubemus: Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, & quoscumque alios etiam speciali expressione indigentes judicari, & deserviri, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane decernimus si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, adjunctionis, declarationis, denunciationis, voluntatis, mandati, præcepti, jussionis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, sexto Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno undecimo.

A. Subdatarius. S. Corinthien.
Visa de Curia P. Ciampinus.
D. Ciampinus.
Registrata in secretario Brevium.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1666. Indictione quarta, die vero decimotertia Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri Alexandri Divina Providentia Papa VI. anno undecimo, superscripta littera affixa, & publicata fuerunt ad vatum Basilicarum Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolica per nos Alexandrum Albrinium prælibat S. D. N. Papa Cursem.

Hilarius Comellus Mag. Curs.

Anno, mense, die, & Pontificatu quibus supra, supra-

dictæ littere fuerunt lectæ, & publicatæ in Parco Majori Cancellariæ Apostolicæ, ac registratæ in quinterno ejusdem Cancellariæ per nos Joannem Baptistam Maurum Procustodem.

Indultum deferendi habitum Prælatitium CLXX pro Abbate Generali Congregationis Canoniorum Regularium Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini.

ALEXANDER EPISCOPUS Edita 1666
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

D Ecet Romanum Pontificem, quem Altissimus universalis Ecclesiæ curæ præposuit, divina dispositione ad ea, per quæ personarum Ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim insignium Congregationum Canoniorum Regularium regimini, & administrationi, ac ornameto, divinique cultus celebrati, & decori consulitur, libenter intendere, ac in illis pastoralis officii sui partes favorabiliter interponere, prout locorum, & personarum hujusmodi circumstantiis debere pensatis, ad devotionis Christi fidelium augmentum, & propagationem, necnon Altissimi laudem prospicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis Mariæ Lancii Canonici Congregationis Canoniorum Regularium Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini, dictæque Congregationis moderni Abbatis Generalis petitio continebat, quod cum inter Congregationes Canoniorum Regularium Italiæ Congregatio Canoniorum Regularium Sancti Salvatoris Ordinis Sancti Augustini celebris, ac à Sede Apostolica pluribus favoribus, & gratiis decorata existat, illiusque Abbas Generalis Mitra, Baculo, & Annulo Pastoralibus, cæterisque Pontificalibus insigniis utatur, potiatur, & gaudeat, plurimum tamen decori, & dignitati Abbatis Generalis dictæ Congregationis videretur convenire ipsum, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales à nobis, & Sede prædicta aliqua digniori prærogativa decorari, & illustrari. Quare pro parte dicti Joannis Mariæ moderni ejusdem Congregationis Abbatis Generalis fuit Nobis humiliter supplicatum, quatenus ipsum specialis gratiæ favore prosequi, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur qui Ecclesiarum quarumlibet, & insignium Congregationum decorem, divinique cultus augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, eundem Joannem Mariam modernum Abbatem Generalem, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales prædictos, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Joanni Mariæ moderno ejusdem Congregationis Abbati Generali, ejusque successoribus Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus dictæ Congregationis Sancti Salvatoris prædictis, ut de cætero perpetuè futuris temporibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, ac ubique locorum, ubi dictum Joannem Mariam, & pro tempore existentes Abbates Generales prædictos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis visitationibus, capitulis, sessionibus, ac quibusvis actibus, & processibus, etiam coram Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus, etiam in Capellis Pontificiis Mozzettam, & Mantellettam coloris habitus ipsius Congregationis, unà cum Pileo, & Bireto Prælatiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, Apo-

ALEXANDER SEPTIMUS.

solita auctoritate tenore presentium de speciali gratia perpetuo concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem desuper impartimus.

§. 3. Decernentes ipsum Joannem Mariam, & successores suos pro tempore existentes Abbates Generales predictos super delatione, gestatione, & usu Mozzettae, & Mantelletae, Pilei, & Bireti predictorum, à quoquam, sub quovis pretextu, vel causa, aut occasione nullatenus impediri posse, presentes quoque nostras litteras semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, necnon sub quibusvis similibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties presentes in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Joannem Mariam, & successores predictos Abbates Generales pro tempore existentes, quandocumque eligenda concessas esse, & fore, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis praedictae Nuncios judicari, & definiri debere, irritumque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate decernimus.

§. 4. Non obstantibus quibusvis, etiam in Synodali-bus, & Provincialibus, ac generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis, concessionis, Indulti, impartitionis, & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, octavo Idus Augusti, Pontificatus nostri anno duodecimo.

III. Constitutio pro instauratione, ac Reformatione Ordinis Cisterciensis.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

IN suprema Sedis Apostolicae specula dispositione divina constituti Dominicum gregem caelitus nobis committimus circumspicientes, mentis nostrae aciem convertimus in sacrum Ordinem Cisterciensem, cujus odor sicut agri pleni suavitatis, cui Dominus benedixit, totam replevit Ecclesiam, & veluti fons hortorum irrigavit ceteras irrigavit Religiones, & Ordines. Verum volventibus annis, non sine magno animi nostri dolore cognovimus, Ordinem memoratum à primae institutionis tramite ob temporum injuriam, & calamitatem non modicum deflexisse, & plurima passum esse in spiritualibus, & temporalibus detrimenta. Quare nos ex debito pastoralis officii singulari zelante affectu, ad tanti Ordinis instaurationem, ac reformationem, divino freti auxilio, nostrae sollicitudinis partes duximus impendendas: *Ut monastica disciplina ubi collapsa fuerit, restitatur, & constantius ubi conservata est, perseveret: unitas servetur in Ordine, & praesens dissensionibus, ac dissidiis qua in regno Galliae inter communis, & strictae Observantiae Monachos jam dudum exorta sunt, sincera pax, & omnia charitatis officia benedictis Domino reintegrentur.*

§. 1. Aliis siquidem per nostras litteras in forma Brevis expeditas die 16. Januarii 1662. Pontificatus nostri anno septimo, de voto particularis Congregationis à nobis desuper deputatae, quae scripturae hinc inde datas vidit, & examinavit, causam ipsius reformationis in statu, & terminis, in quibus tunc temporis reperiebatur, à quocumque Tribunali ad Nos evocavimus, ac dilecto filio Claudio Vauffin Abbati Cistercii totius Ordinis Generali dedimus in mandatis, ut advocaret, seu moneret viros idoneos Ordinis sui, tam ex Gallia, quam aliunde, ad exhibendum infra tres menses dictae Congregationi particulari deputatae, articulos concernentes dictam Reformationem à nobis institutam, & alias ut in memoratis litteris plenius continetur: *Cumque praedictus Claudius nostris parendo mandatis, Reformationis articulos à nos transmiserit, idemque praestiterim dilecti filii Abbates strictae Observantiae in Gallia multis ab hinc annis introductae: Nos hujusmodi articulos utrimque exhibitos Congregationi nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, ac dilectorum filiorum Romanae Curiae Praetorum à nobis desuper instituta, sedulo, ac mature examinandos, & expendendos commisimus, quorum quidem articulorum ad generalem Reformationem Ordinis Cisterciensis conveniens restrictio, & ad capita Sancti Benedicti Regulae reductio talis est, videlicet.*

Circa caput 2. Regulae: *Qualis debeat esse Abbas.*

1. Juxta Sacri Concilii Tridentini decreta summa cura satagant dicti Ordinis Abbates, & Superiores, ut à suis utriusque sexus subditis essentialia vota, quae sunt bases, & fundamenta totius regularis disciplinae, inviolabiliter observentur. Ipsi vero Abbates, & Superiores forma gregis facti, ex animo exemplum praebant in omnibus, magistrum sequentes Regulam.

2. Habeant Abbates, & Conventus propria sigilla, & teneantur novi Abbates praestare juramentum de non alienandis, & impignorandis bonis Monasterii, ac de pecunia, & redditibus illius inutiliter non expendendis: Et omnes Officiales idem juramentum praestabunt de suis munitis fideliter exercendis, ac de mutuis non contrahendis, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis.

3. Cum ad monasticam disciplinam restaurandam, & restitutam conservandam maxime visitationes regulares conducant, Capitulum Generale, Abbas Cistercii Ordinis Generalis, & quatuor primi Abbates, de Firmitate, de Pontignaco, de Claravalle, & de Morimundo, provideant diligenter, ut singulis annis sollicitè, charitative, prudenter, & cum pietate fiant ad animarum salutem, cultum divinum, votorum essentialium observantiam, & alia quae ad mores, correctionem, & personarum regularium aedificationem, necnon administrationem, & statum temporalem pertinent. Caveant vero maxime Visitatores ab omni donorum receptione, & etiam ne nimium numero comitatu, aut familia gravioribus quam expediat expensis Monasteria onerent, & manducant tempore Visitationis in refectorio cum Fratribus, propter disciplinam servandam.

4. Abbates Regulares etiam perpetui subjaceant visitationi, & correctioni Visitorum etiam non Abbatum, & ab ipsis ad sufficientem numerum Monachorum debite, & religiose enutriendum, aedificiorum reparaciones, annuas Ordinis contributiones solvendas, communia Ordinis, & Provinciarum onera sustinenda, jurisdictionis suspensione, aliisque Ecclesiasticis poenis, & censuris, servato juris ordine cogantur.

5. Ad residentiam in suis propriis Monasteriis prout de jure, teneantur, nec in Castellis, nec in Grangiis, aut alibi extra septa Monasteriorum suorum commorentur: neque quarumcumque Monialium alterius Ordinis regimen, & visitationem absque expressa Summi

ALEXANDER SEPTIMUS.

Summi Pontificis licentia sub poena privationis vocis active, & passive ipso facto incurrenda, suscipere audeant.

7. Inter Abbates Regulares, & Conventus, aut Officiales Monasteriorum nulla fiat partitio bonorum, fructuum, reddituum, & proventuum eorum; sed communibus ipsorum usibus deputentur juxta statutum Benedicti Papæ XII. nisi pro meliori regimine, & utilitate quorundam Monasteriorum ad impediendas dilapidationes, à Capitulo Generali, vel à Comitibus intermediiis aliter judicaretur.

8. Procurent tamen Superiores, & Visitatores Ordinis, ut in Monasteriis commendatis quantum fieri poterit, pensiones Religiosorum, & Famulantium in bonis stabilibus assignentur.

Circa caput 3. De adhibendis in consilium fratribus.

9. Capitula Generalia quolibet triennio apud Cistercium celebrentur, eisque omnes Abbates, nisi legitime impediti, aut ob justas causas excusati, simul & Abbates à Congregationibus deputati, Procuratores Generales, Visitatores, & Syndici Provinciarum, Collegiorum Provisores, seu Rectores adesse teneantur, de sibi commissis muneribus actis, & per se gestis rationem reddituri, & de agendis, aut reformandis in posterum in timore Dei juxta regularia Ordinis instituta, & Constitutiones Apostolicas tractaturi.

10. Licet autem soli Diffinitores vocem decisivam in definitionibus condendis habeant, tamen omnes Abbates, & alie personæ idoneæ, & de Ordine benemeritæ, judicio Abbatis Generalis, & quatuor primorum Abbatum designandæ, & post electionem Diffinitorum nominandæ, vocem consultivam habebunt.

11. Serventur quoque Constitutiones circa numerum eorum, quos Abbates dicti Ordinis venientes ad Capitulum sacum ducere olim poterant; nullusque qui non habet jus interveniendi, vel non fuerit vocatus, absque licentia petita, & obtenta ab Abbate Generali, ad dicta Capitula accedere audeat.

12. Et quia in dies multa emergunt negotia, quæ matura deliberatione indigent, quolibet tempore intermedio inter duo Capitula die, & loco per Abbatem Cisterciensem designandis, ipse Cisterciensis, & quatuor primi Abbates conveniant cum aliis ex Visitatoribus Provincialibus Monasteriorum utriusque Observantia, Præsidibus Congregationum, Procuratoribus Generalibus, & Syndicis Provinciarum, qui negotia magni momenti agenda habebunt: Et ut celebratio dicti Conventus sit omnibus nota, ipse Generalis Abbas eam more solito ante sex menses Præsidibus Congregationum, Visitatoribus Provinciarum, Procuratoribus Generalibus, & Syndicis indicere tenebitur, ut ad dictam Congregationem accedant, vel mittant, certioresque faciant dictum Abbatem Generalem, & quatuor primos de statu Congregationum suarum: præter quem Conventum nullus alius in toto Gallie Regno fiat sub quocumque prætextu, nisi à Capitulo Generali concelebratur.

13. Visitatores Provinciarum Monasteriorum communis Observantia à Capitulo Generali, aut ipso cessante, ab Abbate Cisterciensi, de consilio, & consensu quatuor primorum Abbatum, sicut alii publici Officiales, instituuntur non solum ex numero Religiosorum probatorum communis Observantia, sed etiam, si ita expediens judicaverit, ex numero Religiosorum strictæ Observantia, seu Abstinencia, quorum consilio, & opera uti poterunt ad præsentem reformationem instituendam.

14. Item Provisor Collegii Parisiensis, Procurator, Doctores, Regentes, & alii Officiales secundum Benedicti Papæ XII. Constitutionem, per Capitulum Generale Ordinis, aut eo cessante, sicut consuetum est, ab Abbate Cisterciensi autoritate Capituli Generalis

fungente, instituuntur, & destituuntur usque ad Capitulum Generale, vel intermedium, sive sint ex communi Observantia, sive ex strictiori.

15. Similiter consilia Provinciarum Visitatoribus super merita, vel demerita Religiosorum, instituuntur, & destituuntur à dicto Abbate Generali, & quatuor primariis Abbatibus, & aliis filiationem habentibus respectivè Priores claustrales, & Confessores in Monasteriis Monialium ad nutum amovibiles, observato moderamine, ut in Monasteriis commendatis strictioris Observantia virorum, ac Monialium nullum instituere possint, qui non profiteatur abstinentiam: & licet omnes Ordinis Officiales, & Monasteriorum Priores sint ad nutum amovibiles, atamen quolibet triennio suorum officiorum, & Prioratum voluntariam dimissionem in scriptis faciant Capitulo Generali, Abbati Cistercii, quatuor primis Abbatibus, & aliis Superioribus à quibus respectivè fuerint instituti, cum facultate tamen eos continuandi in officio, & prioratibus quandiu ipsos repererint, & judicaverint idoneos.

Circa caput 6. de Taciturnitate.

16. Laudabilem morem servandi silentium à Completorio usque ad tempus Capituli diei sequentis in omni loco, & semper in locis Regularibus, puta in claustris Regulari, in Ecclesia, in Dormitorio, in Refectorio, & in calefactorio omnes teneant, cum facultate tamen petendi necessaria, submissa voce absque conscientia scrupulo.

Circa caput 8. usque ad 20. inclusivè de forma divini Officii, & modo psallendi.

17. Forma ista exactissime observetur, & materia ab Ecclesie Romanæ usu ad Dei gloriam, & proximi ædificationem sumatur, prout hæcenus consuevit Ecclesia Cisterciensis, cui tanquam matri omnes alie Ecclesie dicti Ordinis ex charta Charitatis, Eugenii III. & Pii V. definitionibus, & præceptis conformari tenentur: ut autem hæc uniformitas in divino Officio persequendo teneatur, in omnibus Monasteriis Ordinis, iidem ritibus, & cantu, & libris omnibus ad diurnas, & nocturnas horas, & Missas necessariis, secundum prædictam formam Cisterciensis Monasterii omnes utantur.

18. Horis canonicis, officio Beatæ Virginis, & Defunctorum juxta usus, & consuetudines laudabiles hujus Ordinis in Choro recitandis, & decantandis omnes, & singuli cum cucullis inter sint, & horas canonicas cum cantu Gregoriano juxta regulam persolvant.

19. Diebus festivis solemnioribus surgent hora secunda post mediam noctem, aliis verò diebus temperatis, prout à Capitulo Generali determinabitur. Horis matutinis post Officium Beatæ Mariæ Virginis, & post Completorium, aut horis competentibus, vacent per mediam horam qualibet vice meditationi, & per decem dies exercitiis spiritualibus semel in anno.

Circa caput 22. quomodo dormiant Monachi.

20. Omnes, tam Abbates, quam Monachi, tam Abbatissæ, quam Moniales in communi dormitorio recumbant, nisi exceptis, quos, aut quas ratione officiorum suorum, aut negotiorum, aut ob alias justas causas ab eo excusari oportet juxta Abbatis, aut aliorum Officialium judicium. Quamvis autem Regula jubet, & etiam Benedicti Papæ XII. constitutio præcipiat, ut omnes in uno loco dormiant sine cellis separatis; tamen ob majorem modestiam, & vitæ honestatem, sicut longa experientia comprobatur est, & ad consulendum cujuslibet infirmitatibus, dictarum cellarum usus venit tolerandus, dummodò juxta Clementis Papæ VIII. decreta habeat Superior clavem, ut

ut cum sibi videbitur, cellas omnes referare possit. Nullasque cellas etiam noctu ita claudat, quin à Superiore possit aperiri. Sit etiam in ostio foramen pendula, vel ductili tabula coopertum. Vestiti dormiant omnes tum parvo caputio albo: lectisternia secundum Regulam in eis disponantur, & supellex talis sit, ut statui paupertatis quam professi sunt Monachi, conveniat: nihil superflui in ea sit, nihil etiam in ea necessarii defit.

Circa caput 28. de his qui sapiens correcti non emendantur.

21. Observentur Sacrae Congregationis Concilii decreta de Regularibus apostatis, & ejectis, & juxta illa dumtaxat incorrigibiles è Monasteriis, & Ordine ejiciantur.

Circa caput 31. De Cellerario.

22. Administratio bonorum temporalium secundum Concilii Tridentini decretum fiat per Officiales, prout scilicet eis injunxerit Abbas, ad nutum amovibiles, sic ut de omnibus receptis, & expensis coram Abbate, seu Superiore, & senioribus domus fidelem teneantur reddere rationem: pecuniarum verò omnes ab uno Burfario per Abbatem, aut Superiorem de consilio Seniorum stabiliendo serventur in arca sub tribus clavibus, quarum una apud Abbatem, aut Superiorem maneat, aliam custodiat lenior domus, tertiam verò ipse Burfarius. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conventus, etiam nomine Conventus, per seipsum habere, seu exercere possit, sed universum id onus tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat, alter tanquam Depositarius pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter alleget, alius de pecuniis, ac rebus à Depositario acceptis Superiori, & Fratribus, ac Conventui universo de necessariis, mandante tamen ipso Superiore, non secundum proprium affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum hujusmodi confusione penitus interdicta.

Circa caput 33. Si quid debeant Monachi proprium habere.

23. Observetur ubique vita communis juxta Concilii Tridentini, Benedicti Papae XII. & Clementis VIII. decreta: nec cuiquam Regularium, tam virorum, quam mulierum dicti Ordinis liceat aliqua bona tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere, vel tenere, nec fas sit Superioribus alicui Regulari concedere bona stabilia, aut certi bladi, panis, vini, vel pecuniarum pensiones dare, etiam praetextu contractuum initorum, vel ineundorum inter Monachos communis, & strictioris Observantiae, quos Sanctissimus Dominus noster Alexander VII. declaravit per suas in forma Brevis litteras de die octava mensis Martii anni 1660. nullos, irritos, illicitos, & paupertati religiosae contrarios; sed omnia omnibus sint communia, & dentur unicuique secundum cujusque Monasterii facultates, regionum qualitates, omnia necessaria tum ad victum, tum ad vestitum, sive sano, sive aegro, sive seni, sive juveni, sine ulla personarum acceptione, & habita tantum ratione necessitatis.

Circa caput 39. de mensura ciborum.

24. Qui abstinentiam à carnibus amplexi sunt, aut in posterum amplectentur, illam exactè retineant, & nemini illorum liceat ad communem ipsius Ordinis observantiam transire, nisi petita, & obventa facultate à Summo Pontifice pro tempore existente, aut saltem à Capitulo Generali, vel eo cessante, ab Abbate Bullarum Magni Tom. V.

Cisterciensi. Nulli etiam communis Observantiae professori propter pacis, & charitatis custodiam liceat ad dictam perpetuam Abstinentiam transire, non petita licentia saltem à suo Patre immediato; ad quam Abstinentiam amplectendam Superiores nullum qui non fuerit in ea educatus, possint cogere: nec ullus licentia utendi carnibus auctoritate Apostolica omnibus personis regularibus Ordinis, etiam sanis, & bene se habentibus data, & ab eadem approbata, & denudò concessa frui possit, nisi tribus diebus tantum in hebdomada extra tempus Adventus, Septuagesimae, & Quinquagesimae, & aliud ab Ecclesia prohibitum.

Circa caput 41. quibus horis oporteat reficere fratres.

25. Jejunia non solum Ecclesiastica, sed etiam à Regula, & à Constitutionibus praescripta serventur Ecclesiastica moderatione. Circa tempus refectiois, senum, juniorum, & infirmorum habeatur ratio: Insuper de jejniis Regulae aliquando possint dispensare Superiores, pro personarum, locorum, regionum, & anni tempestatum consideratione, ut aliqui fructus, & alia id genus alimenta in collatione, seu refectiuncula concedi jejunantibus possint.

Circa caput 51. De fratribus qui non longè satis proficiuntur.

26. Laudabilis consuetudo introducta servetur.

Circa caput 53. de hospitibus suscipiendis.

27. Ad hospitalitatem tantopore commendatam sint ferventiores Monasteriorum Superiores, sed in hospitibus suscipiendis fragilitas appareat, nullusque excessus permittatur; nec Religiosis cum consanguineis, & aliis supervenientibus in dormitorio, in cameris privatis, nec extra loca à Superioribus designata manducare concedatur, sicut nec Monialibus ad crates, & in locutorio cum quibuscumque, tam saecularibus, quam regularibus. Circa verò lotionem pedum hospitem standum consuetudini.

Circa caput 54. Quod non debeat Monachus litteras accipere.

28. Litterae directae non sine Superioris licentia aperiantur, nec dirigendae mittantur; sitque unicum sigillum in Monasterio, quod penes Priorem maneat, eoque omnes litterae sigillentur.

Circa caput 55. de vestimentis, & calceamentis Fratrum.

29. Quia humilitas personas Religiosas maxime decet, & modestia omnium virtutum splendor, & ornamentum existit, Abbates omnes, & Monachi ejusdem Ordinis habitu uniformi, modesto, atque decenti utantur, qui ejusdem virtutes simul, & paupertatem redoleat. Abbates inter claustra Monasteriorum suorum pileos non ferant, sed Religioso more tegantur: Monachi verò tam intra, quam extra Monasteriorum septa nunquam sine capitiis incedant; omnes etiam, tam Abbates, quam Monachi pannis nigri, & albi dumtaxat coloris simplicibus, honestis tamen, & mundis vestiantur, sic ut nihil appareat in eis quod novitates saecularium sapiat, & quod possit offendere intuentes. Ab indusiis, & collaribus lineis abstineant, solisque laneis tam intra, quam extra Monasterium utantur, sicut & femoralibus. Nullus Abbas, vel Monachus audeat Barbam, aut capillos nutrire, vel prominentes in superiori labro pilos alere, aut aliter quam uniformiter, & aequali pectine capillos, vel barbam circumquaque tondere, relicto in capite eo circulo, quem monasticam coronam vocant, ut Religiosi Monasterii Cistercii deferre solent.

Circa caput 37. De artificio Monasterii.

30. Procurent Superiores ut Juvenes, quos ad studia non satis propensos esse judicabunt, honestam aliquam artem edificent, cujus exercitio otiositatem, & solitudinis sedium evitare possint.

Circa caput 38. De disciplina suscipiendorum Fratrum.

31. Circa novitiatum, & professoria designanda servabitur quod statuitur in Litteris Sanctissimi Domini Nostri. Et circa receptionem & educationem serventur Regula, & Constitutiones Apostolicæ, maxime decreta san. mem. Clementis VIII. & recipiantur Novitii sufficientis literaturæ: hoc est grammaticalibus, & si fieri possit, Philosophicis instructi, post aliqualem in habitu seculari probationem in propriis domibus factam, cum sufficienti pensione à Visitatoribus, aut aliis Superioribus pro ratione locorum determinanda, & à Monasteriis pro quibus suscipiuntur solvenda, vel compensanda.

32. Recipiantur autem à Visitatore Provinciae, & à novitiorum Magistro, & ab ipsis examinati, & idonei inventi vestiantur, & probentur, atque in hac communi Observantia ita educantur, ut excepta sola à carnibus abstinentia, ad omnia Regulae capita, prout hic sunt denotata, sese toto vitæ decursu teneri intelligant.

33. Seminaria, seu professoria simili ratione ad pietatis, & Religionis excolendæ opus erigantur, in quibus noviter profecti cum pensione sufficienti, aut compensatione maneat, & ad perfectionem Sanctæ Regulae, & dicti Ordinis Cisterciensis praxim acquirendam ita erudiantur, ut nullus ex illis ad studia, vel ad Ordines, vel ad gradus assumatur, qui probatæ vitæ, & sufficientiæ testimonia non dederit.

34. Quia aliqui dicti Ordinis Monachi sub prætextu stabilitatis promissæ, dum solemnem votorum profusionem emisissent in aliquo certo, & determinato Monasterio, prætextum se etiam pro majori Monasteriorum ipsorum commodo, bono, & utilitate Ordinis, aut qualibet alia justa, & legitima ratione, si ipsi renuant, in alia Monasteria transferri non posse, nisi ob grave aliquod crimen quod in eodem loco facile emendari non possit, unde experientia ita comprobante multæ sæpe oriuntur dissensiones, inobedientiæ, rebelliones, lites, & incommoda innumera: Renovatur Constitutio Pii II. de anno 1461. qua facultas datur Visitatoribus, & Superioribus Ordinis pro tempore existentibus, ut si eis ita expediens videatur, personas ipsas ad alia ejusdem Ordinis Monasteria transferant, & alias idoneas in earum locum usque ad sufficientem numerum substituunt, in beneficium Novitiatuum, & Seminariorum communium, & faciliorem præsentis Constitutionis, & reformationis executionem, ita ut qui in locis Novitiatuum, & Seminariorum communium, & in aliis reformandis Monasteriis noverint in omnibus præsentis reformationi sese submittere, cogantur sub pena carceris sese transferre ad alia Monasteria per Visitorem provincialem eis designanda, ibique commorari; quæ Monasteria tenebantur illos recipere, & eos tanquam filios & profectos habere, solo excepto jure electionis Abbatum, sub pena interdicti, aliisque censuris contra renuentes, & huic Ordinationi sese opposcentes.

Circa caput 61. De Monachis peregrinis qualiter suscipiantur.

35. Quilibet Visitator, seu Præses Provinciarum habeat sigillum Provinciae ejus Visitationi commissæ, nec præter ipsum possit quilibet dare licentiam conveniendi Superiores majores, nec extra quatuor dietas ex Monasterio proficiscendi: quæ licentia in scriptis detur, & Provinciae sigillo muniat.

Circa caput 64. De ordinando Abbate.

36. Nullus in posterum in Abbatem Generalem Ordinis Cisterciensis, qui eundem Ordinem non sit expressè professus, eligatur, & electio aliter facta, sit ipso jure nulla: & sic eligentes poenam privationis vocis activæ, & passivæ in perpetuum eo ipso absque alia declaratione incurrant; præterea eligendus iis dotibus, & virtutibus sit instructus, quas S. Benedictus in hoc capite & secundo hujus Regulae in Abbate requirit: Vitentur autem in electionibus ejusmodi omnes inordinati ambitus & processus, & secundum Canones fiant per scrutinium, in quibus omnes dicti Ordinis utriusque Observantia Monachi voce passiva respectivè gaudeant, nisi aliunde intercedat impedimentum.

Circa caput 67. De Fratribus in via directis.

37. Meminerint Superiores se, & Religiosos suos obligari ad solitudinem, nec ex illa debere, & posse exire, nisi propter gravem, & necessariam causam, idque cum maximo tremore, ne conceptus devotionis fructus dissipetur. Unde sanctus Legislator à solitudinibus exeuntes ad orationem propter tantum periculum, recurrendum esse jubet: Non ergo permittantur ire Religiosi ad oppida, vel pagos viciniores, nisi contingeret gravis aliqua necessitas, & semper cum socio à Superiore designato.

Circa caput 70. Ut non presumas quisquam alium cedere.

38. Causæ merè regulares inter personas dicti Ordinis emergentes intra ordinem terminentur juxta antiquas illius Constitutiones, nec liceat alicui extra ordinem appellare, sub poenis in ipsis contentis.

39. Omnia supradicta respectivè ad Moniales pertinere volumus, præcipiendo Abbati Generali, & quatuor primis, & aliis Patribus Abbatibus, ut omnes sibi subditas ad clausuram à Bonifacio VIII. & à Concilio Tridentino ordinatam utique reducant, & cogant.

40. Ut autem in posterum una regula, una charitate, similibusque moribus ubique vivatur, & omnes utriusque sexus Ordinis personæ sciant in quo strictior Observantia, excepta sola à carnibus abstinentia, consistat, fiat brevis, & dilucida compilatio, & reductio omnium Constitutionum Apostolicarum, & statutorum, quæ aut per usum contrarium, & aut per aliquam aliam rationem non sunt abrogatæ, & per selectos ab Abbate Generali, & quatuor primis Abbatibus viros, in disciplina regulari, juribus, & privilegiis dicti Ordinis exercitatos distribuatur in certa capita à Capitulo Generali approbata, & promulganda, & demùm typis mandanda, & in vernaculam linguam pro Monialibus vertenda, atque ad calcem Regulae B. Benedicti apponenda, ut in Capitulis singulorum Monasteriorum post lectionem Regulae aliqua eorum capita successivè legantur.

41. Cum verò in Congregatione Cardinalium, & Prælatorum, ut supra instituta, præinserti reformationis articuli diligenter discussi & examinati, & qua parte opus fuit emendati, & aptati fuerint; Nos de omnibus plenè instructi, & informati comperimus illos pro felici Monachorum dicti Ordinis statu, & salubri directione providè compilatos, ac perstrillos fuisse, & cum B. Benedicti Regula, quam primi Cistercienses in primævo instituto Charta charitatis nuncupato, à multis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris approbato tenendam, & intelligendam posteris reliquerunt, in omnibus esse congruentes, præterquàm in aliquibus quæ vel ex rationabili inveterata consuetudine abrogata, vel ex legitima Sedis Apostolicæ dispensatione pro temporum varietate lenita, ac temperata fuerunt. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine tenore præsentium eisdem suprascriptos articulos reformationis in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, illisque per-

fectur

petur, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, utque in universo Ordine Cisterciensi, tam in Regno Gallie, quam in aliis Regnis, & Provinciis, ab omnibus, tam communis, quam stricte Observantiae Religiosis firmiter, & inviolate servari precipimus, & mandamus sub poenis in Regula contentis.

42. Cupientes autem, ut nostra haec reformatio non sit verbotenus, sed divino auxilio realls, & cum effectu, eidem Claudio districtè injungimus, ut primo quoque tempore convocet Generale Capitulum apud Monasterium Cistercii, celebrandum in mense Maio sequentis anni 1667. ad quod vocentur, & convenire teneantur omnes, & singuli Abbates, & Priores conventuales Monasteriorum totius Ordinis praedictionem canonicam non habentes, & in eo Abbas Cistercii, & quatuor Primarii Abbates eligant de more generales Diffinitores, ita tamen ut unusquisque illorum eligere debeat saltem duos ex Abbatibus strictae observantiae; aded ut in universum in diffinitorio vocem decisivam habeant Abbates 25. videlicet Abbas Cistercii, & quatuor primarii Abbates, item Diffinitores decem ex communi, & totidem ex stricta observantia: in Capitulo autem, seu Diffinitorio, ut praemittitur, congregato, diligens habeatur tractatus de reformatione Ordinis, & observantia regulari, deque aptiori modo exequendi, & ad praxim deducendi praesertim Reformationis articulos, & quod deliberatum, ac statutum fuerit, inviolate observetur.

43. Ordinentur etiam in eodem Capitulo, seu diffinitorio religiosae, ac circumspicuae personae, quae singula Monasteria cujusque Provinciae secundum formam eis praefixam visitare studeant, corrigentes, & reformantes quae correctionis, & reformationis officio viderint indigere.

44. Praeterea fiat divisio, seu partitio Monasteriorum strictae Observantiae in Regno Gallie existentium, in duas saltem Provincias, & ab ipso Abbate Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus, & decem Diffinitoribus ejusdem strictae Observantiae per secreta schedularum suffragia eligantur ex eadem Observantia duo Provinciales Visitatores nuncupandi, usque ad sequens Generale Capitulum duraturi, quorum quilibet jurisdictionem ordinariam habeat in Monasteriis Provinciae suae.

45. Item in singulis Provinciis Universi Ordinis etiam extra Galliam designentur duo Monasteria Monachorum communis Observantiae, unum scilicet pro Novitiatu, & alterum pro Professorio, seu secundo Novitiatu, una cum Magistris pro educandis Novitiis, & noviter Professis, & cum familia selecta: quae quidem designationes una cum actis Capituli in scripturam redactae, atque ab eodem Abbate Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus subscriptae, & consueto sigillo obsignatae transmittantur ad Procuratorem Ordinis in Urbe nostra existentem, qui statim illas Nobis exhibeat, ut recognoscantur, & approbentur.

46. Interea vero motu, scientia, & potestate similibus prohibemus, & interdiciamus tam praedicto Abbati Cistercii, & quatuor primariis Abbatibus, quam caeteris Abbatibus, & Superioribus Monasteriorum communis Observantiae, sive in Gallia, sive in aliis Regnis, & Provinciis existentium, ne quemquam ad habitum suae Religionis recipiant, aut in posterum contra hujusmodi prohibitionem forsitan recipiendos ad professionem admittant, donec antedictae designationes pro Novitiatibus & Professoriis, ut supra factae, & ad Procuratorem Ordinis transmissae nobis realiter, & cum effectu exhibitae fuerint, atque ut praefertur, approbatae: alioquin sic recipientes, vel admitterentes, sententiam excommunicationis incurrant, a qua non per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constituti absolvi possint.

47. Ad haec de voto ejusdem Congregationis Cardinalium, & Praetorum, qui jussu nostro rationes, & motiva voce, scriptoque proposita, tam a Procuratore Ordinis, quam a duobus Abbatibus strictae Observantiae pro reformationis negotio ex Gallia ad Urbem

ablegatis, iterum ac tertio accuratè, maturèque considerarunt, & discusserunt, nobisque plenam de omnibus relationem fecerunt; auctoritate Apostolica praesentium tenore declaramus litteras in forma Brevis datas diebus 10. Novembris 1657. & 8. Martii 1660. necnon 2. Julii 1661. respectivè nullo obreptionis, subreptionis, intentionis nostrae defectu, vel alio nullitatis vitio laborasse, nec laborare, ac proinde omnino esse servandas, & executioni mandandas, prout servari, & executioni mandari jubemus, perpetuum desuper silentium imponentes sub poenis contentis in primodictis nostris litteris editis die 16. Januarii 1661.

48. Caeterum ex hac nostra declaratione, quoad ea quae memoratis litteris nostris, & his praesentibus non adversantur, Monasteriis Monachorum Reformatorem in Regno Gallie, eorumque strictae Observantiae, aliquod praesudicium generare non intendimus, sed illam in sua firmitate, ac robore volumus permanere, perinde ac si eadem litterae non emanassent. Quin imò nostrae intentionis est eandem strictam Observantiam in sua laudabili vivendi ratione conservare, ac pro illius conservatione, & incremento pastoralis nostri officii partes gratiosè, ac favorabiliter impendere, unde Abbatem Cistercii, & primarios quatuor Abbates serè in Domino monemus, atque adhortamur, eisque in virtute sanctae obedientiae districtè precipimus, & mandamus, ut ipsam strictam Observantiam non modò protegere, ac zelo charitatis complecti, verum etiam diffundere, & propagare pro viribus studeant, ut in dies benedictè Domino in Ecclesia militante fructus ferat uberiores.

49. Similiter declaramus validas fuisse, & esse Professiones à Monachis strictae Observantiae in hanc usque diem emissas, necnon absolutiones cum actis hucusque gestis, quae suum plenarium sortitae sunt effectum, ita ut praedictarum, ac praesentium nostrarum litterarum vigore nullitatis vitio minime subjacuisse, aut subjacere censentur, nec propterea à quoquam impugnari, infringi, aut in controversiam adduci ullatenus possint, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, & alios quoslibet quacumque praesentia, & potestate fungentes, & functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus: non obstantibus praemissis, ac nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure quaesito, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Ordinis, ejusque Congregationum, Provinciarum, Monasteriorum, & locorum quorumcumque, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, inductis, & litteris Apostolicis etiam eidem Ordini, ejusque Congregationibus, Provinciis, Monasteriis, & locis, ac illorum Superioribus, Abbatibus, Monachis, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, ac formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & quantumcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum

tenore, signas, & occasiones presentibus pro plenè & sufficienter expressis, servatis, & insertis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

50. Volumus autem, ut eandem presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripitis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proxius fides adhibeatur ubique, quæ presentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 11.
die 19. Apr.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Aprilis 1666. Pontificatus nostri anno duodecimo.

CLXXIV. Pro Fratribus Ordinis Prædicatorum Teutoniarum, ne videlicet in illa Provincia fiat ulla secessio, divisio, aut separatio, sub pœna excommunicationis, &c.

Edita A. D.
1666. ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium. IN Supremo militantis Ecclesiæ Solio, divina dispositione constituti, illa quæ ab Ordinum Regularium Superioribus ad conservandam unitatem, avertendaque scissuras, prudenti, salubrique disposita esse noscuntur consilio, ut firmiora semper, atque stabiliora persistant, libenter, cum id à Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidio roboramus.

Præceptum Magistri Generalis.
§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Prior Provincialis Provincie Teutoniarum Ordinis Prædicatorum, quod alias, videlicet die 7. Maii 1661. pro conservanda unitate, & indivisione dicte Provincie emanavit à dilecto etiam filio Magistro Generali dicte Provincie præceptum, quo omnibus sibi subiectis, ubique locorum, intra, vel extra Provinciam morantibus, aut moraturis, cujuscumque sint gradus, dignitatis, aut conditionis, prohibet ne quisquam per se, vel alium, seu alios, sive Religiosos, sive Sæculares, directè, vel indirectè, clam, vel palam apud Religiosos Ordinis prædicti, vel extraneos quacumque dignitate, fastigio, officio, aut honore fulgentes, sub ullo colore, prætextu, titulo, aut motivo tractet, vel tractari faciat, suadeat, procuret, aut quoquo modo sollicitet, vel cooperetur ad hoc, ut in prædicta Provincia fiat ulla secessio, divisio, aut separatio, sive inter veteres Provincie partes, sive inter eandem, & partes quæ novissime per incorporationem anno 1653. die 10. Martii factam accesserunt, sicque omne divisionis tentamentum excludat, ac vetat sub pœna excommunicationis late sententiæ, privationis utriusque vocis, graduum, & officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, aliisque pœnis arbitrariis ipso facto incurrendis, & aliis prout uberius continetur in ipsius Magistri Generalis litteris patentibus desuper expeditis, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Frater Joannes Baptista de Marinis Sacre Theologie Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & servus. Quod apud Esaiam ipsismet Deus hæc sibiinet appropriet epitheta: Ego Dominus faciens pacem, & creans malum, nonnullis quidem capta sat arduum videtur, siquidem à Deo non creatur malum, nec nisi bonum esse potest quicquid à Creatore tam bene producit. At ex ipso creandi vocabulo nodum solvit Basilii Magnus, innovans malum creati quando ex ipso (utpote nihilo) eligitur bonum. Tametsi igitur causas Deo inferiores creare ne quidem ut instrumenta possint, sicuti tamen conantur ex malo bonum elicere, optimam consentur imitari Creatorem. Hoc porro & Nos sanguinis advigilantes, ut in grege Nobis commisso, si qua commixta mala, ea ipsa transeant in bonam novi boni occasionem, ac suo modo creentur, dum ex confusione ordo, ex remissione disciplina, ex turbatione tranquillitas formatur,

ac reformatur. Nimirum hæc divini artificis quantalacumque Nos decet imitatio faciens pacem, & creans malum. Sane ingenti commodo suo in Superioribus annis experta est Provincia nostra Teutoniarum, cujus hodierna quies, pax, unitas in tantæ corporis vastæ amplitudine non utique gauderet hac firmitate, nexu, manente, nisi ex ipsismet ejus intestinis quibusdam motibus, rinis, ac nutu in rupturam propendulo respectivè invigilasset ad faciendam pacem, & creandum malum, ex ipso dissidiorum hiatus educerent illud amabilem gluten, quæ in germanam concordiam denuò compaginata saluberrimam (qua & conservatur) conservat unionis suæ integritatem. Numquam, ut fluxæ sunt humanarum rerum vices, abstracto illic periculo, alia (sed alibi, & ab aliis) erupit novæ scissuræ tentatio, dum nuper nonnulli ex nostris in Seryia, ejusque terminis dicte Provincie recentius, ac legitime incorporati, rursus ab illa separari, imò & si fieri posset, notabiles ejus partes secum abstrahere quaesierunt. Quorum præteritionem postquam maturimè per complures menses examinavimus, liquidò demum comperimus eam communi Religionis bono neutiquam coherere, nisi quatenus occasionem Nobis præbet ex ea commotione novam eliciendi pacem, qua pristinum illud indivisæ Teutoniarum gluten securius corroboretur, & Provincie illius integritas etiam adversus hujus extremi membri detractionem, vel potius ipsorum hoc membrum à proprio interitu fortissimè præmuniatur: quod ubi præsterimus, divino illo creandi artificio Nos probe perfunctos nemo prudens negabit.

§. 3. Proinde harum serie, nostrique officii auctoritate omnibus, & singulis nostræ curæ subiectis, ubicumque locorum morentur, aut imposterum moraturi sint, intra, vel extra dicte Provinciam ad eam pertinentibus, sive ab ea extraneis, cujuscumque gradus, dignitatis, aut conditionis existant, in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obedientie, sub formali præcepto, item sub pœna excommunicationis late sententiæ, necnon privatione utriusque vocis, graduum, officiorum, perpetuæque inhabilitate ad ullam in Ordine promotionem, aut functionem honorificam obtinendam, vel obeundam, aliisque arbitrio nostro taxandis pœnis, insimul cum omnibus jam taxatis ipso facto incurrendis prohibemus, ne quisquam per se, vel alium, aut alios, seu Religiosos, seu Sæculares, directè, vel indirectè, clam, vel palam, apud nostros, vel extraneos quacumque dignitate, fastigio, officio, aut honore fulgentes, sub ullo colore, prætextu, titulo, aut motivo tractet, vel tractari faciat, suadeat, procuret, aut quoquo imaginabili modo laboret, cooperetur, vel sollicitet, quod in prænominata nostra Teutoniarum Provincia ulla fiat secessio, divisio, aut separatio, sive inter veteres Provincie partes, sive inter illam, & partes, quæ recentius ipsi per incorporationem anno 1653. die 10. Martii de nostra commissione factam accesserunt, eamque in finem presentium tenore verbatim, ac de integro renovamus, & cum omnibus suis clausulis confirmamus patentibus nostris eodem anno die 12. Aprilis desuper expeditis, quibus & Provincie Teutoniarum indivisionem, & quinque Conventuum Seryiarum cum ea incorporationem stabilivimus, & approbavimus, non solum ac si dicte patentibus syllabam repetitæ hæc infererentur. Et ne horum ignorantia cuiquam suffragetur, mandamus universis per totam dicte Provinciam Pctoribus, & Præsentibus Conventuum sub eodem formali præcepto, ac pœna absolutionis ab officio, quatenus harum integrum tenorem intra biduum à receptione coram sua Religiosa Communitate publicè legi faciant, ac inviolabiliter observari. Consideramus bonos omnes huic nostræ curæ voluntati ingenuè, promptèque parturios, ex quo continua tot annorum serie jam experti sumus, quanta cum modestia susceperint, quam Religiosa fide, ac tranquillitate hætenus observarint ambar antiquiores illas Provincie partitiones nostrum reparatæ unionis, & concordie salutiferum præceptum, adeò quod toto illo octennio nullus omnino ex iis partibus apud nos delatus fuerit, qui vel leviter gluten illud

illud dissolvere, aut saltem verbulo arrodere attentat, quod in illa constanti natione amare, atque laudare non desinimus. Idem incorporatis studium esto, quorum in hoc præcipue spectamus utilitatem, & incrementum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. In quorum omnium fidem, ac robur his sigillo nostro munitis propria manu subscripsimus: Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam, die septima Maii 1661.

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præceptum prædictum ubique in dicta Provincia rite notificatum, & communi ejusdem bono salubre, imò pernecessarium agnoscat, Nobis propterea dictus Prior Provincialis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsam Priorem Provinciale specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: De Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac visis per eisdem Cardinales litteris patentibus Magistri Generalis Ordinis hujusmodi in authentica forma exhibitis tenoris præinserti, easdem litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium benignè approbamus, & confirmamus, & omnimodæ executioni demandari jubemus sub poenis in ipsis litteris contentis, ac perpetuum super præmissis silentium imponimus, salvâ tamen semper in eisdem præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictorum Ordinis, & Provinciæ, hujusque Conventuum quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro parte, & tenore expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Junii 1666. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Bullarii Magni Tom.V.

Quibusdam locis Congregationis Somaschæ CLXXV. facta concessio sepeliendi Alumnorum cadavera, sine interventu Parochorum.

ALEXANDER PAPA VII. *Edita An.D. 1667.*
Ad perpetuam rei memoriam.

UDUM pro parte tunc existentis Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularium Somaschæ, alias Sancti Maioli Papiensis, fel. record. Paulo Papa V. Prædecessori nostro expósito, quod inter Rectores Collegiorum, ac Seminariorum, & Academicarum curæ, & administrationi dictorum Clericorum commillorum ex una, ac Parochos ex altera partibus, nonnullæ lites, seu controversiæ super jure sepeliendi in Ecclesiis Collegiorum, ac Seminariorum, & Academicarum hujusmodi cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum, qui pro tempore in Seminariis, Collegiis, & Academicis hujusmodi decedebant, sæpius oriebantur, ad quas quidem lites, seu controversias de cætero evitandas dictus Præpositus Generalis plurimum desiderabat Rectoribus, & Clericis prædictis opportunè provideri.

§. 1. Idem Paulus Prædecessor, supplicationibus illorum nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Amerinensis, & Gallii nuncupat. Comensis, & Burgi Lugani Comensis Diocesis, necnon Oppidi Trivultii Mediolanensis Diocesis Collegiorum, ac Ravennatensis, & Patriarchalis Venetiarum Seminariorum, necnon Terræ Salodii Brixienfis Diocesis, ac Sancti Spiritus prope, & extra Portam Cumanam Mediolanensis, & Sancti Maioli Papiensis Academicarum Rectoribus respectivè, ut in Sancti Angeli, Sanctæ Mariæ de Rondineto nuncupatæ, Sancti Antonii, & Sanctæ Crucis, necnon Sanctæ Catharinæ, & Sanctissimæ Trinitatis, ac Sancti Benedicti, Sancti Spiritus, & Sancti Maioli eorum Ecclesiis respectivè, absque Parochorum interventu, Scholarium, Clericorum, & Convictorum prædictorum in Collegiis, Seminariis, & Academicis hujusmodi pro tempore decedentium cadavera, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, Ecclesiasticæ sepultura tradere liberè, & licitè valerent, ita tamen ut antequam sepultura traderentur, Rectores prædicti Parochos certiores facere tenerentur, Apostolica auctoritate concessit, & indulgit, & aliàs, prout in ipsius Pauli Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 27. Octobris 1614. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Præpositus Generalis Congregationis prædictæ Nobis nuper exponi fecit, eadem Congregatio subinde Seminarium Ducale S. Antonii Venetiarum, ac Sanctæ Mariæ Scholarium Veronensis, Sancti Bartholomæi Brixienfis, Sancti Leonardi Bergomenfis, Sanctæ Mariæ Laudensis, S. Angeli Custodis Taurinentis, & Sanctæ Mariæ Angelorum Fossanensis Civitatum, necnon S. Georgii Oppidi Novarum Derthonensis, & Sancti Bartholomæi Oppidi Merati Mediolanensis Diocesium Collegia acquisiverit, seu illa curæ, & administrationi Clericorum Regularium dictæ Congregationis commissa fuerint: dictus verò Præpositus Generalis litibus, & controversiis, quæ inter Rectores, & Clericos Seminariorum, & Collegiorum hujusmodi, ac Parochos super jure sepeliendi cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum in eisdem Collegiis, & Seminario pro tempore decedentium pariter oriri possent, maturè occurrere, illarumque materiam recidi plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut jamdictis Rectoribus, & Clericis opportunè in præmissis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur pacem, & quietem inter Regulares, N n 3 lares,

lares, & Ecclesiasticas personas conservari cupientes, dictosque modernum Præpositum Generalem, ac Rectores, & Clericos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jura, vel ab homine quavis occasione, vel causa hæc, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium admittantur consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Seminarium Ducalis Sancti Antonii Venetiarum, ac Sanctæ Mariæ Scholarum Veronensis, Sancti Bartholomæi Brixienfis, Sancti Leonardi Bergomenfis, Sanctæ Mariæ Laudensis, Sancti Angeli Custodis Taurinensis, & Sanctæ Mariæ Angolorum Fossanensis Civitatum, necnon Sancti Georgii Oppidi Novarum Derthonensis, & Sancti Bartholomæi Oppidi Merati Mediolanensis Diocesium hujusmodi Collegiorum Rectoribus respectivè, ut in eorumdem Seminarium, & Collegiorum Ecclesiis absque Parochorum interventu, Scholarium, Clericorum, & Convictorum in Seminario, & Collegiis hujusmodi, non electa sepultura pro tempore decedentium cadavera, sine præjudicio tamen quorumcumque jurium Parochialium, Ecclesiasticæ sepulture tradere liberè pariter, & licitè valeant respectivè; ita tamen, ut antequam sepulture tradantur, iidem Rectores Parochos certiores facere teneantur, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus similiter, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 13. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
AN. 12. Mart. Annulo Piscatoris, die 12. Martii 1667. Pontificatus
nostri anno duodecimo.

CLXXVI. De non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, exceptis Anniversariis ex dispositione Testatorum relictiis.

Edicta A. D. 1667. ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. **C**redite Nobis cœlicus dispensationis officium salubriter exequi adjuvante Domino jugiter satagentes, quamplurima dubia in diversis mundi partibus orta, & in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum deducta, occasione decreti ejusdem Congregationis, die 5. Augusti 1662. editi, ac à Nobis approbati, de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus, tollere, & quæ dirimere cupientes.

§. 1. De memoratorum Cardinalium consilio, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus in primis aliud Decretum prædictæ Congregationis editum in una Novariensi, die 22. Novembris 1664. quo declaratum fuit, Anniversaria, & Missas cantatas de Requiem relictiis ex dispositione Testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingentis, non comprehendi in dicto Decreto.

§. 2. Ulterius quoad Altaria perpetuè privilegiata, & in quibus proinde quotidie etiam in duplicibus celebrande sint Missæ de Requiem ex obligatione, auctoritate, & tenore prædicti declaramus, per celebrationem Missarum de Festo currenti satisfieri dictis obligationibus, & suffragari cum eisdem Indulgentiis, perinde ac si essent celebratæ Missæ de Requiem ad formam privilegiorum: salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis.

§. 3. Decernentes easdem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenif-

sumè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
AN. 22. Jan. Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1667. Pontificatus
nostri anno duodecimo.

CLEMENS IX. PONTIFEX CCXLII.
ANNO DOMINI MDCLXVII.



Clemens IX. Italus Pistoriensis in Provincia Hebruræ, Julius antea dictus, Hieronymi Rospi-gliosi filius, S.R.E. Præbiter Cardinalis tit. Sancti Sixti, Romæ die 20. Junii 1667. Summus Pontifex pronuntiat, & die 26. ejusdem mensis, die Dominico coronatus. Creavit Cardinales 12. triplici creatione, primarium, secundum duorum, tertiam septem. Obiit Romæ die 9. Decembris 1669. sepultusque fuit in Basilica Sanctæ Mariæ Majoris. Vacavit Sedes menses quatuor, & dies 20.

I. Indictio Jubilei universalis ad divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Catholicæ Ecclesiæ regimine implorandum.

An. D. 1668. CLEMENS PAPA NONUS, *Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

*quoniam causa in-
quisi-
tionis Ju-*



LACUIT ineffabili Redemptoris, & Domini nostri JESU CHRISTI bonitati, cui proprium est infirma Mundi eligere, & dexteræ suæ potentia facere fortia, vires suas in terris humilitati nostræ, meritis licet & viribus longè impari, committere: Et Nos quidem Divinæ vocationi, ut par est, obsequentes, impositum Nobis Apostolici ministerii onus humiliter suscepimus, quamvis Angelicis humeris formidandum; freti tamen spe Divinæ misericordiæ, mittendum esse Nobis auxilium de Sancto, ut de Sion tueatur Nos. Verùm dum serid cogitamus quantum oneris, & laboris incumbat imbecillitati nostræ, cujus Nobis probè consilii sumus, quantisque, & quàm gravibus hoc tempore Respublica Christiana malorum procellis agitur, & graviorum periculis exposita sit, timemus ne cum Propheta Regio exclamare cogamur: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Non tamen concedimus animo, sed omnem spem nostram in eum convertimus, qui sperantes in se confundi non patitur, & gratiæ suæ confortat auxilio. Quod ut cum omnium Ecclesiarum, quarum Nobis credita est sollicitudo, utilitate consequi, benedicente Domino, valeamus, ad vestrum omnium, quibus curam pastorem impendere debemus, preces ex more Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum confugiendum esse decrevimus: Firmiter confidentes, clementissimum Dominum nostrum ad Ecclesiæ militantis præsidium oppugnata nobis celestia dona largiturum, si vos Nobiscum unanimis scindatis corda vestra, & deposito peccatorum pondere, revertamini ad Dominum Deum nostrum, qui multus est ad ignoscendum, & orationes vestras, jejunii, atque elemosinæ viribus roboratas, ad altare Dei Patris misericordiarum fugiter offeratis per manus Sanctorum Angelorum, qui gaudent super peccatoribus poenitentiam agentibus: Ut Deus pacis, qui Reges in thronis collocat, & pauperes à terra excitat, atque inopes de stercore erigit, qui elegit David servum suum, & de gregibus ovium sustulit, cum inter filios Jesse minimus natu esset; qui ad Evangelii perfectionem dat verbum Evangelizantibus virtute multa, ipse confirmet quod operatus est in Nobis, omniaque consilia, & actiones nostras in Sancti ejus nominis gloriam, fideliumque, & animæ nostræ salutem dirigere, Religionem Christianam propagare, fidem Catholicam protegere, & ab infidelium conatibus, atque insidijs tueri, hæreses extirpare, ac pacem, & veram concordiam inter Principes Christianos conservare, & sicubi exciderit, aut collabendi periculo obnoxia sit, eam suaviter restituere, atque firmiter solidare, ipsorumque Principum consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam unire, sociare, augere, regere, & roborare dignetur. Hoc autem ut fructuosius fiat, ferventiorique spiritus ardore peragatur, Ecclesiæ thesauros, quorum dispensationem nobis credidit Deus, proferre, & liberali manu erogare decrevimus.

*quo cum
officio
via do-
mnia.* §. 1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus in Alma Urbe nostra degentibus, qui solemniter processioni, quam feria quarta currentis hebdomadæ ab Ecclesiâ Sanctæ Mariæ Angelorum in Thermis ad Basilicam

ejusdem Sanctæ Mariæ Majoris nuncupatæ, de eadem Urbe, unà cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælati quoque, & Officialibus ejusdem Curie, universoque Clero, & populo, benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesiæ, seu Basilicæ, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequenti hebdomadæ, saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta Fera, ac Sabbatho alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Dominica die immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumserint, ac pauperibus aliquam elemosinam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint: cæteris verò extra Urbem prædictam ubicumque degentibus, qui Ecclesiæ ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decurrendarum, saltem semel visitaverint, ibique ut supra oraverint, & quarta, & sexta feria, ac sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediatè sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam sanctissima communione refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosinam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei visitantibus certas Ecclesiæ intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur. Navigantes verò, & iter agentes, ut cum primùm ad sua sese domicilia receperint, superscriptis præfatis, & visitata Ecclesiâ Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicili, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis, quàm Ecclesiasticis, sæcularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiverint, ut illa Confessarius, ex jam approbatis à locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quæ ipsi poenitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

*Libertat ali-
genis Con-
fessionum
ejusdemque
facultat.* §. 2. Insuper omnibus, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quàm Ecclesiasticis sæcularibus, & regularibus cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam in Urbe præfata, quàm extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcunque Presbyterum Confessarium, tam sæcularem, quàm cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus

haberi volumus pro expressis, quomodocumque refer-
vatis, in foro conscientie, & hac vice tantum absol-
vere, & liberare valeant: Et insuper vota quæcumque
(religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & sa-
lutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eo-
rum cuilibet in supradictis omnibus casibus peniten-
tia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injun-
gendis.

*Substitu-
tibus pu-
blicari subo.*

§. 3. Quapropter tenore presentium in virtute sanctæ
obedientie districtè præcipimus, atque mandamus om-
nibus, & quibuscumque venerabilibus Fratribus Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesia-
rum Prælati, ac quibuscumque Ordinariis locorum
ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Offi-
cialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam ani-
marum exercent, ut cum presentium literarum tran-
sumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa
statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimen-
to per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civi-
tates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari
faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas delignent.
Non intendimus autem per presentes super aliqua ir-
regularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapa-
citate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dis-
pensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi,
seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi,
etiam in foro conscientie; neque etiam easdem præsen-
tes litteras qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo
Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, sus-
pensi, interdicti, seu aliis in sententias, & censuras
incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi
intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfac-
cerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo
suffragari posse, aut debere.

*Contrariis
deroga.*

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, præsertim quibus facultas absol-
vendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pon-
tifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam
similes, vel dissimiles indulgentiarum, & facultatum
hujusmodi concessiones, nisi de illis expressè mentio,
aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant,
necnon regula nostra de non concedendis indulgentiis
ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congrega-
tionum, sive Institutorum Regularium, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quibusque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini-
bus, Congregationibus, & Institutis, illorumque
personis quomodolibet concessis, approbatis, & inno-
vatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis,
eorumque totis tenoribus specinca, expressè, & indi-
vidua, non autem per clausulas generales idem impor-
tantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut
aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret,
illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis,
ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac
vice specialiter, nominatim, & expressè, ad effectum
premissorum derogamus, cæterisque contrariis qui-
buscumque.

*T. ansumptio-
rum fides.*

§. 5. Ut autem presentes nostræ, quæ ad singula
loca deferri non possunt, ad omnium notitiam faci-
lius deveniant, volumus ut earundem presentium
transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu ali-
cujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in
dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique lo-
corum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ
haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel
ostensæ.

*D. P. An. 1.
die 18. Julii.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 18. Julii 1667. Pontificatus
nostri anno primo.

*Publicatio
in Urbe.*

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1657.
Indictione quinta, die vero 18. mensis Julii, Pontifica-
tus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri
D. Clementis Divina Providentia Papa I. X. anno
eius primo, supradictum Breve affixum, & publica-

sum fuit ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis
Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in
acie Campi Flora, ac in aliis locis salitis, & consuetis
Urbi per me Gregorium Stagium Sanctissimi D. N.
Papa Cursorem.

Joannes Antonius Bertarellus Curs. Mag.

Confirmatio, & ampliatio indulti Sixti V. &
Gregorii XV. de Officio S. Jacobi Apostoli,
& Patroni Hispaniarum sub ritu semidu-
plici recitando.

CLEMENS PAPA IX. *Edict. 1667*
Ad futuram rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis licet
imparibus, ab æterno Pastore collocati, ad ea pro-
pensis studiis intendimus, per quæ Sanctorum in Cælis
regnantium, præsertim gloriosissimorum Domini No-
stri JESU CHRISTI Apostolorum, quorum prædi-
catione Christiana Religio hinc inde à mari ad mare
dilatavit, veneratio in terris congrua suscipiat incre-
menta.

Proemia

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Gregorio Papæ
XV. prædecessori nostro pro parte tunc existentium
Archiepiscopi, ac Capituli, & Canonicorum, necnon
Cleri Ecclesiæ Compostellanæ exposito, quod ipsi pro
peculiari, quem erga Sanctum Jacobum Apostolum, cu-
jus venerandum corpus in eadem Compostellana Eccle-
sia quiescere, ac maxima peregrinorum ex omnibus
Orbis partibus illuc quotidie confluentium frequentia
visitari allerebatur, gerebant devotionis affectu, offi-
cium de eodem Sancto Jacobo qualibet secunda feria
recitare, ac commemorationem fieri posse summo perè
desiderabant.

Motiva

§. 2. Idem Gregorius prædecessor eorum supplica-
tionibus inclinatus, ut ex tunc de cætero perpetuis
futuris temporibus de eodem Sancto Jacobo qualibet
secunda feria, non impedita festo novem lectionum, &
quadragesimali, ac Dominici Adventus tempore, ac vi-
giliis etiam exceptis, officium aliàs à recolendæ memo-
riæ Sixto Papa V. prædecessore pariter nostro sub die
prima Februarii 1589. pro eadem Ecclesia approbatum
liberè, & licitè in supradicta Ecclesia Compostellana
sub ritu semiduplici, sumendo lectiones primi nocturni
de scriptura occurrente, recitari, necnon etiam de eodem
Sancto Jacobo in tota Hispania, cujus Patronus existit,
commemoratio, quando juxta regulas Breviarii Roma-
ni aliæ sunt commemorationes, fieri posset, & deberet,
auctoritate Apostolica licentiam, & facultatem concessit,
& indulgè, & aliàs prout in ipsius Gregorii præde-
cessoris litteris desuper in simili forma Brevis 30. Octo-
bris 1621. expressis, quarum tenorem presentibus pro
plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus,
liberius continetur.

*Confir-
matio in*

§. 3. Nunc autem nos piis precibus totius Hispaniarum
Cleri nobis per dilectum filium Didacum de Colmenares
Hurtado de Mendoza Archidiaconum de Campos, & Canonicum in
Ecclesia Palentina, ac Agentem generalem Status Ecclesiastici
Regnorum Hispaniarum in Alma Urbe nostra commorantem
humiliter porrectis benignè annuentes, ipsorumque
Cleri, & Didaci singulares personas à quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodolibet innodatæ existant, ad effectum presentium
dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &
absolutas fore censentes, de Venerabilium Fratrum
nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus
præpositorum consilio, indultum recitandi singulis
diebus ferie secundæ non impeditis festo duplici, vel
semiduplici (Adventus, & Quadragesimæ tempori-
bus, ac vigiliis etiam exceptis) officium memorati
S. Jacobi

S. Jacobi Apostoli, unice; & singulari Hispaniarum...

6. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-

6. 5. Volumus autem, ut eorundem presentium...

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub...

II. Privilegia, Gratiae, & Indulta concessa Con-

CLEMENS PAPA IX. Urbis.

MOTU PROPRIO, &c. 6. 1. Nos volentes dilectos filios Conclavistas...

6. 2. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis...

familiarium, & consistorum commensalium Nobis...

6. 3. Nosque Conclavistas predictos a solutione...

aratis

sumpt-

An. 1.

An. D.

6. hu-

lavista

A solutio...

solucent cogere, seu compellere, ut super premissis, eorumve usu, possessione, vel quali, directe, vel indirecte, quovis qualitate colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo presumant.

*Abjunctis
a censuris
propter con-
victionem
interfici.*

§. 4. Necnon omnes eisdem Conclavistas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurserunt in foro conscientie tantum absolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoscunque defectus, si qui forte sint, omnium provisionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorundem Conclavistarum, tam ex multiplicitate titulorum, ac ob incursum quorundemque censuram, & irregularitatis, quam alias ex quavis causa provenientes sanamus, ac hujusmodi provisiones vigore eorum privilegiorum, in foro conscientie tantum perinde, ac si novas provisiones obtulissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus & singulis dignitatibus & aliis, cum cura, & sine cura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis & nuncupatis, etiam cujusvis ordinis Regularibus, per eos respectivè obtentis, de novo etiam respectivè providemus, ac omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum, etiam alicujus ordinis Regularium fructibus, &c. respectivè reservatas similiter de novo reservamus.

*Fructus, &
redditus, &
pensionibus
restituuntur.*

§. 5. Ipsique Conclavistas, eorumque singulis quoscunque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos occasione quarumcunque dignitatum, Canoniatuum, & Præbendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcunque, & quarumcunque pensionum annuarum ipsis, & eorum cuilibet collatorum, & reservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus, etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, cujuscunque quantitatis fuerint, gratiorè remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propter quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia divina Officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut aliis in Divinis se immiscuerint, quodque illis, & aliis premissis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines alias ritè, & dummodò nullum aliud alicui eorum obstat canonicum impedimentum, promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alias ritè ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare etiam liberè, & licitè valeant, dispensamus.

§. 6. Ac eisdem Conclavistas, si qui eorum defectum Natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilibus sceminis forsitan procreati sint, etiam si alias legitimitati non existant, legitimamus, omnemque ab illis geniturae hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum singulis, ut in quibuscunque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcunque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissio, seu aliis de jure valida dispositione, & præterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam assumi, aliaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ut Clericali characterè, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri,

ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac quomodolibet characterè, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & quæcumque, cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis; vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesie, vel earum perpetuæ Vicariæ, ac Canoniciatus, & præbendæ, dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias assumantur ad illa, instituantur in eisdem, recipere, & dummodò plura simul non sint quam quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus.

§. 7. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, & commendæ, & quævis aliæ litteræ Apostolicæ provisionum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis Commensalibus, gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac etiam litteræ ipsæ in forma Brevis, tam de capienda possessione nomine dicte Camere Apostolicæ, quam alias, uti illis super provisionibus quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac dari, concedi, & expediti omnino debeant, etiam præcipimus, & mandamus.

*In
idem
divisione
tororum
Apostoli-
cum &
seri.*

§. 8. Ac Conclavistas prædictis, qui Sancti Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militiæ regularis etiam expressè professi sunt, ut etiam si ab eorum Conventu absentes existant, dum tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, & consueta servitia præstiterint, quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum, & quarumvis pensionum, & commendarum eorum Militiæ, seu Religionis capaces existant, perinde ac si in eadem Militia, seu Religione Antianitatem de justitia consequuti fuissent, similiter indulgemus.

§. 9. Eisdemque Conclavistas, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiarum Ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quæcumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscunque fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcunque mensurarum Episcopaliurn, Archiepiscopaliurn, & Abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam ratione servitii, & mercedis dignitatum, Canoniatuum, & Præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcunque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per prædictos S. R. E. Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si semel, vel pluries translatae, seu translatae fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassatae, & extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam Clericali characterè tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto characterè ritè insigniti fuerint, per eisdem Conclavistas, & eorum singulos nominandis, etiam quæcumque, quocumque, & quæcumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, aliis tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistas reservatae, seu reservati erant

erant etiam abique beneficia ipsa obtinentium consensu in integrum perfolvendis, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos reservare, constituere, concedere, & assignare valeant, præfatique Translatarii in quasi possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentium vigore faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliis forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio Indulto, & Privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulativè concessam, vel concessas esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulativè, & ampliativè prædictis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, & potiti possint: Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi, ut præfertur, faciendas, ex nunc prout postquam factæ fuerint, plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia super quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliisque hujusmodi reservatæ fuerint, obtinentes, ad illas perfolvendis efficaciter obligatos fore.

§.10. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, etiam in Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam à prædictis S.R.E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinentis, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatarum, & reservandarum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodò aliis ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id à quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum poenas, occasione præmissorum incurere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine, recipere, & liberè retinere.

§.11. Postremò quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canonicatum, & Præbendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos aliis obtentorum, & obtinentorum, aut aliis quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitimè tamen, ac aliis licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia, spoliis minimè subiaceant, sed Conclavistæ prædicti, etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, & aliis disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere liberè, & licitè valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

§.12. Præcipientes, & mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsentibus, Clericis Camerae nostræ prædictæ, & quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibusvis aliis personis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, cujuscumque gradus, status, ordinis, & præminentie, etiam si speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes

præfatarum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas, semper, & perpetuè validas, & efficaces fore.

§.13. Nec eisdem Conclavistas, eorumve aliquem ad præsentem Motum proprium, seu litteras super præsentibus, si videbitur, conscribendas, in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illum, seu illas, etiam si motus proprius, & litteræ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatæ, admittæ, & registratæ non fuerint, seu illæ insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac Motum proprium, & litteras hujusmodi, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoris, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ à Nobis, & dicta Sede, & pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hæctenus, vel imposterum emanaverint, minimè comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt, toties eum, & eas in pristinum statum restitutum, repositum, & reintegratum, seu restitutas, repositas, & reintegratas esse censeri.

§.14. Et insuper cum dilectus filius Antoninus de Flore Clericus Neocastrensis Civitatis, vel Diocesis, J. U. D. ac Collegii eorumdem Clericorum Camerae Apostolicæ prædictæ Secretarius, & Minorum Secretiorum Generalis Collector, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis sedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictæ Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eidem Antonino, licet ipse in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus, & singulis supradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præminentis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri hujusmodi, per Nos ut supra, dictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut præfertur, distributorum, seu distribuendorum, tanquam Conclavista frui, & gaudere liberè, & licitè possit, & valeat, perinde, ac si Conclavi hujusmodi verè, & realiter interfuisset, Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque supradictis, & aliis contrariis nequaquam obstantibus, Motu, scientia, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus. Sicque per quoscumque Judices, etiam Commillarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere: Irritumque, &c. Attentari.

§.15. Et insuper Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Hostiensi, & Veliternensi Cardinali Barberino nuncupato ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, & litterarum Apostolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis, Præfidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos litterarum prædictarum desuper conscribendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, & pertinet, sub poena indignationis nostræ Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas litteras super præmissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessæ fuerunt, ac scorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis concessis gratis, etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per eandem viam secretam absque alio mandato expediant, & expediri faciant.

§.16. In

CLEMENS NONUS.

§. 16. Insuper omnia, & singula privilegia, gratias, & concessionem eidem Conclavistis, & eorum quilibet à diversis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris hucusque concessa, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissimè concedimus.

Conclavistis derogat.

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorundem Notariorum numero, etiam ad illum non sit deventum, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, & felicis record. Pii Papæ IV. de similibus, & dissimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pictaviensis Concilii, ac nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in crastinum diætæ Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus Apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, & Provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Tertiarum Cameræ prædictæ, & quarumvis Universitatum, etiam juramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, & novis reformationibus, etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus: Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & Consistorialiter, ac aliis in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis iuribus omnibus, quibus omnibus, &c. etiam de illis, &c. eorum tenores, &c. illis aliis, &c. permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressè motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunitis.

Fiat Motu proprio I.

ET cum absolute à censuris ad effectum, &c. & quod obstantia etiam beneficia Conclavistarum, & ab eis subrogati huiusmodi, & dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint in litteris, & in casibus regula de infidelibus, cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsito derogatione, & quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam Generalium, & statutorum, stabilimentorum, usuum, naturarum, Constitutionum synodaliū, statutorum, ac privilegiorum Populi Romani, & Cluniacensis, Cisterciensis, Sancti Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani Ecclesiarum, Monasteriis, Civitatibus, & locis, & personis, & Dominis temporalibus sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut aliis quomodolibet concessorum, quorum tenores, &c. latissimè, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit, exprimi possint, & cum suspensione quarumcumque gratiarum, & indultorum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi Beneficia Ecclesiastica, etiam reservata, ad eorum collationem, &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissimè extendendorum, ita ut omnia tollantur, & quod sola præsentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in iudicio, & extra, regula contraria non obstante, & quod præmissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum,

gratiarum, derogationum major, & vetior specificatio, & expressio fieri possit in litteris, si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, diocesis, patria, & cætera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint, inter eos Sacrista, & Magistri Cæremoniarum Capellæ Nostræ, necnon Secretarius Collegii eorundem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipsos Magistros Cæremoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti, si aliis ad pensiones, & beneficia huiusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expediendarum.

§. 18. Volumus autem, quod litterarum super præsentibus conficiendarum, seu præsentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac mariu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tam in iudicio, quam extralud adhibeatur, quæ originalibus litteris, seu præsentis Motui proprio originali adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret. F I A T. I.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, quarto Nonas Augusti. Anno primo.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc, quæ sequuntur.

Reverendissimus D. Franciscus Maria Phæbeus Urbevetanus, Archiepiscopus Tarvensis, Præceptor Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia, Canonicus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, primus Cæremoniarum Magister. Reverendissimus D. Fr. Ambrosius Landuceus Senensis, Episcopus Porphyriensis, Sacrista Nolter. Carolus Vincentius Carcarus Presbyter Romanus, & perpetuus Beneficiatus Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe: Fulvius Servantius Presbyter de Sancto Severino, Canonicus Collegiæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata de dicta Urbe: Petrus Antonius de la Pedaccia, Presbyter Romanus, perpetuus Beneficiatus in Basilica Principis Apostolorum de eadem Urbe: Magistri Cæremoniarum Abbas Augustinus Favoritus, Presbyter Lunensis, Sarzanensis, Canonicus Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris de prædicta Urbe, Sacri Collegii Secretarius, Antonius Capellinus Clericus Sabinensis, Blasius Egidius Laicus de Palumbaria Sabinensis Diocesis, Franciscus Guilimus Laicus Namurcensis Diocesis, Nostrum dum Cardinalatus honore fungebamur. Franciscus Cerrus Romanus Clericus conjugatus, Agapetus Colorius Presbyter Prænestinus, perpetuus Beneficiatus in prædicta Basilica Principis Apostolorum, Michaël Angelus Mazzola Presbyter Clusina Diocesis, perpetuus Clericus Beneficiatus in eadem Basilica Principis Apostolorum, Francisci Ostiensis Barberini, Joseph Mauccius Presbyter Romanus, Joannes Antonius Quaglinus Clericus Taurinensis Diocesis, Martii Portuensis Ginetti, Antonius Simon Abbas Balleonis Presbyter Pisauriensis, Faustus Turcius Clericus Spolet. Diocesis, Joannes Veranus Laicus Vintimilliensis, Antonii Prænestini Barberini, Adrianus Fracalesius Presbyter Fanensis Diocesis, Alcanius Paganellus Presbyter Camerinen-sis, Michaël Angelus Tarinus Clericus Ravennaten-sis, Joannis Baptista Tusculani Pallotti, Angelus Dinus Presbyter Sartheanensis Clusina Diocesis, Franciscus Ciceri Clericus Mediolanensis, Francisci Mariæ Sabinensis Brancatii, Hieronymus Fabius Clericus Ariminensis, Canonicus Collegiæ Ecclesiæ Sanctæ Anastasiæ de prædicta Urbe, Joannes Baptista Sardineus Presbyter Ultrariensis Diocesis, Carolus Grillinus de Fabriano Presbyter Camerinen-sis Diocesis, Ulderici Albanensis Carpinei, Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum, Michaël Orsucci Presbyter Lucensis, Cosmas de Agostinis Clericus Florentinus, Ernesti Adalberti Sanctæ Prædis Harrach, Joseph Mariæ Ceresola Presbyter Januensis, Vanninus de Gattis Presbyter

Presbyter Urbanensis, Julius Galparinus Laicus Affi-
 nna, Sacerdos S. Laurentii in Lucina. Duratii Julius
 Casar de Doda Clericus de Burgo S. Sepulchri, Fran-
 ciscus Riccardus Clericus Aretinus, Julii S. Prisce Ga-
 brielii. Vicinus Urbanus Romanus Laicus, Bartholo-
 meus Genta Clericus Sutrinæ Diocesis, Gaudentius
 Santillus Spoletanus Laicus, Virginii S. Mariæ Ange-
 lonum Urani. Abbas Joannes Baptista Petramellara
 Presbyter Bononiensis, Archidiaconus Cathedralis Ec-
 clesie Spoletanæ, Joannes Andreas Borbonius Presby-
 ter Senensis, Cæsar SS. Quatuor Coronatorum Fa-
 chonetti. Benedictus Luperus Presbyter Calliensis,
 Antonius Vigneul Clericus Metensis, Hieronymi SS.
 Trinitatis in Monte Ancio Grimaldi. Joannes Fran-
 ciscus de Laurentiis Ripanus, & Ecclesie Ripanæ Ar-
 chidiaconus, Julius Cæsar de Cæsaribus Clericus à Bar-
 bara Nullius Diocesis, Caroli S. Sylvestri in Capite
 Rossotti, Ferrantes Orsellus Clericus Frolivionis,
 Joannes Baptista Carpanus Presbyter Vercellensis,
 Joannes de Ognate Pampilonensis Laicus, Nicolai
 S. Mariæ Transiberim Ludovisii. Marchio Claudius
 Pallavicinus Parmensis, Jacobus Girod à Burgundia
 Mignovillaus Laicus, Alderani S. Pudentianæ Cybo.
 Michaël de Setina Presbyter Cæsarugustanus Cano-
 nicus Metropolitanæ Ecclesie SS. Virginis del Pilar
 Cæsarugustanæ, Antonius Sinibaldus Clericus Ro-
 manus, Hyacinthus Fanciullus Viterbiensis Laicus,
 Federici S. Petri ad Vincula Sfortia. Franciscus Maria
 de Alice Presbyter Mediolanensis, Joseph Sanctus Flam-
 ma Comensis Laicus, Benedicti S. Honuphrii Odescal-
 chi. Michaël Imperialis Clericus Januensis, Thomas
 Piscius Presbyter de S. Justo Firmans Diocesis, Lau-
 rentii SS. Quirici, & Julitæ Raggi. Dominicus de
 Malcleto à Sommervilliers Clericus Tullensis Diocesis,
 Carolus Fromentin Laicus Sueffionensis, Joannes Za-
 raquiequi Clericus Tirallionensis, Joannis Francisci
 Pauli S. Mariæ super Minervam de Retz. Petrus Martyr
 Merizola Clericus Papiensis, Ferdinandus Colletta
 Laicus Signinus, Aloisii S. Alexii Homodei. Vincen-
 tius Lucciolus Clericus de Mevania Spoletanæ Dic-
 cesis, Petrus Paulus Pontinus de Setia Terracinenis
 Diocesis, Petri S. Marci Orthononi. Abbas Franciscus
 Tassius Clericus Ariminensis, Joannes Felix Camerensis
 Presbyter Spoletanæ Diocesis, Laurentii S. Cryfogoni
 Imperialis. Federicus Calistus de Monte Georgio Cle-
 ricus Firmans Diocesis, Franciscus Dominicus de Ru-
 beis Presbyter Prænests. Diocesis, Canonicus Colle-
 giatæ Ecclesie Sancti Nicolai in Carcere Tulliano de
 Urbe, Giberti SS. Joannis, & Pauli Borromæi. Abbas
 Marcus Antonius Gualchus Presbyter Romanus per-
 petuus Beneficiatus in dicta Basilica Principis Aposto-
 lorum, Carolus Guallus Clericus Romanus, Marcelli
 S. Stephani in Monte Cælio Sanctæ Crucis. Nicolaus
 Theobaldus Presbyter Tullensis, Joannes Ricchius
 Clericus Lucensis, Joannis Baptiste S. Marcelli Spada.
 Carolus de Marchis Presbyter Asculanus, Joseph
 Sfaciamontius Laicus Montifalti Diocesis, Francisci
 S. Mariæ in Via Albitii. Abbas Joseph Spinucci Pres-
 byter Firmans, Honuphrius Corradinus Laicus de
 Fabriano Camerensis Diocesis, Petrus Pantinus Lai-
 cus Romanus, Octavii S. Cecilie de Aquaviva. Abbas
 Nicolaus Piccolomineus Clericus Senensis, Alexander
 Tosius de Monte Cassiano Lauretanæ Diocesis, Ca-
 nonicus Basilicæ S. Mariæ Transiberim de Urbe, Ber-
 nardinus Mancinus Laicus Florentinus, Flavii S. Mariæ
 de Populo Chisii. Philippus Maria Prolomæus Presby-
 ter Senensis Canonicus Ecclesie Metropolitanæ Senen-
 sis, Joseph Montius Laicus à Balneo, Burgi S. Sepul-
 chri Dioc. Scipionis Sanctæ Sabinæ Delcii. Zenobius
 Casinus Presbyter Florentinus, Andreas Minder Cleri-
 cus Avenionensis, Laurentius Cabella Clericus Januen-
 sis, Hieronymi Sanctæ Agnetis extra mœnia Farnesii.
 Andreas Mansius Presbyter Lucensis, Canonicus Ca-
 thedralis Ecclesie Lucensis, Lælius Cerchius Lucensis
 Laicus, Hieronymi Sancti Hieronymi Illyrici Bonvisii.
 Paulus Peccius Clericus Senensis, Maximilianus Vvam-
 berchies à Binchio Clericus Cameracensis Diocesis,
 Bullarii Magni Tom.V.

Antonii S. Augustini Bichii. Joseph Mondinus Presby-
 ter Capuanus, ejusdem Laudensis Ecclesie Cathedralis
 Canonicus, Joannes Franciscus Aggravus Clericus
 Prænestinus, Petri S. Calixti Vidoni. Abbas Mirco An-
 tonius Zollius Presbyter Borgomentis, Henricus Gial-
 Laicus Frisingiensis Diocesis, Gregorii S. Thomæ in
 Parione Barbarici. Flaminius Marionus Clericus Roma-
 binus, Joannes Claudius Tullensis, Hieronymi SS. Mar-
 cellini, & Petri Boncompagni. Carolus Bozzolus Pres-
 byter Mediolanensis, Canonicus Insignis Collegiatæ
 Ecclesie S. Nazarii Civitatis Mediolani, Gabriel Gatti-
 cus Presbyter Mediolanensis, Joseph Vannarellus Laicus
 de S. Ginesio Camerensis Diocesis, Alphonsi S. Crucis
 in Hierusalem Littæ. Franciscus Milonus Presbyter Ni-
 cionensis, Stephanus de Castro Laicus Florentinus, Neri
 SS. Nerei, & Achillei Corsini. Joan. Baptista Michelius
 Clericus Sarinatenis, Horatius Fulchignonus Laicus
 Romanus, Caroli Sanctæ Anastasie Bonelli. Joannes
 Baptista de Mitibus Presbyter Firmanus, Petrus Sedus
 Pientinæ Diocesis, Cælii Sancti Petri in Monte Aureo
 Piccolominei. Abbas Franciscus Antonius Gallus de
 Austrimont Presbyter à Latertia Acheruntinæ Diocesis,
 Joseph Cresconius Presbyter Benevent. Diocesis,
 Caroli S. Susannæ Carasæ. Ludovicus Piccinus Clericus
 Aësinus, Michaël Angelus Zaccaria Clericus Romanus,
 Palutii SS. duodecim Apostolorum Palutii Albertonii.
 Carolus Rasponus Eques S. Stephani, Ravennas, Ca-
 rolus Antonius Corradus Laicus Calliensis, Cæsar
 S. Joannis ante Portam Latinam Rasponi. Joseph de
 Molara Clericus Romanus, Franciscus Titius Laicus
 Aretinæ Diocesis, Nicolai S. Mariæ Transpontinæ de
 Comitibus. Abbas Alexander Sozzinus Clericus Senen-
 sis, Franciscus Cæsarinus à Civitate Theatina Clericus
 conjugatus, Jacobi S. Mariæ de Pace Nini. Abbas Be-
 nedictus de Rubeis Presbyter Firmans Diocesis, Ja-
 cobus Spinelli Presbyter Vintimilienis Diocesis, Ca-
 roli Roberti Victorii. Andreas Lisius Laicus Urbanus,
 Joseph Zafonti Presbyter Senensis, Julii Spinula. Abbas
 Metellus Talpa Clericus de S. Severino, Silvius Vin-
 centius Laicus Senensis, Innici tituli S. Clementis Ca-
 raccioli. Comes Virginius Maninus Presbyter Aquil-
 leiensis Decanus Ecclesie Utinensis, Franciscus Cianus
 Laicus Utinensis Aquileiensis Diocesis, Joannis Del-
 phini, Presbyterorum S.R.E. nuncupatorum. Marchio
 Franciscus Casatus Presbyter Placentinus, Alexander
 Mazzinus Laicus Regiensis, Petrus Scribo de Marcel-
 linis Laicus Parisiensis, Raynaldi S. Nicolai in Carcere
 Tulliano Estensis. Antonius de Possentibus Presbyter
 à Fabriano Camerensis Diocesis, Abbas Carolus
 Bonaccius Clericus Romanus, Joannes Dominicus de
 Pasqualibus Clericus Imolenis, Joan. Stephani Sanctæ
 Agathæ Donghii. Joan. Felix Binus Presbyter Assisen-
 sis, Joan. Antonius Stracchiccius Clericus de Canaria
 Assisensis Diocesis, Pauli Amilii S. Mariæ in Cosme-
 din Rondinini. Ugo Maffeus Clericus conjugatus Vo-
 laterranus, Michaël Angelus Brunocchius Clericus de
 Caprarola Civitatis Castellana Diocesis, Francisci S.
 Mariæ in Vialata Mardalchini. Carolus Eustachius Ro-
 manus Clericus conjugatus, Eques S. Jacobi de Spata,
 Franciscus Haim Laicus Augustanus, Theodosius Her-
 godes Laicus de Gramont Mallinensis, Frederici S. Cæsa-
 rii de Hassia. Carolus Albanus Urbanus Laicus, Joannes
 Cefius Clericus Abbatæ Sublacensis, Nullius Diocesis,
 Caroli S. Angeli in foro Piscium Barberini. Jacobus
 Sorbolongus Forosempronienis Clericus conjugatus,
 Salvator Serra Presbyter Ferratiensis, Caroli S. Eusta-
 chii Pii. Comes Ranerius de Baschis Clericus Urbe-
 vetanus, Antonius Sorreca Presbyter à Monte Georgio
 Firmans Diocesis, Caroli S. Pancratii Gualterii. Cano-
 nicus Stephanus Riccardus Presbyter Firmans, Mat-
 thæus Pallanus Laicus Tiburtinus, Decii S. Adriani
 Azzolini. Abbas Joannes Senecius Presbyter Perusinus,
 Felix Orsellus Clericus Foroliviensis, Antonius Gian-
 settus Laicus Romanus, Odoardi SS. Cosmæ, & Da-
 miani Vecchiarelli. Joannes Vincentius Condivius
 Presbyter Ripanus, Philippus Capriolus Laicus Ro-
 manus, Jacobi S. Mariæ in Aquiro Franconi. Abbas
 Hilarius

Hilarius Massacchius Clericus Romanus, Simon de Amicis Laicus de Camerino, Francisci Mariae SS. Viti, & Modesti Mancini, Paulus Franciscus Scottus Laicus Naraiensis, Hieronymus Benignatus Clericus de Roccacontrada Senogalliensis Diocesis, Angeli S. Georgii ad Velum Aureum Celsi, Petrus Paulus Grappolinus Presbyter Romanus, Paulus Racchellus Laicus Spoletanus, Pauli Sanctae Mariae de Scala, Sabelli Peretti, Abb. Franciscus Butus Presbyter Romanus, Abb. Paulus de Machaur Clericus Parisiensis, Paschalis de Fornier Clericus conjugatus Marticensis, Ludovicus de Vandoime, Diaconorum S. R. E. Cardinalium nuncupatorum, Ferdinandus Ximenes de Soc. Iesu, Florentinus, Confessarius, Dominicus Cappellus Presbyter Asculanus, Canonicus Collegiatae Ecclesiae Sanctae Anastasiae de praedicta Urbe, cum Reverendissimo D. Phoebeo Archiepiscopo Tarfensi, Fr. Mag. Joan. Baptista Ursius Ordinis S. Augustini, cum Reverendissimo D. Sacrista, Valerianus Capriolus Clericus Romanus, cum Secretario Sacri Collegii, Abb. Pompeius Scarlatus Clericus Florentinus, Custos Fontis, & Aquarum Conclavis, Mattheus Parisius de Benaudis Materanensis Diocesis, Joannes Tiracorda Firman, Medici Physici, Gabriel à Porta de Villafranca Sarzanensis Diocesis Chirurgus, Joannes Petrus Paulus Pisaren, Aromatarius, Franciscus Maria Servitius de Monte Baroccio Pisarenensis Diocesis, Hieronymus Bilenus de Verchiano Spoletan, Diocesis ejus Auxiliatores, Dominicus Altimanus de Vignola Mutin, Diocesis, Petrus Galoppus Favent, Barbitonfores, Antonius Rosellus Firmanus, Gaspar Mazzanres Panensis, eorum Auxiliatores, Franciscus Gualdus Faber lignarius, Donatus Corfius Faber Cementarius, Joannes Cecchetti de Penna Maceratenensis Diocesis, Familiaris Magistrorum Ceremoniarum, Antonius Felicettus, Joannes Dominicus Zonus, Franciscus Orlandus, Joseph Colettus, Antonius Comus, Benedictus Mugnanus, Antonius Julius, Carolus Antonius Guinettus, Petrus Zucconus, Salvator Brandolinus, Paulus Antonius Brunus, Joannes Jacobus Giacchetti, Joannes Franciscus Zonus, Dominicus Rubeus, Joseph Bernardini, Antonius Piscis, Andreas Joan. Sanctori, Petrus Brandus, Joan. Rossettus, Antonius Evangelista, Antonius Cambrunus, Fulvius Giortus, Joan. Maria Catenaccius, Augustinus Gabriellus, Joannes Paulus Guinettus, Scopatores Conclavis.

IV. Confirmatio Decreti Cardinalis Pallotti circa validitatem Capituli in Provincia Peruana à Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini celebrati.

Edita A. D. 1667. CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Aliis pro parte dilecti filii Dominici de Cisuentes Provinciae Peruanae Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Procuratoris specialis ad petendam confirmationem Capituli ejusdem Provinciae ultimo loco celebrati, necnon Definitoris pro ferendo suffragio nomine ejusdem Provinciae in Capitulo Generali Ordinis hujusmodi tunc proximè celebrando, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum exposito, quod dilectus pariter filius Ignatius de la Cerda Frater expressè professus Ordinis praedicti, praemissis se opponere coram tunc existente Priore Generali dicti Ordinis, necnon Venerabili Fratre nostro Joanne Baptista Episcopo Tusculano ejusdem S. R. E. Cardinalis Pallotti nuncupato, Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore: Et propterea dictae Congregationi pro parte Dominici praedicti supplicato, quatenus praecipere, & mandaret, ut in hujusmodi causis procederetur ad praescriptum litterarum, & decretorum Apostolicorum.

§. 1. **I**mmò ab eadem Congregatione decretum tenoris qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, attente narratis, Oratoris preces remisit ad Eminentissimum Pallottum Ordinis hujusmodi apud hanc Sanctam Sedem Protectorem, qui supra expositis pro suo arbitrio, & prudentia decerneret, quod Junis erit ad praescriptum Apostolicarum, & ejusdem Ordinis Constitutionum. Romae 13. Maii 1667. M. Card. Ginettus.

§. 2. **C**um autem, sicut nomine dictionum etiam filiorum Prioris Provincialis, & Definitorii memoratae Provinciae Peruanae Nobis nuper expositum fuit, praedictus Joannes Baptista Cardinalis, & Protector vigore Decreti praesertim subinde partibus auditis, decretum ediderit tenoris sequentis, videlicet: Joannes Baptista Miseratione Divina Episcopus Tusculanus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Pallottus nuncupatus, totius Ordinis Eremitarum Sancti Augustini auctoritate Apostolica Protector, & in Capitulo Generali ejusdem Ordinis Praeses, in causa, seu causis coram Nobis, etiam ex Rescripto Sacrae Congregationis Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum pendente super validitate electionum Definitoris, & Discreti facta in Definitorio Provinciae Peruanae, necnon super confirmatione, seu annulatione Capituli Provincialis dictae Provinciae, auditis partibus oretenus, & in scriptis, reque mature considerata, declaramus dictum Capitulum validè celebratum, & proinde confirmandum esse, prout confirmamus, & nihilominus P. Mag. Ignatium de la Cerda in praedicto Definitorio ante tempus Capituli Provincialis in Definitorem Capituli Generalis electum, attenta bona fide, & consensu à Patre Lectore Fratre Dominico de Cisuentes, in Definitorem ejusdem Capituli Generalis in dicto Capitulo Provinciali electo, pro bono pacis spontè praestito, admittendum esse ad ferendum votum in Capitulo Generali mox celebrando, tanquam Definitorem; Patrem verò Magistrum Gabrielem Aqueva in praedicto Capitulo Provinciali in Discretum ad idem Capitulum Generale electum, in eodem tanquam Discretum ad ferendum votum admittendum esse: & ita decernimus, & mandamus, non solum praedicto, verum etiam omni alio meliori modo. Datum Romae die 26. Maii 1667. I. B. Card. Pallottus Protector, ac Praeses, & Delegatus. Praedicti verò Exponentes decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitari summopere desiderant.

§. 3. **N**os specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praesertim memorati Joannis Baptista Episcopi Cardinalis, & Protectoris decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, supplemus.

§. 4. **D**ecernentes ipsas praesentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit, in futurum plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. **N**on

CLEMENS NONUS.

Comeritis
Integrit.

§. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordini-
nis, & Provincie hujusmodi etiam juramento, confir-
matione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,
indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmis-
sorum quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-
vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores
presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad
verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore per-
mansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque.

Dat. P. An.
di 11. Aug.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub
Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1667. Pontificatus
nostri anno primo.

V. Privilegia, Exemptiones, & Indulta Dapi-
feris, qui in Conclavi suæ Assumptionis
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
intervierunt, concessa.

CLEMENS PAPA IX.

Causa hujus
modi.

Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios
nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur,
& Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo
Divina favente clementia ad Summi Apostolatus api-
cem assumpti fuimus, intervierunt, quique ea de
causa labores, vigilias, & incommoda plura subie-
runt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favo-
ribus, gratiis, & privilegiis pro cujuscumque me-
ritis exornare, ac eosdem Dapiferos, & eorum sin-
gulos.

§. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum,
vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatæ petiti-
onis instantiam, sed de mera liberalitate, certaque scien-
tia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine
in veros, indubitatos, & non fictos familiares conti-
nuos Commensales nostros, & eos, qui ex illis Cleri-
ci existunt, seu militia Clericali adscribi desiderant,
quosque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet
ordine antiquiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis
dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apo-
stolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilecto-
rum filiorum Notariorum de numero participantium,
tenore presentium recipimus, & tam illos, quam alios
Dapiferos singulos, qui singillatim ab eisdem tribus
Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri
Palatii, & Aulæ Lateranensis Comites, & Milites,
ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapi-
feros indistinctè, qui Nobilitate non sunt, Nobiles;
quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus tem-
porali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediâtè, vel
immediâtè subiectis, Cives esse voluerint, singulos in
ea ipsa Civitate, quam singillatim quisque eorum ele-
gerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti
petierit, veros Cives ad instar, & nulla profus diffe-
rentia inter eos, & singulos alios veros Originarios,
& antiquissimos, & nobiles participantes Cives ipsius
Urbis, vel Civitatis.

In civitate
in iporum
hæredes
transfert.

§. 2. Ita ut ipsum jus Civitatis ad quoscumque eo-
rum hæredes eodem modo transeat, creamus, consti-
tuimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis
titulo, honore, & insignibus decoramus, aliorumque
Familiarium continuorum Commensalium Nobis adu
in Palatio nostro Apostolico servantium, & in illius
Tinello comedentium, & bibentium nostrorum, &
Sedis Apostolicæ Notariorum, Palatiique, & Aulæ
præfate Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium
hujusmodi Originariorum numero, & consortio favo-
rabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non
fictis Familiaribus continuis commensalibus, ac Nota-
riis nostris, Comitibusque, Militibus, Nobilibusque,
Bullariis Magni Tom. V.

ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus,
& mandamus, eisque in quibuscumque impetratio-
nibus, ac concessionibus, & litteris, tam gratiam,
quam justitiam separatim, seu utramque mixtam con-
cedentibus, se Familiares, continuos commensales
nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Cives,
& originarios nominare, nec propterea impetrationes
concessionibus, & litteræ ipsæ subreptionis vicio subja-
ceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc
deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque
& profusè similibus antelationibus antelationum, præ-
rogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus,
exemptionibus, decretis, declarationibus, derogatio-
nibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis,
privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri
Familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Sum-
mi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis
Notarii, etiam de numero participantium existentes,
etiãsi habitum, & Rochettum Notariorum ipsius
Sedis non deferant, Palatiique & Aulæ præfate Co-
mites, & Milites, ac Nobiles Originarii, & antiquis-
simi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut
præfertur, elegerint quicumque ex utroque Parente
verè Nobili, ac Cive Civili, & originario antiquis-
simo procreari de jure, statuto, consuetudine, vel aliàs
ex aliquo speciali Privilegio, seu aliàs etiam per quæ-
cumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro
tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gau-
dent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & po-
terunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in
judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum
de numero participantium præjudicio, uti, frui, po-
tiri, & gaudere liberè, & licitè valeant realiter, & in-
tegrè in omnibus, & per omnia, etiam in Urbe,
& Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac
si de vero nobili genere ex utroque Parente originario,
& antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi
prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores,
concessiones, Indulta, & jura, quæ pro aliis Nobili-
bus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione
Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originariæ aliis
competunt, pro eisdem Dapiferis in specie emanassent,
seu emanarent, & eisdem naturaliter de jure, statuto,
consuetudine, fundatione, vel aliàs competere, vi-
gore presentium indulgemus.

Comites, &
Milites creati

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos à solutione,
& exactione Decimarum Ecclesiasticarum ubique loco-
rum, & ex quacumque, quantumvis urgentissima, &
inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam
Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Ve-
netorum, & quorumcumque aliorum Principum im-
positarum, & imponendarum pro tempore liberamus,
& eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse
decernimus, ipsis Dapiferis, eorumque singulis quocumque
fructus, & proventus Ecclesiasticos, tam occa-
sione Pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui re-
servatarum, quam ratione omissionis recitationis hora-
rum Canonicarum indebitè perceptos, cujuscumque
quantitatis fuerint, gratiosè remittimus, & condona-
mus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea
quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cen-
suris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina officia,
non tamen in contemptum clavium, celebraverint,
aut aliàs in Divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem
præmissis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros,
& Presbyteratus ordines, aliàs tamen ritè promoverent,
& in illis etiam susceptis aliàs ritè per eos ordinibus
etiam in Altaris Ministerio ministrare etiam liberè,
& licitè valeant, dispensamus.

A Gabelitis
aliquis oner-
ibus liberatis

§. 4. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum
Natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illi-
cito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, ac vi-
libus feminis forsàn procreati sint, etiam si legitimi
aliàs existant, legitimamus, omnemque ab illis ganitu-
ræ hujusmodi maculam, sive notam abstergemus, &
abolemus, ac legitimis Natalibus restituimus, ac cum
eorum singulis, ut in quibuscumque bonis patris,
O O 2 &

Legitimus
natis
suis

et aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudaliibus, & emphyteuticis, aut ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio ventilationis ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato, hereditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

Ad dignitates, honores, & officia admittere.

§. 5. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, vel privata etiam alliumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & postmodum characterere, & Ordinibus hujusmodi, illorumque Privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, & qualiacumque, cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si perforatus, administrationes, & Officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesie, vel earum perpetue Vicarie, ac Canoniciatus, & Præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi aliis canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, presententur, vel aliis assumantur ad illa, & instituantur in illis, recipere, & dummodò plura simul non sint, quàm quæ à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere liberè, & licitè valeant, similiter dispensamus.

Ad possessionem dignitatum.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, Commendæ, ac præsentis, & quævis aliæ littere Apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine Camere Apostolicæ, quàm in favorum litterarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis Commensalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus, ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut ubicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quàm extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quæcumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis, ac distributibus quotidianis quorumcumque mensurarum Episcopaliarum, Archiepiscopaliarum, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canoniciatus, & Præbendarum, ceterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per S.R.E. Cardinales obtentorum, & impostorum obtinentorum, cum cura, & sine cura, secularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus, aliisque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si aliis sentel, vel pluries translata, seu translata fuerint, usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cessare, & extinguere, ac postquam cessare, & exstincte fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, nisi, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eisdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, quæcumque, quæcumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & exposcentibus, aliis tamen pensionibus hujusmodi capacibus,

similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatæ, seu reservandæ fuerint, aciam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu, integre perfolvendas, seu perfolvendas, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendas, exigendas, levandas reservare, constitutero, & assignare valeant, ipsique Translati in possessionem dictas Pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore presentium faciendæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & indulgemus, & etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliis forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulativè eos gaudere, & potiri volumus.

Translatio pensionum concessio modo, & in Cons.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes Pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventus reservatæ fuerint, obtinentes, ad illas perfolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque Pensionum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, tunc, & pro tempore reservatarum, ac reservandarum, habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis, dummodò ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id à quoquam cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seu cassationis ipsarum Pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere.

Ad septimum in his litteris.

§. 8. Postremò quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canoniciatus, & Præbendarum, ac Dignitatum quorumcumque per eos aliis obtentorum, & obtinentorum, aut aliis quomodolibet, & quovis quævis colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, & licitè acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubicumque existentis, spoliis minime subiaceant: sed ipsi Dapiferi, etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quorumcumque Personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, eos decedere contigerit, testari, & aliis disponere, eisque ab intestato decedentibus eorum heredes quicumque succedere liberè, & licitè valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Ad molestias liberat.

§. 9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesie Camerario, Thesaurario, Præfidentibus, Clericis Camere nostre Apostolicæ, & quibuscumque aliis superiorum hujusmodi Collegioribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque heredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu presumant, ac etiam decernentes donatque, etiam per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper, & perpetuè validas, & efficaces fore, nec eisdem Dapiferos, eorumque aliquem ad litteras super presentibus faciendas in dicta Camera infirmandas, aut admitti, & registrari petendum tenent, nec illas, etiam si intra tempus legitimum infirmate, admittit, seu registratæ non fuerint, propter quod minus validas censeant, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque presentes, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, Constitutis

Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoris, vel quæ eas limitarent, aut moderarentur, quæ à Nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hæctenus, vel impostero emanaverint, minime comprehendere, sed quoties illæ emanabunt, toties in prædictum statum repositas, & reintegratas esse, & censeri. Sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cui-libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Expeditionem gratiarum mandati.

§. 10. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Computatori Collegii Scriptorum litterarum Apostolicarum, & aliis, ad quos earundem litterarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentibus, & forsan alias litteras super præsentibus omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique in omnibus Officiis, etiam Abbreviatorum, Solicitatorum, Secretariorum Plumbi, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactio-ne, etiam per viam compositionis faciendas, omni contradictione, & dilatione cellantibus, signent, expediant, & expediri faciant.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiam si ad illum non sit devenit, quibus aliis per præsentibus non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in Pensionibus, ac felicis recordationis Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri, de similibus, vel dissimilibus gratiis in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam Prædecessoris nostri contra Illegitimos, ac Piſtavenſis Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam Sacris Canonibus: Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogationibus derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, ac aliis forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponentibus, quod beneficia Urbis nonnisi personis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militarium expressè professis conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si aliis pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie motu pari

Bullariis Magni Tom. V.

derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis,

Fiat Motu proprio I.

Et cum absolute à censuris ad effectum, &c. & in casibus regulæ de inſordescensibus, cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæſito, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, & singulorum major, & verior specificatio, & expositio fieri possit in litteris, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Diœceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint, juxta Notulam per ipsos, seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de illa, vel aliis, prout videbitur expedire, expediendarum, &c.

§. 12. Volumus autem, quod litterarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus litteris adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem, quod sola præsentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obſtante.

FIAT. I.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Dat. P. An. 1. quartodecimo Kal. Septembris. Pont. Anno primo. die 19. Aug.

Nomina autem ipsorum Dapiferorum sunt hæc, quæ sequuntur.

PAulus Strada Romanus Clericus Conjugatus, noster dum Cardinalatus honore fugebamur. Gentilius Fidelis Clericus Camerinenſis, Francisci Ostiensis Barberini. Joannes Gamba J. U. D. Sacerdos Ravennatenſis, Martii Portuensis Ginetti. Abbas Carolus Vainus Commendatarius Sanctorum Mauriti, & Lazari, Romanus, Antonii Prænestini Barberini. Joannes Baptista Vannius Clericus de Caldarella, Joannes Baptista Tullucani Palotti, Baldus Corradus Clericus Maceratenſis, Francisci Mariæ Sabinensis Brancatii. Canonicus Guidus Muccioli Sacerdos de Burgo Pacis, Urbanienſis, Ulderici Albanensis Carpinci. Antonius Talenti Canonicus Romanus, Ernesti Adalberti Sanctæ Prædix Harrach, Franciscus Botius Sacerdos, & Canonicus Genuens, Stephani S. Laurentii in Lucina Duratii. Joseph Lampanus Clericus J. U. D. à Monte Flacone, Julii Sanctæ Priscæ Gabriellii. Paulus Nicola Vinerius Laicus Recanatenſis, Virginii Sanctæ Mariæ Angelorum Ursini. Cæsar Sega Clericus Bononiensis, Cæsar Sanctorum quatuor Coronatorum Facchenetti. Alexander Libicinius Clericus, & Prior Sancti Siffoini Diœcesis Lixmo, Hieronymi Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Grimaldi. Comes Joannes Baptista Laverchius Laicus Faensis, & Eques Sancti Stephani, Caroli Sancti Stephani in Capite Rossetti. Antonius Maria Petronius J. U. D. Sacerdos à Monte Reale Diœcesis Reatinæ, Nicolai Sanctæ Mariæ Transiberim Ludovisii. Joannes Baptista Tamphanus Sacerdos Forosempronienſis, Alderani Sanctæ Pudencianæ Cybo. Hieronymus Lancettus Clericus Cefenatenſis, Federici Sancti Petri ad Vincula Sfortia. Felix Bonafides Clericus Firmanus, Benedicti Sancti Honuphrii Odescalchi. Joannes Baptista Pellegrinus Clericus Mediolanensis, Laurentii Sanctorum Quirici, & Julitæ Raggi. Joannes Rennis Ambianensis Diœces. Laicus, Francisci Pauli S. Mariæ super Minervam de Retz. Carolus Vismara Laicus Mediolanensis, Aloysii Sancti Alexii Homodei.

O o 3 Benedictus

Benedictus Mazzinus Clericus Romanus, Petri S. Marci Otthoboni. Fulvius Augustinus Venetianellus Clericus J. U. D. Urbinatensis, Laurentii S. Chryfogoni Imperialis. Angelus Clanellonus Laicus Reatinus, Giberti Sanctorum Joannis, & Pauli Borromæi. Julius Guascus Clericus Romanus, Marcelli Sancti Stephani in Monte Cælio Sanctæ crucis: Joannes Baptista Buccata Clericus Bergomensis, Joannis Baptiste S. Marcelli Spadæ. Angelus Vignatus Laicus Lodegianus, Francisci S. Mariæ in Via Albicini. Franciscus Horatius Speculus, Clericus Romanus, Octavii S. Cæcilie de Aquaviva: Antonius Theodosius Senensis Clericus, Flavii Sanctæ Mariæ de Populo Chisii. Thomas Claudius Clericus conjugatus Pergulensis, Scipionis Sanctæ Sabinæ Delicii. Franciscus Salundocius Clericus Florentinus, Hieronymi Sanctæ Agnetis extra mœnia Farnesii. Michaël Bizzottus Sacerdos Canonicus Ecclesiæ Collegiæ Sanctorum Paulini, & Donati Lucensis, Hieronymi S. Hieronymi Illyricorum Bonvisii. Hieronymus Piccolomineus Clericus Senensis, Antonii S. Augustini Bichii. Dominicus Venantius Clericus Nepentis, Petri S. Calixti Vidoni. Hieronymus de Dominicis Sacerdos Belfortis Cameriniensis Diocesis, Gregorii S. Thomæ in Parione Barbarici. Franciscus Antonius Scarincius Clericus Romanus, Hieronymi SS. Marcellini, & Petri Boncompagni. Hieronymus Mucciolus Clericus Pisarenensis, Alphonfi Sanctæ Crucis in Hierusalem Littæ. Joseph Fiducius Clericus de Monte Pulciano, Nerii Sanctorum Nerei, & Achilei Corsini. Philippus Argenteus Laicus à Civitate Vetere, Caroli S. Anathasii Bonelli. Ludovicus Gabutus Sacerdos Firmanus, Cælii S. Petri in Monte Aureo Piccolominei. Joannes Antonius Fiducius Clericus conjugatus de Monte Pulciano, Caroli Sanctæ Sufannæ Carafæ. Dominicus Minutius Sacerdos à Montebotto Senogalliensis Diocesis, Palutii Sanctorum duodecim Apostolorum Palutii Albertonii. Petrus Franciscus Jandinus Sacerdos Foroliviensis, Cæsaris S. Joannis ante Portam Latinam Rasponi. Lelius Bertonus Clericus Rolanus, Nicolai S. Mariæ Transpontinæ de Comitibus. Comes Fabritius Torglionus Clericus Anconitanus, Jacobi Sanctæ Mariæ de Pace Nini: Petrus Valtrionus Monfavinensis J. U. D. Clericus Diocesis Aretinæ in Etruria, Caroli Roberti Victorii. Julius Puttius Sacerdos à Spetia Diocesis Saranenensis, Julii Spinulæ. Abbas Dladacus Taballus Diocesis Sulmonensis, Inuici Sancti Clementis Caraccioli. Thomas Berterra Clericus à Saxoferrato, Joannis Delphini. Julius Florinus Reggionensis conjugatus, Rinaldi Sancti Nicolai in carcere Tulliano Estensis. Camillus Cerronius Canonicus Cathedralis Ferrariensis, Joannis Stephani S. Agathæ Donghii. Adrianus Corromanus Clericus conjugatus Perusinus, Pauli Emilii Sanctæ Mariæ in Cosmedin Rondinini. Marcus Mellinus Romanus Clericus conjugatus, Francisci S. Mariæ in Vialata Moidalchini. Joseph Danzaert de Beneveren, Clericus Flandrensis, Frederici S. Cæsaræ de Hassia. Antonius Comes Clericus Cameriniensis, Caroli S. Angeli in foro Piscium Barberini. Petrus Carolus Capelletus, Clericus conjugatus Reatinus, Caroli S. Eustachii Pii. Franciscus Gentilucius Clericus Lauretanæ Diocesis, Caroli Sancti Eustachii Gualterii. Antonius Favonius Canonicus Cathedralis S. Severini, Decii S. Adriani Azzolini, Hieronymus Valentinus Sacerdos Hortensis, Odoardi SS. Cosmæ, & Damiani Vecchiarelli. Dominicus Ranconius Laicus Ferrariensis, Jacobi S. Mariæ in Aquiro Fransoni. Gasparus Plantanidus Clericus Romanus, Francisci Mariæ SS. Viti, & Modesti Mancini. Joannes Hieronymus Rosolinus J. U. D. Ronconus, Angeli S. Georgii ad velum aureum Celi. Annibal Benignus Clericus Cameriniensis, Pauli S. Mariæ de Scala Sabelli Peretti. Pascalius de Forneriis Gallus Maricensis Clericus conjugatus, Ludovici de Vandosme Diaconorum S. R. E. nuncupatorum.

Constitutio supet Reformatione Jurisdictionis Tribunalis Burgi. VI.

CLEMENS EPISCOPUS Edicta A. D. 1667.
 Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN hoc primo Nostri Pontificatus ingressu id à Nobis nostri muneris ministerium exigit, ut in remotos æquæ, ac proximos paternæ charitatis officium extendatur: nulli tamen invidiosum fore credimus; si à dilectis filiis Almæ Urbis nostræ habitatoribus, iisque potissimum, qui illius regionem Burgi vocabulo nuncupatam, nostro Varicano Palatio propinquam sub oculis ferè nostris inhabitant, nostra beneficia initium capere conspiciantur.

§. 1. Propterea cum fel. record. Julius Papa III. Prædecessor noster per suas sub Annulo Piscatoris die 22. Februarii anni 1550. Pontificatus sui primo expeditas litteras Gubernatori utriusque Burgi Sancti Petri privativam, & particularem Jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque & mixtum Imperium, ac gladii potestatem concesserit, cum facultate deputandi Judices, Procuratorem Fiscalem, Notarios, & Exequutores, eaque Jurisdictione postmodum à nonnullis ex Prædecessoribus nostris, in similibus Gubernatorum electione, per alias eorum litteras sub plumbro, seu Annulo Piscatoris, ut præfertur, expeditas, renovata, & declarata, & forsitan consuetudine ampliata extiterit.

§. 2. Nos considerantes, quod multa etiam ab initio maturè discussa, & ad optimum finem instituta tractu temporis diversimodè regenda, & gubernanda sunt, experientia, & successiva rerum mutatione sic docentibus, certioresque insuper facti, quod eidem Burgi Tribunali pro congrua Officialium ejusdem sustentatione non aliter provisum sit, quàm ex taxis majoribus, & gravioribus, excedentibus taxas aliorum Tribunalium, & præcipuè Gubernii Urbis: Atque hinc dispendia, & querimonie oriantur illorum, quorum beneficio erectum fuit. Quodque ex Tribunalium multiplicitate frequenter contentiones super jurisdictione insurgunt, necnon inter sese discrepantes processus, quæ omnia, & reis molestias aggravant, & causarum expeditioni impedimento sunt.

§. 3. Proinde subditorum nostrorum commodo, & recto justitiæ cursui consulentes, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad hoc à Nobis specialiter deputatorum desuper auditis sententiis, hac nostra perpetuè valitura Constitutione præfatam Julii, aliasque quascumque Prædecessorum nostrorum Constitutiones, ac litteras (quarum tenores hic pro expressis, & insertis haberi volumus) ut præfertur emanatas, in ea tantum parte, cui hæc nostra Constitutio adversatur, revocamus, & annullamus, quas tamen in reliquis in suo robore permanere volumus. Et in futurum dilectum filium nunc, & pro tempore existentem Almæ Urbis nostræ Gubernatorem, ejusdem Burgi Vicegubernatorem privativè pro causis civilibus, criminalibus, & mixtis, cum omnibus facultatibus sibi in aliis dictæ Urbis Regionibus, etiam vigore litterarum, seu chirographorum, de quibus specialis, seu specialissima mentio habenda foret, competentibus, per præfentes deputamus, ac deputatum esse volumus, & decernimus. Ita quod pro Burgi causis hujusmodi Nobis, successoribusque nostris tantum, & non aliis rationem reddere, aut parere teneatur. Et cum jam ex speciali nostro chirographo indemnitati possessoris officii. Notariatus dicti Burgi consultum sit, mandamus eidem Gubernatori, Vicegubernatori, ut præfertur deputato, quatenus pro exercitio Jurisdictionis Burgi hujusmodi eisdem Judicibus, Exequutoribus, carcerumque Custodibus, quibus in gubernio Urbis utitur, ac iis Notariis, qui de mandato

dato nostro pro prædictis causis ejusdem Burgi deputati fuerint, utatur, & ab omnibus supradictis, aliisque Officialibus in eisdem causis civilibus, criminalibus, & mixtis, Urbis gubernii taxas servari faciat.

*Abet Edicta
Gubernatoris
prædicti ab ha-
bitatoribus
burgi abfec-
turi.*

§. 4. Declarantes, quod Edicta, Decreta, Sententia, & Acta; quæ ab ejusdem Urbis Gubernatore, sive ejus Locumtenentibus, aliisque Officialibus pro tempore emanabunt, in Burgo, & ab ejus habitatoribus (vigore Jurisdictionis, quam nos eidem Urbis Gubernatori, uti Vicegubernatori Burgi per præsentis tribuimus) observari debeant, etiam in Edictis, decretis, sententiis, aliisque actis prædictis talis titulus non exprimat, ac Locumtenentes, Substitutos, Exequutores, aliosque Officiales pro gubernio dictæ Urbis deputatos eo ipso, etiam pro eisdem causis Burgi deputatos esse, & ceteri debere: privatam tamen Notario tam criminali, quam civili, ac Mandatario pro causis ad dictam Regionem Burgi pertinentibus deputandis reservantes.

§. 5. Injungentes eidem Urbis Gubernatori, ut omnes scripturas, omniaque acta usque in præsens in officio Burgi extantes, & extantia ad officium gubernii Urbis alportari, illasque, & illa, prout causas civiles, aut criminales concernunt, Notariis civilibus, & criminalibus pro causis Burgi deputandis separatim, & respectivè consignari faciat, prævio tamen illarum, & illorum Inventario, ad hoc ut de eisdem rationem reddere teneantur.

*resoluit in
causis A.
reservant.*

§. 6. Recursum autem in civilibus causis Burgi, Camera nostræ Apostolicæ Generali Auditori, prout antea competebat, reservamus.

§. 7. Injungimus præterea eidem Urbis pro tempore Gubernatori, ut in Burgo pro bono ipsius gubernio, & Incolarum servitute tot Birruarios sub uno vigili Conductore, quot sibi prudentia prævia suaserit, & exegerit necessitas, morari curet.

*Jurisdictioni
dicti Burgi
regare non
possunt.*

§. 8. Declarantes etiam in locis, & causis civilibus, & criminalibus, & mixtis, in quibus Burgi Judex jurisdictionem privatam habebat, nullam deinceps jurisdictionem acquirere, seu exercere posse alia Tribunalia, Judices, & Exequutores Urbis, quæ & qui ante præsentium emanationem in eisdem eam non exercebant: Volentes, ut supra dictum est, quod præfata Jurisdictio Urbis tantum Gubernatori, tanquam Burgi Vicegubernatori, ejusque Curia privativè concessa censetur. Quodque in reliquis, iis tantum exceptis, de quibus in præsentibus dispositum est, Burgi Gubernatori à Nobis, successoribusque nostris pro tempore pariter eligendo, eadem prærogativa, honores, emolumenta, etiam ex poenis, confiscationibus, ac Notariorum, & Mandatariorum responsionibus proventientia, commodaque omnia remaneant, quibus Burgi Gubernatores, qui pro tempore fuerunt, hæcenus frui sunt, & frui consueverunt. Cum Burgi gubernium nequaquam extinguere, seu supprimere, sed tantummodò normam, & quibus ministris illud regendum, & administrandum sit, præscribere intendamus.

§. 9. Verum quia Conclavis Gubernator in Burgo Jurisdictionem exercere solitus est: Volumus, & ordinamus, quod idem Conclavis Gubernator à Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Collegio pro tempore eligendus, Sede Apostolica vacante, in eodem Burgo, hoc est, in situ, qui à Burgi mœnibus includitur, & à flumine prope portam Sancti Spiritus incipiendo, ad portam Equitum levis armaturæ, ad portam Fabriciam, & deinde ad Portam Angelicam, portam Castelli vulgò nuncupatam, ad Pontem usque Sancti Angeli inclusivè decurrat, comprehensis ex parte Burgi ripis fluminis, eorumque annexis, eandem jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque & mixtum Imperium habeat, prout in præteritis Sedis prædictæ vacationibus habebat, sed in aliis locis extra Burgi mœnia hujusmodi remanentibus, in quibus Burgi Judex jurisdictionem privatam exercebat, eandem Urbis Gubernator præ-

dictus, tanquam Burgi Vicegubernator, tam plena, quam vacante Sede hujusmodi exerceat. Declaramus insuper, quod jurisdictione præfata Conclavis Gubernatori concessa, causas tantum comprehendit, quæ post ejus electionem inceperint, relictis aliis, quæ ante ejus electionem hujusmodi inchoatæ fuerint, absque ulla suspensione, & impedimento dictæ Urbis Gubernatori, ad quem & illa devolvantur, quas prædictus Conclavis Gubernator, antequam expiret ejus jurisdictione, quam nos initio sequentis post Summi Pontificis electionem diei terminari decernimus, absolvere non poterit.

§. 10. Volumus etiam, quod pro dicta jurisdictione exercenda Conclavis Gubernator in causis criminalibus deputet unum ex substitutis Locumtenentibus in Urbis Gubernio: pro causis verò civilibus civilem Gubernatoris Urbis Locumtenentem, & in utrisque causis Exequutoribus Gubernatoris Urbis utatur, Notariosque, & respectivè Mandatarium assumat illos, per quos acta, & civiles, ac criminales causæ Burgi respectivè in futurum agentur, & ab omnibus servari omnino curet taxas, quibus utitur Urbis Gubernator, cui strictè præcipimus, & mandamus, ut eosdem Locumtenentes, Notarios, & Exequutores, & alios ministros necessarios Gubernatori Conclavis promptè, & sine difficultate subministret.

§. 11. Mandamus insuper Custodibus qualiumcunque Urbis carcerum, quod recipiant, custodiant, & relaxent delinquentes ad eorum carceres transmissos à Tribunali gubernii Conclavis, juxta illius Gubernatoris ordinationes, & mandata: Dantes facultatem eidem Gubernatori Conclavis mittendi ejus Locumtenentem criminalem, & Ministros, ad actus opportunos faciendos pro causis ad eum spectantibus, ad quoscumque carceres, & alia loca Urbis, ubicumque opus fuerit.

§. 12. Denique committimus dilecto filio nostro, & Camera nostræ Apostolicæ præfate Generali Thesaurario, ut pro eadem Camera vendat, seu vendere faciat domum, seu domos, quæ antea pro Officialibus Burgi, & carceribus ejusdem Tribunalis intervicabant, & venditione facta pretium recipiat, sive, si ipsi ita videbitur, eas ad usum privatarum domorum reductas locet, locandasque curet, cui proinde necessariam, & opportunam facultatem concedimus.

*Venditionem
domorum pro
Officialibus
Burgi, &
Carceribus
Theaurario
Camera
committit.*

§. 13. Decernentes præsentis litteras semper, & perpetuè validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec eas sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis editis, & edendis comprehendendi, nec per eas revocatas esse, aut fore, vel ceteri posse: sed quoties eas comprehendendi, aut revocari contigerit, toties ex nunc, prout ex tunc, in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse: Sique & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Palatii nostri Apostolici, & dictæ Camera Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ præfate Regula de jure quæsito non tollendo, ac prædicti Julii III. aliisque Prædecessorum hujusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Tribunalis Burgi, & Urbis hujusmodi, quatenus in aliquo obtent, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum forsan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam aliis pro ilorum sufficienti derogatione de illis, eorumque

*Concretis
derogant.*

CLEMENS NONUS.

totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem impetantes mentio, seu quævis alia expressio habenda; huc aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, & forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pænaliter.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum revocationis, annulationis, voluntatis, deputationis, mandati, injunctionis, reservationis, declarationis, intentionis, commissionis, concessionis, ordinationis, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. An. 1. die 1. Sept.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1667. Kalend. Septemb. Pontificatus nostri anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1667. Indictione quinta, die vero 28. Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno primo, suprascripta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Curie, & in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Petrum Sanctissimi Domini Nostri Pape Cursorem.

Joannes Jacobus Pelliccia Mag. Curf.

VII. Confirmatio quorundam Decretorum editorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum.

Edita An. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Debitum Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ regimini divina dispositione præsidemus, exigit, ut paternam Christi fidelium divinis obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus benedicente Domino proferre jugiter satagentium curam gerentes, illa quæ pro felici, prosperoque eorum regimine providè constituta esse noscuntur, ut firma atque illibata persistant, Apostolici muniminis patrocinio robaremus.

Causa approbationis Decretorum.

§. 1. Exposuit siquidem Nobis nuper dilectus filius noster Hieronymus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Farnesius nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, quod in nupero Capitulo Generali dicti Ordinis cum consensu, & approbatione omnium Vocalium in eo congregatorum facta, & stabilita fuerunt pro felici ejusdem Ordinis gubernio decreta, seu capitula tenoris qui sequitur, videlicet.

Decreta servanda.

§. 2. Primò. Cùm non possit Pater Generalis complere totam Religionis visitationem decursu sexennii, expedit differre officium Generalatus usque ad septennium: & quod si durante septennio, non completa visitatione decedat, primus Diffinitor sub nomine Vicarii Generalis perficiat visitationem, & maneat in officio usque ad complementum dicti septennii: ipso autem impedito, vel non valente, succedat alius Diffinitor gradatim juxta Constitutiones. Secundò: Cùm Capitula Provincialia modò sint annualia, expedit ut in posterum fiant tantùm de triennio in triennium, & singulis annis fiat Congregatio intermedia, in qua subrogentur novi Guardiani illis, qui tempus jam comple-

verunt: sicut etiam illi, qui licet tempus non compleverint, minùs tamen apti reputabuntur: in eadem etiam fiat syndicatus Procuratoris Provincialis per quatuor Diffinitores ad hoc specialiter in hoc Diffinitorio congregandos, ubi dicat suam culpam, consignet, & deponat Sigilla in signum humilitatis, quamvis ipse non sit depositus, salvâ tamen facultate Patri Generali convocandi prædicta Capitula occasione suæ Visitacionis, vel aliâ, si & quando judicaverit necessarium. Tertio: Procurator Generalis non concurrat ad Generalatum in Capitulis in posterum celebrandis dumtaxat. Quarto: Diffinitores actuales in posterum (durante eorum officio) non possint eligi in Guardianos: habebunt tamen vocem in Capitulo Provinciali, dum actu sint Diffinitores, vel Custodes ad Capitulum Generale, etiam si non concurrant ad Discretatum. Exprovincialia, verò post annum poterit eligi in Guardianum juxta Constitutiones. Quintò: Diffinitores completo Diffinitoriatus officio, nullam habeant præcedentiam, sed illum tantum locum obtineant, qui ipsis non ex officio jam completo, sed ex antiquitate professionis debetur. Sextò: Patres Generales, & Provinciales, completo eorum officio sedeant (durante Capitulo,) in ultimo loco Sacerdotum, & per aliquot dies abluant utensilia: similiter in Processionibus, quæ fiunt durante Capitulo, occupent ultimum locum Sacerdotum. Septimò: Guardiani tempore Adventus nullo modo concionentur extra locum suæ Guardianiæ, quod etiam servetur tempore Quadragesimæ, nisi agatur de Concionatoribus insignibus, vel urgens necessitas suaserit P. Generali eos in casibus particularibus dispensandi, & tunc idem Generalis provideat Conventui de Vicario gravi & idoneo. Concionatores verò prædicti non mittantur nisi ad Provincias, & loca viciniora. Octavò: Non prædicent Lectores tempore Quadragesimæ, sed per totum anni cursum lectionibus incumbant. Studentes non mutantur in aliam ab alia familia, in qua student: nulli concedatur Lector particularis: studeant per septennium integrum, super quibus dispensari non possit. Nonò: Concionatores non concionentur extra suas Provincias, nisi sint Prædicatores insignes, & concionari debeant in Cathedralibus, seu aliis conspicuis. Decimò: Confessores non admittantur ad audiendas confessiones Fratrum, & Lectores ad lectionem, nisi approbati fuerint prævio riguroso examine, ac per vota secreta Examinatorum. Undecimò: Diffinitores Generales resideant Romæ, quibus pro urgentibus, & gravioribus negotiis Religionis sit communis commissio generalis facta Patri Procuratori Generali à Patre Generali: ita ut procedant insimul, & conjunctim usque ad Capitulum generale, in quo singuli habebunt vocem electivam, tanquam unus ex Custodibus suarum Provinciarum. Duodecimò: Provinciales qui nondum compleverunt triennium, durent donec compleant. Oratio mentalis quæ tempore æstivo fiebat post meridiem, fiet mane ad primam. Hieronymus Cardinalis Farnesius Protector. Fr. Fortunatus Minister Generalis. Fr. Bonaventura à Recineto Procurator Generalis. Fr. Aloysius à Verona Diffinitor Generalis. Fr. Lucas Maringius Diffinitor Generalis. Fr. Franciscus de Xeres Diffinitor Generalis. Fr. Claudius Bituricensis Diffinitor Generalis.

§. 3. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Hieronymus Cardinalis Decreta, seu Capitula hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiti summoperè desideret: Nos piis ejusdem Hieronymi Cardinalis votis favorabiliter, quantum cum Domino possumus, annuere cupientes, supplicationibus ipsius Hieronymi Cardinalis Nobis super hoc humilliter portrectis inclinati, Decreta, seu Capitula præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Mandantes propterea, & præcipientes in virtute

Concordia promissio

eute Sancte Obedientie, ac sub privatione vocis active, & passiva pena per transgressores hinc facta incurrenda, omnibus, & singulis membris Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut decernit, seu Capitula præinserta inviolabiliter observent. Ac dependentes ipsas præsentis litteras, & Capitula, seu decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existant, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & in futurum quoadcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Constitutio
privat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & aliis quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Impressio
fidei.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

P. An. 1.
9. Sept.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Septembris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

VIII. Confirmatio Decreti Alexandri Papæ VII. approbantis nonnulla Capitula ad reformationem Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, inservientia.

Alia A. D.
1667.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinum.

Debitum pastoralis officii quo Ecclesiæ Catholicæ adstringimur, Nos admonet, ut paternam virorum Religiosorum curam gerentes, ea quæ pro felici reformationis inter eos institutæ progressu providè facta esse noscuntur, ut firma, atque illibata permaneant, Apostolici præsidii roborè muniamus.

Alia De-
1667.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Reformati Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, quod aliàs circa transitum Fratrum Conventualium Ordinis hujusmodi ad reformationem facta fuerunt nonnulla Capitula tenoris qui sequitur, videlicet.

Conferuntur
litteræ ad
reformatio-
nem condemp-
nata.

§. 2. Primo che tutti quelli Conventuali quali vorranno passare à vivere in detta riforma sieno tenuti, & obligati chiedere licenza, & ottenere l'assenso dal Padre Generale pro tempore, ovvero dal Padre Provinciale della sua Provincia di far tal passaggio, & essi Generale, & Provinciale conosciuto, però che haveranno detto transito desiderassi per buon fine, sieno tenuti concederlo à proportione però della capacità de Conventi tenuti da essi Riformati. Secondo che quelli Conventuali che vorranno passare à detta riforma dopo ottenuto l'assenso del Generale, & Provinciale della

Guardiano, & Superiore locale di quel Convento dove vorranno entrare. Terzo, che à quelli Conventuali quali canonicamente cioè osservare le sopradette condizioni faranno entrati à detta Riforma sia solo lecito uscire da essa Riforma à loro voglia per il tempo d'un anno, cominciando dal loro Ingresso in essa Riforma, & che quelli che non possono uscire da detta Riforma senza licenza in scriptis del Padre Generale, è fede fatta gli dal Superiore locale di quei Conventi dove faranno usciti, che essi partano per causa legitima, & non per eccessi commessi in detta Riforma. Quarto, che se alcun Conventuale legitimamente entrato in detta Riforma, passato un anno doppo il suo ingresso in essa, uscirà, & tornerà alla detta Conventualità non osservate le sopradette condizioni, sia irremissibilmente punito con la pena di un' anno di carcere formale, della privatione di voce attiva, & passiva, nella quale non possa esser reintegrato senon dal Summo Pontefice. Quinto, che quelli Conventuali quali entreranno in detta Riforma, per tutto il tempo nel quale viveranno in essa sieno tenuti osservare l'Instituto di Riformati, & i Superiori locali possino forzarli all' osservanza in caso que promesse molte correzioni gli detti Superiori locali, non riportassero dall' Inosservanti l'osservanza desiderata, debbano avvisarne il Padre Generale quale conosciuta la verità punisca li transgressori con pene opportune, & perà ogni speranza all' emendatione possino punirli etiam con l'espulsionem da detta Riforma, rimettendoli alla Conventualità. Sesto, il Padre Generale, & per se stesso, & richiessione da alcuni Provinciali, volendo servirsi per publico beneficio d'alcuni Conventuali quali faranno passati à vivere tra Riformati, etiam che fra essi vi siano stati molti anni possa chiamare qualunque gli parerà atto per il suo fine, acciò passi à vivere come prima fra essi Conventuali in quel Convento che à esso Padre Generale piacerà, & il chiamato s'ii tenuto obedire, & ritornare fra Conventuali. Settimo, che il Padre Generale preso informatione del più zelante, & osservante che sia fra Riformati in ciascheduna Provincia, nelle quali si trovano i loro Conventi, lo deputi per osservare con particular cura il vivere dell' altri Riformati, affincè avvisi subito trovando che alcuni di essi deviano dall' Instituto loro il Padre Provinciale, accioche trovata l' inosservanza restino puniti, & non bastando per ridurli all' osservanza sia tenuto avvisarne il Padre Generale, & da esso aspettare il remedio opportuno. Ottavo, che nell' electione de Guardiani nelli Conventi d'essi Riformati, si osservi nell' altre Provincie, quanto di presente si osserva nella Provincia di Napoli, cioè che habbino facultà i stantianti in ciaschedun Convento di essi Riformati capitolarmente congregati con il loro Superiore locale proporre al Definitorio in Capitolo, & Congregatione Provinciale due de loro Riformati, acciò da esso Definitorio uno de due proposti s'ii eletto Guardiano per l'anno corrente.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, felicis recordationis Alexander Papa VII. Prædecessor noster subscripta Capitula ad se relata per Decretum die 21. Septembris 1657. emanatum approbaverit, & ab omnibus ad quos pertinet, inviolabiliter observari præceperit, dicti verò Exponentes eadem Capitula, quo firmius subsistant, & ferventur exactius, etiam Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roborari summo perè desiderant.

§. 4. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatz existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes: Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita relatione status hujus Reformationis, ejusque Conventuum necessitate perspicua, omnia, & singula Capitula præinserta, emanatumque

Confirmat
primi in
brisa.

tumque super eorum approbatione dicti Alexandri Prædecessoris decretum huiusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique invidiabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos justis, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentibus literas, ac Capitula præsertim, & decretum huiusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 1. die 16 Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Decembris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

IX. Quod Presbyteri Societatis JESU Officium cum Octava de præcepto, & Missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare valeant.

Edita A. D. 1667.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Augustissimæ, atque Gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ, cujus virtutem, & pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, natura obtupescit, Infernus contremiscit, cultum, & venerationem in terris quanto possimus studio promovere satagentes, pia fidelium, eorum præsertim, qui Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, aliis ad opera pietatis exemplo prælucent, & salubri directione viam monstrant, vota in id ipsum tendentia libenter exaudimus, ac favoribus, & gratiis prosequimur opportunis.

Credenda prout in rub.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii Joannis Pauli Olivæ Præpositi Generalis Societatis JESU, tam suo, quam totius Societatis prædictæ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, ut in eadem Societate ab omnibus illius Presbyteris, & Clericis Regularibus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum Octava in posterum de præcepto recitetur cum lectionibus in Octavo Romano à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum approbato contentis, & à die octava ad decem quintam Decembris ritè dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus. Idemque Officium ad usum dictæ Socie-

tatis seorsim ab Octavo Romano imprimi posse concedimus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo memorati Præpositi Generalis, aut alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Septemb. 1667. Pontificatus nostri anno primo.

D. P. An. 1. die 17 Sept.

Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum tam Guardiani Sacri Montis Sion, quam Fratris, necnon locis Terræ Sanctæ.

X.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1667.

Plis Christi fidelium votis, ex quibus Sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus, libenter annuimus, & illa quantum Nobis ex alto conceditur, favoribus Apostolicis confavemus.

Procuramus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Ludovicus à Justitia, Frater expresse professus Provinciæ Græventis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Prædicator Verbi Dei, necnon Commissarius, ac Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ Subsidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assidue excolentium, sacræque loca venerantium subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum omnia, & singula gratias, privilegia, & indulgentias hucusque sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis concessas Apostolica auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

Supplicat.

§. 2. Nos desiderio huiusmodi annuere, ipsumque Ludovicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes. Supplicationibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis omnia, & singula privilegia, concessionem, facultates, indulta, indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon dicti Ordinis Guardiani, & Fratris in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut aliis quomodolibet concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetue invidiabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Qua omnia complimus.

§. 3. Necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehæm, & Nazareth existentibus, & viventibus, in cuiuslibet

In indulgentiam in unum articulo concessis.

Nulli in futurum, si verè poenitentes, & confessi, ac Sacra Communionis refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si poterint, sin minus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & largimur.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Septembris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

XI. Quod Officium S. Ignatii Societatis Jesu Fundatoris sub ritu duplici in posterum recitetur ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Credite Nobis divinitus dispensationis ratio postulat, ut Sanctorum in Cælis regnantium, quorum egregia constant in Ecclesiam Catholicam merita, cultum, & venerationem in terris condignis honorum incrementis ampliare studeamus.

§. 1. Itaque cultum, & venerationem Sancti Ignatii Societatis Jesu Fundatoris, de Universali Ecclesia adeò benemeriti, ubique terrarum augere volentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, ut ejus festum, quod sub ritu semiduplici ad hunc usque diem celebratum est, perpetuis futuris temporibus sub ritu semiduplici celebretur. Præcipientes propterea, ut omnes tam sæculares, quam Regulares utriusque sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, eas in posterum de memorato Sancto Ignatio sub prædicto ritu duplici recitent. Ac ipsius Sancti Ignatii festum sic sub ritu duplici celebrandum in Romano Breviario apponi debere decernimus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dicte Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

XII. Confirmatio litterarum Generalis Ordinis Prædicatorum pro Religiosis Provinciæ Hiberniæ, & aliarum ejusdem Ordinis sublevandis, novisque nationalibus Collegiis, & Domibus in Hispania, & alibi erigendis.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Nuper emanarunt à Nobis ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ Hiberniæ Ordinis Prædicatorum litteræ in simili forma Brevis tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa IX. Ad futuram rei memoriam. Credite Nobis cœlitus dispensationis ratio exigat, ut paternam vitorum religiosorum, eorum præsertim, qui Evangelicæ prædicationi addicti labores, & pe-

ricula pro fide Catholica alacriter subeunt, curam gerentes, illa quæ pro eis sublevandis, plisque, & laudabilibus eorum studiis fovendis, & promovendis ab eorum Superioribus Regularibus piè, prudenterque facta, & constituta esse noscuntur, ut firma, atque illibata permaneant, Apostolici muniminis patrocinio libenter roboremus.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, quod ipse pro manutentione instituti Evangelicæ prædicationis, cui dictus Ordo enixè incumbit, ac pro sublevandis Religiosis Provinciæ Hiberniæ, & aliarum ejusdem Ordinis, qui laboribus, carceribus, minis, & opprobriis pro Catholica Fide vexantur, litteras patentes expedivit tenoris, qui sequitur, videlicet: Frater Joannes Baptista de Marinis Sacræ Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, & Servus in Deo, Filio sibi dilecto R. P. Fr. Joanni Cnojur à Sancto Dominico ejusdem Ordinis, & Provinciæ nostræ Hiberniæ Procuratori Generali salutem.

Hibernia re, & nomine quondam floridissima SS. Insula, sed postremò hoc nostro sæculo avitæ Religionis tristi passim excidio miserrimè deformata; tanto sollicitiorem meretur omnium Christi fidelium ubique commiserationem, quanto periculosius hodie sub novo quodam persecutionis genere ibidem orthodoxa fides laceratur: neque hic nobis eundem per singula, dum in paradigma sufficiunt nostrorum illic fratrum, quas exposuisti calamitates, & clades, nimirum ipso eorum Provinciali ob fidem retruso in sequestro, aliisque alibi in vincula coniectis, missionariis dispersis, communitatibus dissipatis, &c. quibus nisi aliunde per novorum identidem operariorum quotidiana supplementa providè succurratur, brevi de Provinciæ actum erit.

Porro, ut prudenter suggestisti, iis succurri non poterit, nisi extra insulam in aliis Catholicorum Principum Regnis, ac ditionibus multiplicentur nationalia Religiosorum illorum domicilia, & litterarum Collegia, in quibus tum exules nostri Missionarii ob fidem proscripti asylum inveniant, tum vernacula Hibernorum juventus studiis controversiarum, & sacrarum linguarum jugiter ad Apostolicam missionem erudiat. Hoc igitur extremum istius desolationis remedium, ut suo tandem potiatur usu, & effectu, in quem unà tecum undique plurium magnatum vota, instantiæ, promissa munificè, pietissimèque conspirant, ampliusque in aliis pariter Regionibus conspiratura putantur.

Nos harum serie, ac suprema officii nostri auctoritate in primis tibi supra nominato, tuisque in officio Successoribus potestatem facimus acceptandi, erigendi, ac formandi apud Matritum Hispaniæ unicum tuæ nativæ Provinciæ Collegium, quale confidis illic ex priorum elemosynis, ac liberali fundatione te obtenturum, ad effectum præcipue ibidem sub regulari disciplina educandi Missionarios Hibernicæ nationis indiscriminatim, ita tamen ut etiam Angli, & Scoti in eodem Collegio recipiantur, sustententur, & instituuntur, cum potestate etiam ibidem recipiendi ad habitum, & professionem juvenes supradictarum trium nationum, illosque educandi in proprio novitiatu sub exacta observantia regulari. Simili ratione, sine, ac modo in aliis quibuscumque locis, tum Hispaniarum, tum cæterorum per Europam Catholicorum Regnorum, Statuum, ac ditionum, ubicumque Patronos, fautores, ac fundatores poteris reperire, & ad tantæ pietatis opus inducere, tibi, tuisque Successoribus in officio amodò liceat hujuscemodi Collegia procurare, suscipere, & eorundem Regnorum nationalibus consignare ad effectum, ut supra, & cum iisdem facultatibus.

Volumus autem, ac declaramus, quod omnia, & singula ejusmodi Collegia ubicumque Dei ope, fidelium munificentia, tuæque, & Successorum industria excitabuntur, ipso facto sint, & permaneant vera membra solius nostræ Provinciæ Hiberniæ, ita quod nulli alteri Ordinis Superiori subsint præterquam suo Provinciali Hiberniæ, & Magistro Ordinis pro tempore, interim donec

CLEMENS NONUS.

donec fratres nostri proprias seorsum fundationes, ac domicilia, ut supra possideant, ne stante hac eorum notoria paupertate adigantur ad solvendas in Provinciarum Conventibus, aut in hiberniæ taxam contributiones, quas utique extores, & opusculis, & sequuntur instar extorcorum, qui pacatas Provincias, & mandamus, quod presides ipsorum Conventuum, & Hospitiorum in huiusmodi alienis Provinciis nihil à Fratribus nostris Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ apud se hospitariis exigant, ultra quotidianæ Missæ celebrationem tantum, ubicumque verò iidem fratres in Hospitiis, aut Conventibus sub ea conditione non recipientur, licebit ipsis hospitari apud quoscumque alios benevolos receptores Ecclesiasticos, sive ii sint regulares, sive seculares, ne quæ temporales respectus ullibi sanctum istud procurandarum fundationum impediatur negotium, a quo tot animarum Salus dependet.

Denique in virtute Spiritus Sancti, & sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto, necnon sub pœna majoris excommunicationis ipso facto incurrendæ, aliisque pœnis Nobis arbitrariis ex nunc strictissime prohibemus universis, & singulis nostræ Curiæ subiectis, quacumque dignitate, gradu, officio, aut qualitate censeantur, ne ullibi supradictas Collegiorum Hibernicorum pro nostris fundationes, acquisitiones, incrementa, per se, vel per alios, directè, vel indirectè, clam, vel palam sub quocumque motivo, colore, aut imaginabili prætextu impediunt, retardent, aut disturbent, quin potius enixè hortamur A. RR. PP. tum Hispaniarum, tum cæterarum Provinciarum Priores Provinciales, quatenus per se, & suos ubique tam sanctum, & pium opus magno studio, & conatu promoveant, juvent, ac foveant, fratres nostros Hibernos in suis Provinciis, & Congregationibus libenter, paternèque complectantur, ipsorum solatio, & profectibus sincerè caveant, ipsos benefactoribus commendent, omnique opportuno subsidio, consilio, affectu eis opulari non negentur: & quia charitati nulla præfixa est mensura, aut limes, hortamur eosdem Priores Provinciales in visceribus JESU CHRISTI, quod his Fratribus ad Missiones, & martyria pro fidei auctoritate spontè, ac liberaliter ex suismet propriis Conventibus unum, aut plures in suis Provinciis cedant, ac resignent. Tales autem Conventus hoc modo resignatos ex nunc protunc iisdem Fratribus, ipsorumque Provinciæ applicamus, & incorporamus Apostolica auctoritate speciali, & qua in hoc fungimur.

Item supradictam facultatem procurandi, fundandi, acceptandi, & formandi hæc nationalia Collegia, Domos, atque Conventus pariter extendimus ad acquirenda Monialium Cœnobia, seu Monasteria pro Hiberniæ, Angliæ, & Scotiæ Deo ubivis locorum consecrandis, siquidem hæc in propria sua Patria hanc relinquendi sæculi commoditatem sperare nullibi possunt.

Quod si etiam in aliarum Missionum, præsertim orientalium solatio tibi, vel tuis Successoribus in officio placuerit, ac sine incommodo propriorum Monialium piè se gerere videbitur, concedimus pariter, quod in prædictis nostris domibus, Collegiis, & Conventibus recipiantur etiam nostri Fratres Armeni, sive ad hospitandum, sive etiam ad commorandum pro studio, & instructione: idemque concessum esto quoad alios Religiosos nostros de terris infidelium adventantes.

Porrò ut omnibus his, quæ sperantur in novellis Cœnobiarum plantationibus de optima, & stabili forma regimini, prospiciatur, ex nunc harum serie te, tuosque in hoc tuo Procuratoris generalis officio Successores omnibus huiusmodi Cœnobiis, Collegiis, ac domibus præficimus cum titulo Vicarii Provincialis Hiberniæ pro tempore, cumque omni in spiritualibus, ac temporalibus Jurisdictione, ac potestate, quam Priores Provinciales in suis Provinciis habere debent, ac solent, etiam cum facultate subdelegandi, ita ut quando contigerit te, tuosve Successores longius distare, aut alio impedimento detineri ab adeundo loco, ubi Collegium, seu Cœnobium, aut fratrum, seu Monialium, plantandum, acceptandum, formandum, aut visitandum fuerit,

possis, siquis successivè possint ad destinata Commissionarium, ac Visitatorum officia, & quando opus fuerit, cum plena, aut limitata potestate, prout videbitur, talemque seu Commissionarium, seu Visitatorem à te, seu tuis Successoribus nullam possis (illique possint) revocare, aliumque subrogare ad effectum ea omnia, & singula agendi, disponendi, atque præstandi quacumque ipsemet ageres, si personaliter eò accesseris. Item quantum in Nobis est, tibi, tuisque Successoribus plenariam concedimus facultatem destinandi Prædicatores, & Missionarios ad terras Infidelium, & hæreticorum pro conversione, & lucro animarum, seu percipientium, seu periclitantium. Insuper tibi, & Successoribus tuis potestatem damus imponendi præcepta formalia, fulminandi censuras, condemnandi ad poenam carceris, & excoꝛcandi omnes illos actus Jurisdictionis, quos Provinciales ex ordinaria sua auctoritate exercere possunt in personas sibi subiectas. Præterea si contingat supradicta Collegia, Cœnobia, Monasteria, vel aliquod eorum ab ipso Provinciali Hiberniæ personaliter visitari, ipso præsentè quiescet ibidem tua, tuorumque Successorum auctoritas: verum illo inde digresso, eadem auctoritas ipso facto redibit ad usum, ut antè, sic quod ea non censebitur expirasse per adventum Provincialis, neque illam tunc, aut aliàs tibi possit auferre Provincialis Hiberniæ in toto, vel parte, nisi de expresso consensu Magistri Ordinis; te verò per mortem sublato, ad Provinciale Hiberniæ pertineat subrogare alium Procuratorem Provinciæ cum iisdem facultatibus, ut supra, & cum præfixione termini quoad durationem officii, quem tamen semel, ac pluries poterit prorogare, prout postulabit necessitas. Ulterius ex Apostolica auctoritate Nobis specialiter indulta concedimus tibi, & tuis Successoribus plenariam facultatem, quâ in præmemoratis novis Conventibus, Collegiis, ac Monasteriis instituas, & præficias Priores, Rectores, & Priorissas, donec ad eum perveniant numerum personarum, qui ad electionem canonicam sufficiat, & eadem facultate possis electiones approbare, & confirmare, ipsis verò institutis, aut electis terminum officii sui, quatenus expedire judicaveris, semel, & pluries prorogare, vel ut reeligantur, habilitare: Similiter possis ubique in domibus tibi subiectis instituire Subprios, Vicarios, Præsides, Magistros Novitiorum, Lectores, Officiales, ac studiorum moderatores: eadem proportionaliter, ac respectivè circa Monasteria Monialium tibi concessa sunt, & quidquid facultatis, aut Jurisdictionis tibi in his nostris litteris patentibus conceditur, id totum pariter tuis in eodem officio futuris Successoribus concessum intelligatur.

Et ut omnia obstacula, quantum fieri potest, removeantur, deinde sub formali præcepto, & anathemate, quo supra, necnon sub pœna privationis utriusque vocis, & graduum, perpetuæque inhabilitate ad ea recuperanda interdicimus universis, & singulis, tam Superioribus, quàm subditis in quacumque Ordinis Provincia, aut Congregatione degentibus, ne huic per Nos tibi, & Successoribus tuis collatæ Jurisdictionis titulo, & facultati quicquam sese opponat, eamve judicialiter, vel extrajudicialiter impugnet, aut impediatur, ipsis verò fratribus, & sororibus prædicta nova Collegia, Conventus, atque Monasteria respectivè inhabitantibus, aut in iis quoquo modo, vel occasione commorantibus præcipimus sub eodem formali præcepto, iisdemque pœnis, quod tibi, & tuis Successoribus tanquam legitimis suis Prælatibus, ac veris Superioribus exactam præstent obedientiam, reverentiam, & honorem. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: quibuscumque in contrarium non obstantibus. In fidem his officii nostri sigillo munitis propria subscripsimus. Romæ 6. Julii 1667.

Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, prædictus Magister Generalis litteras huiusmodi, quo firmius subsistant, ac ferventur exactius, Apostolicæ nostræ confirmationis præsidio communi plurimam desideret. Nos ipsum Magistrum Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,

CLEMENS NONUS.

sententia, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa, si quibus quomodolibet innodata existit, & quibus tantum consequenter, & absolute fore censentes, & absolutum fore censentes, & absolute fore censentes. Nos super hoc humiliter porrectis inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preceptorum consilio, attentis narratis, visisque, & diligenter per eosdem Cardinales consideratis literis patentibus præsertim tenoris, easdem litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium benigne confirmamus, suumque effectum sortiri mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictorum Cardinalium.

Decernentes ipsas præsentis, & præsentium litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore illis, ad quæ spectat, & spectabit in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causam Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinisi, & Provinciarum, ac Conventuum, & locorum Regularium quorumcunque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 16. Septembris 1670. Pontificatus nostri anno primo.

Extensio sententia in dicitur

§. 2. Nunc autem eosdem fratres amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eorumque; ac dilecti pariter filii Joannis Cnojur à Sancto Dominico Procuratoris dictæ Provinciæ Hiberniæ, singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolute fore censentes, Supplicationibus ejusdem Joannis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, ac dilectis etiam filiis Inquisitoribus hæreticæ pravitatis in quacumque Provincia, seu loco auctoritate Apostolica deputatis per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte Fratrum prædictorum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, seu aliquis eorum requisitus fuerit, ipsas præsentis, & præsentium litteras, ac in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet earundem litterarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectui pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita

Bullarum Magni Tom. V.

compendendo, legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsarum lictatis vicibus aggravando, invocatis etiam ad hoc, si opus fuerit, auxiliis archiepiscopali.

Non obstantibus litteris Bonifacii VIII. prædecessoris nostri de iure, & Concilio generali de quibus diebus, dumtaxat ultra tres dies aliquis auctoritate præsentium in iudicio non trahatur, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & linguis illis, quæ in litteris præsertim concessimus non obtinere, cæterisque contrariis quibuscunque.

Transumptum fides.

§. 4. Cæterum volumus pariter, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. 1. die 19. Oct.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Constitutio ut Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum Octava in Urbe, ac universa S. R. E. temporali ditione de præcepto recitetur. XIII.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta An. D. 1667.

Sincera nostra erga gloriosissimam Virginem Dei genitricem Mariam patronam, & advocatam nostram devotio planè exigit, ut piis nonnullorum ex venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliorumque Antistitum, qui Ecclesiis in temporalibus nostræ, & Sedis Apostolicæ ditione consistentibus præsentibus, ac Christi fidelium tam Almæ Urbis nostræ, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes assidue promanant, quam cæterarum Civitatum, Oppidorum, & locorum Nobis, & dictæ Sedi in temporalibus subditorum votis paterno affectu annuentes, ejusdem Augustissimæ Cæli Reginae venerationem in terris, quantum Nobis ex alto conceditur, ampliare studeamus.

Causa Communionis

§. 1. Itaque ut tam in Urbe prædicta, quam in cæteris Civitatibus, & Diocesis, Oppidis, Terris, & locis, etiam nullius Diocesis, Nobis & Sedi prædictæ in temporalibus mediata, vel immediate subjectis, tum à secularibus, tum à Regularibus utriusque sexus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ cum Octava in postero de præcepto recitetur, cum lectionibus in Octavario Romano à Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum approbato contentis, & à die Octava ad 15. Decembris ritè dispositis, auctoritate Apostolica tenore præsentium mandamus, & decernimus.

Concedit prout in rub.

§. 2. Idemque Officium ad usum Cleri Urbis, ac Civitatum, Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum seorsim ab Octavario Romano imprimi posse concedimus.

Jubet imprimi.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Contrariis derogat.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur ubique, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 21. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

D. P. An. 1. die 21. Oct.

XIV. Quod Provinciales Ordinis Beate Marie de Mercede Redemptoris Captivorum Discalceatorum in hac trienni sui Vicarii Provinciales, administrationis, & gubernii rationem Vicario Generali reddere cogantur.

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Quia in parte dilecti filii Procuratoris Generalis Fratrum Ordinis Beate Marie de Mercede Redemptoris Captivorum Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositis exposuit, quod propter nimiam rectam administrationem quorundam Provincialium Provinciarum dicti Ordinis interdum notabilem praedictis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus praedictis sequebatur; ipseque Procurator Generalis propterea cupiebat committi Vicario Generali ejusdem Ordinis, ut per seipsum, vel per suos Commissarios, & Visitatores unumquemque Provinciale in sine sui trienni videret, emanavit ab eadem Congregatione Decretum typis, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita, attentis narratis, & ne Conventus Ordinis hujusmodi ex mala administratione, seu nimis acurato gubernio in spiritualibus, aut temporalibus detrimentum patiantur, censuit committendum, prout praesenti Decreto committit Vicario Generali nunc, & pro tempore existenti ejusdem Ordinis, ut in posterum singulos Provinciales in sine trienni eorum officii Provincialatus, per se, vel per suos Commissarios, aut Visitatores videret, eosdemque Provinciales, & quemlibet eorum suae administrationis, & gubernii rationem reddere compellat. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae prima Aprilis 1667. M. Card. Ginetti.

§. 2. Cum autem, sicut dictus Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolica confirmatione nostrae paternae communi summopere desideret: Nos ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomolibet inmodum existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus ejus noscitur Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbavimus, & confirmavimus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Salvè tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decretum praesentibus literis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, inique plenarias, & integros effectus sortiri, & obtemperare, ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & lincis Apostolicis in contrarium praemissorum quomolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-

gulis, illis, & successoribus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verum inferius subiectis, illis alio in suo robore, & auctoritate, ad praesentem usque hunc hinc vice dumtaxat, & in omnibus derogamus, censuris, & poenis, & interdictis, & quibusvis, & quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & lincis Apostolicis in contrarium praemissorum quomolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-

XV. Revocatio, & annullatio Constitutionis Urbani VIII. Eminentissimae Camaldulensium Etruriae, sive Provinciae Aetnae cum Congregatione Montis Coronae, & eorum Ordinis incorporantis.

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Illius qui charitas est, & Deus pacis, vices merito, gerentes in terris, ad ea peculiaris nostrae curae libenter convertimus, per que Christo fidelium, qui abnegantes scriptos divinis obsequiis sese sub suavi arctioris, atque severioris disciplinae jugo devoverunt, quieti consilium, prout maiora deliberatione adhibita salubriter exponere in domino arbitramur.

§. 1. Dudum siquidem felicitis recollectionis Urbani VIII. Praedecessor noster, certis tunc expressis casibus adductus Eremitum Camaldulensem Etruriae, sive Provinciae Aetnae, ac Congregationem Montis Coronae Ordinis Camaldulensem, eorumque respective Eremitas, Monasteria, membra, & alia loca Regularia ab eis dependentia invicem perpetuo univit, annexuit, & incorporavit, ac ex eis omnibus sic unitis, annexis, & incorporatis unicam dumtaxat Congregationem, non amplius Montis Coronae, sed Eremitarum Camaldulensium de cetero nuncupandam, cujus caput esset praedicta Eremita Camaldulensis Etruriae, similiter perpetuo erexit, & instituit: ac insuper idem Urbanus Praedecessor unionem, & incorporationem Eremitae Camaldulensium in Montibus prope Civitatem Taurinensem sitis, unam cum aliis Eremitis, & Domibus, seu locis ab ea dependentibus, sive quoquo modo ad illam pertinentibus, praedictae Congregationi Camaldulensium Montis Coronae sub certis tunc expressis conditionibus factas auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, & aliis, prout in binis ipsius Urbani Praedecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 3. Octobris 1633. & die 8. Augusti 1635. respective expeditis, quarum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferius haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem (sicut accepimus) subinde inter dilectos filios Eremitas Camaldulenses, illos nimirum Nationis Etruriae, qui militavit sub nomine Congregationis Eremitae sacrae ex una, & illos Nationum Status nostri Ecclesiastici, Domini Veneti, Regni Neapolis, Poloniae, & Germaniae, qui olim militaverunt sub nomine Congregationis Montis Coronae ex altera, ac illos Nationis Pedemontanae ex alia respective partibus variae controversiae, & differentiae exortae, ac incitae fuerint.

§. 3. Nos pro commissis Nobis ecclesiasticis officialibus cura opportuna ejusmodi diffinita resolutione adhibere, ac fratres charitatis amonitionem inter Eremitas praedictos, quantum cum Domino possibiles, & situeret, atque firmiter solvere cupientes, & Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositorum, qui controversias, & differentias praedictas ex commissione gotol. utraque Alexandri Papae VII. Praedecessoris patris nostri intaret, ac diligenter examinarunt, & perpenderunt, consilio: Motu proprio, ac ex certa scientia, & maiora deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine unionem, & incorporationem Eremitae Camaldulensium

Edita An. D. 1667.

Causa in Camera

Decretum Sacrae Congr.

Approbat. & confirmat.

Decretum in Camera

Conventus in Camera

D.P. An. 1667.

Edita An. D. 1667.

Requiritur

Adversus

Revocatio de qua supra

sum Ecurie, five Provincie Archiepis, ac Congregationis Montis Coronae, quibusque respectu Erethorum, Montibus, et locorum Regularium, quibusque Congregationis ex illis sic unitis, et incorporatis erectionem, et institutionem à memorato Urbano Praedecessore factas, necnon aliam unionem, five incorporationem Erethi Camaldulensis in Montibus prope Taurinum factam, una cum aliis Erethi domus, et locis ab ea dependentibus, five quoquo modo ad illam pertinentibus, ad praedictam Congregationem Camaldulensem Montis Coronae factam, et ab eodem Urbano Praedecessore confirmatam, ut praefertur, et prout illas respective eorumdem emanatas desuper ipsius Urbani Praedecessoris litteras praedictas ex nunc tenore praesentium revocamus, dissolvimus, irritamus, et annullamus, videntibus, et effectu penitus, et omnino vacuum, ac ex nunc revocatas, dissolutas, irritas, et annullatas, videntibus, et effectu vacuas esse, et fore decernimus, et declaramus, necnon Nationes praedictas ab invicem separamus, easque ad formam regiminis, quo ante unquam respective gubernabantur, reducimus.

Executio
litterarum

§. 4. Praeterea dilecto filio nostro Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vidono nuncupato, Ordinis huiusmodi apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectori per eundem praesentes motu pari committimus, et mandamus, quod ut cuilibet ex dictis Nationibus leges, et consuetudines antiquas ex laudabili earum instituto auctoritate nostra Apostolica statuat, exacteque observari faciat, jus unicuique tribuat, causas, et lites decidat, et terminet, caeteraque faciat, quae ad majorem Dei cultum, et gloriam, ac dictarum Nationum tranquillitatem conducere arbitrat. Nos enim ipsi Petro Cardinali, et protectori quamcumque necessariam, et opportunam ad praemissa facultatem harum serie, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus tribuimus, et impartimur.

Clausula
preservativa

§. 5. Decernentes eisdem praesentes litteras, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod Erethi praedicti, et alii quilibet in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, etiam si cuiusvis status, Ordinis, conditionis, praesentiae, et dignitatis, aut alias speciali, et individua mentione digni existant, illis non consenserint, seu ad ea citati, vocati, et auditi, aut causa propter quas ipsi praesentes emanarint, adductae, verificatae, et iustificatae non fuerint, vel ex alia quacumque, quantumvis legitima, pia, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, et totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullius in vicio, seu intentionis nostrae, vel interesse habentium, consensus, aliove quolibet quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, seu adversus illas apositionis oris, restitutionis in integrum, seu quocumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanatio quavis in iudicio vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsae praesentes litterae semper firmas, validas, et efficaces existens, et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime infringari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula
fidelis

§. 6. Si quis, et non aliter in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, et Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae Cardinales, etiam de Latere Legatos, distantes, et alios quolibet quacumque praesentiam, et praesentia suppetentes, et functiones, sublati eis, et omnia cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et dissipari debere, et inane quicquid locus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bullae Magis Tom. V.

§. 7. Non obstantibus praedictis Urbani Praedecessoris litteris, ac quatenus opus sit, notum, et Cancellariae Apostolicae regule de non tollendo, seu quavis aliique Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, necnon dictarum Erethorum, et Congregationum, aliisve quibuscumque, etiam firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et litteris Apostolicis, etiam eisdem Erethi, et Congregationibus, earumque personis quibuscumque, et sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia acquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praesentium effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quae praesentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Constitutio, in qua injungitur Fratibus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Officium, et Missam Conceptionis Beatae Mariae Virginis ex praepcepto recitare, idemque Officium ad usum dicti Ordinis seorsim imprimi posse conceditur.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edicta A. D.
1667.

Exigit commissa Nobis coelitus dispensationis ratio, ut piis Religiosorum virorum propriae, alienaque saluti laudabiliter incumbendum votis ad augendam in terris Gloriosissimae Virginis Deiparae Mariae, quae super Choros Angelorum exaltata, pro populo Christiano sedula exoratrix apud Regem quem genuit, assidue intercedit, venerationem tendentibus favorabiliter annuamus.

Supplicationibus itaque dilecti filii Hieronymi Valvaterii Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, tam suo, quam totius Ordinis praedicti nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in eodem Ordine ab omnibus illius Fratibus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, et Missa Conceptionis ejusdem Beatae Mariae Virginis immaculatae cum Octava in posterum de praepcepto recitetur, cum Lectionibus in Octavario Romano à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum approbato contentis, et à die octava ad desinanquam Decembris rite dispositis, auctoritate Apostolica tenore praesentium mandamus, et decernimus.

§. 1. Idemque Officium ad usum dicti Ordinis seorsim ab Octavario Romano imprimi posse concedimus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum

Transumptio- rum fides. tenentia transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem profus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quas praesentibus ipsis adhibere, si forte exhibitis, vel ostensa.

D. P. An. 1. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub die 30. Oct. Anno Piscatoris, die 31. Octobris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

XVII. Constitutio revocatoria exemptionum à ve- stigialibus, aliisque publicis oneribus.

Edict. An. D. 1667. CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Causa Com- munitatis. P Aterna, quam de nostris, & Apostolicæ Sedis in temporalibus subditis gerimus, cura Nos urget, ut in gravissimis rerum difficultatibus, quibus Camera nostra Apostolica, ac Communitates, & Universitates Civitatum, Terrarum, & locorum nostræ, & dicte Sedis ditionis temporalis propter multa onera antehac imposita premuntur, aliquid eis levamen, sublati immunitatibus, atque exemptionibus ab onerum publicorum supportatione per nonnullos Romanos Pontifices Prædecessores nostros, & Sedem prædictam, ac forsan illius de Latere Legatos, aliosque eorumdem Sedis, & Camere Officiales, & Ministros ad importunas supplicantium preces, & alias quomodolibet concessis, que dum aliquibus, iisdemque ut plurimum locupletioribus favent, in cæterorum, & quidem ple- rumque pauperum detrimentum vergunt, eorumque inopiam prægravant, adferre satagamus, sicut publicæ utilitati, atque æquitati, & justitiæ rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Revocatio de quo in rub.

§. 1. Itaque Camere, ac Communitatum, & Uni- versitatum, subditorumque nostrorum prædictorum indemnitati, & levamento, quantum Nobis ex alto conceditur, æque principaliter consulere cupientes, ac felic. recordationis Sixti V. Pauli etiam V. Urbani VIII. Innocentii X. & Alexandri VII. aliorumque Roma- norum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui Con- stitutiones similibus exemptionum, & immunitatum re- vocatorias ediderunt, vestigiis inherentes, necnon qua- rumcunque concessionum, immunitatum, & exemp- tionum hujusmodi, litterarumque Apostolicarum sub plumbo, ac in simili forma Brevis cedularum Motus proprii, & Chirographorum cujusvis Romani Ponti- ficis prædecessoris nostri manu subscriptorum, ac alia- rum litterarum, & scripturarum desuper quomodolibet emanatarum tenores, etiam veriores, & datas, ac occasiones, & alia, etiam speciali, ac individua expres- sione digna, præsentibus pro plenè, & sufficienter expres- sissis, & verbata insertis respectivè habentes, Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ peti- tionis instigationem, sed ex certa scientia, & matura deli- beratione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitu- dine hac nostra perpetuè valitura Constitutione omnes, & quascunque exemptiones, & immunitates à solutione subditi triennalis, necnon quarti illi adjuncti, quadri- norum carnis, taxarum equorum, talliarum, censuum, archivii, foglietæ, tritremis, atensisium, dohanaru- rum, gabellarum, taxæ portus Anconæ quatinorum, tractarum, pedagiorum, vestigialium, collectarum, exactionum, & quorumlibet onerum, & munerum per- sonalium, realium, & mixtorum, ordinariarum, & extraordinariarum, solitorum, & insolitorum Came- raliarum quorumcunque, ac etiam eorum, que per Communitates, & universitates directè, vel indirectè pro eorumdem onerum Cameralium solutione, publi- corumque munerum supportatione, ac pro viis, & ponti- bus construendis, instaurandis, muniendis, & manu- tenendis, aliisque indigentis, & utibus quibuscunque, tam Camere, Communitatum, & Universitatum præ- dictarum, seu aliis indicis, & impositis, ac exigi solita

sunt, necnon ab obligatione ibidem, & insistenti Militibus, & Sedis prædictæ Officiales, Baneros, Execu-utores, aliosque Justitiæ Ministros, etiam utensilia, & alia necessaria subministrandi per Romanos Ponti- fices prædecessores nostros, & eandem Sedem Aposto- licam, & quosvis Sedis, & Camere prædictarum Officiales, & Ministros, quacunque auctoritate, & potestate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, etiam Camerarios, ceterosque etiam speciali nota, & expressione dignos, ac specialem ad id facultatem habentes, quibuscumque Communitatibus, Universitatibus, Civitatibus, Terris, Oppidis, & lo- cis ditionis temporalis S. R. E. prædictæ, ac etiam qui- buscumque feudatariis, censuariis, dominiis locorum, familiis nobilibus, Baronibus, Comitibus, Marchio- nibus, Ducibus, Principibus, & aliis cujusvis status, gradus, conditionis, & præminentie existentibus, ac quavis dignitate, & auctoritate præditis, etiam Cardi- natus honore fulgentibus, qui castra, & jurisdic- tiones intra limites dicte ditionis temporalis Sanctæ Ro- manæ Ecclesiæ possident, etiam qui nihil ratione ca- strorum, & jurisdictionum hujusmodi Sedi prædictæ an- nuatim, seu alias persolvunt, & tam incolis, quam extraneis, & forensibus bona stabilia, seu mobilia, vel se- moventia habentibus, & tenentibus, seu possidentibus, omniumque supradictorum colonis, & laboratoribus, etiam in recompensam laborum, danorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & contemplatione, ac ex alia quacunque, quantaveris fa- vorabili, ac urgentissima, & de necessitate specialiter exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & expressionibus, etiam in appaltuum, & locationum Cameralium instrumentis promissum, & cautum sit eas observari debere, ac cum quibusvis clausulis, & de- cretis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potesta- tis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & aliis quomodocumque, & qualitercumque, in genere, vel in specie, ad vitam, vel ad tempus, sive in perpetuum concessas, & datas, ac pluries, & iteratis vicibus confir- matas, approbatas, revalidatas, & innovatas, & inde etiam Judicis auctoritate sequuta quacunque, necnon qualvis litteras, etiam Apostolicas, sub plumbo, vel in simili forma Brevis Motus proprii cedulas, Chirogra- pha, & scripturas hujusmodi ex nunc perpetuè revoca- mus, cassamus, tollimus, abrogamus, irritamus, abo- lemus, viribusque, & effectu penitus, ac omnino eva- cuamus, ac revocata, cassata, sublata, & abrogata, irritata, & abolita, & annullata, viribusque, & effectu penitus, ac omnino vacua esse declaramus.

§. 2. Nec ulli prorsus in petitorio, aut possessorio, etiam summarissimo, contra præsentium litterarum te- norem, & dispositionem suffragari posse, sed prædictos omnes, & singulos exemptos ad omnium, & singulo- rum onerum prædictorum solutionem, & supportatio- nem pro rata eos tangente in posterum realiter, & cum effectu tenari in omnibus, & per omnia, perinde ac si dicte exemptiones, & immunitates eis nullatenus con- cessæ fuissent, nec litteræ, ac cedule Motus proprii, chi- rographa, & scripturæ hujusmodi unquam emanassent, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine prædictis decernimus, statimus, & declaramus.

Privilegia Ecclesiastica quomodo in- telligenda, explicat.

§. 3. Præterea omnia, & quacunque privilegia, & indulta personis Ecclesiasticis, tam Secularibus, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, & Institutii, ac So- cietatis J. S. U. regularibus super similibus immunitati- bus, & exemptionibus per quoscunque Romanos Pon- tifices prædecessores nostros concessis, ad limites juris communis motu, scientia, deliberatione, potestatis ple- nitudine, & tenore prædictis reducimus: Illa verò que nonnullis Collegiis in Alma Urbe nostra existentibus per dilectos filios Clericos regulares dicte Societatis J. S. U. sive alios quoscunque administrari consuetis similiter à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa fuerunt, quoad vicium, & vestitum duntaxat, non autem, ut vulgò dicitur, à Confratello & Magazeno, prout antehac observatum fuit, suffragari volumus, & decernimus.

§. 4. Ac

Privilegia Nepotibus præcedentibus ad ea revocant.

§. 4. Ac demum similia privilegia, & indulta nepotibus, & aliis consanguineis, vel adoptivis quorumcunque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum pro tempore viventium ab illis respectivè concessa itidem revocamus, & abominamus, ac revocata, & abolita esse, ac censeri debere volumus, & statuimus. Declarantes illa nemini eorundem nepotum, siue consanguineorum, vel affinium à die nostræ ad summi Apostolatus apicem assumptionis suffragari posse, & debere, seu potuisse, ac debuisse.

Immunitas Injuria.

§. 5. Per præmissa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, & conductoribus honorum, introituum, & jurium dictæ Camere nostræ, ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine in appaltuum, & locationum Instrumentis, & illorum ratione ex contractu, tituloque verè oneroso concessas. Ac insuper à revocationibus, & aliis supradictis excipimus, & exceptas esse volumus, & declaramus immunitates, & exemptiones quibusvis Universitatibus, & personis datas, & concessas in vim contractus ex causa verè onerosa, videlicet congrue, & effectualis pecuniarum solutionis, & non alias, eidem Camere Apostolicæ, vel ipsis Communitatibus legitime factæ, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos cognoscendis, & approbandis, ac etiam declarandis, quas omnes causas onerosas non nisi legittimas, ac licitas, & honestas, prout de jure approbare intendimus.

§. 6. Et propterea quicumque illas obtinent, eas in dicta Camera, citato dilecto filio ipsius Camere Commissario generali, verificare, & in ipsa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiam si concessiones earumdem immunitatum, & exemptionum, ac litterarum, cedulæ Motus proprii, Chirographa, & aliæ scripturæ desuper emanatæ, & emanata aliis in Camera prædicta admittæ, & admittæ, ac in illa, eisque libris registratæ, & registrata fuerint, & sunt; quatenus tamen causæ onerosæ hujusmodi pro verè onerosis, & legitimis, ut supra alias in eadem Camera verificatæ, & approbatæ, ac prævia judiciali discussione non sint legitime habitæ; quo casu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eosdem obtinentes teneri volumus, interim verò quamdiu non fuerint verificatæ, minime suffragari, & præsentis revocationis effectum retardare non posse declaramus.

§. 7. Præterea nostræ intentionis non est sub revocationibus, & aliis supradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Camere prædictæ Clericis præsentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi, seu admitti solitas; nec illas, quibus Prælati, & Officiales Romanæ Curie, ac Prælati domestici, Cubicularii secreti, ac Secretarii, & alii familiares, & continui commensales nostri, & Romani Pontificis pro tempore viventis, in rotulo descripti gaudent, & gaudere consueverunt, neque illas ob numerum duodecim filiorum à Prædecessoribus nostris, & aliis supra expressis concessas, quas tamen ad terminos Constitutionis recol. memor. Pii IV. Prædecessoris pariter nostri, & aliarum Constitutionum Apostolicarum super similibus exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac alias juxta ipsius juris communis, ac supradictarum, & aliarum Constitutionum Apostolicarum dispositionem reducimus, neque aliter quam ut præfertur, siue in possessorio, siue in petitorio suffragari volumus, & decernimus.

Exemptiones Cardinalium & aliorum Officialium ad omnino Const. Pii IV. referant.

§. 8. Cæterum Appaltatoribus, Thesaurariis, Depositariis, Commissariis, Executoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris dictæ Camere, ac Communitatum, & Universitatum prædictarum, earumdem serie præsentium districtius inhibemus, ne contra ipsarum præsentium dispositionem immunitates, & exemptiones, nisi ut supra exceptas, ac eas quas ex causa verè

onerosa concessas, in Camera prædicta, ut præfertur, admitti contigerit, ullatenus admittant; & si secus fecerint, id nemini eorum in suis consensibus, seu rationibus per eandem Camera admitti volumus, sed eorum damno cessurum esse declaramus.

§. 9. Postremò lites quaslibet occasione privilegiorum, ac indulgiorum, necnon immunitatum, & exemptionum hujusmodi quomodolibet suscitatas, & in quibusvis Tribunalibus pendentes (illarum omnium, & singularum statum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Colligantium quorumvis, etiam speciali mentione dignorum, & alia etiam de necessitate specialiter exprimendæ præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes) à quibuscumque Tribunalibus hujusmodi ad Nos earumdem serie præsentium advocamus, illasque penitus, & omnino perpetuò suppressimus, & extinguimus, & pro suppressis, & extinctis haberi volumus, & declaramus, ac partibus perpetuum desuper silentium imponimus.

Supradictis refer additi.

§. 10. Decernentes præsentibus litteras, ac omnia, & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in præmissis, siue eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam ullatenus justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis, quantumlibet legitima, pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, occasione, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quovis, quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas a peritiois oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concessio quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, neque easdem præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus Constitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendendi, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac etiam sub posteriori data, quatenus opus sit, de novo concessas, perpetuèque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & quodcumque spectabit, inviolabiliter observari.

Clausula subita.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quosvis Sedes, & Camere prædictarum Officiales, & Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§. 12. Quocirca dilectis filiis nostro, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Camerario, seu Procamerario, necnon Vicecamerario, Thesaurario, ac Clericis præsentibus, Commissario, & aliis Camere prædictæ Officialibus, ad quos spectat, præcipimus, & mandamus, ut præsentem nostram Constitutionem, & in ea contenta quæcumque in omnibus, & singulis firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

Contrarii derogat.

§. 13. Non obstantibus supradictarum litem pendentiis, aliisque omnibus, & singulis præmissis, necnon nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure quaesito, ac quatenus opus sit, prædicti

Pub. Pseudocessoris de gratia quaecumque interesse dicitur Camere concernentibus in eadem Camera presentandis, & registrandis, ita ut presentes in ea presentari, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis, edicis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, concessionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motuum propriorum, & aliis scripturis, & litteris etiam Apostolicis predictis, & quibusvis aliis etiam ut praefertur qualificatis, ac speciali nota, & mentione dignis, etiam nominatim essent exprimendi, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque conditionibus, & inolutis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessariis exprimendis, etiam contractus jurati cum Camera nostra Apostolica initi, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, seu factis, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam in eis caveatur expressè, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annullationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & Constitutionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam sub posteriori data per quascumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicari jubet. §. 14. Ut autem eadem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius deveniant: Volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, quae sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, & intimatae fuissent, utque eorumdem praesentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

D. P. An. 1. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno 10. Dec. Annulo Piscatoris, die 20. Decembris. 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Publicatio. Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1667. Indictione sexta, die vero 20. mensis Decembris, Pontificatus auctoris Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno ejus primo, praesens Constitutio edita, & publicata fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, ac aliis locis sibiis, & consuetis Urbis, per me Joseph Guicciardum Sanctiss. Domini Nostri Papa Curforem.

Laurentius Barbignus Mag. Curf.

Breve Beatificationis Rosae de S. Maria Limanae in Regno Peruvano Indiarum Occidentalium, Tercii Ordinis S. Dominici. XVIII

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam. Edita A. D. 1667.

SANCTAE MATRIS ECCLESIAE, quae virgo casta uni viro desponsata est Christo, gloriosa fecunditas in omni quidem prole, quam per Dei gratiam quotidie profert, multipliciter gaudet, in sacris vero Virginitibus, quae studiosa charitatum meliorum aemulatione expertem carnalis contagionis integritatem virtutum floribus exornant, ineffabiliter exultat, atque floret; illarumque, quae accensis lampadibus exierunt obviam sponso, & intraverunt cum eo ad nuptias, sublimem gloriam condignis honoribus in terris celebrari decet: ut quae sequuntur Agnium quocumque ierit, luctanti cum saeculi tentationibus infirmitati nostrae adjutorii coelestis opem, atque praesidium à sponso jugiter impetrare dignemur. In hanc curam Nos ex debito pastoralis officii, quo Catholicae Ecclesiae adstringimur, propensius incumbentes, piis Catholicorum Regum, aliorumque Christi fidelium votis, quibus Ancillarum Dei in caelis regnantium veneratio in terris promovetur, libenter annuimus, sicut matura deliberatione adhibita, ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiae honorem, Christianae Religionis robur, ac spiritualem fidelium consolationem, atque aedificationem salubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Cum itaque diligentissime discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sacris Ritibus Praepositorum processibus de Sedis Apostolicae licentia concessis super vitae sanctitate, & virtutibus in gradu heroico, quibus Serva Dei Rosa de Sancta Maria Virgo Limana Tertii Ordinis S. Dominici multipliciter claruisse, necnon miraculis, quae ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse asserbantur, Congregatio praefata coram Nobis constituta unanimiter censuerit, quandocumque Nobis videretur ad solemnem ejusdem Servae Dei Rosae Canonizationem, juxta Ritum ejusdem S. R. E. tuto posse deveniri, interim vero indulgeri, ut in toto Orbe terrarum Beata nuncupetur, hinc est, quod Nos piis, atque enixis Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac Charissimae in Christo filiae nostrae Mariae Reginae ejus genitricis, & totius Ordinis S. Dominici supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benignè inclinati: De praefatorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria, in posterum Beata nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiae venerationi fidelium (non tamen in processibus circumferenda) exponantur, imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de ea sub duplici ritu recitetur Officium, & Missa celebretur de Virgine non Martyre singulis annis, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani die vigesima sexta Augusti, quae prima est non impedita post diem vigesimam quartam ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: haec vero in locis dumtaxat infra scriptis, nempe in Civitate, & Dioecesi Limana, ac in universo Ordine S. Dominici, tam Fratrum, quam Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus.

§. 2. Praeterea primo dumtaxat anno à datis hae litteris, & quoad Indias à die quo eadem praesentes litterae illuc pervenerint inchoando in Ecclesiis Civitatis, & Dioecesis, ac Ordinis praefatorum, necnon in omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis Hispaniarum, & Indiarum, solemnia Beatificationis ejusdem cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori, die ab Ordinaris constituta, & intra sex menses promulganda, celebrandi facimus facultatem. Romae vero in Ecclesia Sancti

Rosam Beatae nuncupari jubet.

CLEMENS NONUS.

Sancti Jacobi Nationis Hispanorum intra bimestre postquam raris in Basilica Principis Apostolorum celebrata fuerint eadem solemnia, pasiter celebrari permittimus.

§. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Decretis super non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii prefate Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Prefecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, que presentibus ipsis haberetur, si fuerint exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Sabinam, sub Annulo Piscatoris, die 12. Februarii 1668. Pontificatus nostri Anno primo.

XIX. Decretum in quo Privilegia Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium testandi de bonis, redditibus, & emolumentis Ecclesiasticis etiam ad fructus inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos extenduntur.

CLEMENS PAPA IX.

Motu proprio, &c. Cum à prima nostrae Divina favente Clementia Assumptionis ad Summi Pontificatus Apicem die, impensè cogitaverimus Sacrum Cardinalium S.R.E. Collegium, quod uti Senatus Universalis Ecclesiae in excolenda vinea Domini nobiscum assidud collaborat, & singulos Cardinales tanquam membra ejusdem corporis, quorum consilio, industria, ac opere, tam in spiritualibus universi Orbis Christiani, quam in temporalibus nostrae Ditionis, aliisque negotiis, & rebus quibuscumque Romani Pontificis, uti & cuncta sedulo administrare consueverunt, amplioribus privilegiis, & gratiis complecti, & communire, praeterea aliis facultates, & privilegia testandi, & disponendi de bonis, ac juribus ab ipsis dum vivunt, quomodolibet acquisitis ex bonis, redditibus, emolumentis, & Juribus Ecclesiasticis, eisdemque in illis succedendi, tam suae dignitatis intuitu, quam in laborum congruam remunerationem per Sedem Apostolicam haecenus solita concedi, gratiosè ampliari, & ad fructus etiam inconsumptos, vel cum aliis ipsorum bonis non commixtos, de quibus antehac nullo modo disponere poterant, extendere.

§. 1. Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, & ex mera nostra, & Sedis Apostolicae liberalitate, qua praedictos S.R.E. Cardinales prosequi volumus, privilegia, & facultates testandi praedictorum Cardinalium ad illos etiam fructus extendimus, & ampliamus, qui si naturales sint, & à solo in quo sunt producti, legitime juxta rei naturam fuerint sublati, & à manibus Colonorum, vel aliorum quorumcumque debitorum percepti, licet in horreis Ecclesiarum, vel in quovis alio loco adhuc inconsumpti, vel nullo modo aliis ipsorum Cardinalium Bonis immixti, aut eorum patrimonio incorporati reperiantur: Si verò civiles sint, postquam dies solutionis advenerit, fuerint per quoscumque debitores quomodolibet persoluti, & ad manus Cardinalium, vel ad eorum Ministros pervenerint, seu in aliquo loco publico ad eorum Creditum fuerint depositati, quod etiam servari volumus in terminis quomodolibet debitis pro affectibus bonorum, ac Jurium quorumcumque, quos in dictis facultatibus comprehendere volumus, & mandamus; si modo quo supra, fructus, tam civiles, quam naturales Conductoribus, & Affectuariis locati, & concessi per illos erunt percepti, quamvis termini solutionis affectuum per locatores fuerint posticipate conventi.

§. 2. Quare distinguendo inter easdem facultates, & privilegia jam concessa Cardinalibus adhuc viventibus, & quandocumque aliis in futurum concedenda, illa favorabiliter ampliamus, & extendimus, ut intelligantur, ac servari praecise debeant, ac si formaliter emanassent cum omnibus, & singulis conditionibus, & ampliationibus praedictis, eisdemque illa essent da verbo ad verbum inserta. Alia verò quaecumque in futurum concedenda ad eorum limites concipi omnino debeant, & pro ita conceptis intelligi, & observari, etiam si diverfimodè, & contra eorum tenorem extenderentur.

§. 3. Nos enim ita servandum lege hac perpetuò valitura statuimus, & mandamus. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam Legatos de Latere, & Camerarios, ac ejusdem Camerae nostrae Apostolicae Thesaurarios, Praesidentes, & Clericos, Collectores, Subcollectores, Ministros, & Officiales quoscumque ipsius Camerae, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiiri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, vel observari.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de Jure quaesito non tollendo, ceterisque aliis Cancellariae Apostolicae Regulis, decretis Cameralibus, Apostolica etiam auctoritate confirmatis, & roboratis, necnon quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam Julii III. & Urbani VIII. & aliorum quorumcumque nostrorum Praedecessorum concessis, etiam juramento, & quavis alia firmitate roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti derogatione esset opus de illis, eorumque totis, ac integris tenoribus specialem, expressam, & individua mentionem facere, seu quavis alia exquisita forma necessariò servanda foret, eorumque plenos, ac integros tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, perinde ac si reipsa presentibus individualiter, ac de verbo ad verbum expressa, insertaque forent, ceterisque contrariis quibuscumque specialiter, & expressè derogamus.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnacionis Dominicae 1668. Pridie Kalendas Martii, die 28. Febr. Pontificatus nostri anno primo.

Placet Motu proprio I.

Confirmatio Congregationis super statu Regularium, ejusque facultatum.

CLEMENS PAPA IX. Ad futuram rei memoriam.

Injuncti Nobis caelitus pastoralis muneris ratio postulat, ut paternam virorum regularium, qui abnegantes semetipsos Altissimi obsequis sese sub suavi Religionis iugo devoverunt, sollicitudinem gerentes, ea quae pro felici eorum statu conservando, restituendaque, sicut excidit, regulari disciplina, ac juvandis laudabilibus eorum studiis, atque progressibus à Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris providè constituta esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri praesidio robaremur, & alias desuper provideamus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, ac spiritualement Fidelium aedificationem salubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Cum itaque dudum felicitis record. Innocentius Papa X. Praedecessor noster Congregationem nominulorum S. R. E. Cardinalium, ac Romanae Curiae Praelatorum super statu Regularium instituerit, ipsique

CLEMENS NONUS

Gregationi sic instituta intra fines Italiae, & Insularum adjacentium designandi, ac deputandi pro Novitiis, & Professoribus Conventus, Monasteria, Collegia, ac Domos quoruscunque Monachorum, ac regularium virorum cujuscunque Ordinis Mendicantium, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam necessariò exprimentis, & hujusmodi Novitiatus, & Professoria mutandi, transferendi, suspendendi, & supprimendi, prout utilitas, & necessitas postuleret, & exigeret, dandi licentias Superioribus Regularibus, quibus quos pertinet, recipiendi in Novitiis sic deputatis Novitiis ad habitum, & professionem sub regulis, & formulis ab eadem Congregatione jam praescriptis, seu praescribendis, praesigendi, seu taxandi numerum Religiosorum in singulis Conventibus, Monasteriis, Collegiis, & Domibus Regularium virorum, eumque pro modo reddituum augendi, & minuendi, exequendi Constitutionem ejusdem Innocentii Praedecessoris, quae incipit, *Infirmenda*, &c. editam Idibus Octobris anno Incarnationis Dominicae 1652. Pontificatus sui Anno nono, necnon ipsius Innocentii Praedecessoris Decretum, quod incipit, *Us in praxis*, &c. editum die 10. Februarii 1654. & decidendi controversias emergentes inde, ac demùm promovendi executionem, & observantiam Decretorum recol. mem. Clementis Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri super reformatione Regularium, & potissimum quae pertinent ad institutionem, & educationem Novitiorum, & in praemissis omnibus etiam penis, & censuris Ecclesiasticis procedendi facultates attribuerit.

De punitis Congregat. quorum.

§. 2. Nos considerantes Congregationem praedictam strenuè quidem, & fideliter, ac magno cum fructu in Ecclesia Dei haecenus laborasse, sed ex Cardinalibus Congregationem ipsam constituentibus, de quorum numero antequam ad Supremi Apostolatus apicem divina dispositione assumeremur, eramus, solos de praesenti superesse Venerabiles Fratres nostros Martium Portuensem Ginertum, ac Uldericum Tusculanum Episcopos Carpineum, & dilectum filium nostrum Marcelum Presbyterum S.R.E. Cardinales Santacrucium nuncupatos; ex Praelatis autem nonnullos quidem ad Cardinalatus honorem promotos fuisse, alios verò ab humanis demissis, solo superstitute dilecto filio Magistro Prospero Fagnano in utraque Signatura nostra Referendario, qui ejusdem Congregationis Secretarius existit; alios tum Cardinales, tum Praelatos sapientia, prudentia, doctrina, charitate, integritate, & religionis zelo eximie praeditos in dictam Congregationem censuimus in Domino cooptandos.

§. 3. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine praedictam Congregationem Cardinalium, & Praelatorum à memorato Innocentio Praedecessore institutam, omnemque, & singulas facultates illi attributas, ut praesertim, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, ac Apostolice muniminis praesidio corroboramus.

§. 4. Praeterea Praedictis Martio, ac Ulderico, & Marcello Cardinalibus dilectos filios nostros Nicolaum Ludovisum, Aloysium Homodeum, Petrum Orthobonum, Laurentium Imperialem, Gibertum Borromaeum, Flavium Chisum, Petrum Vidonum, Hieronymum Bozivium, & Jacobum Presbyteros, Rospigiosum nostrum sacrosanctam carnem ex fratre germano nepotem, ac Carolum Barberinum Diaconum ejusdem S. R. E. Cardinales Carolum respectivè nuncupatos; necnon Venerabiles Fratres Stephanum Ugolinum Patriarcham Constantinopolitanum, Jacobum de Angelis olim Urbinatelem, Franciscum Mariam Phaebeum Tarcentem, Carolum de Vecchis Athenensem, & Stephanum Braccoccium Adriopolitanum Archiepiscopos, Matiam Fanonem Cyrenensem, & Camillum Piazium Dragonicensem Episcopos, ac dilectos filios Magistros Bernardinum Roccium Palatii nostri Apostolice Praefectum, Franciscum Mariam Burziosem, Mariam Albertinum, Petrum Franciscum de Rubis, & Stephanum de Angubiano in utraque Signatura nostra Referendarios,

harum serie adjunctis, omnes, & singulos in Congregationem super statu Regularium praedictam adlegimus, & cooptamus.

§. 5. Decernentes easdem praesentes Breves semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet, etiam formali, & substantiali defectu notari, infringi, retractari, aut in controversiam vocari, seu ad terminum Juris reduci unquam posse: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditorum, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoscunque quacunque praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula praefata.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non tollendo jure quaesito, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, & Congregationum, Societatum, ac Institutorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutiis, illorumque Superioribus, & personis, & aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, vel aliis quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inferrentur praesentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contra derogat.

§. 7. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Transumptis non fidei.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 11. Aprilis 1668. Pontificatus nostri anno primo.

D.P. An. die 11. Apr.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1667. Publicatio Indulgentiarum facta, die vixit 24. mensis Aprilis, Pontificatus anno Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno eius primo, supra dicta Confirmatio effusa, & publicata fuit ad vultum Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, & in arce Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Joannem Jacobum Pellucium Sanctissimi Domini Nostri Papa Cursum.

Hilarius Cancellus Mag. Curf.

Privilegia

XXI. Privilegia, Indulta, Gratiz, Facultates, & Exemptiones nonnullis Sanctitatis Suae familiaribus concessa.

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

Venerabilibus Fratribus Stephano Ugolino Constantinopolitano, & Jacobo Altovito Antiocheno Patriarchis, ac Francisco Nerlio Florentino litterarum nostrarum in forma Brevis ad Principes Secretario. Jacobo de Angelis olim Urbinatensi, Francisco Mariz Phœbeo Tarlensi, & Bernardino Roccio Damasceno Archiepiscopi, Palatii nostri Apostolici; necnon Amilto Alterio olim Camerinesi, Cubiculi nostri; & Ambrosio Landuccio Porphyriensi Episcopi, Sacrarum nostrarum respectivè Praefectis; ac dilectis filiis Magistris Francisco Mariz Antaldo Urbinatensi, Joanni Muto de Papazutris Romano, Bernardino Calasio Romano, Honuphrio de Hippolytis Pistoriensi, Nestori Ritz Reatinæ, Auditori nostro, Jacobo Elephantutio Ravennatensi, Cameræ nostræ Apostolicæ Commissario Generali; Francisco Bonvisio Lucano, Stephano de Augustinis Foroliviensi, Elemosynario secreto: Joanni Baptiste Rubino Veneto, Savo Millino Romano, & Christophoro ab Auria Januensi, in utraque Signatura Referendariis, Prælati domesticis nostris, necnon Sylvestro Vannino Romano Pincernæ, Joan. Vincentio Arata Panormitano Vestiaro, Paulo de Strada Clerico conjugato Romano Architrucino, Jordano Hilling Rigeni, & Ludovico Lentio Romano, Cubiculariis intimis, ac Antonio Capellino Sabinesi, Francisco Polino Camerinesi, Joanni Nicolao Piccolomineo Senensi, libellorum supplicum Nobis portectorum Secretario; Joanni Angelo ab Altempo Romano, Guiljelmo Baroni de Furttemberg Vvesphalo, & Mario Spinulæ Januensi, Cubiculariis secretis nostris, ac Theodoro Cellesio Pistoriensi, Fratri Militi Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Arminio Riccio Firmano Subdatario, Joanni Gualtero Slusio Leodiensi Officiali Brevium nostrorum secretorum; Benedicto Ritz Clerico conjugato Reatino, Medico secreto: Riccardo Cruciano Camerinesi Caudatario, Petro Masarino Firmano Crucifero, Gallieno Conocio Hydruntino, & Joanni Biffaiga Vercellensi, Capellani secretis nostris, ac Emilio de Cavalieri, & Marchioni Antonio Sanctacrucio Romanis, Equitum levis armaturæ custodiæ corporis nostri Capitaneis; Francisco Ceriolo Cremonensi Magistro domus nostræ, Francisco Guilmo Namurcensi, & Blasio Egidio Sabinesi respectivè Civitatum, vel Diocesum Clericis, seu Presbyteris, ac Evangelistæ Guidotto Romano Clerico conjugato, Cubiculi nostri Adjutoribus, & Federico Cavallo Aretinæ Diocesis, Subvestiario nostro, familiaribus continuis commensalibus nostris salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id aliâ propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentiz favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit convenire. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam continui commensales nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis hæcenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, necnon ad vitæ, ac morum honestatæ, aliisque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras, etiam familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea easdem personas vestras præclaris

favore gratiz, ac specialis honoris, & excellentie dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & Interdictis, aliisque Ecclesiasticis Tentationibus, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dimittat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes.

§. 2. Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vos, & quemlibet vestrum respectivè in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore præsentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranensis Comites, necnon auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionensis, Bononiensis, Ferrariensis, & Beneventanæ, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjectorum Civium, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ hujusmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & consecrabilimus.

§. 3. Vobisque, etiam si habitum, & rochetum Notariorum dictæ Sedis juxta Decreta Lateranensis Concilii novissimè celebrati non deferatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus ceteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptiones à Sacro Concilio Tridentino sublatis, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjeatis Ordinariis, & citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, seu Tabelliones creandi, & aliæ hujusmodi privilegia à Notariis, & Comitibus præfatis præsentia, ita ut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane existat, quicquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectivè attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium affectatione, & exercitio, tam in Urbe, quam in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & Conventuum utantur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiz, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque litteris, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficiendis, vos Notarios, Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanos, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit inscribere, & vos illis subscribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitium, aut obreptitium, vel invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia Gentis nostræ, sive integrè, sive cum vestris respectivè composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

§. 4. Et insuper vos, vestraque beneficia, & officia Ecclesiastica quæcumque, quocumque, & qualia-

Umina Familiarum, et quæ communi Privilegio subiacent.

Notarios

Comites, Equites, & milites.

Notas coram ab omnibus

cumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eodem Romano Ecclesie mediate, vel immediate subiectis consistantibus, pradia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia, mobilia, & immobilia, ac se moventia, necnon redditus, & jura presentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturae, & casibus, etiam annui valoris fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quaecumque à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum vestrarum usus emenda, ab omnibus, & quibuscumque decimis, quarantis, & dimidiis partibus, subfidiiis, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datis, pedagogis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angaris, parangaris, ceterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam oneribus munitionum, moenium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vestrarum, etiam in aliud territorium, seu Provinciam terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarium Ecclesiasticum, aut quacumque alia, quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod vos, & quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similibus subire teneamini, nec per Camerae Apostolicae, aut alios Commillarios, seu vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate sussultos, alias quam ut praefertur, valeatis coartari (quandiu servitiis nostris insisteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

*Suppressione
dentia dis-
pungat.*

§. 5. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectivè, ut quaecumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus textis quorumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum, etiam Collegiatarum Ecclesiarum consentientia, etiam si upum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonatus, & Præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assummi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferantur, aut quisque vestrum eligatur, presentetur, aut alias assumatur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & dummodò illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere, necnon etiam quandiu Nobis inservieritis tantum in beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis, non tamen Parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum, per vos pro tempore respectivè obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiam si dignitates in Cathedralibus, etiam in Metropolitanis majores, ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneamini, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earumdem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis invitari compelli possitis, omnesque & singulos vestrorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus durante servicio praedicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter resideretis, percipere, & habere, & legare.

*Facultates
recipiendi
Ordines
sacros
concedit.*

§. 6. Ac interim, vel postmodum, si volueritis, hic in Romana Curia, vel extra eam à quocumque, quem malueritis Catholico Antistite, gratiam, & commanionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines aliquibus tribus Dominicis, vel illis festivis diebus, etiam extra tempora à jure statuta, proprii Ordinarii, aut cujuslibet alterius licentia desuper minime

requisita, si illis ad id idem reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneraveris, promoveri, & promoti in illis, etiam in Romano ministerio ministrare.

§. 7. Necnon, etiam Presbyteri sacros, ac dignitates, & officia obtineritis, ut leges, & jura civilia, etiam publice in scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodò trigessimum ætatis annum non exieritis, audire, & si habueritis, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctorum gradum in hujusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque jura etiam publice exercere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis civilibus tantum exercere libere, & licite possitis, & valeatis, auctoritate, & tenore praedictis de specialis dogo gratia dispensamus.

*Libentia
generali
suffragium.*

§. 8. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum alium idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum secularem, vel cujusvis Ordinis regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vira cujuslibet vestrum comite vos, & quemlibet vestrum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incurtis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempora existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesie præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in qualvis personas etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores, & Episcopos) de praescripto injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id praestationibus, juniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum Canonicarum, aliorumque Divinorum officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet à contentis in litteris die Coenæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus, semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis poenitentiam injungere salutarem; necnon vota quaecumque (ultramarino, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, Castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

*Indulgentia
transfere
penitentiam.*

§. 9. Vobisque ulterius, & cuicumque vestrum respectivè, ut quicumque loci Ordinarius, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respectivè coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ, quascumque pensiones annuas vobis super Mensarum Abbatialium, seu Capitularium, ac Episcopaliurn, & Archiepiscopaliurn, ac quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani prædicti, quomodocumque, & qualitercumque qualifcatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda, pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quomodocumque alieni vestrum respectivè placuerit, simul, vel successive, in toto, vel in parte, etiam in eujuslibet vestrum mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem

DE BENEFICIIS

ad omnia facta... redditis... et proventus... & pensionibus... & debentibus... forma Constitutionum... si quas detinet... etiam pro remuneracione... etiam ultra servitii meritum... etiam in ipsa Curia... etiam nulla facta mentione presentis... & licite valeatis... & tenore predictis de speciali gratia indulgemus.

ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & proventus, & pensionibus... & debentibus... forma Constitutionum... si quas detinet... etiam pro remuneracione... etiam ultra servitii meritum... etiam in ipsa Curia... etiam nulla facta mentione presentis... & licite valeatis... & tenore predictis de speciali gratia indulgemus.

§. 10. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, praediis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, caeterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quae tamen non sint altaris, seu altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum divino cultui, seu usui deputata, seuque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsitan praesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Praepositarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, saecularium, & quorumvis Ordinum regularium, quae etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuatim super similibus fructibus, redditibus, & proventus vobis reservatorum, & assignatarum, ac reservatorum, & assignatarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanae Curiae officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cujuslibet vestrum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen, acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de numeribus, & officiis, quae exercueritis, & vos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam in pecunia numerata, & focalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, (quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quae generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, presentibus, ac si specificis, & singillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum, anni de Camera,

§. 11. Et insuper statulimus, & ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum praedictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respective mansione, ac etiam extra beneficia vestra, vel alia loca debita a vobis residentia personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura etiam, ut praefertur, qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex praedictis, & aliis undecumque provenientia, ad Camera Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad haeredes vestri sanguinis integre deveniant, & illis deficientibus, inter familiares vestros arbitrio personae, seu personarum, quae ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scriptura, etiam minus solenni, secus appareret, quam tunc velut efficacem ipse personae, vel alii Judices, seu Exequutores omnino exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quaecumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia forsitan a vobis etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffultis, de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jo-calibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium praedictorum, & alias quomodolibet facta, cum omnibus inde sequutis, ac etiam ea, quae per vos in futurum fient, ex tunc prout ex tunc, & contra pro dicta summa sex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum omittarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, & expressa de illis mentio praesentibus habenda esset, supplemus.

§. 12. Districtius inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Praelatis, necnon Camerae praedictae Praesidentibus, & Clericis, ac eorum, necnon fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatu Sanctae, & aliis Collectoribus,

Supplemen-
tum desin-
endum.

quibuslibet
contrario-
lesionem

& Subcollectoribus, ceterisque cuiuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, ne Universitates, Collegia, ac loca, & Patarios, haeredes, & personas, necnon testamentorum, voluntarium, & ordinationum huiusmodi Exequutores praedictos directe, vel indirecte, quovis quaesito colore, vel ingenio molestare audeant quoquo modo, vel perturbare.

§. 13. Ac decernentes praedicta omnia, & singula, praesentesque litteras, & testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quaecumque, necnon quae in praemissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore praesentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum, & inde sequentis, & sequentibus, etiamsi vos intra Curiam, aut in quacumque alia mundi parte extra Ecclesias, & beneficia personalem residentiam requirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi, ab humanis decedere contigerit, sub litteris rec. mem. Pii Papae IV. praedecessoris nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Praelatos, necnon parochialium Ecclesiarum Rectores, ceterosque residentiae personali praedictae adstrictos extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kalend. Decemb. Pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariae Apostolicae regulis, ex quibuscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter, etiam a Nobis, & Sede praedicta haecenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus, & clausulis etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis per vos eligenda apponendis, & latissime specificandis, reposita, restituta, & plenarie reintegrata, ac de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, qui de iure, stylo, consuetudine, aut aliis quomodocumque fortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, iurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac Nos, & Camera praedictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralis, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam itas, & personae vestrae mutationem, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsi cumulative in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus huiusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec haeredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quae bona, iura, & actiones huiusmodi devenerint, vel quibus relinquuntur, aut Executores praedictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, haeredibus, legatariis, ac donatariis praedictis liberaliter concedimus, & donamus, Camerae, vel fabricae, aut beneficiis praedictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, live indultum, aut confirmationem praesentium a Nobis, vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de praesenti mentionem aliquam faciendum minime teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

§. 14. Et sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & eisdem

Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, necnon pro tempore existentes dicte Camerae Camerarium, Praesidentem, & Clericos in quavis causa, & instantia, & subacta, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & impetrandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definitur debere, ac irritum, & inane si secus super his quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Ostiensi, & Portuensi Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curiae causarum Camerae Apostolicae Generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, motu suo, quatenus ipsi, vel duo, aut unum eorum, pro se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem praesentes litteras, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permitentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra eorum praesentium tenorem quomodolibet indebitum molestari, inquietari, vel perturbari: Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 16. Non obstantibus praemissis, ac pia memoriae Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris pariter nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodum ultra tres dietas aliquis vigore praesentium ad iudicium non trahatur, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiamsi ad illum nondum devenit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu praestando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per Nos, & Sedem praedictam editis, & in posterum edendis Cancellariae Apostolicae regulis, ac stylo in similibus haecenus observato, ac recordanda memoriae Alexandri Papae VI. etiam praedecessoris nostri, tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae praedictae debere inter alia disponente, necnon eiusdem Bonifacii Papae VIII. per quam concessionem fructus in absentia percipiendi sine praesentione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papae IV. praedecessoris pariter nostri de gratis quaecumque interesse Camerae Apostolicae concernentibus in dicte Camera intra certum tunc expressum tempus praesentandis, & registrandis, ita quod praesentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneamini, ac similis recordationis Urbani Papae VIII. etiam praedecessoris nostri de pensionibus aliis translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives Originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalium praedictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dicte Curiae, & Regnorum, Provincialium, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac Camerae praedictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alim roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiamsi de illis servandis, & non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliis quomodolibet concessis, utendo vos per vos, vel procuratores vestros praestiteritis forsitan haecenus, vel vos in posterum praestiteritis iuramentum: Privilegiis quoque, indultis,

culis, & litteris Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Praesulibus, seu Administrantibus, & Superioribus, ac Magistris, Praepositis, Prioribus, Militibus, etiam antianim, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, illorum Communitaribus, & Universitatibus, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis; etiam eisdem Cardinalibus, ac dictae Curiae Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, Pedagogorum, gabellarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum redemptionibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis; ac irritantibus, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem praedictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio; etiam per modum statuti, & constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicae potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, etiam in eis, ac statutis, & stabilimentis praedictis caveatur expressè, vel tacite, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filius conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliis certo modo in illis expressè qualificatos obtineri non possint, & nulli Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum huiusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona, etiam stabilia, forsàn ad certum valorem ascendentia possederint, quodque praepositorum, & alia beneficia quaecumque dicti Hospitalis, tam ex eius institutione, quàm ex stabilimentorum praedictorum dispositione, pensionibus Clericis secularibus, & aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis, gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis praedictis, etiam vigore implicitae derogationis latissime extendendae, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & qualvis etiam derogatoriis derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demùm Magistri, & Conventus praedictorum ad id accedat assensus, sintque litterae derogationis huiusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptae, ac illi, & praefato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias litteras diversis temporibus cum certis intervallis praesentatas intimatae, & non aliàs, nec alio modo, & semper in omnibus, quae sic sient, etiam de simili consilio derogationibus sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus praedictorum, & non aliàs, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera huiusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat in genere, & in specie ad effectum praesentium sufficienter, & expressè derogamus, ac derogatum esse decernimus: Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis huiusmodi personalem residentiam consuetam, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicae Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae professionem fidei juxta articulos pridem à Sede praedicta Bullarii Magni Tom. V.

propositos expressè emittere, & solitum fidelitatis juramentum praestare omnino teneamini; quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Maii 1668. Pontificatus nostri anno primo.

Moderatio Constitutionis Clem. VIII. locum ciborum Paschalium pro Fratribus Sancti Francisci de Paula ad Infirmarias Conventuum restringentis.

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti Nobis caelitus pastoralis officii ratio postulat, ut paternam Religiosorum Virorum Altissimi obsequii sub austerioris vitae Regula mancipatorum curam gerentes, illorum necessitatibus, quantum cum Domino possumus, benigna, salubrique moderatione studeamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus de Consentia, Zelosus, seu Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Paula Minorum nuncupatorum, quod dudum, videlicet anno 1596. felicitis record. Clemens Papa VIII. Praedecessor noster, peculiari Constitutione Fratribus dicti Ordinis prohibuit sub poena privationis vocis activae, & passivae per triennium, ne durantibus eorum infirmitatibus, in quibus dumtaxat eisdem licitum est vesci cibis Paschalibus, Conventibus egredierentur.

§. 2. Verùm quotidiano experimento comprobatum est, ex Constitutionis huiusmodi, optimo licet consilio emanatae, observatione multa oriri incommoda, cum Fratres praedicti talibus sapissimè corripiantur corporis infirmitatibus, ut ad aquas minerales, vel potandas, vel earum balneis utendi ergò se conferre cogantur; quae remedia nullatenus adhiberi valent, nisi cibis Paschalibus juxta medicinae regulas utantur, atque ita Constitutionem praedictam infringant, ac poenis per eam datis sese exponant, si mortis periculum evadere velint. Cum autem, sicut eadem expositio si bungebat, praemisisset attentis, Ordo praedictus Zeloso, seu Procuratori Generali ipsius Ordinis pluries injunxerit, ut memoratae Constitutionis moderationem ab hac Sancta Sede impetrare curaret: Nobis propterea dictus Petrus ejusdem Ordinis nomine humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignareretur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Petri votis favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum, à Nobis super negotio huiusmodi specialiter deputatorum consilio, praedictam Clementis praedecessoris Constitutionem, per quam locus eius ciborum Paschalium pro Fratribus dicti Ordinis ad Infirmarias Conventuum restringitur, auctoritate Apostolica tenore praesentium ita moderamus, ut eisdem Fratribus liceat etiam extra Infirmarias huiusmodi cibis Paschalibus vesci durante necessitate accessus, recessus, & morae ad balnea, de consilio Medici, & cum licentia Superiorum, quorum conscientiam oneramus: ita

CLEMENS NONUS.

tamen ut in reliquis nihil relaxatum intelligatur disciplinæ regularis.

Contrariis derogat.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstante prædicta Clementis prædecessoris, aliorumque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fidei.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

D. P. An. die 19. Junii.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1668. Pontificatus nostri anno primo.

XXIII. Indultum Priori Generali Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo concessum, conferendi lauream Doctoratus in Collegio Sanctæ Mariæ Transpontinæ de Urbe Fratribus ejusdem Ordinis, qui titulo Magisterii sunt insigniti.

Edict. An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Præmissum.

Dudum felic. record. Urbano Papa VIII. Prædecessori nostro pro parte quondam Theodori Stratii tunc temporis Prioris Generalis Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo exposito, quod ipse juxta regularia dicti Ordinis Instituta Apostolicâ auctoritate confirmata, Ordinis hujusmodi Professores, qui eos cursus, lectiones, vel exercitia litterarum peregerant, quæ secundum eorundem regularium Institutorum formam, & tenorem requirebantur, ejusdem Ordinis Magistros in Sacra Theologia creandi, & instituendi facultatem habebat, dummodo tamen iidem Professores Magisterii, sive Doctoratus in eadem Sacra Theologia lauream in aliqua approbata Studii generalis Universitate susciperent.

§. 1. Quia verò in suscipienda Magisterii, sive Doctoratus in Universitate generali hujusmodi laurea intolerabiles pecuniarum summas expendendæ erant in magnam pauperimiam inter Mendicantes Religionis detrimentum, & Collegium Sanctæ Theresiæ Salamantinæ ejusdem Ordinis semper habuerat, & in posterum habiturum sperabatur Regentes, & in eadem Sacra Theologia Magistros doctos, & in litterarum exercitiis maxime versatos, per eundem Theodorum Priorem Generalem præfato Urbano Prædecessori supplicato, ut quo debitus virtutis honos ejusdem Ordinis Provinciarum Hispaniæ, & Lusitanie Professoribus, qui in artibus, & Sacræ Theologiæ hujusmodi studiis cursum perfecissent, & aliis digni, & idonei essent, sublati expensis hujusmodi haberetur, super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatio Urb. VIII.

§. 2. Idem Urbanus Prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus, præfato Theodoro, & pro tempore existenti Priori Generali dicti Ordinis, & omnibus, & singulis ejusdem Ordinis, & Provinciarum præfatarum Professoribus, quos absolutis per eos cursu, lectionibus, vel exercitiis litterarum à Regularibus dicti Ordinis institutis, ut præfertur, requisitis, & servatis aliis servandis, Magistros in eadem Sacra Theologia crearet, & institueret, quod illi in præfato Collegio Salamantino S. Theresiæ cum rigorelo examine, & appro-

batione Regentium, & aliorum Magistrorum ejusdem Collegii, ac servatis aliis conditionibus juxta regularia Instituta hujusmodi necessariis, & Superioris ejusdem Collegii Magisterii, sive Doctoratus in eadem Sacra Theologia lauream suscipere libere, & licite possent, & valeret concedendi, & indulgenti facultatem auctoritate Apostolica concessit, & aliis prout in ipsius Urbani Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die 26. Augusti 1634. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum Matthæi de Orlando, ac Andree Læo Prioris, & Procuratoris generalium dicti Ordinis respectivè Nobis nuper expositum fuit, majori parti Fratrum ejusdem Ordinis valde incommodum sit laureæ doctoralis hujusmodi consequendæ ergo ad memoratum Conventum Salamantinum accedere. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatio prout in re bria.

§. 3. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, præfato Matthæo moderno, & pro tempore existenti Priori Generali Ordinis præfati petitam facultatem conferendi lauream doctoralem illis Fratribus qui ex præscripto Constitutionum Ordinis hujusmodi Magisterio insigniti fuerint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus: Ita tamen, ut illa extra Collegium Salamantinum non nisi in Collegio Sanctæ Mariæ Transpontinæ de Urbe ejusdem Ordinis, uti possit, ac salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentibus litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Confirmatio derogat.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Julii 1668. Pontificatus nostri anno secundo.

D. P. An. die 20. Julii.

Concessio

XXIV. **Concessio Indulgentiarum pro Confraternitatibus Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, cum Indulto erigendi, instituendi, & aggregandi similes Confraternitates.**

CLEMENS EPISCOPUS
Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Supereminenti Apostolicæ Dignitatis specula, meritis licet imparibus, à Domino sublimati, ad universos in vinea Domini, quæ est ejus Ecclesia, curæ nostræ divinitus commissa, ad animarum salutem providè confitos, & Sedis Apostolicæ benigno favore alios Religiosorum hominum Ordines aciem mentis nostræ insectantes, & inter eos Ordinem Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede nuncupatæ, sicut nomine, & professione, Captivorum, quos ex Christi fidelibus dura immanium Christiani nominis hostium servitus miseris premit, redemptioni addictum, ita in redimendis hujusmodi Captivis Fratrum suorum pietatis studio, & vigilantia singulari, cum fructuum ubertate pari coruscare contemplantes, Nos ei ea per quæ, non solum confoveri, sed multis cum incrementis sese efferre, & elatos ramos charitatis, & pietatis in miserorum hujusmodi sublevamen, pro talento sibi à Domino, qui omnibus dat prout vult, commisso, latius diffundere, & expandere valeat, eo libentius, & liberaliori manu, apertis spiritualium gratiarum, quarum dispensatores facti sumus, thesauris elargimur, & erogamus, quo magis id ad Dei gloriam, & animarum salutem judicamus in Domino succellurum.

§. 1. Exhibita liquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Mathiæ Cubels antiquæ observantia, & Andreæ à Sancto Joseph familiæ Reformatæ Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede nuncupatæ Redemptionis Captivorum Procuratorum Generalium petitio continebat: Quod cum à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris Religiosis, & Fratribus dicti Ordinis diversas Confraternitates, seu Congregationes personarum secularium utriusque sexus erigendi, seu præfati Ordini, vel ejus singulis respectivè domibus Regularibus unendi, & incorporandi, seu eidem Ordini aggregandi, ipsisque, & eorum secularibus personis sibi competentia privilegia, Indulgentias, & gratias spirituales, facultates, & indulta sibi concessa communicandi attributa sit facultas, seu similes erigendi Confraternitates, & Congregationes consuetudo usu recepta fuerit: & non solum Religiosi præfati Ordinis, sed utique etiam Confraternitates, & Congregationes, ac seculares earum personæ hujusmodi Captivorum sub duro Barbarorum jugo languentium redemptioni, & libertati sedulo incumbant. Quare ut Religiosi Ordinis, ac Confraternitatum, seu Congregationum hujusmodi seculares personæ ad opus tam pium, & necessarium efficacius incitentur, & ne Indulgentiæ ipsi Ordini, & facultates, ut præfertur, erigendi, & aggregandi, de cætero propter aliquas limitationes, seu revocationes aliquorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum in dubium aliquando revocari possint, pro parte dictorum Mathiæ, & Andreæ Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis opportuè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui pia singulorum Ordinum Religiosorum in Ecclesia Dei rectè institutorum vota, quibuscumque cum Domino possumus, modis omnibus promovere studemus, eosdem Mathiam, & Andream, ac Ordinis, & singularum Confraternitatum hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati, & innodatz existant, ad

Bullariis Magni Tom. V.

effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos, ac absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super Indulgentiis, sacrisque Reliquiis concedendis Præpositorum, Religiosis præfati Ordinis, ac singularum Confraternitatum, seu Congregationum eidem Ordini, seu alicui ex ejus Domibus Regularibus aggregatarum, illarumque personis utriusque sexus, qui Captivorum hujusmodi Redemptioni incumbunt, ubicumque degentibus, cæterisque utriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, & confessis, qui aliquam ex Confraternitatibus prædicto Ordini, seu alicui ejus domui regulari annexam, aggregatam, seu unitam de cætero ingredientur, die prima eorum ingressus, si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumplerint.

§. 3. Ac nunc, & pro tempore existentibus dictarum Confraternitatum Confratribus ubilibet decedentibus, etiam verè poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communione, si id commodè fieri poterit, refectis, vel saltem confectis, in eorum mortis articulo nomen **JESU** corde, si ore nequiverint, devotè invocantibus: Præterea ipsis Confratribus, etiam verè poenitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui aliquam Ordinis, vel Confraternitatum hujusmodi Ecclesiam, seu Oratorium ultima Dominica mensis Julii à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei Dominicæ hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, quive scapularis, quæ singulis mensibus, ac duabus aliis solemnibus processionibus, quarum prima tempore publicationis Missionis Religiosorum ipsius Ordinis pro redimendis Captivis, altera verò post eorumdem Captivorum redemptionem de more celebrantur, devotè interfuerint, & pias ad Deum preces pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, inter Christianos Principes concilianda, & fovenda pace, hæresum extirpatione, Infidelium conversione, ac Romanæ Pontificis salute effuderint, qua Dominica, seu aliis diebus hujusmodi id pro tempore fecerint: Quive ad partes eorumdem Infidelium pro miseris Christi fidelibus inibi sub misero servitutis jugo deserventibus redimendis progredientur, si ante illorum discessum, ac post illorum reditum; iis verò qui à Barbarorum servitute redimuntur, si infra mensem à die illorum Redemptionis computandum, idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumplerint, & ut præfertur oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & elargimur. Ac etiam eidem Confratribus habitum dictarum Confraternitatum deferentibus, si verè poenitentes, & confessi, semel in mense, vel in Domino Nostri **JESU-CHRISTI**, aut Beatissimæ Virginis **MARIÆ**, vel Sanctorum ipsius Ordinis festivitatis idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumplerint: Quive quot.die per annum integrum ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam, vel Symbolum Apostolorum pro impetranda fortitudine, ac patientia iis, qui apud Barbaros detinentur in captivitate, ne nomen Domini **JESU-CHRISTI** negent, sed certiores in fidei confessione persistant, ac quantocius ab eadem servitute liberentur, recitaverint. Præterea, eidem Confratribus etiam confessis, vel confitendi firmum præpositum habentibus, habitum præfatum deferentibus, qui singulis diebus septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam præfatas, ad ipsius Beatæ Virginis **MARIÆ** gloriam, & honorem, aut ipsam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, associaverint, vel qui hoc facere impediti, Campanæ ad id dato signo genibus flexis septies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam hujusmodi pro eodem infirmo recitaverint, seu pauperes à Captivitate Redemptos hospitio receperint, illosve ad Ecclesiam Ordinis, vel Oratorium Confraternitatis locorum, in quibus degunt, associaverint, septem annos, & totidem quadragenas. Postremo

Indulgentiam Confratribus largiuntur

CLEMENS NONUS.

46. eisdem Confratribus, qui in Vigiliis festivitatis Domini Nostri JESU-CHRISTI, aut Deiparæ Virginis MARIÆ, vel Sanctorum ejusdem Ordinis, sive singulis sextis feriis, ac diebus Sabbatis cujuscumque hebdomadæ, ad Dei Omnipotentis, & Deiparæ Virginis MARIÆ hanc, & gloriam jejunaverint, quive sepeliendis mortuis officiose, aut Missis, & aliis Divinis Officiis in Ecclesiis, seu Capellis Ordinis, & Confraternitatibus hujusmodi more Confratrum celebrandis, aut Congregationibus publicis, vel privatis eandem Confraternitatem pro quocumque opere pio exercendo devote inseruierint, aut pauperes peregrinos, vel Religiosos ipsius Ordinis hospitio exceperint, aut pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu devium aliquem ad viam salutis reduxerint, vel ignorantes Dei præcepta, & quæ ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam præfatas pro animabus Confratrum dictarum Confraternitatum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut pauperes puellas de suo proprio, non autem aliquo particulari legato pio ad id relicto, vel relinquendo, matrimonio collocaverint, toties pro quolibet præmissorum posteriorum operum piorum exercitio tres annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis penitentis misericorditer in Domino perpetuo dicta Apostolica auctoritate eandem tenore præsentium relaxamus. Ac eisdem Confratribus, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones præfatas, fidelium in Christi charitate defunctorum animabus per modum suffragii possint applicare.

Indulget Confraternitates erigi poss.

§. 4. Ac ipsius Ordinis Magistro, & Familiæ Reformatæ præfate Vicario, necnon ambarum familiarum hujusmodi Procuratoribus generalibus, nunc & pro tempore existentibus, ut utriusque sexus Confraternitates, tam sub præfate Beatæ MARIÆ de Mercede, quam alia quacumque invocatione, & denominatione, ubivis locorum eligere, & instituire, illasque sic erectas, & institutas illius Archiconfraternitatibus, servata tamen forma Constitutionis felicis recordationis Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri super dictarum Confraternitatum erectionibus, & aggregationibus editæ, aggregare possint, & valeant, eadem auctoritate etiam perpetuo earundem tenore præsentium indulgemus.

Confraternitates derogat.

§. 5. Non obstantibus præfata Clementis, ac pie mem. Pauli Papæ V. etiam prædecessoris nostri similitum gratiarum revocatoria, seu moderatoria, necnon nostra de Indulgentiis ad instar non concedendis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio penalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, elargitionis, relaxationis, & Indulti infringere, vel ei aulæ temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. An. 2. die 13. Sept.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1668. septimo Idus Septemb. Pontificatus nostri anno secundo.

XXV. Concessio Privilegiorum pro suis Capellanis communibus.

Edita An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX. Ad futuram rei memoriam.

Promissum.

GRata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Michael Angelus Lualdus Romanus Canonicus secularis, & Collegiæ Ecclesiæ Sancti Marci de Urbe, Hieronymus Mainerius Aquensis, Nicolaus Nocetus Romanus, Joannes Guadagnolus Arstinus, Paulus Blanconius Romanus Clericus Beneficiatus in Basilica Principis Apostolorum, & Franciscus Agnellus Ripanensis Canonicus secularis, & Collegiæ Ecclesiæ

Sanctorum Celsi, & Juliani de eadem Urbe Presbyteri Moderni Capelle nostræ Pontificiæ Capellani, familiares nostri, Nobis, & Apostolicæ Sedis hæcenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitæ, ac morum honestas, aliasque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis juvari percepimus; Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Capellani sunt Sedis Apost. Nos. res, Nobil. & Civit. etiam.

§. 1. Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi, cosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, & non ad supradictorum Michaelis Angeli, Hieronymi, Nicolai, Joannis, Pauli, & Francisci, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera nostra deliberatione, ac certa scientia, Apostolica auctoritate tenore præsentium Michaelem Angelum, Hieronymum, Nicolaum, Joannem, Paulum, & Franciscum prædictos, & illorum singulos in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulæ Lateranensis Comites (sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium præjudicio) necnon nobiles Romanos, & Urbis Romæ, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediâ, vel immediatè subjectorum cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulæ Comitum, ac nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum referimus, & conscribimus, ipsique, etiam si habitum, & rochetum Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis Concilii novissimè celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & Indultis, quibus ceteri omnes Notarii nostri etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives Originarii, etiam in dignitatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, & sæcularium, etiam ex personis Romanorum Originariorum vacantium assequutione, & exercitio, tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta pro ipsis emanassent (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino sublatas, ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceant Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, seu Tabelliones creandi, aliasque hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apostolicæ, & Comitibus Palatinis præfata, ita ut illis supra memorati Capellani familiares nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque litteris, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conficiendis, sese Notarios, Comites, & nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut libuerit, inscribere, & se illis subscribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, nobilibus, & civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expressio-nibus subreptitium, obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censeatur, concedimus, & indulgemus.

§. 2. Et

CLEMENS NONUS.

*Beneficia
Ecclesiastica
ab omnibus
meritis
eximit.*

§. 2. Et insuper illos, eorumque Beneficia, & officia Ecclesiastica quaecunque, quocunque, & qualiacunque, illorum fructus, res, & jura ubicunque locorum, regionum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Rom. Eccl. mediant, & immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, & se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura cujuscunque qualitatis, quantitat, & naturæ, & cujuscunque etiam annui valoris fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcunque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscunque decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidii, etiam charitativis, necnon vectigalibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocunque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quàm rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, & personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & molitorum, & mercium cujuscunque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, seu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon eorum mortuorum, stabulationum militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut ex quacunque alia quantumvis gravi, & gravissima causa (pro subventionem contra infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod illi, & quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commensarios, seu vectigalium, & tributorum hujusmodi redemptores, conductores, & exactores quocunque privilegio, exemptione, & facultate suffultos, aliâ quàm ut præfertur, valeant coarctari, quandiu servitiis nostris insulerint dumtaxat eximimus, & liberamus.

Dignitas.

§. 3. Ad hæc cum eisdem, ut quæcunque duo diffimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcunque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum consistentia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas, etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, si eis alias canonicè conferantur, aut eligantur, præsententur, aut aliâ allumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & dummodò illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixerint, retinere.

*Etiam à re-
sidentia.*

§. 4. Necnon etiam quandiu Nobis inservierint tantum, in beneficiis Ecclesiasticis, non tamen Parochialibus, vel curam animarum Parochianorum habentibus per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirerentibus, etiam si dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, & in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, seu Ecclesiarum earumdem Capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, & singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, & redditus durante servitio prædicto cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare, proviso tamen per eos, ut onera eisdem dignitatibus, & beneficiis quovis modo incumbentia congruè supportentur.

*Alia in-
dulta.*

§. 5. Necnon etiam si Presbyteri fuerint, ac dignitates, & officia obtulerint, leges, & jura civilia etiam publice in Scholis, ac Universitatibus Studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodò iidem trigésimum ætatis annum non excesserint, audire, ac si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se pro-

Bullarum Magni Tom. V.

moveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque iudicare, Advocati, & Procuratores omnium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum obtinere libere, & licite possint, & viderentur, & dono specialiter gratias dispensamus.

*Co. fissa-
rium eligere
possint.*

§. 6. Licet quoque ipsi, & eorum singulis aliquem idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyterum seculares, vel cujuscunque Ordinis Regularem suum eligere Confessorem, qui vita eis comite eos, & ipsorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per eos incurris, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, ac à quoruncunque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quavis personas etiam Ecclesiasticas, non tamen Episcopos, vel alios superiores Prælatos, de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationibus horarum Canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet à contentis in litteris die Cœnæ Domini publicari consuectis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, prædicta auctoritate Apostolica absolvere, & illis pro commissis penitentiam pro modo culpæ injungere salutarem, necnon vota quæcunque (Ultramarino, Visitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, castitatisque, & religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

*I-durum
in infirmis
pensionibus.*

§. 7. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut quicunque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in dicta Curia, quàm extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ, quascunque pensiones annuas eis, & eorum singulis super Mensarum Abbatialium, seu Episcopopalium, aut Archiepiscopopalium, & quoruncunque aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, sæcularium, & quoruncunque Ordinum Regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quomodocunque, & qualitercunque qualificatorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi nunc, & pro tempore assignata, & reservata quocunque simul, vel successivè, in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de Camera de eorumdem Capellano- rum, vel cujuslibet ipsorum consensu, in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatæ, & extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, & obventiones, & emolumenta hujusmodi etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eosdem Capellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quæcunque, quocunque, & qualiacunque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu clericali caractere insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus eisdem modo, & forma, quibus eisdem Capellanis assignatæ, aut reservari, vel assignari concessæ, seu concessæ fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi solvere debentium,

CLEMENS NONUS.

etiam si pluries cassata, & de novo assignata fuerint, uique ad summam, & quantitatem predictam, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, & privilegiis, decretis, & censuris, cautionibus, vinculis, obligationibus, censuris, ac etiam censuris, & poenitentiarum reservationibus huiusmodi concessis, & contentis integrè persolvendum reservare, constituit, & assignare.

Facultas
reservandi.

§. 8. Necnon ut idem Capellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, etiam jurisdictionalibus, & iurisdictionibus, & mobilibus, quæ non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum ipsius Capellanis nostris prædictis commillarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum divino cultui, vel usui deputata, seu que moventibus, cujuscumque qualitatibus, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac iuribus, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinuerint, & obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reservatarum, & assignatarum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie Officiorum, ac alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de muneribus, & officiis quæ exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eisdem perventis, & perventuris, etiam in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiam si talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, & supellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, presentibus ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventibus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiam si eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenerit pro illa rata, quæ illis debita erit, constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forsitan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstante, etiam accumulativè cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, usque ad summam ducentorum ducatorum auri similitum dumtaxat, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, & alias pro eorum arbitrio, & voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura, etiam minus solemnè, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, & non facta mentione presentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similitum facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere

velint, & intendant, semel atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, ita ut quicquid testamentum, gestum, aut ordinatum, seu alias ab ipsis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valeat, & servari omninò debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta, etiam pluries, & toties quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere, etiam liberè, & licite valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

Omnis
suppl.

§. 9. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debita ab eis residentia personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula eorum bona, res, & jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia pro dicta summa etiam ex prædictis, & aliis undecumque provenientia ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes sanguinis eorumdem integrè deveniant, & illis deficientibus inter eorum familiares arbitrio personarum, seu personarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem scriptura etiam minus solemnè secus appareat, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Executores omninò exequi, & adimplere, illique sese conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque huiusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsitan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffulta, de huiusmodi bonis, iuribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus prædictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & aliis quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc prout ex tunc, & econtra pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitatum omnissarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliisque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus.

Contrarius
derogati.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati de certo Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, & stylo in similibus hætenus servato, & præmem. Alexandri Papæ VI. etiam Prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camere prædictæ deberi inter alia disponentibus, necnon eisdem memorie Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, per quam concessionibus de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædicti, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curie, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac prædictæ Camere, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis litteris Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis,

CLEMENS NONUS.

impetratis, aut aliis quomodolibet concessis utendo, ipsi Capellani per se, vel eorum Procuratores præstiterint forsitan hætenus, vel in posterum eos præstate contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam antianis, Capitulis, & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac dictæ Cameræ Officialibus, illorumque Collegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, & de ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, ac per modum Statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia paribus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad Imperatoris, ac Regum, & Reginarum, Ducum, & Marchionum, ac aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel specie, aut aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, & innovatis, & in posterum concedendis, confirmandis, & innovandis, etiam in iis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expressè, vel tacitè, quod Urbis nominis originariis Civibus Romanis, ac Civium eorumdem filii, aliarum verò partium beneficia nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Civives, aut aliis certo modo in illis expressè qualificados obtineri, aut conferri possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideat, quodque præceptoris, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quàm ex stabilimentorum prædictorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Ecclesiasticis sæcularibus, aut aliis personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis præfatis, etiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque litteras Apostolicas, & qualvis etiam derogatoriis derogatorias, efficacioresque, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum Cardinalium fiat, & tum demùm ad id Magistri, & Conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque litteræ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscriptæ, ac ei, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias diversas litteras diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, & non aliàs, nec alio modo, & semper in hujusmodi litteris, quæ sic fient, etiam de simili consilio derogationis sit apposta clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus præfatorum, & non aliàs, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto etiam motu proprio emanato apposta aliter in litteris exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro

plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentibus, illis aliàs in suo robore, & firmitate permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum præmissarum specialiter, & expressè Motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, quod præsentium transscriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides, tam in judicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi possit, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Quodque præfati antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede præfata propositos emitte, & solitum fidelitatis juramentum omnino præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub D. P. An. Annulo Piscatoris, die 19. Septembris 1667. Pontificatus nostri anno primo.

Suspensio Brevis Innocentii X. Generalem Congregationem in Societate JESU, singulo quovis triennio celebrandam injungentis.

CLEMENS PAPA IX. Editæ An. D. 1668.
Ad futuram rei memoriam.

Religiosorum virorum Ordines, quos tanquam fertilia agri Domini cultorum plantaria sapiens Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum pietas instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, Societatem JESU viris pietate, religione, sacrarum, eisque ancillantium bonarum litterarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio eximie præditis fulgentem, singularibusque in hanc Sanctam Sedem meritis conspicuam, peculiari Apostolicæ dilectionis affectu prosequimur. Et propterea felici illius regimini, religiosæque tranquillitati libenter consulimus, sicut omnibus debite consideratis, pietati atque prudentiæ censuram esse consentaneum.

§. 1. Aliàs siquidem postquam felicis recordationis Innocentius Papa X. Prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis die prima Januarii 1646. expeditas litteras, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresse, statuerat, mandaverat, præceperat, & ordinaverat, ut perpetuis futuris temporibus Congregatio Generalis in prædicta Societate JESU singulo quoque novennio computando semper à celebratione ultimæ Congregationis generalis haberi, & celebrari omnino deberet, ita ut illius celebratio nullo modo, nec ex quavis causa, sive per Præpositum Generalem pro tempore existentem, sive per quamcumque Congregationem particularem, vel generalem impediri, vel ultra novennium hujusmodi differri, seu prorogari possit; utque quotiescumque haberetur, & celebraretur Congregatio generalis hujusmodi, toties novi Assistentes ab illis planè diversi, qui præcedente novennio Assistentium muneribus functi fuissent, eligi, seu assumi, & deputari deberent.

§. 2. Ac demùm ut omnes, & singuli ejusdem Societatis Provinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alii Officiales jurisdictionem, seu superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati (exceptis Magistris Novitiorum) in eorum respectivè muneribus, superioritatibus, ministeriis, administrationibus, & officiis quomodocumque nuncupatis per triennium dumtaxat durare deberent, eaque, elapso triennio hujusmodi, eo ipso vacarent, & vacare censerentur, ipsique ad alia quævis ejusdem Societatis munera, superioritates, ministeria, administrationes,

CLEMENS NONUS.

et officia prædicta quomodolibet nuncupata, etiam Viceprovincialis, seu Vicepræpositi, vel Viceprocuratoris pullatenus eligi, seu assumi, vel deputari valerent, nisi per annum eum dimidio saltem, à sine dicti triennii computandum, à prædictis magistris, superioribus, ministris, administrationibus, & officiis cessassent, recol. mem. Alexander Papa VII. pariter prædecessor noster, certis ex causis tunc expressis adactum, statutum, & ordinationem dicti Innocentii prædecessoris circa triennem tantum durationem magistrorum, superiorum, ministeriorum, administrationum, & officiorum prædictorum, necnon (sequenti ab illis vacationem hujusmodi (firma tamen, & illæsa, ac in suo robore in reliquis omnibus remanente eorundem Innocentii prædecessoris litterarum dispositione) perpetuò revocavit, & abrogavit, & aliàs prout in ipsius Alexandri prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die prima Januarii 1663. emanatis, quarum tenorem præsentibus itidem pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Alexan. VII. pariter prædecessor noster, certis ex causis tunc expressis adactum, statutum, & ordinationem dicti Innocentii prædecessoris circa triennem tantum durationem magistrorum, superiorum, ministeriorum, administrationum, & officiorum prædictorum, necnon (sequenti ab illis vacationem hujusmodi (firma tamen, & illæsa, ac in suo robore in reliquis omnibus remanente eorundem Innocentii prædecessoris litterarum dispositione) perpetuò revocavit, & abrogavit, & aliàs prout in ipsius Alexandri prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis die prima Januarii 1663. emanatis, quarum tenorem præsentibus itidem pro expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Supplicatio

§. 3. Cum autem, sicut dilectus filius Joannes Paulus Oliva Præpositus Generalis dictæ Societatis Nobis nuper exponi fecit, postrema Congregatio Generalis ejusdem Societatis anno 1661. celebrata inter alia unanimi planè consensu decreverit, infimis precibus ab hac Sancta Sede petendam fore abrogationem prædictarum Innocentii prædecessoris litterarum, non solum in ea parte, in qua memoratus Alexander prædecessor hujusmodi decreti conficiens, illam subinde, ut præmittitur, concessit; sed etiam in reliqua celebrationem Congregationis Generalis quolibet novennio, novorumque Assistentium à præcedentibus diversorum electionem, seu deputationem concernente: quippe quæ & Constitutionibus Societatis prædictæ à Sancto Ignatio illius Fundatore editis, quas quinque Romani Pontifices prædecessores nostri approbarunt, conformis non sit, & adversetur sensui sex Congregationum Generalium ipsius Societatis, quæ contrarium magno consensu expresse Societati judicaverunt. Accedit, quod abundè jam est prospectum in Societate cuiusque necessitati, ob quam Congregatio Generalis cogi debeat, id. è que novennalis illa planè inutilis futura sit; cum singulis triennis celebrari soleat, & debeat Congregatio Procuratorum electorum ex omnibus Provinciis cum facultate convocandi Congregationem Generalem, si sit opus. Tum etiam deterrent ingentes sumptus, quos necesse est fieri in convocanda quolibet novennio, & quidem sine necessitate Congregatione illa Generali. Deterrent quoque frequentia vitæ pericula, quibus exponuntur primarii Religiosi omnium Provinciarum ejusdem Societatis, sique plerumque Senes, quorum aliqui paucis ab hinc annis sublatis naufragio, alii extincti febribus in itinere, alii in captivitatem ab hostibus abducti fuerunt. Quibus incommodis adjungitur relaxatio disciplinæ religiosæ in Provinciis, dum inde absunt Provinciales, & alii præcipui Religiosi, qui præsentem conservando illius vigori invigilarent. Nobis propterea memoratus Joannes Paulus Præpositus Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Ad quam examinandam Congregatio Cardinalium deputatur.

§. 4. Nos igitur ipsius Joannis Pauli Præpositi Generalis desiderio, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac prospero, felicitique statui, atque incremento Societatis prædictæ de Catholica religione multis nominibus optimè meritæ, animum nostrum pastorali providentia intendentes, ad superscriptas preces ejusdem Joannis Pauli Præpositi Generalis examinandas specialiter Congregationem nonnullorum ex Venerabili-

libus Fratibus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus prudentia, & zelo præstantium deputavimus. Cujus Congregationis audita sententia, & Nobiscum reputantes valde ad rem facere, ut per secreta suffragia constet, quid circa petitam abrogationem sentiat in Domino Societas universa, quæ per graviores Religiosos ejus Instituto optimè imbutos, rerumque illius usu, atque experientia præditos, in Congregatione Generali coadunatos representatur.

§. 5. Ideò auctoritate Apostolica tenore præsentium jubemus, atque decernimus, ut in Congregatione Generali prædictæ Societatis, quæ prima ex præscripto illius Constitutionum celebrabitur, prævia inter prædictos Religiosos matura rei discussione, & consultatione, per secreta postmodum suffragia disquiratur: An bono dictæ Societatis expediat, ut terminus novennalis ad celebrandas Congregationes Generales in allegatis Innocentii prædecessoris litteris statutus abrogetur; quæ quidem disquisitio, si dicta Congregatio Generalis pro electione Præpositi Generalis celebranda sit, ante illius electionem fiat. Postquam autem hujusmodi disquisitio peracta fuerit, illicò ad Nos, vel ad Romanum Pontificem pro tempore existentem distinctè referatur, quo numero suffragiorum ipsa Congregatio Generalis dicti novennalis termini vel abrogationem, vel observantiam expetiverit, ut quid circa illum deinde observari debeat, Sedis Apostolicæ judicio statuatur.

§. 6. Propterea executionem dictarum Innocentii prædecessoris litterarum in ea parte, cui per supradictas Alexandri prædecessoris litteras derogatum non fuit, auctoritate & tenore prædictis interim suspendimus, illamque usque ad Congregationem Generalem ex præscripto Constitutionum Societatis prædictæ juxta prædicta primò celebrandam, effectu carere volumus, atque decernimus.

§. 7. Decernentes pariter easdem præsentem litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in- violabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus prædictis Innocentii prædecessoris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Alexander prædecessor in suis litteris supradictis voluit non obstaro, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, seu alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1668. Pontificatus nostri anno secundo.

Concessio

XXVII. **Concessio Indulgentiarum pro Christi fidelibus Status Ecclesiastici divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ.**

in An. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

in An. D. 1668.

in An. D. 1668.

§. 1. **C**um Nos Dominica proximè præterita processionem ab Ecclesia Sancti Stanislai Nationis Polonorum ad Ecclesiam Sancti Marci de Urbe à Nobis institutam, ac Missæ solemnem, quæ in eadem Ecclesia Sancti Marci subinde celebrata fuit, unâ cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatibus, & Officialibus Capellæ Nostræ Pontificiæ interfuerimus, ac omnibus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, & sacra communione refectis, qui Processioni, & Missæ prædictis interessent, vel utramque Ecclesiam hujusmodi eo die visitarent, ibique divinum auxilium, tam pro defensione, atque tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra oppressiones Turcarum, quàm pro præsentibus necessitatibus, felicitique directione negotiorum Regni Poloniæ implorarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserimus, ac ejusmodi Indulgentiæ participes quoque fieri voluerimus regulares utriusque sexus in clausura viventes, qui ad divinam opem similiter confugerent.

§. 2. Et in diversis ejusdem Urbis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè fidelium venerationi exponi curaverimus, piisque ad Deum preces his diebus indixerimus, ut Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Ecclesiam suam Sanctam protegere, ejusque hostium impetus, & vires virtutis suæ potentia reprimere, atque confringere, prosperosque rerum eventus benignè largiri dignetur.

Processiones in expellere S. Stanislaus mandas

§. 3. Hinc est, quod Nos alios quoque Christi fideles ad similia Christianæ pietatis opera spiritualium gratiarum muneribus incitare cupientes, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatibus, & Ordinariis Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum Nobis, & Apostolicæ Sedi in temporalibus mediatè, vel immediatè subjectorum, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus per præsentem committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, processionem pariter in suis respectivè Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis instituant, ac memoratum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis per eos respectivè designandis fidelium venerationi per totum mensem Octobrem proximè venturum similiter exponi curent, publicèque preces indicant: Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui processionibus hujusmodi respectivè interfuerint, vel Ecclesias à qua, & ad quam aliqua processionum hujusmodi fiet, eo die devotè visitaverint, ibique divinum auxilium, ut præmittitur, imploraverint, necnon regularibus utriusque sexus in clausura viventibus, qui similiter confessi, & sacra communione refecti, piis ad Deum preces in suis respectivè Ecclesiis, seu Monasteriis pariformiter fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus similiter, & elargimur. Ac præfatis, & aliis Christi fidelibus, qui ante Sanctissimum Sacramentum, ut præfertur, exponendum per aliquod temporis spatium piè orando divinam opem, ut supra, invocaverint, quoties id egerint, toties septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliis quomodo-

Indulgentiarum memorias mandas.

dolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consuetæ relaxamus.

§. 4. Volumus autem, ut carum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publicè subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 26. Septemb. 1668. Pontificatus nostri anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die verò 27. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno secundo, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Petrum Macharatum Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Carolus Melanus Curf. Mag.

XXVIII. **Concessio Indulgentiarum pro Christi fidelibus Italix divinam opem implorantibus pro tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra Turcas, ac pro felici directione negotiorum Regni Poloniæ.**

CLEMENS PAPA IX. *Edita A.D. 1668.*
Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um Nos nuper, videlicet die 23. Septembris proximè præteriti, processionem ab Ecclesia Sancti Stanislai Nationis Polonorum, ad Ecclesiam S. Marci de Urbe à Nobis institutam, ac Missæ solemnem, quæ in eadem Ecclesia Sancti Marci subinde celebrata fuit, unâ cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Prælatibus, & Officialibus Capellæ Nostræ Pontificiæ interfuerimus, ac omnibus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui Processioni, & Missæ prædictis interessent, vel utramque Ecclesiam hujusmodi eo die visitarent, ibique divinum auxilium, tam pro defensione, & tuitione Civitatis, & Regni Cretæ contra oppressiones Turcarum, quàm pro præsentibus necessitatibus, felicitique directione negotiorum Regni Poloniæ implorarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concesserimus; ac ejusmodi Indulgentiæ participes quoque fieri voluerimus regulares utriusque sexus in clausura viventes, qui ad divinam opem similiter confugerent: Et in diversis ejusdem Urbis Ecclesiis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè fidelium venerationi exponi curaverimus.

Causa Communitatis.

§. 1. Ac similia Christianæ pietatis opera, tam in universo Statu Ecclesiastico Nobis mediatè, vel immediatè subjecto, quàm in Dominio Reipublicæ Venetorum, erogatis pariter Indulgentiarum muneribus, fieri voluerimus, ut Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Ecclesiam suam sanctam protegere, ejusque hostium impetus, & vires virtutis suæ potentia reprimere, atque confringere, prosperosque rerum eventus benignè largiri dignetur.

§. 3. Hinc est, quod Nos divini favoris præsidium in alijs quoque Italix Civitatibus, & locis pariformiter invocari, atque conjunctis fidelium precibus postulari cupientes: Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælatibus, & Ordinariis Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum reliquæ Italix, seu eorum Vicariis

Processiones, & preces per totam Italiam fieri mandas.

in

CLEMENS NONUS.

in spiritualibus generalibus per presentes committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum presentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, processiones pariter in suis respective Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis instituant, ac memoratum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Ecclesiis per eos respective designandis fidelium venerationi per quindecim dies similiter exponi curent, publicasque preces indicant.

§. 4. Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra comunione refectis, qui processionibus hujusmodi respective interfuerint, vel Ecclesias a qua, & ad quam aliqua processio ipsarum fiet, eo die devotè visitaverint, ibique divinum auxilium, ut praemittitur, imploraverint, necnon regularibus utriusque sexus in clausura viventibus, qui similiter confessi, & sacra comunione refecti, pias ad Deum preces in suis respective Ecclesiis, seu Monasteriis pariformiter fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concedimus similiter, & largimur. Ac praefatis, & aliis Christi fidelibus, qui ante Sanctissimum Sacramentum, ut praefertur, exponendum per aliquod temporis spatium pie orando divinam opem, ut supra, invocaverint, quoties id egerint, toties septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiae consueta relaxamus.

§. 5. Volumus autem, ut earundem presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem pro suis fides in judicio, & extra adhibeatur ubique, quae presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Octobris 1668. Pontificatus nostri anno secundo.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1668. Indictione sexta, die vero quarta mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno secundo, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad vultus Basilicae Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariae Majoris de Urbe, & in aede Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Gregorium Stagium Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Carolus Melanus Curf. Mag.

XXIX. Decretum ad favorem Magistrorum Cere-
moniarum non Participantium exigendi
à singulis Cardinalibus in promotione ad
Cardinalatus honorem triginta sex ducatos
auri de Camera, & post eorum obitum
ab eorum haeredibus vigintiquinque.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Dudum felicit record. Paulus Papa V. Praedecessor noster motu suo proprio, ac ex certa scientia Magistris Cereemoniarum centum, ac Secretario, & Clerico, ac Computista Sacri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegii septuagintaquinque à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem, necnon eisdem Magistris quinquaginta, ac Secretario, Clerico, & Computista similiter septuagintaquinque ducatos auri de Camera post obitum singulorum Cardinalium, etiam ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venissent, & si illos in Romana Curia, vel extra eam, & ubicumque decedere contingeret, in supplementum mercedis ordinariae eorumdem Officialium, seu Ministrorum delecti, illisque

conjunctim per pro tempore existentes Cardinales praedictos, seu eorum Agentes, & haeredes respective absque mora solvi, & eis consignari debere, sine tamen praedictis quoruncumque Jurium Camerae Apostolicae quomodolibet debitorum, ac solvendorum, auctoritate Apostolica perpetuo statuit, & ordinavit, & aliis prout in ipsius Pauli praedecessoris litteris desuper in simili forma Brevis, die 3. Junii 1619. expeditis, quarum tenorem presentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem praeter praedictos Magistros Cere-
moniarum, qui duo sunt, & Participantes vocantur, ^{Magist} ^{Ceremo} ^{rum qui} ^{sunt} ^{Magis} ^{trorum} ^{Capellae} ^{nostrae} ^{Pontificiae} ^{Magis} ^{trorum} ^{interdum} ^{duo}, & quandoque, prout de presenti, tres, qui non Participantes nuncupantur; ipsique Magistri Cereemoniarum non Participantes in quali possessione accipiendi, & exigendi à singulis Cardinalibus in promotione ad Cardinalatus honorem triginta sex, & post eorum obitum ab eorum haeredibus vigintiquinque ducatos auri de Camera pares ex laudabili consuetudine (ut accepimus) reperiantur.

§. 2. Nos attendentes Venerabiles Fratres nostros ejusdem S. R. E. Cardinales horum quoque Magistrorum Cereemoniarum officio, atque ministerio egere, & uti, dictaque emolumenta eis tanquam mercedem, seu pro eorum mercede praestari consuevisse, & propterea illorum indemnitati consulere volentes, Motu simili, ac ex certa scientia nostra praedictis Cereemoniarum Magistris non participantibus triginta sex in promotione ad Cardinalatus honorem, & vigintiquinque ducatos auri de Camera praedictos inter eos pro aequis portionibus respective dividendos post obitum singulorum Cardinalium hujusmodi, etiam ad Cardinalatus honorem promoti Romam nondum venerint, & si in Romana Curia, siue extra eam, & ubicumque illos decedere contigerit, in supplementum mercedis ordinariae eorumdem Magistrorum Cereemoniarum non Participantium pariter deberi, illisque conjunctim per existentes pro tempore Cardinales praedictos, seu eorum Agentes, & haeredes respective absque mora solvi, & eis consignari debere, sine ullo tamen quoruncumque Jurium Camerae praedictae quomodolibet debitorum, & solvendorum, ac anterioritatis, & potioritatis Cereemoniarum Magistrorum participantium, & trium Sacri Collegii Officialium supradictorum praedictis, auctoritate Apostolica tenore presentium itidem perpetuo statuimus similiter, & ordinamus.

§. 3. Injungentes propterea dilectis filiis nostro ejusdem S. R. E. Collegii Cardinalium moderno, & pro tempore existenti Camerario, necnon caesarum Curiae Camerae praedictae generali Auditori, quatenus intra mensuram à die promotionis eorumdem Cardinalium computandum, etiam si iidem Cardinales nondum, ut praefertur, Romam venerint, per dicti Collegii Depositarium, vel alias, prout melius expedire videbitur, triginta sex; in obitu autem, seu post obitum praedictorum Cardinalium, siue in dicta Curia, seu extra eam, & ubicumque eos decedere contigerit, vigintiquinque ducatos auri de Camera hujusmodi memoratis Magistris Cereemoniarum non Participantibus ab haeredibus eorumdem Cardinalium, quibusvis appellationibus, subterfugiis, & cavillationibus remotis, ut praefertur, persolvi curent, & cum effectu faciant, ac summarium, & expeditum jus illis administrent, omnibusque remediis opportunis sibi benevisis, etiam cum invocatione auxilii brachii laecularis cogant, & compellant.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae memoratus Paulus Praedecessor in suis litteris praedictis voluit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 22. Novembris 1668. Pontificatus nostri anno secundo.

Suppresso

XXX. Supplicatio et extinctio Congregationum Canoniorum S. Georgii in Alga Venetiarum, et Fratrum Iesuatorum, & S. Hieronymi de Felulis.

A. D. 1668.

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex agri dominici curae more seduli pacisfamulus... R Omanus Pontifex agri dominici curae more seduli pacisfamulus iugiter invigilans, ad evellendas inde religiosorum Ordinum, atque Congregationum plan- tas, quae deficiente primario religiositatis vigore, atque spiritu, nullam, seu valde modicam in Ecclesia Dei utili- tatem praestant, nonnunquam adducitur, sicut pu- blico ejusdem Ecclesiae bono conducibile in Domino arbitratur.

§. 1. Hac consideratione, aliisque gravissimis, & rationabilibus causis Nobis notis adducti, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine Congregationes Canoniorum Sancti Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Iesuatorum Sancti Hieronymi, & Fratrum ejusdem Sancti Hieronymi de Felulis sub regula Sancti Augustini, una cum omnibus earum respective dignitatibus, officiis, ac ministeriis, omnique conventualitate, collegialitate, titulo, essentia, ac denominatione, tenore praesentium perpetuo extinguimus, suppressimus, & abolemus.

§. 2. Ac universa earundem Congregationum sic suppressarum respective bona mobilia, & immobilia, tam sacra, quam profana, Conventus, Collegia, Monasteria, domos, vineas, praedia, canones, respon- siones, fructus, introitus, & jura quaecumque, ubi- cumque locorum existant, nostrae, & Sedis Apostolicae dispositioni in usus, & opera per eos, quibus id a No- bis, & Sede praefata committimus fuerit, convertenda reservamus.

§. 3. Praeterea Canonicis, & Fratribus dictarum Congregationum suppressarum, qui nunc vivunt, & in eisdem Congregationibus respective professionem emis- erunt, facultatem transeundi ad aliam quamcumque Re- ligionem ab eadem Sede approbatam, in qua benevolos invenerint receptores, aut remanendi in saeculo in ha- bitu Clerici secularis, sub jurisdictione, & obedientia Ordinariorum locorum, ubi eos morari contigerit, cum provisione ipsorum singulis pro alimentis, Clericis qui- dem in summa quadraginta scutorum monetae Roma- nae, Laicis vero, seu Conversis in summa viginti scu- torum parium annis singulis donec vixerint, seu aliun- de sufficienter eis provisum fuerit, super certis bonis, aut redditibus Congregationum suppressarum hujus- modi respective per eisdem Ordinarios assignanda, tri- buimus, & impartimus.

§. 4. Postremo ne Ecclesiae earundem Congrega- tionum suppressarum debito destituatur servitio, sed factae rectae custodiantur, praedictis Ordinariis locorum in quibus Ecclesiae ipsae sunt sitae, per praesentes com- mittimus, & mandamus, ut Capellanos deputent cum competenti mercede, etiam super re certa de bonis praedictis assignanda, per quos Missas, & alios oneribus sa- tisfiat, ac ipsis Ecclesiis debitus cultus, & veneratio conservetur: utque dicti Ordinarii Inventarium tam sa- crae, quam profanae suppellectilis, ad Congregationes suppressas hujusmodi respective spectantis accurate conficiant, ac provideant ne a quoquam occultari, oc- cupari, aut inde amoveri ullatenus possit, nisi, & donec a Nobis, seu Sede praedicta aliter provideatur.

§. 5. Decernentes easdem praesentes litteras, etiam ex eo quod Superiores, & alii Canonici, & Fratres, seu Religiosi Congregationum suppressarum praefatarum, & caeteri quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non con- senserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causae pro- pter quas easdem praesentes emanarunt, adductae, veri-

ficatae, aut justificatae ullatenus fuerint; nullo triquari tempore de subreptione, vel obreptione, nullitate, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quo- vis defectu, etiam quantumvis insigni, inexcusato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in eisdem praemissis solemnitates, & quaevis alia servanda, & adimplenda servata, & adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimae, & totalis lesionis, & quo- vis alio praetextu, occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effe- ctum validitatis praemissorum necessarium exprimenda foret, notari, & impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris redu- ci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperi- tionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quempiam uti, seu se juvare possit, sed ipsas praesentes litteras sem- per firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 6. Sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & delega- tos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dic- tas Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque praeemi- nentia, & potestate fungentes, & functuros, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctori- tate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina- tionibus Apostolicis, etiam in Conciliis Generalibus editis, & quatenus opus sit, de jure quaesito non tollen- do, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus perpetuis, illisque committendis ad partes, vocatis quo- rum interest, & aliis nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, necnon Congregationum suppressarum praedi- ctarum, earumque respective Conventuum, Collegio- rum, Monasteriorum, & Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Congregationi- bus, illarumque Superioribus, Canonicis, Fratribus, Re- ligiosis, & personis quibuslibet, sub quibuscumque ver- borum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu simili, & consistorialiter, ac aliis quomodolibet concessis, con- firmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & sin- gulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ex- pressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasionem praesentibus pro plenè, & sufficienter ex- pressis, insertis, & servatis respective habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem praesentium lit- terarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Decembris 1668. Pontificatus nostri anno secundo.

Ordinum.

Supplicatio.

Opera sua.

De re legi- pressis videt.

Clausula servandi.

Clausula sublati.

Contraria- rum derogatio.

Transumptis, seu fides.

D. P. An. 1.

Ann. 6. Des.

1668.

CLEMENS NONUS

Anno 8 Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi 1668.
Jubilaeum sextum, die vero 14. mensis Decembris, Pon-
tificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Do-
mini nostri Domini Clementis Divina Providentia
Papa IX. anno eius secundo, praesens littera quatuor,
& publicam suam ad Universos Basilicenses Principes,
Apostolorum, Cancellaria Apostolica, ac in archiepiscopatu
Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis: Praesens
per me Franciscum Perinum Sanctissimi Domini nostri
Papa Cursorem.

Gregorius Sabbatius Curs. Mag.

XXXI. Declaratio incurfus in excommunicationem,
& anathema, aliasque poenas canonicas,
ac Excommunicatio, & Anathematizatio
interfectorum bon. mem. Joan. Francisci
Episcopi Nicoterensis.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Provincia.

Um, sicut non sine gravi animi nostri perturba-
tione accepimus, bon. mem. Joannes Franciscus
Episcopus Nicoterensis in ipsa sua civitate
Nicoterensi a nonnullis iniquitatis filiis, qui ad praesens
ignorantur, nefarie interfectus fuerit.

Excommunicatione.

Nos crimen adeo horridum, & quod Nos
sui atrocitate confundit, poenis per sacros Canones,
Conciliorum Generalium Decreta, & Constitutiones
Apostolicas inflictis, & promulgatis pro officio nostri
debito vindicare, & punire volumus: Ex parte Dei Om-
nipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate
quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac
nostra omnes, & singulos, qui homicidium in persona
dicti Joannis Francisci Episcopi commiserunt, aut illud
fieri mandaverunt, seu factum ab aliis ratum habuerunt,
vel socii in hoc fuerunt facientium, aut consilium, au-
xilium, vel favorem illis dederunt, seu illos scienter
defensaverunt, vel receptaverunt, & generaliter quocumque
tam detestandi sceleris quomodolibet compli-
ces, & culpabiles, cuiuscumque status, gradus, condi-
tionis, qualitatibus, praeminentiarum, & dignitatis,
sive Ecclesiasticarum, sive secularium, etiam specialem, &
individuum expressionem requirentis existant, anathe-
matizamus, & excommunicationis majoris, aliasque poenas
quascumque a Sacris Canonibus, Conciliorum Genera-
lium decretis, & Constitutionibus Apostolicis, & spe-
cialim illa quatuordecim die Cerae Domini legi solita in-
flictas, eo ipso damnabiliter incurrissse tenore praesentium
declaramus, ipsosque, & eorum quemlibet, &
quoscumque scientiam de praedictis delinquentibus ha-
bentes, & non revelantes anathematizamus & excom-
municamus, ac anathematizatos & excommunicatos
publicamus, & nunciamus.

Abolutio-
nem ab ex-
communicatione sibi
referimus.

2. Ab excommunicationis autem, & anathematis
hujusmodi sententiis nemo praedictorum per alium,
quam Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exis-
tentem (praeterquam mortis in articulo constitutus,)
nec etiam tunc nisi de stando Ecclesiae mandatis, & sa-
tisfaciendo cautione praestita, atque cum reincidentia
eo ipso quod convaluerit, etiam vigore, seu praetextu
Jubilaei anni Sancti, Crucis Sanctae, aliorumque Ju-
bilaeorum, Indulgentiarum, Indulgentiarum, facultatum,
& privilegiorum, etiam speciali expressione dignorum,
quibuscumque Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis
Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regula-
ribus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate praedi-
ctis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Con-
ventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confrat-
ernitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, etiam
Sancti Joannis Hierosolymitani, & locis piis, necnon
laicis, etiam Regali, Ducali, & alia mundana praecel-
lencia fulgentibus, per Nos & Sedem Apostolicam, ac
cujuscumque Concilii decreta verbo, litteris, aut alia qua-
cumque scriptura in genere, vel in specie concessorum,

& etiam pluries innovatorum, ac innovandorum,
& innovandorum, statui possunt.

3. Et quia eo tempore praesentium confusio, quo sua
fuerit culpa patentes, quocumque ad praesens in
praesentibus, & abhinc in praesentibus, ut supra, in ob-
tinuisse docuerunt, necnon, & in regalis praesentibus Pri-
matibus, Archiepiscopis, Episcopis, & in eorum Ordina-
riis ubilibet constitutus per eadem praesentibus confirm-
timus, & in virtute sua de Obedientia districte prae-
cipiendo mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios
per omnes Civitates, & Dioecesium suarum Ecclesias
quibuslibet diebus Dominicis, & festis, dum in eis
major populi multitudo ad Divina convenit, pulsatis
campanis, & candelis accensis, praedictos & excommu-
nicatos, & anathematizatos sollemniter publicent, seu
publicari curent, & faciant.

4. Quod si forte aliqui contra tenorem praesentium
talibus excommunicatione, & anathemate illico,
vel eorum alicuius absolucione beneficiam impendere de
facto praesumpserint, eos excommunicationis sententia
innodamus, gravius contra eos spiritualiter & tempo-
raliter, prout expedire noverimus, processuri.

5. Decernentes praesentes litteras, etiam ex eo quod
praedicti, & quicumque alii in praemissis interesse ha-
bentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non
consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint,
de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu
intentionis nostrae, aut alio quovis quantumvis substan-
tiali defectu, vel ex quacumque alia causa, occasione,
colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris
clauso, notari, impugnari, invalidari, redargui, seu
rescindari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas
aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud
quodcumque juris facti, vel iuris remedium impetrari,
aut etiam motu proprio concessio quempiam in iudicio,
vel extra illud uti, seu se juvare nullo unquam tempore
posse: Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque
iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de
Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis
aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctori-
tate, iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane,
si secus super his a quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

6. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis, ac in
universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Con-
ciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutioni-
bus, & Ordinationibus, necnon quibuscumque, etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ac praes-
criptionibus quantumcumque longissimis, & inme-
morabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris
Apostolicis generalibus, vel specialibus supra dictis, vel
eorum alicui, seu quibusvis aliis cuiuscumque ordinis,
status, gradus, conditionis, dignitatis, & praeminentiae
fuerint, etiam si, ut praemittitur, Pontificali, Regali, Du-
cali, seu quavis alia Ecclesiastica, aut mundana praesul-
geant dignitate, a Sede praedicta ex quacumque causa,
etiam per viam contractus, & remunerationis, etiam in-
tuitu & contemplatione Regum, Ducum, Regum publi-
carum, & aliorum quorumcumque, ac sub quibuscum-
que verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciori-
bus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque,
& aliis Decretis in genere, vel specie, etiam motu pro-
prio, ac etiam consuetudinaliter, & aliis in contrarium
quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis,
etiam continentibus quod excommunicari, & anathe-
matizari non possunt per litteras non facientes plenam
& expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, In-
dulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, lo-
cis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus
eorum mentionem. Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque
speciatim tenore specialis, specifica, & individua, ac de
verbo ad verbum, non autem per clausulas generales
idem importantes mentio, seu quavis alia expressio
habenda

Publicat. nem. fut.

Sententi. excommu- cationis: a. iobere: v. sumensium. indicit.

Clausula. praefertur. va. & D. cretum. & D. rani.

Contraria. solita.

Habenda, aut aliqua alla exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, & volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, sub Annulo Piscatoris, die 23. Februarii 1669. Pontificatus nostri Anno secundo.

XXII. Decretum, in quo Conventus Licienfis, Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ Ordini Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, cum omnibus bonis, juribus, & pertinentiis adjudicantur.

CLEMENS PAPA IX. Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis officio Religiosorum virorum statui, quantum cum Domino possumus, salubriter providere cupientes, ac dilectum filium Antonium Latinum ab Ameria Commisarium, ac Vicarium Generalem Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, à quibus quomodolibet innodatus exiit, ad effectum presentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 1. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis super statu Regularium deputatæ, qui litteras felicis recordationis Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri die 6. Februarii 1626. super extinctione, ac suppressione Congregationis Fratrum Conventualium Reformatorum ejusdem Sancti Francisci emanatas, necnon alias die 16. Septembris 1667. super transitu Fratrum Minorum Conventualium dicti Ordinis ad prædictos Fratres Reformatos Conventuum, qui in eis post suppressionem remanserant.

§. 2. Et alteras nostras in simili forma Brevis novissime expeditas, quibus confirmando Decretum à Congregatione prædictorum Cardinalium editum die 15. Novembris 1668. tribuitur facultas antedictis Fratribus Reformatis degentibus in Conventibus Licienfis, & Oppidorum Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ, qui solent hunc superesse noscuntur, transeundi ad dictos Fratres Minores Conventuales Sancti Francisci, aut ad quamcumque aliam Religionem parem, vel strictiorem à Sede Apostolica approbatam, in qua benevolos invenerint receptores.

§. 3. Eisque inhibetur ne de cætero quempiam ex Conventualibus antedictis, vel ex alia Religione, aut ex sæculo ad habitum, vel professionem admittant, sub pœnis nullitatis actus, & excommunicationis latae sententiæ, non obstantibus anterioribus Nostris litteris prædictis, aliisque videnda, & considerata viderunt, & considerantur.

§. 4. Auctoritate Apostolica tenore presentium decernimus, & declaramus memoratos Conventus Licienfis, Grumi, Ripaldæ, & Caldarolæ, cum omnibus eorum bonis, juribus, & pertinentiis, sacraque, & profana suppellectili ad prædictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci spectare, & pertinere, ejusque Ordinis Superiores per Ordinarios locorum in possessionem Conventuum, ac bonorum hujusmodi esse admittendos.

§. 5. Fratribus autem Reformatis legitime in eodem

Bullæ Magni Tom. V.

Ordine professis, degentibus in dictis quatuor Conventibus, per eosdem Ordinarios auctoritate nostra inungi volumus, ut intra terminum duorum mensuum transierint ad dictum Ordinem Fratrum Minorum Conventualium, vel ad aliam Religionem parem, vel strictiorem à Sede Apostolica approbatam, in qua, ut supra, inveniant benevolos receptores.

§. 6. Quod si neutrum præstiterint, elapso termino per Ordinarios antedictos juris remediis compellantur à memoratis Conventibus discedere, & dimisso habitu Reformatorum ad Religionem dictorum Fratrum Conventualium transire, ejusque habitum assumere, ut in eo quoad vixerint, permaneant, nec inde abscedant sub pœna apostasiæ.

§. 7. Decernentes eadem presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in litteris prædictis concelsum non obtare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 9. Martii 1669. Pontificatus nostri anno secundo.

Super præcedentia Procuratoris Generalis in concursu aliorum Prælatorum Ordinis Canonico Regularium S. Salvatoris.

CLEMENS PAPA IX. Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Servalli Procurator generalis Congregationis Canonico Regularium Sancti Salvatoris, quod dudum, videlicet anno 1628. tunc in humanis agens Andreas Petracoli Prior Generalis dictæ Congregationis, à fel. rec. Urbano Papa VIII. Prædecessore nostro deputatus Congregationem Generalem eorundem Canonico Regularium in Monasterio S. Petri ad Vincula ejusdem Congregationis celebravit, in qua Visitatores, alique Officiales Congregationis hujusmodi electi, & à dilecto filio Magistro Prospero Fagnano in utraque Signatura nostra Referendario, qui eidem Congregationi Generali jussu dicti Urbani Prædecessoris præfidebat, confirmati fuerunt: ac inter alia factum fuit in dicta Congregatione Generali Decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 1. Procurator Ordinis, qui pro universa laborat Congregatione, unde titulum Procuratoris Generalis obtinet, in Monasteriis Urbis, & extrà, locum semper teneat immediatè post Priorem.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, vertente inter dictum Angelum Procuratorem Generalem ex una, & dilectum pariter filium modernum Abbatem dicti Monasterii S. Petri ad Vincula, ex altera partibus lite, seu controversia de, & super præcedentia inter ipsos habenda, præsertim in Monasterio S. Laurentii extra muros ejusdem Congregationis, quam præfatus quidem Angelus Procurator generalis vigore Decreti præinserti, dictus verò Abbas in vim Constitutionum ipsius Congregationis auctoritate Apostolica, & usu ipso (ut asseritur) comprobatarum, sibi competere respectivè prætendebant.

§. 3. Decretum fuerit à Dieta Candiapensis dictæ Congregationis, quod prædictus Abbas Monasterii Sancti Petri ad Vincula manutenendus esset in sua quasi possessione præcedendi dicto Procuratori Generali in dicto

Terminum duorum mensium ad aliam Religionem transiendum præfidebat.

Pœna apostasiæ.

Decretum irritum.

Contrariis derogat.

D. P. An. Di. die 9. Martii.

XXXIII.

Edita An. Di. 1669.

Causa Brevis.

Procurator Generalis locum priorem post Priorem assignatur.

Suppressio Congreg. Fratrum Conventualium Reformatorum ab Urbano VIII.

Deus pro transitu ad Ordinem Licienfis.

Meditatione Sancti Laurentii extra muros, & ubique in pertinentiis Urbis prefata, reservato tamen eidem Procuratori Generali iure probandi supradictum Decretum Capitulare fuisse, & esse munitam confirmatione Apostolica, ita ut ejus sit roboris, & momenti, ut vim habeat derogandi predictis Constitutionibus prefata auctoritate, & usu comprobatis, & aliis proinde in ipso Decreto die 16. Aprilis proxime preteriti in dicta Dieta edito uberius dicitur contineri. Cumque Decreti hujusmodi fundamenta minime subsistant, ac proinde primum dictum Decretum servari debeat, Nobis propterea prefatus Angelus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut sibi in premissis providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Decretum capitulare confirmatur.

§. 4. Nos igitur ipsam Angelum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum super hoc negotio à Nobis specialiter deputatorum, qui partes audierant, consilio, præinsertum Decretum Capitulare anni 1618. auctoritate Apostolica tenore presentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ Summitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Decretum irritans.

§. 5. Decementes ipsas presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suisque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Angelo Procuratori Generali, & aliis, ad quos pro tempore spectabit, plenissime suffragari. Sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Constitutio renovatur.

§. 6. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

D. P. A. S. Piscatoris, die 16. Mensis 1669. Pontificatus nostri anno secundo.

XXXIV. **Concessio Indulgentiarum pro Christi fidelibus Italianis, & Insularum adjacentium divinum auxilium implorantibus pro felici exitu Regis Poloniæ, ac liberatione Crætie à tyrannide, & armis communis hostis.**

Edicta A. D. 1669.

CLEMENS PAPA IX.

Nuper Nos ad Divinam opem in presentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam, in omnibus aliarum Urbis nostræ Patriarchalibus, & Collegiatis, ac Parochialibus, & aliis quibusvis secularium, & regularium utriusque sexus Ecclesiis campanam majorem hora secunda noctis quotidie, à die prima currentis

mensis Aprilis, donec aliter ordinaverimus, per Sordium octava partis horæ pulsari jussimus. Ac omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui durante sono campanarum hujusmodi flexis genibus, vel aliter prout valuerint, quinque Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam in honorem quinque plagarum Domini nostri Jesu-Christi devotè recitent, ac divinam clementiam imploraverint, ut quietam, ac communiter gratam, & acceptam, Ecclesiæque Dei utilem novi Regis Poloniæ electionem benignè largiri, necnon Crætie Regnum à tyrannide, & armis communis hostis liberare dignetur, singulis diebus, quibus id agerent, quinque annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliis quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxavimus. Insuper iisdem Christi fidelibus, qui premissa per integrum quindecim dierum curriculum peragerent, ac in uno eorundem quindecim dierum verè poenitentes, & confessi, ac sacra communione refecti, Sancti Marci Collegiatam, & Sancti Stanislai Nationis Polonorum Ecclesiæ Urbis predictæ devotè visitarent, divinamque clementiam ibidem similiter implorarent, plenariam quolibet curriculum quindecim dierum, quibus id egissent, peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

Qui iussu dum pro scribit.

§. 1. Nunc autem, ut quod fideliter petimus, validiori conjunctarum precum intercessione ab Omnipotentis Dei misericordia impetremus, divinum auxilium in universa Italia, & Insulis illi adjacentibus pariformiter invocari cupientes, Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiarum Prælati, & Ordinariis Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum universæ Italiæ, & Insularum illi adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus Generalibus harum serie committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum presentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, campanas pariter diebus singulis per spatium octavæ partis horæ, donec aliter ordinandum duxerint, in suarum respectivè Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum, tam secularium, quam Regularium utriusque sexus Ecclesiis pulsari mandent, ac Ecclesiis, ut infra, visitandas designent, seu designari curent.

In iussu riam plenariam committit.

§. 2. Nos enim omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui durante sono campanarum hujusmodi quinque Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam pariter recitaverint, divinamque clementiam, ut supra, imploraverint, quocumque die id egerint, similem poenitentiarum relaxationem; illis verò qui continuata per quindecim dies ejusmodi devotione, in uno eorundem quindecim dierum verè poenitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti Ecclesiis per memoratos Ordinarios, & Prælatos, seu eorum Vicarios respectivè, sive illorum iussu designandas devotè visitaverint, ibique divinam clementiam similiter imploraverint, plenariam itidem omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quolibet curriculum quindecim dierum lucrificandam, concedimus pariter, & elargimur. Cæterum regularibus utriusque sexus in perpetua clausura viventibus, necnon aliis Christi fidelibus predictis in carcere, vel corporis infirmitate, aliis quolibet impedimento detentis, qui Ecclesiis, ut premititur, designatas, vel designandas visitare nequiverint, ut ejusmodi visitationem Confessarius ex approbatis, seu approbandis ab Ordinariis in alia pietatis opera commutante, vel in aliud proximum tempus differre, eaque infringere possint, quæ ipsi poenitentes adimplere poterunt, concedimus similiter, & elargimur.

Transumptum pidi.

§. 3. Volumus scilicet ac eorundem presentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripta, & sigillo alicujus in Ecclesiastica dignitate constituti, & legitime in iudicio, & aliis habentibus, que in omnibus ipsis haberentur, & observantur, vel observari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1669. Pontificatus nostri anno secundo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1669. Indiſione ſeptima, die verò decima mensis Aprilis. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis Divina Providentia Papa I X. anno ſecundo, ſupradicta littera effixa, & publicata fuerunt ad vatum Baſilica Lateranenſis, Principis Apoſtolorum; Sancta Maria Majoris de Urbe, & in aſia Campi Flora, ac in aliis locis ſolitis, & conſueſis Urbis, per vne Mabiam Ricciardum Sanctiſſ. D. N. Papa Curſorem.

Franciscus Perinus Mag. Curf.

XXXV. Quod Religiosi cujuscumque Ordinis, & ubi- cumque sint, nullo sub pretextu audeant mercaturam exercere.

CLEMENS PAPA IX. Ad futuram rei memoriam.

Solicitude Pastoralis officii, quo Ecclesiae Catholicae per universum Orbem diffusae regimini per ineffabilem Divinae Sapientiae, atque Clementiae abundantiam praesidemus, Nos stimulat, ut ea, quae Christianae Religionis, Catholicaeque fidei propagationi remoram, vel impedimentum injicere, ac in Vitorum in sortem Domini vocatorum, & praesertim Religiosorum, qui semetipsos abnegarunt, & mundana omnia contempserunt, ut Christum lucrifacerent, ejusque obsequiis mundo corde, & mente tranquilla unice intenderent, honestatis gloriae maculam ponere possent, salubri sanctione e medio tollere, atque radicibus evellere studeamus.

§. 1. Datum siquidem felicitis recordationis Urbanus Papa VIII. Praedecessor noster considerans per sacros Canones, Conciliorum decreta, & Constitutiones Apostolicas omnibus Religiosis, ac etiam aliis Ecclesiasticis, praesertim in Sacris Ordinibus constitutis, mercaturam, & negotiationes saeculares districtè prohiberi, ac valde damnosum, indecorum, & indecens existere hujusmodi personas divino cultui mancipatas, ac praecipue illas, quae ad praedicandum Sacrosanctum Christi Domini Evangelium destinatae sunt, mercaturae, & negotiationibus hujusmodi se immiscere, aut operam dare, per quamdam suam in simili forma Brevis, die 22. Februarii 1633. emanatam Constitutionem, inter alia Religiosis omnibus cujuscumque Ordinis, & Instituti, tam non Mendicantium, quam Mendicantium, etiam Societatis Jesu, eorumque singulis, tam tunc in Insulis, Provinciis, Regionibus, & Regnis Indiae Orientalis, ac Chinae, & Japonum existentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quancumque mercaturam, seu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingeret, sive per se, sive per alios, sive proprio, sive Communivitatis nomine, directè, sive indirectè, aut quovis alio pretextu, causa, vel colore interdixit, & prohibuit sub excommunicationis latae sententiae poena ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activae, & passivae, officiorum, ac graduum, & dignitatum quorumcumque, & inhabilitatis ad ea, ac insuper amissionis mercium & lucrorum ex eis factorum: quae omnia à Superioribus Religionum, ex quibus delinquentes existerent, reservata essent ad usum Missionum, quas eadem Religionum habebant, & in futurum habiturae erant in Indiis praedictis, & non in alios usus, ac eisdem Superioribus districtè precepit sub eisdem poenis, ut in hoc inviolarent, & contra delinquentes de praedictas poenas procederent, sub eisdem facultatibus hujusmodi delinquentibus aliquid ex illis mercibus, & lucris, seu redditibus, terminandi, aut quocumque modo, & in dicta Urbani Praedecessoris Constitutione, cuius tenorem praesentibus pro plenius suffi-

cienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem (sicut non sine gravissimo animi nostri dolore accepimus) multi ex illis Religiosis, & personis Ecclesiasticis, propriae professionis, iniquè sibi gravissimè ministerii immemores, ab eiusmodi mercatura, & negotiationibus saecularibus non abstineant, sed sese à debita praedictae Constitutionis Urbani Praedecessoris observatione sub vastis praetextibus, coloribus, & subterfugijs eximere conati fuerint, & satagent de praesenti, in deplorandam animarum suarum perditionem, perniciosum quoque exemplum, & scandalum plurimorum: Nos salutaribus Doctoris Gentium praecipis edocti, quod nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat, cui se probavit, tam grande, tamque exitiosum ab Ecclesia Dei malum Apostolici zeli vigore propellere, scandalorumque inde nascentium occasiones recidere, ac salutem animarum, & Christianae Religionis, Catholicaeque fidei propagationi, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter considerere, omnemque lucrorum mundanorum spem personis caelesti militiae adscriptis, praesertim ad infidelium conversionem, & Evangelii praedicationem destinatis, & in futurum destinandis, quas sicut bonos Christi milites laborare, & ministerium suum honorificare oportet, ut eo studiosius, ac impensius, aspirante superni favoris auxilio, horrea Domini novis semper frugibus locupletare satagent, omnino adimere decrevimus.

§. 3. Itaque Sacris Canonibus, ac Decretis, & Constitutionibus praedictis inherentes, illaque, & praesertim memoratam Urbani Praedecessoris Constitutionem in iis, quae praesentibus litteris non adversantur, approbantes, & innovantes, & circa praemissa de novo disponentes, & statuentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam saecularibus, quam Regularibus cujuscumque status, gradus, conditionis, & qualiratis, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, etiam Societatis Jesu, & earum cuilibet, quae ad Insulas, Provincias, Regna Indiarum Orientalium, & praesertim in Provinciam Societatis Jesu de Japonia nuncupatam, ac in partes Americae, tam Australes, quam Septentrionales à Sede Apostolica, vel Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandae fidei praepositorum, aut ab earum Superioribus sub nomine Missionariorum, aut quovis alio titulo pro tempore missae fuerint, aut in illis partibus quomodolibet morabuntur, sub excommunicationis latae sententiae, ac privationis vocis activae, & passivae, & officiorum, dignitatum, & graduum quorumcumque per eas obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quaecumque in posterum obtinenda, necnon amissionis mercium, & lucrorum omnium ipso facto incurrendis, ac aliis Nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis, vel praedictae Cardinalium Congregationis arbitrio imponendis poenis, tenore praesentium districtè prohibemus pariter, & interdiximus, ne mercaturis, & negotiationibus saecularibus hujusmodi quovis pretextu, titulo, colore, ingenio, causa, occasione, & forma, etiam semel, per se, aut mediantibus ministris, seu aliis personis subordinatis, directè, vel indirectè, tam nomine proprio, quam suorum respective Religionum, seu Congregationum, aut Societatum, etiam Jesu, vel aliorum quorumlibet, & aliis quovis modo, & qualitercumque se ingerant, vel immisceant. Ac ex nunc proat ex tunc, & è contra postquam casus evenierit, merces, & lucra quaecumque, quae ex hujusmodi mercaturis, & negotiationibus provenierint, & provenient, in usus, & commodum pauperum, Hospitalium, Seminariorum Ecclesiasticorum, ac Operariorum (non tamen Religionum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, seu Instituti eorum, qui in praemissis, vel circa ea deliquerint) sed aliorum non delinquentium, harum serie applicandis, qui te-

Quod innovat. & confirmat hic Pons.

neantur consignare merces, & lucra hujusmodi locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus, aut Officialibus, vel Apostolicis Vicariis, seu Provicariis: Si vero tanquam dicte Sedis Delegati, illa ut præferantur, & non in alios usus distribuere, & erogare debeant; super quibus eorum conscientiam districte oneramus. Et quia in præmissis, & circa ea delinquentes, ut plurimum prætextu necessitatis pro eorum Missionibus se excusare præsumunt, excusationes hujusmodi eis, eorumve cuilibet nullo modo suffragari posse, vel debere decernimus, & declaramus.

Parum Superiorem permissum huiusmodi.

§. 4. Insuper eidemmet censuris, & poenis innodamus, & innodatos fore declaramus Superiores immediatos, ac Provinciales, & Generales prædictorum Ordinum, Congregationum, & Societatum, etiam Jesu, qui eorum respectivè subditos in præmissis, vel circa ea, etiam pro unica vice quomodolibet delinquentes, saltem per amonitionem illorum à locis commissi per eos delicti non puniverint; à sententia verò excommunicationis hujusmodi per Superiores, vel alium, seu alios quoscumque, etiam quavis facultate suffultos, nemo ex prædictis delinquentibus absolvi possit, præterquam in mortis articulo constitutus, nisi lucris hujusmodi prius restituta.

Decretum irritum.

§. 5. Decernentes presentes litteras, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, & alii quilibet, cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentiæ, & dignitatis, seu alias specificæ, & individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, eitati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ presentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in Corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & incogitabili defectu notari, impugnari, intrinse, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliòve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quocumque in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas presentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari.

Nec aliter iudicari posse deinceps.

§. 6. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Curie Cameræ Apostolicæ Generalem, & Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Cameræ Præsidentes, Clericos, Thesaurarium Generalem, Commissarium, aliosque Officiales, & Ministros, necnon S. R. E. prædictæ Camerariarum, seu Procuratoriarum, & alios Cardinales, etiam de Latere Legatos, & dicte Sedis Nuncios, ceterosque quoscumque quacumque præminentiæ, & potestatis fungentes, & functiones, in quavis causa, & instantia, sublatæ, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, ubique iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrario derogat.

§. 7. Non obstantibus quoad ea que presentibus adversantur, prædicta Urbani prædecessoris, ac recollem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris patris nostri de univ. & Concilii generalis duabus diebus, in quibus ut vigore presentium etiam duas, pluresve dictas quilibet in iudicium trahi possit, & per mem. Pii I. V. & Pauli V. aliorumque Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum, super spoliis Cameræ prædictæ applicandis, ac ejusdem Pii I. V. prædecessoris de

gratis quacumque interesse dicte Cameræ concernentibus in ipsa Camera intra certum tunc expressum tempus presentandis & registrandis, ita ut presentes litteras ibidem presentari, registrari, & insinuari nunquam necesse sit, necnon quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, ceterisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac dicte Cameræ, & Provinciarum, Regnorum, Regionum, Ordinum, Congregationum, Institutorum, Societatum, etiam Jesu, Domorum, & Collegiorum quorumcumque, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, facultatibus, licentiis, & litteris Apostolicis quibusvis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatibus, etiam Jesu, eorumque Superioribus, & personis, etiam particularibus, & aliis quibuscumque, etiam speciali nota dignis, & de necessitate juris, vel facti omnino exprimendis, etiam cum facultate eligendi posteriorem datam, quam nemini adversus easdem presentes litteras ullo modo suffragari unquam posse statuimus, & decernimus, ac sub aliis quibuscumque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse, & ceteri, illaque nemini adversus presentes litteras suffragari volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Executio deponit.

§. 8. Ceterum volumus, & expressè mandamus, ut eadem presentes litteras, seu earum exempla, etiam impressa, notificentur, & intimentur omnibus, & singulis Ordinum, Congregationum, Institutorum, & Societatum, etiam Jesu, hujusmodi Superioribus Generalibus, & Procuratoribus Generalibus, ad hoc ut eorum, & prædictorum Religiosorum eis respectivè subditorum nominibus illas acceptent, & earum exempla transmittant ad illos cum archaïssimis præceptis easdem presentes litteras, & in eis contenta quacumque plenariè, & integrè, ac verè, realiter, & cum effectu exequendi, & observandi.

Ac insuper quibuslibet locorum Ordinariis, eorumque Officialibus, Vicariis in spiritualibus generalibus, ac Apostolicis, & Capitularibus Vicariis amplè & liberam concedimus, & impartimus facultatem presentes litteras in locis eorum cujuscumque respectivè jurisdictionis publicandi, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minime suffragari debeat.

§. 9. Et quia difficile foret presentes litteras originales ubique ostendi, & publicari, volumus pariter, & decernimus illarum transumptis, seu excerptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eandem proinde in publico, & extra alique locorum fidem haberi, qui haberetur ipsa presentibus litteris, si essent exhibita, vel ostensa.

Transumptis vero fidei.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majoram, sub Anno Incarnacionis, die 17. Junii 1670. Pontificatus nostri anno secundo.

D. P. An. die 17 Junii.

XXVI. **Erectio Congregationis Indulgentiis, & sacris reliquiis præpositæ.**

CLEMENS PAPA IX.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN ipsius Pontificatus Nostri primordiis, cum multis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationes ad certarum rerum, & negotiorum in amplissimum Romanæ Curie alveum ex omnibus Mundi partibus assidue confluentium tractationem, atque determinationem à felic. record. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, ad Ecclesiæ Catholicæ, ac Dictionis temporalis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ utilitatem prudenti, salubrique consilio institutas reperissemus, quæ incumbentem Nobis ingentem curarum molem pro sua quæque parte sublevarent; nullam tamen adhuc erectam videremus, quæ sacri Indulgentiarum thesauri curæ, & dispensationi, sacrarumque reliquiarum recognitioni, disquisitioni, & rectæ dispositioni peculiariter incumbere.

§. 1. Nos eundem inestimabilem thesaurum fidei dispensatione erogare, & omnia quæ sacras reliquias hujusmodi contingunt, rectè, atque ordine disponere cupientes, nonnullos ex memoratis Cardinalibus, ac aliquos Curie prædictæ Prælatos, aliosque viros religionem, pietate, doctrina, & rerum usu eximie præditos selegimus, quorum consilio, opera, & industria tam gravem muneris nostri partem ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ honorem, ac spirituale Christi fidelium ædificationem facilius implere valeremus. Hi vero subinde, prout rerum, & negotiorum momenta postulabant, insimul convenientes, commissam sibi à Nobis Provinciam rectè, & fructuose, atque ex animi nostri sententia hæcenus administrarunt. Quapropter sperantes in Domino non minus utiliter in futurum quoque defudaturam esse eorum industriam, ac salubris consilii, quod auctore Deo suscepimus, fructum, eodem adjuvante, atque incrementum dante, perennare desiderantes.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Congregationem ejusdem S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum, & aliorum virorum prædictorum à Nobis, ut præfertur, electorum, & deputatorum, ac in futurum tam à Nobis, quàm à Successoribus nostris Romanis Pontificibus eligendorum, & deputandorum, cum facultate omnem difficultatem, ac dubietatem in Sanctorum reliquiis, aut indulgentiis emergentem, quæ ad fidei dogma non pertineat (nobis tamen, & Romano Pontifice pro tempore existente circa graviora, difficultioraque consultiis) expediendi: Ac, si qui abusus in eis irrepleverint, illos, judicii forma planè postposita, corrigendi, & emendandi; causas vero judicialem formam requirentes ad proprios Judices remittendi: Falsas, apocryphas, inlicitasque Indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi, & examinandi, ac ubi nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti retulerint, nostra, seu illius auctoritate rejiciendi: Reliquias de novo inventas, quas recol. mem. Innocentius III. Prædecessor noster in Generali Concilio Lateranensi publica veneratione coli, nisi prius auctoritate Romani Pontificis approbatas, prohibuit, recognoscendi quoque, & examinandi; ac in concedendis Indulgentiis, Sanctorumque reliquiis donandis moderationem adhibendi, omniaque piè, sanctè, & incorruptè fieri curandi tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituiamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec à subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aliòve quolibet, etiam substantiali, & formalis, ac inessentiale, & inexcogitabili, necessariumque expressionem requirente defectu notari, impugnari,

infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci ullo modo unquam posse.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet, quacumque præeminentiæ, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis personis, & locis, ac sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, seu aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Julii 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1669. Indictione septima, die vero 10. mensis Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno tertio, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Laurentium Barbigionum Sanctissimum D. N. Papa Cursorem.
Alexander Albricius Curf. Mag.

XXXVII. **Concessio Indulgentiæ plenariæ Christi fidelibus Italicæ, & Insularum adjacentium, divinam opem implorantibus pro liberatione Civitatis Candie, & Regni Crete ab oppressione Turcarum.**

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Quod jam pluries indictis publicè precibus, à Domino exercituum humili, devotoque cordis affectu poposcimus, ut Civitatem Candie, & Regni Crete

Metropolis diutina, vehementique impiorum Christiani nominis hostium Turcarum obsidione pressam liberare dignaretur, id nunc præcipue, cum iidem Turcæ Christiani exercitus adventum antevertere satagentes, civitatem prædictam effertiori quam unquam rabie expugnare moliantur, ferventiori spiritus ardore, majorique animi contentione faciendum censemus, ut Clementissimus Dominus Noster, in cujus manu est liberare in multis, & in paucis, Turcas prædictos in multitudine contumaci, & superbia nil nisi cædes, & excidia spirantes conterat, & disperdat potentia virtutis suæ, ac fortissimis Christi pugilibus gloriosa pro ejus honore, Sanctæque ejus Ecclesiæ defensione certamina alacriter subeuntibus robur, & fortitudinem, quæ de celo est, multiplicet, nostrosque labores, & curas, ac spem, quam in ejus ineffabili bonitate collocavimus, læta tandem victoria solari dignetur.

In d. p. An. die 17. Julii

§. 1. Nuperrime siquidem omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis, seu Basilicis Sancti Joannis in Laterano, ac Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe, in quarum prima, feria 6. ac Sabbatho currentis hebdomadæ, & Dominica immediate sequenti; in reliquis vero duabus similiter feris sextis, & Sabbathis proximè subsequentiū hebdomadarum, ac Dominicis pariter immediate sequentibus respectivè sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quemadmodum in Orationibus quadraginta horarum fieri consuevit, publicæ venerationi exponi mandavimus, devotè visitaverint, ac aliquo ex dictis Sabbathis jejunaverint, & verè poenitentes, ac confessi, idem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum Dominicæ subsequenti Sabbathum hujusmodi sumplerint, ibique ante Sanctissimum Sacramentum prædictum publicæ venerationi, ut præsertim expositum per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, piæ ad Deum preces effuderint, ut copias Christianas suo divino auxilio ad defensionem, & totalem liberationem civitatis Candiz, & Regni Cretæ prædictorum ab oppressione Turcarum fovere, & protegere dignetur, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessimus.

Et idem per totam Italiam largitur.

§. 2. Nunc autem divinam opem similibus pietatis operibus in universa quoque Italia, & Insulis adjacentibus implorari cupientes: Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Prælatibus, & Ordinariis Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum universæ Italiae, & Insularum adjacentium hujusmodi, seu eorum Vicariis in spiritualibus generalibus præsentium serie committimus, & mandamus, ut statim atque ipsarum præsentium litterarum transumpta, seu exempla, etiam impressa, ad eos pervenerint, in aliquibus iuarum respectivè Civitatum, & Diocesium, Oppidorum, Terrarum, & locorum Ecclesiis per eos designandis memoratis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum feriis sextis, & Sabbathis, & Dominicis trium continuarum hebdomadarum publicæ pariter fidelium venerationi exponi curent: Nos enim de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui aliquam ex Ecclesiis hujusmodi eo tempore, quo idem Sanctissimum Sacramentum publicæ venerationi ibidem sic expositum fuerit, devotè visitaverint, ac aliquo ex iisdem Sabbathis pariter jejunaverint, & verè poenitentes, ac confessi, die Dominica immediate sequenti Sabbathum hujusmodi, sacra Communione refecti fuerint, ac in eisdem Ecclesiis ante prædictum Sanctissimum Sacramentum per aliquod temporis spatium, prout unicuique suggeret devotio, piæ ad Deum preces effundendo divinam opem pariformiter invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem similiter concedimus, & largimur. Regulatibus vero utriusque sexus in claustris viventibus, qui pariter uno ex dictis Sabbathis jejunaverint, eorumque respectivè Ecclesiis in aliquo ex memoratis diebus visitave-

rint, ac verè poenitentes, & confessi, sacraque Communionem in aliqua ex Dominicis hujusmodi refecti, Deum ut supra oraverint, ut eandem plenariam Indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, indulgemus.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 17. Julii 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1669. Indictione septima, die verò 10. mensis Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Clementis Divina Providentia Papa IX. anno tertio, supradicta littera scriptæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Lateranensis, Principis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Flora, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Hilarium Constellum Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Alexander Albritius Curs. Mag.

Confirmatio, & extensio Decretorum Alexandri VII. & Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum in Insulis Orientalibus degentium tollendis.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

XXXVIII.

Edi. a. A. 1669.

IN excelsa Sedis Apostolicæ specula, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque Bonitatis abundantiam constituti, vigilantia nostræ oculos per universas Christiani Orbis partes jugiter circumferimus, & sollicitis studiis providere satagimus, ut Divinus cultus ubique floreat, populorum devotio exciteur, & foveatur, ac omnium Christi fidelium, præsertim in remotissimis partibus degentium quieti, & animarum saluti opportune consulatur. Hoc consilio ea, quæ pro salubri illorum directione à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, eorumque jussu piè, prudenterque decreta, atque constituta fuisse comperimus, ut firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolici muniminis nostri patrocinio corroboramus, ac opportune extendimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ honorem, spiritualeque eorumdem Christi fidelium ædificationem, & consolationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium

§. 1. Dudum siquidem emanarunt à felic. record. Alexandro Papa VII. Prædecessore nostro litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet: Alexander Papa VII. Ad futuram rei memoriam. Sacrosancti Apostolatus officii, quo Divina disponente Clementia Catholicæ Ecclesiæ munimini, meritis licet imparibus, præsertim, sollicitudo nos monet, ut noxia quæcumque à Dominico Grege, quantum Nobis ex alto conceditur, remove studeamus. Cum itaque ad aures nostras devenerint querimoniæ Christi fidelium Goæ, atque in adjacentibus Insulis degentium de nonnullis abusibus Ecclesiasticorum, eorum præcipue penes quos ipsorum Christi fidelium spirituale regimen, ac cura residet: Nos prædictis abusibus, quatenus irreperint, quantum fieri potest, occurri, ac saltem præcaveri, ne illi in posterum contingant, volentes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ex Congregatione negotio propagandæ Fidei præposita, quibus querimonias hujusmodi discutendas

Decretum Alexandri VII. confirmatur.

discutiendas remisimus, consilio, Apostolica auctoritate tenore presentium statuimus, precipimus, & mandamus, sedulo, inviolabiliter, & exacte servari ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in posterum spectabit, Decreta infra scripta, videlicet.

Primò. Caveant Parochi, aut Ecclesiastici quicumque, sive Sæculares, sive Regulares, ne in posterum ullo pacto cogant pauperes ad operas, seu laborem impendendum pro suis Ecclesiis, non persoluta iusta mercede, nisi id sponte, & ex pietate prestare voluerint: multoque minus audeant eos multare, qui renuerint.

Secundò. Cum iis, qui Sacro, aut Catechesi doctrinæ Christianæ non interfuerint (si mos sit eos, ut supponitur, aliqua poena multare) ea moderatione se gerant, ut nunquam verè contumacibus, & contumacibus, eaque modica, nec crebro irrogetur.

Tertiò. Instruant populum omni qua decet lenitate, abstinentes omnino à ferula, & à verbis indecentibus, maxime si cum mulieribus, Viris nobilibus, seu ætate provectis agitur.

Quartò. Ad Seminarium (nisi ejus Institutio, seu fundatio obstat) locus etiam iis, qui ex nobili sunt genere, & congrua (ni pauperes sint) persolverint alimenta concedatur, ne à rectæ educationis beneficio profus excludantur, habita tamen prudenti distinctione à reliquis, ut quieti consulatur.

Quintò. Ad scientias addiscendas, & Scholas quilibet admittatur, nullo habito nobilitatis, seu generis discrimine, nisi ex propria aliqua culpa quis indignus censetur.

Sextò. Neophytos Deo sub Religionis jugo servire volentes sine rationabili causa Regulares non respuant, sed pari charitate omnes qui spiritu Dei aguntur, & ad perfectionem anhelant, amplectantur.

Septimò. Presbyteri sæculares doctrina & moribus idonei à beneficiis curatis, & à quolibet alio Ecclesiastico munere, sive prædicationis, sive administrandi Sacramenta Pœnitentiæ minime arceantur, attenda præsertim indigentia tot animarum millium, quibus longè impares sunt pauci Regulares illuc ex Europa adventantes.

Octavò. Caveant itidem Parochi Sæculares, & Regulares ullo modo sese ingerere in rebus spectantibus ad Politiam Sæculari, nec ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec unquam interfint Comitibus, aut Conventibus, ubi de rebus publicis agitur.

Nonò. Ut majori cum gaudio Verbum Dei suscipiatur, altiusque radices agat, & fructum afferat, concionentur omnino Regulares pluries in anno idiomate vernaculo, & patrio populorum, utque id ipsum facilius, & frequentius præstetur, curet omnino Vicarius Capitularis, aut Superior qui fuerit, ut etiam Clerus sæcularis ejus Religionis in Verbi Dei prædicatione exerceatur.

Decimò. Deputet Vicarius plures ex Sacerdotibus sæcularibus indigenis, quos idoneos repererit, ad Confessiones excipiendas, quo facilius, & libentius fideles Sacramentum Pœnitentiæ valeant frequentare, nec cogantur solis Regularibus, aut exteris sese subicere.

Undecimò. Ut autem radicibus evellatur abusus, qui in prædictis regionibus, ut præfertur, irrepit, excipiendi Confessiones per interpretem, aut lecto pœnitenti catalogo peccatorum, ut notibus innuat, si quæ fuerint ab eo commissa, districtè præcipitur Vicariis Capitularibus (graviter etiam onerando conscientiam ipsorum Regularium, & quorumcumque ad quos pertinet) ut in posterum id nullo modo permittant, sed ab iis tantum audiantur Confessiones, qui illius idiomatis sensum sufficienter percipiunt, & ad ipsorum numerum pro rei exigentia augendum promoveantur omnino Sacerdotes sæculares ejus regionis ad Confessiones fidelium patrio idiomate excipiendas.

Duodecimò. Cùmque audiat, maximum Catholicorum numerum contra præceptum Dominum, qui voluit debiles, & claudos admitti, sub prætextu ignobili-

litas, & rudioris ingenii rejici à Sacra Synaxi, id eadem Sacra Congregatio omnino vetat, ac prohibet, nisi prorsus ejus mysterii sint incapaces.

Decimotertio. Aegrotis morti proximis, cujuscumque sint conditionis, quamvis in sordido, ac vili stegant loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiæ Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute non stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit.

Decimoquarto. Ne ob instructionis defectum, qui Sacro Baptismate inchoantur immaculatam Christi legem prophanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia sciant, ac idololatriam cum orthodoxa fide confundant, ut sæpe inibi evenire enunciatum est; caveant ii qui iisdem instruendis incumbunt, ne in posterum ullus ad Baptisma admittatur, qui veterem hominem, ac Gentilitios mores prorsus exutus, Christum plene non induerit, & in fide sit sufficienter instructus.

Decimoquinto. Quoniam verò (ut Veritas ipsa docet) nemo potest venire ad Christum, nisi Pater cœlestis eum traxerit, monentur Ecclesiastici, tum Sæculares, tum Regulares, cæterique qui Ethnicorum conversionibus dant operam, ut illos non vexationibus, pollicitationibus, aut vi, sed Verbi Dei prædicatione, & honorum operum exemplo ad Baptisma inducant, persecutantes præcipue diligenter, quo sine, & spiritu ducantur qui baptizari postulant.

Decimo sexto. Nihil prorsus, ne quidem sub prætextu pietatis, Parochi tam Sæculares, quam Regulares à suis Parochianis quaerant, & si quid pro Festorum celebratione sponte ab iis tribuatur, integrè in eam causam infumant; & quidquid superest, pauperibus ejusdem Parochiæ dispensetur, ita ut quantumvis minima aviditatis suspicio à Viris Ecclesiasticis absit.

Decimo septimo. Pro temporali regimine Confraternitatum existentium in Ecclesiis Regularium deputentur in posterum Officiales sæculares, qui reddituum administrationi incumbant, nullatenus Regularibus ea in re sese ingerentibus.

Decimo octavo. Cùm Goæ, & in adjacentibus Insulis vetitum sit Ethnicis ritus gentilitios publice exercere, districtè prohibetur Ecclesiasticis, ne eisdem permittant, & maxime (quod nefas est) turpis lucri gratià cadavera Ethnicorum inde asportari, ut juxta prophatum eorumdem ritum comburantur.

Decimo nono. Cadavera pauperum fidelium gratis omnino posthac à Parochis sepulture tradantur, nec ad extorquendam, aut emendicandam à vicinis, vel affinis elemosinam publice exponantur.

Vigesimo. Districtè prohibetur, ne Ethnicis ullo pacto permittatur in Ecclesiis sacrificare, serio Vicariis Capitularibus injungendo, ut in contravenientes, & maxime ob lucrum, graviter animadvertant, curentque in posterum, ne Ecclesiis præficiantur neophyti parum instructi.

Vigesimo primo. Similiter Regularium Superiores sedulo curent, ut Parochi extra Conventus in prædictis regionibus commorantes Regularis observantiæ specimen cunctis ubique præbent, eosque idcirco ad claustra, & regularem disciplinam aliquando revocent, ne Regulari Instituto paulatim exfolescente, dum aliis incumbunt, seipsos amittant, ac demum in destructionem potius quam ædificationem Populorum missi videantur.

Decernentes ita in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit, Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Societatum, Institutuum quorumcumque, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis

476 CLEMENS NONUS.

statuta, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permissis, ad premissorum effectum hac vice damtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earundem presentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1658. Pontificatus nostri anno tertio.

Decretum per Congreg. de Propag. Fidei

§. 1. Et subinde Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ Fidei præposita alia nonnulla Decreta die 22. Julii 1658. edidit tenoris sequentis, videlicet: Ad meliùs & faciliùs occurrendum necessitatibus spiritualibus Christi fidelium in Indiis Orientalibus degentium Sacra Congregatio de propaganda Fide decrevit. Primò, ut Parochi non naturales illarum partium, sive Regulares, seu Seculares sint, teneantur omninò habere apud se Capellani naturalibus, & origine Indum pro Confessionibus audiendis, & diebus festis hortationibus ad Populum lingua vernacula habendis, ne tali auxilio destituti in ea, qua initiati sunt, Orthodoxa fide langueant, ac paulatim deficiant, iisque pro sustentatione, & labore, ubi Populus ipse id sponte non præstiterit, congruum suppeditent stipendium. Secundò: Præcepit iisdem Parochis, ceterisque quarumcunque Ecclesiarum Superioribus, ut nedum Sacerdotes indigenas in eorum Ecclesiis celebrare volentes non arceant, verùm etiam perurbaniter excipiant, quo frequentius illuc redeant ad omnipotenti Deo immolandum, sentiantque Christianam charitatem omnes æquis officiis amplectari. Tertio: Ut verò fides adhuc in iis Regionibus pubescens litterarum alimento coalescat, & pueri reddantur idonei ad res Ecclesiasticas percipiendas, iisdem Parochis, & maxime Pagorum, & Villarum injungit, ut eos, vel per se, vel per Capellanos naturales, si tales ipsi non sunt, ultra fidei Christianæ rudimenta Grammatices etiam Institutionem, ceterasque artes liberales quoad fieri potest, doceant. Quarto: Decrevit, quoniam, ut auditum est, in Processionibus solemnibus, etiam Sancti Corporis Christi, ex Gentilium moribus ritus aliqui, sive actus irreperunt, qui licet honoris, & majoris cultus gratiæ exhibeantur, Majestatem nihilominus Christianæ Religionis non minimùm dedecent, Sacra Congregatio vetuit, ne in posterum permittantur, & arceatur omninò quicquid ludici, aut minus gravis speciem aliquam habuerit: nullo modo autem licet Ecclesiasticis, & præcipue Regularibus, prætextu dignitatis, gradus, aut officii umbellam in iis gestare: sed quo majori præfulgent dignitate, eo demissius Divinæ Majestati obsequium præstare, alioque Christianis humilitatis exemplo præire nitantur. Datum Romæ, die 22. Julii 1658.

Prædicta hic tenore confirmata

§. 2. Nunc autem Nos spiritibus Christi fidelium non solum Goe, & in Insulis adjacentibus, sed etiam in universis Indiæ Orientalium Regnis, Provinciis, & Regionibus degentium necessitatibus, prospere in via Domini progressibus pastoralis sollicitudine, &que charitate salubriter consulere cupientes, Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ Fidei Præpositorum consilio, litteras Alexandri Prædecessoris, & subinde emanata Decreta præmissa, omninoque, & singula in eia respectivè contenta, & supra auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac illa omnia, & singula ad omnia Indiæ Orientalium Regna, Provincias, & Regionem extendimus, & ampliamus ubique locum

habere decernimus, ac per quascunque personas, etiam Regulares, cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, etiam Societatis Jesu, Goe, & in Insulis adjacentibus, ac in universis Indiæ Orientalium Regnis, Provinciis, & Regionibus hujusmodi nunc, & pro tempore degentes, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præminentie existant, ad unguem inviolabiliter, & exactè observari eadem auctoritate harum serie itidem perpetuò præcipimus, volumus, & mandamus.

Decretum irritum.

§. 4. Decernentes pariter ita in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrarium derogat.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Alexander Prædecessor in suis litteris præinsertis voluit non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque.

Transumptis fidem add.

§. 6. Volumus autem, ut earundem presentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. An. die 13. Sep.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Septembris 1668. Pontificatus nostri anno tertio.

Extensio declarationis ab Alexandro VII. circa Altaria privilegiata perpetua editæ, ad Altaria ejusmodi privilegio temporaneo, nec omnibus hebdomadæ diebus decorata.

XXXIX.

CLEMENS PAPA IX. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita An. 1669.

Cum felic. rec. Alexander Papa VI. Prædecessor noster dubia in diversis mundi partibus occasione Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum die 5. Augusti 1662. emanati, & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta dirimere cupiens, aliud ejusdem Congregationis Decretum in una Novariensi, die 22. Novembris 1664. editum approbaverit, quo declaratum fuerat, Anniversaria, & Missas Defunctorum cantu ex dispositione Testatorum quotannis recurrente ipsorum obitus die celebrandas, tamen si dies obitus hujusmodi in festum ritus duplicis majoris incidere, non comprehendi in primodicto Decreto.

Præmissa.

§. 1. Ac ulterius quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie etiam in festis ritus duplicis, celebrandæ essent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverit per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas Animabus fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum privilegiorum, & aliis prout in ejusdem Alexandri Prædecessoris litteris desuper in simili forma Brevis, die 22. Januarii 1667. expeditis, quarum tenorem presentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Declarationis Alex. VII.

§. 2. Cùmque (sicut ad aures nostras pervenit) etiam dubitetur, utrum dictarum litterarum dispositio quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ non ex obligatione, sed ex sola fidelium devotione celebrantur, locum habeat.

§. 3. Hinc

§. 3. Hinc est, quod Nos dubitationes huiusmodi ex Injunctæ Nobis cœlitus pastoralis sollicitudinis munere dirimere pariter, atque decidere cupientes, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum, qui rem mature perpenderunt, consilio, declarationem à memorato Alexandro Prædecessore, sicut præmittitur editam, ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, nunc & in futurum quando-cumque privilegiata, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus. Et proinde, ut Missæ, quæ ibidem de festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, ita ut animæ Christi fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per privilegia huiusmodi concessas consequantur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem privilegiorum celebratæ fuissent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem protus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 23. Septemb. 1667. Pontificatus nostri anno tertio.

§. 1. Et sicut Venerabilis frater Archiepiscopus Burgensis, ac dilecti filii Capitulum, & Canonici dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Burgensis Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum huiusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent.

§. 2. Nos specialem ipsius Archiepiscopo, ac Capitulo, & Canonicis gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum supra expressum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salvâ tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prædictæ Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Ex offi-
quo in
Classificatio
Congregatio
D. P. An. 3.
13. Sept.
transumptio
non habet
D. P. An. 3.
13. Sept.
Decretum
Congr.

Decretum
irritum.
D. P. An. 3.
die 7. Oct.

CLEMENS X. PONTIFEX CCXLIII.
ANNO DOMINI MDCLXX.



CLEMENS X. Romanus, Emilius antea dictus, Laurentii de Alteris filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis, Summus Pontifex pronuntiatus die 19. Aprilis

XL. Confirmat Decretum Sacræ Congregationis rebus Consistorialibus Præpositæ editum in Causa Dismembrationis à Metropolitana Ecclesia Burgensi ejus partis Diœcesis, quæ vulgò dicitur la Montagne basse, ad effectum erigendi novum Episcopatum in Collegiata Ecclesia Oppidi de Santander.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

Cum Congregatio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium rebus Consistorialibus præposita in causa Dismembrationis à Metropolitana Ecclesia Burgensi ejus partis Diœcesis, quæ vulgò dicitur la Montagne basse, ad effectum erigendi novum Episcopatum in Collegiata Ecclesia Oppidi de Santander, visis, & mature discussis probationibus, tam pro dismembratione, quam contra legitime factis, & unâ cum aliis documentis, utraque parte informantissimè deductis, censuerit non esse locum dismembrationi ejusmodi, prout in ipsius Congregationis Decreto desuper die 27. Septembris proxime præteriti emanato continetur.

Acta An. D.
1669.
Decretum
Congr.

Aprilis 1670. & die 11. Maii ejusdem anni coronatus: creavit usque ad presentem diem Cardinales octo; feliciter regnat, eunquē pluribus annis ad Universalis Ecclesie bonum superstitem faciat Deus.

r. Canonizatio Sancti Petri de Alcantara Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum.

Hunc Petrum Clemens IX. Sanctorum Catalogo adscripsit unā cum Sancta Maria Magdalena de Pazzis, sed morte præventus illam expedire non potuit, & idēo hic Pontifex illam expedivit.

EDEN A.D. 1670. CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. Ad perpetuam rei memoriam.

Præfatione

ROMANORUM gesta Pontificum (præsertim majorem Dei gloriam, ac Sanctorum ejus laudes, & honorem concernentia) super quibus illorum superveniente obitu litteræ Apostolicæ cōfessæ non fuerunt, recenseri iustum reputamus, & rationi consonum, ut illa universis Christianis innotescant. Dudum siquidem fel. record. Clemens Papa IX. Prædecessor noster devotæ considerationis indagine perscrutans, quod inter cælestes Heroës, quorum eximia vitæ sanctitas ritè comprobata promeretur singularem Christianæ Reipublicæ cultum, illis præcipue sancti nominis immortalitatem Apostolica Sedes decernere consuevit, quorum honor cum eximia sit Populorum utilitate conjunctus. Hinc illi, qui peculiari alicui vitæ Instituto ideam sanctitatis exhiberunt, & sacrorum præsertim Ordinum Fundatores insigni virtute, ac prodigiis illustres, libentissimè sacras ad Aras accipiuntur, quibus junguntur ii, qui Religiosas familias jam virtute florentes ad severiorem disciplinam revocarunt, & ad sanctioris instituti studium ab excelsa virtute commendati invitaverunt, quorum merita exigunt, ut Sanctorum albo adscribantur: magna scilicet in eis virtutum est in sacrum potum militiam, atque in universam Ecclesiam commoda profectura, quam egregio exemplo ad sanctitatem ardentius promovabunt. Quamobrem cum sanctissimus, Deoque sanctissimus vir Petrus de Alcantara, optime meritus sit de Christiana Republica, eo quod inculcavit Religione, & doctrina Sancti Francisci Familiam facta novæ proleis adauxerit, eamque jam per Hispaniæ, & Indiarum Regna dilatatam, per semitas strictissime paupertatis ambulare docuerit, & omnibus Christi fidelibus præbuerit exemplar inextinguibilem poenitentiam, quam innocentiâ conjunctam, deesse illi non potest. Quamobrem hanc gloriâ, & Populo Christiano innotescere novo Petri cultu ad virtutem incitamentum, gratia letaræ agere omnipotenti Deo idem Clemens prædecessor, qui sibi hanc merita inspiravit, sibi etiam impertivit, hunc viro admirabilis, & merito tanto cultu veneravit, & à quo fides omni Christiano suo colloca. Cuius virtutum laudem in his partibus præsertim in hisce locis, quos illi fundavit, & quos in hisce locis suam sapientiam, & doctrinam commendavit, etiam quod in sacra familia perpetuum illi fuit, sacro è fonte susceperat. Ab ineunte ætate ambulans in innocentia, vitans lubrica, & voluptatibus obnoxia, & hominum commercium fugiens, contemplandis rebus divinis ita

S. Petrus de Alcantara de Christiana Reipub. opum opum. Clemens IX. cum quibus. S. Petrus de Alcantara de Christiana Reipub. opum opum. Ab ineunte ætate. Divinus quæ.

vacabat, ut amore Cœlestium incensus, aliquando extra se raperetur. Ideoque sapientiâ crescens, & gratiâ, mensuram ætatis moribus semilibus excedebat. Studium litterarum ingressus acri ingenio, ingentem spem suis Parentibus, & Magistro indidit. Quia vero noverat sapientem futurum, qui cum sapientibus graditur, Religiosorum virorum consortio delectabatur, ac Divinæ præsertim inhians sapientiæ, sacros avidissimè querebat libros, à prophanis abhorrens. Ne quoniam ab infantia secum creverat misericordia, omnibus se charitatis operibus assidue dabat. Infimos proinde, in carcere positos, & egenos quantum poterat, sublevarat. Cum autem in alios pius esset, & misericors, sibi tamen ex tunc incipiebat esse austerus; nam non solum singulari abstinentia sensuales appetitus frenare, sed & levissimos quoscumque defectus flagellis asperis consueverat expiare.

§. 1. Licet autem etiam dum in sæculo versaretur, animo Cœlum recoleret; magis tamen, ac magis abundans in scientia, & in omni sensu probavit potentiora; & annum ætatis sextumdecimum ingressus, in Custodia sancti Evangelii, seu Estremaduræ (quæ nunc Sancti Gabrielis Provincia dicitur) Fratrum Minorum Discalceatorum habitum, & Evangelicam vivendi formam suscepit. §. 2. Quod consilium insigni prodigio approbavit Deus: cum enim festinans ad Religiosi Ordinis portum moram objiceret fluvius Tietar, qui tunc fortè imbribus intumuerat, neque ulla navigii facultas esset, effusus in preces, in altera se ripa divinitus constitutum extemplo reperit Petrus. In Cœnobio tam magnos in virtute statim progressus fecit, ut initio tyrocini emertis Christi fidelibus emerneret, ad omnium tamen pedes mirabili demissione prosternens se. §. 3. Præcinxit illum Deus virtute, & posuit immaculatam vitam ejus: paupertate, religiosæ disciplinæ rigore, rara oculorum modestia, incredibili sui cruciatuum magnam in omnibus excitavit admirationem sui. §. 4. Solemnem professionem expleto tyrocini anno emittit, & sese elevans supra se, humana omnia transcendens, & anhelans ad cœlestia, oculis tamen in terram semper dejectis, ignorabat an Chorus Ecclesie (quem perpetuo adibat) fornice obductus esset, an laqueari; an cellula sua ex lapidibus, an ex lignis constaret. Et exactis in quodam sui Ordinis Cœnobio tribus annis Frates non ex vultu, sed ex solo vocis cognoscebatur auditu. Silentii quoque rigore linguam reprimere studens, per triennium quosdam in ore lapillos detulit, ut vel sic loquendi pruritum coërceret. §. 5. Senili prudentia juventutem supergressus, vigesimo ætatis anno præter sacri Ordinis morem, Cultos Cœnobii Sanctæ Mariæ Angelorum renunciatus est, ubi tot charismatum dona cœlesti illi collata sunt, ut ex eo jam tempore prodigiis constaret. Cùm enim annonæ omnis defecisset, ac Frates egredi ad petendam elemosynam prohiberentur (altissima nive Conventum obsidente) conqueri de Petro cœperunt, qui etiam rigente Hyeme ipsis cogitare de crastino ventisset, quidquid mensæ supererat, quotidie in pauperes distribuere consuevit: at ille certò sciens nutriendos esse, qui jactant cogitatum suum in Domino, iussit ad ostium puerulos pergere, ubi super acervum nivis postibus hærentem, prægrande canistrum refertum panibus inventerunt, tam importuno tempore; & itinere alta nive obrito, nonnisi ab Angelis edelatum: quam divinæ providentiæ curam aliis quoque vicibus est expertus. §. 6. Sed mirabilior erat Petri vita, quæ ut viva lex perfectionis Alumnos provocabat ad sanctitatem. Pro quovis præconio sufficeret referre illa, quæ de hoc viro sanctissimo dixit Sanctissima pariter Virgo Theresia Carmelitarum Reformatorum Patrons, videlicet ne momento quidem diei, ac noctis Petrum ab oratione cessasse, & ne somnus oranti obreperet flexis genibus, cum quieti tandem indulgere cogebatur, ad ligni stipitem parieti infixum caput admovebat. Illius cella, eadem Theresia teste, possum quatuor longitudinem cum

In opere charitatis assiduit. Abstinentia. Convulsa est in Cælis. Anno 1670. FF. Min. bium se. In aliam fluvii Tietar ripam divinitus constitutum extemplo reperit Petrus. Virtutes in illa in Cœnobio. Rara enim m. desha. Sicuti in. Sicuti in. Anno 1670. x. r. n. e. i. s. t. u. r. P. r. o. d. i. g. i. s. r. i. g. u. s. i. n. v. i. r. t. u. s. A. l. i. q. u. a. s. f. a. m. i. l. i. a. s. o. r. d. i. n. i. s. O. r. a. t. i. o. n. e. d. u. m. C. e. l. l. a. g. r. a. t. a.

CLEMENS DECIMUS.

Cum dimidio non excedebat; adeoque depressa erat, ut flexis genibus, & curvis semper humeris in illa hærere cogebatur.

Summus versus

Præterea ferè

Dicitur enim

Et notandum

Amor in

Sacrum

Prædicatione

Quia patet

Interfugit

Paulo IV.

G. n. m. v. p.

Valentia sociis, Provinciae S. Joannis Baptiste fundamenta jecit. Ac tandem illud strictissimum vitæ genus in varias Hispaniæ Provincias, ad Indias, & Japonium usque feliciter dilatatum est, ubi ex ipsa Reformatione multi martyrio coronati sunt.

§. 11. Sanctam quoque Virginem Theresiam in stabilenda Carmelitavum reformatione indefessus adjuvit, ita ut ipsamet testante, recentis illius propaginis sit præcipuus promotor existimandus. Et reverà multas pro tanta peregrinationes suscepit, & labores tulit, imò & absentis operam, & consilium laturus aliquando miraculose apparuit.

§. 12. Quam gratum acciderit Deo studium hoc observantiæ strictioris, & quantum haberi vellet in pretio Seraphicum zelum hujus viri, Deus ipse prodigijs ingentibus comprobavit: cum non solum rapidissimas Tagi, & alterius fluminis aquas fœcis ipse pedibus aliquando transivit, sed & puer, qui a fœlo insidens canistrum panibus refectum ad illum, & Fratres deferbat, Petri de Alcantara nomine invocato, jumentum impulit in flumen, quod solidum, ac tutum supra suas aquas gressum eidem præbuit.

Cum Joannes de Neira in itinere Petri socius, inedia, & siti confectus penè decideret in loco, ubi ad orandum Sanctus hic vir se composuerat, fons illic erupit, & panis cum pisce ad esum paratus apparuit.

Infixus ab eo terræ aridus baculus in viridem ficulneam excrevit, cujus fructus etiam nunc ægris salutem redonant.

Atrocem pertinacis mulieris injuriam non modò patientissime toleravit, verum etiam flexis coram eam genibus pro culpa, quam non pararat, humillime deprecatus est.

Semel Crucem in horto Pedrosi devotis oculis contemplantis, sursum ferri, & in aëre coram ipsa suspendi, & lucidissimos quoque ex oculis radios in eandem crucem emittere visus est, candidaque nube caput ejus circumdari.

§. 13. Quendam adolescentem benedictionem suam enixe efflagitantem, cum ab Urbe quamprimum recedere decrevisset, de gravi discrimine, quod illi imminere in hæreticam quandam opinionem incidendi, præmonuit.

Scholarem alium respiciens, Mundo quamprimum renunciaturum, sacrumque Religionis habitum suscepturum divinitus agnovit.

In magna fœcitate precibus suis copiosum à Deo imbrem obtinuit.

Accensum ignem in quodam Conventu, per flammam ipsam innocens sine mora extinxit.

Demersum in puteo infantem, chorda qua cingebatur in eum locum demissa, mirabiliter extraxit.

Mulieris oculos luce orbatos leviter tangens, data ei benedictione protinus illuminavit.

Fœminam quandam à dæmone per multum temporis deceptam, de prava illa consuetudine, quam cum maligno tentatore habuerat, commonescit, & liberavit.

In teditu ad Conventum de Arenas à Civitate Abalæ, obrutus fuisset nivibus, quarum vis ingens è Cœlo devolvebatur, nisi ejus precibus coercita, in aëre pendula constitissent, & prodigiosum tabernaculi genus artificioso fornice composuissent, quo inclusus Petrus ab aliarum læsione nivium prohibebatur.

Imbres quoque copiosissimi eum madefacere non sunt ausi, quod etiam dum augustum Missæ sacrificium offerret, ipsi, & circumstantibus semel evenit. Corporaliter videndum se præbuit plurimis procul distantibus: Prophetico lumine remotissima locorum, ac temporum spatio prædixit. Demùm usque ad adfuit in delicijs Divinitati, ut omnium vota, quando Petrus intercessorem exhiberet se, implenda esse professus fuerit Sanctæ Virgini Theresiæ, ut ipsamet sibi semper accidisse fatetur.

§. 14. Et illius quidem preces adeo incense erant igne Divino, ut inter orandum brachijs in modum Crucis expansis in altam sæpissime ferretur; ac dimittens

Secis pedibus transit fluminem.

Clavus. Porcum dicitur nidiu socii præbuit.

Baculum videtur planior, & in firmam exiit.

Patientia Humilitas.

Raptus in aere radios ex oculis emittit in crucem.

Imbrim à Deo obtinuit.

Per flammam innocens incedit.

Plum raptus.

Fœminam à dæmone liberat.

Prophetia.

Corpus in modum Crucis expansis.

Inter orandum in altam sepe in altum.

Sacrum

Sacrum faceret, elevati in sublimi coram populo aliquoties conspectus fuerit: immo tanta ejus erat assiduitas orationis, ut nunquam ab ea cellaret, & intuentibus ipsum homo alterius seculi videretur.

Mentalis
impetum.

Mentis ho-
ram praedicat.

Eccl[esi]a.

In genua
oribus laci-
di migrat
in Caelum.

Plenus glo-
ria apparuit
s. Theresia.

Splendor ex
oculis, &
odor manas
& membris.

Sanctum
inclamabat
populus.

Mirabilia
in futurum.

Sepulchrum.

Anno, &
die obitus.

Post mortem
miracula.

Griffum
effusus.

Ab equitibus
morbo libe-
ratus.

In cavernis
laborantem
sanavit.

Pedibus col-
luctum re-
dintegravit.

Fracta crura
sanavit.

Griffum
reddidit.

Audivimus
possidit.

Ad sepul-
chrum
transfusus.

Edoas ergo, etiam, dum in Terris agebat, ad Cœlum evolare, tandem meritis plenus, ætatis anno sexagesimo tertio in febriem, ac dolores molestissimos incidit. Augebatur simul cum ægitudine hilaritas Petri prohibentis Religiosam suam familiam à lachrymis, in quas ob amittendum amatissimum Parentem agebatur. Ecclesiæ Sacramentis ritè susceptis, ac prædicta mortis hora, non jacens, sed humi erectus in genua in altissimam eccl[esi]am erupit; ac deinde sensibus restitutus: Lætatus sum (inquit) in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et manu Fratris benedicens, ita illos est allequutus: Non intuemini Fratres mei, Sanctissimam Trinitatem, & Dominam meam gloriosissimam Virginem Mariam, & Sanctum Joannem Evangelistam; Quibus dictis adhuc stante genibus corpore, migravit anima in Cœlum, & Sancta Theresia procul distans ab Oppido de Arenas, in quò Petrus decesserat, illum vidit recto, & lucido tramite delatum ad sempiternam felicitatem; ac sæpe postea eidem oranti apparuit plenus immensa gloria, & purissima lucis radiis circumfusus. Corpus verò pulcherrimum cœlesti quodam colore perfusum, oculis apertis, & miro splendore radiantibus, suavissimo de membris odore manante, intuentes replebat admiratione, utque fidelium adventantium devotioni satisfaceret, in eminentiori extra portam loco expositum fuit, ad cuius conspectum Populus suspiris, ac vocibus Sanctum inclamabat, auxilium ab eo petebat, vel minimam habitus particulam pro summo quilibet bono reputabat. Inde processum est ad fœdus, numerofo Populo cum facibus, ac candelis accensis sacrum depositum comitante. Contigit autem inter cœtera notabilia, quod Cœlum imbre, ac vento furens, delato in medium corpore subitò placaretur, dum in circuitu omnia streperent, & inundarent, ita ut à Valetudinario, in quo decesserat, usque ad Conventum duobus milliariis distantem, quieto Cœlo omnes immedefacti procellerint, & ceram pro funere honorando accensam in tanto spatio nihil imminutam repererint. Ejus corpus in Ecclesiâ Fratrum Minorum Discalceatorum depositum, singulari Populorum veneratione invisitur.

§. 15. Excessit Anno salutis millesimo quingentesimo sexagesimosecundo, 18. die Octobris.

Plurimis etiam post mortem miraculis coruscavit. Alphonsus Sanchez faber lignarius, fracti cruris integrandi mortalem omnem spem projecerat; sed ad sepulchrum Petri momento temporis convalluit.

Laborantem exitiali morbo Mariam de Paramo, & à Medicis desperatam, hausus aquæ reliquiarum Petri contactu sacræ, dicto citius integræ sanitati restituit.

Sacramento Extremæ-Undionis munita jam erat Maria Velasquez, quæ Petri opem exposcens illicò surrexit incolumis.

Franciscus Ramirez sexennis puer cruribus contractis, oleo lampadis ante Petri sepulchrum lucentis inundus repente sanatur.

Balthasar Rodriguez sexenni puero, fracto utroque latere, ac defluentibus intestinis penè confecto, effusa ante Petri sepulchrum preces saluti fuerunt.

Francisca Martinez triennio claudicans; qua desperata fracti pedis salute, genibus, & manibus reptaverat ad Petri sepulchrum, incolumis, & solido pede innixa regressa est domum.

Utraque aure surdus Bartholomæus Garzia, contactu aquæ, cui fuerant admotæ Petri reliquæ, recuperavit auditum, & eodem contactu visum momento recepit Isabella Gonzalez à tribus mensibus cæca: & fœdo apostoste laborans in dextro genu Joannes puer baris, repente convalluit.

§. 16. Jacuit autem Petri corpus per multos annos in humili loco, in quo primò reconditum fuerat, sed cum undique ad illud ex tota consueretur Hispaniæ,

Episcopi Abulensis auctoritate in locum receptum à Religiosis Conventus de Arenas transferri. & oleo similem liquorem distillans reperitur. didis velis fuit involutum, retenta quædam reliquia particula, & in Arca prope Altare majus iterum muro inclusum.

Liquor
corpore
distillans.

§. 17. Gratias igitur immortales agebat omnipotenti Deo idem Clemens Prædecessor, & in illo cor suum exultabat, quòd nullis ejus suffragantibus meritis, sed altitudine divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, hanc Servi sui Petri de Alcantara Canonizationis solemnitate per ejus humilitatis ministerium, ad sui nominis gloriam, & Catholicæ Fidei exemplum voluerit celebrari. Cùm enim præter eximia prodigia, quibus Petri vita effulserit, post mortem etiam quamplurimis aliis miraculis claruerit, ut ejus sanctitatem testaretur Deus, aditus aperiatur ad sacros honores Petro deferendos.

§. 18. Propterea crebrescente famâ ejus sanctitatis, venerationis, & miraculorum, editi super his fuere Processus auctoritate Apostolica, & ordinaria: & accidentibus precibus claræ mem. Philippi III. & IV. Catholicorum Hispaniarum Regum, necnon fetè omnium Hispaniæ Regnorum, cæterisque de more peractis, Sacra Rituum Congregatio, cui supradictorum Processuum revisionem injunxerat Gregorius Papa XV. etiam Prædecessor noster, tunc suus, respondit referente bonæ mem. Marco Antonio tituli Sancti Eusebii Presbytero Cardinali Gozadino, juxta seriem relationis trium causarum Palatii Apostolici Auditorum, pluries examinatum fuisse causam Servi Dei Petri de Alcantara, ac plenissimè constare de validitate Processuum, fama sanctitatis, fidei puritate, cæterarum virtutum excellentia, reliquiarum, ac sepulchri veneratione, & plurimis tandem miraculis; ac propterea posse, si Summo Pontifici placuisset, eundem Petrum Sanctum, ac in Cœlis regnantem, omnibus fidelibus sollempni Canonizatione proponi venerandum; dum interim Episcopus Abulensis in Capellam quandam novam à se dedicatam, sacrum ejus corpus odorem suavissimum spirans sollempniter transfulisset, presentibus nonnullis Hispaniæ Magnatibus, qui ferendis reliquiis nobiles humeros submiserunt.

Fama
Processuum.

Validum
Processuum.

§. 19. Quapropter idem Gregorius XV. fel. record. Prædecessor noster, tunc suus, annuit precibus ejusdem Philippi IV. Regis, & Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum; atque Petrum Beati titulo insignivit die decimoctava Aprilis, anno salutis millesimo sexcentesimo vigesimo secundo; ac de eo tanquam de Confessore non Pontifice, die decimanoctava Octobris, qua ipsius memoriam celebrandam esse statuit, ubique Terrarum ab universo Ordine Minorum Observantium utriusque sexus; in Oppido verò de Alcantara, ubi natus est, atque in altero de Arenas, ubi corpus ejus requiescere acceperat, ab omnibus tam Regularibus, quam Sæcularibus Clericis recitari Officium posse, & Missam celebrari, datis desuper litteris in forma Brevis, concessit. In Provincia verò Sancti Josephi, cujus Auctor extitit Petrus, à Fratris Discalceatis de illo veluti de Patrono etiam cum Octava Officium, ac Missam celebrari posse.

Corpori
transfusi.

Beneficium

§. 20. Deinde verò nuper Processus conditus est ob nova Decreta ab Urbano VIII. edita, & fama sanctitatis perseverans, & crescens fidelium veneratio reperta est.

Proces-
suum
Vili-

§. 21. Alia deinde miracula à fel. rec. Innocentio X. Prædecessore nostro, tunc suo, comprobata sunt die octava Martii 1630. cùm Processus novi super his, quæ post Petri Beatificationem contigerant, formati fuissent, instantibus in primis iteratis supplicationibus Episcoporum, Principum, ac Civitatum totius Hispaniæ.

Proces-
suum
miraculis

§. 22. Repetito voto Sacra Rituum Congregatio die 23. Aprilis, anno 1660. censuit posse tunc deveniri ad sollempnem Petri Canonizationem, ac in Domino plurimum expedire, ut diuturnæ mortificationis assiduus labor planè ad prodigii genus secedens, argumentum insigne perfectissimæ charitatis in Deum, cum salubri animarum

animarum profectu sane admirabili Christi fidelibus
imitandus omnino proponeretur.

*Alexandri
II. abbas re-
vendi Ca-
nizatione*

Sed interim succedente interitu felic. record.
Alexander VIII. predecessoris nostri, tunc sui, quo
annuente Decreto supradictum emanaverat ab eadem
Sacra Rituum Congregatione, & eodem Clemente ad
Sancti Petri Cathedram evecto, priores diligentiae fue-
runt instaurate, & accedentibus novis Principum Ca-
tholicorum instantiis, presertim vero Regis Catholici
Caroli II. secretum Consistorium fuit habitum die 18.

Martii anno 1669. in quo per venerabilem Fratrem
nostrum, tunc suum, Martium Episcopum Portuensium
S. R. E. Cardinalem Ginettum status Cause Beati Petri
relatus fuit; & omnium Cardinalium, qui adfuerunt,
suffragia dixerunt placere eis, ut idem Clemens ad
solemnem Canonizationem deveniret.

*Canon II.
de His-
toriam in-
di pro Ca-
nizatione.*

§. 24. Quapropter sequente publico Consistorio, in
quo de Canonizatione d. c. Beati Petri verba fecit di-
lectus etiam filius Alexander Capraria, nostrae, tunc
suae Consistorialis Aulae Advocatus, & nomine praefati
Caroli Regis, necnon Regnorum praedictorum, ac
Ministri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum eidem
Clementi predecessori fuit humiliter supplicatum.

*Clemens IX.
sua vo-
luntate, & In-
dulgenciam
concedit.*

§. 25. Idem Clemens Predecessor noster, in tam gravi
causa orationibus, & jejniis publice indictis, & con-
cessa pro hoc fidelibus Indulgentia, Divinae voluntatis
benignitatem explorare satagit.

*In
Sanpleno postmodum Consistorio Cardinalium,
Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum,
(de quorum numero tunc eramus) scripta suffragia
Canonizationis solemnitate approbantium, eidem
Clementi Predecessori diem Dominicum in Albis unani-
miter innuerunt.*

In sanpleno postmodum Consistorio Cardinalium,
Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum,
(de quorum numero tunc eramus) scripta suffragia
Canonizationis solemnitate approbantium, eidem
Clementi Predecessori diem Dominicum in Albis unani-
miter innuerunt.

*Die Ca-
nizationis
nostrae.*

§. 26. Tandem cum nihil aliud desideraretur eorum,
quae ex Sanctorum Patrum auctoritate, Sacrorum Ca-
nonum Decretis, S. R. E. antiqua consuetudine, ac
novorum Decretorum praescripto agenda, & obser-
vanda erant, die Dominica in Albis, quae erat
quarto Kalendas Maii, anno millesimo sexcentesimo
sexagesimo nono, Pontificatus sui anno secundo, in
Sacrosancta Beati Petri Apostolorum Principis Basilica,
in qua solemniter cum ejusdem S. R. E. Cardinalibus,
Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis
filiis Romanae Curiae Praelatis, Officialibus, & fami-
liaribus suis, Clero seculari, & Regulari, & maxima
Populi frequentia mane convenit, & post repetitas
pro Canonizationis Decreto petitiones nomine ejusdem
Caroli Regis à dilecto etiam filio nostro, tunc suo,
Jacobo tituli Sancti Sixti Presbytero Cardinali Rospi-
glioso nuncupato: post sacros Hymnos, Litanias,
aliasque preces, post Spiritus Sancti gratiam ritè im-
ploratam, ad honorem Sanctissimae, & individualis Tri-
nitatis, ad exaltationem fidei Catholicae, & Christianae
Religionis augmentum, auctoritate Domini nostri
Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli,
ac ejus matura deliberatione praehabita, & divina ope
sapienter implorata, ac de venerabilium Fratrum nostro-
rum, tunc suorum, Cardinalium, Patriarcharum,
Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existen-
tium consilio, Beatum Petrum de Alcantara Sanctum
esse decrevit, & definit, ac Sanctorum Catalogo
adscriptis, statuens ab universali Ecclesia quolibet anno
decimo octavae Octobris, illius obitus die memoriam ejus
inter Sanctos Confessores non Pontifices, pia devotione
recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti. Amen.

Postea

§. 27. Postea idem Clemens Predecessor noster, ejus-
dem Sancti festum die 19. Octobris celebrari quotannis
decrevit, in qua die omnibus Christi fidelibus, qui
aliquam ex Ecclesiis universi Ordinis Sancti Francisci,
tam Fratrum, quam Monialium, tam haecenus erectis,
quam in posterum erigendis, & ubicumque locorum
existentibus visitaverint, Indulgentiam plenariam per-
petuam concessit.

*Indulgentia
sua
perpetua.*

§. 28. Deo igitur Optimo Maximo, à quo est omne
datum optimum, & o. nse donum perfectum, gratias
agere eundem Clementem Predecessorem decebat, †
Bullarum Magni Tom. V.

qui benedixit hinc Servum suum in omni benedi-
ctione spirituali, ut esset Sanctus, & immaculatus
coram ipso, & curreret in via mandatorum Divino-
rum, dilatato corde ab eximia charitate, & omni
illum Divina pietas huic nostro saeculo indulserat,
qui antiquae prodigia sanctitatis instauraret, cum-
dem singulari cultu prosequeretur, ejusque auxilium
in hisce Christianae Reipublicae necessitatibus enixius
imploraret.

§. 29. Ne autem de Decreto, Definitione, Adscri-
ptione, Statuto, Concessione, aliisque praemissis,
pro eo quod ipsius Clementis Predecessoris litterae, ejus
superveniente obitu, confectae non fuerunt, valeat quo-
modolibet hasitari: volumus, & Apostolica auctori-
tate decernimus, quod Decretum, Definitio, Adscri-
ptio, Statutum, Concessio, aliaque praemissa à dicta
die quarto Kalendas Maii suum consequantur effe-
ctum, ac si super illis ipsius Clementis Predecessoris
litterae sub Data ejusdem diei confectae fuissent, prout
superius enarratur. Quodque praesentes litterae ad pro-
bandum plene Decretum, Definitionem, Adscriptionem,
Statutum, Concessionem, aliaque praemissa ubique
sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum
requiratur.

*Decretum
confirmatum*

§. 30. Ceterum quia difficile foret praesentes nostras
litteras ad singula loca, ubi opus esset, deferri: Volumus
ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici
Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personae in dig-
nitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem ubique
fides habeatur, quae ipsis praesentibus adheretur, si
essent exhibitae, vel ostensae.

*Publicatio
& fides.*

§. 31. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostrorum voluntatis, & decreti infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc
attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus so-
noverit incursum.

D. P. An. 1.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarna-
tionis Dominicae 1670. quinto Idus Maii, Pontificatus
nostrae anno primo.

† Ego Clemens Catholicae Ecclesiae Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus Ostiensis, Card. Barberinus,
S. R. E. Vicecancellarius.

† F. M. Episcopus Tusculanus, Cardinalis Bran-
caccius.

† Ego Uldericus Episcopus Albanensis, Cardinalis
Carpineus.

† Ego Virginius tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter
Card. Urbinus.

† Ego Caesar tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyt.
Card. Facchenettus.

† Ego Alderanus tituli Sanctae Praxedis Presbyter
Card. Cybo.

† Ego Fridericus tit. Sancti Petri ad Vincula Presbyt.
Card. Sfortia.

† Ego Benedictus tituli Sancti Honuphris Presbyter
Card. Odescalchus.

† Ego Aloysius tit. Sancti Alexii Presbyt. Cardinalis
Homodeus.

† Ego P. tituli Sancti Marci Presbyter, Cardinalis
Orthobonus.

† Ego Laurentius tit. Sancti Chrysogoni, Cardinalis
Imperialis.

† Ego

- † Ego Marcellus tit. Sancti Stephan in Monte Caelio
Presb. Card. Santaerulus.
- † Ego Joan. Baptista tit. S. Marcelli Presbyt. Cardin.
Spada.
- † Ego Franc. tituli SS. Quatuor Coronatorum Card.
Albitius.
- † Ego Octavius tit. Sanctae Caeliae Presbyt. Card. de
Aquaviva, & Aragonia.
- † Ego Carolus tituli Sanctae Priscae Presbyter Cardin.
nalis Pius.
- † Ego Carolus tit. S. Eusebii Presbyter Cardinalis
Gualterius.
- † Ego Flavius tit. Sanctae Mariae de Populo Presbyter
Card. Chifius.
- † Ego Jacobus tituli S. Pancratii Presbyter Cardin.
Franonius.
- † Ego Petrus tit. Sancti Calixti Presbyter Cardinalis
Vidonius.
- †
- †
- †
- † Ego Nerius tituli SS. Nerei, & Achillei Presbyter
Card. Conimus.
- † Ego Carolus tit. Sanctae Anastasiae Presb. Cardinalis
Bonellus.
- †
- † Ego Carolus tit. Sanctae Susannae Presbyt. Cardinalis
Caraffa.
- † Ego P. tit. SS. Duodecim Apostolorum Presb. Card.
de Alteriis.
- † Ego Cesar tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presb.
Card. Rasponus.
- †
- †
- † Ego Carolus tit. S. Mariae de Araceli Presbyt. Card.
Robertus.
- †
- †
- † Ego Jacobus tit. Sancti Sixti Presbyter Cardinalis
Rospigliosus.
- †
- †
- †
- † Ego Fridericus tit. S. Nicolai in Carcere Diac. Card.
de Haffia.
- † Ego Carolus Sancti Caesarei Diaconus Cardinalis
Barberinus.
- † Ego Decius Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis
Azzolinus.
- † Ego Franciscus M. SS. Viti, & Modesti Diac. Card.
Mancinus.
- † Ego Paulus tituli Sancti Georgii Diac. Cardinalis
Sabellus.
- †
- †
- † Ego Sigismundus S. Mariae in Dominica Diac. Card.
Chifius.
- †

Indulta, gratiae, & Privilegia Conclavistis, qui in Conclavi adfuerunt, quando ad Pontificatum fuit euectus, concessa. II.

Similia Privilegia, & Indulta Conclavistis concessere plures Summi Pontifices, inter quos Clemens I X. supra Const. 4. Nos volentes.

CLEMENS PAPA X.

More proprio, &c. Nos volentes dilectos filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo divina favore te clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus uti familiares, & continui commensales inservientes interfuerunt; quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiusque meritis exornare.

§. I. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participans descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, vel subscripta per dilectum filium Magistrum Galparem de Carpineo Datarium nostrum, summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vagabulum ad nos spectantium gratiose donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiae clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales singulim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Sedis Apostolicae Notarios, sine tamen praesudicio dilectorum filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulae Lateranensis Comites, & Milites, & tam illos, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles; quique Urbis, vel alicujus alterius ex Civitatibus temporalis dominio eidem Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla profusa differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis; ita ut ipsum jus civilitatis ad quoscumque illorum haeredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico inservientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, & Sedis praedictae Notariorum, Palatii, & Aulae praedictorum Comitum, Militum, & Nobilium, ac Civium hujusmodi originarium numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus continuis Commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & litteris, tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim contentibus, se familiares, continuos Commensales, nostrosque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessionem, & litterae hujusmodi subreptionis visio subiaceant, sed validae, & efficaci existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prerogativa, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis,

mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indulgiis, ac iuribus, quibus alii Nostri familiares tempore dicte Assumptionis nostrae ad summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero Participantium existentes, etiam si habitum, & Rochetum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique, & Aulae praedictorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut praefertur, elegerint, quique ex utroque parente verè Nobili, & Cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel aliis ex aliquo speciali privilegio, seu aliis quomodolibet, etiam quoad assuetudinem quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum, in iudicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium praedictorum, uti frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia, etiam si in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint, prout de ac si de genere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi praerogativa, privilegia, exemptiones, gratiae, favores, concessioniones, indulgentiae, & iura, quae pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quae ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariae aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliis competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

Exemptio
gabelle,
decimarum,
aliis oneribus.

§. 2. Nosque Conclavistas praedictos à solutione, & exactione decimarum, & cujuscumque pedaggi, subsidii, gabelle, & cujuscumque oneris, tam ordinarii, quam extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque, quantumvis ingentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum, etiam Venetiarum, & aliorum quorumcumque Principum, impostorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & è contra, & postquam casus hujusmodi impositionis, & solutionis evenerit, liberamus, & eximimus, liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus: Distinctius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Thesaurario, Praesidentibus, Clericis, ac quibuscumque filiis Officialibus Camerariae praedictae, & Exactoribus pedagiorum, decimarum, subsidii, gellarum, & onerum hujusmodi, ac aliis personis, cujuscumque Ecclesiasticae, vel saecularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super praemissis, eorumve usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis modo colore, vel ingenio molestare, vel aliis quomodolibet impedire quoquo modo praesumant.

Absolutio
à censuris.

§. 3. Necnon omnes eosdem Conclavistas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel aliis quomodolibet incurrerunt, in foro conscientiae tantum absolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sunt omnium provisionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorumdem Conclavistarum, tam ex multiplicatae titularum, ac ob incursum quorumcumque censuratum, & irregularitatis, quam aliis ex quavis causa provenientes sanamus, ac hujusmodi provisiones vigore eorum privilegiorum, in foro conscientiae tantum, perinde ac si novas provisiones obtinuisset, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura Beneficiis

Bullae Magnae Tom. V.

Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis, etiam cujusvis Ordinis Regularium, per eos respectivè obtentis, de novo etiam respectivè providemus, ac omnes, & singulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum, etiam alioquin Ordinis Regularium fructibus, &c. respectivè reservatas similiter de novo reservamus.

§. 4. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quocumque e fructibus, redditibus, & proventus Ecclesiasticos occasione quorumcumque Dignitatum, Canonatarum, & Praebendarum, alioquinque Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & quorumcumque personarum annuarum ipsis, & eorum cuilibet collatorum, & conservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus, etiam ratione omissionis recitationis scripturarum Canoniarum indebitè perceptos, cujuscumque quantitates fuerint, gratiosè remittimus, & condonamus, ac eum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propter quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod consensu hujusmodi ligati Missas, & alia divina Officia, dummodò tamen non in contemptum Gloriam, celebraverint, aut aliis in Divinis se immiscuerint; quodque illa, & aliis praemissis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, aliis ritè, & dummodò nullum aliud alicui eorum obset Canonicum impedimentum, promoveri, & in illis, & in susceptione per eos à ritè ordinibus, etiam in Altari ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant, & possint.

Beneficium
fructibus
malè
propositum.

§. 5. Ad eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilitate parentibus, & vilibus feminis forsitan procreati sint, quibus aliis legitimi existant, legitimamus, omnemque ab illis geniturae hujusmodi maculam, sive nequam abstergimus, & abolemus, ac legitimam natalibus restituimus, tam eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen praedictis venientium ab intestato, vel ex fideicommissio, seu aliis de jure valida dispositione, & praeterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus, succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo realiter, & cum effectum, ac ad Dignitates, honores, & quaecumque alia officia saecularia, publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ut Clericali characterè, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum characterè, & ordinibus hujusmodi, illorumque Privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quaecumque, & qualiacumque eum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochialibus Ecclesiis, vel earum perpetuae Vicariis, ac Canonicis, & Praebendis, Dignitatibus, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi aliis canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel aliis ussumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & dummodò plura simul non sint, quam quae à Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Legitimitas
illegitimitas
tum.

§. 6. Quodque omnes, & quaecumque gratiae, provisiones, commendae, & quavis aliae litterae Apostolicae provisionum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis Commensalibus, gratis dentur, concedantur,

Expeditis
litterarum
Apostolicarum
gratia.

et expellantur, ac etiam licet ipse in forma Brevis, tam de capienda possessione nomine dicte Camere Apostolice, quam alias, uti illis super provisionibus quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, et expellantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant, etiam precipimus, et mandamus.

*Concessio
apostolica
quibuslibet
Hierosolymita-
nis, seu
aliorum mi-
litiis.*

§. 7. Ac Conclavistas predictis, qui Sancti Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius Militie regularis etiam expressè professi sunt, ut etiam ab eorum Conventu absentes existant, dum tamen quinquenniali, seu aliam debitam residentiam in Conventu fecerint, et consueta servitia prestaverint, quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, et quarumvis pensionum, et commendarum eorum Militie, seu Religionis capaces existant, perinde ac si in eadem Militia, seu Religione Antiquitate de iustitia consequuti fuissent, similiter indulgemus. Eisdemque Conclavistis, et eorum singulis, ut quicumque loci Cardinalium, vel Cardinalium Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiarum Ecclesiarum, aut personarum aliarum quorumcumque Ecclesiasticarum dignitate Ecclesiastica constituta, in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligende, qualicumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventus, juribus, et obventionibus, et emolumentis universis, certis, et incertis quorumcumque mensurarum Episcopalis, Archiepiscopalis, et Abbatialis, ac etiam distributionibus quotidianis, etiam ratione servitii, et mercedis dignitatum, Canoniarum, et Præbendarum, et aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per predictos S.R.E. Cardinales obtinentur, et in posterum obtinentorum, cum cura, et sine cura, secularium, et quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, et proventus hujusmodi Beneficiorum, reservatos, seu reservandos, etiam semel, vel pluries translata, seu translata fuerint, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera Imperiali in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, et postquam cassata, et extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam clericali characteris tunc temporis nondum insignitis, cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto characteris rite insigniti fuerint, per eisdem Conclavistas, et eorum singulos nominandis, etiam quorumcumque, et quacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, alias tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, et forma, quibus eisdem Conclavistis reservata, seu reservata erant, etiam absque Beneficia ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendas, exigendas, et levandas, reservare, constituere, concedere, et assignare valeant; præfatique Translati in quasi possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentium vigore faciendæ existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus pariter, et indulgemus. Etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulatim concessam, vel concessam esse volumus, ita ut quilibet eorum cumulatim, et ampliatim prædictis facultatibus præsentibus, et præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint.

Ampliciter.

§. 8. Decernentes ipsas translationes, et novas reservationes, constitutiones, et assignationes Pensionum, seu fructuum, reddituum, et proventuum hujusmodi, ut præfatur faciendas, ex nunc, prout postquam factæ

fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficia, super quorum fructibus, redditibus, proventus, aliisque hujusmodi reservata fuerint, obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore: Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quorumcumque pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, etiam in Cathedralibus, et aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam à predictis S.R.E. Cardinalibus obtentis, et ut præfatur obtinentibus, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum partum pro quolibet, nunc, et pro tempore reservatarum, et reservatarum, habitum, et tonsuram Clericales gestare, et in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, et honestum deferant, insistere minime debeant, nec ad id quocumque deluser cogi, seu compelli, minisque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum penas occasione præmissorum incurere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducatorum ducentorum ascendentes, et reservatas, ut præfatur, etiam Matrimonium, jam contraxerint, vel postea contrahere voluerint, cum unica tamen, et Virgine, recipere, et libere retinere.

§. 9. Postremo, quod bona quorumcumque ad dictos Conclavistas, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canoniarum, et Præbendarum, ac Dignitatum quorumcumque aliarum obtentorum, et obtinentorum, aut aliis quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, ac aliis licite acquisita, et acquirenda, etiam in Urbe, eisque districtu, ac ubique existentia, Spolii minime subiacent: sed Conclavistæ predicti, etiam si Religioni alicujus Militie, etiam predicti S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quorumcumque personarum, de jure tamen capacium, etiam si Curiales esse desierint, et in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, et quolibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, et aliis disponere, iisque ab intestato decedentibus, legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem S.R.E. Camerario, Thesaurario, præsentibus, Clericis Camere nostre predictæ, et quibusvis aliis Spoliorum hujusmodi Collectoribus, et Subcollectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, et quibusvis aliis personis, tam secularibus, quam Regularibus, quuscumque gradus, status, Ordinis, et præminentie, etiam si specialis nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatarum Conclavistarum deluser molestant audeant, seu præsumant. Ac etiam decernentes donationes, etiam per viam testamenti, et Codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas, semper, et perpetuo validas, et efficaces fore.

§. 10. Nos eisdem Conclavistas, eorumve aliquem ad præsentem motum proprium, seu litteras super præsentibus, si videbitur, conscribendas in dicta Camera insinuandas, aut admitti, et registrari petendum teneri, nec illum, seu illas, etiam si motus proprius, et litteræ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatæ, admittit, et registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admittit, seu registratæ non fuerint, propterea minus validum, seu validas censi, sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac Motum proprium, et litteras hujusmodi, et in eis contenta quorumcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, et Constitutionibus Apostolicis similibus gratiarum revocatoris, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ à Nobis, et dicta Sede, et pro tempore, et de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, et divini cultus augmentum, etiam Consistorialiter, vel aliis quavis auctoritate hætenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt, toties eum, et eos in pristinum statum restitutum,

*Exemptio
a Spoliis
facultatis
reservandi.*

*Ab insinua-
tione in Ca-
mera.*

restitutam, repositam, & reintegratam; seu restitutas, repositas, & reintegratas esse, & ceteri.

§. 11. Et insuper cum dilectus filius Abbas Joannes de Spinola Vicarius Clericus Toletanus, seu alterius Civitatis, vel Diocesis, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in praemissis sedulam pro eis operam navavit, propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictae Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eidem Joanni, licet ipse in Conclavi praedicto non intervenit, nihilominus ut omnibus, & singulis supra dictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prerogativis, praerogativis, indultis, exemptionibus, ceterisque praemissis (non tamen quoad participationem decemmillium scutorum auri hujusmodi per Nos ut supra dictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut praefertur, distributorum, seu distribuendorum) tanquam Conclavista frui, & gaudere libere, & licite possit, & valeat, perinde ac si Conclavi hujusmodi verò, & realiter interfuisset, Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque supra dictis, & aliis contrariis, nequaquam obstantibus, motu, scientia, & auctoritate similibus, de speciali gratia indulgemus. Sicque per quoscumque Judices, etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, Irritumque, &c. attentari.

§. 12. Et insuper Venerabili Fratri nostro Francisco Ostiensi, & Veliterensi Card. Barberino nuncupato, ejusdem S.R.E. Vicecancellario, & Litterarum Apostolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis, Praesidenti Plumbi, aliisque Officialibus ad quos litterarum praedictarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, & pertinet, sub poena indignationis nostrae, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut praedictas litteras super praemissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessae fuerint, ac sortum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis concessis, Gratis etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per eandem viam secretam absque alio mandato expedit, & expediri faciant. Insuper omnia, & singula Privilegia, gratias, & concessiones eidem Conclavistis, & eorum cuilibet à diversis Summis Pontificibus praedecessoribus nostris hucusque concessa, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

§. 13. Non obstantibus praemissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam ad illum non sit deveniendum, ac Nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de prestando consensu in pensionibus, & felicis record. Pii Papae IV. de similibus, & dissimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menses praesentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum contra illegitimos, necnon Pictaviensis Concilii, ac nostris, & Cancellariae praedictae regulis, etiam in crastinum dictae Assumptionis Nostrae ad Summi Apostolatus apicem editis, & in praedicta Cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, & Provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romae, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Camerae praedictae, & quarumvis Universitatum, etiam juramento, &c. roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus, etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac Sacris Canonibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibuscumque derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, Bullarii Magni Tom. V.

& insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialibus, ac aliis in contractum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis scribibus omnibus, quibus omnibus, &c. etiamsi de illis, &c. eorum tenores, &c. illis aliis, &c. permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expressis Motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Et cum absolute à censura ad effectum, &c. & quod obstantia etiam in Beneficialibus Conclavistarum, & ab eis subrogati hujusmodi, & dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint in litteris, & in calibus regulae de infordecentibus, cum opportuna illius, necnon alterius regulae de non tollendo jure quasto derogatione, & quarumcunque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam Generalium, & statutorum, stabilimentorum, usuum, naturarum, Constitutionum Synodaliu, Statutorum, ac Privilegiarum Populi Romani, & Cluniacensis, Cisterciensis, S. Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Civitatum, & locis, & personis, & Dominis temporalibus sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam Consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores, &c. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit, exprimi possint, & cum suspensione quarumcunque gratiarum, & indultorum quibusvis ordinariis Collatoribus conferendi Beneficia Ecclesiastica, etiam reservata, ad eorum collationem, &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendenda, ita ut omnia tollantur, & quod sola praesentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obstante, & quod praemissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris, si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, Ordines, gradus, Dicit. Patria, & caetera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint, inter eos Sacrista, & Magistri Caeremoniarum Capellae nostrae, necnon Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & caeteri alii in notula per ipsos Magistros Caeremoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti, si alias ad pensiones, & beneficia hujusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire.

§. 14. Volumus autem, quod litterarum super praesentibus conficiendarum, seu praesentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, & subscriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus litteris, seu praesentis Motui proprio originali adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensae, aut exhibitae, vel ostensae forent.

F I A T E.

Datum Romae apud S. Petrum, quinto Kal. Junii, anno primo.

Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hac, qua sequuntur.

Reverendiss. D. Franciscus Maria Phaebeus, Urbevetaanus, Archiepiscopus Tarfensis, Praeceptor Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia, Canonicus Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Primus Caeremoniarum Magister.

Comprehensio in premissis

Expeditio per viam secretam

Derogatio contrarium

Transumptum fides

D.P. An. 1. die 28. Maii.

Reverendus D. Fr. Joseph Rufinus Aquilanus Episc. Hellenopolitanus, Sacrista nosse.

Carolus Vincentius Castaneda Canonius Basilice Principis Apostolorum de Urbe, Presbyter Romanus.

Folwijn Servantus Presb. de Sancto Severino, Canonius insignis Collegiæ Ecclesie S. Marie in Via lata de Urbe.

Petrus Antonius de la Pedaccia Presbyter Romanus perpetuus Beneficiarius Basilice Principis Apostolorum de Urbe.

Petrus Paulus Bona Presbyter Romanus, Magistri Cæremoniarum.

Abbas Franciscus Polinus Presbyter Camerinenis, Basilice Lateranensis Canonius, Sacri Collegii Secretarius.

Abb. Ascanius Paganellus Presb. Camerinen.

Nicolaus Gentilis Laicus Camerinen. nostri dum Cardinalatus honore fungebatur.

Abb. Joan. Baptista de Palagio Presbyter Romanus Canonius insignis Colleg. Eccles. S. Laurentii in Damaso de Urbe.

Agapitus Colorius Presbyter Prænest.

Philippus Balkhafarius Presbyter Romanus, Perpetuus Beneficiarius Basilice Principis Apost. de Urbe, Francisci Ostien. Barberini.

Benedictus Gaccia Presb. Callien. Joannes Antonius Quaglinus Clericus Taurinensis Dioc. Andreas Gioietus Romanus laicus, Martii Portuensis Ginetti.

Antonius Simon Abb. Ballesonus, Presbyter Pisanensis, Faustus Turfius Clericus Spoletanæ Diocesis, Ugo Porrà Clericus Lugdunensis, Antonii Prænestini Barberini.

Dominicus Magrus Presbyter Meliten. Canonius Theologus Cathedralis Ecclesie Viterbien. Dominicus Paglia Presbyter de Verralla Tuscanensis Dioc. Franciscus Ciceri Clericus Mediolanen. Francisci Marie Tusculan. Brancatii.

Federicus Bonaventura Clericus Vrbinas, Zenobius Casinus Presb. Florent. Joan. Baptista Sardineus Presb. Ulturarien. Dioc. Vincentius Ghirellus Clericus Eugubinus, Ulderici Albanen. Carpinei.

Joseph Lampanus Clericus de Monte Falisco, Joannes Sbardella de Monte Rosco Nullius Dioc. Franciscus Maria Santandrea laicus de Brisighella Faventina Dioc. Julli Sabinen. Gabriellii, Venerab. Fratrum nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.

Paulus Nicolaus Venerius Clericus Recineten. Hieronymus Miletus Clericus Civitatis Plebis, Laurentius Copellus laicus Camerinen. Virginii Sancti Laurentii in Lucina Ursini.

Marchio Carolus Pallavicinus Presb. Parmen. Alexander Mazzinius Clericus Regiensis, Guillelmus Cateanus laicus Mutin. Raynaldi S. Pudentianæ Estensis.

Joannes Andreas Borbonius Presbyter Senen. Abb. Octavius Pierizzius Clericus Bonon. Joannes Michelinus Presbyter Aretinus, Flamininus Junius Clericus Tiburtinus, Cæsarîs Sanctorum Quatuor Coronatorum Fachenetti.

Paulus à Lamna Presb. Favent. Dominicus Padoua Cleric. Ferrarien. Caroli S. Sylvestri in Capite Rosserti.

Ferrantes Orfellus Cleric. Forolivien. Nicolaus Augustinus Forolivien. Joannes de Ognate laicus Pampilonen. Nicolai S. Marie Transiberim Ludovicii.

Marchio Claudius Pallavicinus Cleric. Parmen. Jacobus Girod à Burgundia Mignovillars Clericus Dioc. Bifuntinæ, Alderani Sanctæ Prædixis Cybo.

Antonius Sinibaldus Cleric. Rom. Hiacynthus Fanciullus laicus Viterbien. Franciscus Beltraminius laicus Bononien. Federici S. Petri ad Vincula Sfortia.

Franciscus Maria de Alice Presb. Mediolan. Joseph Sanctes Flamma laicus Comen. Benedicci S. Honuphrii Odescalchi.

Michaël Imperialis Cleric. Januen. Thomas Piscius Presb. de S. Justo Firmanz Dioc. Horatius Bonellus Presbyter Romanus Canonius Cathedralis Ecclesie Burgi S. Domini, Laurentii SS. Quirici, & Julitte Raggi.

Dominicus de Malcete à Sommervillers Clericus Tullen. Carolus Fromentin. laicus Dioc. Suffionen. Joannes Gobin laicus Narineten. Joan. Franciscus Pauli S. Marie super Minervam de Retz.

Abb. Vercellius Bigarolus Cleric. Mediolan. Nicolaus Antonius à Frusinone, Verul. Dioc. laicus, Aloisii S. Alexii Homodei.

Abb. Vincentius Lucciolus Cleric. de Mevania Spoletan. Dioc. Petrus Paulus Pongius Clericus de Seria Terrachon. Dioc. Petri Sancti Marci Orthoboni.

Gregorius Lizzoli presb. de Carraria, Nullius Dioc. Joan. Jacobus Lanzettus cleric. à Sancta Barbara, Nullius Dioc. Laurentii Sancti Chryfogoni Imperialis.

Federicus Callistus clericus de Monte Georgio Firmanz Dioc. Angelus Chivellonus clericus Reatinus, Giberti Sanctorum Joannis, & Pauli Borromæi.

Carolus Guallus cleric. Rom. Augustinus Vulpianus, presb. de Aquaviva Firmanz Diocesis, Marcelli Sancti Stephani in Monte Celio, Sanctacrucii.

Joannes Ricchius Lucanus, Nicolaus Theobaldus presb. Tullen. Carolus de la Porta Meliten. Diocesis, laicus, Joannis Baptista S. Marcelli Spadæ.

Carolus de Marchis presb. Asulanæ Dioc. Joseph Sfasciamontius laicus Montisalti Diocesis, Francisci S. Marie in Via, Albitii.

Abb. Hoperatus Tondutus clericus Nicen. Honuphrius Corradinus cleric. de Fabriano, Camerini Dioc. Petrus Pantinus Romanus laicus, Octavii S. Cecilie de Aquaviva.

Petrus Carqlus Cappellettus Reatinus clericus conjugatus, Salvator Serra presbyter Ferrarien. Caroli Sanctæ Priscæ Pii.

Antonius Franciscus Passerinus presbyter Firmanus, Petrus Joannes Bernardus cleric. de Sancto Paulo Venecien. Diocesis, Caroli Sancti Eusebii Gualterii.

Cornes Alexander Marefcottus Roman. Abb. Benedictus de Rubeis presb. Firmanz Dioc. Dominicus Viva clericus Urbevitanus, canonicus Collegiæ Ecclesie S. Marie ad Martyres de Urbe, Flavii S. Marie de Populo Chisii.

Andreas Mansius presb. Lucen. canonicus Cathedralis Lucen. Lælius Cerchius cleric. conjugat. Lucen. Hieronymi S. Hieronymi Illyricorum Bonvisii.

Abbas Joseph Paulutius clericus Pifauren. Octavius Maria Leopardus laicus Camerin. Diocesis, Antonii S. Augustini Bichii.

Joseph Paleconius cleric. Spoletanus, Julius Durantus laicus Callien. Petri Sancti Calixti Vidoni.

Gualterus de Leto clericus Aberdonen. Prior secularis Ecclesie Beatiff. Virginis de la Motte de Beaumont Ruppellen. Dioc. Franciscus de Magistris presb. Camerin. Henricus Gial Rosenhemensis, Bavarus Frinsingensis Dioc. Gregorii S. Thomæ in Parione Barbarici.

Joannes Vincentius de Cæsarîs clericus Romanus, Joannes Claudius laicus Tullen. Hieronymi SS. Petri, & Marcelli Boncompagni.

Abb. Decius Coccus cleric. Mediolan. Paulus Foffatus presb. Mediolan. Joannes Franciscus Agliaudus laicus Taurin. Alphonsi Sanctæ Crucis in Hierusalem Littæ.

Abb. Franciscus Milonus presb. Vintimilien. Dioc. Michaël Turrius clericus Papien. Neri SS. Nerei, & Achillei Corsini.

Joan. Baptista Michelius clericus Sarinat. Mattheus Farius presb. Alten Dioc. Horatius Fulchignonus cleric. Romanus, Caroli Sanctæ Anastasie Bonelli.

Augustinus Felix Rugginus clericus Ravennatensis, Joannes Maria Marabitus laicus Imolen. Cæli Sancti Petri in Monte Aureo Cardin. Piccolominei.

Abbas Franciscus Antonius Gallus de Austrimont presb. à Latertia Acheruntinæ Dioc. Stephanus Millner laicus Viennensis, Caroli Sanctæ Susannæ Caraffæ.

Abb. Ludovicus Piccinus clericus Aesinus, Horatius Fortunatus presb. de S. Archangelo Anglonen. Dioc. Palatii SS. duodecim Apostolorum Palatii Albertonii, nunc Alterii.

Carolus Rasponus Eques Sancti Stephani Ravennas, Carolus Antonius Corradus Clericus Callien. Antonius Porta

Porta Clericus Bonon. Cesaris S. Joannis ante Portam
Latinam Responsi.

Joseph de Ansbaldensibus à Molaria Clericus Ro-
manus, Julius Cesar de Cesaris Clericus à Barbara,
Nullius in Oxidibus, Nicolai Sanctæ Mariæ Transpontinae
de Comitibus.

Abb. Alexander Sozzinus Clericus Senensis, Paulus
Cyprianus Laicus de Tolentino, Franciscus Casarinus
Clericus conjugatus, Theodorus Jacobi Sanctæ Mariæ
de Pace Nihil.

Joseph Zibanti Presbyter Senensis, Michael Brachler
Brixellen. hunc Dioc. Malines, Julii Sancti Martini
in Montibus Simile.

Comes Philippus de Marciano Urbevet. Dominicus
Antonacchius Laicus de Scarpa Tiburtina Dioc. Caroli
S. Mariæ in Ara Cœli, Roberti Victorii.

Josephus de Grappellis à Frusimone Clericus Veru-
lanæ Dioc. Vincentius Placentinus Laicus Papien. Vita-
liani S. Agathæ extra moenia Vicecomitis.

Joseph Crispinus Presb. de Rocca Gaglielma, Aquin-
aten. Dioc. Silvius Vincentius Clericus Senen. Innci
S. Clementis Caraccioli.

Paulus Maronus Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ
Aquilien. de Portu Naonis Concordien. Dioc. Carolus
Bertoncius Laicus de Vangelitia Nullius Diocesis,
Joannis Sancti Salvatoris in Lauro Delphini.

Octavius Ariarius Clericus Savonen. Joan. Theodorus
Jacquet Presbyt. Rupeforten. Leddientis Dioc. Cano-
nicus Metropolitanæ Ecclesiæ Cameracen. A radeus
Capitanei laicus Vercellen. Dioc. Jacobi Sancti Sixti
Rospigliosii.

Valentinus Bigorre Clericus Diocesis Tolosana, Prior
Sanctæ Mariæ de Gondrecaria Tullensis Dioc. Deca-
nus Nanneten. & Abbas SS. Trinitatis Lucernæ Abri-
cen. Dioc. Abbas Attus Melahus Clericus Pistorien.
Franciscus Herbet Clericus Sueffionensis, Theodosii
Emanuelis Buglioni.

Hieronymus Martinez de Alarion Clericus Matriten-
sis Toletanæ Dioc. Joannes Roman à Fonte Presbyter
Olcanus Toletan. Dioc. Christophorus Martinez Laicus
Cæsaraugustanus, Ludovici de Porto Carrero.

Vincentius Piottus Presbyter Typhernat. Philippus
Baronius laicus Rom. Carolus Franciscus Gandulphus
Laicus Mediolanensis, Francisci Nerlii.

Joannes Dominicus Corradus Clericus Firmanus,
Marcus Antonius Perfectus Laicus Sarzan. Diocesis,
Caroli Cerri.

Abb. Carolus Tinellus Presb. Arimin. Joan. Aloysius
laicus de Monte Caufario Firman. Diocesis, Franciscus
Abundantius laicus Fanensis, Lazari Pallavicini.

Joannes Baptista Carpanus Presbyter Vercell. Dioc.
Nicolaus Salleveranus Clericus Taurinen. Diocesis,
Joannis Bonæ, Presbyterorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium.

Ugo Maffeus Clericus conjugatus Volaterranus,
Sanctinus Fanciulus Presb. Rom. perpetuus Beneficiatus
Basilicæ S. Mariæ Majoris de Urbe, Egidius Brunac-
chius laicus de Caprarola Civitate Castellana Dioc.
Francisci S. Mariæ in Via lata Maidalchini.

Joannes Moslovius Outrelouche Clericus Leod. Fer-
dinandus Fridericus Baro de Hohenech laicus Mogun-
tinus, Franciscus Haim laicus Augustanus, Joannes
Fridericus Ganfer laicus Constantiensis Dioc. Friderici
S. Nicolai in carcere Tulliano de Hassia.

Carolus Albanus laicus Urbinas, Joannes Cecius
Clericus Abb. Sublacen. Nullius Dioc. Caroli S. Cesaris
Barberini.

Canonicus Stephanus Ricciardus Presb. Firmanus,
Matthæus Passanus laicus Tiburtinus, Decii S. Eustachii
Azzolini.

Joannes Vincentius Condivius Presbyter Ripanus,
Philippus Capriolus laicus Romanus, Jacobi S. Mariæ
in Colimedin Fransoni.

Abb. Hilarius Mazzocchius Presbyter Romanus,
Simon de Amicis laicus de Camerino, Francisci Mariæ
SS. Viti, & Modesti Mancini.

Paulus Franciscus Scottus Clericus Narnien. Micro-

nymus Benignatus Clericus de Rocca Contraria Seno-
gallien. Dioc. S. Angeli in foro Piscium Celli.

Ciccolinus de Ciccolinis Eques S. Jacobi de Spata,
Maceraten. Paulus Roschellus Clericus Spoletanus,
Paulus S. Georgii ad Velum Sacram Subellii.

Hieronymus Ugnirietus Eques Sancti Sephiani,
Senes. Fabritius Cecilius Presb. Florent. canonicus Col-
legiæ Ecclesiæ Sancti Prigiliani ejusdem Civitatis
Florentiæ, Paulus Cennatus laicus Florentinus, Leo-
poldi SS. Cosmæ, & Damiani Mediceæ.

Abbas Guido Passionus clericus Forosempion.
Bernardinus Guerrinus laicus Perusinus, Sigismundi
S. Mariæ in Dominica Clivii.

Fatinellus de Fatimellis clericus Luculanus, Joseph
Blasius laicus Ferrariensis, Nicolai Astaioli.

Abb. Annibal Simonettus clericus Auximan. Bernar-
dinus Felicius clericus Callien. Bonacursii Bonacursii,
Diaconorum S. R. E. Cardinalium nuncupatorum.

Carolus Vicinus Presbyter Senen. Sebastians Veto-
nicus presb. Corinalto Senogallien. Dioc. bon. mem.
Seplonis tit. S. Sabinae Card. Ilcii nuncupat' defuncti.

Ferdinandus Ximenes è Sacerate J. su Florentinus
Confessarius.

Abb. Dominicus Cappellus de Accumulo Presbyter
Afulanus, canonicus Collegiæ Ecclesiæ S. Anastasiæ
de Urbe, cum predicto Reverendiss. D. D. Phœbeo
Archiepiscopo Tarfensi.

Frater Mag. Carolus Bonettus Ordinis S. Augustini
cum dicto Reverendiss. D. Sacrista.

Vincentius Checchius presbyter Ripanus cum dicto
Secretario, Sac. Collegii.

Joannes Veranus laicus Vintimillien. Custos Fontis,
& Aquarum Conclavis.

Cæsar Manuccius Perusinus, Cæsar Macchiatus
Firmanus, Medici Physiçi.

Gabriel à Porta de Villafranca Sarzan. Dioc. Joan.
Baptista Pierius à Scrofiano Pientinæ Dioc. Chirurgi.

Joan. Petrus Paulus Pifaren. Aromatarius. Blasius
Manfuetus laicus Narnien. Dioc. Joannes Franciscus
de Nicolis de Terra S. Joannis Imperficeti Bonon. Dioc.
ejus Auxiliatores.

Gaspar Mazzantes Fubensis, Joseph Tyberius de
Quadris Romanus, Barbitonfores. Antonius Rosellus
Firmanus, Dominicus Altimanus de Vignola Mutinen.
Dioc. eorum Auxiliatores.

Franciscus Gualdus Faber lignarius. Donatus Corsius
Faber Cementarius.

Laurentius de Laurentiis à Petra Sancta Lucensis
Dioc. familiaris Magistrorum Cæremoniarum.

Antonius Comus, Joseph Coletta, Pasqualis Hono-
rantes, Joseph Honorantes, Leonardus Christianus,
Antonius Cavallonus, Joannes Antonius Bruschetus,
Joannes Franciscus Zonus, Joannes Dominicus Zonus,
Paulus Antonius Brunus, Joannes Maria Rê, Joannes
Lufettus, Antonius Felicetus, Joan. Baptista Christo-
phorus, Gaspar Baldus, Carolus Antonius Gunettus,
Antonius Pilsis, Franciscus Cænenaccius, Joan. Maria
Catenaccius, Bartholomæus Onginus, Bartholomæus
Tognettus, Petrus Eustachii, Joan. Brunellus, Paulus
Baroccus, Scopatores Conclavis.

Confirmatio Privilegiorum, & Indulgentia-
rum pro Fratribus Ordinis Minorum S. 111.
Francisci de Observantia in Terra Sancta,
aliisque qui dictam Terram incolunt, aut
eò devotionis causa peregrinantur.

Similem confirmationem habes suprâ in Const. 5.
Alex. VII. & Clem. IX. Confir. 10. Pii.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pis Christi fidelium votis, ex quibus sacrorum lo-
corum venerationem, & animarum salutem prove-
nire

nire conspiciamus, libenter annuimus, & illa, quantum nobis ex alto conceditur, favoribus Apostolicis confavemus.

Supplicatio. §. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Jacobus à Jesu Maria Frater, &c. p[ro]fessus Provinciae Valentinae Ordinis Minorum, &c. p[ro]fessus de Observantia nuncupatorum, &c. Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia notius Familiae Terrae Sanctae, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terrae Sanctae subsidium, eorumdem Fratrum imbibivineam Domini assidue excolentium, sacraeque loca venerantium obventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum omnia, & singula gratias, privilegia, Indulgentias hucusque sacris ejusdem Terrae Sanctae locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata, per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desiderat.

Confirmatio. §. 2. Nos desiderio hujusmodi annuimus, ipsi quoque Jacobus specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel à homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnia, & singula privilegia, concessionis, facultates, indulta, indulgentias, ceterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon dicti Ordinis Guardianis, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuae, & inviolabilis Apostolicae auctoritatis robore communitatis, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Indulgentia plenaria in mortis articulo committitur. §. 3. Necnon insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlehemp, & Nazareth existentibus, & viventibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè poenitentes, & confessi, ac sacra communionem recepti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomine Jesu ore si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & concedimus.

Cavendum. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. An. 1. die 11. Jun. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram, sub Annulo Piscatoris, die 11. Junii 1670. Pontificatus nostri anno primo.

IV. Privilegia, Exemptiones, & Indulta Dapiferis, qui in Conclavi suae Assumptionis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus intervenerint, concessa.

Similia privilegia indulta supra Clemens IX. Confis. 3. Nos volentes.

Edicta A. D. 1670. CLEMENS PAPA X.

Causa doli. Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae

Ecclesiae Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summum Apostolatus apicem assumpti fuimus, intervenerint, quique ea de causa labores, vigilas, & incommoda plura subierunt, habere ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiuscumque meritis exornare, ac eisdem Dapiferos, & eorum singulos.

§. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certaque scientia nostris, deque Apostolica potestate plenitudine in verum, indubitatum, & non fictos tantum, sed continuos Commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu militiae Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex praefatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, Nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in Nostros, & Apostolicae Sedis Notarios, sine tamen praedictorum dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium, tenore praesentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulae Lateranensis Comites, & Milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistinctè, qui Nobilitate non sunt, Nobiles, & quique Urbis, vel alioquin alterius ex Civitatibus temporali dominio dictae Romanae Ecclesiae mediantes, vel immediate subiectis Civibus esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quilibet eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierit, verò Civis ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros, originarios, & antiquissimos, & mobiles participantis Civis ipsius Urbis, vel Civitatis.

§. 2. Ita ut ipsum Jus Civitatis ad quoscumque eorum heredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac Nobilitatis, & Civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque Familiarium continuorum Commensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico servientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, nostrorum, & Sedis Apostolicae Notariorum, Palatiique, & Aulae praefatae Comitum, Militum, & Nobilium, & Civium hujusmodi Originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis Familiaribus continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, & Militibus, Nobilibusque, ac Civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, & quae in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, & litteris, tam gratiarum, quam iustitiam separatim, seu utramque mixtam concernentibus de Familiaribus, continuos commensales nostros, & Comites, Milites, Nobiles, ac Civis, & originarios nominare, nec propterea impetrationes, concessionis, & litterae ipsae subreptionis vitio subiacent, sed validae, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque praefatis similibus antelationibus antelationum, praerogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri Familiares temporales dictae Assumptionis nostrae ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantium existentibus, etiam habitum, & Rochettum Notariorum ipsius Sedis non detinent, Palatiique & Aulae praedictae Comites, & Milites, ac Nobiles Originarii, & Antiquissimi Civis ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut praefatur, elegerint, quicumque ex utroque Parente verè Nobili, ac Cive originario, & antiquissimum procerum de jure, statuto, consuetudine, vel aliis ex aliquo speciali Privilegio, seu aliis etiam per quascumque litteras, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum, in

Dapiferi creantur Commensales, & Nobilitate Apostolice.

Nobilitas Civitatis.

Jus Civitatis in heredes transmittitur.

Judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium prejudicio, uti, Frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia, etiam in Libere, & Civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vero nobili genere ex utroque parente originario, & antiquissimo Civitate forent, & hujusmodi prerogativa, privilegia, exemptionis, gratie, honores, concessiones, libertas, & jura, quae pro aliis Nobilibus, & Nobilitate emanarunt, & quae ratione Nobilitatis, & Civitatis naturalis, & originaria illis competent, pro eisdem Dapiferis in specie, et manifeste seu emanavit, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliis competentibus, vigore praesentium Indulgemus.

de nobilitate

§. 3. Ac singulos Dapiferos prefatos a soldatione & exactione Decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quacumque, quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impositarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus, necnon ipsi Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione Pensionum annuarum ipsis, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indebitè perceptos, quicumque quantitatis fuerint, gratis remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligari Missas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, ut illa, & eiusdem praemis non obstantibus, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus ordines, alias tamen rite promoveri, & in illis etiam susceptis alias rite per eos ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant dispensamus.

de legitimis

§. 4. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum Natalium patiuntur ex quocumque dicitato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, ac viribus feminis forsan procreati sint, etiam si legitimitate aliis existant, legitimamus, omnemque ab illis geniturae hujusmodi maculam, sive notam abstergemus, & abolemus, ac legitimis Natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, vel aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque, non tamen feudaliibus, & emphyteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine praedictis Venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu aliis de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato, hereditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

de dignitate

§. 5. Necnon ad Dignitates, honores, & quaecumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, & eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & postmodum charactere, & Ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis, uti, ac in eisdem Ordinibus, etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quaecumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiae, vel earum perpetuae Vicariae, ac Canonicatus, & Praebendae, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem majores, nec

principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicas beneficias, aut ipsae eligantur, praesententur, vel aliter, & illa, & instituantur in illis, reclusis, & dummodò plura simul non sint, quam quae a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint reclusi, libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

Beneficium

§. 6. Quoque omnes, & quaecumque gratias, provisiones, Commendae, ac praesentes, & quavis aliae litterae Apostolicae, ac etiam in forma Brevis pro illis expedienda gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine Camerae Apostolicae, quam in favorem litterarum Apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis Commensalibus, etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, praecipimus, & mandamus: ac Dapiferis praefatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinatii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personae quaecumque Ecclesiasticae, in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id petentes, & eorum singulos eligendi, seu eligenda, quaecumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensurarum Episcopaliurn, Archiepiscopaliurn, Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonica-tuum, & Praebendarum, caeterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales obtentorum, & impofterum obtinendorum, cum cura, & sine cura, Saecularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus, aliaque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translatae, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassatae, & extinctae fuerint, alias similes Pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam praedictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis; per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis, quocumque, quaecumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen pensionum hujusmodi capitibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Dapiferis reservatae, seu reservati erant, etiam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu, integre persolvendas, seu persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reservare, constituta, & assignare valeant, ipsique Translatarii in possessione dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore praesentium faciendae existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & Indulgemus, etiam si similem gratiam a Praedecessoribus nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulativè eos gaudere, & potiri volumus.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque Beneficium, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservatae fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem Dapiferis, ut ratione quarumcumque pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, ut praefertur, vel aliis quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore reservatarum, ac reservandarum, habitum, &

& tonsuram clericalem, & in illis, dummodo ipsi habitum decentem, & honestum detulerint, impedere minime debeant, & quicquid eos, seu compelli, minufque alios tentent, aut persequantur, etiam privationis, seu cassationis ipsorum Pensionum; ad praedictam summam, & aliam deinceps ascendentes, & reservatas, & praefertur, etiam si matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere.

Tunc ipsi
rum a possis
liberati.

§. 8. Restringit quod libere quocumque ad dictos Dapiferos, & quoslibet spectantia, & per eos etiam ratione quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam Canoniarum, & Praebendarum, ac Dignitatum quarumcumque per eos alios obtentorum, & obtinendarum, aut aliam, quomodolibet, & quovis quaesito titulo, vel Imperio, seu eorum Industria, legitime tamen, & bene acquisita, & acquitenda, etiam in Urbibus, quibusvis Districtibus, ac ubicumque existentia, spoliis minime subiacent: sed ipsi Dapiferos, etiam si alio alius Militie, etiam si Sancti Ioannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum, de iure tamen capacium, etiam Curiales esse deservit, & in quocumque loco, quancumque remotos eos detedere contigerit, testari, & aliam disponere, eisque ab intestato decedentibus eorum haereditatem quicquid succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

Eximio a
molestis.

§. 9. Recipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario, Thesaurario, Praefectibus, Clericis Camerae nostrae Apostolicae, & quibuscumque aliis spoliatorum huiusmodi Collectoribus, ac Militiarum praefatarum Officialibus, aut Procuratoribus, ne in huiusmodi bonis manus apponant, neque haereditatem dictorum Dapiferorum delatere molestare audeant, seu praesumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Testamenti, & Codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis huiusmodi, servatas de iure servandas faciendas, semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad litteras super praesentibus faciendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas, etiam si intra tempus legitimum insinuat, admittant, seu registratae non fuerint, propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdemque praesentes, & in ea contenta quocumque, sub quibuscumque revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, & decretis, Constitutionibus Apostolicis similium praedictarum revocatorum, vel quae eas limitent, aut moderentur, quae a Nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam quomodolibet, vel aliis quavis auctoritate habitis, & in quocumque emanaverint, minime comprehendendi, & in quocumque emanaverint, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & ceteri: Si quoque per quoscumque Iudices, etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, in quavis causa, & instantia, & sublati eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicanti, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Expediri
non potest
sine manu
al.

§. 10. Et insuper dilectis filiis Rescribentibus, & Computatori Collegii Scriptorum litterarum Apostolicarum, & aliis, ad quos eandem litterarum expeditio spectat, in virtute Sanctae Obedientiae, & sub pena indignationis nostrae, Motu, scienter, & potestatis plenitudine similiter mandamus, ut easdem praesentes, & forsan alias litteras super praesentibus omnibus, tam conjunctim, quam divisim, nec pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, Gravis de mandato nostro

que in omnibus Officialibus, etiam Abreviatorum; Solicitatorum, Secretariorum Praefectorum, & Registri, absque aliqua pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis faciendae, omni contradictione, & dilatione cessantibus, figent, expediant, & expediri faciant.

§. 11. Non obstantibus illis, ac de certa statutorum numero, & aliis ad haec non sit devotum, quibus alia per praesentem non invidemus derogare, ac rebus nostris de praesentibus consensu in Beneficiorum, & felix recordationis Pii Papae IV. Praeceptorum nostri, de qualibus, vel de aliis beneficiis in Camera Apostolica infra tres menses deservantur, ac registrantur, ac recedentibus, & Pii Papae VI. etiam Praeceptorum nostri, contra illegitimos, ac Praeveneris Concilio, & alia Apostolica, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, & Monasteriorum, & Ecclesiarum, Ordinum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romae, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, ac Camerarum, & quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & stabilitis, quibusvis, & quovis decretis, ac etiam novis reservationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus: Privilegiis quoque, & aliis, & literis Apostolicis Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibuscumque derogationum derogatoriis, aliisque efficacibus, & in solitis clausulis, & articulis, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti per praesentem continentibus, etiam Motu, scienter, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam Consistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, inter alia disponentibus, quod beneficia Urbis non nisi personis certis modo, & forma qualitate, & oriundis ex certis locis, ac trinum Ordinum Militarium expresse profectis conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si alia pro eorum sustulerint derogatione de illis, etiam quae totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis traditis servata inserti forent, praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse hanc serie motu patri derogamus, ceterisque contentis quibuscumque, cum clausulis opportunitatis.

Cum
derog.

fiat Motu proprio E.

ET cum absolute a censuris ad effectum, &c. & in casibus Regale de infidelibus, cum oportuna illius, necnon alterius regulae de non tollendo iure quoquoque, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod indultorum, concessionum, gratiarum, & derogationum, aliorumque praesentium omnium, & singulorum major, & verior speciemus, & expeditio fieri possit in litteris, in quibus singularium Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioceses, Praesentia, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro praesentibus, & descriptis haberi possint, iuxta Notulam per ipsos, seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de illa, vel aliis, prout videbitur expedire, expediantur, &c.

Tunc
non sunt

§. 12. Volumus autem, quod litterarum super praesentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, ac manu alicujus personae in dignitate

Ecclesiastica

CLEMENS DECIMUS.

491

Ecclesiastica constituta munitis, & subscriptis eadem fides, tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae originalibus litteris adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Volumus autem, quod sola praesentis Motus propositi Nostri Signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstantis.

Fiat.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram decimo octavo Julii, anno primo.

Nomina Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum sunt haec qua sequuntur.

AMILIUS ALTERIUS, nunc CLEMENS X. Rom. Joseph Barbius Sacerdos Terrae Sanctae Genesii Camerensis, noster dum Cardinalatus honore fungebatur.

EPISCOPI VI.

Franciscus Episcopus Ostiensis, Sancti Collegii Decanus, Cardinalis Barberinus, Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellarius, & Summus, Florentinus Abbas Carolus Franeonus Neapolit.

Martius Episcopus Portuens Cardinalis Ginettus, Sancti. D. N. Papae Vicarius, Veliternus. Joseph C. cius Tiburtin.

Antonius Barberinus Episcopus Praenestinus, Cardinalis Antonius nuncupatus, Archiep. Rheimensis, S. R. E. Camerarius, Signat. Brevium Praefectus, Romanus. Gaspar Marcaccionus Rom.

Franciscus Maria Episcopus Tuscul. Card. Braccacius, Episcopus Viterbiensis, Neapolitanus. Archangelus de Paulis Clericus Eugubinus.

Uldericus Episcopus Albanensis, Cardinalis Carpinus Urbinatenis. Uldericus Nardi de Poppi Aretinae Diocesis.

Julius Episcopus Sabinensis, Cardinalis Gabriellus Episcopus Reatinus, Romanus. Joseph Liberatorus Clericus Alculanus.

PRESBYTERI XLVIII.

Virginus tituli Sancti Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum Card. Ursinus, Rom. Robertus Ursinus Clericus Rom.

Raynaldus tit. Sanctae Pudentianae Cardinalis Estensis, Mutinensis. Joannes Baptista Mozzarellus Canonicus Mutinensis.

Cesar tituli SS. Quatuor Coronatorum Cardinalis Facchenetus Episcopus Spoletanus, Bononiensis. Nicolaus Sega Clericus Bononiensis.

Hieronymus tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio Cardinalis Grimaldus Archiepiscopus Aqueensis, Genuensis. Carolus tit. Sancti Sylvestri in Capite Cardinalis Rossertus, Episcopus Faventinus, Ferrariensis: Abbas Benedictus Bartolus Potignani in Terra Bari Nullius Diocesis.

Nicolaus tit. S. Mariae Trinitatis Card. Ludovicius, Major Penitentiarius, Bononiensis. Joseph Mellina Clericus Conjugatus Urbevetanus.

Alderanus tit. Sanctae Praxedis Card. Cybo, Episcopus Aelinus, Innocentius Serenus Scapulo Avenionensis.

Federicus tit. Sancti Petri ad Vincula Cardinalis Sfortia, Romanus. Angelus Dominicus Sinibaldi Clericus Rom.

Benedictus tit. Sancti Honophrii Card. Odescalchus Comensis. Felix Bonafide Clericus Firman.

Laurentius tit. SS. Quirici, & Julitae Card. Raggius, Genuensis. Ciriachus Guarinus Terracinenis.

Joannes Franciscus Paulus Gondus tituli Sanctae Mariae super Minervam Cardinalis de Retz nuncup. Gallus. Franciscus Casseus della Chavuse Lotaringus Virdunensis.

Aloysius tit. Sancti Alexii Cardinalis Homodeus, Mediolanensis. Joannes Baptista Cortiuccius Clericus Anconitanus.

Petrus tit. S. Marci Cardinalis Ortonobonus, Venetus. Sertorius Ursinus, Rom. Clericus conjugatus.

Laurentius tit. S. Chrysogoni Cardinalis Imperialis, Genuensis. Valerius Zacharus Spinetanus.

Gibertus tit. SS. Joannis, & Pauli Cardinalis Borromeus, Mediolanensis: Alexander Hostilius Layaro J. U. D. de Urbana.

Marcellus tituli Sancti Stephani in Monte Calvo Cardinalis Santacrucius, Episcopus Tiburtinus, Romanus. Thomas Botta Sacerdos Cameracensis, Archipresbyter Parochialis Ecclesiae Sancti Clementis Terrae Serte Petrone.

Joannes Baptista tit. Sancti Marcelli Cardin. Spada, Lucen. Michael Priolius Clericus de Meldola J. U. D. Ravennatenis.

Franciscus tit. S. Mariae in Via Cardin. Albitius, Olesenatis, Joseph Herculanius de Sestino nullius Diocesis.

Ottavio tit. Sanctae Caeciliae Cardinalis Aquaviva, Neapolitanus. Jacobus Pena Rom.

Carolus tit. Sanctae Prisciae Cardinalis Pius, Ferraricus. Ludovicus Cantarinus Clericus Lucensis.

Carolus tituli Sancti Eusebii Cardin. Gualterius, Urbevetanus. Eques Tiberius Simoncellus de Comitibus Baschi Urbevetan.

Flavius tit. Sanctae Mariae de Populo Card. Chisius, Archipresbyter Basilicae Lateranensis, S. R. E. Bibliothecarius, & Signaturae Iustitiae Praefectus, Senensis. Franciscus Baciocchi Presb. Adiacensis, Sacrae Theol. ac J. U. D.

Scipio tit. Sanctae Sabinae Cardin. de Ilcio Archiep. Pisarum, Senensis. Fr. Fortunatus de Vecchis Eques Hierosolymit. Senen.

Hieronymus tit. S. Hieronymi Illyricorum Cardinalis Bonvisius Archiepiscopus Lucae, Lucensis. Julianus Biscottius Civis Lucen. Conjugatus.

Antonius tituli Sanctae Mariae Angelorum Cardin. Bichius Episc. Auxinanus, Senensis. Alexander Bonus Urbinaten.

Petrus tit. S. Calixti Cardin. Vidonus Cremonensis. Paulus Guglielmus Clericus Patritius Lucen.

Gregorius tituli Sancti Thomae in Parione Cardin. Barbaricus Episcopus Patavinus, Venetus. Thomas Raggiolus Cleric. Rom.

Hieronymus tit. SS. Marcellini, & Petri, Cardin. Boncompagnus, Archiepiscopus Bononiz, Bononiensis. Joan. Thomas Sabatinus Camplen.

Alphonsus tit. Sanctae Crucis in Hierusalem Card. Litta, Archiepiscopus Mediolani, Mediolanen. Hieronymus Archangelus Terrae S. Quirici Camerinen.

Nerius tituli SS. Nerei, & Achillei Card. Corsinus, Legatus Ferraricus, Florentinus. Franciscus Battistinus Clericus de Regio Lombardia.

Carolus tit. Sanctae Anastasiae Card. Bonellus, Rom. Jacobus Rinaldus, a Pergola Cleric. Eugubinus.

Caelius tit. Sancti Petri in Monte Aureo Card. Piccolomineus, Senensis. Nicolaus Abbas Finettus J. U. D. Patritius Senen.

Carolus tit. Sanctae Susannae Card. Carassa, Legatus Bononiens. Neapolit. Petrus Jacobus Tassius Clericus Sabinensis.

Palutius Palutius Albertonius, tit. Basilicae SS. XII. Apostolorum Card. Altierius, Episcopus Montis Falisci, Rom. Antonius Ghislerius Romanus.

Cesar tit. S. Joannis ante Portam Latinam Cardin. Rasponus, Legatus Urbinatenis, Ravennat. Eleuterius Breccianus Civis Rom.

Joan, Nicolaus tituli Sanctae Mariae Transpontinae Card. de Comitibus, Episcopus Anconitanus, Rom. Abbas Joannes Jordanus Beneventanus.

Jacobus tit. S. Mariae de Pace Card. Ninus, Senensis. Christophorus Boldrinus Fofumbronensis Clericus.

Julius tit. Sancti Martini in Montibus Card. Spinola, Genuensis. Propercius Aloysius Montis Alti.

Carolus

Carolus tit. S. Mariae de Araceli Card. Robertus, Legatus Romandiolae, Romanus & Dominicus à Lega Sacerdos Faventinus J. U. D.

Vitalianus tit. Sanctae Agnetis Cardin. Vicecomes, Mediolanensis. Philippus de Philippis de Appignano Aretinus.

Innicus tit. Sancti Clementis Cardinalis Caracciolus Archiepiscopus Neapol. Neapolit. Angelus Turchius Fulginatensis.

Joannes tit. S. Salvatoris in Lauro Card. Delphinus, Patriarcha Aquileiensis, Venetus: Joseph Felicitus ab Apostolica Clericus Reatinae Dioc.

Jacobus tit. Sancti Sixti Card. Rospigliosis Archiepiscopus S. Mariae Majoris, Legatus Avenionen. Signaturae Status Praefectus, Pistoriensis. Ioannes Franciscus ex Comitibus Gudis à Balneo Mantuanus.

Emanuel Theodosius tituli S. Laurentii Panisperna Card. Buglionus Gallus. Renatus le Sannage Presbyter Diocesi. Constantiensis, S. Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, ac Socius Sorbonicus, Abbas Commendatarius S. Petri de Belloloco, Ordinis S. Benedicti in Dioc. Lemovicen.

Ludovicus tit. Sanctae Sabinae de Porto Carrero, Hispanus. Desiderius Philippus Oddi Romanus, Clericus Conjug.

Franciscus tit. Sancti Bartholomaei Insulae, Cardin. Nerlius, Archiepisc. Florentinae, Florentinus: Julianus Martinus Lucensis.

Carolus tit. Sancti Adriani Card. Cerrus, Romanus. Carolus de Rubeis Cleric. Rom.

Leazarus tit. Sanctae Mariae in Aquiro Card. Pallavicinus, Januensis. Gaspar Trullius, Rom.

Joannes tit. Sancti Bernardi Cardinalis Bona, Congregationis D. Bernardi Ordinis Cisterciensis, Pedemontanus. Thomas de Julio à Phara Sancti Martini, nullius Diocesi.

DIACONI XII.

Franciscus tit. S. Mariae in Vialata Primus Diaconus Cardin. Mardalchinus, Viterbiensis. Prior Stephanus Stephanucci Urbevetan.

Fridericus Sanctae Agathae Cardinalis de Hassia, Germanus. Nicolaus Dencouit Talancourtinus, Dioc. Trever.

Carolus Barberinus Sancti Caesari Cardin. Carolus nuncup. Archiepiscopus Basilicae S. Petri, Romanus. Fr. Vincentius Rinalduccius Eques Hierosolymitanus, Fanensis.

Decius S. Eustachii Card. Azzolinus, Firman. Petrus Bellonius Camerinen.

Jacobus tit. Sancti Pancratii Cardinalis Franconus, Episcopus Camerinenus, Genuensis. Sigismundus Zanellus Faventin.

Franciscus Maria SS. Viti, & Modesti Cardinalis Mancinus, Rom. Franciscus Ant. Vitalis Clericus Romanus.

Angelus Sancti Angeli in foro Piscium Card. Celfus, Rom. Fabius Celfus Romanus, Eminentiss. Frater.

Paulus Sancti Nicolai in Carcere Cardinalis Sabellus Perretus, Romanus. Angelus de Massimis Clericus conjug. Roman.

Leopoldus Sanctae Mariae in Cosmedin, Cardinalis Medicus, Florentinus. Eques Joannes Girdalus Florentinus.

Sigismundus Chifus S. Mariae in Dominica Card. Sigismundus, Senensis: Abbas Franciscus Ridolphus Canonicus Florentinus.

Nicolaus SS. Cosmae, & Damiani Card. Acciziolus, Florentinus. Sperandus Riccionus Clericus Sabinenus.

Bonacursus Sanctae Mariae de Scala Cardinalis Bonacursus, Maceratensis. Caesar Robertus Clericus Recanatenus.

Indultum de Officio Sancti Francisci Xaverii in Breviario sub Ritu Duplici apponendo, & ab omnibus qui ad horas Canonicas tenentur, de Praecepto recitando.

Ne otiose repetam plures dicta, vide quae sunt notata ad Constit. 4. Rationi, & ubi VIII. tom. 4. & agenda devotioni erga eundem ad Constit. 48. Alias, Innoc. X. ubi ad materiam aliqua videre poteris.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, divina disponente clementia, constituti, muneris nostri esse arbitramur, ut Sanctorum in caelis regnantium, illorum praecipue, quibus annunciantibus, Evangelicae Praedicationis sonus usque ad extremos Orbis terrarum fines penetravit, cultum, & venerationem in terris, quantum Nobis ex alto conceditur, augere satagamus. Itaque pro peculiari nostra erga S. Franciscum Xaverium Societatis Jesu, qui Apostolicis charismatibus affluenter decoratus, novarum Gentium Apostolus unanimi totius Christiani Orbis consensu meruit appellari, devotique, ejus venerationem condignis honorum incrementis ampliari cupientes, auctoritate Apostolica tenore praesentium jubemus, ut ejus officium de mandato felic. record. Alexandri Papae VII. praedecessoris nostri in Calendario Romano sub ritu Semiduplici appositum, in posterum sub ritu Duplici de praecocepto in eodem apponatur, ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur, tum Secularibus, tum Regularibus utriusque sexus ubique de praecocepto recitandum.

§. 1. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictae Societatis subscriptis, & sigillo Praepositi Generalis ejusdem Societatis, vel personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem pro fus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Junii 1670. Pontificatus nostri anno primo.

Indictio Jubilei universalis ad implorandum divinum auxilium initio sui Pontificatus pro salutari Sanctae Ecclesiae Catholicae regimine.

Hujusmodi Jubileum indicere plures Summi Pontifices initio Pontificatus, inter quos Innocentius X. Constit. 1. Immemoratus, & Alexander VII. Constit. 1. Unigenitus, & demum Clemens IX. Constit. 1. Placuit.

CLEMENS PAPA X.
Universis Christi fidelibus, ad quos praesentis litterae pervenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum inscrutabilis dignitatum sapientiae, & scientiae Dei altitudo humilitatem nostram his calamitatibus temporibus ad Supremam Apostolicam dignitatem fastidium vocare, nobisque vicariam sui in terris potestatem committere dignata sit: Nos licet nihil magis desideremus

Resideremus quod ut immensam illam curam Pon- tificiarum molem, cui ferendae infirmitatem nostram longe imparem agnosceremus; defugere possemus; nihilominus ne divinae voluntati nimium oblectari videremur, imposito nobis iugo collum ex charitatis necessitate humiliter supponimus: omnem spem nostram collocantes in ineffabili bonitate Salvatoris, & Domini Nostri IESU-CHRISTI; cuius auxilium pro catholicae Ecclesiae regimine quotidie privatis nostris sacrificiis, & precibus supplices invocamus. Id ipsum ut & vos, quibus Apostolica sollicitudo à nobis impendenda est, conjunctis precibus nobiscum pariter faciatis, ac divinam misericordiam per jejunia, & elemosynas, aliisque pietatis opera demereri studeatis, paternè requiritur & hortamur; ut Deus patrum nostrorum, & Dominus misericordiae, qui vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, det Nobis sedium suarum assistentem sapientiam, mittatque illam de caelis sanctis suis, & à sede magnitudinis suae, ut nobiscum sit, & nobiscum laboret ad divini nominis gloriam, Ecclesiaeque sanctae utilitatem, & spiritualem omnium Fidelium edificationem; inbecillitatem nostram roborer, omniaque nostra consilia, & actiones dirigat secundum beneplacitum voluntatis suae, haereticos exiterpet, fidem Catholicam protegat; & propaget, Principum Christianorum pacem & concordiam conservet, magnificet & magis in dies solidet, & nomen Christianum ab Infidelium incurtionibus, & insidiis potentia virtutis suae tueatur. Haec autem ut ardentiori spiritu, uberiusque fructu fiant, Ecclesiae thesaurus, quorum dispendiosos esse nos voluit Deus, proferte, & prudenti liberalitate largiter erogare decrevimus.

Indicium de qua in rubrica

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus in alma Urbe nostra degentibus, qui solemnium processioni, quam feria quarta currentis hebdomadae ab Ecclesia Sanctae Mariae Angelorum in Thermis ad Basilicam Sanctae Mariae Majoris nuncupatur de eadem Urbe unà cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos existentibus; praeterea quoque, & Officialibus ejusdem Curiae, universoque Clero, & Populo benedicente Domino agemus, devotè interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximè subsequens hebdomadae saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devotè, ut suprè, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex praefatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumpserint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio, erogaverint; ceteris vero extra Urbem praedictam ubicumque degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, postquam ad eorum notitiam haec nostra pervenerint, designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi alteram spatio duarum similiter hebdomadarum à publicatione designationis per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut praefertur, faciendae decursurarum saltem semel visitaverint, ibique ut suprè oraverint, & quarta, & sexta feria, ac Sabbatho alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communionem refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut praemittitur, erogaverint, plenissimam

Bullarii Magni Tom. V.

omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilei praefatis certis Ecclesiis intra, & extra Urbem praedictam concedi consuevit, tenore praesentium concedimus, & elargimur.

§. 2. Navigantes vero, & iter agentes; ut eorum primum ad sua sese domicilia receperint, super praedictis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majore, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque, tam laicis; quam Ecclesiasticis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius ex iam approbata à locorum Ordinariis ante praesentium publicationem, seu approbandis eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere quae ipsi penitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§. 3. Insuper omnibus, & singulis Christi Fidelibus utriusque sexus, tam laicis, quam ecclesiasticis, secularibus & Regularibus cujusvis Ordinis, & Congregationis, & Instituti, tam in Urbe praefata, quam extra eam ubique locorum, ut praefertur, degentibus licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam saecularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti Regularem ex approbatis, ut praemittitur, à locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis ecclesiasticis Sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa laici, seu infidelis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, si ve nobis, & Sedi Apostolicae, etiam in literis de Coenae Domini legi solitis contentis, & aliis per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores praesentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant; & insuper vota quaecumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia & salutaria opera commutare, injuncta tam eis & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

§. 4. Quapropter tenore praesentium in virtute sanctae obedientiae praecipimus, atque mandamus omnibus & quibuscumque venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praetatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui curam animarum exercent, ut cum praesentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa; acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesias, & Dioeceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent. Non intendimus autem per praesentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu inhabilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae, neque etiam easdem praesentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Praelato, seu Judice ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliis in sententias & censuras incidit, declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinamentis

Concessio plenaria Indulgentiarum

Libertate eligendi Confessarium

Jubileum ubique publicari jubetur

Contrariis derogant

CLEMENS DECIMUS.

494

nationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas ab- solvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, nec non regula nostra de non concedendis indulgentiis adinstar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim & expressè ad effectum praemissorum derogamus, ceterisque contentis quibuscumque.

Transumptis fidem adhiberi mandat.

§. 6. Ut autem praesentes nostrae, quae ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem praesentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, ubique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 16. Junii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

D. P. An. 1. die 16. Junii.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1670. Indictione octava, die vero 16. mensis Junii, Pontificatus auctem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Clementis Divina Providentia Papa X. Anno ejus primo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicae Laetranensis, Principis Apostolorum, & Sanctae Mariae Majoris de Urbe, & in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum Apost. Curs.

Petrus Macheraeus Curs. Mag.

vii. Constitutio in qua Regularium privilegia quoad praedicationem Verbi Dei & Sacramenti Poenitentiae administrationem declarantur.

De hac materia vide Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. & sess. 24. cap. 4. & Gregorii. XV. Const. Inscrutabili, ubi plura ad rem videre poteris.

Edita A.D. 1670.

CLEMENS EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Suprema magni Patrisfamilias praedicatione creditum Nobis universalis Ecclesiae mysticum agrum circumsperta providentia custodire, atque excolere (quantum ex alto conceditur) satagentes animum in eas curas libenter intendimus, quibus valeant dissidia inter villicos, & operarios componi, jurgia tolli, scandalis, atque offensionibus aditus praeccludi; ut quibus una fides, una Mater Ecclesia, & unus Dominus, qui charitas est, & pacis cogitans cogitationes; fiat etiam cor unum, atque anima una: sic etenim evulsis oportune rixantibus, dum plantamus, & rigamus, incrementum dabit Deus. Quo benedicente nullis multa fructu cunctissimo caeleste in horreum congregabitur.

§. 1. Sanè cum Sacri Concilii Tridentini decretis

providè statutum fuerit, ut Regulares cujuscumque Ordinis, nisi à suis Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum Ordinum praedicare non possint; cum qua licentia personaliter se coram Episcopis praesentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam praedicare incipiant: In Ecclesiis vero, quae suorum Ordinum non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum etiam Episcopi licentiam gratis ab eo dandam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum Ordinum nullo modo praedicare possint. Atque ut nullus secularis, si- vè Regularis etiam in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo praedicare praesumat. Idemque cum nullus Sacerdos regularis possit confessiones saecularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliis idoneus judicetur: Et approbationem, quae gratis detur, obtineat, privilegiis, & consuetudine quacumque non obstantibus. Innotuit nobis dubitationes nonnullas circa benedictionem, licentiam, contradictionem, examen, & approbationem ejusmodi in aliquibus Dioecesium excitatione fuisse, ex quibus controversiae, & dissensiones permixtae in diem subsequi possent occasione privilegiorum, quae per Sedem Apostolicam religiosis Ordinibus concessa fuerunt.

Statutum Concilii Trid. de Regular.

§. 2. Nos attendentes, quod aliàs diversis temporibus praedictae dubitationes, & controversiae nonnullis praedecessorum nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitae fuerint; Eiusmodi definitiones in unum collectas, ut magis magisque dissensionum tollantur semina, & in posterum firmiter in agro Dominico pax Christi floreat, pro summo, quo fungimur, Apostolatus officio novis Apostolicis literis munitas duximus, & roborandas, itaque de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum pietate, doctrina, & prudentia praestantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia, hac generali, & perpetuò valitura Constitutione decernimus, & declaramus.

§. 3. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis praedicare voluerint, teneri ab Episcopo Dioecetano benedictionem petere: Praedicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint. Quod si Episcopus benedictionem necdum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in praedictis quidem Ecclesiis licere Regularibus praedicare; Eoque contravenientes ab illo tanquam Sedis Apostolicae Delegato censuris, aliisque poenis ecclesiasticis in vim Constitutionis fel. record. Gregorii XV. Praedecessoris nostri, incipientis: Inscrutabili Dei providentia, coerceri, & puniri posse, Episcopum tamen absque iusta, & rationabili causa contradicere non debere. Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum Jurisdictioni subjectarum, licet clausis januis, & nullus saecularis ibi interfuit, habere voluerint. Posse autem Episcopum licentiam concessuram Regularibus in Ecclesiis, quae suorum Ordinum non sunt, praedicare volentibus illos, quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus Laicis nominatos, etiam si Episcopi Antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit. Et licentiam praedicationis semel iisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, praedicationem tamen concernentes, suspendere. Non posse tamen Episcopum generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum praedificent.

Regulares ab Episcopo benedictionem petere tenentur.

§. 4. Ad haec Religiosos ab Episcopo ad confessiones saecularium in sua Dioecesi audiendas approbatos, non

Quid de C. sessariis ab uno Ordine natis approbati non

CLEMENS DECIMUS.

non posse in alia Diocesi eas absque Episcopi Dioc...

Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obli...

§. 7. Et habentes facultatem absolvendi ab omni...

§. 7. Et habentes facultatem absolvendi ab omni...

§. 5. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter appro...

§. 8. Decernentes, sic & non aliis per quoscumque...

infirmis...

regulari...

§. 9. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus...

Decretum...

Contrarius...

permansuris, hujum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Constitutio nem jubet publicari.

§. 10. Ceterum quia difficile foret presentes literas ad singula quaque loca deferri, ut ex tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad Valvas Ecclesie Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, atque Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ affigi, & publicari.

Transumptis solum adhiberi jubet.

§. 11. Volentes, quod earumdem presentium literarum transumptis, etiam impressis, manu tamen aliquis Notarii publici subscriptis, & sigillo Prælati, seu personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis in iudicio, & extra illud, ubi opus fuerit, eadem profusus fides adhibeatur, quæ ipsi originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostentæ.

Sententia ponalis.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Decreti, Declarationis, Derogationis, Mandati, & voluntatis infringere, vel ei aut temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

D. P. An. die 22. Junii.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1670. Undecimo Kalendas Julii, Pontificatus Nostri Anno primo.

Publicatio in Urbe.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1670. Iudicatione octava die vero secunda mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Clementis Divinâ Providentiâ Papa X. Anno ejus primo. Præfens Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesie Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ, locis solitis, & consuetis Urbis per me Hilarium Centellum Sanctiss. D. N. Papa Curf. Petrus Marcheratus Mag. Curf.

VIII.

Confirmatio Decretorum S. R. E. Cardinalis Barberini, in favorem Pictorum, & aliorum Academiæ S. Lucæ legitimè aggregatorum emanata, pro exactione taxæ, ejusdemque pro annatis decursis, & non solutis reductione.

Edita A. D. 1670.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales Ecclesie, & Academiæ Sancti Lucæ Pictorum, Sculptorum, & Architectorum de Urbe, quod Venerabilis Frater noster Franciscus Episcopus Ostiensis Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis Barberinus nuncupatus, Sacri Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decanus, cui sel. recor. Clemens Papa I X. Prædecessor noster in Signatura suæ Gratia commiserat, ut super exactione taxæ juxta Ordinationem rec. mem. Urbani VIII. Prædecessoris patris nostri à publicis venditoribus picturarum, & sculpturarum in Urbe prædicta solvendæ arbitrio suo provideret, nonnulla decreta edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Card.

§. 1. Fidem facio per presentes ego Notarius publicus infrascriptus, qualiter die 7. Octob. 1669. coram Eminentiss. & Reverendiss. D. Card. Francisco Barberino Judice Commissario pro Venerabili Ecclesia, Confraternitate, & Academia S. Lucæ Urbis, DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum principalibus contra infrascriptos ex adverso principales, videlicet DD. Josephum Constantinum, Joannem Petrum Berretum, Laurentium Castrucium, Joannem de la Riviera, Aloysium Pileport, Peregrinum Perium, Joannem Andream Magnum, Carolum Pratum, Vincenium Felicium, Georgium Perannum, Paulum Plinencensem, Andream Scottum, & Franciscum Petrichellum, hos duos ex ad-

verso principales, ac Procuratores Deputatos Universitatis Regatteriorum Urbis ex adverso principalium, Nicolaum Parronium, & D. Nicolaum Gallum Procuratorem prædictorum Josephi Constantini, Joannis Petri Berretæ, & omnium aliorum litis consortium ex adverso principalium, Segnius Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curfor retulit in scriptis se die 5. hujus personaliter supradictos D. Nicolaum Gallum, Andream Scottum, Franciscum Petrichellum, Nicolaum Parronium, Aloysium Pileport, Joannem Petrum Berretum, Josephum Constantinum, & Laurentium Castrucium, ac domi dimissa copia alios citasse ad comparandum coram Eminentissimo Domino die prima Juridica hora solite audientiæ, & audendum ejus voluntatem, & loco voluntatis videndum per eundem Eminentissimum Dominum capi quamcunque provisionem, seu quodcumque decretum necessarium, & opportunum fieri, & interponi ad primam diem instantibus etiam principalibus, sive, &c. Relatione facta comparuit. D. Franciscus Chiriacus Procurator, & petit, ut supra, omni, &c.

§. 2. Ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus pluries partibus auditis utendo facultatibus sibi à Sanctissimo Domino Nostro in commissione, de qua in actis concessis, Taxam annuorum scutorum decem in Brevi san. mem. Urbani VIII. contentam quoad Coronarios pro annatis decursis, & non solutis reduxit, & reducit ad annua scuta tria monetæ pro quolibet, qui picturas vendiderit, pro qualibet apotheca, & futurum mandavit, & mandat solvi per eundem Coronarios, qui picturas vendunt collectivè annua scuta vigintiquinque monetæ inter eos dividenda, & ratam semestruatim solvendam, cum hoc tamen quod teneantur, & obligati sint constituit collectorem, qui onus exigendi prædicta scuta vigintiquinque in se suscipiat, illaque, seu ratam scutorum duodecim cum dimidio Ecclesie, & Academiæ prædictæ solvendi, & quatenus hujusmodi collectorem constituit, vel creare noluerit, seu neglexerit, vel idem collector non solverit, tunc & eo casu teneantur, & obligati sint in solidum pro dicta solutione annuorum scutorum vigintiquinque, vel teneantur solvere pro dicta taxa scuta tria quolibet anno, & pro qualibet apotheca arbitrio Academiæ prædictæ, hac tamen lege, quod dicti Coronarii retineant, & vendant solummodo picturas adaptatas ornamentis per ipsos fieri solitis, & non alterius qualitatis, seu magnitudinis.

Taxa pro annatis decursis, & non solutis reducit.

§. 3. Quo verò ad Propolas, qui picturas, seu sculpturas cujusvis generis retinuerint, & vendiderint, pro annatis decursis, & non solutis, eandem tamen annuorum decem reduxit, & reducit ad annua scuta tria pro quolibet, & qualibet apotheca, & in futurum pro eadem taxa mandavit solvi per universitatem Regatteriorum, ac respectivè per Camerarium, & Officiales pro tempore annua scuta quinquaginta, & sic scuta viginti quinque pro quolibet semestri inter eos dividenda, & exigenda à quolibet Regatterio picturas, seu sculpturas vendente, dummodo tamen dicti Propolæ, seu Regatterii, vel quilibet illorum non retinuerint, nec vendiderint, ac in futurum non retineant, nec vendant picturas, seu sculpturas novas, illasque ad effectum vendendi emant, vel fieri curent. Et si dicti Coronarii, & Regatterii, vel quilibet eorum circa vinditionem picturarum, seu sculpturarum non se continuerint, & in futurum non se contineant modo, & forma præmissis, eo casu voluit, & mandavit ac vult, & mandat per quemlibet transgressorem (salvis taxis collectivè, ut supra stabilitis) solvi scuta sex quolibet anno, pro qualibet apotheca.

Reductio pro Regatterio eorumque in casu transgressio nis pena.

§. 4. Quo verò ad alios, nempe, lapidicidas, calceolarios, colorum venditores, & rbitonfiores, satores, stucatores, onus depingi faciendi in se suscipientes, miniatores, & alios cujuscumque artis, seu professionis, ac alterius cujuscumque conditionis, & qualitatis, apothecas picturarum, seu sculpturarum cujusvis generis retinentes, vel illas quovis alio modo venales exponentes, seu etiam privatim vendentes, eandem taxam annuorum

Reductio pro lapidicidis, calceolariis, stucatoribus &c.

CLEMENS DECIMUS.

187

annuorum scutorum decem in predicto brevi san. mem. Urbani VIII. contentam, tam pro annatis decursis, & non solutis, quam in futurum decurrendis reduxit, & reducit ad annua scuta sex pro qualibet apotheca. Ad quam summam annuorum scutorum sex monetæ ad formam consensu Congregationis generalis teneri voluit, & declaravit, ac vult, & declarat etiam ipsos Academicos in nobili Academia prædicta descriptos, ac quoscunque alios ejusdem S. Lucæ Archiconfraternitati quomodolibet aggregatos, qui apothecas picturarum, vel sculpturarum retinuerint, vel dictas picturas, seu sculpturas venales exposuerint, ac in futurum retinebunt, vel illas quovis modo venales publicè exponant, & ita, &c. non solum, &c. sed & omni, &c. Franciscus Cardinalis Barberinus Protector.

*Alid de-
re Card.
Annatis
curfis, &
scuturis.*

§. 5. Item qualiter die 4. Decemb. 1629. coram eodem Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinali Francisco Barberino pro Venerabili Ecclesia, & Academia S. Lucæ DD. Pictorum, Sculptorum, & Architectorum Urbis principalibus contra infra scriptos ex adverso principales, videlicet DD. Laurentium Castrucium, Joannem de la Riviera, Vincentium Filicium, Georgium Perannum, Joannem Petrum Berretam, Peregrinum Perium, Joannem Andream Magnelium, Carolum Pratan, Paulum Plincefem, Aloysium Pilepart, Nicolaum Patronum, D. Nicolaum Gallum Procuratorem dicti Joannis Petri Berretæ, & aliorum lris confortium ex adverso principalium Segnius Sanctiss. D. N. Papæ Curator retulit in scriptis se die iii. hujus do. dim. copia eisdem citato ad comparandum coram Eminentissimo Domino die Martis loco solite audientia, & deducendū quicquid volunt, & possunt, & informandum necnon videndum per Eminentissimum Dominum fieri quodcunque decretum necessarium, & opportunum, instantibus eisdem principalibus, sive, &c. Relatione facta comparuit D. Franciscus Chiriacus Procurator supradictarum Ecclesiæ, & Academiæ S. Lucæ, & petit ut supra, omni, &c. ex tunc Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus taxam annuorum scutorum decem in Brevi san. mem. Urbani VIII. demandatam, & in decreto per Eminentiam suam facto sub die 7. Octobr. proximi præteriti in vim commissionis Sanctissimi ex plena Signatura Gratia sibi directæ redactam ad annua scuta sex, tam pro annatis decursis, quam in futurum decurrendis quoad pictores, seu alios legitimè Academiæ S. Lucæ aggregatos, qui apothecas sculpturarum, seu picturarum retinuerint, & retinent pro annatis decursis, & non solutis, quantum modò reduxit, & reducit ad Julios quatuor cum dimidio pro quolibet, & qualibet apotheca, & concessit facultatem Congregationi secretæ ejusdem Academiæ cum alijs omnibus circa annatas decursas, & non solutas concordandi, seu R. P. D. Carpineo, pro ut ei videbitur, circa dictas annatas decursas, & non solutas providendi, in reliquis, & quoad alios in omnibus, & per omnia confirmavit, & confirmat supradictum decretum, & taxam ut supra moderatam in futurum mandavit solvi de semestri in semestre.

*rum 78.
diti.*

Et quoad Regatterios, quatenus eorum Universitas recuset solvere pro dicta taxa annua scuta quinquaginta collectivè, mandavit, & mandat per eorum quemlibet, & pro qualibet apotheca solvi annua scuta tria de semestri in semestre, quatenus non vedant picturas novas, nec se diversimodè contineant, quam in prædicto decreto fuit provisum, & ita, &c. non solum, &c. sed omni, &c. & alijs pro ut latius in supradicto decreto per dictum Eminentiss. D. Cardinalem subscripto in folio, quod mihi Notario consignavit tenoris, &c. & alijs pro ut latius in actis meis, &c. ad quæ, &c. In quorum fide, &c. Datum hac die 19. Dec. 1669. Ita est. Joseph Metus Curia Capitolii Not.

*antifex
pradicta
creta ap-
robas &
firmat.*

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositor subjunget, dicti Exponentes decreta hujusmodi, quo firmitus subsistant, & servantur exactè, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communis summopere desiderant; Nos specialem ipsius Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & inter-

Bullarij Magni Tom. V.

dicti, aliisque ecclesiasticis Sententijs, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari; Decreta præintra à memorato Francisco Cardinale facta, ut præfertur, Apostolicæ auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet interyerint, supplementis.

*Decretum
irritant.*

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas, ac decreta præintra semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Contrariis
derogat.*

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ab verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

*D. P. A. 1.
die 3. Julij*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 3. Julij 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

Extensio concessionis Officii, & Missæ B. Rosæ de Sancta Maria, Tertii Ordinis Sancti Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniae, Ducatu Lituaniæ, &c.

IX.

Beatorum Albo adscripsit Rosam, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Const. 18.

§. 1. **A**lijs sel. record. Clemens Papa IX. sub datâ 14. Septembris 1668. concessit Universo Americæ, & Indiarum Clero, tam Sæculari, quam Regulari utriusque sexus cujuscunque Provinciæ, seu districtus, quod perpetuis futuris temporibus die 26. Augusti quotannis sub Ritu duplici recitetur Officium, & Missa celebretur de Beata Rosa à S. Maria Limensi Virgine Tertie Regulæ S. Dominici, juxta rubricas Breviarii, & respectivè Missalis Romani.

*Indultum
Clem. IX.*

§. 2. Anno deinde sequenti 1669. die 30. Octobris idem Pontifex hoc suum Indultum benignè extendit in perpetuum ad universum Sæcularem pariter, ac Regularem Clerum Hispaniarum. Denique post acceptam notitiam, quod præmemorata Virgo Rosa jam omnium ubique Populorum solemnè plaustu devotissime honorata utrumque, tam veterem, quam novum Orbem in dies odoris sui fragrantia magis, magisque implebat, idem Sanctissimus hoc ipsum Indultum clementer ampliando, die 9. Novembris ejusdem anni 1669. Universo Sæculari, & Regulari Clero utriusque sexus in omnibus Augustissimo Imperatori, Regi Catholico, Domuique Austriacæ subjectis Regionibus, Provinciis, Regnis, atque Dominis ubivis locorum constituto Paternè concessit ut supra, quodd nempè singulis annis die 26. Augusti perpetuis futuris temporibus sub præfato Ritu duplici recitetur officium, & celebretur Missa de eadem Beata Rosa,

*Illius app-
plicatio.*

Te 3 91

*Extensio
causae
de qua in
rub.*

§. 3. *Potro Sanctiss. D. N. Clemens Papa X. habita* pater notitia communis illius devotionis, qua totius Regni Poloniae, magni Ducatus Lithuaniae, Ditionum Ruffiae, atque Borussiae, aliarumque dictae Coronae subditarum Regionum Fideles veneratione ejusdem B. Rosae afficiuntur, instantiis Eminentiſſ. D. Card. Ursini exoratus illud ipsum praedecessoris sui indulgentiam benignissime extendit ad universum pariter utriusque sexus tam Secularem, quam Regularem Clerum Poloniae, Lithuaniae, Ruffiae, Borussiae, caeterorumque Dominiorum ad Poloniae Coronam pertinentium, conceiens eidem universali, & in perpetuum, quod quotannis die 26. Augusti sub Ritu duplici peragat Officium, & Missam de B. Rosa à S. Maria juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Hac die 26. Julii 1670.

*Contrarius
derogatio.*

M. Episc. Portuensis Card. Gineus.
Loco sigilli.
Bernardinus Casalini S. Rit. Congr. Secr.

*Edita A.D.
1670.*

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Alia extensio ejusdem Officii, &c. pro Regnis, & Dominis Serenissima Regi Catholico subjectis, necnon Aug. Imper. & Domini Austriae.

Exordium.

Quae à Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris ad augendam in terris venerationem Sacrarum Virginum, quas caelestis sponsus virtutum omnium splendore fulgentes ad aeternae Beatitudinis nuptias evexit, recte atque Ordine facta esse noscuntur, ea nos Pastoralis charitatis studio libenter ampliamus, sicut pia Orthodoxorum Regum vota flagitant, & nos remanere perpensa Dei gloriae, ipsarumque Sacrarum Virginum honori, & spirituali fidelium aedificationi conducibile fore in Domino arbitramur. Aliàs siquidem emanarunt à felic. rec. Clemente Papa IX. Praedecessore nostro literae in simili forma Brevis tenoris qui sequitur, videlicet.

*Tunc breviter
Clem.
I X.*

§. 1. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris, & Domini Nostri Jesu-Christi, qui Sacras Virgines, Sponsas, floribus multipliciter virtutum, decoratas immarcescibilis Gloriae praemiis donat in Coelis, vices (licet immeriti) gerentes in terris, pia fidelium, praesertim Catholicorum Regum vota, ad augendam illarum venerationem laudabili studio tendentia libenter exaudimus, ac favoribus, & gratis prosequitur opportunis. Aliàs siquidem diligentissime discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum processibus de Sedis Apostolicae licentia confectis super vitae sanctitate, & virtutibus in gradu Heroico, quibus Serva Dei Rosa de S. Maria Virgo Limana Tertii Ordinis S. Dominici multipliciter claruisse, necnon miraculis, quae ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse asserbantur, cum Congregatio praedicta coram nobis constituta unanimiter censisset quancumque nobis videretur ad solemnitatem ejusdem Servae Dei Rosae Canonizationem, juxta Ritu ejusdem S. R. E. tunc posse deveniri, interim verò indulgeri, ut in toto orbe terrarum Beata nuncuparetur, nos piis, atque enixis charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissimae in Christo filiae nostrae Mariannae Reginae Viduae ejusdem Genitricis, & totius Ordinis S. Dominici supplicationibus nobis super hoc humiliter portatis benignè inclinari, de praedictorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica indulgemus, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria in posterum Beatae nomine nuncuparetur, ejusque corpus, & Reliquiae venerationi fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponeretur: Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornarentur, atque de ea sub ritu duplici recitaretur Officium, & Missa celebraretur de Virgine non Martyre singulis annis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 26. Augu-

sti, quae prima est non impedita post diem 24. ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: haec verò in locis dumtaxat infra scriptis, nempe in Civitate, & Diocesi Limana, ac in universo Ordine S. Dominici, tam Fratrum, quam Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die 12. Febr. proximè praeteriti expeditis literis, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut praedictorum Caroli Regis, & Mariannae Reginae nomine per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nobis nuper expositum fuit, ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina pro peculiari eorum erga B. Rosam praedictam devotionis affectu, ac ut spirituali Populorum Americae, unde novus ille Flos Ecclesiae universam suavi Christi odore recreans prodiit, consolationi, atque aedificationi per amplius consulatur, indulgentiam praedictam opportunè à nobis extendi, & ampliari plurimum desiderent: Nos laudabilia eorumdem Caroli Regis, & Mariannae Reginae erga res sacras studia plurimum in Domino commendantes, piisque eorum precibus favorabiliter annuere Paterna benignitate cupientes, ut de caetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero, tam Seculari, quam Regulari, quarumcumque Provinciarum, & Regionum Americae, & indiarum dicto Carolo Regi subjectarum, Officium, & Missa de eadem B. Rosa, servata tamen in omnibus, & per omnia praedictarum literarum nostrarum forma, & dispositione, recitari, & celebrari respectivè liberè, & licitè possit, & valeat, dicta auctoritate tenore praesentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus omnibus & singulis illis, quae in eisdem literis nostris volumus non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut ipsi praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae eisdem praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 14. Septemb. 1668. Pontificatus Nostri Anno secundo.

§. 3. Cum autem, sicut praedictus Marchio de Astorga dicti Caroli Regis pariter apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, memoratorum Caroli Regis, & Mariannae Reginae viduae nomine nobis nuper exponi fecit, praedicta Rosa de S. Maria jam omnium ubique Populorum solemni plausu devotissime honorata, utrumque, tam veterem, quam novum Orbem sui odoris fragrantia in dies magis, magisque impleat, cupiantque propterea dicti Carolus Rex, & Marianna Regina pro singulari eorum erga eandem B. Rosam devotione, indulgentiam à praedicto Praedecessore per literas praesentibus concessam ad conservandam, promovendamque Fidelium pietatem opportunè à nobis extendi, & ampliari: Nos enixis, devotis precibus eorumdem Caroli Regis, & Mariannae Reginae precibus nobis super hoc humiliter portatis paterna benignitate annuentes, ac memorati Clementis praedecessoris vestigiis inhaerentes, ut de caetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero, tam Seculari, quam Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regionem, & Dominia ubivis locorum dictis Carolo Regi, & charissimo in Christo filio nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo, Domini quoque Austriae subjecta, Officium, & Missa de memorata B. Rosa Virgine Limana Ord. Dominici quotannis die 26. Augusti sub ritu duplici, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, recitari, & celebrari respectivè liberè pariter, & licitè valeat, auctoritate praedicta tenore praesentium concedimus similiter, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae dictus Clemens praedecessor in suis literis praedictis concessit non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Caeterum

*Extensio
quae in
rub.*

*Derogatio
contrariis*

§. 5. Ceterum volumus pariter, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsi praesentibus haberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Pontificatus Nostri anno primo.

Concessimus, ut in toto Orbe Terrarum celebrari possit Missa Beata Rosa ex voto, vel devotione.

Rescente in dies mirabili Populorum devotione erga Beatam Rosam de S. Maria Virgineum Limensem ex Tertio Ordine S. Dominici, ac virtutum illius fragrantia sese latius quaquaversus diffundente, Sanctissimus D.N. Clemens Papa X, admittis Excellentissimi D. Oratoris Marchionis de Astorga instantiis ex nomine Catholicae Majestatis sibi porrectis, Universis, tam saeculari, quam regulari Clero per totum Terrarum Orbem benignae indulget pro futuris perpetuis temporibus, quod de praedicta B. Rosa possit ubique in Ecclesiis quorumcumque, tum Regularium, tum saecularium celebrari Missam per anni circulum, sive ex voto, sive ex libera devotione, juxta Rubricas, & dispositionem Missalis Romani, tamen nondum praedicta B. Rosa solemnem Canonizationis ritum fuerit ab Universali Ecclesia inter Sanctas relata. Et ad hunc effectum specialiter dispensavit in decretis, tum fel. rec. Urbani VIII, tum Sacrae Congregationis Rituum, & quibuscumque aliis huic indulto quomodocumque obstantibus. Hac die 27. Augusti 1670.

M. Episc. Portuensis Cardinalis Ginettus.

Loco sigilli.

Bernardinus Casualius S. Rit. Cong. Sec.

Confirmat Decretum electionis B. Rosae in Regni Peruviani Patronam a Clemente IX. emanatum, quod ad singulas Provincias, Regna, & Regiones Terrae firmae totius Americae, Philippinarum, & Indiarum extendit.

Rosam Beata titulo insignivit, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Const. 18.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Acrosancti Apostolatus cura, quam inscrutabilis divinae sapientiae, atque bonitatis altitudo humilitati nostrae, meritis licet & viribus longe impari imponere dignata est, Nos urget ut piis Orthodoxorum Regum votis ad augendam in terris sacrarum Virginum cum Caeseli Sponso in beata aeternitate regnantium venerationem tendentibus favorabilem assensum paterno affectu praestemus.

§. 1. Aliis siquidem fel. rec. Clemens Papa IX. praedecessor noster Beatam Rosam de Sancta Maria Virgineum Limanam Tertii Ordinis S. Dominici in Patronam principalem Civitatis Regum, seu Limanae, totiusque Regni Peruviani cum omnibus praerogativis, quae Patronis principalioribus debentur, auctoritate Apostolica elegit, & declaravit, & aliis prout uberius continetur in ipsius Clementis praedecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei munitis nominibus optime meritorum studia, quibus Christianorum populorum erga Beatos regni Caeseli incolas devotio, atque pietas fovetur, Apostolico favore li-

beret prosequimur, sicut spirituali eorundem populorum consolationi, atque praesidio conducibile in Domino arbitramur. Cum itaque Nos per nostras in simili forma Brevis die 12. Februarii proximi praeteriti emanatas literas Beatam Rosam de Sancta Maria Virgineum Limanam Tertii Ordinis S. Dominici, multiplici virtutum decore florentem, inter Beatas Apostolica auctoritate juxta hujus Sanctae Sedis titum retulerimus, aliisque ad ejusdem Beatae Rosae honorem, & venerationem statuerimus, & indulserimus, prout in eisdem literis continetur: Et sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, & charissimae in Christo filiae nostrae Mariannae Reginae Viduae ejus genitricis per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem praedictam Oratorem Nobis nuper expositum fuit ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina, ut eidem Beatae Rosae, quam caelestis Sponsus tot charismatum decoravit monilibus, tot virtutum ornavit floribus, tanquam & tam late sparsa de unguentorum suorum odore imbuit fragrantia, ut ex Dei servis, quos Occidentales Indiae protulerunt, prima publici cultus honore per hanc Sanctam Sedem decorari meruerit, venerationis fiat accessio, & ex illius intercessione tanto potentius partium illarum populi patrocinium sperent, quanto populi ipsi illam crebriori, interiorique devotione colere, atque honorare studuerint, ipsam Beatam Rosam in Patronam principalem Civitatis Limanae, seu Regum, totiusque Regni Peruviani eligi, & declarari summopere desiderent: Nos quamvis Constitutiones Apostolicas, & Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum veterum Beatorum hujusmodi nondum canonizationum electiones in Patronos principales, ac requisita necessaria pro ejusmodi electione valida desint; nihilominus piis, etiamque eorundem Caroli Regis, & Mariannae Reginae, magno in Ecclesiam Dei meritorum splendore fulgentium precibus Nobis super hoc humiliter porrectis pro praecipuo paternae nostrae in eos charitatis affectu duximus annuendum. Itaque memoratae Beatam Rosam de Sancta Maria in Patronam principalem Civitatis, Regum, seu Limanae, & totius Regni Peruviani praedictorum, cum omnibus praerogativis quae Patronis Principalioribus debentur, auctoritate Apostolica tenore praesentium eligimus, & declaramus, ipsiusque Beatae Rosae festum in universo Regno hujusmodi ut de Patrona principali ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus illic degentibus de praescripto servari, & sicut alia festa de praescripto celebrari, ejusque Officium ab universo Clero, tum saeculari, tum regulari, ut de principali Patrona juxta rubricas Breviarii Romani inibi recitari auctoritate, & tenore praedictis mandamus. Non obstantibus quibusvis Decretis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quae eisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Januarii 1669. Pontificatus Nostri anno secundo.

§. 3. Cum autem, sicut praedictus Marchio de Astorga dicti Caroli Regis pariter apud Nos, & Sedem Apostolicam Orator, eorundem Caroli Regis, & Mariannae Reginae Viduae nomine Nobis nuper exponi fecit, ipsi Carolus Rex, & Marianna Regina fovende, & propagandae fidelium erga eandem Beatam Rosam devotioni laudabili pietate stantes, praesentibus Clementis praedecessoris literas ad universa Americae, & Indiarum loca a Nobis extendi plurimum desiderent: Nos gloriose Beatae Rosae praedictae, quae Eccle-

CLEMENS DECIMUS

fiam uni, etiam bono Christi odore longe, lateque perfundit, merito magno cum spirituali animi nostri gaudio recolentes, piisque, & devotis dictorum Caroli Regis, & Mariannae Reginae supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis favorabiliter annuere cupientes, ac memorari Clementis praedecessoris vestigiis inhærentes, eandem Beatam Rosam de Sancta Maria in universam, & principalem Patronam omnium & singularum Provinciarum, Regnorum, Insularum, & Regionum Terræ finæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum cum eisdem prærogativis, dicta auctoritate tenore præsentium eligimus pariter, & declaramus; ipsi quoque Beatae Rosæ festum ibidem tanquam de Patrona principaliori ab omnibus utriusque sexus Christi Fidelibus illud degentibus de præcepto servari, & sicut alia festa de præcepto celebrari, ejusque officium, & Missam ibidem ab universo Clero, tam seculari, quam regulari, sicut de principaliori Patrona, juxta rubricas Breviarum, & Missalis Romani recitari, & celebrari eadem auctoritate harum serie similiter mandamus: firmis tamen simul remanentibus particularibus Patronatibus, si qui sint pro aliqua, vel aliquibus Civitatibus, aut locis prædictarum Regionum aliis legitime constituti. Non obstantibus, omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Clemens prædecessor in suis literis præmissis concessit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Cæterum volumus pariter, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ab omnibus ubique, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur eisdem præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 1. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 11. Augusti 1670. Pontificatus nostri anno Primo.

XI. Confirmat Sententiam Ordinarii Giennensis latam super cultu ab immemorabili tempore exhibito S. Petro Paschasio de Valentia Martyri Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, Episcopo Giennensis: ac Decretum Sac. Rituum Congregationis illam approbans.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

CElestis Catholicæ regimini meritis licet imparibus per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam præfidentes, illa quæ à Catholicis Antistitibus in partem sollicitudinis nostræ vocatis super cultu, & veneratione Beatorum Martyrum, qui bono certamine peracto victores coronam Justitiæ ab Agonotheta Christo Jesu Domino Nostro in Cælis acceperunt, rectè atque ordine facta esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter constabilius.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, quod aliàs à Venerabili Fratre Ferdinando de Andrade, & Castro olim Archiepiscopo, tunc Episcopo Giennensi, super cultu immemorabili Beato Petro Paschasio de Valentia Martyri ex Ordine prædicto, Episcopo Giennensi exhibito, & casu excepto à decretis fel. recordationis Urbani Pape Octavi prædecessoris nostri in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica instituta super non cultu editis emanavit sententia definitiva tenoris, qui sequitur, videlicet:

§. 2. CHRISTI nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jurisconsultorum consilio fecimus in his scriptis in causa, &

causis Servi Dei Beati Petri Paschasii de Valentia Martyris ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopi Giennensis inter admortum R. P. Magistrum Fratrem Melchiorum de Torre pro Bætica Provincia Electorem, atque Procuratorem in hac causa à Reverendissimo Patre Magistro Fratris Ildephonso de Sotomayor totius Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Magistrum Generalem legitime constitutum, & Petrum Verbel Presbyterum, & Promotorem in hac causa de, & super cultu immemorabili, & extra centum annos ipsi Beato exhibito, ac casu excepto à decretis fel. rec. Urbani Octavi in Sanctissima Inquisitione super non cultu editis. Visis literis deputationum sub die vigesima mensis Junii anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio à Nobis factis, & relaxatis in personis Doctoris D. Didaci Domedel, & Quésada Magistrum Scholarum, & Portonarii Sanctæ Nostræ Cathedralis Giennensis Ecclesiæ Judicis delegati, & D. Ferdinandi de Nava in Sacra Theologia Doctoris, & ejusdem Sanctæ Ecclesiæ Canonici Pœnitentiarii, & Don Nicolai de Adarue in jure Canonici Licentiati, & Jesuædem Giennensis Canonici Doctoralis adjunctorum, ac Petri Verbel Promotoris, & alius nostris, & eorumdem deputationum decretis: Visis depositionibus testium coram ipsis delegatis legitime inductorum, juratorum, & examinatorum: visis scripturis, ac juribus productis, & compulsatis: visa constitutione Procuratoris, viso toto processu, & visis videndis, atque examinatis examinandis, CHRISTI nomine repetito: Dicimus, decernimus, declaramus, & pronunciamus, & Distinctivè sententiamus, constare Servo Dei Beato Paschasio de Valentia Martyri ex Ordine Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Episcopo Giennensi cultum exhibitum esse centum annis, & supra, & ad præsens exhiberi, & hoc scientibus ac tolerantibus Ordinariis Giennensibus, & Granatensibus, & eandem causam istam versari in casu excepto à decretis fel. rec. ord. Urbani Octavi super non cultu & propterea in hac causa dictis Decretis nullo modo esse vel fuisse contravenitum, & ita dicimus, decernimus, declaramus, pronunciamus, & distinctivè sententiamus, & non solum præmissis, sed omni meliori modo pronunciamus Ego Ferdinandus Archiepiscopus Episcopus Giennensis. Lata, & lecta fuit præsens sententia per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum D. Ferdinandum de Andrade, & Castro Archiepiscopum, Episcopum Giennensem pro Tribunali sedendo, in suo loco solite audientiæ, & per me infra scriptum Notarium causa promulgata, citato, præsentem, ac intelligente Petro Verbel Presbytero Fiscali Promotore, die trigesimo primo mensis Martii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto, præsentibus etiam ibidem multis, & nominatim D. Gabriele de Flores, & Antonio de Espinosa Presbytero, testibus vocatis, & rogatis. Actum fuit prædicta die trigesima prima mensis Martii hora tertia post meridiem: Et Ego Notarius hujus causæ publicus, & Apostolicus fidem facio. Ludovicus à Delgado Notarius publicus, & Apostolicus.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Procurator Generalis sententiam prædictam quo firmiter subsistat, Apostolicæ approbationis, nostræ præsidio communiri, & aliàs opportunè in præmissis à Nobis provideri plurimum desideret: Nos ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, qui proposito dubio, An sententia præmissa esset

Et modo hic Pontifex confirmat prout in rub.

Transumptis fides.

D. P. A. 1. die 11. Aug.

Edita A. D. 1670.

Prosum.

Expositio.

Tantum sententia.

Confirmatur prout in rub.

CLEMENS DECIMUS.

...ffer confirmanda, vel infirmanda in vim processus ab Ordinario Giennensi parati, causam mature discusse- runt, & peius in scriptis, & in voce dilectum filium Promotorem Fidei audiverunt, ac quasdam anonymas scripturas contra dictam causam eorum Congregationi portatas viderunt, & considerant consilio præfer- tam Ordinarii sententiam auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus. Ideoque constare de cultu im- memorabili eidem B. Petro Paschasio Episcopo Giennensi Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum exhibito, & casu excepto à Decretis dicti Urbani prædecessoris, ac ad ulteriora in causa ad formam Decretorum ejusdem Urbani prædecessoris, & Sanctissimæ Inquisitionis procedi posse, auctoritate & tenore præsentis declaramus & decernimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorum plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 14. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XII. Indultum de Missa, & Officio in Polonia, Lithuania, & alibi à Patribus Societatis JESU, & aliis in honorem Beati Stanislai Kostka die 13. Novemb. recitandis.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Apostolicæ dignitatis fastigio, ad quod ineffabilis Divinæ Clementiæ abundantia humilitatem nostram nullo meritorum nostrorum suffragio evehere dignata est, pastoralem sollicitudinem Ecclesiæ Catholicæ Nobis creditæ omni studio, quantum Nobis ex alto conceditur, representare jugiter satagentes, pia Fidelium, præsertim sublimium Principum prælaris in Ecclesia Dei meritis fulgentium, & Religiosorum virorum propriæ, alienæque salutis laudabiliter incumbentium vota ad augendam in terris Beatorum in Coelis regnantium venerationem tendentia, libenter exaudimus, sicut ad omnipotentis Dei, & Patris Domini Nostri Jesu Christi, qui electis suos devotione supra ætatem, virtute supra naturam instituit, gloriam, sanctæque Ecclesiæ decus, & spirituales fidelium ædificationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Itaque gloriosa B. Stanislai Kostka Poloni Societatis JESU merita, devota consideratione, magnæque cum spiritali animi nostri gaudio recolentes, ac piis, enixisque Christissimi in Christo filii nostri Michaëlis Poloniæ Regis Illustris, & dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Presbyterorum dictæ Societatis precibus Nobis humiliter portatis favorabilem assensum præbere cupientes, ipso à nque Præpositi Generalis, & Presbyterorum singulares personas à qui-

busvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut de dicto Beato Stanislao Kostka quotannis die 13. Novembris in universo Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lithuanie, necnon in Ecclesia Sancti Andree in Monte Quirinali hujus Alimæ Urbis nostræ, ubi ejusdem Beati Stanislai corpus requiescit, ac omnibus, & singulis Ecclesiis dictæ Societatis Jesu Missa, etiam à Sacerdotibus eodie ad Ecclesias hujusmodi confluentibus, & Religiosis ejusdem Societatis ubicunque terrarum existentibus celebrari, & officium recitari de Comuni Confessorum non pontificum, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani liberè & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuè concedimus, & indulgemus.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, vel Præpositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis pro tempore existentis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 16. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Feria 5. die 21. Augusti 1670.

Decretum emanatum in Congregatione generali S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo Domino Nostro D. CLEMEN TE Divina Providentia Papa X. ac Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitionibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

CUM aliis per Sacram Congregationem S. Officii iteratis Instructionibus ab eadem emanatis de anno 1658. & 1665. locorumque Ordinariis transmissis, provisum fuerit, ut præscriptis Interrogatoriis faciendis Testibus, qui ad probandum statim liberum contrahentium matrimonium inducuntur, omnis prorsus secluderetur aditus iis, qui adhuc vivente altero Conjuge, aut aliis impediti ad secunda illicita vota transire satagebant: Videns nihilominus Sanctiss. D. N. quampures locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios, & Deputatos ad excipiendas testium depositiones, necnon Paro hos, & Notarios in casibus expressis, aut occultis, aut non observare earundem Instructionum tenorem: Et licet aliquando plenè observent, non tamen interrogare testes super aliis impedimentis dirimentibus.

§. 1. Idèd volens Sanctitas Sua prædictis malis occurrere, re mature considerata cum Eminentissimis, & Pont. adj. Reverendiss. Dominis Cardinalibus Generalibus Inquisitionibus, præsentis Decreto perpetuis futuris temporibus duraturo, iterùm injungit omnibus Vicariis, seu Deputatis pro examinandis Testibus ad probandum

secundum mandata.

delegatio.

transumptum.

P. A. 1. 1670.

ita A. D. 1670.

ordinum.

indulget.

Contrariis derogat.

Transumptum fidei.

D. P. A. 1. die 16. Aug.

XIII.

Exordium.

Decretum.

ad j.

Stat.

statum liberum contrahentium matrimonium; necnon Parochis, Notariis, & quibuscumque aliis respectivè, sub penis etiam gravibus corporalibus arbitrio Sac. Congr. ut Instructionem infrascriptam ad unguem observent.

Tabet publi-
cari.

§. 2. Ut autem præsens Decretum, & Instructio ad omnium notitiam faciliùs deveniant, decrevit, illa ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ac Palatio Sancti Officii ejusdem Urbis per aliquem ex Curatoribus Sanctitatis Sæ publicari, ac eorum exempla ibidem affixa relinqui; illaque sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, post duos menses à die publicationis in Urbe faciendæ numerandos, perinde afficere, ac archare, ac si illorum unicuique personaliter notificata, & intimata fuissent.

INSTRUCTIO

Pro examine illorum Testium, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, tam in Curia Eminentiss. & Reverendissimi Domini Cardinalis Urbis Vicarii, quam in aliis Curis cæterorum Ordinariorum.

IN Primis Testis moneatur de gravitate juramenti in hoc præsertim negotio percussendi, in qua Divina simul, & humana Majestas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & gravitatem, & quod imminet pena Treremium, & flagitationis deponenti falsum.

1. Interrogetur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

2. An sit Civis, vel Exterus, & quatenus sit exterus, à quanto tempore est in loco, in quo Testis ipse deponit.

3. An ad examen accesserit sponte, vel requisitus. Si dixerit accessisse sponte à nemine requisitus, dimittatur, quia præsumitur mendax: Si verò dixerit accessisse requisitus, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi, quando, quomodo, coram quibus, & quoriam fuerit requisitus, & an sciat aliquid impedimentum inter contrahere volentes.

4. Interrogetur an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum à contrahere volentibus, vel ab alio ipsorum nomine.

5. Interrogetur an cognoscat ipsos contrahere volentes, & à quanto tempore, in quo loco, qua occasione, & ejus qualitatibus, vel conditionibus extant.

Si responderit negativè, Testis dimittatur: si verò affirmativè.

6. Interrogetur, an contrahere volentes sint Civiles, vel exteri: si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per literas Ordinarii ipsorum contrahere volentium doceatur de eorum libero statu, de eo tempore quo permanserunt in sua Civitate, vel Diocesi. Ad probandum verò eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur Testes idonei, qui legitime, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo quod teneantur deferre attestaciones Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

Si verò responderit contrahere volentes esse Civiles.

7. Interrogetur sub qua Parochia hæcenus contrahere volentes habitaverunt, vel habitent de præfenti.

8. Item an ipse Testis sciat, aliquem ex prædictis contrahere volentibus quandoque habuisse uxorem, vel maritum, aut professum fuisse in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum vel Presbyteratum; vel habere aliud impedimentum ex quo non possit contrahi Matrimonium.

Si verò Testis responderit non habuisse uxorem, vel maritum, neque aliquid impedimentum ut supra.

10. Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quòd aliquis ex illis habuerit uxorem, vel maritum, aut aliud impedimentum, &c. & quod ipse Testis nesciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur, nisi ex aliis Testibus probeatur concludenter non habuisse uxorem, vel maritum, neque ullum aliud impedimentum, &c.

Si verò responderit negativè.

11. Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex colligere poterit, an Testi sit danda fides.

Si responderit contrahere volentes habuisse uxorem, vel maritum, sed esse mortuos.

12. Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse Testis sciat fuisse Conjuges, & nunc esse mortuos. Et si respondeat, mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione militiæ sepultos fuisse à militibus non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti prædecefferunt, vel à Rectore Ecclesiæ, in qua humata fuerunt eorum cadavera, vel si fieri potest, à Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitime, & sufficientes.

13. Interrogetur, an post mortem dicti Conjugis defuncti aliquis ex prædictis contrahere volentibus transierit ad secunda vota.

Si responderit negativè.

14. Interrogetur, an esset possit, quòd aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo quòd ipse Testis sciat.

Si responderit affirmativè, supersedeatur in licentia donec producantur Testes, per quos negativa coarctetur concludenter.

Si verò negativè.

15. Interrogetur de causæ scientiæ, qua perpensa Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, vel ne.

Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, & in aliis servata forma Concilii Tridentini in cap. Multi, sess. 24.

Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & sigillum, & attentè consideretur, quòd fides seu testimonia bene, & concludenter identificent personas, de quibus agitur.

Pro testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quàm extranei, quia præsumuntur melius informati, & Civiles magis, quàm Exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi datâ causâ, & maturo consilio: Et Notarius exactè describat personam Testis, quem si cognoscit, utatur clausula, *mibi bene cognitus*: sin minus, examen non recipiat, nisi unâ eandem personam Testis aliqua alia compareat cognita Notario, & que attestetur de nomine, & cognomine ipsius testis, necnon de idoneitate eisdem ad testimonium ferendum. Et hujusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultra Notarium, Officialis specialiter deputandus ab Eminentissimo Vicario: & extra Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda: aliàs puniatur Notarius arbitrio.

CLEMENS DECIMUS.

trio Sacre Congregationis, & Ordinarius non per-

Ordinarii precipiant omnibus, & singulis Parochiis in eorum Dioccesibus existentibus, ut pro matri-

Contravenientes autem severe punientur.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1670. In-

Confirmatio nonnullorum Decretorum Capituli Generalis Congregationis Cassinensis

Ne pluries dicta otiose repetam, se remitto ad ea-

CLEMENS PAPA X.

EX injuncti nobis divinitus pastoralis officii debito

5.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus

5.2. Secundò. Et quoniam Eminentissimus Cardi-

possit. Propterea prædicto Patri Procuratori genera-

5.3. Condiciones servandæ circa electionem, & ad-

1. Procurator in eo Capitulo Generali in quo

Conditioni circa de-

XIV.

ita A.D. 1670.

indium.

Procuratoris

Procuratoris

Diffinitio

CLEMENS DECIMUS.

Diffinitoribus designandum: Decimoquarto. Computator Congregationis nullam audeat pecunie summam expendere, aut Creditoribus exolvere sine mandato in scriptis P. Procuratoris Generalis manu signato. Decimoquinto. Quotiescumque contigerit, aliquam reductionem ad minus intercursum, sive artis alieni extinctionem fieri Computator Congregationis pro tempore existens, talis reductionis, sive extinctionis instrumentum infra mensem ad Monasterium, ad cuius beneficium fuerit facta redemptio, vel extinctio, transmittere teneatur pena depositionis, & inhabilitatis ad omnes gradus, si secus egerit, puniendus: Decimosexto. In computatoribus Congregationis nemo in posterum eligatur, qui alocania de Regimine actu non sit insignitus. Horum omnium, & singulorum, ut supra Confirmationem Procurator Generalis per Breve speciale nomine totius Congregationis a Sanctissimo D.N. impetrare curet, in quo Breve declaratur nulla, & invalida electio Procuratoris Generalis, in qua hęc omnia, & singula servata minime fuerint. Volumus tandem, quod præfatus Procurator Generalis iuramentum in manibus Diffinitorum præstet, quod quantum sua interest, prædictam Breve a Sanctissimo Nostro omni meliori viâ, & formâ obtinere solenter studebit.

Privilegia, Indulga, Gratiæ, & Exemptiones nonnullis Sanctitatis suæ familiaribus concessæ.

Similia privilegia concessit Clemens IX. Conf. 21. Venerabilibus.

CLEMENS PAPA X

Venerabilibus fratribus Stephano Vgolino Constantinopolitano: Federico Borromæo Alexandrino, Secretario Status: Iacobo Altviro Antiocheno, & Camillo Maximo Hierosolymitano Patriarchis, cubicularii nostri Præfetto, ac Iacobo de Angelis Urbinate, Francisco Maria Phœbeo Tarlensi, Bernardino Rocco Damasceno, Palatii nostri Apostolici Præfetto, Stephano de Augustinis Heracleæ Eleemofinario secreto, Gaspari Carpeneo Nicæno, Datario, & Nessori Rita Sebastensi Archiepiscopo, necnon Camillo Piazza Dragonensi, Honaphrio de Hippolytis Porphytiensi, & Iosepho Eufanio Helenopolitano Episcopis, Sacramenti nostri Præfetto, ac dilectis filiis Magistris Francisco Maria Antaldo Urbinatensi: Iohanni Muto de Papazurris Romano, Bernardino Casilio Romano, Iohanni Baptista Rubino Veneto, Iohanni Gualterio Slavo Leodiensi, Secretario Brevium nostrorum secretorum, Prospero Bottiui Lucano, Auditori, & Eneæ Pio Ferrariensi, in utraque Signatura nostra Referendariis, Prælati Domesticis nostris, ac Iosepho Vallemario Pineretæ, Francisco Polino, Nicolao Gentili Camerinesi, Architrucino: Carolo Baldaccio Tusculano Vestuario, Ascanio Paganello, Venantio Benigno, Octaviano Cambio Camerinesi, Antonio Simoni Baglione Pisaurensi, notatum arcium Secretario: Florido Salyatorio Civitatis Castellii, Medico secreto: Alexandro Caracciolo Neapolitano, Dominico Pantè Pisaurensi, Pomponio Cavallo Ravennatensi, Iohanni Angelo ab Altaemps Romano, Mario Taddei Ilciensi, Mario Spinula Iannensi, literarum nostrarum in forma Brevis ad Principes Secretario, Nicolao Piccolomineo Senensi, libellorum supplicum Nobis portæ Secretario, Octavio Falconerio Florentino, Petro de Iohanne Syracusano, Nicolao Antonio Fili de Altamura, Cubiculariis secretis nostris, ac Pompeio Rocco Romano Forerio majori, & Theodoro Celleio Pistoriensi, fratri Militi magnæ Crucis Hospitalis Sancti Iohannis Hierosolymitani, itidem Cubiculario secreto, Sancti de Pilastri Casenatensi, Subdatario, necnon Riccardo Cruciano Camerinesi Caudatario, Antonio Maria Martorello Tusculano Crucifero, Iosepho Barbio Camerinesi, & Ferdinando Gonsalvio Auximano, Capellanis secretis nostris, Marchioni Octavio Maria Lancelloto militum utriusque custodiæ Corporis nostri, & Angelo Maximo Romano Trimerium Pontificiarum respectivè Præfectorum Locumtenentibus Generalibus: Marchioni Antonio Sanctacrucio, & Francisco de Cavalieriis Romanis, Equitum levis armaturæ custodiæ Corporis nostri Capitaneis, Francisco Ceriolo Cremonensi, Magistro Domus nostræ, Brunoni Billozzio Asculano, Petro Baios Tornacensi, Evangelista Casaris Romano, Simoni de Amicis Camerinesi, Sebastiano Mirolio Civitatis Castellanzæ, & Bartholomæo de Leone Cordubensi respectivè Civitatum, vel Diocesis Clericis, seu Presbyteris, vel laicis Cubiculi nostri Auditoribus familiaribus continuis Commensalibus nostris saltem, & Apollinam benedictionem.

Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensationis providentia devotos, & fideles tuos, illos præfatos, qui grata familiaritatis obsequia iugiter ei impendunt, ac quos ad id aliis propria virtutum meritis commendant, honoris, & fanz amplioribus præconis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon

Confirmat

Decretum

Contrarius

Transumptis

D. P. A. 1.

necnon specialis benevolentiae favoribus amplecti so-
let, prout personarum qualitatibus conspicit convenire.
§. 2. Hinc est, quod Nos ad gratia familiaritatis ob-
sequia, quae vos, qui etiam continui Commensales
nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis haecenus im-
pendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non
desistitis, necnon ad vitam, ac mortuum honestatem, alia-
que laudabilia probitatis, & virtutum merita quibus
personas vestras, etiam familiari experientia juvari per-
cipimus, condignam rationem habentes, ac pro-
pterea easdem personas vestras peculiaris favore gra-
tiae, ac specialis honoris, & excellentiae dignitatis ti-
tulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum
à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & in-
terdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &
pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latas, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad
effectum presentium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu
proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super
hoc oblatae petitionis instantiam, sed de mera liberali-
tate, & certa scientia nostris, ac de Apostolica pote-
state plenitudine, vos & quemlibet vestrum respectivè
in nostris, & Sedis Apostolicae Notarios (sine tamen
præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de nume-
ro participantium) Apostolica auctoritate tenore præ-
sentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulae Latera-
nensis Comites, necnon Auratae Militiae Equites, ac
Nobiles Romanos, & Urbis Romae, ac Civitatum
Avenionensis, Bononiensis, Ferratiensis, & Beneven-
tanae, omniumque, & singularum aliarum Civitatum,
Terrarum, & locorum Romanae Ecclesiae mediatae vel
immediate subditorum Cives, cum omnibus jurisdic-
tionibus, prerogativis, & insignibus debitis, & con-
suetis creamus, ac constituimus, ac in numerum, &
confortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis No-
tariorum, necnon Palatii, & Aulae hujusmodi Comi-
tum, Equitum, & Nobilium Romanorum aliorumque
Civium Civitatum, & Terrarum praedictarum restri-
mus, & conscribimus.

§. 3. Vobisque, etiam si habitum, & rochetum
Notariorum dictae Sedis juxta de reba Lateranensis
Concilio novissime celebrati non deferatis, aut Civita-
tes hujusmodi non incoleritis, nec unquam in eisdem
Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & qui-
buscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus,
immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & in-
dultis, quibus caeteri omnes Notarii nostri, etiam de
numero participantium, ac Comites, Equites, & No-
biles (citra tamen exemptiones à Sacro Concilio Tri-
dentino sublatis, ita ut nedum quoad criminalia, sed
etiam quoad civilia subiaceratis Ordinariis, & citra fa-
cultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios,
seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia à
Notariis, & Comitibus praefatis praesentia, ita ut illis
nullibi uti valeatis, ac irritam, & inane existat, quic-
quid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectivè
attentari contigerit.

§. 4. Necnon Cives originarii, etiam in dignita-
tum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac
saecularium, etiam ex personis Romanorum Civium
originariorum vacantium assuetudine, & exercitio,
tam in Urbe, quam in omnibus, & singulari Civitatibus
praedictis, & aliis ubique locorum, & gentium, nec-
non sessionum, & Conventuum utuntur, potuntur,
& gaudent, ac uti potiri, & gaudere poterunt quo-
modolibet in futurum, non solum ad eorum imitam,
sed pariformiter, & aequè principaliter, ac si privile-
gia, facultates, exemptiones, gratiae, & indulta hujus-
modi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac
in omnibus, & singulari Apostolicis, aliisque literis,
instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps
nomine vestro conficiendis vos Notarios, Comi-
tes, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex
utroque parente procreatos, necnon Romanos, & alia-
rum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit, in-

Bullarii Magni Tom. V.

scribere, & vos illis subscribere valeatis, ac pro veris
& non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & No-
bilibus, ac Civibus habeamini, nihilque, quaecum-
que id fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitium,
obreptitium, vel invalidum, sed illud idem efficax in om-
nibus censeatur, necnon honoris causa insignia Gentis
nostrae, siue integrè, siue cum vestris respectivè
composita gestare possitis, prout vobis placuerit, con-
cedimus.

§. 5. Et insuper vos, vestraque beneficia, & offi-
cia Ecclesiastica quae unquam, quocumque, & qualia-
cumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque lo-
corum; Regnorum, & Provinciarum, necnon in
Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanae
Ecclesiae mediatae, vel immediate subjectis consisten-
tia, praedia, domos, possessiones, & bona patrimonialia,
aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac
se moventia, necnon actiones, & jura praesentia, & fu-
tura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturae, &
cujusvis, etiam annui valoris, fructus, redditus, & pro-
ventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quaecum-
que à vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum
vestrarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscum-
que decimis, & quartis, & dimidiis partibus, subsi-
diis etiam charitativis, necnon veltigalibus, portoriis,
tributis, datus, pedaggiis, collectis, & quocumque
alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, caeteris-
que oneribus, & contributionibus, tam urbanis,
quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus,
personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum
mercurii, & pontium, portarum, & moliturarum, &
mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, &
vestrae, etiam in aliud territorium, seu Provinciam,
terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum,
stabulationum militum, institutionis Seminarii Eccl-
siae, aut quacumque alia, quantumvis gravi, & gra-
vissima causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat
excepta) nunc, & pro tempore impositis, ita quod
vos, & quilibet vestrum nihil omnino horum, aut alio-
rum similium subire teneamini, nec per Camerae
Apostolicae, aut alios Commissarios, seu veltigalium
tributorum hujusmodi redemptores, conductores, &
exactores quocumque privilegio, exemptione, & facul-
tate suffultos, aliis quam ut praefertur, valeatis coartari
(quandiu servitius nostris institutis dumtaxat) eximi-
mus & liberamus.

§. 6. Ad haec vobiscum, & cum quolibet vestrum
respectivè, ut quae unquam duo dissimilia, vel simpli-
cia similia sub singulis tribus tectis quatuorcumque
trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut
aliarum, etiam Collegiarum Ecclesiarum consilien-
tia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut di-
gnitate, etiam majori, etiam ipalis, Canonice, & Prae-
benda, personatus, administratio, vel officium fue-
rit, & ad dignitatem, personatum, administracionem,
vel officium hujusmodi consueverit quis per electio-
nem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat
animarum, si alicui vestrum alias canonicè conferan-
tur, aut quisque vestrum eligatur, praesentetur, aut
aliàs assumatur ad illa, & instituantur in eis, recipere,
& dummodo illa omnia (uno excepto) personalem
resistentiam non requirant, insimul quoad vixeritis te-
tinere.

§. 7. Necnon etiam quamlibet Nobis interservitibus
tantum in beneficiis Ecclesiasticis, etiam curatis, non
tamen Parochialibus, nec curatis cura animarum Pa-
rochianorum, per vos pro tempore respectivè obten-
tis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio
personalem residentiam requirentibus, etiam si dignita-
tes in Cathedralibus, etiam Metropolitanis majores,
ac Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint,
personaliter residere non teneamini, nec ad id per loco-
rum Ordinarios, aut Ecclesiarum earundem Capitu-
la, seu quosvis alios ad residendum interim in illis in-
viti compelli possitis; omnesque & singulos vestrorum
beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proven-

*Notarius su-
praominu-
is privile-
gia subje-
quuntia
concedit.*

*Notarium
privilegiis
nam si ha-
bitum non
deferant,
immunitur.*

*Etiam in
secutione
inorum
ecclesiasti-
corum.*

*Exemptio
Decimis, &
alii impon-
sionibus*

Dispensa

*Necnon &
residentia
durante
servitio
pontif.*

vos durante servicio practico cum ea integritate (di-
stributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua
illos perceperitis, si in eisdem Ecclesiis, sive locis per-
sonaliter resideretis, percipere, exigere, & levare.

*Facultas
recipiendi
Ordines sa-
cro.*

§. 8. Ac interim, vel postmodum si volueritis hic in
Romana Curia, vel extra eam à quocumque, quem
malueritis Catholico Antistite gratiam & communio-
nem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligen-
dum, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines
aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festis diebus, etiam
extra tempora à jure statuta, proprii Ordinarii, aut cu-
jusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias
ad id idonei reperti fueritis, super quo Antistitis con-
scientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis
etiam in Altaris ministerio ministrare.

*Indultum
docendi le-
ges.*

§. 9. Necnon etiam si Presbyteri fueritis, ac dignita-
tes, & officia obtinueritis, leges, & jura civilia etiam
publicè in scholis, & Universitatibus studiorum gene-
ralium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigeli-
num ætatis annum non excederitis, audire, & si ha-
biles, & sufficienter reperti fueritis, etiam ad Docto-
ratus gradum in hujusmodi facultate vos promoveri fa-
cere, ipsaque jura etiam publicè docere, atque Judicis,
Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesia-
sticis civilibus tantum exercere libere, & licite possitis,
& valeatis, auctoritate, & tenore prædictis de speciali
dono gratiæ dispensamus.

*Licentia
gendi Con-
fessionem.*

§. 10. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum ali-
quem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presby-
terum sacentarem, vel cujusvis Ordinis regularem in
vestrum eligere Confessorem, qui virà cujuslibet ve-
strum comite vos, & quemlibet vestrum à quibusvis
excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa laicis, & per vos
incurtis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate
illaqueari contigerit, etiam si absolutio Nobis, & Suc-
cessoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore
existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat,
& quoruncumque votorum, & Ecclesie præcepto-
rum transgressionibus, homicidio casuali, manuum vio-
lentiarum in quavis personas etiam Ecclesiasticas (non
tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de
pæterito iniectionibus, seu consilii, vel favoris ad id
præstationibus, jejuniis omissionibus (non tamen
recitationis horarum Canoniarum, aliorumque Divi-
norum officiorum) & denique ab omnibus, & qui-
buscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excus-
sibus, ac delictis, quantumcumque gravibus, & enor-
mibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta me-
rito consulenda foret, videlicet à contentis in literis
die Cœnz Domini publicari consuetis, semel tantum
in vita, & mortis articulo, in reliquis verò dictæ Sedi
quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus
semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis
(sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostoli-
ca absolere, & vobis pro commissis poenitentiam in-
jungere salutarem, necnon vota quorumcumque (ultra-
marino, visitationis liminum Beatorum Apostolorum
Petri, & Pauli, castitatisque & religionis votis dum-
taxat exceptis) in alia pietatis opera commutare
valeat.

*Indultum
transfere-
di pensiones.*

§. 11. Vobisque vterius, & cuicumque vestrum re-
spectivè, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici
Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesia-
rum, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ,
tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos re-
spectivè coram Notario, & Testibus fide dignis eligen-
di, seu eligendæ, quascumque Pensiones annuas vobis
super Meniarum Abbatialium, seu Capitularium, ac
Episcopatum, & Archiepiscopatum, ac quoruncun-
que beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine
cura, secularium, & quorumvis Ordinum, & Militarum
regularium, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani
prædicti, quomodocumque, & qualiter, umque qualifi-
cationum fructibus, redditibus, proventus, juribus,

obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis,
seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura,
obventiones, distributiones, & emolumenta vobis
nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac re-
servanda, pro summa videlicet trecentorum ducatorum
auri de Camera quoad singulos vestrum, quoadcun-
que alicui vestrum respectivè placuerit, simul, vel suc-
cessivè, in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum
mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam
cassata, & extincta fuerint, alias similes Pensiones annu-
as super eisdem fructibus, redditibus, proventus,
juribus, obventionibus, distributionibus, & emolu-
mentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus,
jura, obventiones, distributiones & emolumenta hujus-
modi usque ad summam, & quantitatem prædictam
uni, vel pluribus aliis personis, etiam per vos nominan-
dis, etiam quæcumque, quocumque, & qualiacumque
beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus
Clericis, seu Clericali caractere insigniti volentibus,
etiam eis quoad vixerint, seu eorum procuratoribus ad
id speciale ab eis mandatum habentibus, eisdem modo,
& forma, quibus vobis assignata, & reservata, seu assi-
gnata, & concessa fuerint respectivè, etiam absque con-
sensu eadem Pensiones solvere debentium, etiam si illas,
vel illa alias cassari, & reservari de novo faciendi facul-
tatem non habueritis, ac Pensiones, & fructus, redditus,
proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emo-
lumenta hujusmodi, etiam pluries cassata, & de novo
assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem
prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationi-
bus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac
alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus,
privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obli-
gationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis
in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, &
contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis ve-
stris juribus, etiam quoad quasi possessionem exigen-
di, in qua tunc eritis, integrè perfolvendis, servata ta-
men formâ Constitut. sel. record. Urbani Papæ VII I.
prædecessoris nostri quoad excessum medietatis fru-
ctuum, reservare, constituere, & assignare valeant,
auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratiâ in-
dulgemus.

*Facultas
reservandi.*

§. 12. Necnon etiam vobis, ut de omnibus, & singu-
lis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, ac
jurisdictionibus, ceterisque bonis mobilibus, & im-
mobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarum
Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui
speciali earundem Ecclesiarum divino cultui, seu usui
deputata, sequæ moventibus cujuscumque qualitatis,
quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis exi-
stentibus, ac juribus, & actionibus ad vos ratione Ec-
clesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum,
quibus vos forsan præesse contigerit, necnon Mona-
steriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum,
& aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiastico-
rum, cum cura, & sine cura, secularium, & quorum-
vis Ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis con-
cessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum,
commendam, administrationem, ac alias quomodoli-
bet obtinueritis, obtinetis, & obtinebitis, ac fru-
ctuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum
loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum
super similibus fructibus, redditibus, & proventus
vobis reservatorum, & assignatarum, ac reservando-
rum, & assignandarum, quos, & quas perceperitis,
percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolu-
mentorum quorumcumque Romanæ Curie officio-
rum, & alias quomodolibet spectantibus, & perti-
nentibus, ac etiam de dictis proventus, fructibus,
reddibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, &
cuiuslibet vestrum indultis, & labore quomodoli-
bet, & undecumque, licite tamen, acquisitis, & acqui-
rendis ac aliis etiam de muneribus, & officiis, quæ exer-
cueritis, & vos exercere contigerit, & alia quavis occa-
sione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis,
&

de perventurib, etiam in pecunia numerata, & loca-
libus, gemis, aliisque pretiosioribus rebus consistam,
tam in dicta Curia, quam extra eam, ubique locorum,
etiam penes beneficia ipsa existentibus (quorum om-
nium qualitates, & veros, etiam annuos valores,
etiam si talia forent, quae generali appellatione bono-
rum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus
indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificè, &
figillatim exprimerentur, & denominarentur, pro suffi-
cienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque
ad summam sex millium ducatorum auri de Camera,
ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & proventi-
bus, & pensionibus debitis, & debendis (servata ta-
men forma Constitutionum Apostolicarum jam edita-
rum, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus
inexactis) etiam cum quibusvis aliis simili-
bus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis,
tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus,
quam etiam pro remuneracione illorum, qui vobis
viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac
in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quo-
rumcunque piorum locorum favorem, & usum, ac
aliis pro arbitrio, & voluntate vestris, & cuiuscumque
vestrum absolutis testati, & testamento, codicillis, fi-
deicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos,
quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, &
titulis, scriptura etiam minus solenni coram duobus,
vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola manu vestra
scripta, vel subscripta, & aliis in omnibus, & per om-
nia, prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam
in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta
mentionem praesentis, vel aliarum vobis pro tempore
concessarum similitum facultatum, aut quod in vim il-
larum testari, seu disponere velitis, & intendatis, se-
mel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, &
ordinare, ita ut quicquid testatum, gestum, aut ordina-
tum, seu aliis dispositum à vobis fuerit, etiam in vim
simplicis distributionis, ac aliis omni meliori modo va-
leat, & servari debeatur, ipsaque testamenta, codicillos,
dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac
toties quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac
etiam in totum revocare, & alia de novo condere li-
berè, & licitè valeatis, auctoritate Apostolica earum-
dem tenore praesentium plenam, & liberam concedimus
facultatem.

§. 13. Et insuper statuimus, & ordinamus, vobis
que indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla,
vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum
redditu, & proventuum praedictorum dispositione
in dicta Curia, vel extra eam, tam continua, quam
interpolata inibi cuiuscumque vestrum respectivè mansio-
ne, ac etiam extra beneficia vestra, vel alia loca debi-
ta à vobis residentiae personalis, etiam nulla subsisten-
te causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bo-
na, res, & jura etiam, ut praesertim, qualificata, necnon
spolia cuiuscumque quantitatis, & valoris existentia,
etiam ex praedictis, & aliis undecumque provnien-
tia, ad Camera Apostolicam, seu in dictis beneficiis
successores non pertineant, sed ad heredes vestri san-
guinis integrè deveniant, & illis deficientibus inter fa-
miliales vestros arbitrio personae, seu personarum, quas
ad id scripto nominaveritis, distribuatur, nisi de alia
dispositione, vel intentione vestra, scriptura, etiam
minus solenni, secus apparet, quam tunc velut effica-
cem ipsa personae, vel alii Iudices, seu Exequutores
omnino exequi, & adimplere, illique sese conformare
in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus
quacumque huiusmodi testamenta, legata, donationes,
dispositiones, & alia forsitan à vobis etiam nulla, aut
minus sufficiente facultate suffultis, de huiusmodi bo-
nis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, joca-
libus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem con-
sanguineorum, & affinium praedictorum, & aliis quo-
modolibet facta, cum omnibus inde sequitis, ac etiam
ea, quae per vos in futurum fient, ex nunc prout ex-
tunc, & contra pro dicta summa sex millium ducato-

plenam
defe-

rum approbamus, & confirmamus, omnesque & lingu-
los juris, & facti, ac solemnitate omittimus, & omit-
tendarum necnon substantiales, aliisque defectus quocumque,
si qui inter venerint, aut interveperunt in eis-
dem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, spe-
cificalia, & expressa de illis mentio praesentibus habenda
esset, supplementis.

§. 14. Districtius inhibentes quibusvis Archiepisco-
pis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Praelatis, necnon
Camerae praedictae Praesidentibus, & Clericis, ac eo-
rum, necnon fabricae Basilicæ Principis Apostolorum
de Urbe, ac Cruciatæ sanctæ, & aliis Collectoribus,
& Subcollectoribus, ceterisque cuiuscumque dignita-
tis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam
quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub ex-
communicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & poenis, ne Universitates, Collegia, ac
loca, & legatarios, heredes, & personas, necnon testa-
mentorum, voluntatum, & ordinationum huiusmodi
Exequutores praedictos directè, vel indirectè quovis
modo, vel perturbare.

§. 15. Ac decernentes praedicta omnia, & singula,
praesentibus literas, & testamenta, donationes, codi-
cillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogato-
nes, dispositiones, & alia quacumque, necnon
quae in praemissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam
vigore praesentis, quam etiam aliarum concessionum
vobis factarum, ac deinceps in genere, & in specie fa-
ciendarum, cum inde sequitis, & sequuturis, etiam si
vos intra Curiam, aut in quacumque alia Mundi parte
extra Ecclesias, & beneficia personalem residentiam re-
quirentia qualitercumque qualificata per vos nunc, &
pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate,
& nulla subsistente causa non residendi, ab humanis
decedere contigerit, sub literis rec. mem. Pii P. P. IV.
praecessoris nostri contra quoscumque Episcopos,
Archiepiscopos, & alios Praelatos, ne non Parochia-
lium Ecclesiarum Rectores, ceterosque residentiae per-
sonali praedictae adstrictos extra illam quomodocumque
decedentes, septimo Kalend. Decemb. Pontificatus
sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, &
sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revoca-
tionibus, suspensionibus, limitationibus, modifica-
tionibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Can-
cellariae Apostolicae regulis ex quibuscumque causis,
quantumcunque maximis, urgentibus, & inexcogita-
bilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus au-
gmentum, ac consistorialiter, etiam à Nobis, & Sede
praedicta haecenus, vel nunc, & pro tempore factis,
& editis minime comprehendere, sed semper ab illis ex-
cepta, & quoties emanata fuerint, toties in praesentium,
& validissimum statum, & etiam sub data posteriori,
etiam cum derogationibus, & clausulis etiam derogato-
riarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decre-
tis per vos eligenda apponendis, & latissimè specifi-
candis reposita, restituta, & plenariè reintegrata, ac
de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon
perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, &
omnes effectus, qui de jure, stylo, consuetudine, aut
aliis quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri,
legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacia contra-
ctus inter vos ex una, ac Nos, & Camera praedi-
ctam ex altera partibus habere, nec etiam per promo-
tionem ad Ecclesiam Cathedralè, etiam Metropoli-
tanam, aut translationem, vel aliam status, & perso-
nae vestrae mutationem, nec per similes, vel dissimiles
gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed
ipsis cumulatè in omnibus, & per omnia uti, & si
quid in una ex facultatibus huiusmodi defecerit, per
aliam suppleri debere, nec heredes, legatarios, ac loca,
ad quos, seu quas, bona, jura, & actiones huiusmodi
devenierint, vel quibus relinquuntur, aut Exequutores
praedictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam
etiam ex nunc vobis, ac locis, heredibus, legatariis,
ac donatariis praedictis liberaliter concedimus, & dona-

Inhibito
contra
fideles

Clausula
praesertim
va.

mus, Camere, vel fabricæ, aut beneficia prædicta, etiam pro expeditione contra infideles, & quibusvis aliis quantumlibet p̄is usibus solvendum, ac cum iis defuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, siue indultum, aut confirmationem præsentium à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodo cunque concedenda, de præsentibus mentionem aliquam faciendam bilatere teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi possit.

*Clausula
sublata.*

§. 16. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & eisdem S. R. E. Cardinales, nec non pro tempore existentes dictæ Camere Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & impetrandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desinit debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Executores
deputati.*

§. 17. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Olliensis & Portuensis Cardinalibus Episcopis, & dilecto filio Curie causarum Camere Apostolicæ generali auditori, per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se, vel aliam, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra defuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem presentes literas, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permitteat vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earundem presentium tenorem, quomodolibet indebitè molestari, inquietari, vel perturbari, Contradiçtores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque oportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

*Contrariis
derogati.*

§. 18. Non obstantibus præmissis, ac pia mem. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris pariter nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore presentium ad iudicium non trahatur, nec non Lateranensis Concilii novissimè celebrati de certo Notariorum numero etiam ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc aliàs derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam per Nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hæctenus observato, ac rec. mem. Alexandri PP. VI. etiam prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camere prædictæ debent inter alia disponere, nec non eisdem Bonifacii PP. VIII. per quam concessiones fructus in absentia percipiendi sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac Pii PP. IV. prædecessoris pariter nostri de gratis qualescumque interesse Camere Apostolicæ concernentibus in dicta Camera mera intra certum tunc expressum tempus presentandi, & registrandi, ita quod presentes in eadem Camera nullo unquam tempore registrare teneantur, ac similibus rec. Urbani PP. VIII. etiam prædecessoris nostri de pensionibus aliàs translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives Originarii creati existitis, & quorumvis Ecclesiasticarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalium præ-

dictorum, nec non quorumvis Collegiorum & Officialium dictæ Curie, & Regnorum, Provinciarum, & Urbium, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac Camere prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliàs quomodolibet concessis utendo vos, per vos, vel procuratores vestros præstiteritis forsitan hæctenus, vel vos in posterum præstare contigerit iuramentum; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seu Administratoribus, & Superioribus, ac Magistris, Pæceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antians, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque prædictis, illorum Communitatibus, & Universitatibus, aliisque personis, etiam particularibus, nec non Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curie Officialibus; illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagogiorum, gabelarum, & onerum Exactoribus, & Appaltatoribus, & aliorum onerum redemptoribus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, & de eorundem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum principum instantiam, seu illorum contemplatione, in genere, vel in specie, ac aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis, stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filii conferantur quodque nonnullarum Ecclesiasticarum beneficiorum, nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut aliàs certo modo in illis expresso qualificados obtineri non possint, & nulli Civis Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum huiusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona, etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possederint, quodque preceptoris, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis, tam ex eius institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione, pensionibus Clericis secularibus, & aliis personis etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissimæ extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogatoriis derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possint, nec derogatum censeatur, nisi derogatio huiusmodi de consilio Cardinalium eorundem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, hincque literæ derogationis huiusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfate conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis presentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fiunt, etiam de simili consilio derogationibus sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo, quodque ipsi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagias, & onera huiusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanentis, hac vice duntaxat in genere

CLEMENS DECIMUS.

509

in specie ad effectum presentium sufficienter, & expressè derogamus, ac derogatum esse decernimus: Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum si...

§. 19. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis ut supra facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede prædicta propostos expressè emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneamini: Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem professus fides ubique adhibeatur in judicio, & extra quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. 1. 26. Aug.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 26. Augusti 1670. Pontificatus Nostri anno primo.

XVI.

Ampliatio Indulgentiarum Abbreviatoribus litterarum Apostolicarum Majoris Præsentie à sancto. mem. Urbano. VIII. concessorum

Acta A.D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Præmium.

Redite Nobis divinius dispensationis ratio postulat, ut illos, qui laudabilem in gravibus nostris, & Apostolicæ Sedis ministeriis operam impendunt, peculiari paternæ charitatis affectu prosequentes, gratias, & privilegia eis in præmium laborum suorum à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris prudenti liberalitate concessa uberiori benignitate ampliemus, sicut eorum meritis convenire arbitramur.

Altum...

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster tunc, & pro tempore existentibus Abbreviatoribus litterarum Apostolicarum majoris presentie in Cancellaria Apostolica perpetuo concessit, & indulgit, ut ipsi & eorum singuli pensiones annuas Apostolica auctoritate eis super quibusvis fructibus Ecclesiasticis reservatas, & pro tempore reservandas, usque ad summam centum ducatorum auri de Camera ad favorem unius, seu plurium personarum Ecclesiasticarum, seu Clericorum, ac aliarum pensionum hujusmodi capax, etiam in mortis articulo coram Notario, & Testibus, ac cum alicujus Prælati, seu personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ interventu, dummodo tempore eorum obitus officia Abbreviatorum dictarum litterarum adhuc obtinerent, transferre, necnon in Oratoriis, seu Capellis in eorum ædificiis bene ac decenter constructis, ac rebus omnibus ad Missæ sacrificium requisitis intrudis, & ab omnibus domesticis usibus liberis, Missam per se ipsos celebrare, seu per alium quencumque Presbyterum secularium, vel cujusvis Ordinis regularem ab Ordinario approbandum, quandiu tamen officia hujusmodi obtinerent, non autem illis dimissis, celebrari facere; necnon dimissis officiis hujusmodi habitum Prælatorum Romanæ Curie coloris violacei perinde ac si sua Abbreviatorum officia adhuc retinerent, quandiu viverent, dummodo tamen per decennium officia hujusmodi obtinuissent, etiam si illa elapso decennio dimississent, & non aliter, deferre liberè, & licitè valerent, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris litteris sub plumbo desuper anno Incarnationis Dominicæ 1624. tertio decimo Kalend. Aprilis expeditis litteris, quarum tenorem presentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Bullarii Magni Tom. V.

§. 2. Nunc autem Nos ad præclara dilectorum filiorum modernorum Abbreviatorum litterarum Apostolicarum majoris Præsentie hujusmodi merita paternè dirigentes considerationis intuitum, ac benignè perpendentes quantum ex eorum Collegio Romanæ Curie decoris, quantumve ex sedulo illorum labore Ecclesiæ Catholicæ proveniat utilitas, eoque proinde, ac illorum successores, ut eorum alacritas fidem operam, industriam, atque sedulitatem in hujus Sanctæ Sedis obsequium adhibere studeant, ampliori favore gratiæ prosequi volentes, & ipsorum modernorum Abbreviatorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatis existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & mera liberalitate nostris de jure Apostolicæ potestatis plenitudine prædictis modernis & pro tempore existentibus litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus majoris Præsentie in Cancellaria prædicta, ut ipsi dimissis Abbreviatorum hujusmodi officiis dummodo tamen illa per quinquennium exercuisse, seu obtinuissent reperiantur, facultate transferendi pensiones annuas usque ad summam centum ducatorum auri de Camera, ac licentia celebrandi, seu celebrari faciendi Missas in privatis eorum Oratoriis, seu Capellis à memorato Urbano Prædecessore per suas litteras prædictas, ut præfertur, concessit uti, frui, & gaudere, necnon habitum Prælatium violacei coloris hujusmodi deferre, & gestare liberè pariter, & licitè possint, & valeant in omnibus & per omnia perinde, ac si eorum officia Abbreviatorum hujusmodi adhuc obtinerent, & usque ad eorum obitum retinerent, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Innovat, confirmat prout in rub.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vitio, seu intentionis nostræ, aut intereße habentium consensu, aliòve quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, seu ad terminos juris reduci, aut in controversiam revocari, aut adversus illas appellationis oris, restitutionis in integrum, aliòve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se jurare posse: Neque ipsas præsentibus litteras sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam, per Nos, vel Romanos Pontifices successores nostros, & Sedem prædictam in genere, vel in specie, aut alià quomodolibet, & quodcumque faciendis comprehendere, vel comprehensas censeatur, sed semper ab illis exceptis, & quoties illæ emanabunt, toties in perpetuum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegras, ac etiam de novo sub quacumque posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit eligenda concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectant, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Clusulas præservatas apponit.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, aliosve quoslibet quacumque præminentiam, & potestatem fungentes, & functuros, sub acta eis, & eorum militibus quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritans apponit.

Executores deputati.

§ 5. Quocirca dilectis filiis nostris & ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Vicecancellario, & Causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios eandem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Praedictorum Abbreviatorum; seu alicujus eorum, vel aliorum interesse in praemissis pro tempore habentium desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsas praesentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, ipsosque modernos, & pro tempore existentes Abbreviatores: & alios, quos eadem litterae concernere, in futurum praesentium litterarum, & in eis contentorum eorundem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos, seu eorum quempiam desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, inquietari, vel impediti: Contradiutores quoslibet & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, atque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Contrariis derogatio.

§ 6. Non obstantibus quoad ea quae praesentibus adversantur, supradictis Urbani praedecessoris litteris, necnon omnibus, & singulis illis, quae in eis contenta sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 1.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Nomina Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Abbreviatorum, sunt qua sequuntur.

- R. P. D. Nicolaus Oregius de S. Sophia Decanus Protegens, admissus 3. Decembris 1644.
- R. P. D. Ioannes Augustinus Vincentinus Reatinus, admissus 20. Januarii. 1656.
- R. P. D. Ludovicus Arbona Mediolanensis, admissus 22. Aprilis 1659.
- R. P. D. Petrus Alberinus Romanus S. Consultor Ponenis, admissus 20. Aprilis 1660.
- R. P. D. Joannes Bussius Romanus S. Congregationis Avenionensis Votans, & Sac. Congreg. Aquarum Secretarius, admissus 11. Aprilis 1661.
- R. P. D. Franciscus Filicaia Florentinus, admissus 30. Maii 1661.
- R. P. D. Joannes Dominicus Thomas Pedemontanus, admissus 23. Decembris 1665.
- R. P. D. Jacobus Lombardus Ferrariensis, admissus 29. Decembris. 1665.
- R. P. D. Felix à S. Petro Romanus Protonotarius Apostolicus de numero Participantium, admissus 28. Junii 1668.
- R. P. D. Dominicus Paraecianus Romanus, admissus 17. Maii 1670.
- R. P. D. Ioannes Franciscus Rota Cremonensis, admissus 19. Junii 1668.
- R. P. D. Joannes Baptista de Silva Mediolanensis, admissus 28. Junii 1670.

Confirmatio, & extensio litterarum Greg. XIII. & Urbani VIII. de Monachis Ordinis S. Benedicti ad favores Principum, & aliorum pro assequendis Praelaturis, Dignitatibus, & aliis officiis recurrentibus.

XVII.

Consimilem materiam habes supra in Cass. 258. Quoniam, Urbani VIII. & Const. 3. Alias, Alexand. VII. & Const. 31. Exponit, & Const. 46. hujus Pont.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1670.

Ecclesiae Catholicae regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione praesidentes, illa, quae à Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, ad recedendam, & excludendam à Religiosis viris, quos in humilitatis spiritu Deo servire decet, ambitiosam honorum, & dignitatum cupiditatem pie, prudenter, & constituta esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter constabiliimus, novisque praesidiis, ut serventur exactius, corroboramus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Greg. Papa XIII. Praedecessor noster, per quasdam suas in summi forma Brevis die 17. Aprilis 1574. expeditas literas inter alias omnes, & singulos Monachos Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedicti, cujuscumque aetatis gradus, conditionis, praesistentiae, & litteraturae existentes, & quacumque dignitate praefulgentes, qui ad Praelaturas, & alia officia dictae Congregationis assequenda intenti, ad Principum, & Praelatorum de gremio dictae Congregationis non existentium favores recurrerent, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliisque viis, directè, vel indirectè, palam, vel occultè, ad dignitates, seu officia in Congregatione praefata obtinenda aspiravissent, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quaesivissent, illorumque complices, & fautores ad quascumque Praelaturas, Dignitates, & officia spiritualia, vel temporalia, & praesertim in ipsa Congregatione obtenta, & obtinenda, perpetuè inhabiles declaravit, ac obtentis Praelaturis, Dignitatibus, Administrationibus, vel officiis eo ipso privavit, ac privatos voce tum activa, tum passiva cedere decrevit, & declaravit.

§. 2. Et in virtute sanctae obediendae, ac sub excommunicationis latae sententiae poena, omnibus dictae Congregationis Monachis, qui pro tempore regimini ejusdem Congregationis deputati essent, praecipit, districteque mandavit, ne aliquos precibus, literis, vel favoribus Principum, vel Praelatorum, aut aliorum extra dictam gremium existentium adducti, ad cujusvis generis Praelaturas, Dignitates, Officia, Administrationes & gradus promoveri praesumerent: Imò promovendorum meritis, & virtutibus tantum inspectis, quod Dei causam agerent, memores essent, quo magis puro, & sincero corde nulla privata, aut mundana affectione commoti, in electionum negotio procederent: Decernens electiones, & promotiones ad Monasteria sic literis, aut aliis favoribus Principum, & Praelatorum, vel aliorum extra gremium, ut praefertur, existentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus injustè, ac indebitè extortas, nullas, invalidasque esse, & adversus eos, qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monasteria, vel Prioratus, aut alia officia se eligi, aut assumi obtinuisse, per ejusdem Congregationis Superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, eos condignis poenis, tanquam publicae dictae congregationis quietis perturbatores affici posse & debere.

§. 3. Et

CLEMENS DECIMUS.

511

§. 3. Et subinde eod. mem. Urbanus Papa VIII. etiam Prædecessor noster, per quasdam suas pariter in forma Brevis literas, die 1. Maii 1638, emanatas, præfatas Gregorii Prædecessoris literas, toto illarum tenore inserto, cum omnibus, & singulis in eis contentis, Apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit, ac quatenus opus esset, innovavit. Necnon omnibus, & singulis quorumcunque Monasteriorum dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, quomodolibet nuncupatis, tunc & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obediendi, ac sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna præcepit, & mandavit, ne ad instantiam, preces, & requisitionem quarumcunque personarum, tam Læicarum, quam Ecclesiasticarum extra gremium dictæ Congregationis consistorium, etiam Cardinalatus honore, & quacunque Seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, quovis dictæ Congregationis Monachos, ad cuiusvis generis Rectorias, Vicariatus, Administrationes, & officia quæcumque, tam spiritualia, quam temporalia singulorum Monasteriorum deputare præsumerent, eosdemque dictæ Congregationis Monachos, quovis conditionis, gradus, conditionis, præminentie, & literaturæ existerent, & quacunque dignitate præfulgerent, qui tam ad Prælatas, dignitates, gradus, & alia officia à Prælati pro tempore Regimini dictæ Congregationis deputatis assequenda, quam etiam ad Rectorias, Vicariatus, Administrationes, & alia officia quæcumque, tam spiritualia, quam temporalia à Prælati, & Superioribus singulorum Monasteriorum impetranda, ad prædictarum personarum Principum, & Prælatorum de gremio Congregationis præfate non existentium favores per se, vel interpositam personam, directè, vel indirectè, occultè, vel palam, aut aliis quomodolibet recurrerent, vel ad Prælatas, dignitates, Administrationes, & alia huiusmodi dictæ Congregationis, & Monasteriorum officia aspiravissent, vel aliis minus legitimis & honestis rationibus ea obtinere conati fuissent, prædictas excommunicationis lætæ sententiæ, aliisque inhabilitatis, & privationis pœnas, in præfatis Gregorii Prædecessoris literis contra similia perpetrantes comminatas eo ipso incurere, & incurrisse decrevit, & declaravit.

§. 4. Voluitque ipse Urbanus Prædecessor, easdem literas suas in generali dictæ Congregationis Capitulo singulis annis publicè legi, illasque in dicto Capitulo lectas, sic archare, ac si legitimè unicuique personaliter intimatæ fuissent, & aliis pro ut in præfatis Gregorii, & Urbani Prædecessorum literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, ubertius continetur.

§. 5. Cum autem, sicut pro parte Directorum filiorum Monachorum præfate Congregationis Cassinensis Nobis nuper expositum fuit, licèt præmissa à memoratis Gregorio, & Urbano Prædecessoribus, saluberrimo fuerint constituta, & Ordinata consilio, illa nihilominus quorundam ambitione, & que honorum cupiditate non ita exactè, & accuratè, ut par est, in eadem Congregatione servantur: Hinc est quod Nos considerantes, quod nemo debet sibi assumere honorem nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, & proinde prædictam Congregationem penitus excludere cupientes, ut prædicta Congregatio ipsa præclara semper humilitatis religiose laude floreat, illi que munera, non mendicatis studiis procurantur, sed à vitis vitæ sanctitate, & virtutibus conspicuis obedienter suscipiantur, & humiliter administrantur, ac dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dimittantur

consequendam harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnibus, & singula præmissa à præfatis Gregorio, & Urbano Prædecessoribus constituta, ordinata, decreta, & declarata, ut præfertur, & quatenus illa concernunt prædictas eorumdem Prædecessorum literas, auctoritate prædicta, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit, innovamus, & de novo constituiimus, ordinamus, decernimus, & declaramus. Illaque omnia & singula inviolabiliter, & inconculsè in præfata Congregatione perpetuè servari mandamus, & præcipimus.

§. 6. Volentes, & eadem auctoritate decernentes, easdem præfatas literas perpetuè futuris temporibus legi publicè quolibet anno in Refectorio uniuscujusque Monasterii dictæ Congregationis, nempe proxima post festum Sancti Benedicti, & Dominica itidem proxime subsequenti post festum Sancti Placidi, Ordinis ejusdem Sancti Benedicti, publicè legi, illasque semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scilicet, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ præfatis Gregorius, & Urbanus Prædecessores in literis prædictis respectivè voluerunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Cæterum volumus pariter, ut earumdem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu Scribæ Capituli Generalis dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præfatis ejusdem Congregationis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem porsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Septembris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

Statutum in quo declaratur, omnes generaliter Montis debiores in forma Camerae esse obligatos, & tanquam tales ad eadem Monti satisfaciendum teneri.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Æquitatis, & Justitiæ ratio exigit, & plurimæ quæ ex Monte Pietatis de Urbe in publicum assidue proventur utilitates suadent, ut illius indemnitati quantum cum Domino possimus, consulere studeamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Provisores, & Deputati dicti Montis, quod ex dispositione quarundam fil. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædecessoris nostri bona dicti Montis ad favorem illorum, qui pecunias in Banco ipsius Montis deponunt pro restitutione depositorum efficaciter obligata sunt perinde, ac si cum unoquoque Cameralis obligatio intercessisset. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, interdum eveniat, ut Montis prædicti debitores remaneant aliqui privati, ac etiam nonnulla loca pia, æquum verò videatur illos, & illa ad satisfaciendum eidem Monti pari Cameralis obligationis vinculo adstringi: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut ipsi Monti in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dimittantur

Bin in auctis legi publicè præsentibus jubet.

Contrariis derogat.

Transumptorum fides.

D. P. A. 1. die 9. Sept.

XVIIII.

Edita A. D. 1670.

Procurator.

Causa huiusmodi.

Declarat ut rubrica.

CLEMENS DECIMUS.

§ 1.2

ribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singula...

Declaratur Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. circa Reformationem Ordinis Cisterciensis...

Quid statuerit Alexand. VII. Habes supra Constit. 114. Nuper, & Constit. 110. Alias, ubi ad materiam Reformationis hujusmodi videre poteris.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

§ 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbates Monasteriorum Germaniae, Poloniae, Helvetiae, Belgii, Patriae Leodiensis, & Hispaniae...

§ 2. Clemens Papa IX. etiam Praedecessor noster per quosdam suas itidem in forma Brevis, die 20. Decembris 1667. emanatas literas...

§ 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, haec dispositio tam Abbates praefatos, qui minorem Religiosorum numerum habent, quam Novitios, qui stabilitatem in illis minoribus Monasteriis servant, multum gravet...

§ 4. Nos igitur ipsos Abbates specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supra expressum statutum, seu Ordinationem dicti Alexandri Praedecessoris nostri non afficere, nec obligare Monasteria

Decretum irritum.

Claufula sublata.

Contrariis derogat.

Transumptum si dei.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno D. P. A. 1. 10 Piscatoris die 17. Octobris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

XIX

Edita 1670.

Tenore visus 1711.

Clem. concessit.

Declar. in rub.

• CLEMENS DECIMUS. 373

Monasteria Ordinis præfati, in quibus Monachi perpetuam promittunt stabilitatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus.

Clauſula præſeruationis.

§. 5. Docernentes easdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaciſſimas exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffimè ſuffragari: Sicque in præmiſſis per quofcumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiendi debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio præſentium.

§. 6. Non obſtantibus præfati Alexandri, & Clementis Prædeceſſorum literis, aliſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Transumptio fidei.

§. 7. Volumus autem, ut ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem proſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. A. I. die 3. Octob.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub Anulo Piſcatoris, die 3. Octobris 1670. Pontificatus Noſtri Anno primo.

xx. **Conceſſio Privilegiorum pro ſuis Capellanis communibus.**

Similia privilegia conceſſit Innoc. X. Conſt. 21. & Clemens IX. Conſt. 25. Grata.

Edita A.D. 1670.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Præmiſſum.

GRata familiaritatis obſequia, quæ dilecti filii Michaelis Angelus Lualdus Romanus, Canonicus ſecularis, & Collegiæ Eccleſiæ S. Marci de Urbe, Paulus Branconius Romanus, Barnabas Bernardus Reatinus, Carolus Jacobellus Verulanus, Vincentius Divinus Civitatis Caſtelli, & Philippus Baldaſinus Aſinus reſpectivè Civitatum, vel Dioceſum Preſbyteri, moderni Capellæ noſtræ Pontificiæ Capellani, familiares noſtri, Nobis, & Apoſtolice Sedi hætenus impenderunt, & adhuc ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtunt, necnon vitæ, ac morum honeſtas, alique laudabilia locorum, Regionum, Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Eccleſiæ mediata, vel immediata ſubjectis conſiſtentia, prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, alique temporalia mobilia, & immobilia, & ſe moventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura, cujuſcumque qualitatibus, & naturæ, & cujuſvis, etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque ſuarum uſibus emenda, ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimidii partibus, ſubſidiis, etiam charitativis, necnon veſtigialibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tam Urbanis, quam ruſticis, Ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum, & portuum, portarum, & molinarum, & mercium cujuſcumque generis tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, ſeu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum militum, inſtitutionis Seminarii eccleſiaſtici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & graviffima cauſa (pro ſubventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore ipſo impoſitis: ita quod illi, & omnibus eorum nihil omnino horum, aut aliorum ſimilium abſque tenentur, nec per Curiam Apoſtolicam, aut alios Com-

Nobiles, & ceteri.

millarios, ſeu veſtigialium, & tributorum huiusmodi reddantur.

ejuſdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aula Comitum, ac Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Oppidorum prædictorum reſerimus, & conſcribimus.

§. 2. Ipſique, etiamſi habitum, & Roborem Notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranenſis Concilii noviffimè celebrati non deferant, aut Civitates hujusmodi non incoluerint, nec unquam in eadem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indulgiis, quibus cæteri omnes Notarii noſtri, etiam de numero participantium, necnon Comites, & Nobiles, ac Cives originarii, etiam in dignitatum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, & ſecularium, etiam ex perſonis Romanorum originariorum vacantium aſſecutione, & exercitio, tam in Urbe, quam Civitatibus prædictis, ac aliis ubique locorum, & gentium, necnon ſeſſionum, & conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariſormiter, & æquè principaliter, ac ſi privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulgentia pro ipſis emanafſent (citra tamen exemptiones à Concilio Tridentino ſublatas, ita ut nedum quoad criminalia, ſed etiam quoad civilia ſubſeant Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac Notarios, ſeu Tabelliones creandi, alique hujusmodi privilegia à Notariis Sedis Apoſtolice, & Comitibus Palatinis prætenſa, ita ut illis ſupramemorati Capellani familiares noſtri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane exiſtat, ſi ſecus ſuper his à quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & ſingulis Apoſtolicis, aliſque literis, inſtrumentis, & ſcripturis publicis, & privatis deinceps eorum nomine conſciendis ſeſe Notarios, Comites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos, necnon Romanæ, & aliarum Civitatum Cives, ut liberit, inſcribere, & ſe illis ſubſcribere valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Nobilibus, & Civibus habeantur, nihilque qualecumque illud fuerit, cum iis expreſſionibus ſubreptitium, obreptitium, aut invalidum, ſed illud idem effectum in omnibus, & per omnia cenſeatur, concedimus, & indulgemus.

Ipsiſque privilegiis etiamſi habitum non deferant.

Exemptio à Decimis & aliis impoſitionibus.

§. 3. Et inſuper illos, eorumque beneficia, & officia Eccleſiaſtica, quæcumque, quotcumque, & qualicumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regionum, Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & locis eidem Romanæ Eccleſiæ mediata, vel immediata ſubjectis conſiſtentia, prædia, domos, poſſeſſiones, & bona patrimonialia, alique temporalia mobilia, & immobilia, & ſe moventia, necnon actiones, & jura præſentia, & futura, cujuſcumque qualitatibus, & naturæ, & cujuſvis, etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi ſint, vel fuerint, ac etiam quæcumque ab illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque ſuarum uſibus emenda, ab omnibus, & quibuſcumque decimis, quartis, & dimidii partibus, ſubſidiis, etiam charitativis, necnon veſtigialibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæteriſque oneribus, & contributionibus, tam Urbanis, quam ruſticis, Ordinariis, & extraordinariis, realibus, perſonalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum, & portuum, portarum, & molinarum, & mercium cujuſcumque generis tranſitus, ſeu paſſus, & vecturæ, etiam in aliud territorium, ſeu Provinciam, terra, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, ſtabulationum militum, inſtitutionis Seminarii eccleſiaſtici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & graviffima cauſa (pro ſubventione contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore ipſo impoſitis: ita quod illi, & omnibus eorum nihil omnino horum, aut aliorum ſimilium abſque tenentur, nec per Curiam Apoſtolicam, aut alios Com-

CLEMENS DECIMUS.

...conductores, & exadegres quocumque... exemptione, & facultate suffragos, aliis... praejudicio) praedicta auctoritate Apostolica absolvo...

§. 4. Ad haec cum eisdem, ut quocumque duo... similia, vel simplicia similia sub singulis... quorumcumque trium Cathedralium, etiam Me...

etiam unum ex illis omnibus cum cura, aut digni-... tas, etiam major, & principalis, Canonatus, & Prae-... beneda, personatus, administratio, vel officium fuerit...

§. Necnon etiam Presbyteri fuerint, ac dignita-... tes, & officia obtinuerint, leges, & jura civilia... etiam publice in Scholis, & Universitatibus studiorum...

§. 6. Liceat quoque ipsis, & eorum singulis aliquem... idoneum, & ab Ordinario loci approbatum Presbyte-... rum saecularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in...

Indultum... transferendi pensionum

§. 7. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, ut qui-... cumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolita-... norum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut...

Indultum... transferendi pensionum

Facultas... audiendi

Indultum docendi leges.

Licentia eligendi Confessorium.

CLEMENS DECIMUS.

tibus eis reservatarum, & assignatarum, ac reservan-
 dorum, & assignandarum, quos, & quas perceperint,
 percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolu-
 mentorum quoruncunque Romanæ Curie officio-
 rum, ac alias quomodolibet spectantibus, & pertinen-
 tibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, pro-
 ventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum indu-
 stria, & labore quomodolibet, & undecunque, licite
 tamen acquisitis, & acquirendis, ac alias etiam de mu-
 neribus, & officiis, quæ exercuerint, ac eos exercere
 contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu
 contemplatione ad eosdem perventis, & perventuris,
 etiam si in pecunia numerata, ac jocalibus, gemmis,
 aliisque pretiosis rebus consistant, tam in dicta
 Curia, quam extra eam, ubique locorum, etiam pe-
 nes beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qua-
 litates, & veros annuos valores, etiam si talia forent,
 quæ in generali appellatione bonorum, & supellecti-
 lium non venirent, sed specialibus indigerent vocabu-
 lis, presentibus, ac si specificè, & sigillatim exprime-
 rentur, & denotarentur, pro sufficienter expressis, ac
 declaratis haberi volumus, ac etiam de ipsis proventi-
 bus, ac pensionibus debitis, ac debendis, ac nondum
 perceptis, & exactis, etiam si eorum solutionis, aut
 perceptio terminus nondum advenierit, pro illa ra-
 ta, quæ illis debita erit, Constitutione declaratoria su-
 per fructibus, & pecuniis non exactis, quæ forsitan ad
 successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere de-
 beant, non obitante, etiam accumulativè cum quibus-
 vis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habi-
 tis, & habendis usque ad summam ducentorum ducato-
 rum auri similium duntaxat, tam pro decentibus, &
 honestis impensis funebribus, quam etiam pro remun-
 eratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam
 ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguinedu-
 rum, & affinitum, ac quoruncunque piorum locorum
 favorem, & usum, & alias pro eorum arbitrio, & vo-
 luntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, si-
 deicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos,
 quam causa mortis, & aliis quibuscunque modis, & ti-
 tulis, scriptura etiam minus solemnè, etiam coram duo-
 bus, vel tribus Testibus, aut etiam cedula sola eorum
 manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, &
 per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur,
 etiam in ipsa Curia (non tamen extra residentiam)
 etiam in mortis articulo, & non facta mentione presentis,
 vel aliarum eis pro tempore concessarum similium fa-
 cultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere
 velint, & intendunt, semel, atque iterum, & pluries dis-
 ponere, statuere, & Ordinare, ita ut quicquid testatum,
 gestum, aut Ordinum, seu alias ab ipsis dispositum
 fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni-
 meliori modo valeat, & servari omnino debeat, ipsaque
 testamenta, codicillos, dispositiones, Ordinationes, dona-
 tiones, legata, & statuta, etiam pluries, ac toties quoties
 eis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum re-
 vocare, & alia de novo condere etiam liberè, & licitè
 valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem.

implemen-
tum defe-
ctum.

§. 9. Statuentes nihilominus, & ordines, eisque
 pariter indulgentes, quod si contigerit ipsos ab intesta-
 to, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & re-
 rum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædi-
 ctorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac
 etiam extra sua beneficia, aut alia loca debita ab eis re-
 sidentia personalis, etiam nullà subsistente causa, ab hu-
 manis decedere, omnia, & singula eorum bona, res, &
 jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia pro
 dicta summa etiam ex prædictis, & aliis undecunque
 proventibus, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis
 beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes
 sanguinis eorundem integrè deveniant, & illis deficien-
 tibus inter eorum familiares arbitrio personæ, seu per-
 sonarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distri-
 buantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorum-
 dem scriptura etiam minus solemnè secus appareret, quæ
 tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii iudices, seu

Exequutores omnino exequi, & adimplere, illique satis
 conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et ni-
 hilominus quæcumque hujusmodi testamenta, dona-
 tiones, legata, dispositiones, & alia forsitan alias ab
 ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffal-
 tis, de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus
 pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in
 favorem consanguineorum, & affinitum prædictorum,
 alias quomodolibet facta, cum omnibus inde sequentibus,
 ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet
 fierent, ex nunc prout ex tunc, & è contra pro dicta
 summa ducentorum ducatorum duntaxat approbamus,
 & confirmamus, omnèque & singulos juris, & facti,
 ac solemnitate omittarum, & omittendarum, necnon
 substantiales, aliisque defectus quoscunque, si qui in-
 tervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint,
 quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda
 esset, supplemus.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis
 Concilii novissimè celebrari de certo Notariorum nu-
 mero, etiam si ad illum nondum devenit fuerit, cui
 per hoc alias derogatum non intendimus, ac de con-
 sensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis, etiam
 per Nos, & Sedem prædictam quomodolibet editis, &
 in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ tegulis, &
 stylo in similibus hæctenus servato, ac pie memor. Ale-
 xandri PP. VI. etiam prædecessoris nostri tertiam par-
 tem bonorum Ecclesiasticorum Camere prædictæ de-
 beri inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii
 PP. VII. etiam prædecessoris nostri, per quam con-
 cessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præ-
 scriptione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis alio-
 rum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum,
 & quibusvis aliis Apostolicis, ac in universilibus Con-
 ciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutioni-
 bus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, &
 aliis etiam municipalibus, tam Urbis, quam quarumvis
 aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives Ori-
 ginarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Mona-
 steriorum, Ordinum, & Hospitalis prædicti, necnon
 quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curie,
 ac Regnorum, Provinclarum, & Urbis, ac aliarum
 Civitatum, & locorum, ac prædictæ Camere etiam
 juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
 tate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabili-
 mentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, &
 non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam
 ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet
 concessis utendo ipsi Capellani per se, vel eorum Pro-
 curatores præstiterint forsitan hæctenus, vel in posterum
 eos præstare contigerit juramentum privilegii quo-
 que indultis, & literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Mo-
 nasteriis, Ordinibus, & Hospitali S. Joannis Hie-
 rosolymitani, illorumque Præsulibus, seu Administra-
 toribus, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus,
 Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis,
 & Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque perso-
 nis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopi-
 copis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem Sanctæ
 Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac dictæ Camere
 Officialibus, illorumque Collegiis, sub quibuscun-
 que tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam
 derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus,
 & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decreta-
 tis per quoscunque Romanos Pontifices prædecesso-
 res nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam con-
 sistorialiter, & de ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
 Cardinalium consilio, ac per modum statuti, & Con-
 stitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia pari-
 bus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac ad
 Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & Mar-
 chionum, ac aliorum Principum instantiam, seu il-
 lorum contemplatione, in genere, vel in specie, aut
 aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis,
 confirmatis, & innovatis, & in posterum conce-
 dendis, confirmandis, & innovandis, etiam si in his,

Constitutio
omnia re-
novantur.

CLEMENS DECIMUS

ac statutis, & stabilimentis predictis caveatur expresse, vel tacite, quod *Ubi non nisi Originariis Civibus Romanis, ac Civibus eandem filijs, aliarum vero partium beneficia, nisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresse qualificatos obtineri, aut conferri non possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum huiusmodi admitti, seu illorum privilegijs uti possit, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, & locis per certum tempus habitaverit, seu etiam in illis bona, etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideat, quodque præceptoris, & alia beneficia quæcunque dicti Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in Commendam ad vitam Commendatariorum revocabiliiter concedi debeant, & sic pensionibus ecclesiasticis, secularibus, aut alijs personis Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegijs præfatis, etiam vigore clausulae implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascunque litteras Apostolicas, & qualvis etiam derogatorias derogatorias, efficacioresque, & insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censetur, nisi derogatio huiusmodi de consilio doctorum Cardinalium fiat, & tum demum ad id Magistri, & Conventus præfatorum expresse accedat assensus, sintque litteræ derogationis huiusmodi etiam per dictum Magnum Magistrum subscripserint, ac ei, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis, aut alias litteras diversis temporibus cum certis intervallis presentatas intimatæ, & non alijs, nec alio modo, & semper in huiusmodi litteris, quæ sic sent, etiam de simili consilio derogationis sit apposita clausula, quod illarum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus præfatorum, & non alijs, nec alio modo, Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque togis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu proprio emanato apposita aliter in litteris exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore, & firmitate permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum præmissorum specialiter, & expresse Motu, & scientia similibus derogamus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscunque.*

*Tr. infum-
ptium
dat.*

*D. P. A. 1.
die 6. Oct.*

§. 11. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem proferri ubique fides, tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, & adhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 12. Quodque præfati, antequam gratia Notariatus perfrui possint, & valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta articulos pridem à Sede Præfata propositos, emittere, & solitum fidelitatis juramentum omnino præstare teneantur, & quilibet ipsorum teneatur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 6. Octobris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

Constitutio revocatoria exemptionum à vectigalibus, aliisque publicis oneribus. XXI

Hujusmodi revocationem habes supra Constit. 25. in sublimi, Alexand. VII. ubi alia quædam materia annotata reperire poteris.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN gravissimis rerum omnium difficultatibus, maximisque angustijs, in quibus Camera nostra Apostolica, ac Communitates, & Universitates Civitatum, Terrarum, & locorum temporalis S. R. E. Ditionis propter tot sumptus antehac in causam publicam, & in subsidium belli contra Turcas Apostolicæ charitatis zelo factos, graviaque onera propterea imposita versantur, nemini mirum videri debet, si præcipuam æquitatis, atque justitiæ, publicæque utilitatis rationem habentes, dum eisdem Cameræ, ac Communitatibus, & Universitatibus quacunque opportuniore, atque æquiore ratione sublevandis, omnem operam, atque industriam nostram assiduo labore, & studio, quantum Nobis ex alto conceditur, adhibemus, illis ali-quod etiam levamen adferre studeamus, sublatis immunitatibus, & exemptionibus ab onerum publicorum supportatione per nonnullos Romanos Pontifices, & Sedem Apostolicam, ac forsitan illius de latere Legatos, aliosque earundem Sedis; & Cameræ Officiales, & Ministros, ad importunas supplicantium preces, & alijs quovis modo concessis; ne illud quod per eas aliquibus, iisque ut plurimum locupletioribus remittitur, in cæteros, & quidem plerumque pauperiores subditos nostros refundi necesse sit, atque ita eorum inopia prægravetur.

§. 1. Itaque Cameræ, ac Communitatum, & Universitatum, subditorumque nostrorum prædictorum indemnitati, & levamento, quantum cum Domino possumus, æquè principaliter consulere cupientes, ac fel. recordationis Sixti V. Pauli etiam V. Urbani VIII. Innocentii X. Alexandri VII. & Clementis IX. aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui Constitutiones similibus exemptionum, & immunitatum revocatorias ediderunt, vestigijs inhærentes, necnon quarumcunque concessionum, immunitatum, & exemptionum huiusmodi, litterarumque Apostolicarum sub plumbo, ac in simili forma Brevis, cedularum motu proprio, & chirographorum cujusvis Romani Pontificis prædecessoris nostri manu subscriptorum, ac aliarum litterarum, & scripturarum desuper quomodolibet emanatarum, pluriesque etiam confirmatarum tenores, etiam veteres, & datas, ac occasionis, & alia etiam speciali, ac individua expressione digna, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & verbatim insertis respectivè habentes; Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuò valitura Constitutione omnes, & quascunque exemptiones, & immunitates à solutione subsidii triennalis, necnon quarti illi adjuncti, quattinorum carnis, taxarum equorum, talliarum, censuum, archivii, fogliette, triennium, utensilium, dohanarum, gabellarum quarumcunque, taxæ portus Anconæ, quattinorum, tractarum, pedagiorum, vectigalium, collectarum, & quorumlibet aliorum onerum, & munerum personalium, realium, & mixtorum, ordinariorum, & extraordinariorum, solitorum, & insolitorum Cameralium quorumcunque, ac etiam sorum, quæ per Communitates, & Universitates directè, vel indirectè pro eorundem onerum Cameralium solutione, publicorumque munerum supportatione, ac pro viis, & pontibus construendis, instaurandis, muniendis, & manutenendis, aliisque indigentibus, & utibus quibuscunque, tam Cameræ, quam

*Revocatio
de qua in
rubrica.*

Cotinu

CLEMENS DECIMUS.

Communitatum, & Universitatum, seu vestrum duxerit, non ad hunc, & ad alios, & aliis indicta, & imposita, ac exigi solent, necnon ab obligatione recipiendi, & hospitarii...

§. 1. Nec ulli prorsus in petitorio, aut possessorio, etiam summarissimo, contra presentem literarum tenorem, & dispositionem suffragari posse...

§. 2. Præterea omnia, & quæcumque privilegia, & indulta personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti...

vestrum duxerit, non ad hunc, & ad alios, & aliis indicta, & imposita, ac exigi solent, necnon ab obligatione recipiendi, & hospitarii...

§. 4. Ac demum similia privilegia, & indulta personis, & aliis consanguineis, vel affinitibus, quibus Romanorum Pontificum Prædecessorum, & ipsorum pro tempore viventium ab illis respective concessa...

§. 5. Per præmissa autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, & conductoribus bonorum, introituum, & jurium...

§. 6. Et propterea quicumque illas obtinent, eas in dicta Camera, citato dilecto filio ipsius Camere Commissario Generali, verificare, & in ipsa Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiam concessionum earundem immunitatum, & exemptionum, ac literarum, cedularum, motus proprii, chirographa, & alia scriptura...

§. 7. Præterea nostræ intentionis non est sub revocationibus, & aliis supradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem S.R.E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Camere prædictæ Clericis præsentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi, seu admitti solitas...

§. 8. Prædecessoris pariter nostri, & aliarum Constitutionum Apostolicarum super similibus exemptionum declaratione editarum, & ad illas tantum, & pro tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac aliis juxta ipsius Constitutionum Apostolicarum dispositionem reducimus...

§. 9. Cæterum Appaltatoribus, Thesaurariis, Depositaribus, Commissariis, Executoribus, & cæteris pro Examinandis, & Ministris dictæ Camere, ac Communitatum, & Universitatum prædictarum, earundem serie presentium

Privilegia, & indulta personis, & aliis consanguineis, vel affinitibus, quibus Romanorum Pontificum Prædecessorum, & ipsorum pro tempore viventium ab illis respective concessa...

Immunitates, & exemptiones quibuscumque personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentes, neque Thesaurariis, Appaltatoribus, & conductoribus bonorum, introituum, & jurium...

Exemptionibus, & aliis supradictis comprehendere immunitates, & exemptiones ejusdem S.R.E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, necnon Camere prædictæ Clericis præsentibus, aliisque Cameralibus, qui in eadem Camera sederunt, & sedent, concedi, seu admitti solitas...

Inhibitis, & cæteris pro Examinandis, & Ministris dictæ Camere, ac Communitatum, & Universitatum prædictarum, earundem serie presentium

Privilegia, & indulta personis ecclesiasticis, tam secularibus, quam cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti...

CLEMENS DECIMUS

presentium dilectis filiis, ne contra ipsarum presentium dispositionem, immunitates, & exemptiones, nisi ut supra exceptis, ac eas, quae ex causa vere concessa in Camera presentium, ut prefertur, admitti contingerit, ulterius admittantur, & si secus fecerint, in nullatenus in suis corporibus, seu rationibus, per eandem Camera admitti volumus, sed illorum omnino cessarum esse declaramus.

§. 10. Decernentes presentes literas, ac omnia, & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicumque in praemissis, siue eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes illis non consentire, ac ad ea vocari, & audiri, seu causae propter quas ipsae praesentes emanarunt, adductae, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam ullatenus justificatae non fuerint, aut ex alia quavis, quantumlibet legitima, pia, iuridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, occasione, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissime, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostrae, vel quorumvis interesse habentium consensu, aut alio quovis quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato defectu notari, impugnari, invalidari, restringi, retractari, in jus vel controversiam revocari, suspendi, limitari, aut ad terminos Juris reduci, seu adversus illas a perititionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu simili concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uri, seu se juvare posse, neque eisdem praesentes seu quibusvis similia, vel dissimilia Constitutionum, ac revocationum, & ordinationum revocationibus, suspensionibus, & limitationibus, & aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendendi, aut comprehensas conferri, sed semper ab illis exceptas, & quovis illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac etiam sub posteriori data, quatenus opus sit, de novo concessas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, subque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ad praemissis ad quos spectat, & quoadcumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 11. Sicque in praemissis per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quosvis Sedis, & Camerae praedictorum Officials, & Ministros, & alios quoscumque quavis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, & irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Quocirca dilectis filiis nostro, ac S. R. E. praedictae Camerae, seu Procamerario, necnon Vicecamerae, Thesaurario, ac Clericis praesidentibus, Commissario, & aliis Camerae praedictae Officialibus, ad quos spectat: praecipimus, & mandamus, ut praesentem nostram Constitutionem, & in ea contenta quaecumque in omnibus, & singulis firmiter, & inviolabiliter observent, & faciant ab aliis observari.

§. 13. Non obstantibus supradictarum litterarum pen-

dentibus, & quibusvis omnibus, & singulis praemissis, necnon nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de iure quae sito non tenendo, ac quatenus opus sit, praedicti Pii praedecessoris de gratis quaecumque interesse dicitur Camerae concernentibus in eadem Camera presentandis, & registrandis, ita ut praesentes in ea praesentes, aut registrari nunquam necesse sit, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque Conciliis, & Ordinacionibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorablebus, privilegiis quoque indultis, concessionibus, immunitatibus, exemptionibus, chirographis, cedulis motu proprio, & aliis scriptis, & literis etiam Apostolicis praedictis, & quibusvis aliis etiam ut prefertur qualificatis, ac speciali nota, & mentione dignis, etiam si nominatim essent exprimendi, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessariis exprimendis, etiam contractus jurati cum Camera nostra Apostolica initi, & Camerae obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmati editis, seu factis, ac aliis quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & pluribus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus exemptionum, & immunitatum revocationibus, abrogationibus, annulationibus, aut aliis quibuslibet contrariis dispositionibus, & Constitutionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptas, & quovis illae emanabunt, toties in pristinum, eumque validissimum statum restituta, reposita, & reintegrata, ac etiam sub posteriori data per quascumque personas eligenda de novo concessa sint, & esse censentur, necnon pro sufficienti eorum derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specificis, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores, formas, & occasiones praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 14. Ut autem eadem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, ac in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, ac illorum exempla ibidem affixa relinqui, quae sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde, afficiant, & arceant, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, & intimatae fuissent.

§. 15. Utque earundem praesentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo, alicujus personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem fides in iudicio, & extra illud habeatur, quae praesentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 9. Octobris 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1670. Indictione octava, die vero 11. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divinae providentia Papa X. anno eius primo. praesens Constitutio affixa, & publicata fuit ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, locis solitis, & consuetis Urbis per nos Laurentium Siginum Sanctissimi D. N. Papa Curf.

Joseph Pizzardus Mag. Curf. Innovatio

Supradictis robur addit.

Publicari mandati.

Transumptis fides adhiberi mandati.

Et non aliter iudicari maneat.

Executores separati.

Contrariis derogat.

XXII. Innovatio declarationum nonnullorum Pontificum de Curialibus, meretricibus, & Cortesanis, in qua Censuræ Vitalitii, & contractus cum earum vita perituri in præjudicium Monasterii Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenzæ de Pœnitentiâ in Urbe ipsi prohibentur.

Idem A.D. 1670.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Statutum Leonis X.

§. 1. UDUM fel. record. Leo Papa X. Prædecessor noster Monasterio Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenzæ de pœnitentiâ in Urbe per ipsum erecto, pro illius oneribus supportandis, omnia, & singula bona, ac spolia Curialium Meretricum ex illicito quæstu, & extrâ matrimonii claustra, & pudorem viventium in eadem Urbe pro tempore ab intestato, & absque condendi Testamenti facultate decedentium perpetuè applicavit & incorporavit, reservata tamen eisdem Curialibus facultate testandi, dummodò prædicto Monasterio quartam, vel quintam partem eorumdem bonorum reliquissent.

Quod Clem. VII ad Cortesanas extendit.

§. 2. Et huic dispositioni in hærens rec. mem. Clemens Papa VII. pariter Prædecessor noster, decrevit, ut tam Cortesanas nuncupatæ, quàm quæ palam in prostibulis quæstum faciunt, & aliàs ex quocumque turpi quæstu viventes, & quomodolibet etiam in domibus propriis, vel alibi ad instantiam certarum personarum sæcularium, vel ecclesiasticarum tentæ, vitam impudicam agentes mulieres quartam, vel quintam partem (quam piæ mem. Innocentius Papa X. Prædecessor noster ad tertiam auxit) eidem Monasterio verè, & cum effectu non relinquentes, careant omni facultate disponendi de propriis bonis, nedum per viam testamenti, sed etiam donationis causâ mortis, vel inter vivos, aut alterius dispositionis, aded ut tali casu earum bona quæcunque dicto Monasterio applicata, ac perpetuè appropriata esse intelligerentur, & aliàs prout in eorundem Leonis 14. Kal. Junii 1520. & Clementis Idibus Augusti 1515. ac Innocentii Prædecessorum die 31. Maii 1649. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum infertis haberi volumus, ubertius continetur.

Causa de-clarationis.

§. 3. Cum autem (sicut accepimus) antedictæ mulieres sæpèntimè suas pecunias investiant in censibus vitalitii, & aliis contractibus cum earum vita perituris, & ex hoc mens, & finis earundem literarum eludatur non sine gravi dicti Monasterii detrimento, quoddà multo tempore, ob tales contractus in obitu dictarum mulierum nihil fore ex earum bonis confisui potuit, & hoc subsidio destitutum, ingenti ære alieno gravatum reperitur.

§. 4. Hinc est, quod Nos ejusdem Monasterii indemnitati quantum cum Domino possumus consulere cupientes, de consilio particularis Congregationis nonnullorum Romanæ Curie Prælatorum, qui jussu similibus mem. Clementis Papæ IX. itidem Prædecessoris nostri, rem maturè discussurunt, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium declaramus, & decernimus, ut in posterum memoratæ mulieres hujusmodi census, & contractus facere nullatenus possint, nisi prius obtemperata in scriptis licentia à Protectore unâ cum aliis pro tempore deputatis ad regimen ipsius Monasterii.

§. 5. Quam quidem licentiam iidem Deputati impartiri nequeant, nisi eodem contextu prædictæ mulieres, vel tertiam partem, quæ illi ex pecunia investiendi obventura esset, vel aliam certam summam per eosdem Deputatos congruè arbitrariam, Monasterio prædicto tradiderint, aut saltem pro dicta tertia parte specialiter alia bona hypothecaverint, aut vendiderint. Bullarii Magni Tom. V.

centus in forma juris valida se obligaverit ad eam eidem Monasterio solvendam, ita ut statim facta illarum morte, Monasterio acquiratur; aut alio modo, pro eorum arbitrio, & prudentia provideant, ut ex hujusmodi contractibus nullum præjudicium eidem Monasterio inferatur. Quatenus verò ipsum Monasterium pecunia, ut præstetur investiendi indigeret, vel quævis alia ratione, aut causa ipsi expodiret eandem pecuniam in proprios usus convertere, tunc Monasterium in censibus, & contractibus hujusmodi celebrandis cum illis dem pactis, & conditionibus præferatur omnibus aliis cujuscunque sint status, gradus, & conditionis, etiam si esset Ecclesia, vel alius locus pius: & eo casu dictæ mulieres ad traditionem, vel assignationem tertie partis, vel alterius summe, ut supra minimè teneantur. Quod si census, & contractus hujusmodi sine dicta licentia, ut præfertur, obtemperata fuerint celebrati, Monasterium prædictum post obitum mulierum contractuum procedere possit, & valeat, non quidem contra alios contractantes, aut bona ipsorum, sed contra alia bona earundem mulierum defunctorum, perinde, ac si tales census, & contractus cum eis initi non fuissent.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac à dicto Monasterio in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, nec de subreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliòve quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, in controversiam vocari, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliòve quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quocumque in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo unquam posse. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoscunque quocumque præsentibus, & potestate fungentes, & futuros, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritum.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memorati Prædecessores in suis respectivè literis supradictis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque.

Contrarium derogat.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum, &c. transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhibetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Transumptum fides.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

D. P. A. 1670 die 11. Oct.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1670. Indictione octava, die vero 24. Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri D. Clementis Divinâ Providentiâ Papa X. Anno ejus primo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad vaticanam Curiam, & in Aciæ Campi Floræ, ac in aliis locis sollicitis Urbis per me Carolum Franceschinum Apostolicum Curiam.

Joseph Pinzarus Adag. Curiam.

XXIII. Breve in quo dispensatur cum Clericis, & Laicis Congregationis Clericorum Pauperum Matris Dei, &c. qui in dicta Congregatione tanquam in statu Regulari, & sub titulo Religionis solemniter profueri non intendunt.

De horum Clericorum Congregatione vide quae in dicitur tibi ad Const. 95. Cum sicut, Alex. VII.

Edita A.D. 1670.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Clem. IX. §. 1. Cum felic. recordationis Clemens Papa IX. Praedecessor noster Congregationem secularem Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piaram nuncupatam, in qua vota simplicia dumtaxat cum juramento perseverantiae ad praescriptum literarum rec. mem. Alexand. PP. VII. Praedecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die 24. Januarii 1656. expeditarum emittebantur, ad primum statum Regularum, & titulum Religionis, in quo illam praedecessor noster olim Gregorius Papa XV. etiam Praedecessor noster olim per suas itidem in forma Brevis die 18. Novemb. 1661. emanatas literas constituerat, auctoritate Apostolica restituerit, ac reintegraverit, prout in ipsius Clementis Praedecessoris literis pariter in forma Brevis die 23. Octobris 1669. desuper expeditis, quarum tenorem praesentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Causa Decreti.

§. 1. Nonnulli verò, tum Clerici, tum laici, qui ante praenarratam reintegrationem vota simplicia, & juramentum perseverantiae hujusmodi in dicta Congregatione emisserant, supplices à Nobis petiverunt, ut quando ad Professionem solemnem in hoc novo Religionis statu emittendam minimè se vocari sentiant, & inter solemniter Professos ipsi non solemniter Professi quietè, ac sine regiminis perturbatione degere non satis valeant, eosdem à praenarratis votis simplicibus, & juramento in praedicta Congregatione emissis prorsus eximere, atque ab eorum vinculis absolvere de benignitate Apostolica dignemur.

Dispensatio de qua in eadem.

§. 2. Nos illorum, ac dictae Congregationis statui, & quieti quantum cum Domino possumus providere cupientes, de nonnullorum Romanae Curiae Procuratorum, qui rem semel, atque iterum examinaverunt, & mature perpenderit, ac etiam dilectum filium Procuratorem Generalem dictae Religionis audiverunt, consilio, dilecto pariter filio Praeposito Generali ejusdem Religionis harum serie praecipimus, & mandamus, ut omnibus tum Clericis, tum Laicis, qui alius in statu dictae Congregationis vota simplicia, & juramentum perseverantiae emisserunt, & adhuc solemniter juxta enarratam reintegrationem professi non sunt, terminum intra Italiam quidem existentibus duorum mensium, intra Insulas verò Italiae adjacentes trium, extra Italiam autem, & Insulas adjacentes quatuor mensium respectivè auctoritate nostra Apostolica statuatur ad declarandum, an velint supradictae reintegrationis beneficio utentes solemniter profiteri & ad ipsam professionem solemnem emittendam.

Laici, & Clerici professionem non sequenti à voti vinculo absolvantur.

§. 3. Quo termino elapso, & solenni professione non secuta, Laici quidem, & Clerici minoribus tantum Ordinibus initiati dimittantur, & à suorum votorum simplicium, & juramenti vinculo per dictum Praepositum Generalem eximantur, & absolvantur.

§. 4. Clerici verò sacris Ordinibus initiati, si patrimonium, aut beneficium Ecclesiasticum congruae sustentationi ad praescriptum Sacri Concilii Tridentini sufficiens obtineant, pariter dimittantur, sub Ordinarii loci obedientia permansuri: Iis verò qui patrimonio, aut beneficio caruerint, permittatur, ut in Domibus, sive

Conventibus dictae Religionis unà cum solemniter Professis, voce tamen activa, & passiva cartari, permansuri. Quod si discedere malint, etiam dimittantur, itidem sub Ordinarii loci obedientia permansuri, & ab exercitio suorum Ordinum donec, & quousque patrimonium, aut beneficium sufficiens obtineant, suscipiant.

§. 5. Decernentes easdem praesentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritum

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis, & aliis quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrarius derogat.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Octobris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

D. P. A. die 18. Od.

Confirmatio, & extensio Indultorum, Gratiarum, & Privilegiorum Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum ab Urbano VIII. concessorum.

XXIV

Vide, qua notavi de his Fratribus ad Const. 66. In supremo: & ad Const. 94. Ex Clementi, Urb. VIII. tom. 4.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1670.

Redemptoris, & Domini Nostri JESU-CHRISTI, qui seipsum exinanens, formamque servi accipiens pretiosi sui sanguinis profusione Nos redemit, exempla assidua meditatione pensantes, continuis excitamur stimulis, ut tanta liberalitatis memores, genitus, maxime filiorum Ecclesiae in vinculis compeditorum, misericordiam à nobis postulantium audientes, paterna sollicitudine ad opem illis, quam possumus ferendam eo promptius excitemur, quò illos apud gentes barbaras, & incultas durior servitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amissi parentes affligunt; necnon eorum, quos frequens Sacramentorum Ecclesiae participatio non recreat, imò spiritualis perditionis evidentiùs terret periculum, salutem quantum cum Domino possumus, libenter consulamus, illisque ab illa miserabili servitute sublevemus, ac operarios illi messi, quae utique non parca existit, ex professo invigilantes, adjuvemus, eorumque pium exercitium, quo ipsi labores expeditius suscipiendo, tam pium opus alacriùs continent, & promptius exequantur, gratis, & favoribus, quibus possumus, amplissimis confovemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

Praemium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Franciscus à S. Stephano Procurator Generalis Congregationis Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Nobis Nuper exponi fecit,

Causa In-

CLEMENS DECIMUS

fecit, Frates, & Religiosi ejusdem Congregationis in Captivorum Redemptione pro viribus occupentur, & longos, ac tediosos labores in transfrando mari, & apud ipsos Infideles districti sustineant, & non modo in Redemptione ipsa; quæ ad omnes captivos nunquam extendi potest, sed etiam exhortationibus, conelationibus, & admonitionibus ad reliquos, qui dictam duram servitutem continuant; ne fides eorum deficiat, occupentur, proprias facultates libenter exponant, discrimina qualibet, & pericula alacriter indecisi subeant, & sit tam plium opus eo alacrius frates ipsi continentur, & utilibus exequantur, promptioresque ad id reddantur, plurimum cupiant aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia à Sede Apostolica concessa, quæ felic. record. Urbanus PP. VIIII Prædecessor noster per quasdam sub plumbo, Anno Incarnationis Domini nica 1634. quinto Kal. Aprilis, Pontificatus sui anno undecimo expeditas literas Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum concessit, & communicavit, Congregationi primodiæ, illius Fratribus, & locis per nos, & Sedem eandem pariter concedi, & comminuari; Nobis propterea idem Franciscus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgete de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmat
prout ibi
rubr.

5. 2. Nos igitur primodiæ Congregationem firmissimis prædiis vallare desiderantes, ipsumque Franciscum Procuratorem Generalem, & singulares Congregationis hujusmodi personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui rem diligenter examinarunt, atque discussissent, & ea omnia privilegia, & indulta Apostolica, quibus Religio Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum fruitur, & gaudet, competere posse, & esse eidem proportionata supra scriptæ Religionis de Mercede Redemptionis Captivorum censuerunt, consilio, eidem Congregationi Fratrum Discalceatorum prædicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, & regularibus locis sub illa comprehensis, necnon Superiori Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessoribus, Superioribusque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cujuscunque nominis Officialibus, Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis, fratribus pro tempore ad captivos redimendos transmissis, & Capitulis Generalibus, personis Regularibus, Novitiis, Conversis, donatis, oblati, ministris, famulis, cunctisque, tam officariis, quam domesticis, & eorum Domibus inservientibus, & cæteris primodiæ Congregationis, ac Domorum, & Regularium locorum personis quibuscunque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christi Fidelibus illorum Ecclesiis, seu Capellis pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratiis universis, & singulis, tam spiritualibus, quam temporalibus, singulis Domibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac personis, tam Canonicorum, quam Clericorum Regularium, ubi vis existentium institutis, & non solum Ordinibus Monasticis, & Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis captivis, quam alias quomodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Domibus, Conventibus, & Fratribus, necnon Ordini Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum,

ac etiam omnibus, & quibuscunque Congregationibus Regularibus, & præcipue Clericorum, & Monachorum, & Canonico-rum, & Congregationis Sanctissimæ Salvatoris Lateranensis, & Salvatoris de Bononia, ac etiam S. Rufi Valentia, & Sanctæ Crucis Colimbris, Clericorum Regularium de Somascha, & pauperum Mariæ Dei, ac Scholarum piarum, ipsique Monasticis Congregationibus, etiam Cassinensi, aliisque Monachis; & Monasteriis S. Benedicti, Sancti Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conventui Beatæ Mariæ de Guadalupe, necnon Societati Jesu, ipsique Cartusienium, & Reformatorum Cisterciensium, Servitarum, & Olivetorum Ordinibus, aliisque familiis, & Societatibus Regularibus, Militiis, Hospitalibus quibuscunque & piis locis Regularibus, ac quibuscunque personis nunc & pro tempore existentibus prædictorum, & quorumlibet Ordinum, Societatum, & Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædictam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales de Latere Legatos, & quovis Sedis prædictæ Nuncios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quam Ordinaria, & Regia; vel Imperiali auctoritatibus respectivè, aut alias quomodolibet quibuscunque verborum expressionibus, & tenoribus, in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, quam simplicis, & individua, ac particularis, & specialis concessionis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam iteratis vicibus concessis hæc tenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum poenitentiarum relaxationes, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, distinctisque concessionis; & quæ in generali concessionem non veniunt; non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar, sed speciatim, & nominatim, pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia absque ulla prorsus differentia, perinde ac si illa primodiæ Congregationi, illius Capitulis Generalibus, Superiori Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis prædictis specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individua, ac particularis, & specialis concessionis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent; quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant. Ita quod omnes, & singuli primodiæ Congregationis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiores, & Ministri quocumque nomine appellati, eosdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, quæ aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & familiarum Generales, Superiores, Præpositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut Claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti habent, similiter, ut supra habeant, fratresque, & personæ Regulares primodiæ Congregationis, Generales, Superiores, Ministri, & cæteri alii cujuscunque appellationis Præpositi, & Præfæcti in primodiæ Congregatione expressè professi, & in ejus gremio, & ob servantia viventes Fratres, & personas Regulares primodiæ Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinam, & Congregationum hujusmodi perpetuè secundum observantiam Regularem, & Canonicum Institutum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum regere, & guber-

CLEMENS DECEMUS

hanc, & respectivè visitare valeant, neque primodi-
ca Congregatio super prædictis omnibus, & singu-
lis à quoquam quavis auctoritate, vel nomine mole-
rari, perurbari, inquietari, aut aliis quomodolibet
in iudicio, & extra impediri possit, Apostolica aucto-
ritate tenore præsentium perpetuò concedimus, & in-
dulgemus.

Clausula
preservati-
va.

§. 3. Decernentes easdem presentes semper &
perpetuò tanquam ad divini cultus, & bonorum ope-
rum augmentum, & Religionis propagationem ten-
dentis validas, & effectivas esse, & fore, suisque ple-
narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab
omnibus, & singulis humiliter, atque inviolabiliter ob-
servari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam
tempore, quovis pretextu, occasione, vel causa recedi,
aut rescindi posse easdemque presentes sub quibusvis
similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, sus-
pensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis
contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & succes-
sores nostros Romanos Pontifices pro tempore exi-
stentes, Sedenque prædictam, sub quibusvis tenori-
bus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decre-
tis pro tempore factis minime comprehendere, vel con-
fundi: sed semper & perpetuò ab illis excipi, & quo-
ties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque vali-
dissimum statum restitutas, repositas, & plenariè rein-
tegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori
data, quandocumque eligenda concessas esse, & fore,
primodièque Generalis Superioris, & Fratrum Dis-
calceatorum huiusmodi Congregationi suffragari.

Clausula
sublata.

§. 4. Sicque, & non aliàs per quoscumque Judi-
ces, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac
eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam
de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolicæ
prædictæ Nuncios iudicari, & definiti debere, ac irri-
tum quoque, & inane quicquid secus super his à quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari.

Derogatio
contrariis.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apo-
stolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque, &
Universalibus Conciliis editis specialibus, vel genera-
libus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon
regularium Domorum, locorum, & Ordinis huiusmo-
di, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudi-
nibus, privilegiis quoque indultis, & literis Aposto-
licis primodièque Congregationi, illiusque Superiori-
bus, & personis, in genere, vel in specie, ac aliàs sub
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibus-
vis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quo-
modolibet concessis, approbatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, etiam pro illorum sufficienti deroga-
tione aliàs de illis, eorumque totis tenoribus specia-
lis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad
verbum, non autem per clausulas generales idem im-
portantes mentio, seu quævis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret,
illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dum-
taxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque
contrariis quibuscumque.

Transum-
ptum fides.

§. 6. Volumus autem, quòd ipsarum presen-
tium exemplis, seu transumptis, etiam impressis, &
alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ
figillo, & Notarii publici manu obfirmatis, eademque
eademque prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur,
quæ eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibi-
tæ, vel ostensæ.

D. P. A. 1.
die 22. Oct.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 22. Octobris 1670. Pontifica-
tus Nostri Anno primo.

Quòd Privilegia Fratibus Discalceatis B. Ma-
riæ de Monte Carmelo concessa intelligan-
tur etiam ad favorem Fratrum Calceato-
rum ejusdem Ordinis emanata. X XV.

Ne otiose repetam, qua pluries dicta sunt, te re-
mitto ad ea qua notavi de his Fratibus ad
Constit. 127. Romanus, & ad Constit. 140.
Inter cæteras, Urb. VII. l. Tom. 4.

CLEMENS PAPA X. Edita A.D.
Ad perpetuum rei memoriam. 1670.

Ad uberiores bonorum operum fructus, quos dic-
ti filii Fratres Calceati nuncupati Ordinis Bea-
tæ Mariæ de Monte Carmelo, aspirante superni fa-
voris auxilio, in Ecclesia Dei profere assidue fati-
gant, paternæ dirigentes considerationis intuitum, ra-
tioni consentaneum reputamus, ut religiosa eorum stu-
dia, felicisque progressus, spiritualium gratiarum,
atque privilegiorum muneribus confoveamus, atque
decoremus.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Matthæus
Orlandus Prior Generalis dicti Ordinis Nobis nuper
exponi fecit, dum fel. recordationis Clemens Papa VIII.
Prædecessor noster per quasdam suas die 23. Martii
1594. & die 20. Augusti 1603. expeditas literas, quæ
subinde à felic. mem. Paulo Papa V. Prædecessore pa-
triter nostro confirmatæ fuerunt, Congregationem Fra-
trum Discalceatorum nuncupatorum ejusdem Beatæ
Mariæ de Monte Carmelo, esse unum ex quatuor Or-
dinibus Mendicantibus, Ordinem scilicet Carmelita-
rum, ipsique Congregationis, & Fratibus Discalcea-
tis, omnia ad prædictum Ordinem tam de jure, quam
ex privilegiis atrinentia, tanquam propria compete-
re, ac ejusdem Congregationis Præpositum Genera-
lem, Fratres, & Moniales, Domos, Convenus, &
Collegia, cæteraque eisdem pertinentia respectivè pri-
vilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, in-
dulgentiis, & gratiis dicto Ordini concessis, & conce-
dendis uti, potiri & gaudere debere declaraverit, & aliàs
prouit in prædictis literis uberius continetur. Licet au-
tem Fratres Carmelitæ Calceati omnibus privilegiis,
indulgentiis, & gratiis prædictæ Congregationis Fra-
trum Discalceatorum concessis hætenus frui sint, in
vim dictæ declarationis, qua ob identitatem ejusdem
Congregationis cum Ordine Carmelitano, decernitur
id quod uni est concessum, alteri quoque tanquam pro-
prium competere; nonnulli tamen circa hoc scrupu-
lum subinde patiuntur, eo quòd non adit expressa de-
claratio pro Fratibus Carmelitæ Calceatis, sicuti est
pro Discalceatis: Nobis propterea dictus Matthæus
Prior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præ-
missis opportunè providere, & ut infra indulgere de
benignitate Apostolica dignaremur.

Clem. VIII.
declaravit
Ord. Car-
melit. Dis-
calce. nam
ex quatuor
Mendicant.

Confirmat
prout in
rubr.

§. 2. Nos igitur ipsius Matthæi Prioris Generalis vo-
tis hac in re, quantum cum Domino possumus, favo-
rabiliter annuere volentes, cumque à quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latis, si qui-
bus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præ-
sentium dumtaxat consequendum harum serie absol-
ventes, & absolutum fore censentes, ac tam prædi-
ctarum, quam aliarum quarumcumque literarum Apo-
stolicarum ad favorem memoratorum Fratrum Dis-
calceatorum, eorumque Congregationis quomodoli-
bet, & quando cumque emanatarum tenores presenti-
bus pro plenè, & sufficienter expressis, & in insertis
habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, præ-
dicto Ordini, ejusque Fratibus Calceatis, & Moniali-
bus, ac Domibus, Conventibus, Collegiis, cæterisque
ad eisdem quomodolibet pertinentibus respectivè, ut
omnibus, & singulis privilegiis, indultis, immunita-
tibus,

tionibus exemptionibus, indulgentiis, & gratiis, que dicuntur Congregationi Fratrum Discalceatorum, ejusque Fratrum, Monialibus, Domibus, Collegiis, ceterisque ad ipsam Congregationem quomodolibet pertinentibus, hacenus per Sedem Apostolicam quomodolibet concessa, cum clausula prohibitiva communicationis, concessa fuerunt, & in futurum quodcumque concedentur, dummodo tamen sint in usu, nec revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, pariformiter, & absque ulla profusa differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possunt, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si eidem Ordini, ejusque Fratribus, Calceatis, & Monialibus, ac Domibus Conventibus, Collegiis, ceterisque ad ipsum Ordinem pertinentibus hujusmodi nominatim, & expresse concessa fuissent, & in futurum concedentur, auctoritate Apostolica, tenore presentium edocedimus, & indulgemus.

Decretum irritanti

§. 3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque que spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Siquae in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis adinstar, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis necnon omnibus, & singulis illis, quae in praedictis literis Apostolicis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides

§. 5. Volumus autem ut ipsarum praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae Ecclesiasticae dignitatis constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D. P. A. 1. die 13. Oct.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 31 Octobris 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

XVI.

Confirmatio Decretorum S.R.E. Cardinalium de revocandis attentatis a Fratribus Excalceatis Eremitarum Ordinis S. Augustini in Lusitania circa Jurisdictionem Procuratoris Generalis, & novorum Conventuum erectionem.

Declarationem Decretorum circa materiam, de qua in rubrica editorum, habes Confissi: hujus Pontif. 33. Ex adjuncto, infra.

Elita A.D. 1671.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Referuntur decreta Cardinalium

Alia emanarunt a Congregatione nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium a Nobis specialiter deputatorum. De re tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Cum Fratres Excalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Lusitaniae Monasterium Sanctissimae Conceptionis, in quo regunt, erectum pro cura Monialium ejusdem Ordinis a jurisdictione Patris Prioris Generalis totius Ordinis hujusmodi emerint, & Congregationi Excalceatorum Hispaniae subjecerint, Novitios ad habitum admiserint, & nova Monasteria ibidem erigere, ac fundare intenderent, pendente controversia super hujusmodi re in Sacra Congrega-

tionis Praesentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotiis, & Consultationibus, & Regularium praeposita, Procuratorum Generalis totius Ordinis praedicti inscitis revocari praesentibus, utpote attentata, & hujusmodi novae erectionis, ad fundationes dictis Fratribus Excalceatis, ac prohiberi. Quapropter Congregatio nonnullorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ad supradictas praesentibus examinatas a Sanctissimo Domino Nostro specialiter deputata, auditis pluries rationum momentis, tam in facto, quam in jure per utramque partem allatis, die 16. Septembris 1670. censuit revocanda esse attentata praedicta, & nullum jus competere Fratribus Excalceatis Hispaniae super illo Monasterio Ulyssipone erecto pro cura Monialium neque esse locum distinctionis a Religione. Et die quinta Decembris ejusdem anni 1670. censuit non esse locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae: ac propterea illos erigi, aut fundari, tenore praesentis Decreti prohibuit. Et praedictis Fratribus Excalceatis circa suprascriptam controversiam perpetuum silentium imposuit.

M. Card. Ginetrus.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Hieronymus Valvassorus Prior Generalis dicti Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini nobis nuper exponi fecit, ipse Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur ex Aius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communitari summopere desideret: Nos ipsius Hieronymi Prioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laes, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequentium harum serie abolveret, & absolutum fore censentes, supplicationibus eius non in Nobis super hoc humiliter portectis inclinatis, Decreta praesentia auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

Qua bñt. su approb. & confirm.

§. 3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, ac fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque que spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari.

Clausula praesertim

§. 4. Siquae in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata

§. 5. Quocirca Venerabili Fratri Francisco Archiepiscopo Sidoniensi moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicae Sedis in Portugallia, & Algarbiorum Regnis Nuncio per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipse, vel alium, aut alios ipsas praesentes literas & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte in praemissis interesse habentium, seu alicujus eorum desuper fuerit requisitus, solemniter publicans, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet praesentium literarum, & in eis contentorum eorundem commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere. Non permittens illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servandis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iterariis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Executoriis deputatis

§. 6. Non obstantibus felic. record. Bonifacii Papae decessoris nostri de una, & Concilii Generalis

Contrariis derogati

CLEMENS DECIMUS.

de quibus electis, tammodo ultra tres alias aliquis au-
toritate presentium in iudicium non trahatur, alii-
que Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,
necnon quibusvis sit, Congregationis Fratrum Ex-
celsorum Hispanie, & Ordinis huiusmodi, veliam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate aliis roboratis statutis, & consuetudinibus, privi-
legiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum
tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis,
& insertis habentes, aliis aliis in suo robore perman-
suris, ad præmissorum effectum hac vice junctat spe-
cialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis
quibuscumque.

D. P. A. 1.
die 28. Jan. 1671. Pontificatus No-
stri Anno primo.

x xv. 11. Confirmatio declarationis S.R.E. Cardinalium
de cultu Immemorabili Beatæ Ludovicæ,
& casu à Decretis Urbani VIII. excepto, uti
& de Missa, & officio in honorem dicte
Beatæ die 31. Januarii in Ecclesia San-
cti Francisci Fratrum Minorum Trans-
Tyberina recitandis.

Consimile indultum concessit in honorem Ferdi-
nandi III. Regis Castellæ hic idem Pont. infra
Const. seq. Gloriosissimos.

Edita A.D. 1671. CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.
Agrum Ecclæ, quem excolendum ab æterno
Agricola accepimus, nunc integritatis flore ver-
nantem, nunc viduitatis gravitate polentem, nunc
etiam Conjugii fructibus redundantem pio mentis
affectu considerantes, gloriosa Sanctarum Viduarum,
que non humanum, sed divini spiritus deprim-
ptum infusione Apostolicum consilium secute cogi-
tarunt, que sunt Domini, ut essent sanctæ corpore,
& spiritu, ac in Deum sperarunt instantes obsecra-
tionibus, & orationibus die, ac nocte, merita condi-
gnis honoribus celebranda esse censimus, & proinde
tendentia in id ipsum Christi fidelium præsertim hujus
Alme Urbis nostræ, ex qua bonorum operum exempla
in omnes Christiani Orbis partes assidue promanant
vota libenter exaudimus, sicuti matura deliberatione
prævia spirituali fidelium consolationi, atque ædifica-
tioni conducibile fore in Domino arbitramur.

Causa In-
dulta.
§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Senatus, Populus-
que Romanus Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi bea-
tam Ludovicam Viduam Concivem suam Tertii Ordinis
Sancti Francisci ex vetustissima Albertinorum gente
claris natalibus ortam non minus pietate, quam munifi-
centia, pretiosum Calicem, & Cercos quotannis die 31.
Januarii, qua obdormivit in Domino, Ecclesie Sancti Fran-
cisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, in
qua Venerabile ejusdem Beatæ Ludovicæ corpus re-
quiescit, offerendo per longissimi temporis decursum
colerint, & in ipso Pontificatus nostri primordio No-
bis humiliter supplicaverint, ut causam Canonizatio-
nis memoratæ Beatæ Ludovicæ ad effectum probandi
ejus cultum immemorabilem Congregationis Venerabi-
lium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Sacra-
ritibus Præpositorum committere de benignitate Apo-
stolica dignaremur.

§. 2. Nos vero eorumdem expositionum desiderio pa-
terna clementia annuentes, commissionem causæ hujus-
modi manu nostra signaverimus, & in illius vim pecu-
liaris processus in Curia servari servandam fabricatus
fuerit, eoque per dilectam filium nostrum in Urbe præ-
dictam Vicarium in spiritualibus generalem recognovit,

permanaverit ab eodem Vicario sententiæ super casu ex-
cepto, ac deinde prædicta Cardinalium Congregatio
re acriter, & mature discussa sententiâ hujusmodi ob-
firmaverit, ac de cultu immemorabili dicte Beatæ Lu-
dovicæ, & casu excepto à Decretis, scilicet, Urbani
PP. VIII. Prædecessoris nostri equitate declaraverit.

§. 3. Hinc est, quod Nos piis, ac iustisque Senatibus, & Po-
puli prædictorum precibus favorabilem assensum quan-
tum cum Domino possumus præbere cupientes, & eo-
rum singulares personas à quibusvis excommunicatio-
nis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sen-
tentiarum, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latas, si quibus quomodolibet inno-
date existunt, ad effectum presentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutas fore
censentes, declarationem à memorata Cardinalium
Congregatione factam præsertim præfertur, quod scilicet de
cultu immemorabili dicte Beatæ Ludovicæ, & casu ex-
cepto à Decretis prædicti Urbani Prædecessoris con-
flecte Apostolica auctoritate tenore presentium confirmamus,
& approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis
robore adjuvamus.

§. 4. Præterea, ut de eadem Beata Ludovica quotan-
nis 31. Januarii in prædicta Ecclesia Sancti Francisci de Urbe
Officium recitari, & Missa etiam à Sacerdotibus eo die
ad Ecclesiam hujusmodi confluentibus celebrari de
Communi nec Virginitatis, nec Martyrii, juxta Rubri-
cas Breviarii, & Missalis Romani liberè, & licitè possint,
& valeant, auctoritate, & tenore prædictis perpetuè con-
cedimus, & indulgemus.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibus-
cumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem presentium li-
terarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis,
manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis
eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeat-
ur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ,
vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 28. Januarii 1671. Pontificatus No-
stri Anno primo.

Indultum de celebranda Missa, & officio in
honorem Ferdinandi III. Regis Castellæ, &
Legionis per Regna Hispaniæ, & omnes
ejus ditiones, uti & in Ecclesia S. Jacobi, &
Ildephonsi de Vrbe nationis Hispanorum,
die 30 Maii sub ritu duplici recitando.

De materia huiusmodi indultorum, vide supra
ad Constit. 27. Agrum Ecclesie, hujus Pon-
tificis.

CLEMENS PAPA X. Edita A.D. 1671.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.
Gloriosissimos cælestis Hierusalem Civis, illos præsertim,
qui in diebus peregrinationis suæ ta-
mentum in rerum humanarum sublimitate positi essent,
non sperarunt in lubrico divitiarum, nec in Regiæ po-
tentia dignitatis, sed magna virtute humilitatis,
qua sit, ut omnia terrena cacumina temporali mobili-
tate nutantia, non humano usurpata fastu, sed divina
gratia donata celsitudo transcendat, solidati bellarunt
bella Domini, & unico illi fundamento, quod est
Christus Jesus, innixi, superædificarunt aurum, ar-
gentum, lapides pretiosos, manentisque operis mercede-
dem in æternæ salutis stabilitate accipere meruerunt,
congruis honorum, laudumque præconiis in terris ce-
lebrandos esse meriti, & censemus, ac proinde flagrantia
ad ipsum Regum orthodoxorum non minùs pietatis,
aliarumque Christianorum virtutum, quam Regii fastigii
splendore fulgentium vota paterno affectu exaudimus,
sicut

CLEMENS DECIMUS.

legit ad Ecclesie Catholice decus, spiritualesque fide-

prudentique liberalitate libere erant. hinc pia

Sac. Congreg. Card. nulum quid decrevit.

§. 1. Cum itaque aliis vide licet die 19. Maii 1655. Congregatio runc existentium S. R. E. Cardinalium...

§. 1. Itaque piis, & devotis Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici...

supplicatio

§. 2. Hinc est, quod Nos piis, enixisque charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici...

§. 2. Non obstantibus nostris, & Cancellarie Apostolice Regula de non concedendis Indulgentiis...

Indulgentia confirmata

Indultum de quo in rubrica

Contrariis derogat.

Transumptorum si deo.

D. P. A. 1. de 1671.

Contrariis derogat.

Transumptorum si deo.

D. P. A. 1. de 1671.

XXIX. Concessio, & extensio Indulgentiarum Confratribus, & Confororibus Confraternitatum Sanctissimi Rosarii...

Plures Summi Pontifices Indulgentias similes huic Confraternitati concesserunt, ut videre poterit in Repertorio, verbo Confraternitas Rosarii.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Celestium numerum thesauros, quorum dispensationem humilitati nostrae commisit Deus, fideliter

Indulgentia

CLEMENS DECIMUS.

Indulgentiam de celebrando festo, & recitando Officio S. Didaci Confessoris die 13. Novembris, ob impeditam diem 11. ejusdem mensis, in quo idem festum, & Officium celebrari, & recitari consueverat.

Sancitum Catalogo adscripti Didacum, eique Officium, & Missam decrevit Sixtus V. Constitut. 82.

Edita A.D. 1671. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Causa im-
ditata.

Cum sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit dudum sel. rec. Sixtus V. & Clemens VIII. Romani Pontifices predecessores nostri Officium, & festum S. Didaci Confessoris dicti Ordinis professoris quotannis die 12. Novembris celebrari, & recitari concesserint, prout in eorum literis desuper expeditis uberius continetur; dicta vero dies 12. Novembris Officio Sancti Martini Papae, & Martyris impedita reperitur; Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Indultum
de quo in
subrita.

§. 1. Nos igitur ad ea, quae Sanctorum venerationem concernunt favorabiliter intendentes, ac praedicti Procuratoris Generalis votis in hac in re, quantum cum Domino possumus, benignè annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Necnon praedictorum Sixti, & Clementis praedecessorum literarum hujusmodi tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, ut de cetero festum, & Officium S. Didaci Confessoris annis singulis die decimam tertiam ejusdem mensis Novembris sub ritibus, & foris, ac à personis, quibus id per literas praedictas concessum fuit, & aliis in omnibus, & per omnia juxta earumdem literarum formam, & tenorem celebrari, & recitari respectivè liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Classifica-
praecavati-
qua.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissimè suffragari.

Classifica-
sublata.

§. 3. Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Deputatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria
Gregoria.

§. 4. Non obstantibus, quoad ea, quae praesentibus sunt contraria, praedicti Sixti, & Clementis praedecessorum literis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in eis concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscunque.

Transumpt-
orum fides.

§. 5. Volentes autem, ut earumdem praesentium literarum transcriptis etiam impeditis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem ubique fides adhibeatur, quae praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

D. P. An. 1.
die 17. Febr.

Datum Romae apud S. Mariam Majoram, sub Anno Piscatoris, die 17. Februarii 1671. Pontificatus Nostri Anno primo.

XXXI. Confirmatio Constitutionum Pii IV. & Gregorii XIII. de Poenis Monachis Montis Oliveti, Ordinis S. Benedicti infligendis, qui munus Abbatis postulant, aut ad idem, vel alia munera publica per favores Principum, aut aliorum aspirant.

Ne pluries dicta otiose repetam, vide qua annotata sunt ad Constit. 17. Ecclesiae, supra hujus Pontificis.

Edita A.D. 1671. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis fecit dilectus filius Procurator Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, quod licet per Constitutiones dictae congregationis caveatur expressè, ut qui munus Abbatis postuleris, eo censetur ipso jure exclusus, similiter & ii, pro quibus postulatum fueris, in penam inhabilitationis incurram, juxta quaedam sel. record. Pii Papae IV. Praedecessoris literas in forma Brevis die 2. Junii 1565, expeditas, multaque alia in dictis Constitutionibus ad excludendum ambitum dispouantur: Et in eisdem Constitutionibus inserta reperiantur quaedam rec. mem. Gregorii Papae XIII. praedecessoris nostri literae, quarum initium, Cum nihil ita alienum, &c. per quas sub poena excommunicationis, ac privationis officiorum, perpetuaeque ad illa inhabilitatis prohibetur cuicumque Monacho cujusvis gradus, & praesentis existat, ne favores exteriorum ad Praelaturas, aliave quaecumque majora, vel minora dictae Congregationis munera assequenda procuret: Nihilominus nonnulli ejusdem Congregationis Monachi, & Abbates aditum sibi ad Praelaturas, & munera publica Congregationis hujusmodi exteriorum favoribus facere satagunt, non sine maxima ipsius Congregationis perturbatione. Quare dictus Procurator Generalis de consilio, & assensu dilecti filii nostri Caesaris tituli SS. Quatuor Coronatorum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Fachetti nuncupati, Congregationis praedictae apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Supplicatio.

§. 1. Nos igitur considerantes, quod nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus à Deo tanquam Aaron, ac proinde ambitionis hujusmodi perniciosum malum à praedicta Congregatione omnino excludenda cupientes, & quicumque Procuratorem Generalem speculibus favoribus, & gratiis prosequi, volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, Constitutiones memoratae Congregationis ad excludendum ambitum, sicut praemittitur factas, necnon praedictas Pii, & Gregorii praedecessorum literas Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robor adjicimus.

Confirmatio
de qua
in subrita.

§. 2. Ut autem praemissa firmiter, atque inviolabiliter observentur, volumus ut dilecti filii immoderati, & pro tempore existentes Abbas Generalis, & alii ex Dexteriorio, ac Procurator Generalis dictae Congregationis poenis in Constitutionibus, & literis facte praemittitur, confirmatis, & innovatis impositas contra transgressores irremissibiliter exequantur, alioquin si ea in re negligentes fuerint, postquam eis clara constiterit, ambitiosos hujusmodi Monachos, vel Abbates favores extra eandem Congregationem procurasse, poenam privationis sanctorum respectivè officiorum eo ipso incurram.

Præceptum
de observan-
do.

transmissa
restru-
tore.
transmissa
restru-
tore.
transmissa
restru-
tore.

transmissa
restru-
tore.

P. A. I.
die 27. Febr.

XXII.

Ejus A.D.
1671.

transmissa
restru-
tore.

Hic Post.
indulgetur
in rebus.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectant, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in premissis per quoscumque Iudices ordinariorum, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 27. Februarii 1671. Pontificatus Nostri anno primo.

Indultum pro creatione duodecim Abbatum titularium Abbati Generali unâ cum Definitorio Congregationis Ordinis S. Benedicti Montis Oliveti concessum.

CLEMENS PAPA X
Ad perpetuam rei memoriam.

EX commissa Nobis divinitus dispensationis officio Recipientes, ut debitas virtuti honor in Congregatione Monachorum Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti rependatur, ac ipsius Congregationis Monachos, ut in vinea Domini strenuè laborare studeant, aliquo honorificentie premio incitare, necnon dilectum filium Procuratorem generalem dictæ Congregationis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab hominè quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 1. Ac quarundam fel. rec. Vrb. PP. VIII. Prædecessoris nostri in simili forma B. v. litterarum die 26. Januarii 1627. expeditarum, incipientium, Apostolatus Officium, &c. per quas Abbatum titularium in præfata Congregatione creatio sub certis modo, & forma tunc expressis prohibita fuit, tenorem presentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto habentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris generalis nomine Nobis de consilio, & assensu dilecti filii nostri Cesaris tituli SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presbyteri Cardinalis Pachetii occupati, dictæ Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Proceç. ris, super hoc humiliter pariter inclinanti dilecto filio moderno, & pro tempore existent Abbati Generali memoratæ Congregationis, unâ cum Definitorio ipsius Congregationis, duodecim Abbates titulares, nempe duos pro quilibet Provinciæ ejusdem Congregationis, qui tamen sint ætate quinquagesimæ, & saltem 20. annorum spatio legituram, aut verbi Dei predicationem, vel Vicarij, aut

Magistri Novitorum, aut Economi, &c. ita quatenus id, Congregationi præfate laudabiliter, & honestè, & ita tamen ut, quomodolibet Abbates titulares, necnon Monasteriorum, nec vocum, sive votum in quibusvis generalibus, nec ullam illam, vel quomodolibet exemptionem, que Monasteriis, & votu. &c. præferantur valeant, sed in Ecclesia, saltem in quibusvis, Missæ, Conviviali, & Vespere, ac diebus singulis mensis orationi mentali interesse teneantur, auctoritate nostra Apostolica creandi, ac in defunctorum pro tempore locum alios ex eadem Provincia, usque ad complementum numeri duodenarii hujusmodi, & non ultra, subrogandi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate tenore presentium tribuimus, & impartimur.

§. 2. Et quia nonnunquam accidit ut aliquis Abbas regimini dictæ Congregationis, vel proprii levamenti studio, vel alterius Monachi merito gratificandi ergo, regimen, sive gubernium Monasterii sibi commissi alterius vicibus cum illo gerere sit contentus, auctoritate præfata harum serie permittimus memorato Abbati Generali unâ cum Definitorio præfato ejusmodi alternationes acceptare, & ad usum deducere, dummodo tamen Abbas ad id spontè consentiat, ac in Monacho concurrant qualitates ad Abbatiam juxta præscriptum constitutionum dictæ Congregationis necessariæ, & non aliter.

§. 3. Porro unus tantum eorum, nempe ille, qui Monasterium actus gubernabit, votum, sive suffragium in Capitulo generali Congregationis prædictæ habeat, Vacans autem à gubernio, in alterius gubernantis Monasterio degat, nec plus prætere possit, quàm Monachus Ordinarius, præter titulum Abbatis, & uno illorum defuncto, alter solus remaneat Abbas regiminis quandiu vixerit, vel donec renunciaverit.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectant, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in premissis per quoscumque Iudices Ordinariorum, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præfatis Urbani Prædecessoris litteris, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, dictæ Congregationis, ejusque Provinciarum, ac Monasteriorum quomodolibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 27. Februarii 1671. Pontificatus Nostri Anno primo.

Declatus

Alternatio
nes accep-
tandi facul-
tatem sub-
terran formâ
permittit.

Votum in
Capitulo
generali
Abbati gub-
nantis
solum conchi-
cibus.

Classulas
preservati-
vas apponit.

Et ita unâ
cari manu
dat.

Contrariis
derogato.

Transumptis
prosum fides

P. A. I.
die 27. Febr.

XXXIII

Declaratio, in qua omnes Jus praesensum su- per Monasterio Fratrum Excalceatorum in Ordine Eremitarum S. Augustini Ulyssi- pone erecto Fratres Excalceatorum Hispa- niae tollitur, & erectio novorum Conventuum dicti Ordinis in Regno Lusitaniae prohibetur.

Notanda circa materiam, de qua in rubrica, emanarunt decreta Sacra Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praeposita: quorum confirmationem habet supra in Const. hujus Pontificis 26. Alias.

Edita A.D. 1671.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Exordium

EX inuncto Nobis divinitus Pastoralis sollicitudinis munere enatas inter Religiosos viros controversas, ne fraternae charitatis serenitatem conturbent, dirimere studemus, sicut aequitati, & iustitiae consentaneum esse in Domino arbitramur.

Causa declaratio

§.1. Cuius itaque (sicut scimus) dilecti filii Fratres excalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Regno Lusitaniae Monasterium Conceptionis Beatae MARIE Virginis immaculatae, in quo degunt, etiam pro cura Monialium ejusdem Ordinis, a jurisdictione dilecti etiam filii Prioris Generalis totius Ordinis huiusmodi exierint, & Congregationi Excalceatorum Hispaniae subjecerint, Novitios ad habitum admittant, & nova Monasteria ibidem erigere, ac fundare praeterint, pendente controversia super huiusmodi re in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, dilectus vero filius Procurator Generalis totius Ordinis praedicti in Ritibus, revocari praesentia omnia, utpotè attentata, & huiusmodi novas erectiones, & fundationes dictis Fratres excalceatis interdicta, prohiberi.

Omnijesta per his Fratres attentata sunt

§.2. Hinc est, quod Nos habita relatione sententiae Congregationis omnium eorumdem S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum, qui rationum momenta, tam in facto, quam in jure per utraniusque partem allata pluries audiverunt, controversae huiusmodi finem imponere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine attentata praesentia revocanda esse, nullumque jus competere Fratres Excalceatis Hispaniae super illo Monasterio Ulyssipone erecto pro cura Monialium, neque esse locum dimembrationi illius a Religione, nec esse locum erectioni novorum Conventuum Fratrum Discalceatorum Ordinis S. Augustini in Regno Lusitaniae, tenore praesentium decernimus, & declaramus, ac propraesentia illos erigi, aut fundari, hanc serie prohibemus, & praedictis Fratres Excalceatis circa suprascriptam controversiam perpetuum silentium imponimus.

Clausula generalis

§.3. Decernentes eandem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod praesentia Fratres Excalceati, seu alii quolibet in praesentibus inter esse habentes seu habere praetendentes illis non consentierint, nec ad ea vocati, citati, & audiri fuerint, seu ex alia quacumque causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut inter esse habentium consensu, aliove quolibet etiam formali, & substantiali defectu notati, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, sive in controversiam vocari, aut adversus illas appellationis oris, restitutionis integritate, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae

remedios impetrari, vel impetrari, etiam in quavis, scientia, & potestate quovis modo, vel arbitrio quovis modo, illud vel, seu se jurato possit, sed ius in lege, & fore, quosque plenarios, & integros effectus, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectant, pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, & illis respective in omnibus, & personalia plenissime suffragari.

Secus, & non aliter in praemis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolice-Sedis Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contrigerit attentari.

§.5. Quocirca Venerabili Fratri Francisco Archiepiscopo Sidonie, si moderno, & pro tempore existenti nostro, & dictae Sedis in Portugalliae, & Algeriorum Regnis Nuncio per praesentes motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in praemis habentium, seu aliquid eorum desuper fuerit requisitus solemniter publicans, illisque in eisdem praemis efficacis declarationis praesidio assilens, faciat auctoritate nostra illos, & eorum quemlibet praesentium literarum, & in eis contentorum huiusmodi commodo, & effectu per se frui, & gaudere. Non permittens illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indubitè molestari, perturbari, vel inquietari. Contra dictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia; appellacione postposita compescendo, legitime super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

§.6. Non obstantibus felic. record. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duobus diebus, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in judicium non trahatur, alioque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis Fratrum Excalceatorum huiusmodi, aliove quovis vis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque indultis, & licentis Apostolicis in contrarium praesentibus, & in quibusvis, & confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenore praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & interstiti habentibus, illis aliis in suo robore permanentibus ad praesentium effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Maorem, sub Anno Domini millesimo Piscatoris, die 27 Februarii 1671. Pontificatus nostri Anno primo.

Literarum Processus S. D. N. Clementis Papae X. lectae die Cenae Domini Anno 1671. De hac materia vide qua notavi ad Const. 16. Pastoralis, Alexand. VII.

CLEMENS EPISCOPO SERVUS SERVORUM DEI. Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianae Republicae pace, & tranquillitate procuranda, pro sui imperii officio assidue

Ita iudicari mandata.

Executio deputata.

Contrariis removitis.

XXXIV

Executio nunciatur.

EDICTUM DECIMUM.

omnesque in Catholica Fide... unitate, atque... Christi non sine parvuli fucos...

tiam conferentium, per Romanam Pontificem, vel... Apostolicas, etiam in forma Brevis...

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti...

omnes illos; qui ad Saracenos Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hereticos per nostras, sive hujus Sanctae Sedis sententias expectat, & nominatim de laracis defraudat, seu transmittunt equos, artem, ferrum, solum ferri, Ramum, chalybem, omniaque...

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdictimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes...

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, praecipue à monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, praecipue à monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque Navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quocumque modo naufragium passi, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrtheni & Adriatici, quam in caeteris cujuscumque maris Regionibus, & litoribus, surripuerint; ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longioris, & immemorabilis temporis possessionem, seu aliam quencumque praetextum excusari possint.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque Navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quocumque modo naufragium passi, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta in mari, vel in litore inventa, cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrtheni & Adriatici, quam in caeteris cujuscumque maris Regionibus, & litoribus, surripuerint; ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longioris, & immemorabilis temporis possessionem, seu aliam quencumque praetextum excusari possint.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagia, seu gabellas, praetextum in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicae licentia permittis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova pedagia, seu gabellas, praetextum in casibus sibi à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicae licentia permittis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes fallarios literarum Apostolicarum, etiam in forma brevis, ac Supplicatio-num gratiam, vel justificationem, per Romanam Pontificem, vel Sanctae Romanae Ecclesiae Vicarium, seu per eorum legatos, sive hujus Sanctae Sedis sententias expectat, & nominatim de laracis defraudat, seu transmittunt equos, artem, ferrum, solum ferri, Ramum, chalybem, omniaque...

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes fallarios literarum Apostolicarum, etiam in forma brevis, ac Supplicatio-num gratiam, vel justificationem, per Romanam Pontificem, vel Sanctae Romanae Ecclesiae Vicarium, seu per eorum legatos, sive hujus Sanctae Sedis sententias expectat, & nominatim de laracis defraudat, seu transmittunt equos, artem, ferrum, solum ferri, Ramum, chalybem, omniaque...

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium consilium, vel favorem.

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium consilium, vel favorem.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui vicualia, seu alia ad usum Romanae Curiae necessaria adducunt, ac vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu haec facientes defendunt per se, vel per alios, cujuslibet conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praefulgeant dignitate.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui vicualia, seu alia ad usum Romanae Curiae necessaria adducunt, ac vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu haec facientes defendunt per se, vel per alios, cujuslibet conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praefulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel Nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra motantes id eadem Curia audent perpetrare.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam à Nobis, vel Nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra motantes id eadem Curia audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium consilium, vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, Territoriis, Terris, seu Dominis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium consilium, vel favorem.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios personas Ecclesiasticas quascumque, vel saeculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut protractantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, sed etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quocummodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè, delicta hujusmodi committere, excqui, vel procurare, aut in eis ad auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, cujuscumque praeminentiae, & dignitatis fuerint.

Heretici cujuscumque sectae, & eorum fautores, libellatos, & imprimentes

appellantes à Pont. ad futurum Concilium.

fallarios lit. Apost. ab auctoritate signatorum.

Perhibebit: est est, quod vicualia Romam adducunt

Offendunt S. R. E. Cardinales

appellantes
a gravami-
nibus seu iura-
tionibus
ne sit. Apoll-
tiam in for-
ma Brevis
ad Curias
faculares.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos, quam faculares cujuscumque dignitatis, qui praetextibus frivolis quandam appellationem a gravamine, vel futura executione literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gra-

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quoruncumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum praetextu beneficiarum, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitalia, Conventus, Collegia causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Judices interponunt: Quive partes adrectas, quae illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decessas, & ad faciendum, vel consentiendum eis, contra quos tales inhibitiones emanarunt, & censuris, & poenis in illis contentis absolvi, per statuta, vel alias compellunt, vel executionem literarum Apostolicarum, seu executionem prosequuntur, ac decretorum praedictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum praestant, etiam praetextu violentiae prohibendae, vel aliarum petitionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Praesidentes Cancelliarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consilarii, Quaesitores, vel extraordinarii quoruncumque Principum saecularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quocumque praesuleant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, commendatarii, seu Vicarii fuerint.

§. 15. Quive ex eorum praetextu officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quoruncumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiastica, quoruncumque coram se ad suum Tribunal, Auditorium, Cancellarium, Consilium, vel Parlamentum, praetextu Canonici dispositionem trahant, vel trahi faciant, vel procurant directe, vel indirecte, quovis

questo colore: Necnon qui factis, ordinatis, constitutionibus, pragmaticis, seu quavis alia decretis in genere, vel in specie, ex quavis causa, & quovis titulo colore, ac etiam praetextu consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, & ordinarint, & publicaverint, & factis & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo laeditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, seu nostris, & dicte Sedis, ac quoruncumque Ecclesiasticarum iuribus quomodolibet dirigitur, vel indirecte, facit, vel expressè praesulatur.

§. 16. Necnon qui Archiepiscopi, Episcopi, aliosque Superiores, & inferiores Praelatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directe, vel indirecte carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, neque non consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quo minus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Capones, & Sacrae Constitutiones Ecclesiasticae, & Decreta Conciliorum generalium, & praesertim Tridentini, statuant, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinationem sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias saeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam poenalia Ordinarii, & delegatis praedictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque qui haec decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 17. Quive iurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestant.

§. 18. Quive collectas, decimas, talleas, praefanctas, & alia onera Clericis, Praelatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponant, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, ac sic imposita, etiam de sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel per alios, directe, vel indirecte praedicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem praestare non verentur, quoscumque sint praerogativa, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali praesuleant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus quicunque, etiam Regni, Provinciae, Civitatis, & Terris quoquo modo Praesidentes, Consilarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & poenis in eis contentis.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, exequutores, subexequutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, dampnando, capiendo, seu sententias contra illas processando, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctae Sedis Apostolicae licentia, quive huiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perpetam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consilarii, Senatores, Praesidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine participati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios, directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare,

Auxilium
praesulatur
usurpantibus
vitiis
Apost. vel
Ecclesiasticis
iuribus
adversum.

Indices sa-
culares tra-
hentes per-
sonas Eccle-
siasticas ad
suum Tribu-
nal, et alios
Ecclesiasti-
cos liberan-
tem quomo-
dolibet la-
dant.

pare, & detinere presumpserint in eorum, vel in partem; Atram Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardinie, & Corsicę, Terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Tivoli, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venetiarum, Sabinensem, Marchiam Anagninam, Massam Trebariam, Romandiolę, Campaniam, & Maritimam Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castellum, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates Terras, & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictęque Romanę Ecclesię medię, vel immedię subjactę, necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanę Ecclesię competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis presumpserint, neque adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet prestantes. Volentes presentes nostros processus, ac omnia, & quęcunque his literis contenta, quousque alii hujusmodi processus, a Nobis, aut Rom. Pont. pro tempore existente fuerint aut publicentur, durare, subsistere, & effectus omnino sortiri.

§. 21. Ceterum a predictis sententiis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesię mandatis, & satisfaciendo cautione prestita, absolvi possit, etiam pretextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque personis Ecclesiasticis secularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate preeditis, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

§. 22. Quod si forte aliqui contra tenorem presentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto presumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualmente, & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

§. 23. Declarantes, ac protestantes quancunque absolutionem, etiam solemniter per Nos faciendam, predictos excommunicatos sub presentibus comprehensos, nisi prius a premissis, cum vero proposito ulterius similia non committendi desiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut praefertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex Archiviis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiotes fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quancunque tempore continuatam in premissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque juribus Sedi Apostolicę, ac S. R. E. undecunque, & quancunque queritis, vel querendis nullatenus prejudicari posse, aut debere.

§. 24. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indulgiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cujuscunque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & preeminentię fuerint, etiam si ut praenotatur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana presuleant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis a predicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remuneracionis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis Bullarii Magni Tom. V.

vis clausulis etiam derogatoriis derogacionis concessis, etiam continentibus, quod excommunicati, anathematizari, vel Interdicti non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indulgentiis, & modis, ac de ordinibus, locis, & nominibus personis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentem, nec non consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac prescriptionibus quancunque longissimis, & aliis quibuscunque observantiis scriptis, vel non scriptis, per quas contra hos nostros processus, ac sententias, quominus includatur in eis, seu juvare valeant, vel tueri.

§. 25. Quę omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, interferentur, presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cęteraque contraria quęcunque.

§. 26. Ut vero presentes nostri processus ad publicandam omnium noticiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesię S. Ioan. Lateranensis, & Basilicę Principis Apostolorum de Urbe appendi facietur, ut illi, quos processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem pretendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patentem omnibus publicatur.

§. 27. Insuper, ut processus ipsi, & presentes literę ac omnia, & singula in eis contenta eo fieri notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, Universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prelatis ubilibet constitutis, per hęc scripta committimus, & in virtute sanctę obedientię districte precipiendo mandamus, ut per te, vel per alium, vel alios presentes literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint noticiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina conveniret, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

§. 28. Ceterum Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, alisque locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prelati, necnon Rectores, cęterisque curam animarum exercentes, ac Presbyteri seculares, & quorumvis Ordinum Regularium ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, transumptum presentium literarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

§. 29. Volentes eorundem presentium transumptis etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanę Curie, vel alterius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quę ipsis presentibus adhiberet, si essent exhibitę, vel ostensę.

§. 30. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, comminationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis D. P. A. M. Dominicę millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, septimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradicta Bulla affixa fuit ad valvas Basilicę Apostolorum SS. Petri & Pauli, S. Ioan. Lateranensis, S. Marie Majoris, & aliarum solita, & consueta Urbis per me Matthæum Bertarellum Sanctiss. D. N. Papa Curf. Pro D. Mag. Curf. Egidius Felicius Curf.

Hęc Conf. quicunque sigat.

Papa absolutio non comprehendit eos, qui a premissis non desisterint.

Quicunque audient confessionem apud se habentes literas has habeant.

Transumptum etiam fidei.

Sanctis paginalis.

CLEMENS DICIMUS

XXXV. Monasteria aliqua pro studiis Generalibus Fratrum Ordinis S. Pauli primi Eremitae in Hungaria, Polonia, Austria, Croatia, & in Suevia, & in Urbe Roma statuta, & de...

Prohibita bisce Fratribus a Summis Pontificibus concessa habes supra in Consist. 54. in supremo, Alexand. VII.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX IMPULSU Nobis divinitus Pastoralis sollicitudinis impare, sacrarum, honorumque litterarum studia. praesertim inter Christi fideles divinis obsequiis subservi Religionis jugo addictos opportunis rationibus fovemus, & promovemus, ac ut debitis virtutibus honoris, libenter providemus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicae fidei praesidium, & propagationem salubriter expedit in Domino arbitramur.

Petitio.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum S. Pauli primi Eremitae, Nobis nuper exponi fecit, ut Sacrarum, eiusque ancillarum bonarum litterarum studia in eodem Ordine magis in futurum vigeant, & fratres ipsius Ordinis congruis honorum praemiis ad illa amplectenda, atque prosequenda alacriores, & ferventiores reddantur, ipse Procurator Generalis opportunè à Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desideret.

Decernit.

§. 2. Nos ejusdem Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolute fore censentes: Supplicationibus ejus nomine Nos super hoc humiliter portatis inclinari, auctoritate Apostolica tenore praesentium statuimus, & ordinamus, ut deputentur pro studiis generalibus dicti Ordinis in Hungaria, Monasteria Tallense, & Vyheliense; in Polonia Clari Montis Czeskociovienae, & Cracovicenae S. Stanislai, in Austria Neostadiense; in Croatia Lepoglavenae; in Suevia Lagnovienae: quibus accedat Monasterium ejusdem Ordinis in Alma Urbe nostra nuper erectum, cum sufficientes redditus, & aedificia necessaria arbitrio Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum habuerit: Lectores idonei, & Scholares in his constituantur, qui studii sedulo incumbant ad praescriptum Constitutionum dicti Ordinis.

§. 3. Porro si aliquod ex praedictis Monasteriis ab Haereticis, vel à Turcis occupatum fuerit, aut alio casu occurrente, non potuerint in eo studiorum curricula peragi, dilectus filius modernus, seu pro tempore existens Superior Generalis Ordinis praefati, cum beneplicito memoratae Congregationis Cardinalium aliud vicinum subleget.

§. 4. Ut autem eorum, qui studia peregerint, labores debitis honoribus decorentur, praefato moderno, & pro tempore existenti Superiori Generali, fratres expressè professos dicti Ordinis peractis studiis hujusmodi, ad Magisterii, seu Doctoratus, aliosque gradus Scholasticos, dummodo tamen praevio riguroso examine ad id reperti fuerint idonei, per ipsum, vel si aliquo impedimento detentus fuerit, per alium, seu alios ad hoc idoneos, ab ipso delegandos, promovendi, seu promovendi, eisque solita graduum hujusmodi insignia, servatis aliis servandis, conferendi, seu conferri faciendi, ita ut sic promoti, & graduati, omnibus, & singulis gra-

tuis, praerogative, ac privilegiis fruantur, & gaudeant, quibus gaudent, & fruuntur, qui in publicis Universitatibus ad ipsosmet gradus promoti sunt, facultatem auctoritate, & tenore praefatae concedimus, & impertimur.

§. 5. Praeterea ut nemo deinceps ad Praelatos, & Officia dicti Ordinis, videlicet ad Generalem, Vicegerentalem, Distinctionum Secretarii, Procuratoris Generalis, Provincialis, & Superioris localis impetra assumpi possit, qui non fuerit Doctor Sacrae Theologiae, nisi forte Definitorium cum aliquo, vel aliquibus vitae probate Religiosis, iustis de causis dispensaverit, dictae auctoritate harum serie decernimus. Hoc tamen decretum dumtaxat locum habere volumus, cum iudicio Capituli Generalis Ordinis praefati, tot numero Doctores fuerint, qui possint omnibus Officiis Religionis, sufficere. Interim vero, qui nunc Doctores sunt, & successu temporis erunt, caeteris praerantur.

Praelatos nullum nisi Doctorem obtinere possit decernit.

§. 6. Caeterum ne Doctorum numerus nimium au- geatur, in proximo Capitulo generali ejusdem Ordinis certus eorum numerus stabilietur, quem praeterire nefas sit.

Doctorem numerum statui mandatur.

§. 7. Decernentes praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari.

Clausula servanda.

§. 8. Si quae in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublatum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio- nibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provincialium, & Monasteriorum quorumcun- que, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consue- tudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apo- stolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin- gulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & suffici- enter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscum- que.

Contrariis derogat.

§. 10. Volumus autem, ut earundem praesentium li- terarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur in iudicio, & extra, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostentae.

Transumptis prorsus fides.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annu- lo Piscatoris, die 3. Aprilis 1671. Pontificatus Nostri Anno primo.

D. P. A. T. die 3 Aprilis.

Erectio Universitatis Studii generalis in Civitate Urbini.

XXXVI.

Simile crexerit Studium in Civitate Ferraria Bonifac. IX. ut videre est in ejus Consist. 2. In supremo, eique deinde privilegia concessit Clemens VIII. Consist. 93. Sanctae Romanae.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A. D. 1671.

ETERNAE sapientiae consilio speculatores Domus Exordium. Israel, quae est Sancta Dei Ecclesia, nullo licet meritorum nostrorum suffragio constituti, excitandis, promovendisque bonarum litterarum, & laudabilium disciplina

CLEMENS DECIMUS

disciplinarum studio, que Catholice fidei, divinique cultus propagationi, & incrementum, ac Justitiae administrationi, aliisque in publicum commodis magnoperam conducibilia sunt, & depulsa ignorantie caligine, mentes luce veritatis illustrant, peculiarem pastorali munere nostri sollicitudinem propensa charitate adhibemus, sicut omnibus matura considerationis trutinam perpen-

Causa Civitatis.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Communitas, & homines Civitatis nostrae urbinatis, quod cum Collegium Doctorum ejusdem Civitatis ex antiqua consuetudine publicam in ea Institutionem Juris Civilis lectionem haberet, ibique Philosophia, & Sacra Theologia à Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum publice quoque praeterentur in utilitatem studiorum, ut peractis studiorum curriculum, ad Doctoratus lauream provehi valeret, dilectus filius noster Alderanus S.R.E. Presbyter Cardinalis Cybo nuncupatus tunc temporis in illis partibus Sedis Apostolicae Legatus, probe cognitum, perspectumque habens quantum eidem Civitati decoris, atque utilitatis accedere poterat, si instituto ibidem studio hujusmodi, quo parentes eorum liberos studiorum causam alibi sustentandi ornere, atque impensa liberantur, incrementum, atque norma tradere. Lecturas praedictas in aliquot mansiones remotas, nec ulli alii usui applicatas Palatii Pontificii dictae Civitatis insinuat redegit, aliasque ordinarias Sacrorum Canonum, & Legum Civilium, ac aliarum scientiarum, seu facultatum, & praesertim mathematicarum disciplinarum, quae in eadem Civitate antehac eximie floruerunt, lectiones, sive Cathedras instituit, ut ibidem, tam ingenue, quam exerti credita sibi à Domino talenta docendo exercere valerent, & juvenis ad ingenuas artes, atque scientias ad discendas, atque excolendis ardentiori stimulo incitaretur; huiusque studio nonnullos paucos redditus, sub Vexilliferi pro tempore exilientis, & sex nobilium praedictae Civitatis superintendentia assignavit.

Innoc. X. Alex. VII. Studio reditus assignavit.

§.2. Ac fel. rec. Innocentius Papa X. praedecessor noster, cognita grandi utilitate, quae inde resultabat, in favorem ejusdem studii quaedam bona stabilia duorum Conventuum suppressorum Congregationis Monachorum Coelestinorum, & Ordinis fratrum Servorum Beatae Mariae Virginis respectiva concessit, & subinde rec. mem. Alexander Papa VI. etiam praedecessor noster publici pariter commodi consideratione adductus, proventum annum Sphaeritieri, qui prius ad existentem pro tempore in eisdem partibus Sedis praedictae Legatum spectabat, eidem studio applicavit.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, emolumenta quidem ex praemissis provenientia, stipendiis, quae Lectoribus dicti studii annuatim praestantur, sufficiant; Si vero studium hujusmodi in Universitatem studii generalis cum privilegiis, & indulgiis ad instar illorum, quae à patre mem. Clemente Papa VIII. praedecessore pariter nostro Universitati studii generalis Civitatis nostrae, tunc suae, Ferrariensis concessa fuerunt, erigeretur, & institueretur, inde numerus studiorum, tam provincialium, quam exterorum ibidem excresceret, & non solum dictae Civitati urbinatiensi, quae à mari remota, commercio non admodum floret, sed vicinioribus abundat, & quietis quam litterarum studia desiderant, colendae peropportuna existit, decori, & ornamento, sed etiam illius Civium, & incolarum compendio, utilitati, & levamento magnoperam consulere.

§.4. Cumque dicti exponentes hujusmodi erectionis, & institutionis gratiam procuraverint, ut idem studium, ac memoratum Doctorum Collegium, quod antehac à dicto studio divisum fuit, & (ut asseritur) vigore quarundam similis rec. Pii Papae IV. etiam praedecessoris nostri litterarum per similes mem. Urbanum Papam VIII. praedecessorem pariter nostrum consue-

Bullarii Magni Tom. V.

marum facultate conferendi Litteram Doctoralem in quibuscumque facultatibus, ac creandi, & legitimandi speciosa fecerit, necnon etiam per pietatem mem. Julium Papam II. & deinceps praedecessorem concessio, de causis appellationum in prima, & tertia instantia, tam civilibus, quam criminibus, Ecclesiasticis, & profanis in illo statu, & Provincia cognoscit, firma, stabilique unione inter se conjungerentur; Nobis propterea ipsi exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissa opportuna providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.5. Nos igitur ad constantis fidei, & sinceræ devotionis affectum, quem dicti exponentes erga Nos, & Sedem praedictam gerere comprobantur, paternae discentes considerationis intuitum, eorumque votis in praemissis quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenitentia à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de nonnullorum dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum super hoc negotio à similibus rec. Clemente Papa I. X. praedecessore pariter nostro deputatorum consilio, in praefata Civitate urbinatiensi ex Collegio Doctorum, & studio hujusmodi, sicut praemittitur inter se unitis, & conjunctis unam Universitatem studii generalis, in qua Sacra Theologia, Jus Canonicum, & Leges Civiles, Philosophia, Mathematicae, aliæque ingenue disciplinae, scientiae, & artes publicè doceantur, & praegantur, & qui peracto studiorum curriculo habiles, & idonei reperti fuerint, ad Baccalaureatus etiam formati, ac Magisterii, & Doctoratus, aliisque gradus Scholasticos, servata tamen in omnibus forma, & dispositione Vicentini, & Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, promovere libere, & licite possunt, & valeant in omnibus, & per omnia, prout in aliis studiis generalium Universitatibus per Sedem Apostolicam praedictam erectis fieri solet, auctoritate Apostolica tenore praesentium sine alicujus praedicti perpetuo erigimus, & instituímus.

Erigit Studium de quo in rubricis.

§.6. Ac ipsi universitati studii generalis sic erectae, & institutae, ejusque Rectoribus, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis quibuscumque pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, indulgiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, favoribus, honoribus, praerogativis, praeminentiis, & gratiis quibuscumque, quae tam per praedictum Clementem VIII. quam alios quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros praefatae universitati studii generalis Ferrariensis, ejusque Rectori, Magistris, Doctoribus, Lectoribus, Scholaribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis respectiva, etiam per viam communicationis, & aliis quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt, pari modo, & absque ulla praesentis differentia, uti, frui, & gaudere libere pariter, & licite valeant, sine ullo tamen praedicti exactitudinum Cameralium, circa quas nihil innovatum sit, auctoritate, & tenore praedicti itidem perpetuo concedimus, & indulgemus.

Officialibus privilegia concedit.

§.7. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subique plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec sub quibusvis similibus, vel dissimilibus actionibus, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem praedictam quandocumque faciendis unquam comprehendere, aut comprehensas censeri, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanaverint, toties in pristinam, & validissimum statum restitutas, & plenarie reatgratas, ac etiam sub posteriori

Classula praeservanda.

data per eos, ad quos pro tempore spectabit, eligenda de novo concessa intelligi, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectivè in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Clausula facultatis

§. 8. Siquis, de non aliis in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ, & Cardinales, etiam de latere Legatos, aliosve quoslibet quacumque præminencia, & potestate fungentes, & Functionarios, sub lata eis, & eorum cuilibet quavis altere iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio derogatoriis

§. 9. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ne non quatenus opus sit, dictæ Civitatis Urbinatensis, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, tohoratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quocumque indultis, & literis Apostolicis quibuscumque personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialia, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & inferrentur, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

D. P. A. 1. die 6. Apr.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno dno Piscatoris, die 6. Aprilis 1671. Pontificatus Nostri anno primo.

XXXVII.

Canonizatio S. Rosæ de S. Maria Virginis Limanzæ, tertii Ordinis S. Dominici.

Istam Sanctam primus Sacras promovit ad Aras, & de eadem Officium, & Missam recitari posse decrevit Clemens IX. Constit. 18. Sanctæ Matris.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Cœlestis Patrisfamilias, cujus narata, bonitas, virtutes, potentia, & opus misericordia est, ubi ad Magnam Divinitatis Cœnam invitatos Judæos se ipsos ut indignos existentes conspexit, ad vicos, & plateas Civitatis accesserunt hinc inde alios atque alios Convivas servum fidelem transmisit: Verùm nec pauperum multitudine, nec debiliũ carcerum, aut claudorum coortibus, ad regale epulum, in quo n. in paucis, sed omnia parata erant, & ad Cœlestem donum implendam in ulteriores gentes destinatam Nuncium ingredi jussit. Undique ex Asia, Africa, & Europa Sanctorum Virorum, atque Mulierum, quoscumque ætatis, conditionis, & gradus ægmina collecta fuisse sola euriensis lingua America, nec Domini volentia salutem omnium arcanti mysterii conscientia, nec Ministris vocantis voces audire valens, donec venire plenitudo temporis, & per ministros fideles sedentium in tenebris, & umbra

mortis auribus vox Patris insonit. Illarumque est Evangelium ultra Indum, & Gangem, & Equatorem, & per omnes compitorum angulos famelicis quæstiti Gentiles, ut in parato Convivio pingulum, ac medullatorum cum Deo Abraham, Isaac, & Jacob, in Regis sua recumberent. Tandem ultra totius antiqui Orbis extremos fines longè, latèque usque ad ultimas Atlantici Oceani metas, & usque ad extimas Occidentalium Indiarum oras, quæ maris (quod Pacificum dicitur) septem immensa liora, iterum, atque iterum fidei Servo (per quem Prædicatorum Ordo, máximo hujus S. R. E. Doctorè, & prædecessore nostro Gregorio testantè significatur) excurrendum fuit, donec ad Peruvianam perveniret, in quam una cum iis, qui Regionem illam felici introitu, ac successu Deo, & S. R. E. subjecerunt, primus ille penetravit Ordo, qui singulari hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ privilegio Prædicatorum titulo jam diu insignitus fuit, & ante alios Peruvianæ gentilitati Sanctum Iesu-CHRISTI Evangelium annuntiavit, primusque ibi salutiferæ prædicationis verbum suo sanguine obsequando universam illam Gentem ad Cœnam Agni providi efficaciter invitavit, cujus voce, labore, & cruore aurifera illa terra exulta ad exhilarandam universam, tam militantis, quam triumphantis Ecclesiæ Cœnam inter ceteros Christianæ pietatis illius Regionis flores Deo, Angelis, & Homines suaveolentem protulit Rosam totius Evangelicæ perfectionis exemplar, & primum ex Orbe novo in Sanctorum albo reponendum ornamentum: cum enim ad hoc nata, & data fuisset, eam omnium impartitor bonorum spiritus sapientiæ, & intellectus implevit, adeoque suæ charitatis igne inflamavit, ut non tantum odore recrearet, sed etiam fulgore luceret in ea Domus Dei parte, quæ in tenebris latebat ut quasi Stella matutina in medio nebule, quasi Luna plena in diebus nostris, & quasi Sol fulgens in perpetuas æternitates splendet, eret.

Ordo prædicatorum primitivè in India Orientalibus Evangelium insonit.

Æquum igitur, & summo per rationi consentaneum judicemus, ut quam dominus Noster JESUS CHRISTUS (cujus vices in terris gerimus) singulariter in dilectissimam à se sponsam assumptam monilibus, & Coronis suis ornata demonstrare dignatus est, Nos quoque pro muneris nostri in universa Ecclesia debito (cui licet immerito præsidemus) ut Venendam à Deo prælectam, Sanctamque colendam Apostolica auctoritate decernamus, ut à Solis ortu usque ad occasum omnis lingua, & omnes populi consistantur, quod Magnus Dominus in omnibus operibus & laudabilis valde in mirabilibus suis, quoniam etiam in diebus nostris non defecerunt misericordiarum ejus super nos, & si è paternæ culpis nostris exigentibus corripit, non tamen in perpetuum obliviscitur, sed in angustiis nostris multiplici nos electorum, & amicorum suorum præsidio custodire non desinit, qui meritum, & suffragiorum suorum patrocinii nos muniant, & defendant, utque Christi Domini fideles intelligant, quam sit extremum hoc pietatis exemplum, quod in novo Orbe in presentibus calamitatibus, & periculis tori illuxit Ecclesiæ, illustriora ejus charismata, virtutes, & gesta ex multis Magnatibus, quæ contulit illi Dominus, his nostris literis proponenda duximus, ut ejus Sanctæ Apostolicæ hujus Cathedræ testimonio comprobata in universo Mundo perpetuò magis illustrescat.

Lima Re. & a. a. f. i. s. t. u. r.

§. 1. Lima, quæ est Meridionalis Americæ in Regno Peruano Metropolis anno à reparata salute 1586. duodecimo Kalendas Maij, Parentibus honestis Gaspare de Floribus, & Maria ab Oliva orta est hæc mystica Rosa in vico Sancti Domini juxta Sancti Spiritus ædem, & in ipsa solemnè Pentecostes die, quam Rosarum Pascha dicimus, Sacro Baptismatis fonte purificata, ut penè videatur omnia fuisse infantis hujus futuræ Sanctuaris indicia. Primum enim illi nomen ab Avia Elisabeth fuit, quod postea divinur non solum à Matre propter cælestè prodigium rosæ in facie eius illic apparetis, sed etiam à Turibio Archiepsule Limæ dignissimo (non absque cælesti, ut creditur assensu) in

CLEMENS DECIMUS.

In Sacri Christiani in Rose nomen conmutatum, & à Deipara Virgine agnomine à Sancta Maria auscultavit, ut hoc etiam testimonio abundantius comprobaretur; eximia Sanctorum merita à Deo nomina fortiri.

§. 2. Infans sæpe visa est humi jacens fixis oculis jucundè Cœlum intueri, quasi jam peregrina in terris, in Civem Cœlestis Hierusalem eloquenti silentio (quo ex tunc prædita erat) adscribi postularit; jamque pupula intelligens meliorem esse patientem viro forti, suaviter, lepida, & serena semper apparuit, nec unquam vagibus, aut voce querula ædium audita est turbare silentium, avertata solam in publicum efferri. Ea fuit in teneris annis constantia, ut diros Chirurgi cruciatus in pollice, aure, & naribus sine querela, & capitis poenalem corrosionem ex impostis ad medicamen pulveribus ortam sine querela in victo animo sustineret, ut ejus in dolens jam ex tunc patientiæ nata esse crederetur.

In Infancia constans.

Virginitatis virtus.

Et abstinentiam a carnibus.

Rose lætam.

Et Obedientiam.

§. 3. Vix quinquennis erat cum à Spiritus Sancti unitione interius edocta, Virginitatis votum emisit, & ex fratris admonitu vanitatis sæculi conscia facta, ipsam sibi comas ad vivam usque cutem inficia Matris præscindit, ne quid funium superesset, quibus adversus devotam puritatem, aut traheret, aut traheretur ad nuptias; insignem illam Heroïnæ Catharinæ Senensem æmulata, quam sibi in ipso rationis diluculo in Sanctitatis exemplar, & magistrum delegerat, quam subinde Magistram appellare non destitit. Addidit in præsidium primò alterum perpetuè à carnibus abstinentiæ votum, quo cautius obstrictam Deo Virginitatem custodiret, optimè intelligens sobrietatem docere sapientiam, & virtutem, quibus nihil utilius est in vita hominibus. Quapropter jejunium adhuc parvula sic servavit, ut omni fructuum usu interdiceret, quos sibi donatos mox aliis largiebatur. In hebdomadarum spatia protraheret incediam, quæque in puerilibus annis insignem exercuerat abstinentiam, Monialis postea eam sibimet jejunandi legem indixit, quæ planè supra naturam esset; nam integras Quadragesimas transiebat sine pane, & dieti quinis dumtaxat aurei mali granulis in memoriâ quinque vulnerum Christi sese reficiebat; septem verò mensium ex Ordinis sui præscripto jejunium à Rostro Sanctæ Crucis exaltatæ usque ad Pascha sic observabat, ut non nisi ad vespem exigua panis vilioris buccella, haustuque frigida aqua sedaret famem. Sæpè, ac præcipuè sextis feriis palatum, & viscera cruciabat felle vervecino, quod in hunc usum portabile servabat, ut Christi sui in Cruce situbundi gustaret spongiam. Interdum, ut Matri videretur lautius obsonare amarissima Granadillæ folia, vel alias è sylvæ extreme amaritudinis herbas injectis ad speciem paucis uværum siccanum acinis in pulmentum adhibebat. Quando obedientiæ vi ad Carnis esum cogebatur, duris symptomatibus torqueri visa est, nec quietem primam reparabat, donec ad pristinâ abstinentiam læta redire permetteretur. Sic denique assuetâ jejuniis erat, ut ejus creberrimis infirmitatibus nullum aliud prodesset medicamentum quàm panis, & aqua, sic enim divina gratia curat, & sanat.

§. 4. Ut loqueretur victorias, mirabilis fuit in Rosa obedientia, tum in sequendis Divini Sponsi tractibus, quibus eam per arcanas Sanctitatis semitas in unguentorum suorum currentem odorem traheret, tum in duris, & rudis Matris præceptis adimplendis, quibus eam ex adverso ad sæculi nugas, & vanos corporis ornatus impellebat: in tanta enim oppositorum mandatorum diversitate excelluit plusquam humana, non aberrando neque ad dexteram, neque ad sinistram.

§. 5. Hinc novit in florifero serto vera filia Hierusalem iusta illud capiti imponere; celare acum tempora figentem, non solum invidiam, sed imitata verum Regem Salomonem in diademate quo coronavit cum mater sua, Chirothecarum suavolentium in manibus obtemperas admisit amictum, è quibus adulationem veram experta, dum eas abiecit, vidit promiscare flammâs, & totum collucere cubiculam. Pellibus ab ipsa genitrice pro-

paranda valetudine circumligatis, summè cruciata filis, & pariens sustinuit, vitam potiùs, quàm obedientiam perdere parata; in omnibus enim, & per omnia à Confessarii, parentum, & majorum nutibus pendens, mundi, & sui viciatrix etiam in minimis omnes obtemperantium palmas obtinuit; & quod magis mirandum est, etiam vita sancta in Cenobio Sanctæ Catharinæ Lucie præfectæ illius obedientiam præstiterit.

In summo dolore pœnitentia.

§. 6. Sciens etiam Deo, Parentibus, & Magistris nunquam reddi æquale, eximitis prosequuta est Genitores reverentia, pietate, & charitate: labore manuum eorum inopiâ levem reddebat, prudens, & providens in removendo quidquid eis ingratum, aut inquietum esse posset, in pacandis contentioniibus, & sedandis animis mirificè discreta. Infirmæ eorum valetudini semper promptè, & providè assistens, & ministrans visa fuit. Ad hoc per singulas noctes in operibus elaborandis vigilias protraheret ad instar fortis illius mulieris, quæ de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis; debilis enim, languens, & sæpè ægrotans, ac orationibus, & aliis exercitiis detenta, aliarum artificum opera, & celebritate, & perfectione, quàm longè superabat. Nec prætereundum, quod in hac pietate erga parentes cursum vite suæ feliciter clausit; Matrem enim prævidens pro sui obitus adventu summo mœrore afficiendam, Sponsium suum enixè precata, tantam divinarum consolationum sensibilem affluentiam ei obtinuit, ut postmodum juratando deposuerit se in tam dilectæ filie præmatura morte expertam fuisse cor suum nimis angustum, & incapax ad Cœlestia illa gaudia capellendam.

Erga præcedentes virtus.

Humilitas.

§. 7. Humilis Virgo sibi videbatur nil agere, aut pati in Spoli famulatu, se ipsam redarguebat super ignaviam, vociferabatur se indignam communi aère, mirabatur se vivam terræ hiatu nondum absorberi: ad pedes Confessoriorum lacrimis plena singultiebat, minimos quoque defectus ita exagerans quasi atrocissimorum scelorum cumulatum rea foret: publicas urbis, aut regionis calamitates suis imputabat demeritis: ægritudines creberimas, & acutissimas acceptabat, & amabat, eum vindices, ac iusta supplicia sine in Deum perpetuè ingrati tudinis: provocabat in se omnia mundi elementa ad vindicias injuriarum, quas eorum Creatori à se illatas querebatur: credebatur firmiter, & ita ab omnibus credi fatagebat, omnium se creaturarum esse adjectissimam, & pestilentissimam, ævum execrabilem infelicis sæculi, Orbis maculam, humani generis ultimum carcinoma. Hinc si deprehenderet de virtutibus sanctillum commendari, cruciabaturn miserâ, expalescebat, distillabat lachrymis, dehiscerebat illic se mergens in abyssum humilitatis. Accidit, quod è vicino ædium conclavi obiter audiret personas graves de Rosa tanquam absentis mirabili vita honorificè, ac secretò confabulantes: expavit, & adtremit exanguis virgo, angore, fletu, & mœrore distabit, ac se ipsam durissimè oburgans, & quater illis pugnum aculeatæ capitis sui Coronæ sternerunt sub velo sanguinis rivi, ut acrimonia doloris ingratiissimum alienæ laudis obtunderet additum. Familiaribus suis ingenuè profitebatur humilis Rosa pleuritis suis criminibus haud sufficere communem gehennæ rogi, alium sibi deberi singularem infernum, ac veteri profundiorum, longeque deteriorum.

§. 8. Ducebatur inter hæc virtutum exercitia à Sponso, tam ad exteriorem corporis, quàm ad intimam spiritus solitudinem, ut ibi loqueretur ad cor ejus, obstitentibus ex adverso importunis genericis conatibus, quibus eam ad connubia terre parare fatagebat; ad quæ non solum verbis durioribus, sed etiam verberibus impellebatur; sed vicinè invictus Rosæ animus, prius enim Cantæ, ubi cum suis morabatur, per quadriennium semel tantum à matre iusta domo exivit, post exemplo suæ Magistræ rigidiorie inedia vultus venustatem immuare, veste humili, & despecta corporis agilitatem celare, hominumque prospectum quoad poterat declinare curavit. His sanctis artibus spes omnes nuptiarum elusit, non tamen quantumquæ pugnam evasit. In statu enim vite diligendo diu, multumque luctandum fuit. Tan-

Habitum S. Dominici suscipit.

deno obtinuit vicesimo etatis anno , ut consentiente matre coopereretur palam in filiam S. Dominici, assumpto S. Catharinae Senensis habitu, quo candent Sacerdotes tertii Ordinis, vulgo de penitentia. Eam namque severioris Institutii Sanctae Clarae primae Virgines Monasterii Limentis in fundationis sodalem habere toris viribus conabantur. Sanctimonialis postmodum S. Doctoris Ecclesiae Augustini illam jam domo ad hoc egressam praestolabantur, sacro hoc amictu, & nec frustra, ni ante Aram Beatissimae Virginis Sanctissimi Rosarii immobilem vis divina tandem desuisset, quoad conceptum itineris propositum retraheret. Unde caelitus admonita Ordinem Praedicatorum esse in Sancta Ecclesia Paradisum voluptatis Divinae, in quo ipsa velut Rosa coelestis ceteris sibi lillorum, & rolarum vernantibus plantis foecunda, & inserenda erat, quod postea ex intumidis praecordiis optans petebat, & voti compos facta, ante praedictam sibi summe gravissimam Sanctissimi Rosarii Aram Alphonso Velasquez ejusdem Ordinis tunc a Confessionibus ipsius Virginis dante anno Domini sexto supra millesimum, & sexcentisimum in clara S. Laurentii celebratae habitum suscepit. Verum nec adhuc integra pax, suadebat enim postea Quaesitor Gundalifalvus vir optimus, qui apud Virginem Rosam sibi concredita auctoritate, & domestico imperio plurimum valebat, reformatam Excalceatarum Virginum Sacri Carmeli Regulam in clauso Coenobio potius subire, quam inter postremas Sancti Dominici Tertiarias extra septa Monasterii militare; se non tantum protectione, sed & opera, & opibus adjumento futurum pollicebatur. Theologorum scrutiniis in hac causa anceps sententia stetit donec, ipsa caelitus roborata constantissime status religiosi delectum, non humanam, sed divinae inspirationis opus esse demonstravit, sibi quoque vivendum usque ad extremum spiritum sub Sanctae Catharinae Senensis Magisterio, & tandem futurum tempus, quo ibi Linae exurgeret hujus nominis, & Institutii Monasterium, quod propheticis spiritum pronunciatum fuisse, eventus ipse postea comprobavit. His omnibus superatis, ed gravior, quod intimior adhuc difficultas emeruit; importune enim se ingereret in humillima sui cognitione molesta cogitatio, quod ipsa peccatis sordida illo niveo, & sacro amictu niuis esset indigna, nec desistit pugna, donec ante ipsam Sanctissimi Rosarii Aram in placidissima ecclasi rapta, & pallens, & rubens, ac splendoribus fulgida apparens, & post sensibus reddita, in jubulum grati animi obtinente victoriae erupit. Tantae molis erat praecipue Seraphicae suae Magistrae habitu, & Instituto potius, quam postea sic adamussum expressit, ut non solum ab exteris altera Senensis Catharina non sine magno humillime Virginis angore animi diceretur, sed & ipsi Confessione in lineamentis, gestu, & vultu, sic in illam mirabilis divini amoris methamorphosi commutata apparet, ut jam non similis, sed eadem prorsus esse videretur.

§. 9. Oraculum illud divinum, Sponsabo te mihi in fide, etiam cum hac dilecta, & electa Dei exitio privilegio impletum fuisse dignoscitur, ad quod eam per mirabiles favores evahere dignatus est. Singularis fuit, quo speciosus forma prae filiis hominum habitu marmorum caedendorum peritissimi Artificis festinus, & amans in somnis apparuit, ut Virginem illic sponsam quaesituras. Ubi Rosa in tant conubii sedus consensu arduos eis caedendorum marmorum labores imposuit, & brevem terminum ad perficiendum opus, dum peregre rediret, indixit: erubuit virgo in sponsi reditu omnino impar suis viribus officium adhuc imperfectum inventi, cui dolenti referavit ille amplas lapidariam officinas, in qua innumerae electae Virgines caedendis, & poliendis marmoribus viriliter insudabant, sponsas esse ex nuptiali veste, & fulgore deprehendit, suarum lacrymarum stilliditissis saxa ad incisionem emolientes, & una cum illis consimili veste circumamicta novit se ad tanti sponsalium gradum per ardua preparari. His igitur, & eo virginali candore nitens, ut

Eius estis...

Rosa...

nunquam nec venialia impuritatris macula eam aspersione huisse, omnes ejus a confessionibus jurati testes probaverint, apertius ad mysterium ventum est. Dominica erat Palmarum, cum in ipso Rosarii sacello in sui nihili abyfso demersam sic affatus est. Rosas cordis mei, tu mihi sponsa esto. Contremuit Virgo ad dulces tam divini Sponsi voces, & simul audivit gratulantem sibi Desipam, & dicentem: En Rosa, quali te dignatur honore meus hic filius. Inestimabiles divini amoris Theauri, & connubialia tanti Sponsi maxima in Rosa munera tam largiter deplerunt, ut ad ea in posterum occultanda humillioribus adhuc exercitiis continud vacando, & de se abjectissimè sentiendo, ac in omnibus sui contemptum sibi comparandum esse cognoverit, & re ipsa opere compleverit.

§. 10. His donis aucta, & charismatibus cumulata ferventius Virgo ista accinxit adhuc arcetius fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum; deficientibus enim ad suae fidei martyrium Tyrannibus, & tortoribus, se ipsa fortior, utriusque in se explevit ministerium. Saxa enim, & Cruces, quibus parvulus usus flagellorum ignara, à Mariana ancilla suarum mortificationum ferè sola conscia, ad orationem, vel ad hortum pergens onerabatur, in ferreas catenas commutavit, quas aptavit in flagra, quibus ad sancti Dominici exemplum singulis noctibus usque ad rivolorum sanguinis copiosam effusionem, vel pro ærumnis Sanctae Ecclesiae, vel pro periclitantis Regni, aut Urbis Limentis necessitatibus, vel pro compensandis peccatorum injuriis, vel pro expiandis defunctorum animabus, vel ad impetranda divina subsidia in extremo agone constitutis, cruentam se Deo victimam ad ejus justam iram avertendam offerebat, horrescentibus quandoque domesticis ad tam diros carinarum ictus, quantum usu ei interdico, earum una sic triplicato ductu lumbos latenter diu praecinxit, ut nunquam nisi maximorum cruciatuum ischiadiis vi apparere potuerit, quae postea non nisi interveniente miraculo soluta fuit, cuius annulos post Virginis obitum miram, & peregrinam suaveolentiam spirare compertum est. Ne qua verò pars innocentis corpusculi vacaret à supplicio, pernalibus vinculis brachia, & lacertos torquebat, utriusque manibus, ac minutulis sentibus pectus, axillas, ac latera arcebat: ut suo lilio inter spinas constituto omnino configuraretur hac Rosa, ciliis postea à collo infra genua protendentis asperitatem acibus permixtis auxit, quo compluribus annis usa est, donec ob frequentem sanguinis vomitum exuere iusta fuit, cuius supplicii iacturam alia veste minori valetudinis damno, sed non leviori molestia compensavit, sub ea enim poena erat ei quicumque motus, sola plantae ab his doloribus vacabant, quas tamen aut saxorum collisione, aut fornacis adustione à cruciatibus immunis esse non sinebat, & quod ferè singulare est, in divinatam consolationum affluentia, quibus solet sanctitas etiam in terris abundare, & piorum caro in Deum vivum jucundatur, & exultat, ab eis corpus suum alienum, & jejunum esse cogebat. Memor ulterius non decere sub capite spinoso membrum delicatum inveniri, compuncta obvultu piae imaginis muto praconio dicentis: Ecce homo, primam coronam capiti suo exstanno peracutus claviculis infixit, & per aliquot annos non sine vulneribus cinxit, cui in majoribus annis successit secunda nonaginta & novem aculeis armata, quam in dies diversimodè semper magis foenalem arte familiaribus occultà reddebat, eamque non nisi cum vita dimisit.

§. 11. Neque enim videbatur ei seraphicae magistrae plenè induisse habitum, nisi & spineam illius assumpsisset coronam. Hujus diadematis triplici iactu in Sanctissimae Triadis reverentiam Demorum suggestiones illic fugare consueverat, saxis instructa tales spinas non violare, sed vallare has Rosas: strati sui duritiem eam esse voluit, quae somnum magis abigeret, quam conciliarer, ita ut dormiret idem esset lectulus, & equuleus, cervical aut impolitus truncus, aut lapides in hunc

Et sponsam vocat.

Mira forte...

Vinculis...

Cilium...

Plantae...

Ac coronam...

Qua dicitur...

CLEMENS DECIMUS.

hunc usum absconditi. quod cubile preacutus postea regularum fragmentis, ceterumque fractarum triquetris sic implevit, ut singularium pars macronata obverteretur corpori, nec ante se ad somnum conprobar, quam fellis huius fauces amaricalet; sic floridus erat huius sponsa lectulus, & sponso divino aded gratas, ut eam quandoque propter hanc pend exanimem visibiliter apparet consolatus fuerit, proponendo ei duriorum, & angustiorum suum lectulum Calvaria. His artibus somnum suum intra duarum horarum angustias coarctavit, & quandoque etiam minus spatio importuno exactori concessit, diurnum enim, nocturnumque tempus sic distribuere, ut ex utroque duodecim integras horas orationi seponeret, alias decem labori manuum, quo Parentes sustentaret, impendebat, reliquis duas brevi quieti, somnoque deputabat, adversus cuius insidias clavum parieti infixerat, cui capillitium, quod ad tegendam coronam reservarat, strictissime applicabat, eoque tormento somnolentiam fugans ad preces recitandas vigilias accrescere consueverat.

Solitudinem querit.

Felicitatis ad orationem surgentem.

Annulus ad Divini amoris exultat.

coronas Domini, orationes Dominicas, Salutaciones Angelicas, Symboli Apostoli, orationes, & plurimum aliarum precum, flagellaciones, lachrymas, interventus Missarum, & Sanctissimum Communionis sumptiones, quae omnia frequentissime recurrebat. Hisque Sancti Amoris exercitiis sic animam & cor suum illi sacraverat, ut tota ipsius veluti dilectissima Sponsa esset, & nihil sibi reservaret, quod Sponsus ejus omnino non possideret. In contubiali annulo, quem in tantis sponsi memento non cum ipsius infantis Jassus effigie laborari mandaverat fratri ejus, dum in eo delineando incumbit, quamvis tanti mysterii penitus ignaro pro lenitate divino instinctu illa eadem Regis Regum sponsalitia verba occurrerunt: Rosa cordis mei, tu mihi sponsa esto. Annulus iste eam ab ipso Christo Domino vim supernam obtinuit, ut enim vir probare virtutis arretractans eximias divini amoris immisiones, excelsa lumina, & insuetos Spiritus Sancti ardores usque ad animae deliquium experire fugit corpore profors immobilis, nec nisi annulo deposita potuerit surgere liber, qui sensibilibus in captivitate tam sanctae nuptialis laticis tenebatur. Quod si tantum in aliena, quantum in ipsa sponsae anima diviniae illae nuptiae valerent?

§. 13. Habitavit igitur haec amantissima Domini confidenter, & quasi in thalamo tota die morabatur in eo: edocta enim in ipsa infantia interius ab ipso ferventer orare, etiam dormiens deprehensa fuit ore diurnas proferre preces, & cor ejus in oratione vigilare. Anno aetatis suae duodecimo elevata fuit ad sublimem illum contemplandi gradum, quem mystica Theologia unitivum appellat. Inter manuales labores intellectus acie immobiliter in Deum figebat, ita ut nec in vigiliis nec in somno mentis ejus oculus Coelstis sponsi elaboretur praesentia, quae ita suaviter occupabat interiorum animae illius vires, ut loquendo cum ipso Deo intus, simul etiam alia quaeque necessaria expedire foris pertractaret. Per horas immora ante aras, nec praeterirentes vidit, nec ad repentinos strepitus animum deflexit. A mane feriae quintae usque ab Sabbatum, quandoque etiam usque ad Dominicam sic genibus flexis invariata mansit, ut nec e pavimento surgere potuisset, sincerè jussa aperuerit. Attributa divina distributa in numerum centum quinquaginta per decades ad exemplum Sanctissimi Rosarii recitando Daemonibus terrore fuisse cognovit. Familiare ipsius sermones vim orationis ut plurimum continebant: A canora Avicula excitata ad Dei contemplationem tribus ante prandium horis, & in ecstasi rapta, ab ea non nisi ad vesperam se explicuit. Ad orationis, & praecipue mentalis exercitium proximis allicere studebat. Confessarios exorabat, ut ad eam omni arte poenitentes inducerent, ipsosque divini verbi praecones frequentissime hortabatur, ut ad ejus studium, veluti ad magnam adversus omnia peccata pharmacopaeam suos Auditores inflammarent, ac piarum meditationum usum populariter invehent. Parthenici Rosarii recitationem tum innexa decadium mysteriorum consideratione, prout Sanctus Dominicus instituerat, singulariter diligebat, eo quod in ea coalescant mentalis, & vocalis simul orationis affectus, petitiones, laudes, gratiarum actiones, & plurimis haec Rosaria incitamenta profuisse re ipsa compertum fuit.

Dormiens orat.

Et ad orationem allata.

§. 14. Propè obitum per Quadragesimam cum Avicula mirè canora, quae sole occiduo ante suum cubiculum advolabat, alternavit Rosa cantica, & laudes Dei quotidie per horam integram tanto ordine, ut canente avicula virgo siletet, & virgine modulante avicula attentissima nec pipiret, quin & ipsas insensibiles plantas exemplo prorsus singulari ad laudes, & ad orationem Dei, eo versiculo prolato: Benedicite universa germinantia in terra Domino, invitavit, & visibilibus sic inclinavit, ut arborum summitates terram attingerent ac veluti solemni venerationis ritu Creatorem suum adorarent, usque adeo verum est, quod is, qui adharet Domino, unus spiritus est, & ei quoque obediunt omnia.

§. 15. Ut probaretur, an spiritus ejus ex Deo esset, subacta

CLEMENS DECIMUS.

338

Rosa cogitationis.

sub illi virtutum, tum doctrina, tum pietate, & spirituam discreatione excellentium examini; Purus subjectus fuit, ex quo claruit, ejus lumina, & dona divina fuisse, & ab ipso rationis diluculo nihil ei daleto occurrisse, quam de Deo cogitare, & supernis ejus beneplacitis inhare: a duodecimo anno expedivisse innotum ejus animam a Domino cum suis spiritalibus potentis attractam divi- nae pulchritudini ita inhafisse, ut nulli re creata a chari- tate Christi unquam separari potuerit: ab infantia ex magno Dei munere faciles ad virtutes propensiones sine passionum tumultu spafisse, a prima Dei noctitia repleta fuisse timore Dei, & horrore peccati: nulla re creata potuisse recreari, totum suum levamen fuisse sentire Deum in anima sua, presentem; acerbis omni jactura, & gehenna ipsa videri ei, si vel ad momentum e conspectu eum perderet: tunc ex obedientia aperuit, quod certamen fove dedit illi Deus, ut vinceret, & sciret, quod potentior omnium est sapientia. Horrendas enim visiones, pavores, & spiritus derelictiones, quas per quindecim annos summa constantia pertulit, enarravit, quae veluti pomaies animarum in Purgatorio lugentium dilaciones, & quidem ipsius Inferni typus videbantur: cum nulla ei spes evadendi affulgebat, tunc patuit inter has dereli- ctiones repente in ipso pntine unionis meridie, veluti in Sponsi brachiis se deprehendisse resitutam, sensisse quoddam donum inexplicabile, solidum, & fundamen- tale, quo videbatur sibi reddita impeccabilis, ut ille, qui dicebat, quis nos separabit a charitate Christi? Perque etiam post illas tenebras apparuisse ei humanitatem Christi Domini, necnon & Sanctissimam Virginem Deipara. Intellectuales etiam visiones, quibus in se pre- sentiam Dei experiebat per terminos remotioris, emi- nentiae, & causalitatis, aliasque circumstantias explica- vit, idque non a libris acceptum, sed Spiritu Sancto in- terius docte assecutum fuisse, merite innotuit. Morti- ficationis etiam, & poenitentiae exercitia, & in his non suo, sed Confessorum arbitrato modum constituisse: suarumque virium dissidentiam, fidei ardorem, spei secu- ritatem, divini amoris incendia sic dilucide explicavit, ut sinceram, ac tutam esse viam, qua haec electa Dei Virgo incedebar, censores disparatis colloquiis, scruti- niis, & censuris unanimi spiritu, voto, & sententia concluderint.

Pauitiam exercet.

Arana Theologia duplicat.

Conversatio eius cum Jezu.

§. 16. Spiritu Dei agere, & agi Rosam, ut Dei filiam sui: constant opinio omnium, qui tunc Lima perfructio- nis, & sanctimoniae fama celebres erant, ea nque dono sapientiae abundare, & scientia caelitus insula gubernari judicarunt; difficillimas enim de arcano Sanctissimae Trinitatis mysterio, hypostatica Verbi Divini unione, Sanctissimo Altaris Sacramento, profundo praedestina- tionis abyflo, natura gratiae, ceterisque Theologicis quaestiones sacrarum literarum Professoribus proponen- tibus, tam sublimibus conceptibus, profundis sententiis, & verbis adeo propriis explicavit, ut laudarent omnes cum Servatore nostro Patrem Omnipotentem Dominum abfcondita, humillimis parvulis, & indoctis revelaret.

§. 17. Conversatio hujus Virginis magis in Coelis, quam in Terris erat, & ubicunque Sanctissimum nomen Jezu legendo occurrisset, tantisper immobilabatur; inde enim amoris ignes in corde sentiebat, & ipse Jezu saepe amanti Rosae in paginae plantae apparuit, eique suavi obitu blandiebatur, ut verbum attentam lectione talis animae dignissimum, in quo sunt omnes thesauri sa- pientiae, & scientiae Dei: sic etiam eam occuparetur in telae consutura, pulvillo ipsius saepe quietissime infide- bat, & ad cor hujus dilectae tacitis nutibus loquebatur, omnique gustu suum divinum proveftabatur amorem. Frequentes, & ferè quotidianae erant hujus sanctae animae deliciae istae, & interdum morae faciente Sponfo queru- lis vocibus lamentabatur, donec veniret: ludens cum eo, cujus guttur suavissimum est, obtinuit vincens curari à dolocibus gutturis: perdens verò, iterum doloribus cum patientia donata fuit, quae dura matri obediens narraret, vifa est vultu Angelico radiare. Illi jam languenti, & vi- ribus deficienti, omnique humano auxilio destituta oc- currit idem ipse, qui est adjutor in opportunitatibus, &

tribulatione, & presso vulnerati lateris mirotecto eam benigne applicavit ad hauriendam aquam salvis de fontibus Salvatoris, illi è tegram sanavit. Ab inno- centibus Virginibus vifa est eam ipso Jezu siflere, quan- doque etiam deambulare, & secretissima miscere collo- quia tall cum Majestate, ut quocumque pedem fixisset ille, pavementum fulgenti lumine splenderet: utque talis Rosa nulli alteri plantae adhaeret, quam ei, qui est Flos campi, & Liliū Convallium, invenit basilicum, seu ozonium, quem studiosius colebat, reservatum ut plantam Regiam ipsi Regi Saeculorum, siccum & erad- caruta, cui de hoc dolenti ipse Christus appatens dixit, se suis manibus illum eradicalle, & projecisse, ut ipse fo- lus esset ejus verus basilicus.

§. 18. His ostendit verissimum, quod in ecclasi euidam dixerat, idest se Rosam gestare in intimo sui divini cordis penetrati, cum sciret vicissim in ejus Virgineo corculo se solum tranquillissime inhabitare.

§. 19. Adstitit etiam saepe Regina Coeli à dexteris ejus, ita ut ab undecimo aetatis suae anno usque ad extremum, non defuerit ei hoc pretiosum familiaritatis contuber- nium: in Rosarano enim Sacello ex sedulo ministerio mutua cum illa erat ei conversatio, eoque honore hanc suam famulam dignata est, ut cubiculariae ipsi exhi- buerit ministeria excitando eam illis vocibus: Surge ad orationem filia, surge, nam instat hora. Illique ex- perrectae se praebat videndam facie ad faciem, Majesta- te decoram, & gloriae caelestis Paradisum, exclamanti cum altera Elisabeth: Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini ad me.

§. 20. Mifit etiam Dominus Angelum suum, qui prae- cederet Rosam, & visibiliter custodiret, ac introduceret eam in locum, quem illi paraverat; fuit enim tam do- mestica fiducia hujus Virginis cum eo, ut habuerit illum non solum ut amicissimum, sed etiam ut pararium, aut veredarium, quocumque hora consueta Sponsus non apparebat, Deficiens quadam nocte viribus mifit eum ad Mariam de Usarigui, ut nuntiaret ei se egere remedio, quod per famulum statim illa transmisit, vidente, & ag- noscente hoc à filia per obedientiam Matre.

§. 21. Ab eodem etiam ab horti cellula, aperiante ipso seras portarui, ad genitricis cubicalum incolumis ducta fuit. Aliis etiam Angelis mandavit Deus de illa; adfite- runt enim propter ejus preces euidam Religioso in peri- culoso itinere, donec iste in deterius mutatum fuit, cui cum ipsa Virgine de hac derelictione conquerenti reve- lavit mysterium, & arcana singularia ipsi soli, & Deo nota, & quae à tanta distantia solum ipso Domino, aut Angelo revelante Virgini immovisse poterant.

§. 22. Saepe etiam ex quo fuit ei à Christo Domino data in Magistram Sancta Catharina Senensis, haec eam visibiliter conveniebat in terris, praesertim cum ejus regulam scrutaretur: adeoque crebra, & amica fuit inter has Virgines conversatio, ut ex vultu Beatæ in faciem Rosae transferant lumina, ita ut & vivens, & defuncta per oris lineamenta haec eam omnino reprae- sentaret, praeter innumeras delicias, favores, officia & virtutes, quibus ab ea ornata, & aucta fuit.

§. 23. Probavit Pater Coelestis inter has spiritalis vitae delicias hanc suam electam, ut aurum in fornace igne tentationum, afflictionum, persecutionum, & plurium, ac gravium infirmitatum, luctabatur enim quamfreque- tissime cum Dæmonibus, multisque illorum molestiis vexabatur, ex quibus sub terra specie Molossi unus eam orantem latratu horrifono terrere, & rapido morfu per- solum illam raptans tentavit discernere, donec clamavit ad Sponfum, ne tradas bestiis animas confrentes tibi: alias colaphum impegit, quandoque saxum rude in eam libravit, quod solotebas Rosam, nec lasam, nec ter- ritam prostravit: libros ejus spirituales laceravit, sub gigantea mole alias hanc inexpugnabilem formam tre- mamente cellula corripit, adeoque contorsit, ut ejus ossa comminuta, & nervi distraeti viderentur; sed invictus Virginis animus insaniam hujus furentis hostis pluri- bus horis frustra certantis repressit, & irritit, donec v.ctoriae desperandum evalit. Ad horum oratura procedens in Angelum lucis transformatum obvium blandè habuit hanc

Eiusque Genitricis Mariae.

Angelus celarum in Rosa ingre- ditur.

Ei Cathari- na Senen- sis apparui.

A dæmone variè ter- ratur.

tunc Antagonistam, quæ à nobili fuga victoriam mendicavit, cum de castitate certamen esset, arreptaque ferrea catena acerbissimis ictibus nudas scapulas cruciavit, & inter sanguinis, lacrymarumque rivos conquerenti de absentia Sponsi, conspicuus ille ostendit, quod nisi cum ea ipse fuisset, nunquam victoriam reportasset. A primordiis pueritiae spirituum discernitionem obtinuerat, agnoscebatque docente sua sancta Magistra, quæ olim à Christo Domino hauserat, illustrationes à Deo esse, cum in anima sequitur humilitas, reverentiae affectus, propriæ vilitatis cognitio, ordo, & unitas cordis, & gaudium in Deo. Ex adverso his oppositas impressiones, timorem, divisi cordis confusionem, sui complacentiam, & inquietudinem redolere.

A domesticis persecutionibus patient.

§. 24. In ærumnis ab infantia fuit, nono enim mense ætatis suæ lacte destituta est, cujus defectus non nisi cibo valde inepto compensari potuit: vix fieri coepit cum propter nominis controversiam virginitatis eadebat ab Avia, si Rosa; à Matre, si Elisabeth vocata respondisset. Virginitatis hujus virtutes, & mortificationes Martiri aliud intendenti mera delicta videbantur, quibus castigandis non solam durissima verba, sed per se etiam seva verbera adhibebat, præsertim cum rutilam castitatem deprehensa fuit sibi præcidisse. Nec mitiores in eam fuisse domesticas, quando ejus virtutes, & celestia dona innotuerant, vano timore correptionis cum magno familiarum dedecore, ut de imposturis suspecta ad Sanctæ Inquisitionis Tribunal raperetur. Accessit in eam tribulationis quorundam Confessoriorum incredula vel oscitantia, vel ruditas, vel incititia, dum ei conabantur suadere, non esse rectum, aut tutum illud virtutis iter, vertigine, vel alia noxia intemperie laborare, illusiones esse, quas ipsa illustrationes divinas credebat. Suadenti feminæ precibus impetrare à sua Seraphica Magistra eripi ab his ærumnis, constanter renuit, pudebat enim Crucifixi Sponsam, vel per momentum extra Cruces reperiri, à quibus nunquam vacavit, feriatam enim ab exteriori gravior occupabat interior, & cessanti foris persecutioni, ægritudinum agmina succedebant.

Inter corporis dolores constantior evadit.

§. 25. In Cantu ex dita nervorum attractione per triennium lecto decubuit cruciatu intenso, gemitu nullo; sæpe acutissima eam angina, asthma, permolesta ischias, pleuritis, stomachi, pericardii, & intestinorum dolores sine numero, & sine lege frequentes convulsionem invadebant, Medicis ut plurimum stupentibus, quomodo in tam arido corpusculo vires essent ad perferenda, quæ prosternendo cuilibet robustissimo satis fuissent, Rosa optimè penetrante non tam ab intemperie, quam à benevola Sponsi manu hæc sibi agonalia fœta provenire: febres ephemeræ, ac etiam reliquas contumaciores ipsa consuetudine jam penè in jocum verterat. Chiragra, Podagra, & Arthritidis morbi frequenter eam occupabant, quos cum invicta constantia toleravit. Hæc omnia inter illustiores à Deo sibi collatos favores recensebat. In sublimi enim, & singulari mentis elevatione viderat Christum Dominum dividendam lanceæ ex Cruce facta gratias, & dona ad mensuram peccatorum; audivitque dicentem, sine pondere afflictionum ad gratiæ cumulos non perveniri, unquam veram scealam Paradisi esse Crucem, nec præter eam superest aliam, per quam in Cœlum ascendatur.

Orantem præcedat.

§. 26. Languens, & æstuans Divini Amoris ignibus in nocte orans visa fuit ab alia virgine magnis luminibus coruscans veluti igniculis per os, oculosque evibratis, protestantibus quantum incendium intus ferveret, quod aliàs pluries ea inscisa coram diversis contigisse innotuit. Cæteras virtutes studiosè celavit, magnam charitatis flammam tegere non valuit, ejus enim colloquia, salutationes, & responsa continuo divini amoris memoria condiebantur. Singularum creaturarum ordines ad amorem dulcissimi creatoris gradatim compellebat, tum ignitis vocibus, tum pulsu citharæ, quem non didicerat, ut omni ritu, gestu, actuque suo se dilecto ostenderet amantem.

§. 27. Eadem vi charitatis acta, ut vera sponsa Do-

mini zelavit honorem; irreverentiam enim Ecclesiarum detestabatur, loquentes ibi otiosè hussilliter, & suavitè corripiebatur, Domesticus cavebatur, ne coram ea ineptias profertent, verebantur enim adhuc parvulæ censoriorum supercilium: immenso gaudio perfundebatur, quoties Dei honorem insigni, alioque successu promoveri videbat, ut accidit in insignis peccatoris conversione.

§. 28. Eodem seculo precibus transiit in se Confessarii sui febrim, ut Concionarioris officio in per celebri solemnitate fungeretur, quo convalescente torquebat Rosam febris non sua, nec tamen à sermone abesse voluit, febrilem enim ardorem facillè superabat exultans divina gloriæ desiderium.

Hæc oratio Deum ad tunc.

Et oratio in nuntiis.

§. 29. Obsequavit hanc Dei Amoris sollicitudinem dilectæ suæ ipse Christus Dominus hoc insigni miraculo. Anno salutis 1617. decimosextimo Kalendas Maii, Rosa vehementius amoris divini stimulis excitata sonore, & fervidissime venerabilem Salvatoris effigiem in Oratorio Quæstoris alloquebatur; eum statim totum vultum imaginis guttulæ sudoris operuerunt; convocati testes arte, & doctrina celebres, qui omnibus seridè expensis censuere supernaturale esse, quod in Icone gerebatur, quatuor horis duravit pium ostentum cunctis adstantibus admiratione, & sancto horrore stupentibus, cujus sudoris vestigia per aliquot lustra conspicua mansere. Hoc esse tantummodo indicium, quam enixè cupiat Servator noster ab omnibus redamari, testata est ipsa Virgo Rosa Divini conscientia secreti, timentibus domesticis, ne impendentis divini ultionis præfagium esset. Sudor ille brachio ipsius Rosæ ex Confessarii imperio applicitus, quod antea solo collitum sic graviter læsum erat, ut Chirurgorum iudicio ex ea parte Virgo manca mansura esset, sanum, & flexibile reddidit, stupente Chirurgo, qui pridè censuerat omnem curam esse vanam cum brachium omnino intractabile appareret.

A Christi Icone sudorem manente conhibuit.

Frequentis Eucharisitie recitatur.

§. 30. Nondum pueriles annos excesserat, quando eam Confessarii spiritu jam grandem agnoscentes, manducandi frequentem Panem illum Angelorum, qui præbet delicias Regibus, facultatem dedere.

§. 31. Erat in ejus spiritu limpida mundities, nitida innocentia puritas, ac robustus devotionis calor, & nihilominus cum tanto immaculatæ conscientie candore, quoties ad Divinum Epulum accedendum erat, toties summe gembunda, & lacrymis perfusa Sacramentalem Confessionem præmittet. Hanc Sacrotes communicaturi totam flammam, & vultum ipsius celesti, & vehementi splendore radiantem conspexerunt, quin & Presbytero Sacram Communionem porrecturo videbatur flammescens aperiti elibanus dum removebat pallium, ut Divinam reciperet Hostiam, & vim erumpentis repentini ardoris ad se sentiebat pavidus Sacerdos, ut sepe manum retraxerit præ subito metu adustionis. Idem experiebatur in se Minister Sacrosancti, dum ex more scyphura ablutionis ei portaret, ut hoc etiam testimonio probaretur, hoc esse Sacramentum illud, quo Deus ipse venit ignem mittere in terram. Jussa aperuit ex Virginea Dei carne diffundi in anima sua mirabilem Cælestis Agni mansuetudinem, vegetari spiritum suum inusitato robore, instaurari, ac refici vires per quandam veluti novam transformationem sui spiritus in hoc divinum alimentum, interea clarere in corde suo placidam altioris sphaeræ serenitatem, pacem, temperiem, gaudium immensitatem ex acta unione cum Sponso Divino, fruitionis altitudinem, & spirituale saporem verè dulcedinis, quæ nulla prorsus comparatione explicabilia erant. Sacra communione resecta jejunia usque ad vespem, subinde usque in sequentem diem, quandoque per octavam integram protraxit, & ea sola contenta ab omni alio cibo abstinent. Venatio ejus erga venerabile mysterium fuit ad exitum, ut semel se accinxerit videntibus aliis ad subeundum martyrium, quod imminere rumor sparserat, defuitque tunc Hostia Martyrium, non Hostia Martyrio.

Puritas & devotionis ardorem exprimit Sacerdos Sacramentibus ipsam reficiunt.

Quæ multa in diei jejunio trahit.

CLEMENS DECIMUS.

540

Sancta Cru-

Et itam
Virgini Ros-

A qua gra-

Cathari-

Guinis in-

Et semitip-

Salutem

Summa etiam cultu prosequeretur...
gaum ubique illud reperisset; ita ut, ex plantis
horti impressionem illius formaret, quarum una Pro-

§. 32. Electa ut aptior, & dignior ad exornandum
simulachrum Sanctæ Catharinæ Senensis, quam ut

§. 33. Adjuverat eam in hoc munere Euphemia de
Pareia, cujus famula Francisca sui infantis nutritia

§. 34. Francisca quoque de Montoya ab eadem Sancta
obtinuit, ut sulphuratum melleum ignis crepita-

§. 35. Eadem Rosa anno Domini 1616. mense Au-

§. 36. Zelata est etiam pro Domo Dei salutem
animarum ipsa enim charitate, qua verum Christi Domini

evecturam sperabat eo pacto, ut is idem...
Sacerdotio insignitus ad Apostolicam Sedem pro

§. 37. Divinitus edocta de pravo desiderio, quo Vin-

§. 38. Ordinavit etiam Dominus in ea charitatem

§. 39. Indignanti Mutri propter graveolentiam mu-

Et intin-

Impatib-

Religio-

Rosa char-

Mint'at

CLEMENS DECIMUS.

141

rat Johanna de Tineo, Almanna Quastorena Gundi-
falva... meritis pluries à gravissi-
mâ... liberatam: Ille ex cruciatibus flo-
machî periculose egrotans obtulit, ut Virgo ista
post auditum Sacram decem associata eum inviseret;
in cuius vultu majestatem... spem in-
dubiam incolunitatis concepit, statimque omnis do-
lor evanuit, somnus, qui omnino diffugerat, blandè
corripuit infirmum (citissime illa abscellit, ut plâsum
effugeret) iste verd lans evigilavit. Usque ad bruta
animalla Clemens Rosa suavitas, & tenera se ostende-
bat, & juvabat commiseratio.

Spei ejus in
Deo.

§. 40. Tota hujus Sanctæ Virginis spes in Deo
erat, qui prævenerat eam in benedictionibus dulcedi-
nis; hinc frequentissime decantabat Davidicum illud
Sanctis Patribus, & Seraphicis familiare: Deus in
adjutorium meum intende; Domine ad adjuvandum
me festina. Quæsitit sæpè horum verborum empha-
sim; sed nullus unquam profundior em attulit expli-
cationem ea, quam ipsa intimè Deo docente in ani-
mo conceperat. Interrogata est unice hunc præ ce-
teris versiculis amaret? Respondit totum solatium
Seraphicæ suæ Matris eo contineri, & singulas illius
syllabas arcano quodam familiaris in Deo confidentiæ
succo turgere, nec suo palato aliud his propriis
verbis sapientis posse occurrere. Cælitus data fuit ei
fiduciæ certitudo assequendi tria maxima munera, æter-
nam videlicet Beatitudinem: perpetuam, & nunquam
interpolandam Dei amicitiam; & infallibilem ex alto
succursum in quibusvis tum necessitatibus, tum re-
pentinis periculis. Agebatur quondam innocens hæc
anima recogitans pavida formidine prædestinationis
suæ arcanum omni animæ tremendum, quam Domi-
nus ad adjuvandum festinus sic est affatus: Filia ego
neminem condemno, nisi volentem condemnari; ex
nunc tranquillo animo esto. Alias in mentis excessu
adfuit illi parvulus Jesus purissimæ Genitricis ulnis
innixus, eamque blandè alloquens jussit sparsas per so-
lum Rosas in sinuose vestis la iniam colligere, inde
Divinus infans una petita, & gratanter accepta subin-
tulit; hæc Rosa tu es, hujus providam curam mihi
assumo, tu de reliquis, ut magis volueris disponito.
His agnovit se teneri in dextra Salvatoris, velut Ro-
sam electam, quam non raperet quisquam de manu
ejus. De reliquis rosis subitaneum fertum contexens
tremendo Jssu capiti imposuit, qui Virgini ardens
eamque benedicens disparuit. Cæteris rosis indicari
novit piæ Virgines Limenses, quas post suum obitum
in novellum S. Catharinæ Senensis Monasterium col-
ligi oportebat. Eadem vi confidentiæ in Deum à prima
ærate Rosa adversus quascumque mortalis vitæ dif-
ficultates, & incommoda stetit impavida. Cujus fidem,
constantiam, & nutus visi sunt immanes Tauri in ex-
tremum aliunde rabiem exstimulati revereri, nam adlu-
pentibus quotquot spectabant ad invictæ Virginis con-
spectum eminus, & repente innocentibus parcere didi-
cerunt. Cum enim esset duodecim annorum in quo-
dam Pago obvium habuit ferocissimum Taurum illuc-
ruentem, & fugam meditantibus his, qui cum ea erant
fixis in Cælum oculis dehortata est à fuga, nec dum
verba finierat, cum ferox animal terrifico mugitu in
alias procul personas impetum fecit, Rosa cum suo
comitatu incolunt mæuente, quæ adhuc post periculum
pavescentes socios monuit, sperandum firmiter in adju-
torium Altissimi, & tunc maxime eum periculi vicini-
tatis omne effugium interclusit. Sic & alia vice Taurus
alter recta via in quadricam, qua Rosa vehebatur cura
Matre, & aliis cursum liberavit, cæteris fugam tentan-
tibus sola Rosa oculis in Cælum patris prædixit Tau-
rum usque ad eadem non percursum. Dixerat, &
respondit eventus, stupentibus universis, non tam redi-
tum Tauri, quam Virginis animum omni metu supe-
riorem, quæ in summis periculis Cælesti Sponso oc-
cumbat: Non timebo mala, quoniam tu mecum es Mi-
nor non erat ejus fiducia in sperandis à Divina provi-
dentia necessariis vitæ subsidiis. Defecerat olim in par-

Reciproc
Divini A
moris pig
nas recipit.

Rosa fides.

Taurorum
ferociam
frangit.

nia ædibus numerose familie panis, nec erat inde eme-
rent: illa brevi laborum motu rem Dea pariter edavit;
innoxia fide arcam pinariam apertis, panem in-
mis, ac laponeis panibus reperit, testante hunc fi-
gura peregrinæ domestico panificio non produsse. Per-
necessarium in Regionibus illis condimentum, mal do-
mi omnino defuerat; descendit ipsa in nomine Domi-
ni, secretissimo instinctu iusta optime sperare de Dei
protectione, cuppam invenit usque ad summitatem re-
centi melle plenam tota Domo supente, eoque magis
quod novo prodigio mel cælitus datum integris octo
mensibus toti familie sat fuit in usum quotidianum.
Infirmabatur Gaspar Flores Virginis Genitor, morrens
etiam ob quinquaginta librarum debitum, qui præ-
inopia solvendo non erat; tristabatur perplexa Mater
impertunitate creditoris augere angustias; Filia Tem-
plum adit, præces fundit, eoque domum redeunti vit
planè ignotus occurrit, simulque involutum strophio-
lo argentum porrigit, & jubens, præsentem Parentum
necessitate in illo sublevati, statim abscessit. Rosa invo-
luctum explicante ipsa librarum quinquagena, cujus
Pater debitor erat, apparuit, quod Gaspari narratum
insomnium videbatur, donec filia nummos uti acce-
perat, adnumeravit. Hæc sunt subsidia, quæ Sponsus
divinus Parentibus ipsius sub specie Cælestis lapidicidæ
huic novellæ sponsæ inter parafernalia, & antidora se
ministratum olim pollicitus erat.

Annus
Augst.

Et antea
signis.

Pro heri
dono illa
fuit.

§. 41. Testimonio etiam Domini nostri JESU
CHRISTI, quod est spiritus Prophetiæ, fuit illustris,
nam integro ferè decennio ante fundationem, quando-
que per symbola, & figuras, aliàs manifestè, & in
proprio typo non solum fuit illi divinitus demonstra-
tum Monasterium, quod Linæ sub Sanctæ Cathari-
næ Senensis patrocinio numerofo Sacrarum Virginum
Collegio dicandum erat, sed etiam primam ibi futu-
ram Monialium Præfectam, & Cæciliæ fundatricem
Luciam Guerram à Daga ex vultu agnovit, spiritu suo
imbuit, & osculo pacis quodammodo initiavit, dicens
ei: Euge Mater, ingenii tuo te operi Deus reservavit. Ex
Virginis spiritu hausit felix Matriona divinos sensus,
& religiosi status cæleste desiderium. Sed obstabant
superstes Maritus, & numerosa familia, quos omnes
pauld post Deus ab hac luce evocavit, necnon innu-
mera, & potentissima alia foundationis post obitum Vir-
ginis impedimenta sustulit, durisque animos olim
aversos ad favorem pii operis flexit. Quibus sublatis
Lucia amplissimis suis facultatibus Cæciliam fundavit,
vit, dotavit, ac denique se ipsam dedit, cum sacro ve-
lo nomen Sororis Luctæ de Sanctissima Trinitate assu-
mens, ac prima novelli sui ascetici præfecturam gessi,
Religionis spiritum mirifice propagavit, diciturque
sanctimoniz fama celebris obtinuit in Domino, ipsa
Maria Oliva Rose genitrix, quæ antea hoc ei varicant-
nanti filiz acerbè contradixerat, anno Domini 1629.
post Mariti obitum in novello Monasterio sexagenaria
devotè filiabus Sancti Patris Dominici aggregata fuit,
& assumpto cum habitu nomine Mariæ de Sancta Ma-
ria, emissa postmodum professione, optimo sine quievit.
In quo etiam promissa Sponsi providentia afflir,
carente enim illa dote necessaria, unus ex referentibus ab
hæc fundatrice gratuitè receptioni pro dignioribus, sed
egenis personis, locus ei obtigit, cæteraque omnia ad
amulsim etiam minima, ut Sancta Virgo prædixerat,
eventerunt. Joannes Villalobos Societatis JESU jurata
fide testatus est, suo se experimento spiritum propheti-
cum in ea deprehensisse, apertient illi Virgine arca-
num negotium, quod aliter, ac cælitus, innotuisse
non poterat. Simillimum quid cum eadem Antonius à
Vega ejusdem Societatis vir inegerrimus, sibi evenisse
narravit. Secretam cogitationem quam nulli unquam
aperuerat, neque aperitura erat filia Quistoris, accuratè
ei Rosa recitavit, & saberrima documenta præstetit.
Mariæ de Messa Uxoris Medori Angelini Pictoris
consilium, quod occultissimè inierant de professione in
Hispanias commemoravit; summam pecuniarum
quam pro arbitratu constituerant, dixit ambobus

CLEMENS DECIMUS.

far esse, spirante muliere, & attestante plus à Virgine...

se, miscuerat, ac tandem ante ei præmonstravit, im-

Postremum sibi decem visitatur

Lectio de cubit.

Gravibus ardebat doloribus.

Quasi immodicabilis gradit.

Et summa sibi laborat

Eucharistia concubitus, Oleo infirmorum morantibus perit

Benedictionem summam exoptavit, eamque venerabunda recepit

Ad Parentum agorem adstantes adhortans.

§. 41. Præcia diei quo ad Sponsi thalamum pro-

tere ex hac lachrymarum valle debebat, (quod

Et summa sibi laborat

Eucharistia concubitus, Oleo infirmorum morantibus perit

Benedictionem summam exoptavit, eamque venerabunda recepit

Ad Parentum agorem adstantes adhortans.

verè Virgo prudens, & sapiens in vestibulo Paradisi expectantem lampade, ut dilectus eius Sponsus veniret, cuius in intimo cordis vocantis vocem sentiens candelam benedictam nutu potens, Crucis signaculo frontem, os, & pectus communivit, mandavitque subtrahi cervical, ut capite ad nudum lignum inclinato sentiret in cruce se mori. Spiritum denique suum in manus patris commendans fixis in Cælum oculis ut eum Sponsus intraret, pronuncians Jesus, Jesus, Jesus mecum sit, quietissime expiravit. Hæc verba quemadmodum illi fuerant in infantia prima orandi formula, ita hic ipsis in suæ infantiliæ innocentie testimonium decedens, Lina ad limen superne Patriæ evolavit ætatis suæ trigésimo secundo, mensè quinto vix inchoato.

Et Jesum invocans aspirat.

Mortuum mendici lugent.

Splendores circumdant.

Innumera multitudo ad exequias convenit.

Et Rosam Sanctam invocant.

gnis, tam Incolis, quam Adventis novis Cælorum Civibus acclamantibus: paulo post instanti, & postulantibus Primatibus Civitatis sacrum illud corpus in locum celebriorem transferri, decreto Archiepiscopi Limentis extractum, inventum fuit corpus non subjacuisse, & æque ex eo cœlestem illam odorem prodire, quemadmodam quando primo repositum fuit. In hac celebritate nemo erat, quem sub cadaveris presentia recentia gestorum memoria medullitus non compungeret, multis lachrymæ devotionis fluebant, nomen ipsum Rosæ ab omnibus aperto reverentia signo recipiebatur. Deposuit fuit decentissimè corpus à dextera Arx Majoris, verum ob copiosam multitudinem offerentium ibi vota, alius locus sacris exuviis collocandis eligendus fuit, ipsum videlicet Sanctæ Catharinæ Senensis Sacellum. Debeatur enim tam simili filie sinus Seraphicæ suæ Matris ad quietem.

Causa scripta tandem immulatur.

Quod post 15. annos incorruptum Rosæ erat.

Et solo contrita punitionem inducit.

Rosa tantum lata intercessione plures convertuntur.

Et si que civitates sanctiorem vitam amplectuntur.

§. 43. Virgineum Rosæ cadaver cum spirare desisset, adhuc ex vivo vultus colore, & rubentibus labiis respirans credebatur, donec innovit haud amplius inesse halitum ex applicato ori ejus speculo, ejus sicut fuit hic ultimus usus, sic etiam fuit primus. Repentino prodigio omnes invasi æcanus lætitiæ sensus, ut Mater ipsa aprans cadaver (sicut eis vivens filia obtinuerat) & tota domus hilariter non exequiis defunctorum, sed nuptiali gaudio interesse viderentur, sic etiam extraneis quotquot aderant intime, & secretè inhaerens jucunditatis stimulus. Mendicorum tantummodò Limentium ejulatus, & lachrymis publicis fuit celebratum hoc funus, conquerente egenorum turba veram pauperum nutricem, & matrem fato acerbissimo immature sibi ereptam fuisse.

§. 44. Vifa fuit Angelorum numerosa caterva, & ante obitum circa grabatum decumbentis, & post circa feretrum defunctorum alternante concentu festivè tripudiare. Quæstoris conjux aulam, in qua exposuerant Virginis corpus, undique luminoso illapsu cœlestis gloriæ totam micare conspexit. Sic implebatur, quod Christus Dominus futurum esse revelaverat, mortem scilicet Rosæ, & sepulturam ejus fore gloriosam. Devotæ femine sacrorum hymnorum sonoro cantu per vices exultabant, protestantes non nœniis, sed festis ibi locum esse debere. Mirabili consensu, & oculo instincta maxima hominum multitudo clarescente jam die implevit Quæstoris Palatium. Confessarii coram feretro in voces jubilationis, & benedictionem eruperunt, restantes cunctis baptismalem gratiam nulla unquam lethali noxa ab ea interpositam fuisse, sed immaculatam totius vitæ innocentiam, & virginei candoris infantilem puritatem Cælo ad sequendum Agnum quocumque jerit, vim intulisse.

§. 45. Ad exequias vulgata jam fama innumera multitudo utriusque conditionis hominum multitudo convenit, & pia variorum titulorum sodalita spontè, & religiosorum Mendicantium Ordines profferere. Mox & Metropolitanum Collegium, & Regius Senatus cum omnibus Magistratibus. Sacrum Corpus deferebant infueto honore Ecclesiæ Cathedralis Canonici, succedentibus in hoc munere certatim Religionum Superioribus. Ad Ecclesiæ valvas visus est vultus Virginis vividiore, & venustiore colore rutilare, ut etiam de hac dictum à Christo Domino appareret: Non est mortua puella, sed dormit. Visum est etiam à plurimis simulachrum Deiparæ Sanctissimi Rosarii luce, & splendoribus coruscare. Quo evulgato plures alii adventientes, prodigium non solum eminus, sed etiam comminus sic se habere conspexerunt. Certatim omnis ætas, & sexus Coronis, Rosariis, & quacumque re devota, quæ ad mînds fuisset, sacrum corpus contingere suppliciter conabatur. Resonabat unteaque Ecclesiæ valde ampla continuis vocibus Rosam Beatam & Sanctam acclamantibus, donec sepultura pretiosum depositum mandatum fuit. Post quæ crescente devota Populi frequentia ob eximia curationum beneficia, quæ in dies crebrescebant, solemniores exequiæ celebratæ fuerunt, quibus Prorex, & major multitudo interfuit festivis applausibus & publicæ lætitiæ signis.

Bullarii Magni Tom. V.

§. 46. Interea Linnam pervenere literæ hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ, ut ex formula à Congregatione Rituum præscripta examinarentur Testes de vita, & gestis hujus Ancillæ Dei, quod conceptum anno Domini 1630. ob multitudinem Testium, qui fuere numero centum octoginta tres, non potuit absolvi nisi in mensè Majo anno 1632. Fuere pro visitatione Reliquiarum Rosæ de more deputati inspectores, qui aperta arca lignea repererunt Virgineum Corpusculum post quindecim annos expletum ab obitu annum consumptis indumentis, ossibus integris, & adhuc sicca hinc inde carne obductis, quæ odorem rosarum exhalabant.

§. 47. Maximis signis ostendere voluit Omnipotens Deus, quàm sublimem gloriæ gradum in Cœlis obtineat Rosa, quorum illa celeberrima, & crebra fuere, quæ Cœli, Terræque creationem excedunt, conversiones scilicet peccatorum, quæ à Deo precibus hujus Virginis obtentæ insignes fuerunt: ad solum enim virginei corpusculi contactum in feretro quam plurimi repentinis compunctionis stimulis ita fuere percussi, ut statim elatis vocibus detestati, fuerint sua scelera, prorsus impetentes in lachrymosam criminum confessionem, audiente, spectante, & mirante maxima circumstantium turba. Mater Virginis Maria de Oliva coram Judicibus recensuit, post exequias filie complures ad se devotas accessisse personas, etiam Religiosas, antea ignotas, liberali subsidio suam egestatem sublevantes, & profluentes se tributa pendere virgini Rosæ, cuius intercessionibus vitæ suæ optimam mutationem debere sciebant.

§. 48. Bartholomæus Martinez quondam hujus Virginis Confessarius ex certa scientia aperui in iudicio, quemdam profligatæ vitæ hominem, longissima annorum serie sacrilegè frequentantem Sacramenta, Rosæ jam tumulatæ precibus commendatum fuisse, & mox illum sensisse divinæ gratiæ motionem, quæ cor ejus liquescens, generalem totius vitæ exomologesim amarissimè perfecit, & ad eò conscientiam ejus timor Domini pervasit, ut postmodum quoscumque defectus tanquam pergrandes excessus, eluere festinaret. Constat etiam, duas probrosæ vitæ peccatrices ad Rosæ hujus odoriferam famam compunctis jugum impuritatis feliciter excussisse, & in calle virtutis constanter fixisse pedem.

§. 49. Limentis, & alii in universa Peruana Regione Sacramentalis penitentia Ministri, communitatis indicis generatim stupere de tanta mutatione morum in Populo à die, quæ Rosa in Sponsi sui Paradiso recepta fuit. Nam certatim femine abjecto vestium luxu simplicioris modestiæ habitum ubique sumperunt: Regularium claustra cruentis flagellorum ictibus undique penitentiam resonabant. Fuitque tam publicè notum hoc prodigium, ut in Tribunali iurejurando assertum fuerit, à tempore, quo Peruvia nostris detecta fuit, nullum unquam ibi claruisse concionatorem, qui tot, ac tantis stimulis gentes illas ad virtutem impulerit, & tam universa-

§ 44. len penitentie spulsum, & devotionis incendium excitavit, ut Rosa suis aspectibus, contractibus, & precibus.

Alia temporalia bona affluuntur

§ 45. Francisco, & Alexandro de Coloma germanis fratribus igniteret Maria de Xuara mulier opulenta, sed animo implacabiliter in cognatos quamvis pauperimos adverso, & implicato, quorum primus alebat suis impensis sex consobrinas, & duos consobrinos omnes in parva etate constitutos. Impendebat utrique necessitas proficiscendi, & relinquendi parvulis in summa egestate, Franciscus Sacerdos erat, Rosae patroginium implorat, postmodum Magistera hanc accersit, quem toto decem, & octo annorum spatio videre abnuerat, consobrinos calamitosos jubet adducere, & advocato Notario, rescisso priori inofficioso testamento, gratificato Francisco instituit parvulos consobrinos ex asse heredes, & Rosae debitas grates persolantur.

Huiusmodi miracula confirmantur.

§ 46. Ludovica Barba audierat à Confessario Rosam Vaticanam fuisse se assecuturam habitum Religiosum Sancti Dominici, quem ipse horrescebat; diu parvi fecit dictam Virginis imò averfabatur eventum huiusmodi, tandem Coelestis Religioe vitae inspirospiratio eam inavit, Rosae sepulchrum adiit, ei causam suppliciter commendat, repente illius cordi ignitum Sacri habitus Dominicani desiderium immittitur, in numerum sororum Tertiarum adscribitur, in latius repleretur, hoc unum dolens, quod tamdiu corde obstinato tantam felicitatem respuisset.

Invidula Sanctitatem Rosae effugit sanatur.

§ 47. Ludovica de Mendoza enconia Sanctitatis huius Virginis nec credere, nec concipere esse vera poterat, aut volebat; repentino angore correpta in manibus, & pedibus summe dolens sensit, spiritum suum caligine, & pavore concuti, evidenter agnovit, ab omnia sua incredulitate hinc provenire, suppliciter protestante credere, & toto corde fateri, quod Rosa vera Sancta sit, & repente conquievit tempestas, & sensit recedere atroces illos paroxysmos.

§ 48. Praeter praedicta spiritualia beneficia multa alia, & insignia miracula in curandis corporibus parata narrantur, quibus Sanctitas, & merita huius Virginis facta superque comprobata sunt; ex Processibus enim auctoritate Apostolica confectis, & formaliter à Sacra Congregatione Rituum discussis, referente dilecto filio nostro Decio Cardinali Azzolino huius Cause Ponente non solum constat de fama Sanctitatis, & virtutibus Theologalibus, & Cardinalibus cum annexis in gradu herosico, sed praeterea ex concludentibus probationibus tanquam ritè, & rectè admitta fuerit sequentia miracula.

Morbus inmedicabilis.

§ 49. Maria Sanchez aliàs de Jaso novennis puella, quae cum sexennis esset, fortuito in terram prolapsa, ita nervis, & ossibus offensa fuit, ut contractis cruribus, eorumque sensu deperdito, omni protinus standi, & ambulandi potentia deperdita continud immobilis affixa lectulo per triennium, crescente etate, magis viribus destitueretur, frustra omnibus adhibitis naturalibus remediis, ejus parentes humili corde vocerunt eam in sepulchro praedictae Virginis ad obtinendam salutem per novenam ponere, & in ultima novennii die, dum vocum persolverant, infantula supra sepulchrum statim in pedes surrexit, cunctis admirantibus, tam expedite deambulans, ac si nunquam huiusmodi lesionem passa fuisset.

Brachium aridum repente sanatur.

§ 50. Isabellæ Duran apoplexia in paralytum terminata brachium exsiccarat, omnemque illius usum à quinque circiter mensibus cruciabiliter ademerat, quod ad inutile pondus, & continuos tantummodo dolores gestabatur ab humero praetensis fasciis obvolutum; applicavit illud corpusculo Rosae jam jam tumulando mox fascias expulit, palam clamitans, integerrimè se curatam, publiceque in miraculi fidem robustè iactavit brachium gestu, motuque expeditissimo, ac si nunquam languisset.

Idem alio opus expeditur.

§ 51. Ethiopi quidam servo Didaci de Ayala ex nervorum attritione, & tenaci plica, brachium dex-

trum, ac manus à pluribus annis denegabant officium, usque ad famam defunctae Rosae cum reliqua quibus penetravit in Ecclesiam Divi Dominici, commendavit se Sanctae Virginis exporretit, illud sanatum beactum, illudque in sublime clarum magnis vocibus ostentavit multitudini circumfusa. Qui servum familiaris novènt accersere propius gratulandi, nec dedignati osculis fatigate manum benedixit Rosae jam parulam, & redvivam.

Arriam Rosa vestis saluti redidit.

§ 52. Magdalena Chimilla Nobilis Inda (ut pote de stirpe Regularum Chincensium) ab umbilico deorsum corporis contractione, ariditate crurium, & pedum miserè per plures languebat annos, & non nisi in aliorum manibus huc, & illuc poterat deferri: omnibus sanè adhibitis medicamentis, in illo deploratae salutis statu cor erexit ad superna, devotè se commendavit dictae Virgini, & ejus vestium allatis particulis tetigit partes laesas, atque in instanti per se factum recuperavit salutem, omnibusque admirantibus propius pedibus ad immediate Praedicatorum Ecclesiam, ibique publicas gratias dictae Virgini reddidit.

Moribunda statim vires recuperat.

§ 53. Maria de vera dysenteria, febris maligna, dolore stomachi, & lethali vomitu per octo dies laborabat in extremis, suscipiens Ecclesiae Sacramentis se commendavit praedictae Rosae intercessioni, cuius amplexa est insaginem, & statim sana visa est cum totali virium recuperatione, atque è lecto exiliens illico Altare ornavit, ibique apposuit imaginem, & ob recuperatam sanitatem gratias egit.

Clemens IX primus ad Aras extulit. Et in Peruanum Regni Patronum elegit.

§ 54. His igitur, & plurimis aliis signis coruscante per Orbem Rosae sanctitate, & ejus exigentibus meritis, felicis recordationis Clemens Papa Nonus Praedecessor noster indulget, ut haec Dei Serva ubique terrarum Beatæ nomine nuncuparetur, & celebrata solemnè ritu ejus beatificatione, eam Civitatis Lima, & totius Regni Peruanum principalem Patronam auctoritate Apostolica decrevit, & de laravit, ejusque festum ab omnibus illic degentibus de praeepto servari mandavit & ejus nomen apponi in Martyrologio Romano. Nos quoque videntes eam ubique omnium Populorum solemnè plausu devotissime honoratam, huiusmodi Patronatum pro omnibus Provinciis, Regionibus, Insulis, & Regionibus terræ firmæ totius Americae, atque Philippinarum, & Indiarum, fecimus extensum, formatique auctoritate Apostolica Processibus de his, quæ supervenerant, eorumque validitate approbata, & per crescentibus venerationis, & devotionis Populorum piis affectibus, novis ostentis, & miraculis acculentibus, ex quibus post maturam discussionem quatuor admissa fuere; duo scilicet ex processu Suesino, & duo alia ex processu Panormitano.

Clemens X ad totam Americam & Philippinas, & Indias extendit.

§ 55. Primum in persona Joannis Zelilli ab imminente morte mirabiliter praeservati; hunc enim per quatuor menses opprefferat febris hecticae tertiae speciei progressa in exquisitum marasimum cum ulcere pulmonis, tussi marcidum cruorem excreante, ac rosiogutturis pariter ulcerati, quibus accesserat febris putrida, & maligna, Unde æger susceptis Ecclesiae Sacramentis ad extremum vitae fugientis agonem perductus jacuit sine motu, cessavit articularum pulsus, & consona trium Medicorum voce jam faucibus mortis hæere conclamabatur: sed implorato Beatæ Rosae potenti auxilio, modicum pulveris è sepulchro ejusdem Beatæ hausit è cochleari aqua resolutum, & illico salutem cum pristino vigore integerrimè recuperavit. Alterum in Candida Roseita, Vexilliferi Aloysii il secundo de Carvajal Hispani uxore, cui in praemortui fetus miserabili partu nimius pro secundinarum emissionem conatus per triduum adhuc bitus unà cum illis matricem foras extruserat, quæ deinde frigidibus in statu marmoris obdormit, nigra, visque horrida, & prægrandis (ut potè trium librarum pondere gravis) molestissimo cruciatu sic permanet foris per octiduum, donec Beatæ huius (cui impensè Candida se commendarat (imagine papyracea ventri applicata lenit

In extremis laborans illico sanitatem recipit.

Parvula imagine vestis applicata.

Sana in con-
finenti red-
ditur.
sensit in continenti agra, matricem in alvum rediisse unde confestim sana, & robusta lecto exsiliit, ac per domum ipsa se pro gaudio saltitare.

A Medicis
derebatur
ap. Rosam
lunam eva-
dit.
§. 61. Illa hinc bina miracula ex Processu Patris norrisiano, videlicet unum in sanatione mirabili Fratris Seraphini Puggilii ex Ordine Beate Marie de Monte Carmelo. Vir ille Religiosus maligna febre lethali exutus, ac decimo septimo sue infirmitatis die omnino derelictus à Medicis constanter asseverantibus hora quinta, aut sexta noctis proximè insequentis expiraturum, jamque missa loquela, & visu ludans cum ultimo agone, mox ut opem Beate Rose toto corde imploravit, eandem habuit manifestè conspicuam, subitoque valens, incolumis, & vegetus euntis tempore omnium evasit.

A morbis
agnis ad vi-
tam statim
revocatur.
§. 62. Novissimum denique in Angela Glosa, quæ duplici febre tertiana contigua, & maligna cum ingenti capitis, ac stomachi dolore, flatuumque copia per dies 27. dire exercitata, demum à Medico Palam conclamata properabat in mortem, perque sex horarum spatium laborans in agone, hortatu matris invocavit opem Beate Rose, oleoque ex lampade coram istius Altari pendula desumpto in stomachi regione, collo, & pectore peruncta statim & incontinenti pristinae salutis cum omnimoda fracturarum virium reparacione fuit restituta.

Quæ ad
Regnum, &
aliorum sup-
plicationem.
§. 63. Cum igitur jam nihil deesset eorum, quæ Sacrosanctæ functioni Canonizationis hujus dilectæ Christi Domini Sponsæ Rosæ necessaria erant ex Sanctorum Patrum autoritate, Sacrorum Canonum Decretis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ antiqua consuetudine, ac novorum Decretorum præscripto: rogantibus Charissimis in Christo filiis nostris Regina Marianna Regente, ac etiam Carolo II. itidem Hispaniarum Rege, toto Ordine Fratrum Prædicatorum Sancti Dominici, Regno Peruano, & omnibus Provinciis Americæ, accedentibus etiam precibus Venerabilium Fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Regnorum Hispaniæ, & Indiarum, justum & debitum esse censimus, ut prædictam Beatam, quam ipse Dominus de die in diem magis clarificat è Cœlis, Nos quoque venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris: propterea annuimus, ut hodierna die publicè in Sacrosancta Basilica Principis Apostolorum Missæ sacro peractæ, ejus Canonizatio haberetur, eademque die in prædicta Sacrosancta Vaticana Basilica, in qua solemnè ritu cum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis Romanæ Curie Prælatibus, Officialibus, & familiaribus nostris, Clero Sæculari, & Regiari, ac maxima Populi frequentia manè convenimus, repetitis ter pro Canonizationis Decreto Nobis per dilectam filium Ludovicum tituli Sanctæ Sabine Cardinalem Portocarrero precibus, post Sacrorum hymnos, Litanias, aliasque preces Spiritus Sancti gratiaritè implorata.

Rosa San-
ctam Vir-
ginum albo
adhibetur.
§. 64. Ad honorem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, & fidei Catholice exaltationem, autoritate Omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Beatorum Apostolorum, ac Nostra, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia existentium consilio, ac unanimi consensu, Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam, de ejus vitæ Sanctitate, fidei sinceritate, & miraculorum excellentia plenè constat, Sanctam esse diffinivimus, ac Sanctarum Virginum Catalogo adscribendam decrevimus, prout præsentium tenore decernimus, diffinimus, & adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali quolibet anno die trigesima mensis Augusti memoriam ejus inter Sanctas Virgines recoli debere. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ad illius
pulchrum
accidentem.
§. 65. Eadem auctoritate omnibus, & singulis verè pœnitentibus, & confessis, qui annis singulis in die festo ipsius Sanctæ Rosæ ad sepulchrum, in quo

huiusmodi
genius est
quod his
sanctis
est.
ejus corpus quiescit, visitandum accesserint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut aliis quomodolibet debitis pœnitentiis indulgentibus in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ constituta.

§. 66. His peractis Deum Patrem Aeternum, & gloriam Christi Dominum Patris sempiterni Filium, & Sanctum Paracletum Spiritum, unum Deum, unumque Dominum laudibus, & confessionibus venerari, sacroque hymno Te Deum solemniter decantato, peculiari in honorem Sanctæ Rosæ oratione precari sumus per ejusdem merita, atque ad altare Sancti Petri Apostoli Missam celebravimus cum ejusdem Sanctæ commemoratione, omnibusque Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem concessimus.

Exemplum
gratiarum
adile.
§. 67. Cum omni igitur humilitate pro tam insigni beneficio benedicimus, & glorificamus Deum Patrem Omnipotentem, cui benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum: assiduis precibus ab eo postulantes, ut per intercessionem Electæ suæ à peccatis nostris faciem avertens miseretur nostri, & respiciat nos, quibus ostendit misericordiam suam in medio Templi sui, dum novum nobis propugnaculum totius Americæ contra antiquas Diaboli insidias, & infidelitatis errores dedit, & omnibus apud divinam Suam Majestatem Protectricem, & Advocatam concessit ad Sanctæ Ecclesiæ tranquillitatem, fidei Catholice incrementum, & infidelium lumen, & conversionem.

Transumptum
fidet.
§. 68. Cæterum, quia difficile foret præsentibus nostras literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus eorum exemplis etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem ubique fidem haberi, quæ ipsis præsentibus haberent, si essent exhibite vel ostendæ.

Sancti pœ-
nalit.
§. 69. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, definitionis, adscriptiois, mandati, statuti, concessionis, relaxationis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1671 pridie Idus Aprilis, Pontificatus Nostri anno primo.

✠ Ego Clemens Catholice Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberin. S.R.E. Vicecancellarius.

† Ego F. M. Episcopus Portuenfis Cardinalis Brancasius.

† Uldericus Episcopus Tusculanus Cardinalis Carpinus.

† Ego Virginus Episcopus Albanensis Cardinalis Ursinus.

† Ego Alderanus tit. S. Prædix. Presbyt. Cardinalis Cybo.

† Ego Fridericus tit. Sancti Petri ad Vincula Presbyt. Card. Sfortia.

† Ego Benedictus tit. S. Honorii Presbyt. Cardin. Odescalcius.

- † Ego Aloysius tit. S. Alexi Presbyt. Cardinalis Homodensis.
- † Ego P. tit. Sancti Marci Presbyt. Cardinalis Octobonus.
- † Ego Laurentius tit. S. Chrylogoni Card. Imperialis.
- † Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Caelio Presbyt. Card. Sarracenus.
- † Ego Joan. Baptista tit. S. Marcelli Presbyt. Cardin. Spola.
- † Ego Franciscus tit. SS. Quatuor Coronator. Cardin. Albini.
- † Ego Octavius tit. S. Cecilii Presbyt. Card. de Aquaviva, & Aragonia.
- † Ego Carolus tit. Sancti Prisci Presbyt. Cardinalis Pius.
- † Ego Carolus tit. Sancti Eusebii Presbyt. Cardinalis Gualterius.
- † Ego Flavius tit. S. Marie de Populo Presbyt. Card. Chifus.
- †
- † Ego Jacobus tit. S. Pancratii Presbyt. Cardinalis Franzonus.
- †
- † Ego Petrus tit. Sancti Calixti Presbyt. Cardinalis Vidonus.
- †
- †
- †
- † Ego Carolus tit. S. Anastasii Presbyt. Cardinalis Bonellus.
- †
- † Ego Carolus tit. S. Susannae Presbyt. Cardinalis Caraffa.
- † Ego P. tit. SS. XII. Apostolorum Presbyt. Card. de Alteris.
- † Ego Caesar tit. S. Joan. ante Portam Latinam Presbyt. Card. Rasponus.
- †
- †
- † Ego Carolus tit. S. Marie de Araceli Presbyt. Card. Robertus Victor.
- †
- †
- † Ego Jacobus tit. S. Sixti Presb. Cardinalis Rospi-gliosus.
- † Ego Ludovicus tit. S. Sabinus Presb. Cardinalis Pot-tocarrerus.
- †
- † Ego Joannes tit. S. Bernardi Presb. Cardinalis Bona-maximus.
- † Ego Camillus tit. S. Marie in Dominica Presb. Card. Maximus.
- † Ego Gaspar tit. S. Pudencianae Presb. Card. Carpineus.
- †
- † Ego Fridericus tit. S. Agathae Diaconus Cardinalis Hassia.
- † Ego Carolus Sancti Caesarii Diac. Card. Carolus Barberinus.
- † Ego Decius Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis Azzolinus.
- †
- † Ego Paulus tit. S. Nicolai Diac. Cardinalis Sabellus.
- †
- † Ego Sigismundus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Sigismundus Chifus.
- †
- † Ego Bonacursus S. Marie de Scala Diaconus Card. Bonacursus.

Constitutio, ut Romanis, aliisque Nobilibus XXXVIII. Status Ecclesiastici liceat exercere commercia sine praedictio Nobilitatis.

CLEMENS PAPA I.
Ad perpetuam rei memoriam.

Edit. A. D.
1671.

DECRET Romanum Pontificem omnium Christi fidelium patrem, & Pastorem, non solum spiri-tualibus Dominici gregis sibi divinitus commissi uti-litatibus jugi vigilantia consulere, sed etiam tempora-libus suorum, & Apostolicae Sedis, etiam quoad temporalia subditorum commodis paterno studio pro-videre, sicut Reipublicae conducibile fore in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque commerciis, & negotiationibus, honestarumque artium exercitio Reipublicae floreat, industria viget, segne otium, ex quo plurima mali seges surgere solet, exterminetur, omniumque rerum ad vitam necessarium copia pareat, horumque com-modorum intuitu in plerisque Italiae, aliisque florentissi-mis Christiani Orbis ditionibus lege cautum, sive lau-dabili consuetudine introductum sit, ut nullum per commercia nobilitati praedictio inferatur.

§. 2. Nos dignam munere nostro, paternaeque erga nostros, & Sedis praedictae subditos charitati con-gruentem rem facturi Nobis videmur, si Romanis quoque, quam peculiari dilectione prosequimur, ceterarumque Civitatum, & locorum temporalis S. R. E. Di-tionis Nobilitati operam, atque industriam honeste, utiliterque exercendi, ac patrimonium sine cujusquam injuria augendi parem tribuamus potestatem. Motu itaque proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatam Petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae pote-statis plenitudine omnibus, & singulis, tam Romanis quam Bononiensibus, Ferrariensibus, Avenionensibus, Anconitanis & Beneventanis, ceterarumque Civitatum, Provinciarum, Oppidorum, Terrarum, & locorum quorumcumque Nobis, & dicte Sedi, tam mediate quam immediate subditorum Nobilitatis praesentibus, & futu-ris, cujuscumque status, gradus, praeminentiae, & dig-nitatis existant, ut lanificii, & serici artes, ac argenta-tiam, seu nummulariam, necnon mercaturas, negotia-tiones, & commercia quaecumque terra, mari, vel flumi-ne exercere, nostraeque, & Sedis praefatae, ac Almae Urbis nostrae, & Provinciarum, Civitatum, Oppido-rum, Terrarum, & locorum praedictorum veditalia conducere, omniaque, & singula in praemissis, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna facere, & exequi liberet, & licet possint, & valeant dummodo tamen metes mensuram per seipos minime vendant, ita ut propterea nullum omnino eorum Nobilitati dig-nitati, gradui, conditioni, titulis, praeminentiaeque de praerogativa praedictio inferatur, aut illarum quoquo modo dici, censeri, praetendi, vel intelli-gi unquam possit, sed ipsi omnes, & singuli, eor-umque filii, posterii, & descendentes quicumque in eodem omnino Nobilitatis, & dignitatis gradu sint, & remaneant, etiam ad effectum consequendi habi-tum, & crucem fratrum Militum de Justitia, Hospi-talis Sancti Joannis Hierosolimitani, ac Sancti Ste-phani, aliarumque Militiarum, & Ordinum Milita-rum quorumcumque, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignorum, eorumque privi-legis, praerogativa, praeminentiae, honoribus, juri-bus, & gratiis fruendi, & gaudendi, ac quoad alia omnia, & singula, tam Ecclesiastica, quam profana, si-ve secularia, ad quae nobiles quomodolibet admitti, & recipi consueverunt, seu possunt, & debent, non secus ac si nihil praedictorum unquam exercuissent, tenore praesentium perpetuo concedimus, & indulge-mus.

§. 3. Decretum

CLEMENS DECIMUS

clausula
preservati-
va.

§. 3. Decernentes easdem presentes litteras, & in eas
contenta quocumque, etiam ex eo, quod quicumque
in premissis forsan interesse habentes, seu habere quo-
modolibet pretendentes illis non consenserint, nec ad
ea vocari, citari, & audiri, neque cause propter quas
presentes emanarint, sufficienter adducte, verificate,
& iustificate fuerint, aut ex alia quacumque, quan-
tunvis iusta, legitima, & privilegiata causa, colore,
pretextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso,
etiam enormis, enormissimæ, & totalis lesionis,
nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptio-
nis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostræ, aut
interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam
quantunvis magno, & substantiali, ac inexcogitato,
& inexcogitabili, individuumque expressionem requi-
rente defectu notari, impugnari, infringi, retractari,
in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos
Juris, seu statutorum, stabilimentorum, & ordinatio-
num Capitularium, consuetudinum, & usuum, ac
privilegiorum Hospitalis, aliorumque Ordinum mili-
tarium hujusmodi reduci, aut adversus illas aperi-
tionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcum-
que Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu
impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis
plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam
in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed
iplas presentes litteras semper firmas, validas, & effi-
caces existere, & fore, subque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &
pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, &
per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective
inviolabiliter observari.

Nec aliter
iudicari
posse decer-
nit.

§. 4. Sicque, & non aliter in premissis per quoscum-
que Judices Ordinatos, & Delegatos, etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium,
& alios Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apo-
stolicæ Sedis Nuncios, necnon Cameræ nostræ Apo-
stolicæ Præsidentes Clericos, aliisque Officiales, &
Ministros, ac memorati Hospitalis, aliarumque Mili-
tarium, & Ordinum Militarium hujusmodi Magnos
Magistros, seu Administratores, Conventus, Consilia,
& Tribunalia quacumque, ceterosque quoslibet qua-
cumque preeminentia, & potestate fungentes, & fun-
cturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate,
iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si
secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorū
derogatio.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit nostra, &
Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non
tollendo, ac fel. record. Pii Papæ I V. Prædecessoris
nostri de gratis qualescumque interesse Cameræ præ-
dictæ concernentibus in eadem Camera intra certum
tempus presentandis, & registrandis, ita ut presentes
litteras ibidem presentari, & registrari nunquam ne-
cessè sit, illisque Apostolicis, ac in universalibus, pro-
vincialibusque Conciliis editis generalibus, vel spe-
cialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec-
non legibus etiam Imperialibus, & Municipalibus, ac
Urbis, & quarumcumque Provincialium, Civitatum,
Oppidorum, Terrarum, & locorum, necnon dicti
Hospitalis, aliarumque Militarium, & Ordinum Mi-
litarium, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum,
Congregationum, & locorum piorum quorumvis,
aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
eorumque reformationibus, & novis additionibus,
stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus
capitularibus, stylis etiam quantumvis inveteratis,
usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus,
privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam
Urbis, Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Terris, &
locis, ac Hospitali, aliisque Militis, & Ordinibus
militaribus, Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, Con-
gregationibus, aliisque locis quibusvis, illorumque re-
spective Communitatibus, & Universitatibus, Magnis

Magistris, & Administratoribus, Conventibus, Capi-
tulis, etiam generalibus, Fratribus, Militibus, Equi-
tibus, Nobilibus, & aliis personis quibuslibet sub qui-
buscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriis derogatoris, aliisque
efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis,
irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia,
& potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter,
& aliis quomodolibet in contrarium premissorum
concessis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, &
quantumque vicibus innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione
de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specificæ, expressæ, & individualis, ac de verbo ad ver-
bum, non autem per clausulas generales idem impo-
nentes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut
aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illo-
rum omnium, & singulorum tenores, formas, causas,
& occasiones presentibus pro plenè, & sufficienter,
ac exactissime, & accuratissime expressis, insertis, servatis,
& specificatis respective habentes, illis aliis in suo
robore pertransuris, ad premissorum effectum speciali-
ter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus,
& derogatum esse volumus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

347

§. 6. Ut autem eadem presentes litteræ ad omnium
notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum
exempla ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac
Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ de
Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publi-
citas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, per-
inde efficere, ac si unicuique personaliter intimatæ
fuisset.

Confirmati-
nem publicæ
cari man-
dat.

§. 7. Utque ipsarum presentium litterarum trans-
umptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicu-
jus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-
clesiastica dignitate constitutæ munitis eadem proferus
fides ubique locorum in iudicio, & extra illud habeatur,
quæ haberetur eisdem presentibus, si forent ex-
hibitæ, vel ostensæ.

Transum-
ptorum sig-
nati

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annu-
lo Piscatoris, die 15. Maii 1671. Pontificatus Nostri
Anno secundo.

D. Pi. A. 14
die 15.
Maii.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1671.
Indictione nona, die vero 20. mensis Maii, Pon-
tificatus auctem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D.
Clementis Divinâ providentiâ Papa X. anno ejus se-
cundo, supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit
ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe,
& Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ,
ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Lun-
ventium Signatum Sanctiss. D. N. Papa Curs.

Agabus de Magistris Mag. Curs.

Confirmatio Brevium Urbani VIII. & In-
nocentii X. quibus duabus vicibus quo-
libet anno mandatur Prædicatoribus verbi
Dei Commendatio locorum Terræ Sanctæ.

XXXIX.

Specialiter hoc decrevit Urbanus VIII. Const. 195.
Salvatoris: Innocentius X. Const. 10. Salvato-
ris, confirmavit.

CLEMENS PAPA X.
Ad suam rei memoriam.

Edita A. D.
1671.

Salvatoris, & Domini nostri, qui pro humani ge-
neris redemptione seipsum exinanivit factus obe-
diens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes
in terris, inter multiplices, gravissimâ que Apostolicæ
servitutis curâ, in eam præcipue pastoris sollicitu-
dinis

Ptoeminu

CLEMENS DECIMUS.

diis vigilantia incumbimus, ut tansi, & tam salubris monumenta, quae in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni qua fieri poterit majori honorificentia recolantur.

Provo Vr. bani P. III. quid conf. situat.

§. 1. Cum itaque fel. record. Urbano Papa VIII. predecessori nostro aliis exposito, quod Ecclesiae, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terrae Sanctae existentia fere diruta erant, & quae adhuc ibi extabant Monasteria, aere alieno ob impiam Turcarum, Haereticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro sanctae Fidei Catholicae in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiuntur; idem Urbanus predecessor, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, & Congregationum, & institutorum Regularium Generalibus commiserit; & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimae temporibus, tam per verbi Dei Praedicatores in suis sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates eorumdem sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias prout in ejusdem Urbani Praedecessoris literis in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. desuper expeditis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Ab Innoc. X. confirmatur.

§. 2. Et sicut pro parte dilectorum Ludovici à Justitia pro Italia, & Simonis Gurciae pro Germania, ac Andreae à Fonte Majore pro Hispania, & Petri Meron Fratrum expressè professorum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum pro Gallia, respectivè Commissariorum ejusdem Terrae Sanctae, Nobis nuper expositum fuit, ipsi quo praefatae Urbani Praedecessoris literae, quae à rec. mem. Innocentio Papa X. Praedecessore pariter nostro confirmatae fuerunt, exactius observentur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari desiderent.

Confirmat prout in rubr.

§. 3. Nos eorumdem sacrorum monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotio Propagandae Fidei Praepositorum consilio, praedictis Urbani Praedecessoris literas Apostolica auctoritate tenore praesentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus, salva semper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

Praecipit Ecclesiasticis Superioribus observantiam.

§. 4. Volumus autem, ut Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi praedicti in relatione status suarum Ecclesiarum, quando visitabunt Limina Apostolorum, faciendae referant, se praedictis Urbani Praedecessoris, & praesentibus nostris literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscunque.

Transumptis fidem addit.

§. 5. Volumus insuper, quod earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

D. P. A. 2. die 19. Junii.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 19. Junii 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

X L. Extendit, & ampliat Indultum Cardinalis, & Nuncii in Regno Portugaliz de recitando Officio, & Missa celebranda in tota ditione illius Regis in honorem Beati Gundisalvi de Amarante Ordinis Praedicatorum ad universam Sancti Dominici Religionem.

Edita A.D. 1671.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Ordinum.

Sacrofancti Apostolorum officium humilitati nostrae divinitus commissum salubriter exequi adjuvante

Domino favente, pia sublimitum, Religiosarumque personarum cura, ad augendam in terris Beatorum in Caelis cum Domino nostro Jesu Christo regnantium venerationem laudabili studio tendentis libenter exaudimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, spiritualemque Christi Fidelium consolationem, atque aedificationem expedire in Domino arbitramur.

Causa hu. jus Conf.

§. 1. Alias siquidem commisso per felicis recordationis Pium P.P. IV. Praedecessorem nostrum ad preces clarae memoriae Sebastiani cum vixit Portugaliz, & Algarbiorum Regis Illustris bonae memoriae Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Portugaliz nuncupato, & Prospero Episcopo Rossanensi tunc Sedis Apostolicae in Regno Portugaliz cum potestate Legati de Latere Nuncio, quatenus examinato per ipsos Processu antea confecto de mandato recolendae memoriae Julii P.P. III. praedecessoris pariter nostri, vel alio desuper servata forma Sacrorum Canonum de novo consiciendo, conjunctim praecedentes, confitro prius de crebris miraculis quae Omnipotens Deus intercessione Beati Gundisalvi de Amarante Sacerdotis expressè professi Ordinis Praedicatorum in Regno Portugaliz nati, & ultra functi, tam in illius vita, quam post felicem illius obdormitionem operari dignatus fuerat, concurrente ad Ecclesiam ubi requiescit corpus illius à clarae pariter memoriae Ioanne Rege Portugaliz illustri ipsius Sebastiani Regis praedecessore magnifice extructam, & dotatam ex diversis Regnis, & Provinciis incredibili frequentia Christi Fidelium, eorumque in eundem Beatum Gundisalvum devotione in dies magis invalescente, concederent, ut in omnibus, & singulis Ecclesiis, tam saecularium, quam regularium Regnorum ipsi Sebastiano Regi subsectorum officium, horae canonicae, & missa de dicto Beato Gundisalvo ad instar aliorum Sanctorum Confessorum in die obitus ipsius liberè, & licite recitari, & celebrari possent, prout in ipsius Pii Praedecessoris literis desuper in forma Brevis die 3. Septembris 1560. expeditis latius continetur.

Indultum Card. & Nuncii.

§. 2. Idem Henricus Cardinalis, ac Prosper Episcopus Nuncius in executionem literarum hujusmodi, confitro prius de praemissis juxta Sacrorum Canonum dispositionem, per eorum sententiam latam die 16. Septembris sequentis anni 1561. auctoritate Apostolica, quae fruebantur in hac parte, concesserunt, & indulserunt, ut ex tunc in omnibus, & quibuscunque Ecclesiis, & Monasteriis, etiam Saecularium omnium Regnorum, & Domaniarum Portugaliz possent liberè, & licite recitari officium, & horae canonicae, ac Missae celebrari in honorem dicti gloriosi Gundisalvi de Amarante eodem prorsus modo, & forma, quo, & qua recitantur, & celebrantur in honorem aliorum Sanctorum Confessorum.

Ad preces Principis Portugaliz.

§. 3. Cum autem, sicut pro parte dilecti filii in Christo filii nostri Petri Principis Portugaliz, & Algarbiorum Regnorum Gubernatoris per dilectum filium nobilem vicum modernum Marchionem de las Minas Coronae Portugaliz apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem ordinarium Nobis nuper expositum fuit, crescente in dies populi erga praefatum Beatum Gundisalvum devotione, tam idem Petrus Princeps, quam dilectus filius Joannes Thomas de Roccaberti Magister Generalis dicti Ordinis pro singulari, quem erga memoratum Beatum Gundisalvum gerunt, devotionis affectu indultum praefatum ad universum Ordinem S. Dominici, tam Fratrum, quam Monialium extendi summo opere desiderent, Nobis propterea idem Petrus Princeps, & Joannes Thomas Magister Generalis, tam suo, quam universi Ordinis praefati nomine humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

ut in...

§. 4. Nos igitur laudabili dicti Petri Principis pietati favorabilem assensum paterno affectu praebere cupientes, ac praefatum Joannem Thomam Magistram Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, & eorum

eorum singulares perditas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus prepositorum, qui rem marure perpenderunt, consilio, Indultum recitandi officium, & horas Canonicas, ac celebrandi Missam de dicto Beato Gundisalvo, tanquam de Sancto Confessore non Pontifice, concessum ut praefertur, ad universum Ordinem, tam Fratrum, quam Monialium Sancti Dominici, modo, & forma praemissis, auctoritate Apostolica tenore presentium extendimus, & ampliamus.

Contrariis derogat.

Transumptis prout fides.

D. P. An. 2. die 10. Julii.

X L I.

Edita A. D. 1671.

Exordium.

Supplicatio.

Concedit ut in rubrica.

Decretum irritans.

plenarios, & integros effectus sorti, & obtinere, ac illis, ad quos, & quas spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia praemissis imè suffragari. Sæque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegates, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

Transumptis prout fides.

D. P. A. 2. die 10. Julii.

X L I I.

Edita A. D. 1671.

Missiva.

Concedit ut in rubrica.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem presentium literatum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prout fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno lo Piscatoris, die 10. Julii 1671. Pontificatus nostri anno secundo.

Quòd Fratres Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum, & Moniales Capucinæ, cujuslibet mensis die non impedita Officium S. Claræ recitare valeant.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitus Apostolicæ servitutis officio pia Christi Fidelissimorum, illorum praesertim, qui Altissimi obsequiis sub suavi ætioris Religionis jugo mancipati, bonoque Christi odore de bona conversatione fragrant, ubere bonorum operum fructus in Ecclesia Dei aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagunt, vota ad augendam in terris cælestis regni incolam venerationem tendentia libenter exaudimus, illaque favoribus, & gratiis prosequimur opportunitis.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, tam Fratres dicti Ordinis, quam Moniales Capucinæ nuncupatæ pro singulari eorum erga Sanctam Claram devotionis affectu Officium de illa singulis mensibus recitare plurimum desiderent.

§. 2. Nos piis eorum votis favorabilem assensum hic in re præbere volentes, dictumque Ministerum Generalem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, omnibus, & singulis, tam Fratribus, quam Monialibus prædictis, ut officium de eadem Sancta Clara singulis mensibus aliqua die non impedita officio novem Lectionum, sub ritu semiduplici recitare liberè, & licite possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut ipsarum presentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prout fides habeatur in judicio, & extra illud, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno lo Piscatoris, die 10. Julii 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Quòd electiones Priorum, Subpriorum, Sacristarum, & Procuratorum à Communitatibus Conventuum Provinciarum in Brevi expressarum non fiant, sed in Definitoriis Capitulorum Provincialium, earundemque electionum abrogationes à Priore Generali approbari debere statuit.

Dilecto filio Mattheo Orlando Priori Generali Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo.

CLEMENS PAPA X.
Dilectæ fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

UM, sicut Nobis nuper exponi fecisti, septem Provinciarum Ultramontanarum tui Ordinis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo, nempe Germaniae inferioris, Aquitaniae, Provinciae Tolosæ, Germaniae Superioris, Vasconiae, & Flandro-Belgicae, ut factionibus, aliisque malis, quæ ex electionibus Priorum per Communitates Conventuum fieri solent, in detrimentum observantiae regularis, ac salutis animarum, & religiosae quietis promanant, occurrerent, easdem electiones abrogaverint, easque in Definitorio earundem Provinciarum respective transferunt: Tu vero etiam Subpriorum, ac Sacristarum, & Procuratorum singulorum Conventuum Provincialium hujusmodi electiones abrogari eorumdem Conventuum quieti, & regulari observantiae conducibile fore existimes, per Constitutiones autem Ordinis præfati à fel. record. Urbano VIII. & Innocentio X. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmatas pro Provinciis Reformatas ordinatum reperitur, ut hujusmodi electiones Priorum, Subpriorum, Sacristarum, & Procuratorum à Communitatibus Conventuum fiant: Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur votis tuis, ad promovendum regularis observantiae, religiosaeque tranquillitatis bonum laudabiliter tendentibus favorabiliter annuere volentes, Teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes

CLEMENS DECIMUS.

550

scientes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Tibi abrogationes electionum Priorum à memoratis septem Provinciis Ultramontanis factas, ut præfertur, auctoritate nostra Apostolica confirmandi, & approbandi, ac in posterum in prædictis septem Provinciis Priores, Subprieores, Sacriste, & Procuratores singulorum Conventuum, non amplius per Communitates ipsorum Conventuum, sed in Definitoriis Capitulorum provincialium, & quatenus aliquid ex dictorum officialium numeribus extra tempus ejusmodi Capitulorum vacaverit, in Congregatione annua Definitorii uniuscujusque Provinciae respectivè eligantur, dicta auctoritate statuendi, & ordinandi plenam, & amplam facultatem eadem auctoritate, tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Præceptum de observ.

Contrariarum Derogatio

D. P. A. 2. die 31. Jul.

§. 2. Statutum autem sic à te faciendum ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari mandamus.
§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinibus, ac Provincialium, & Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 31. Julii 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

X L I I I.

Statuit, quòd Fratres externi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum in Conventibus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte Aureo de Urbe ultra quindecim dies morari non valeant.

Edita A. D. 1671.

CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Causa Conit.

Cum fel. record. Alexander VII. & Clemens IX. Romani Pontifices Prædecessores nostri, ut incommodis, quæ Conventus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte Aureo de Urbe Fratrum Minorum Ordinis ejusdem S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ex diuturna in eis Fratrum exterorum mansione patiebantur, occurrerent, Guardianis, seu Superioribus eorundem Conventuum mandaverint, ut in posterum Fratres externos dicti Ordinis ad Urbem prædictam ex devotione, vel ad negotia petraçtanda accessuros, aut tunc in ea forsitan degentes, non permitterent in dictis Conventibus, nec in eorum quolibet respectivè ultra quindecim dies commorari, sub pœnis tam dictis Guardianis, & cuilibet illorum pro tempore, quam ipsidem Fratris, si Sacerdotes forent, privationis vocis activæ, & passivæ, & officiorum ipso facto, si autem Laici, carcerationis, aliisque ipsorum Alexandri, & Clementis Prædecessorum respectivè arbitrio infligendis; Procuratori verò Generali ejusdem Ordinis, ut ab illis qui negotia intra dictum tempus absolvere nequirent, scripturas ea concernentes sibi consignari, eademque negotia sedulo pertractari, ac expediri curaret: Et licet accepimus prænarratæ ordinationes non ea, qua par est, cura servantur, sed illis fraus fiat, Fratres externi prædictis post moram quindecim dierum in dictis Conventibus respectivè peractam, ad Conventus extra Urbem non sine horum

quoque Conventuum gravamine, secedentibus, & paulò post ad eandem Urbem redeuntibus, quasi eis non esset interdictum in Conventibus prædictis, seu eorum altero per alios quindecim dies moram trahere.

§. 1. Hinc est, quod nos eorundem Conventuum indignitatem, & levamento quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, ac memoratorum Alexandri, & Clementis prædecessorum vestigiis inherentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne de cætero quicumque Fratres externi dicti Ordinis ad Urbem prædictam devocionis, vel negotiorum causa pro tempore accessuri in prædictis S. Francisci, & S. Petri in Monte Aureo Conventibus, seu eorum altero ultra quindecim dies commorari, nec ipsorum Conventuum Guardiani, seu Superiores respectivè nunc, & pro tempore existentes id permittere nullo modo audeant, seu præsumant; sub pœnis quoad Fratres Sacerdotes, seu Clericos, ac Guardianos, seu Superiores prædictos, eorumve quemlibet privationis vocis activæ, & passivæ, ac officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis; quoad Laicos verò, seu Conversos, carcerationis, aliisque nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, tenore præsentium prohibemus, & interdiciamus.

Statuit ut in urb.

Ab externi quidam declarat.

§. 2. Præcipientes sub eisdem pœnis, ut Fratres externi, qui in eisdem Conventibus, seu eorum altero moram quindecim dierum spatio traxisse de presenti reperiantur, statim atque præsentibus literis ibidem publicatæ fuerint, inde discedant ad proprias Provincias reverturi. Quod si negotia habuerint, quæ tam citò nequeant expediri, scripturas illa concernentes consignent dilecto filio eorum Procuratori Generali, qui eadem negotia sedulo pertractari, & quamprimum fieri poterit, expediri curet.

§. 3. Porro si quis præsentem prohibitionem eludere tentaverit, ad Conventus extra Urbem tantisper secedendo, & in eandem Urbem regrediendo, quasi sibi in Conventibus præfatis, seu eorum altero per alios quindecim dies commorari liceat; tam ipse, quam Guardiani, seu Superiores prædicti, qui ejusmodi elusionis conatibus non obstiterint, pœnis prædictis omnino subiaceant.

Eludentium tentaverit.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes eisdem præsentibus literis semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suorumque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariarum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris, die 27. Julii 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

D. P. An. 2. die 27. Jul.

Quod

XLIV. Quod Clerici Regulares Congregationis Theatinorum Officium de Purificatione Beatæ Virginis Mariæ cum Octava quotannis recitare valeant.

Edicta A. D. 1671. **CLEMENS PAPA X.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Pronium. AD Pastorale fastigium, nullo licet meritorum suffragio per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam evecti, pia Christi Fidelium vota, eorum præferim, qui Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, propriæ, alienæque saluti laudabiliter incumbunt, ad augendam in terris Gloriosissimæ Virginis Deiparæ Mariæ, Patronæ, & Advocatæ nostræ venerationem tendentia libenter exaudimus, eaque favoribus, & gratis prosequimur opportunis.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum Nobis nuper expositum fuit, ipsi Officium de Purificatione ejusdem B. Mariæ Virginis, quam in Patronam elegerunt, cum Octava recitare posse plurimum desiderent.

Supplicatio. §. 2. Nos eorum desiderio hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus etiam dilecti filii nobilis Viri Petri de Aragonia Ducis Segobricæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Proregis, dum Oratoris munere pro Charissimo in Christo filio nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico ad præstandam Nobis ejusdem Caroli Regis nomine obedientiamungebatur, ac dilectæ in Christo filię nobilis mulieris Ducissæ Ferriz ejus conjugis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Clericis Regularibus prædictæ Congregationis Theatinorum, ut ipsi Officium de Purificatione memoratæ Virginis Gloriosissimæ Mariæ quotannis die secunda Februarii cum Octava recitare liberè, & licitè possint, & valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans. §. 3. Decernentes eadem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat. §. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fides. §. 5. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

D. P. A. N. 1. die 20. Aug. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

XLV. Quomodo sit intelligendum indultum de Officio B. Stanislai Societatis Jesu recitando, & Missa in Polonia Regno, & Magno Ducatu Lituaniæ celebranda, nimirum in Ecclesiis prædictorum Regni, & Magni Ducatus quibuscumque, etiam non Societatis Jesu: extra verò dicta loca ad solam ejusdem Societatis Religionem recitari Officium, & Missam celebrari posse declarat.

Indultum, de quo in rubrica, habes supra in Constit. 12. In Apostolico, hujus Pænis.

Edicta A. D. 1671. **CLEMENS PAPA X.**
Ad perpetuam rei memoriam.

Missa. Aliis piis, enixisque Charissimi in Christo filii nostri Michaëlis Poloniæ Regis Illustris, ac dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Presbyterorum Societatis Jesu, precibus Nobis humiliter porrectis favorabilem assensum præbere cupientes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Præpositorum consilio, ut de Beato Stanislao Kolska Polono ejusdem Societatis quotannis die 13. Novembr. in universo Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lituaniæ, necnon in Ecclesia S. Andree in Monte Quirinali hujus Urbis nostræ, ubi ejusdem Beati Stanislai corpus requiescit, ac aliis omnibus, & singulis Ecclesiis dicte Societatis Jesu, Missa etiam à Sacerdotibus eo die ad Ecclesias hujusmodi confluentibus, & à Religiosis ejusdem Societatis ubicunque terrarum existentibus celebrari, & Officium recitari de Communi Confessorum non Pontificum, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani liberè, & licitè possent, & valent, auctoritate Apostolica concessimus, & indulgimus, & aliis prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 16. Augusti 1670. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, continetur.

§. 1. Cum autem sicut pro parte Presbyterorum Societatis præfatæ, Nobis nuper expositum fuit, & pluribus exillimatum fuerit, Missam, & Officium hujusmodi non potuisse, neque posse celebrari, nisi in Ecclesiis dicte Societatis, nec extra eas in prædictis Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lituaniæ, attentis verbis dictarum Literarum, per quæ in omnibus, & singulis Ecclesiis dicte Societatis, Missam etiam à Sacerdotibus eo die ad Ecclesias hujusmodi confluentibus celebrari posse indulgetur: Nobis propterea dilectus filius Procurator Generalis ejusdem Societatis humiliter supplicari fecit, ut ad tollendum omne dubium, de opportuna declarationis gratia, in præmissis providere de benignitate Apostolica dignemur.

Constitutio nem quomodo intelligendam declarat. §. 2. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio, Literas nostras præfatas, quoad Regnum Poloniæ, & magnum Ducatum Lituaniæ, de omnibus Ecclesiis, & personis intelligi debere; ita nempe, ut in universo Regno Poloniæ, & magno Ducatu Lituaniæ hujusmodi omnes Sacerdotes, tam Sæculares, quam Regulares cujuscunque status, gradus, ordinis, ac Clerus universus possint, & valeant eadem die 13. Novembris Missam, & Officium de eodem Beato Stanislao Kolska

CLEMENS DECIMUS.

in eorum propriis Ecclesiis, & Domibus religiosis, aliis... quo locis sacris celebrare, & recipere debent; in aliis vero locis extendi ad solas Ecclesias Presbyterorum Societatis prefate; juxta facultatem in omnibus literis... Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis prefatorum Cardinalium.

Decretum irritans.

Derogatio contrariarum.

Transumptum si des.

D. P. A. 1. die 19. Sept.

XLVI.

Prohibet omnibus, & singulis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum pro quacumque re obtinenda recursum ad personas extra eundem Ordinem.

De hac materia vide qua indicavi tibi ad Constit. 113. Admonet, Alexand. VII. Vbi ad rem plura videre poteris: & ad Const. 17. Ecclesie, hujus Pont.

Edita A.D. 1671.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX inuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut regularem observantiam, religiosamque tranquillitatem inter Religiosos viros, eos præsertim, quos suavæ Christi jugum sub ætioris vitæ instituto amplexos, cæteris modestiæ, atque humilitatis, & religiositatis exemplo præluere decet, quantum nobis ex alto conceditur, tueri, æque conservare satagamus.

Supplicatio.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus præsentibus, & futuris, ne de cætero ad obtinendas obedientias, sive permissiones visitandi eorum parentes, seu propinquos, aut loca sacra quæcumque, vel ad dignitates, officia, aut munera quælibet ejusdem Ordinis, aut ad studia promoveantur, sive ut ab uno ad alium locum transire, vel in aliquo particulari Conventu permanere eis liceat, vel ut eum eis dispensetur, ad hoc ut ante peractam septennale studium in Concionatores assumi, munusve Concionato-

ris exercere, aut ut ante completum in eodem Ordine septennium ad sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri valeant, sive ad alia similia consequenda, tam se, quam pro aliis Ordinis prefati Fratribus ad quarum, quælibet personarum extra eundem Ordinem existentium, etiam quavis ecclesiastica, vel mundana dignitate, præminentia, & potestate fungentium, aut alias specificæ, & individua mentione, & expressione dignarum favores, suffragia, vel intercessionem recurrere, illisve uti audeant quovis modo, vel præsumant, sub excommunicationis lætæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, & passivæ, ac graduum, & officiorum quorumcumque per eos obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & quævis alia in posterum obtinenda pœnis per contravenientes ipso factò absque alia declaratione incurrendis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuè prohibemus, & interdiciamus.

Prohibet ut in rub.

Clasula præservanda.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quæcumque spectabit, inviolabiliter, & inconculsè observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exe. ut in præsentibus deponat.

§. 3. Quocirca memorato Ministro Generali harum serie committimus, & mandamus, ut ipsas præsentibus literas in omnibus, & singulis Ordinis prefati Provinciis, & Conventibus quamprimum publicari curet, ne quisquam illarum ignorantiam allegare possit.

Contrarium derogat.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum si des.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa.

D. P. A. 1. die 2. Octob.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Octobris 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Quod Abbas Generalis Congregationis Valis Umbrosæ pro tempore existens Mozzetani, & Mantelletani, Pileum, & Biretum Prælatitis etiam in Capellis Pontificiis deferre, & gestare possit.

XLVII.

Simile Indultum concessu alteri Congregationi Alex. VII. Const. 102. & Const. 174. Decet.

CLEMENS EPISCOPUS Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Edita A.D. 1671.

Decet Romanum Pontificem ad ea, per quæ personarum ecclesiasticarum quarumlibet, præsertim Congregationum Monasticarum, quæ Sanctorum, & Romanorum Pontificum, aliorumque Virorum pietate, &

Exordium.

C L E M E N S . D E C I M U S .

de dogmatis praestantissimi numero decoratae essent, ornamento, divini que cultus celebrari, & debere per amplius completum, libenti animo attendere, ac in his sui Pastoralis officii Partes favorabiliter impartiri, pro ut loquor, & temporum, & personarum huiusmodi Dei servitiumque qualitatibus, & circumstantiis debere praeferri ad devotionis Christi Fidelium huiusmodi propagandam, necnon Altissimi laudem, & gloriae respectu in Domino salubriter expedire.

Supplicatio.
 §. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Theodori Baldini moderni Abbatis Generalis Congregationis Vallis Umbrosae Ordinis S. Benedicti petitiō continebat, quod cum inter Congregationes Monachorum Italiae dicti Ordinis Congregatio praedicta duorum Summorum Pontificum, ac plurium Sanctorum numero, & Viris insignibus pietate, & doctrina praestantibus decorata, ac etiam ex antiquitate, & a Sede Apostolica diversis favoribus, & gratiis insignita existat, ita ut illius Abbas Generalis Mitra, Baculo, & Anulo Pastoralibus, ceterisque Pontificalibus Insigniis utatur, & fruatur, ac potitur, & gaudeat plurimum tamem decori, & Dignitati Abbatis Generalis primodictae Congregationis videretur convenire, ipsum Theodorum, & pro tempore existentes primodictae Congregationis Abbates Generales a Nobis, & dicta Sede aliqua digniori praetogativa decorari, & illustrari. Quare pro parte dicti Theodori, & pro eo dilecti filii nostri Leopoldi S.R.E. Cardinalis Medicis nuncupati, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ejusdem Congregationis Vallis Umbrosae, ejusque Abbatum generalium pro tempore existentium decori consuleret, aliasque in praemissis opportuna providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, qui Ecclesiarum quantumlibet & Congregationum decorem, divini que cultus, & Christi fidelium devotionis augmentum nostris potissimum temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, eundem Theodorum, ac ejus Successores pro tempore existentes Abbates Generales praedictos, ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa laici, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinari, ac honestis ipsius Theodori votis hac in parte favorabiliter annuentes, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium super Ritibus Ecclesiasticis Praepositorum, eidem Theodoro, & pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus primodictae Congregationis, ut de cetero perpetuis futuris temporibus, tam in Romana Curia, quam extra eam, ac ubique locorum, ubi dictam Theodorum, & pro tempore existentes Abbates Generales praedictos pro tempore residere, & morari contigerit, ac in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, necnon quibusvis actibus, & Processionibus, etiam coram Nobis, & Romanis pro tempore existentibus Pontificibus, Successoribus nostris, etiam in Capellis Pontificiis Mozzettam, & Mantelletam coloris habitus ipsius Congregationis Vallis Umbrosae una cum Pileo, & Bireto Praelatitii induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè & licitè possit, & valeat, ac possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam facultatem, & auctoritatem impartimus, decernentes ipsum Theodorum, ac pro tempore existentes Abbates Generales praedictos super delatione, festatione, & usi Mozzettae, Mantellae, Pilei, & Bireti praedictorum a quoquam sub quovis praetextu, occasione, vel causa, quantumvis juridica, & legitima, vel quaesito colore, & ingenio nullatenus impediri posse, neque debere.

Confirmatio prout in rub.
 §. 3. Praesentes quoque semper, & perpetuò validas, & efficaces esse, & fore, suisque plenarias, & integros Bullas Magni Tom. V.

effectus sortiri, & obtinere, ac eidem Theodoro, & pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus in omnibus, & in singulis, & in quibusvis locis, ac personis, hoc sub quibusvis praetextibus, vel dissimulacionibus, vel revocationibus, suspensionibus, aut aliis conditionibus comprehendendi, sed semper ab illis, & a successoribus illis exequere contingit, toties presentes praesentibus, & validissimum statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacunque possessione, & possessione per dictum Theodorum, ac pro tempore existentes Abbates Generales praedictos quomodocumque eligenda concessas esse, & fore.

§. 4. Siquis, & non alius per quoscunque Iudices, ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, & honore fulgentes, ac causarum Curiae Camerae Apostolicae, & Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de laete Legatos, Vicelegatos, & dicte Sedis Nuncios iudicari, & definiti debere, ac irritam quoque, & inane quidquid super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantè contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quibusvis etiam in Synodali, Provincialibus, ac Generalibus Conciliis editis, & edendis specialibus; vel Generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Congregationis Vallis Umbrosae huiusmodi etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, concessionis, indulgentiae, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae 1671. sexto nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno secundo.

Indulgentiam plenariam largitur omnibus Christi fidelibus, qui Missae de Nomine Beatissimae Virginis MARIAE, die 17. Septembris quotannis celebrandae in Ecclesiis Provincialium, & Regnotum Regis Hispaniarum, interfuerint.

C L E M E N S P A P A X .
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.
 Aliam emanarunt a Nobis ad supplicationem charissimae in Christo filiae nostrae Marianae Hispaniarum Reginae Catholicae Nobis per dilectum filium nobilem virum Petrum de Aragonia Ducem Segorbiae, & Cardonae, Regni Neapolitanae Protegem, qui tunc in unum Oratoris ad praestandam Nobis charissimi in Christo filii nostri Caroli eorumdem Hispaniarum Reginae Catholicae obedientiam apud Nos, & Sedem Apostolicamungebatur, humiliter postulat, & interea in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam Praeclara charissimae in Christo filiae nostrae Marianae Hispaniarum Reginae Catholicae in Deum pietas, ac eximia omnique laudum praerogativa digna erga Gloriosissimam Virginem Deiparam MARIAM devotio, aliaque Christianae virtutes singulari erga Nos, & hanc Sanctam Sedem observantia, & devotioni conjuncta, quibus honorum omnium largior Altissimus eandem Marianam Regnam multipliciter insignivit, promerentur, ut pro illius votis ad augendam in terris ejusdem Beatissimae, atque augustissimae Virginis Coeli Reginae venerationem, tendentibus Apostolicae benignitatis assensum libentissimè praestemus. Cum itaque, sicut dilectus filius nobilis Vir Petrus de Aragonia

Classifica. Sublatas.

Contrariis derogatio.

Sanctio penalis.

D. P. A. 2. die 2. Octobr.

XLVIII.

Edita A. D. 1671.

Tenor alt. eius Brevis referunt.

CLEMENS DECIMUS.

334

Dux Siciliæ & Cardus Regni Neapolis Prorex... Dux Siciliæ & Cardus Regni Neapolis Prorex, & Chriftianus in Christo Regi Caroli Hispaniarum Regi Catholici apud Nos & Sedem Apostolicam Orator ad prestantiam Nobis ejusdem Caroli Regi nomine obedientiam missus, pro parte prædictæ Marianæ Regine Nobis super exponi fecit, eadem Marianæ Regine pro singulari sua æge Sanctissimam MARIÆ noscitur, episcopatuum ubique exercarum in dies propagari, ac prædictæ Officium de nomine ejusdem Beatissimæ Virginis MARIÆ cum Legionibus & Officio in Tolosana Diocesi recitari solitis, quotannis 17. Septembris recitandum, ad universum Clerum, tam Regularem quam Regularem utriusque, sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Domina ubique locorum dicto Carolo Regi subiecta à Nobis extendi luminopere desideret: Nos piis ipsius Marianæ Regine votis quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, supplicationibus eius nomine Nobis per memoratum Petrum Ducem, Proregem, & Oratorem super hoc humiliter portrectis inclinati, petitam extensionem prædicti Officii de nomine Beatissimæ Virginis MARIÆ quotannis die 17. Septembris recitandi universo Clero, tam Seculari, quam Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Domina memorato Carolo Regi subiecta prædicta auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus. Decernentes easdem præfentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quantum spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Iure Legatos, & Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncios sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon quatenus opus sit, quibusvis etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 26. Januarii 1671. Pontificatus nostri Anno primo.

Concedit
in subscriptis
ca.

ces effugerint plenariam omnium peccatorum eorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 1. Ceterum volumus pariter, ut præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Transumptum fuit

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

D.P. An. 1.
die 7. Octobris

Reductio Officiorum Notariorum Sacri Palatii Apostolici.

XLIX.

De horum Notariorum materia plura videre poteris in repertorio, verbo Notarii.

CLEMENS PAPA X.

Edita A. D.
1671.
Exordium.

Motu proprio, &c. Romanus Pontifex in supremo dignitatis Apostolicæ culmine Divinâ disponente clementiâ constitutus, illud in primis propensiss, & indefessis studiis curare, & excogitare debet, ut nimirum suis etiam futuris temporibus, non solum incommodis publicis, sed etiam litigantium expensis, ac defatigationibus, in quantum fieri potest, consulatur, & obvietur, & illa interdum quæ à Prædecessoribus suis temporum, & rerum qualitate id tunc exposcente providè pro Camera nostræ Apostolicæ Jurium, reddituum, & bonorum recto, & firmo regimine, & nonnullorum Sclis Apostolicæ Officialium indemnitate, & majori personarum ad Romanam Curiam pro Justitia consequenda confluentium sublevamine, & communitate, sancita sunt, novis emergentibus rationibus revocare & immutare, aliaque desuper disponere, & ordinare consuevit, prout rerum, & temporum qualitatibus debitè pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Sixtus Papa IV. Prædecessor noster, postquam per quosdam suas literas motu proprio, & ex certa scientia Apostolica auctoritate statuerat, & ordinaverat, quod Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditorum, & eorum Locatenentium numerus, qui tunc quatuordecim erant, ex tunc deinceps duodenarius existeret, quodque si qui supra dictum statutum numerum nominatorum Auditorum & Locatenentium, tales esse desinerent, & illorum officia in se ipsis extincta penitus essent, & esse censerebantur, illisque aggregari, & ultra dictum duodenarium numerum in Auditorem, vel Locatenentem admitti nemo posset, prout in dictis literis plenius continebatur, attendens non minus rectè, quam prudenter, quod si quemadmodum Auditorum, & Locatenentium eorundem numerus erat providè limitatus, ita Notarii Causarum ejusdem Palatii coram eisdem Auditoribus, & Locatenentibus scribentes certo determinato numero eorundem Auditorum, & Locatenentium numero correspondente includerentur, ipsique Collegium constituerent, & Apostolicæ Sedis Officiales essent, ac in processibus, & aliis publicis actibus, ad quos alii ejusdem Sedis Officiales convocati consueverunt, interessent, eorumque officia perpetua existerent, & ex tot proborum, & peritorum virorum Collegio, Curia prædicta plurimum illustraretur, ipsique Notarii quandam honoris, & dignitatis prærogativam se assequutos fore gauderent, mitioresque in exigendis debitis eorum salaris se litigantibus exhibere valerent, quod eatenus absque eorum detrimento, & quod officia ipsorum magnis cum impensis acquisita temporibus, & brevi quodam tempore

Sixtus IV.
numerum
Auditorum
Locatenentium
reducit.

CLEMENS DECIMUS.

335

Et si quod cor- respondens: et Notarios af- signatis

tempore peritura esse facere non poterant, & exinde litigantes ipsi non modicum reportarent expensarum sublevamen, motu suo proprio, ac irrefragabili, & perpetuo valitura Confirmatione sancivimus, statuit, & ordinavimus, quod de cetero perpetua, & aeterna temporibus numeris dictorum Notariorum esset quadraginta octo, numero videlicet dictorum Auditorum; & Locatenentium merito correspondens, qui ad instar aliorum Sedis praedictae officialium Collegium constituerent, quodque ne illi, qui de Officiis Notariorum eorundem disponere ceterum non siveverant, illorum dispositione fraudarentur, aut ad quos ipsorum Officiorum dispositio pertinere debebat, dubium aliquod insurgere valeret, & in futurum ex singulis quatuor officiis singulorum quatuor Notariorum eorum singulis ex duo decim Auditoribus, seu Locatenentibus praedictis pro tempore substituentium, unum Romani Pontificis, & alium Vicecancellarii, aliud vero Camerarii S.R.E. & reliquum Auditoris officia appellarentur, & decedentibus aliquibus ex Notariis supra dictis illa ex officiis Notariorum sic decedentium, quae Romani Pontificis per Romanum Pontificem, quae Vicecancellarii per Vicecancellarium, ac quae Camerarii per Camerarium, quae vero Auditorum officia extitissent per Auditores praedictos pro tempore existentes alii idoneis conferrentur, ac alias prout in literis desuper confectis etiam plenius continetur.

§. 2. Cum autem ad aures nostras non sine gravi animi nostri displicentia pervenerit, quod a longeva annorum serie Collegium dictorum Notariorum Palatii Apostolici Auditorum ob defectum, & diminutionem non modicam causarum, litium, & negotiorum, & temporum injuriis, & calamitatibus provententem etiam ratione onerum eidem Collegio per praedictum Paulum Papam V. Praedecessorem nostrum motu simili, praevia quarumcumque nonnullorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Constitutionum officiorum Notariorum hujusmodi scripturas non vacare disponentium revocatione omnes, & singulas omnium officiorum praedictorum scripturas ceterum factas & in futurum conficiendas, etiam una cum titulo vacavisse, & vacare debuisse declarando, ex voto tamen hujusmodi Auditorum impositorum, aliorumque eisdem Notariatum officis incumbendum, annuis, vel mensuribus praestationibus per aliquot annos decursis, & forsitan non solutis, per eisdem solvi solitis, in gravissimum dictae Camerae, aliorumque interesse habentium praedicti Collegii splendorem, & detrimentum, dictae Collegii splendoris etiam damnosum vilipendium satisfacere, & correspondere non valeat, quodque scripturae ultra continuas litigantium, & curialium incommoditates, quas ipsi ob diversas Notariorum praedictorum in variis, & remotis ac ab invicem separatis Urbis partibus sitas manitiones per ipsos Notarios habitatas saepe numero patiuntur, in dictis Notariorum Domibus conservate quandoque deperdi possint, ac etiam resiliere nonnullae non sine maximo litigantium praedictorum praedictae fuerint, propterea quae in Congregatione super praemissis a rec. mem. Alexandro Papa VII. similiter praedecessore nostro deputata, quod attentis supra dictis narratis numeris Notariorum hujusmodi ad minorem numerum reduceretur ipsique Notarii sic reducendi in uno, & eodem loco cohabitare, & inibi in Archivio ad id destinando omnes, & singulas scripturas conservare teneantur, salvis in reliquis erectionibus praedictis, licet frustrata, & absque ullo effectu decretum fuerit.

§. 3. Nos igitur, quibus cura, & sollicitudo boni publici insidet, dicti Alexandri Praedecessoris vestigiis in hoc inhaerendo, non solum praedictis, verum etiam pro majori, & publica Curialium, & litigantium utilitate, ac commoditate, illorumque minori dispendio, necnon aliis rationabilibus de causis in Congregatione novissime per nos particulariter deputata cum dilectorum filiorum nostrorum Prodatarii, ac Vicecancellarii & Procamerarii S. Romanae Ecclesiae necnon trium Apostolici Palatii hujusmodi Auditorum ab eadem Rota ad effectum hujusmodi deputatorum interventus,

habita, mature discussa, & motu simili etiam ex voto posterioris Congregationis hujusmodi nos volumus quadraginta octo officiorum Notariorum hujusmodi quatuor officia vacabilia Notariorum hujusmodi duntaxat, reliqua quadraginta quatuor officia hujusmodi, & illorum titulos motu pari suppressimus, & annullantes perpetuo reducere: Primi videlicet per Vincentium ad nos, & successores nostros Romanos Pontifices; Secundi vero per Carolum ad Vicecancellarium, & Tertii per Jacobum Philippum ad Camerarium S.R.E. necnon quarti officiorum hujusmodi de cetero vacanturum per Petrum infrascriptos respective possessorum collationes ad dictos Auditores pro tempore existentes respective spectare, & pertinere declaramus, ac in dictis quatuor Notarios unum Collegium constituentes ex voto ejusdem posterioris Congregationis Vincentium Clesium, Carolum Bonamici, Jacobum Philippum Caesari, & Petrum Franciscum dilectos filios triginta septem officia hujusmodi respective ad praesens obtinentes, ita ut ipsi reliqua undecim officia hujusmodi per Antonium Caroniam, & Hieronymum Aloysium Rosignanum, ac Emilius Gottum, etiam dictos filios respective ad praesens possessa, iusto, & competentem, & per posteritatem Congregationem hujusmodi constituendo, & benedictio prelio, habita tamen ratione qualitatatum praesentium reportum, & consimilium officiorum hujusmodi hinc temporibus, & forsitan non ita pridem factum venditionum, & aliorum particularium cum conditione & pacto tamen omnia, & singula onera alia quadraginta octo Notariis hujusmodi incumbendis supportandi, a dictis Antonio, & Hieronymo, Aloysio, & Emilio emere dicti ve. d. Antonius, & Hieronymus, Aloysius, ac Emilius praedicti dicta undecim officia sic suppressa vendere respective teneantur, motu simili nominavimus.

§. 4. Volumus autem, quod Antonio, & Hieronymo, Aloysio, ac Emilio praedictis, aut aliquo illorum dicti undecim officia, seu illorum aliqua, ut praefertur suppressa vendere recusantibus, seu recusante, statim facto deposito pretii ut praefertur benevisi peres Sacrum Monte Pietatis Urbis, in creditum illorum venditio legitime facta censetur eo ipso, & quod de cetero ipsi Antonius, & Hieronymus, Aloysius, ac Emilius Notarii, tam scribendo, quam in causis dicti Tribunalis se ingerendo, aut immiscendo denominari; aut appellari nullatenus possint prohibemus.

§. 5. Quinimo ipsi in virtute sanctae obedientiae, & sub indignationis nostrae, & aliis arbitrio intelligendis poenis, quatenus ipsi statim facto deposito pretii hujusmodi omnes, & singulos libros scripturas, & registra ceteraque singula Notariorum hujusmodi officia concernentia dictis quatuor Notariis, ut praefertur nominatis respective consignare debeant, praecipimus, & mandamus.

§. 6. Ceterum pro dictorum quatuor Notariorum, dictaque illorum Collegii honoris, & dignitatis praerogativa conservanda, ut ipsi omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, indultis, praerogativis, concessionibus, gratiis, praeminentiis, & antelationibus, quibus aliis dicti quadraginta octo Notarii ante suppressionem, & reductionem praedictas quomodolibet utebantur, fruebantur, & poiebantur, pari modo, & absque aliqua profus differentia frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, supportatis tamen oneribus praedictis, motu pari concedimus, & indulgemus.

§. 7. Praesentes quoque, & desuper conficiendas literas etiam ex eo, quod singuli nominati praedicti praemissis non consenserint, nec forsitan ad ea omnia, & singula vocati, & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis, etiam quantumvis magno, & inexcogitato, & substantiali defectu, etiam ex eo quod super praemissis solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex alio quolibet capite, a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua

Alexander VII. Notariorum reductionem decernit, sed non sortitur effectum.

Quod ad rationem ubi dat sic est, ad quatuor redditus

Quibus sine declaratione, ut quibus officia suppressa esse debent

Suppressio vendere recusantibus quid agendum fuerit.

Ipsos ad consignationem scripturarum sub certis poenis compellit.

Privilegia ad Notarios facta, & eorum conservanda.

Clausula praeservativa.

CLEMENS DECIMUS.

546
Solent autem, seu etiam enormis, enormissime, & totalis
lesionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore
iuris classico, seu occasione, vel causa quantumvis
iusta rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae
est cum validitate praedictorum specialiter, ac indivi-
duis experimentis foret, aut quod de voluntate nostra
hujusmodi, vel alia superius expressis, seu illis a nihil
ullibi apparet, seu aliter probari possit, notari, im-
pugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controver-
siam revocari, aut ad terminos iuris reduci, vel adver-
sus illas restrictionis in integrum appositionis oris, redu-
ctionis ad viam, & terminos iuris, aut aliud quod-
cumque iuris, facti, gratiae, seu iustitiae remedium im-
petrari, seu equam motu, & potestate plenitudine simi-
libus concedi, aut sic impetrato, aut concessio, quae-
siam quae, seu iurare in iudicio, & extra posse, neque
ipsas praesens sub quibusvis similibus, vel dissimilibus
gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus,
aut aliis contrariis, dispositionibus, pro tempore
quomodolibet faciendis comprehendere, sed semper ab
illis exceptas, parumque validas, & efficaces existere,
& fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri,
& obtinere.

§.8. Sicque, & non aliis sper quocumque iudices,
etiam S. Romae Ecclesiae Cardinales, sublata, &c. judi-
cari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus fu-
erit, & de iure quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari, perpetuum silentium
super litibus, & controversiis aliis per dictos Notarios
contra quosvis alios in dicti Sacri Palatii Apostolici
Auditorio, aut alio Tribunali coram quovis iudice
praemissorum occasione quomodolibet suscitatis impo-
nendo, motu simili, Apostolica auctoritate tenore pra-
esentium decernimus, & declaramus.

§.9. Non obstantibus praemissis, & aliorum Roma-
norum Pontificum Praedecessorum nostrorum Consti-
tutionibus, & indulgentiis, privilegiis praedictis Collegio,
illiusque singularibus personis quomodolibet concessis,
necnon praesens Pii Papae IV. etiam Praedecessoris
nostri gratias Camerae praedictae concernentes in ea-
dem Camera registrari debere disponentibus, ac nostra,
& Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non
tollendo, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, etiam Conciliaribus, desuper in genere
vel in specie editis, etiam motu proprio, scientia, &
potestatis plenitudine similibus, & quibusvis etiam
quantumvis efficacissimis clausulis, & decretis etiam
litterarum roboratis, & aliis in contrarium praedicto-
rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innova-
tis, quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti de-
rogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quavis exquisita forma ad hoc servan-
da foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad ver-
bum, nihil penitus omnino, & forma in illis tradita
observata, inserti forent, praesentibus pro plene, &
sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis
habentes, illis aliis in suo robore permansuris hac vice
dumtaxat motu, & potestatis plenitudine similibus de-
rogamus, ac derogatum esse volumus, & declaramus,
ceterisque contrariis quibusvis, cum clausulis
opportunitatis.

Fiat Motu proprio E.

Et quod singulorum officiorum huiusmodi concef-
sorum, & literarum tenores, etiam veriores habeantur
pro expensis, seu in toto, vel in parte expressi possint
in literis, & de ipsius suppressione, reductione, annul-
latione, concessione, voluntate, indulto, declaratio-
ne, & derogatione, aliisque praemissis ut supra, quae
hic pro sufficienter, & ad partes repetitis habentur, ut
supra in literis, & cum clausula ad perpetuam rei me-
moriam latissime extendendis, & quod praemissorum
omnium, & singulorum etiam denominationes, quali-
tates, nuncupationes, invocationes, aliisque neces-

sariorum maior & verior specificatio, & impositio fieri
possit in literis. Volumus quidem, quod sola praesentis
motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat
in iudicio, & extra, & quae contraria, D. E. ceterisque
contrariis quibusvis, ac supra hunc obstantibus, seu
si videbitur per Breve nostrum, seu Officium de Curia
capediti possint.

Fiat E.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, de-
cimo Kal. Novemb. Anno secundo.

Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi 1671. In-
dictione nova, die vero 31. mensis Maii, Pontifi-
catus autem Sanctiss. in Christo Patri, & D. N.
Domini Clementis Divina Providentia Papa X. anno
eius secundo. Supradicta cedula motus proprii San-
ctissimi affectu, & publicata fuit ad valvas Curiae, & in
aede Campi Flaviae, ac aliis locis solitis, & consuetis
Urbi, ut moris est, per me Joannem Antonium Bet-
tarellum Apost. Curs.

Joseph Pizzardus Mag. Curs.

Confirmatio, & Renovatio Constitutionum
a Summis Pontificibus editarum super so-
lutione Communium, Annatarum, & Quin-
denniorum, ac Indicatione unionum, cum
revocatione privilegiorum, ac Congrega-
tionis deputatione.

Simplem confirmationem, & renovationem Consti-
tutionum Pii, & Sixti V. habes in Constit. 26.
Urbanis, Alias, ubi multa circa materiam anno-
tata videre poteris.

CLEMENS PAPA X.

Edita A.D. 1671.
Causa Cij.

Motu proprio, &c. Postquam nehuille a diver-
sis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris
Camerae Apostolicae, & Collegii Venerabilium fra-
trum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardina-
lium, ac dilectorum filiorum Cancellariae, Apostolicae
Officialium de Communibus, Annatis, & Quinden-
nariis participantium indemnitati consulere, in d. illorum
iura manutene, necnon illorum damnis plenique
ex incuria illorum jurium Extorcorum provenire solitis
obviare cupientibus super solutione communium, An-
natarum, & aliorum jurium praedictorum eidem Ca-
mera, Collegio, & Officialibus ratione unionum Mo-
nasteriorum, Prioratum, aliorumque Beneficiorum
Ecclesiasticorum certis modo, & forma tunc expres-
sis qualicatorum Constitutiones editae emanave-
rant.

§.1. Fel. Record. Paulus Papa IV. Praedecessor noster
singulas literas praesens Pii Papae IV. etiam pra-
edecessoris nostri, nonnullas Congregationes Regula-
res a sententiarum censuris, & poenae, quibus ob non so-
lutionem mediorum, seu integrorum fructuum primi
anni Monasteriorum, & Beneficiorum per ipsum Euge-
nium praedecessorem huiusmodi, vel Sedem Apostoli-
cam eorum Monasteriis, Prioratibus, Ecclesiis, &
Beneficiis, sive locis eatenus unitorum innodate erant
per suas literas absolvit, & quaecumque obligationes
per eas dictae Camerae propterea factas, ac medio, seu
integros fructus huiusmodi eis liberaliter remisit, & de
illis, ac aliis quibusvis, quae praedictae Camerae
eatenus solvere quomodolibet obligatae erant, genera-
lem quietantiam fecit concernentes, pro eo quod per li-
teras praedictas successoribus suis Romanis Pontifici-
bus, & per consequens Collegio Cardinalium huius-
modi, & Officialibus Romanae Curiae causam ab ipsis
Romanis Pontificibus habentibus praedictae non po-
tuit

Clausula
sublata.

Contrariis
derogata.

Solum sig-
naturam fi-
dem sacro
paravit.

Paulus IV.
Quindennium
non solven-
tes de pre-
teritis absol-
vit.

Sed quia
successoribus
Pont. & offi-
cialibus cur-
ria praenun-
tata non pr-
tulit.

valliter, ac reo. mem. Leonis X. & Clem. VII. Rom. Pontificum similiter prædecessorum nostrorum tanquam contra ordinationes; statuta; decreta, & declarationem sanct. mem. Pauli, & Julii I. pariter prædecessorum nostrorum; ac causa non cognita, & non vocatis, nec auditis, quorum intererat, emanatas; ad viam, & terminos juris reducens; & reductas esse decernens: Motu simili, &c. omnes, & singulas uniones, annexiones, incorporaciones, applicationes, & submissiones de quibusvis Monasteriis; Prioratibus, Præposituris, Præposituribus, Dignitatibus, Personaribus, Administrationibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & quorumvis Ordinum, seu Militiarum regularibus, quibuscumque Collegiatis Ecclesiis, seu earum mensis Capitularibus, vel Collegiis, Universitatibus, & utriusque sexus Congregationibus, etiam secularibus, necnon Domibus, Fabricis, Hospitalibus, & aliis piis locis, etiam illis à solutione hujusmodi exemptionem habere præsumentibus, quæ ex eorum perpetuitate non vacant; per quoscunque Pontifices prædecessores suos quocumque tempore etiam ante sanct. mem. Martinum Papam V. etiam Prædecessorem suum, & ipsum Paulum IV. prædecessorem hujusmodi sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis perpetuo factas, & de cætero per successores suos. Romano Pontifices similiter perpetuo faciendas sub literis Pauli I. prædecessoris hujusmodi, includi, & comprehendendi.

In futurum
vult omnes
sub Pau-
li II.

Et Julii
literis com-
prehendi.

§. 1. Et propterea, tam quascunque Congregationes, quam quosvis alios, in quorum favorem uniones, annexiones, incorporaciones, applicationes, & submissiones hujusmodi factæ fuerant, etiam si se superinde in Camera non obligavissent, ad solutionem communium, & minorum servitorum, ac annatarum, & aliorum jurium prædictorum eidem Camere, Collegio, & Officialibus ratione earundem unionum; annexionum, incorporacionum, applicationum, & submissionum singulis quindecim annis à die, quo illæ suum effectum sortitæ fuissent, aliàs juxta tenorem literarum Julii III. Prædecessoris hujusmodi faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id, necnon ad se communiis, & minutis servitiis, ac Annatis, & aliis juribus prædictis de quindecim annis in quindecim annos realiter; & cum effectu solvendis in forma solita obligandum etiam per sententias, censuras, & pœnas, etiam privationis, & dissolutionis unionum, annexionum, incorporacionum, applicationum, & submissionum prædictarum in literis Pauli, Julii II. ac Julii III. prædecessorum hujusmodi contentas, cogi, & compelli posse, necnon Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia, & Beneficia unita hujusmodi onus solutionis Communium, & minorum servitorum; ac Annatarum, & aliorum Jurium prædictorum semper habuisse & habere decrevit, & declaravit, mandans propterea bon. mem. Joanni Michaëli Sanctæ Mariæ Saraceno, & Virgilio Sancti Simeonis tituli de Spoletoprecuratore Presbyteris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tunc in humanis agentibus, ut omnes, & singulas causas coram eis inter Procuratorem Fiscalem dictæ Camere, Officiales prædictos ex una, & quascunque Congregationes, seu alias personas ex altera partibus, super solutione Communium, & minorum servitorum, ac Annatarum, & aliorum jurium prædictorum, vel eorum occasione pro tempore pendentes juxta ejus Constitutionis tenorem terminarent, & deciderent, quodque omnes, & singuli, in quorum favorem uniones, aliæque prædicta emanassent, infra terminum eis à dictis Joanne Michaële, & Virgilio Cardinalibus præfigendum, omnia, & singula Monasteria, & alia beneficia ecclesiastica unita hujusmodi, unà cum illorum fructuum annuo valore Joanni Michaëli, & Virgilio Cardinalibus prædictis notificasse, & intimasse debuissent, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in literis ejusdem Pauli Prædecessoris contentas

cogi, & compelli possent, decrevit, statuit, & ordinavit, irritanti cetero cetero appolice, & aliis pro- ut in dictis literis; sub datum decimo Kalend. Februarii Pontificatus sui anno quarto, plenius continetur.

§. 2. Et successive sanct. mem. Pius Papa V. etiam prædecessor noster providè considerans, quod Annatarum, Communium, & aliorum jurium Camere Apostolicæ debitum exactio in recognitionem universalis domini introduita esset antiquissima, & quindenniorum usus, & solutio ided adinventi fuerant, ne Camere prædictæ ex Monasteriorum; aliorumque beneficiorum unionibus, quæ amplius vacare non sperabantur, detrimentum aliquod induceretur, volens propterea prædictæ Camere, & eorundem Cardinalium Collegio, necnon Cancellariæ Apostolicæ Officialibus de Communibus, Annatis, & Quindennitiis participantibus jura præservare, illoquumque indemnitati consulere invigilans, Motu patri, &c. omnia, & singula Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum, Ecclesiarumque Capitula, Congregationes; Universitates, Collegia, Hospitalia; ac Pia loca, & quosvis alios, in quorum favorem, tam secularium, quam quorumvis Ordinum Regularium, & Monasteria, Prioratus, Præposituræ, necnon dignitates, & alia quæcumque Beneficia ecclesiastica unita, annexa, & incorporata; seu applicata existerent; & illorum uniones eis factæ reperirentur, quantumcunque exempta, & privilegiata existerent, etiam si superinde in Camera Apostolica se non obligassent, dummodo Monasteria, seu Beneficia ipsa possiderent; ad solutionem Communium, Annatarum, & aliorum jurium prædictorum eidem Camere, Collegio, & Officialibus ratione unionum, annexionum, seu applicationum prædictarum singulis quindecim annis à die, qua illæ suum sortitæ fuissent effectum, faciendam teneri, & obligatos esse, & ad id per sententias, censuras, & pœnas in singulis Pauli II. & aliorum Prædecessorum suorum Summorum Pontificum literis contentas cogi, & compelli posse decrevit, & declaravit, mandans propterea boni mem. Hieronymo tunc Episcopo Macerateni Camere Apostolicæ Clerico, Annatarumque Judici tunc existenti, ut pro faciliiori indagacione unionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium; etiam Metropolitanarum, & Collegiatarum Ecclesiarum Capitula, Collegia, necnon tam virorum, quam mulierum secularium, & quorumvis Ordinum Regulares Congregationes, seu Collegia, & Pia loca hujusmodi, eorundemque Prælatos, & Procuratores ad indicandum, & proferendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præpositatus, Parochiales Ecclesias, & alia quæcumque Beneficia ecclesiastica, & alia loca, quæ ipsa Capitula, Congregationes, & alia loca prædicta possiderent, & quo titulo illa possederent, illorumque annexos valores sub privationis, & aliis in literis in forma Mores proprii Pii V. prædecessoris hujusmodi contentis sententiis, censuris, & pœnis in Romana Curia, & extra eam moneret, & requireret, prout in literis Pii V. Prædictis hujusmodi etiam plenius continetur.

Pii V.

Et Sixtus
v. solutio-
nem Quin-
denniorum
& fieri præ-
senti.

§. 4. Et deinde etiam sanct. mem. Sixtus Papa V. etiam prædecessor noster attendens, quod tantundem detrimenti Camere, Collegio, & Officialibus prædictis ex unionibus, quæ ab Ordinariis locorum, & aliis factis fiebant, proveniebat, ac propterea æquum esse censuerat, quodd in unionibus per Sedem Apostolicam factis locum obtineret, illud idem, & fortius in unionibus per ipsos Ordinarios factis, & faciendis observaretur: & licet in Constitutionibus, & literis prædecessorum suorum comprehendi viderentur, tamen, ut cuius disputandi cæsis præcederetur, Motu patri, &c. statuit, & declaravit, quodd uniones, annexiones, incorporaciones, submissiones de quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam Regularibus, etiam si Monasteria Monialium, & Hospitalia fuissent, quæ tamen tempore ipsarum unio-

nam etiam, conventus, & hospitalitatis caritatem, & quorum singulorum, vel si plura Beneficia unius literis comprehensa essent, quorum quodlibet annuum valorem viginti quatuor denariorum auri de Camera sac. com. s. i. val. ann. num. excessisset, dummodo tamen omnino infra illam transcenderet, cuiusque Ecclesie, Monasterio, Collegio, Dotali, Societati, Congregationi, Ordini Militie, Hospitali, Seminariis, aut alio loco Pio, tam per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos, necnon per Sedis Apostolicæ Legatos, Nuncios, & alios quoscumque subdelegatos, aut aliis quomodolibet Apostolica auctoritate, per quoscunque loci Ordinarios in qualibet modo parte status facte, & in futurum faciende, etiam humilia, & de iure Patronatus Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum Nobilium, & illorum Beneficia illa fuissent, sub dictorum Prædecessorum Constitutionibus, & Ordinationibus omnino comprehendi, & includi, & ab omnibus comprehensionibus, & inclusionibus, & ad solutionem Quindenniorum teneri, & obligatos esse, & ad id cogi, & compelli posse declaravit, mandavitque bon. mem. Alexandro Glorioso, Camera Apostolicæ Clerico, & Annatarum rursus Judici, ut pro faciliiori indagatione unionum prædictarum omnia, & singula Cathedralium etiam Metropolitanarum, & Collegiarum Ecclesiarum Capitula, & alia loca Pia prædicta moneant, & requirant, ut profiterentur medio juramento omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica, quæ vigore similitum unionum quomodolibet possidebant, illorumque annuos valores iuxta prædicti Sixti V. prædecessoris Constitutiones, cum facultate citandi, & inhibendi, & aliis in literis in forma Brevis, sub dat. 14. mensis Maii 1586. similiter plenius continetur.

*Quod con-
firmat Vrb.
VIII.*

§ 5. Potremò fel. rec. Urbanus Papa VIII. etiam prædecessor nost. cum sicut acceperat, & sicut etiam innovaverat, adessent quamplurimas uniones, & applicationes, à dicto tempore citra factæ, quarum noticia à Camera & Cancellaria Apostolica desiderabatur, volens propterea, tam Camera prædictæ, quam eorumdem Cardinalium Collegio, ac Officialibus de Annatis participantibus consulere: Motu simili quascumque, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, & Motu proprio litteras dictorum Pii V. & Sixti V. necnon quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum suorum, super solutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, & aliorum jurium, tam ratione provisionum, seu unionum perpetuarum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum per Sedem Apostolicam factarum, & faciendarum editas, confirmatas, & innovatas cum omnibus clausulis, decretis, derogationibus, ac censuris, & poenis in illis contentis, necnon omnia, & singula per quoscumque Judices, Executores, & Commissarios in præmissis, & circa ea quomodolibet gesta, & executæ, & inde legitime secuta quascumque, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum illis inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habens auctoritate Apostolica confirmavit, & approbavit, necnon illis opportunè, & irrefragabilis firmitatis robur adiecit, omnèque de singulis juris, & facti, ac alios defectus, si qui forsitan intervenissent in eisdem, superavit, atque illas, & illa, quatenus opus esset, innovavit, mandans propterea bon. mem. Magistro Hieronymo Raymundo dictæ Camere Clerico, cui antea pia mem. Gregorius papa XV. etiam prædecessore nostro omnes, & singulas causas inter quosdam Gasparem Rivallium Cancellarium Apostolicæ Generalium Subcollectorem ex una, & quascumque Congregationes, Capitula, Collegia, loca Pia, & qualvis alias personas ex altera partibus super solutione Annatarum, communium, & aliorum jurium Quindenniorum commisit repensibantur, & alia in eisdem locum per dictum Urbanum, vel ejus successores subrogandis iudicibus, ut pro faciliiori indagatione unionum, annexionum, incorporationum, seu applicationum prædictarum omnia, & singula Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, & alia loca pia prædicta, eorumque Prælatos, & Procuratores ad

indicandam, & proficiendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, Prioratus, Præposituras, Præposituras, Parochiales Ecclesias, & alia quocumque Beneficia Ecclesiastica, etiam manualia, & de Irreparationibus, ut præfertur, fuissent quavis auctoritate Apostolica, seu ordinaria, aut subdelegata eis unita, & concessa, quæ ipsa Capitula, Collegia, Seminaria, Congregationes, & alia loca pia prædicta vigore unionum huiusmodi possidebant, illorumque annuos valores sub privationis, & aliis in literis dictorum Pii, & Sixti prædecessorum huiusmodi consentis sententiis, censuris, & poenis in Romana Curia, & extra eam monentur, & requirerentur, cum potestate dicta Capitula, Collegia, Congregationes, Seminaria, Societates, Hospitalia, & alia loca pia prædicta, necnon Quindenniorum, & jurium debitorum in literis ejusdem Urbani prædecessoris comprehensos, etiam per edictum publicum, consilio summariè de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam extra eam citandi, monendi, & requirendi, ac eis, & aliis quibusvis, & quoties opus fuisset sub censuris, & poenis Ecclesiasticis, ac pecuniariis eorum arbitrio ferendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam privationis beneficiorum unitorum, etiam simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad indicandum Beneficia unita, & solvendum Quindennia decursa, etiam ad id in Camera Apostolica non se obligavissent, consilio tamen de sortito effectu unionum, per similes sententias, censuras, & poenas, etiam per interdicta, tam localis, quam personalis appositionem, quoties opus fuisset per dictum Hieronymum, & illi subrogandos ferendas, & promulgandas, necnon fructuum, reddituum, & proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ipsi debitores possidebant, pro quantitate eorum debiti, sequstrationem, & alia opportuna juris, & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii brachij secularis, cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis, etiam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & aliis more Camerali procedendi, ac eos, qui sententias, censuras, & poenas prædictas, ut præmittunt, incurrerant, iisdem censuris, & poenis, prævia satisfactione absolvendi, & liberandi, aliisque faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis necessaria fuissent, seu quomodolibet opportuna, ac aliis in literis Apostolicis ejusdem Urbani prædecessoris, sub datum Idibus Junii anni Domini 1624. Pontificatus sui anno primo, etiam plenius continetur.

§ 6. Cum autem, sicut accepimus, exactiones jurium ratione Quindenniorum huiusmodi decursorum, & eorumdem Cardinalium Collegio debitorum ob Procuratores dicti Collegii incuriam non sine maximo illius damno, & præjudicio, non solum neglectæ fuerint, imò etiam diversæ Regularium, & forsan secularium personarum Congregationes, &c. sub literis prædictis minime comprehendi contendant, & propterea, ac forsitan aliis frivolis pretextibus, Communia, minuta, servitia, Annatas, & alia jura Camere, & collegio, ac Officialibus prædictis ratione unionum eisdem Monasteriis, Prioratibus, & aliis Beneficiis Ecclesiasticis hæcenus factarum debita, licet solutio huiusmodi in recognitionem universalis Domini introducta sit antiquissima, ut præfertur, censuras, & poenas in singulis literis prædictis contentas damniliter incuriendo, in maximum animarum suarum periculum, & Camere, ac Collegii, Officialiumque prædictorum detrimentum persolvere recusant: Nos verò prædecessorum nostrorum vestigiis inherendo, nolentes Camere nostre Apostolicæ, cui diversa impensarum onera pro Ecclesie Romanæ statu conservando quotidie incumbunt, jura pro posse nostro negligere, qui nimò, tam illius, quam Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, ac dilectorum filiorum Cancellariæ Apostolicæ Officialium de Annatis participantium indemnitatibus de cætero obviare, necnon illorum commodis, & utilitatibus consulere, ac illorum jura illæsa, ut tenemur, servare volentes: Motu simili omnia, & singula privilegia

privilegia, immunitates, & exemptiones per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros quibusvis Congregationibus, & quibusvis aliis ratione solutionis Communium, Quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum Camere, Collegio, & Officialibus prædictis faciendæ hæcenus quomodolibet concessa revocantes, & annullantes, revocaturque, & annullata ex nunc esse, & fore decernentes, quascumque tam sub plumbo, quam in forma Brevis, & Motus prope litteras eorumdem Pauli I. V. & Pii, ac Sixti V. & Urbanus VIII. necnon quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum super solutione Annatarum, Communium, Quindenniorum, ac aliorum jurium, tam ratione provisionum, seu unionum perpetuarum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum per dictam Sedem factarum, & in posterum faciendarum editas, confirmatas, & innovatas, cum omnibus clausulis, Decretis, derogationibus, ac censuris, & poenis in illis inflicis, comminatis, & contentis, necnon omnia, & singula per quoscumque Judices, Executores, & Commissarios in præmissis, & circa ea quomodolibet gesta, & executata, & inde legitime secuta quæcumque, quorum tenores, ac si de verbo ad verbum hic inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, necnon illis perpetuè, & irrefragabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti, & quovis alios defectus, si qui desuper forsitan quomodolibet intervenerint in eisdem, suppletimus, atque illas, & illa, quatenus opus sit, innovamus; ac omnes, & singulas uniones de quibusvis Monasteriis, & aliis Beneficiis ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, quibuscumque Ecclesiis etiam Parochialibus, & utriusque sexus Congregationibus, tam secularibus, quam Regularibus, & aliis Pii locis, nullis penitus exclusis, quæ ex eorum perpetuitate non vacant, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, & ante ipsum Martinum prædecessorem, & Nos sub quibuscumque tenoribus, & foris, ac cum quibusvis clausulis, & decretis perpetuè factas, & de cætero, tam per Nos, quam successores nostros similiter perpetuè faciendas sub litteris Pauli prædecessoris hujusmodi comprehendendi, & includi.

Congregationes omnes ad hunc modum solvantur.

§. 7. Ideoque quascumque Congregationes, & quovis alios, in quorum favorem uniones hujusmodi factæ fuerint, etiam si se superindè in Camera non obligaverint, ad solutionem Communium & minorum servitorum, & Annatarum, aliorumque jurium prædictorum eisdem Camere, Collegio, & officialibus ratione earundem unionum, ut præfertur, faciendam teneri, & ad idem, necnon de Communibus, & aliis juribus prædictis solvendis obligandum, etiam per sententias, censuras, & poenas, etiam privationis, & dissolutionis unionum hujusmodi cogi, & compelli posse, omnia, & singula in contrarium disposita tanquam nulla, & irrita revocantes, nullisque valoris, & momenti esse, & fore declarantes, Motu simili, &c. statuimus, & decernimus, & insuper ne de cætero in dubium revocari contingat ut cumque per quæcumque loca pia, tam secularia, quam quorumvis Ordinum regularia, Quindennia, & alia jura ratione pensionum perpetuarum hæcenus per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos in favorem dictorum locorum piorum, seu illorum fabricam super quorumcumque Beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum fructibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam Canonicatum, & præbendarum distributionibus quotidianis reservatarum, & in posterum per Nos, & successores nostros reservandarum, & locis piis assignatarum, & assignandarum, summam tamen vigintiquatuor ducatorum auri de Camera excedentium, Camere Apostolicæ, & Collegio, & Officialibus prædictis persolvere debeant, & teneantur, Motu pari, &c.

§. 8. Ad quodlibet dubium è medio tollendum, &

pro majori dilucidatione, licet quævis remota occasione quascumque Congregationes, Parochias, & ceteraque prædicta loca pia, in quorum favore factæ uniones perpetuè, ut præfertur, reservate fuerint, & in posterum reservari contigerit, etiam si se perinde in Camera non obligaverint, ad solutionem Quindenniorum, aliorumque jurium ratione pensionum perpetuarum hujusmodi, licet à quibuscumque oneribus Ordinaris, & extraordinariis impostis, & in futurum imponendis liberarum immunitum, & exemptarum, eisdem Camere, Collegio, & Officialibus faciendam teneri, & obligata existere, & ad idem per prædictas poenas, etiam privationis, cassationis, extinctionis, & annullationis similium pensionum cogi, & compelli posse declaramus.

Et compelli posse declaramus.

§. 9. Necnon in securiorem, & faciliorem omnium, & singulorum prædictorum executionem, Dilecto filio nostro, & pro tempore existenti Annatarum Iudici, ut pro faciliori indagazione unionum prædictarum omnia, & singula quæcumque Ecclesiarum Capitula, Congregationes, Collegia, aliæque loca prædicta moneatur, ut profiteantur medio juramento omnia, & singula Beneficia ecclesiastica, quæ vigore simillium unionum, & pensionum perpetuas hujusmodi quomodolibet possident, ac percipiunt, illorumque annuos valores juxta prædictorum Prædecessorum nostrorum Constitutiones cum facultate citandi, & inhibendi, & alia Camere, Collegio, & Officialibus prædictis proficua, & necessaria faciendi, mandamus, ut pro faciliiori indagazione unionum hujusmodi omnia, & singula Capitula, Collegia, Congregationes, Seminarium, Societates, & alia loca pia prædicta, eorumque Superiores ad indicandum, & profitendum medio juramento omnia, & singula Monasteria, & quæcumque alia beneficia ecclesiastica quomodolibet eis unita, & concessa, & pensiones perpetuas illis reservatas, & assignatas, quæ, & quas ipsa Capitula, Collegia Seminarium, Congregationes, & alia loca pia prædicta vigore unionum hujusmodi possident, & percipiunt respectivè, illorumque, & illarum valores annuos sub privationis, & aliis in prædictis litteris contentis sententiis, censuris, & poenis in dicta Curia, & extra eam moneatur, & requiratur, cum potestate dicta Capitula, & Collegia, Congregationes, Seminarium, ac Parochialia, & alia loca pia, necnon Quindenniorum, & jurium debitores etiam per Edictum publicum, constituto summarie de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam extra eam, citandi, monendi, & requirendi, ac eis & quibusvis aliis, & quoties opus fuerit sub censuris, & poenis ecclesiasticis, ac pecuniariis ejus arbitrio ferendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam privationis Beneficiorum unionum, & extinctionis, & annullationis pensionum reservatarum hujusmodi, etiam simili edicto inhibendi, ipsosque debitores ad indicandum beneficia unita, ac pensiones reservatas hujusmodi, & solvendum quindennia decursa, etiam in Camera prædicta non se obligaverint, constituto tamen de sortito effectu unionum, & pensionum hujusmodi reservationum per similes sententias, censuras, & poenas, etiam per interdicti, tam localis, quam personalis appositionem, quoties opus fuerit per dictum Judicem, & illi subrogandos ferendas, & promulgandas, necnon fructuum, reddituum, & proventuum beneficiorum ecclesiasticorum, & pensionum hujusmodi, quæ ipsi debitores possident, & percipiunt pro quantitate eorum debiti, sequestrationem, & alia opportuna juris, & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii Brachii secularis cogendi, & compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis, etiam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, solà facti veritate inspecta, & alias more Camerali procedendi, ac eos, qui sententias, censuras, & poenas prædictas, ut præfertur, incurrunt, iisdem censuris, & poenis, prævia satisfactione, absolvendi, & liberandi, aliaque faciendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis fuerint quomodolibet opportuna.

Executio depurata.

§. 1. Necnon ut dilecti filii nostri moderni, & pro tempore existentes S.R.E. Cardinales, qui illius hono-

Congregacionem pro quibusdum monasteriis diano inferioribus.

robilia membra, & de negotiis in Consistorio nostris tractari solitis, apprimè informati existunt, quocumque in partem Apostolicæ sollicitudinis evocavit Altissimus, natura illorum juxta Cardinalatus sublimitatem decen-
 tius tenero, & expensarum onera, que eos jugiter de necessitate subire oportet, faciliùs perferre valeant, particula-
 rem Congregationem, in qua præ cæteris dilecti filii nostri Petrus tit. S. Marci Orthobonus, & Carolus tit. Sanctæ Priscæ Pius, ac Carolus tit. S. Euse-
 bii Gualterius, necnon Gaspar tit. Sanctæ pudentiæ de Carpineo, atque Angelus Sancti Angeli in foro Pif-
 cium Diaconus Celsus respectivè nuncupati, etiam S. R. E. Cardinales, & pro tempore existentes Sacri Col-
 legii Camerarii, illorumque immediati successores, ac Annatarum Judex Cameræ Apostolicæ Clericus, necnon etiam dicti Collegii Secretarius pro tempore exi-
 stentes dictam Congregationem constituentes, alique per Nos, & successores nostros in locum illorum sub-
 rogandi interesse possunt, & valeant, pro actione Quin-
 denniorum omnium, & singulorum beneficiorum, ut præfertur unitorum, & in libris Cameræ prædictæ ra-
 xatorum, & pensionum perpetuarum reservatarum hu-
 jusmodi per quascunque Congregationes, & alia loca pia hujusmodi debitorum faciendâ motu simili, &c. constituimus, & deputamus.

Eique privilegia largitur.

§. 11. Necnon eidem Congregationi omnia, & singula privilegia, indulgentia, & facultates hæcenus Annatarum Judici Apostolica auctoritate concessa, etiam cum auctoritate, & potestate, prævia tamen avocatione cujuslibet causæ, seu causarum coram quocumque Judice super præmissis vertentis, seu vertentium, dictas, & alias solutiones Annatarum, Communium, Quin-
 denniorum, & aliorum jurium prædictorum concen-
 nentes introductas, & in posterum introducendas causas, juxta litterarum prædictarum formam, & opposi-
 tionem, etiam cum facultate requirendi vota Ca-
 mæ Roræ Auditorii, in causis tamen eidem Congre-
 gationi benevisis dumtaxat, causas, etiam si super ju-
 ribus competentibus Collegio una, vel plures la-
 fuerint sententiæ dicto Collegio non audito, audiendi,
 decidendi, cognoscendi, sineque debito terminandi, nec-
 non quascunque Congregationes, aliaque loca pia hu-
 jusmodi, in quorum favorem Monasteria, & alia be-
 neficia unita, ac pensiones perpetuæ hujusmodi refer-
 vatæ fuerint ad instantiam dictæ Congregationis ad li-
 brorum computorum exhibitionem, appellationem, recur-
 su & reclamationem penitus commotis compellendi facul-
 tatem motu pari, &c. concedimus, & communicamus,
 etiam cum potestate dicta Capitula, Collegia, Con-
 gregationes, Seminaria, Societates, Hospitalia, & alia
 loca prædicta, necnon eorumdem quindenniorum, &
 jurium debitores in præsentibus nostris litteris com-
 prehenso etiam per Edictum publicum, consilio sum-
 marie de non tuto accessu, tam in dicta Curia, quam
 extra eam citandi, monendi, & requirendi ab eis, &
 aliis quibuscumque, & quoties opus fuerit sub censuris, &
 penis ecclesiasticis, ac pecuniariis eorum arbitrio fe-
 rendis, statuendis, moderandis, & applicandis, ac etiam
 privationis beneficiorum unitorum, cassationis pensio-
 num prædictarum etiam simili edicto inhibendi, ipsos-
 que debitores ad indicandum beneficia unita, & pen-
 siones assignatas hujusmodi, & solvendum quindennia
 decursa, etiam si ad id in Camera Apostolica non se obli-
 gaverint, consilio tamen de sortito effectu unionum,
 per similes sententias, censuras, & penas, etiam per
 interdicti, tam localis, quam personalis appositionem
 per eos, & in eorum loco subrogandos quoties opus
 fuerit ferendas, & promulgandas, necnon fructuum,
 reddituum, & proventuum beneficiorum ecclesiastico-
 rum, que ipsi debitores possidebunt, pro quantitate
 eorum debiti sequestrationem, & alia opportuna juris,
 & facti remedia, etiam cum invocatione auxilii Brachii
 iacularis rogendi, & compellendi, ac in præmissis
 omnibus, & singulis, etiam summarie, simpliciter, &
 de plano, sine strepitu, & figura Judicii, sola facti ve-
 ritate inspecta, & alias more Camerali procedendi, &
 eos qui sententias, censuras, & penas, ut præfertur,

incurrerint, ab eisdem censuris, & penis, prævia sa-
 tisfactione solvendi, & liberandi, aliisque faciendi,
 gerendi, & exercendi, quæ in præmissis necessaria fue-
 rint, seu quomodolibet opportuna.

Clausula præferuntur, uti apponitur.

§. 12. Præsentibus quoque, & desuper constituendis li-
 tteris, etiam ex eo, quod Superiores Congregationum,
 & Monasteriorum, & cæteri quicunque in præmissis
 interesse habentes, seu habere quomodolibet præten-
 dentes, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati,
 & auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptione,
 obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu
 intentionis nostræ, aut quovis alio defectu, etiam quan-
 tumvis magno, & inexcogitato, ac substantiali, sive
 etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo so-
 lemnitates, & quævis alia reservanda, & adimplenda,
 servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque
 alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetu-
 dine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ,
 & totalis læsionis, aut quocumque alio colore, præ-
 textu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clau-
 sa, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis justa, ra-
 tionabili, & privilegiata, etiam tali quæ ad effectum
 validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret,
 aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis supe-
 rius expressis relatis in litteris ullibi appareret, seu aliter
 probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari,
 in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos ju-
 ris reduci, vel adversus illos restitutionis in integrum,
 apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris,
 aut aliud quodcumque juris, facti gratiæ, vel justitiæ
 remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut
 impetratio uti, seu se jura in judicio, vel extra posse,
 neque ipsas præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissi-
 milium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limi-
 tationibus pro tempore quomodolibet faciendis com-
 prehendi, sed semper ab illis exceptas & perpetuò va-
 lidas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque
 plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac
 per omnes, & singulos, ad quos spectat, & pro tempore
 quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

Non autem iudicari, nisi de-

§. 13. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus,
 & singulis per quoscunque Judices, ac ejusdem Sanctæ
 Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Lega-
 tos, ac Nuncios, & alios quavis auctoritate, & po-
 testate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata
 eis, & eorum cuilibet in quocumque judicio, & in qua-
 vis instantia aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
 & auctoritate, iudicari, & definiti debere, irritumque,
 &c. Motu pari, &c. decernimus.

Contrariis derogatur.

§. 14. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus
 sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure
 quæsito non tollendo, necnon etiam in Synodalibus
 Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus
 Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
 non etiam quatenus opus sit, Congregationum, & Mo-
 nasteriorum, & quorumvis aliorum locorum piorum
 statutis, etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quo-
 que indultis, & litteris Apostolicis, &c. sub quibuscum-
 que tenoribus & formis etiam Motu simili, &c. & de
 Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusvis
 etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciori-
 bus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibus, que,
 & aliis decretis innovatis. Quibus omnibus, &c. etiam si
 pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque
 totis tenoribus specialis, specifica, expressa & indivi-
 dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas
 generales idem importantes mentio, seu quævis alia ex-
 quitra forma ad hoc servanda foret, illis aliis in suo
 robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie spe-
 cialiter, & expressè Motu pari derogamus, cæterisque
 contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio E.

Pape scriptis.

§. 15. Et quòd dictarum litterarum, & inde secutorum
 quorumcumque tenores, etiam veriores, ac Dat. eorum-
 dem, necnon liti, & causæ, si quæ sint, statum, & merito,
 homina

CLEMENS DECI-MUS.

Noc aliter
iudicari
posse decerni

§. 4. Si quo in praesentibus per quoscumque Iudices Ordinarios & Deputatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicant, & diffinitur, ac irritum, & inane, si locus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
delegatis.

§. 5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinibus, & Praesentibus huiusmodi, etiam per iuramento, confirmante Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & consuetudinibus, privilegijs quocumque Inductis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentibus, illis alijs in suis tobore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogatum, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum
provisi fidei.

§. 6. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

D. P. A. 2.
die 1. Dec.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Decembris 1671. Pontificatus Nostri Anno secundo.

LII.

Exemptio nonnullorum familiarium suorum à spolio.

Simile privilegium inseri alia concessit Damasus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Clemens IX. Constit. 5. & hic idem Pont. Const. 4. Nos volentes.

Edita A.D.
1671.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex gratiarum Dispensator, suos, & Apostolicae Sedis devotos, & fideles, praesertim illos, qui ei, & Sedi praefatae grata familiaritatis obsequia jugiter impendunt, specialis benevolentiae favoribus complecti solet, prout personarum qualitatibus debite pensatis, censet rationi, & aequitati esse consentaneum.

Motiva.

§. 1. Hinc est, quod Nos quorundam familiarium nostrorum, quorum nomina infra sunt expressa, in demeriti quantum cum Domino possumus consulere, illis quoque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulas personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis Sententijs, censuris & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, etiam praeter, & ultra quascumque alias similes, vel dissimiles generales, vel speciales gratias, facultates, exemptiones, indulgentias, & privilegia eidem familiaribus infra nominatis hactenus à Nobis, vel Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris concessas, & concessa, & in posterum etiam à Nobis, & Successoribus nostris Romanis pariter Pontificibus concedendas, & concedenda, quas omnes, & singulas, ac omnia, & singula perinde ac si illarum, & illorum omnium tenores praesentibus expressis, ac de verbo ad verbum inserti forent, in suo robore, & firmitate remanere & esse, nec per illas, aut illa eidem praesentibus, vel per praesentes illis in aliquo praepiudicari, vel eas, seu ea invicem confundi, seu

impediti, sed etiam cumulative procedendo, unam, seu unum per aliam, seu aliud condidimus, & sumimus posse, & debere decernimus, & declaramus, eisdem familiaribus nostris infra nominatis, & eorum consubstitibus, quod eorum, & consubstitibilium heredes, donatarii, legatarii, & successores, tam ex testamento, seu ulla alia conditione, quam ab intestato ratione sanguinis, & cuiuslibet eorum successores, sive ipsi ab eis, & eorum quolibet, eorumque, & eorum heredes, & consubstitibilium, donatariis, legatariis, & successoribus huiusmodi causam quomodolibet habentes, quocumque per Cameraarium nostrum pro tempore existentem, Thesaurarium generalium, aut Commissarium, vel spoliarium, iurumque Camere Apostolicae Debitorum Collectores, & Subcollectores, siue alios quoscumque Officiales, & Ministros ipsius Camerae, seu quibuscumque illis, tam ratione quoruscumque beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet truncatorum, & qualitercumque qualificatarum, etiam personalem residentiam requisentium, per eos hactenus obtentorum, & in posterum obtinendorum, eorumque valoris, & annui redditus, etiam maximi, excessivi, & inexcogitabiles existant, quam etiam ratione quatuordecim annuorum super quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus ecclesiasticis Apostolica auctoritate eis hactenus reservatarum, seu in eos simili auctoritate translatarum, ac de cetero eademque auctoritate eis reservandarum, aut in eos transferendarum, ad quamcumque summam, etiam maximam, & inexcogitabilem ascendant, nullo unquam tempore super rebus, & bonis per eos, & quolibet eorum respective pro tempore relictis, etiam ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum suorum dispositione ipsi, & eorum quilibet respective ubi vis locorum, in qualibet Mundi parte, tam continua, quam interpolata illorum inibi mansione, ac etiam extra loca debite residentiae, ac etiam iter agendo ab humanis decedant, molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus possint, nec debeant, ita ut de omnibus, & quibuscumque rebus, & bonis suis, ac per eos, & eorum quolibet acquisitis, & acquirendis, tam ex praefatis iam obtentis, & obrinendis beneficiis, quam etiam ex praefatis eis iam reservatis, seu reservandis, ac in eos translatis, & transferendis pensionibus, ut praefertur, tam inter vivos, quam causa mortis, & in ultima voluntate, ac in favorem quorumcumque (non tamen personarum à jure prohibitarum, & incapacium) disponere, seu illa etiam ab intestato transmittere liberè, & licite valeant, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Dispositio
bonorum
suis familiaribus
beram incedit.

Inhibet iudicibus contra praesentia quid minimum attentare.

§. 2. Districtius inhibentes eisdem Camerario, Thesaurario, Commissario, aliisque Sedis, & Camerae praefatarum Officialibus, & Ministris, seu alijs quibuscumque, ne in bonis, & rebus per eos, & eorum quolibet respective pro tempore relictis, beneficiorum, vel pensionum huiusmodi occasione, vel praetextu manus injicere, aut aliquam illorum descriptionem, seu inventarium, aut depositum, vel sequestrum, seu quid simile facere, vel attentare quoquo modo audeant, vel praesument.

Decretum
irritum.

§. 3. Ac decernentes praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, illisque, & eorum quolibet, ac heredibus, & successoribus eorum, aliisque praefatis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & sic per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon praefatos Camerarium, Thesaurarium, Commissarium, praesidentes Clericos, & alios quoscumque Camerae, & Sedis praefatarum Ministros, & Officiales, ac quosvis alios, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Sedis praefatae Nuncios, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis
aerogatis
non

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit, Regula nostra de non tollendo jure quaesito, nec-

CLEMENS DECIMUS.

non sol. recordationis Pii PP. IV. Prædecessoris nostri de generis qualitateque interesse Camera præfatæ con-

Transum-
ptorum fa-
da.

Nomina fa-
miliarum.

6. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-

benis respectivè Civitarum, vel Ordinis Clerici; seu Presbyteri, vel Laici cubiculi nostri Auditores.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An- nulo Piscatoris, die 11. Decembris 1671. Pontifica- tis Nostri Anno secundo.

Concessio Indulgentiarum Visitantibus Eccle- sias Ordinis S. Augustini in diebus, quibus festivitates SS. Augustini, Monicae, Ni- colai Tolentinatis, & Thomæ de Villanova celebrantur.

Consimilium Indulgentiam Ecclesie Ordinis Sancti Benedicti visitantibus concessit hic idem Pont. Constit. 54. Commissæ.

CLEMENS PAPA X. Edita A.D. 1671. Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi Fidelibus presentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Unigeniti Dei Filii Redemptoris, & Domini No- stri Iesu-Christi, qui è sinu Patris descen- dit in terram, & caducam humanæ carnis fragilitatem ineffabili clementia induens, ut genus humanum de la- queo servitutis eriperet, & ad primævam divinæ Im- aginis, atque similitudinis nobilitatem reformaret, sa- luberrimorum præceptorum, vitæque magisterio Nos instruxit, vices nullo licet meritum nostrorum suf- fragio, gerentes in terris, gloriosos cœlestis Regni In- colas, illos præsertim qui tanquam splendidissimæ lu- cernæ super candelabrum in domo Domini positæ, di- vinorum eloquiorum arcaha referarunt, & Ecclesiam universam salutaris doctrinæ fluentis irrigarunt, fru- ctumque è charitatis radice surgentium copia locu- pletarunt, sincera devotione prosequimur, & Fidelium erga illos pietatem spiritualium gratiarum, quarum di- pensatio Nobis à Domino credita est, muneribus fovere, atque incitare studemus, sicut ad ipsorum fidelium ædi- ficationem, Ecclesieque utilitatem salubriter expedire in Domino arbitramur.

liii.

Emita A.D. 1671.

Prohibetur.

§. 1. Itaque eximia, omnisque humanæ laudis præ- conium longè supergressa S. Augustini Episcopi, & Confessoris, Ecclesie Doctoris præcellentissimi, qui spiritu Dei plenus hæresum, errorumque tenebras, tan- quam fulgentissimum Christianæ eruditionis jubar profundissimis, sit utique Sole clarioribus scriptis pro- figavit, & hominum corda eo, quo ipse ardentissime flagrabat, charitatis igne succendit, decora gra- to, devotioque mentis affectu recolentes, Sanctæque Monicae ejus genitricis, cujus piis lachrymis, & apud Deum genitricibus tantis, tamque sublimis Doctoris con- versionem debemus, ac Sanctorum Nicolai Tolenti- natis, & Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valen- tini, qui religiosam vitam in Ordine Eremiticam ejus- dem Sancti Augustini professi, vitæ sanctitate, & mi- raculis, quæ Divina bonitas eorum intercessionem ope- rari dignata est, eximie claruerunt, aliorumque Sin- ctorum dicti Ordinis professorum præclara merita, pia meditatione considerantes, necnon Venerabilis Fra- tris Josephi Eufanii Episcopi Helenopolitani, Secretarii nostri Apostolici præfati, qui in minoribus constitu- tus Professionem regularem in Ordine prædicto emi- sit, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porre- ctis benigne inclinati, ac de Onnipotentis Dei mise- ricordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè pœnitentibus, & Confessis, ac sa- cra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis, tam Fratrum etiam Excalceatorum, quam Monialium dicti Ordinis hætenus erectis, & in futurum quandocunque etigendis, ac ubicumque locorum existentibus in co- runderit

Causa Con-
stitutionis.

CLEMENS DECIMUS.

rumdem Sancti Augustini, & Monachi Nicolai Tolentini, & Thomae de Villanova festis diebus, necnon die 13. Novemb. qua omnium Sanctorum Ordinis praedicti commemoratio ibidem fieri solet, a primis vespers usque ad occasum solis diem hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christiano-

rum Principum concordia, haereseum extinctione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione piis ad Deum precibus effuderint, quo die ex praefatis id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Transumptis fidem addit.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1671. Pontificatus nostri anno secundo.

monachorum, quam Monachorum Regulam S. Benedicti proscriptam, haecenus usque, & postea quae documenta exigenda, ac ubique locorum adhibenda, in eorundem Sanctorum Benedicti, Scholasticae, ac Placidi, & Mauri Festis diebus, necnon die decimartia Novembri, qua omnium Sanctorum Ordinis praedicti commemoratio ibidem fieri solet, a primis vespers usque ad occasum solis diem hujusmodi annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereseum extinctione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione piis ad deum precibus effuderint, quo die ex praefatis id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Concedit in rubricis.

§. 2. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides ubique habeatur, quae haberetur

Transumptis fidem det.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Decembris 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

D. P. A. die 19. Dec.

LIV. Indulgentias elargitur illis, qui in Ecclesiae Ordinis Sancti Benedicti in diebus festis ejusdem, ac SS. Scholasticae, Placidi, & Mauri, ac in die, quo commemoratio omnium Sanctorum Ordinis praedicti celebratur, visitabunt.

Ad materiam vide Constitut. 53. Unigeniti, hujus Pontificis.

Edita A.D. 1671. CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi Fidelibus praesentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem

Committit Nobis à Domino nostro Jesu Christo dispensationis ratio exigit, ut caelestium munerum thesauros ad augendam in terris Sanctorum in caelis regnantium, qui tradita sibi talenta non defoderunt in terram, sed uberi bonorum operum fructu multiplicaverunt, venerationem, fovendamque, & incitantam erga illos fidelium devotionem, fidei prudentia, quantum Nobis alto conceditur, erogare studeamus.

Itaque praecelara Sancti Benedicti Abbatis, qui despectis omnibus, quae mundus amat, & colit, caelestis gratiae benedictione repletus, sanctae conversationis studiis, miraculisque eximie claruit, & Monachorum Regulam scripsit discretione praecipuam, sermone luculentam, sub qua numerosa Religiosorum Monachorum, Sanctimonialiumque agmina Deo hodieque strenuè militant; Sanctae quoque Scholasticae ejus Sororis quae speciosae virginis pietatis, aliamque virtutum monilibus exornata in amplexum Sponsi Coelestis evolavit; ac Sanctorum Placidi, qui primus Monachorum Ordinis ejusdem Sancti Benedicti Martyrii gloria decorati meruit; & Mauri Abbatis Monastici Instituti in Gallis Propagatoris eximii; aliorumque innumerorum Sanctorum Ordinis praefati Professorum in Ecclesiam Dei merito pio, devotèque animi affectu recolentes; necnon dilecti filii Ildephonsi de Mier Monachi expressè professi, & Procuratoris Generalis Congregationis Hispaniae dicti Ordinis, in sacra Theologia Magistri, Supplicationibus Nobis super hoc humiliter portectis inclinari, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quoruncunque Monasteriorum, tam Mo-

Declarat Electiones duas Monachorum Cisterciensium Congregationis Hispaniae in Abbatè, non posse sibi immediate succedere.

Cisterciensium Ordinis pro reformatione Constitutionem edidit Alexander VII. 1711. In suprema, ubi aliqua ad materiam reperies.

CLEMENS PAPA X. Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiae Regimini divina dispositione praesidemus, ad ea peculiare vigilantia nostrae curae libenter convertimus, quae prospero Christi Fidelium sub suavi monastici instituti jugo vota sua reddere Deo laudabiliter studentium gubernio, quietique religiose conducibilia fore in Domino arbitramur.

Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Dionysius Mantilla Procurator generalis Congregationis S. Bernardi Hispaniae Monachorum Ordinis Cisterciensis, quod cum in ultimo Capitulo generali dictae Congregationis die 6. Maii proximi, & sequenti celebrato, nostrae die 14. Februarii itidem proximè praeteriti, quam fel. recordationis Clementis PP. IX. praedecessoris nostri in simili forma Brevis literæ de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiae Praelatorum super reformatione dicti Ordinis deputatorum die 14. Octobris 1669. respectivè ad restituendam, tuendamque in eadem Congregatione religiose tranquillitatis serenitatem emanarè, cum omni reverentia acceptarè, & unanimi consensu executioni demandarè fuerint, dilecti pariter filii Generalis Reformatore, & Diffinitores dictae Congregationis in eodem Capitulo congregati Nobis supplicandum esse censuerint, ut earundem literarum observantiam nonnullis salubribus statutis munire, atque stabilire vellemus. Quare dictus Dionysius Procurator Generalis Reformatore, & Diffinitorum praedictorum nomine Nobis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur eorundem Generalis Reformatore, ac Diffinitore, & Dionysii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares per-

L.V.

Edita A.D. 1671.

Exordium.

Petitio.

Personas

LVI. Confirmatio Insuperiorum Confratrum, & Confororibus Confraternitati E. M. Virginis de Monte Carmelo a Paulo cop-
ecclaram.

Edita A.D. 1672.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Causa
conf.

Quia, sicut accepimus, aliis fel. record. Paulus
Papa V. Praedecessor noster Confraternitati San-
ctissimi Secularis nuncupatae sub invocatione Beate
Mariæ Virginis de Monte Carmelo, ejusque Con-
fratrum, & Confororibus verè penitentibus, &
confessis, ac sacra communione pectis, qui Eccle-
siam in Capellam, vel Oratorium, in qua, seu
quo Confraternitas hujusmodi canonicè instituta
fuit, in festo principali Commemorationis ejusdem
Beate Mariæ Virginis die decimasexta mensis Julii,
aut juxta ritum nonnullorum locorum, die Domi-
nica immediatè sequenti celebrari solito devotè visi-
tarent, & ibi pro Christianorum Principum concor-
dia, hæresium extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Eccle-
siæ exaltatione pias ad Deum preces effudissent, Ple-
nariam, ac eidem Confratribus, & Confororibus
etiam verè penitentibus, & confessis, ac sacra Com-
munionem refectis, qui processioni in una Dominica
cujuslibet mensis per dictam Confraternitatem, de li-
centia Ordinarij locorum fieri solite devotè in-
terfuissent, & ut supra oravissent, Plenariam simili-
ter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & re-
missionem, necnon aliis penitentiarum relaxationes
eidem Confratribus, & Confororibus certa pietatis,
& Charitatis opera peragentibus, misericorditer in
Domino perpetuè concesserit, prout in literis Aposto-
licis dicti Pauli Prædecessoris desuper expeditis plenius
dicitur contineri

Confirmat
ur in Rubri-
ca

§. 1. Nos, ut Confraternitas hujusmodi majora
in dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei
misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolo-
rum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quo-
que dilecti filii Matthæi Orlandi Ordinis ejusdem
B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Prioris Gene-
ralis Nobis humiliter super hoc porrectis inclinari,
omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum re-
missiones, ac penitentiarum relaxationes per dictum
Paulum Prædecessorem dictæ Confraternitati, ejusque
Confratribus, & Confororibus, ut præfertur, conces-
sas antibus Christi Fidelium, quæ Deo charitate
conjunctè ab hac luce migraverint, per modum sus-
fragii, servata in reliquis ejusdem Pauli Prædecessoris
literarum desuper emanatarum forma, & dispositio-
ne, applicari posse, auctoritate Apostolica tenore
præsentium misericorditer in Domino, etiam perpe-
tuè concedimus, & indulgemus. In contrarium fa-
cientibus non obstantibus quibuscumque.

Transum-
ptum fidei

§. 6. Volumus autem, quod præsentium transum-
ptis, etiam impressis, manu alicujus Notarij publici
subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasti-
ca constitutæ munitis eadem prorsus fieri adhibeatur,
quæ adhibetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel
ostensæ.

D.P. An. 1.
die 2. Janu.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub An-
nulo Piscatoris, die 2. Januarii 1672. Pontifica-
tus Nostri Anno secundo.

Confirmat. Secre. in sacra Congregationis
negotio. Episcoporum, & Regularium
præpositis nimirum non licet Parochis
occasione associationis cadaverum ingredi
Regularium Ecclesias, sed teneant dimittere
cadavera ad januam Ecclesiarum. Cætera
verò munia in hujusmodi ministeriis per
Regulares esse expedienda.

LVII.

Consimilem Constitutionem habes supra in Ale-
xand. P. 11. Aliis pro 96.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

Edita A.D. 1672.

Nuper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis
Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Ob-
servantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium
Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &
consultationibus Episcoporum, & Regularium præ-
positæ exposito, quod eadem Congregatio die 16. De-
cembri 1661. supra controversiis, quæ inter Paro-
chos Civitatis Placentinæ, & Monachos Monasterii
S. Sixti Congregationis Cassinensis Ordinis S. Benedi-
dicti occasione funerum erant exortæ, intr. alia de-
creverat, servanda esse decreta, & declarationes alias
factas, scilicet Parochis in associatione, seu occasione
associationis cadaverum non licere ingredi Ecclesiam
Monachorum prædictorum, sed teneri dimittere ea-
dem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solum
posse benedicere, & dare ultimum vale, officia verò
& munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi so-
lent, ab ipsis Monachis peragi debere, non autem à
Parochis, atque ita in præmissis omnibus deinceps
fieri, & executioni mandari præceperat.

Causa Co-
stitutionis

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod
eadem rationes militarent ad favorem dicti Ordinis
Minorum S. Francisci de Observantia, ideoque sup-
plicato, ut Congregatio præfata resolutionem, sive de-
cisionem hujusmodi extenderet ad associationem per
Parochos fieri solitam cadaverum defunctorum, quæ
in Ecclesiis fratrum hujus Ordinis sepeliuntur, idque
ad tollendas controversias, quæ in aliquibus Paro-
chiis ea occasione inter Parochos, & Fratres Ordinis
hujusmodi nascuntur, non sine scandalo, ac fraternæ,
& christianæ charitatis detrimento: emanavit ab ea-
dem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris,
qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminen-
tissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consulta-
tionibus Episcoporum, & Regularium præposita
censuit Oratoribus dandam esse infra scriptam declara-
tionem alias editam, nempe Parochis in associatione,
sive occasione associationis Cadaverum non licere in-
gredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere ea-
dem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solum
posse benedicere, & dare ultimum vale: Officia verò,
& alia munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi
solent, ab ipsis Regularibus peragi debere, non au-
tem à Parochis, atque ita in præmissis omnino deinceps
fieri, & exequi præsentium vigore mandat, &
præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus.
Romæ 27. Novemb. 1671. F. M. Cardin. Brancaccius.
Loco † sigilli.

§. 3. Cùm autem, sicut præfatus Procurator Gene-
ralis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujus-
modi pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ con-
firmationis nostræ patrocinio communiri summopere
desideret: Nos specialem ipsi Procuratori Generali
gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-
clesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus
quomodo

CLEMENS DECRETUMS.

quomodolibet innodatus... ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum... & absolutum fore censentes...
§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno secundo.

LVIII. Approbat decreta Sacræ Congregationis consultationibus Episcoporum, & regularium præpositæ, scilicet, Parochos cujuscumque Diocesis majorem petere non posse elemosynam ab hæredibus eorum, qui sepeliri volunt in Ecclesiis Regularium, quam si in eorum Ecclesia parochiali sepeliri peterent: & functiones funeralium super cadavera defunctorum, in Ecclesiis Regularium sepelienda ad ipsos Regulares, non ad Parochos spectare.

Ne jam dicta otiose repetam, vide qua annotantur ad materiam in Urbano VIII. Conf. 23. Alias scilicet. Tom. 4.

Edita A.D. 1672. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Alia pro parte tunc existentis Commissarii Curie Fratrura Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ supplicato, ut prohiberetur Parochis, & Clericis Terræ de Leverano Brundusine Diocesis, omnibusque aliis Parochis, & Presbyteris; ne auderent accipere majorem elemosynam pro defunctis, qui sepelirentur in Ecclesiis dictorum fratrum, quam accipiebant pro iis, qui in ipsorum Parochorum; & Presbyterorum secularium Ecclesiis sepeliebantur: Emanavit die 7. Decembris 1640; ab eadem Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 1. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad tollendas indebitas exactiones, quæ ut proponitur, in tumulandis Defunctorum corporibus fieri solent, censuit injungendum, prout presentis Decreti tenore injungit Archiepiscopo Brundusino, cæterisque locorum Ordinariis, ne permitant, ut Parochi, aliique de Clero seculari majorem posthac elemosynam sibi attribui faciant ab hæredibus defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium prædictorum sepulturam sibi elegerint, quam percipere possent si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri secularis Ecclesia sepeliri voluissent, contrariis quibusvis.
Bullarii Magni Tom. V.

buscumque non obstantibus, etc. Die 7. Decemb. 1640. Et subinde cum tunc existentes Fratres Provincie Dalmatice dicti Ordinis Congregationis præfate exposuissent; functiones funerales defunctorum quorum cadavera in eorum Ecclesiis sepeliri mandata sunt; ad eos, non autem ad Parochos spectare. Congregatio præfata die 31. Augusti 1657. aliud decretum edidit tenoris; qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, juxta alia resoluta censuit, functiones funeralium super cadavera defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contingit sepeliri, postquam ad easdem Ecclesias pervenerint ad ipsos Regulares, non ad Parochos pertinere, ac proinde ita in Cratorum Ecclesiis circa præmissa servandum esse, prout servari mandat, & præcipit, contrariis non obstantibus quibuscumque; die 31. Augusti 1657.

§. 3. Cum autem sicut pro parte dilecti filii Francisci Mariæ à Castro S. Petri de Bononia Procuratoris Generalis Ordinis præfati nobis nuper expositum fuit, ipse Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communitari summo perè desideret: Nos specialem ipsi Francisco Mariæ Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes; & absolutum fore censentes: Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis; Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium, inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1672. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Subdit Ministro Generali Minorum de Observantia Conventum S. Bonaventuræ Lugdunensem, ab ejusdem obedientia se subtrahere tentantem.

De his Fratribus supra annotatis in Repetitione invenies, in verbo Fratres.
CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Maria Rhini à Polito Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ante triennium tunc existentes Fratres Conventus Sancti Bonaventuræ Civitatis Lugdunensis Provincie ejusdem Sancti Bonaventuræ dicti Ordinis, ut malè ordinatæ eorum

Approbatio de qua in rubr.

Decretum irritans.

Contrariis derogatio.

D. P. A. 2. die 18. Jan.

Aliud de his.

Confirmatio hic P. B.

Decretum irritans.

Contrariis derogatio.

D. P. A. 2. die 18. Jan.

LIX.

Edita A.D. 1672.

Causa C. B. postionis.

B b b 2 vira

CLEMENS DECI-MUS

viam reformationem evitaret, in... diciturque Con-
venerunt jurisdictioni Ministri Generalis Ordinis Mi-
norum Sancti Francisci Conventuum nunc
suppliciter subiecerunt, Congregatio tunc exi-
stantem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ne-
gotio, & consultationibus Episcoporum, & Regula-
rium praepositorum, ad quam super ejusmodi novitate re-
curtus habitus fuerat, decrevit eandem Conventum
sub jurisdictione Ministri Generalis dicti Ordinis Mi-
norum de Observantia, sicut antea, remanere debere,
adeoque executioni mandatum fuit, nec quidquam novi
interdiceretur, praeterquam quod cum dictis Franciscis
Mariani Minister Generalis ad visitandas, & reforman-
das Gallicae Provinciae dicti Ordinis jussu nostro pro-
fectus fuisset, Fratres Conventus praedicti, & cum illis
animae eorum Guardianus, intercessionem Venerabilis Fra-
tris Archiepiscopi Lugdunensis literas commendati-
cias a Charissimo in Christo filio nostro Ludovico
Francorum Rege Christianissimo obtinuerunt ad hoc,
ut eis licentia assumendi statum Secularem, cum eo-
rum Conventus, seu Ecclesiae in Collegiam Ecclē-
siam erectione ab hac Sancta Sede imperaretur.

§. 1. Verum his ad notitiam dicti Francisci Mariae
Ministri Generalis adductis, ipse Franciscus Maria
Minister Generalis eundem Ludovicum Regem adiit,
& ab ejus pietate obtinuit revocationem dictarum li-
terarum, atque ita exclusa fuit novitas Religionis per-
niciosa, quaeque occasio mali exempli, quo Fra-
tres aliorum Conventuum ad similia procuranda, re-
formationis, quam humana fragilitas averfatur, evi-
tandae causa, adduci poterunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjunge-
bat, dilecti filii Fratres dicti Conventus Lugdunensis
pro majori eorum parte cum dilecto pariter filio Pe-
tro Quinton eorum Guardiano, & rebellionis ante-
signano uniti ad tantam devenerint insolentiam, ut
sub praetextu, seu spe literarum Apostolicarum, per
quosdam Professores annullaretur, obedientiam non
solum eorum Ministro Provinciali, sed etiam Visita-
tori, & Commissario Delegato Reformatore a Nobis
nominato negare praesumpserint, dictus vero Fran-
ciscus Maria Minister Generalis, ne dictus Conventus,
qui ex primariis Ordinis praefati existit, & in quo
Sancti Bonaventurae Ecclesiae Doctoris, qui ibidem
Sanctae conversationis meritis refulsit, & in Domino
obdormivit, caput (ut pie creditur) aservatur, in pro-
fundum malorum descendat, ac pernicioso exemplo
alios quoque ejusdem, & aliarum Franciae Provincia-
rum Conventus in ruinam trahat, opportunè in praemissa
a Nobis provideri, & ut infra indulgeri sum-
mae opem desideret.

§. 3. Nos ipsius Francisci Mariae Ministri Genera-
lis veris hac in re quantum cum Domino possumus
favorabiliter amovere volentes, eamque a quibus-
vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a
quibus vel ab homine quavis occasione, vel causa latis,
si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe-
ctum praesentium duntaxat consequendum harum se-
ntentiarum abfolvere, & abfolutionem fore censentes, suppli-
cationibus ejus nominis Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostro-
rum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationi-
bus Episcoporum, & Regularium praepositorum con-
silio, inhaerentes decreto aliam, videlicet die 31. Maii
1669. edito, auctoritate Apostolica tenore praesen-
tium declaramus videlicet Conventum S. Bonaventurae
Lugdunensis Civitatis perseverare debere, ut antea,
sub omnimoda jurisdictione Ministri Generalis dicti
Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Obser-
vantia, nuncupatorum. At propterea strictè manda-
mus Guardiano, ceterisque ejusdem Conventus Fra-
tribus, ut in omnibus eisdem Ministro Generali, nec-
non Ministro Provinciali ipsius Provinciae, ac Visita-
tori, videlicet Reformatore ad praescriptum Sacro-
rum Canonum, Sacri Concilii Tridentini, Apostoli-

corum Constitutionum, & Ordinis praedicti omnino
pareant, atque obediant. Et adversus parare recusat-
ionem, quae hinc fuerit, inimadverti dicta auctoritate
harum serie precipimus.

§. 4. Decretum eadem praesentis litterae semper
firmas, validas, & efficaces existerent, & quae
plenarias, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac
illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque
spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffra-
gari, sicutque jus respectivè inviolabiliter observari.

§. 5. Sicutque in praemissa per quoscumque Judices
Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apo-
stolici Auditores, iudicari, & definiti debent, ac im-
petant, & inane, si fecus super his à quoquam quavis au-
thoritate sciens, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praemissis, ac Constitutioni-
bus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon qua-
cumque opus sit, Provinciae, & Conventus, ac
Ordinis praefatorum etiam juramento, confirma-
tione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata
statuta, & consuetudinibus, privilegiis quoque
indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemis-
sorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores
pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum
insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuri-
tis, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat spe-
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Anno
lo Piscatoris die 17. Februarii 1672. Pontificatus no-
stri Anno tertio.

Beatificatio servi Dei Pii Papae V. ejusque
Missae, & Officii certis in locis concessio.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

U Nigenitus Dei filius, in quo sunt omnes thesauri
sapientiae, & scientiae absconditi, cum sanctos,
atque electos suos, eos praefertim, quos gregis sui Pa-
stores constituit secundum cor suum, credite dispen-
sationis munere pie, fideliterque peracto, non solum
aeternae beatitudinis praemissis donat in caelis, sed etiam
illorum sanctitatem sequentibus signis testatam, cele-
brantque facit in terris, humilitati nostrae, quam Ec-
clesiae suae sanctae, nullo licet meritorum nostrorum
suffragio praeficere dignatus est, luculenta proponit
exempla, quae ipso donante, atque adjuvante pro
modulo infirmitatis nostrae humiliter sequi cona-
mur. Unde cum inter Dominici gregis Pastores Apo-
stolici zeli, atque vigoris gloria, Pastoralisque cha-
ritatis, & vigilantiae laude, & Sanctae humilitatis, alia-
rumque omnium virtutum fulgore quasi stella matuti-
na in medio nebulae longae, lateque resplenderet Dei
servus, & Pius PP. V. praedecessor noster, Sacerdos
vagus, qui in vita sua suscipit dominum, & in diebus
suis corroboravit templum: merito adducitur, ut il-
lius honorem, atque venerationem, ad omnipotentis
Dei gloriam, Ecclesiae decus, Catholicaeque fidei
praesidium, ac spirituales fidelium aedificationem,
quandam Nobis ex alto concedatur, promovere stu-
deamus.

§. 1. Cum itaque mature, diligentisque discussis
per Congregationem Venerabilium Fratrum nostro-
rum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus praeposito-
rum praecessibus, dudum de Apostolica Sedis licen-
tia consecutus, ac etiam subinde repetitis super vitae
sanctitate, heroicisque virtutibus, & aliis charisma-
tibus, quibus idem servus Dei Pius PP. V. praedecessor
noster multipliciter claruisse, ac miraculis, quae ejus
intercessione, ac ad manifestandam illius sanctitatem
à Deo parare fuisse asserbatur, eadem Congregatio
coram

Decretum irritum

Decretum irritum

Contrarii derogat.

D. P. An. die 17. Feb.

L X.

Edita A. D. 1672.

Exordium.

Confessio praecessibus, & probatis virtutibus.

Declaratio in rubr.

coram Nobis constituta, praevis etiam Consultorum suffragiis unanimiter censuerit, posse quaecumque Nobis placere, memoratum servum Dei Beatum declarari, atque indulgeri, ut de eo tanquam de Confessore Pontifice in quibusdam locis Officium, & Missa recitari, & celebrari possint.

Pium PP. V. Beatum declarat.

§. 2. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis multorum Orthodoxorum Regum, aliorumque Principum, ac totius Ordinis Sancti Dominici, in quo praefatus servus Dei Pius PP. V. dum in minoribus constitutus erat, Professionem regularem emisit, supplicationibus Nobis super hoc humiliter protractis paterna benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica tenore praesentium indulgemus, ut idem servus Dei Pius PP. V. in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiae venerationi Fidelium (non tamen in processibus circumferenda) exponantur; imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, atque de eo sub ritu semiduplici in omnibus Ecclesiis, tam saecularibus, quam regularibus utriusque sexus recitetur Officium, & Missa celebretur de Confessore Pontifice singulis annis, juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani, die 5. Maii, quae prima est non impedita post diem primam ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit.

Officium, & Missam certis in locis designat.

§. 3. Haec verò, nempe recitationem officii, & Missae celebrationem fieri concedimus in locis dumtaxat infra scriptis, videlicet in Alma Urbe nostra, ubi ejusdem Servi Dei corpus in Basilica Sanctae Mariae Majoris requiescit: tum in Oppido Boschi Dertonenfis Diocesis, ubi natus est, necnon in Civitatibus, & Diocesis Montis Regalis Provinciae Taurinensis, ac Sutrinensis, & Nepesina, ubi sedet Antistes, ac in universo Ordine Sancti Dominici, tam Fratrum, quam Monialium; & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno à datis haece literis, & quoad Indias à die, quo eadem literae illuc pervenerint, inchoando, in Ecclesiis Urbis, ac Civitatum, & Diocesium, & Ordinis praedictorum, respectivè solemnibus Beatificationis ejusdem Servi Dei cum officio, & Missa sub ritu duplici majori, die quoad Urbem à dilecto filio nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus generali, extra illam verò ab Ordinariis respectivè constituta, & intra sex menses promulganda, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum dictae Urbis celebrata fuerint eadem solemnibus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis fidem addit.

§. 4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Secretarii praedictae Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefecti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

D. P. A. 2. die 27. Apr.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Aprilis 1672. Pontificatus nostri Anno secundo.

Bullae Magni Tom. V.

Declarat ut indulta per fel. record. Urbanum Papam VIII. concessa Fratribus Oblatis; seu Servientibus Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanae, tunc temporis existentibus, intelligantur emanata ad favorem etiam hodiernorum, & per subsequencia perpetua tempora futurorum hujusmodi Congregationis Oblatorum, seu Servientium praedictorum, quos suffragia ferre non posse, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis conditionis statuere.

L. X. I.

Ne pluries dicta otiose repetam, te remitto ad ea quae notavi ad Const. 35. Decret. Romanum, Innocentii X. ubi aliqua ad praesentem materiam reperies.

CLEMENS PAPA X.

Edita A. D. 1671.

Ad perpetuam rei memoriam.

¶ Nuncti Nobis coelitus Pastoralis officii sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christi Fidelium, qui à fluctibus saeculi in portum vitae religiosae confugerunt, curam gerentes, enatas inter eos controversias, quae anabilis concordiae, fraternaeque charitatis serenitatem obnubilare possent, opportuna provisionis remedio recidere, ac illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

Exordium.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Urbanus Papa VIII. praedecessor noster ad sedendas inquietudines, atque animi perturbationes, quas major pars tunc existentium Fratrum Oblatorum, seu Servientium Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanae in suo hujusmodi statu patiebatur, per quasdam suas in simili forma Brevis die 26. Augusti 1641. emanatas literas cum eidem Fratribus Oblatis, seu Servientibus super quarto voto per eos emitti solito, de non procurando alio quam suo Fratrum Oblatorum, seu Servientium hujusmodi statu, ad effectum infra scriptum auctoritate Apostolica dispensavit, quantumque votum hujusmodi illis relaxavit; necnon eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus tunc in dicto Ordine existentibus, quod ipsi postquam per septem annos continuos ab eorum Professione numerandos, ac per alterius anni spatium in aliquo recollectionis loco à Ministris Provincialibus, & Definitoribus designato in dicto Fratrum Oblatorum, seu Servientium statu permansissent, ab ipsis Ministris Provincialibus, & Definitoribus hujusmodi in Capitulo, aut Definitorio Provinciali ad caputium, & statum laicalem admitti, & inter ipsos Fratres laicos ejusmodi Ordinis juxta eorum antiquitatem, necnon etiam inter Clericos, qui nondum quatuor annos à sua professione expleverant, juxta Constitutiones praedictae Congregationis Gallicanae sedere possent, concessit, & indulgit. Ea tamen lege, ut nec ejusmodi Fratres Oblati, seu Servientes ad caputium, & statum laicorum assumpti, nec laici qui nondum suffragiorum jure potiti fuerant, nec denique alii, qui deinceps ad statum laicalem in dicto Ordine admitterentur, ullo suffragiorum jure gaudere valerent, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis. Voluit insuper dictus Urbanus praedecessor, & pariter indulgit, ut si quis ex dictis Fratribus Oblatis, seu Servientibus hujusmodi post supradictos septem à sua professione annos suum hujusmodi statum immutare noller, de Superiorum suorum consensu in eo permanere, necnon eisdem privilegiis, quibus alii

Cap. 1. C. 1.

Bbb 3 gavisuri

gavissimè essent, qui accepto caputio statum suum mutavissent, gaudere libere, & licetè possent, & alijs prout in præfatis Urbani prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Supplicatio.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Superiores dictæ Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, super præmissis, seu eorum occasione subinde in eadem Congregatione variz exorta fuerint controversiæ, super quibus aliæ ab eodem Urbano prædecessore die 25. Maii 1644, ac à rec. mem. Innocentio X. die 6. Aprilis 1648, & Alexandro VII. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris die 19. Decembris 1659, ac die 13. Septembris 1660, & die 11. Aprilis 1661, respectivè expeditæ fuerunt pariter in forma Brevis literæ, ac tandem die 4. Maii 1663, Decretum à Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & regularium præposita emanavit, nec tamen exinde memoratæ Congregationis Gallicanæ tranquillitati sufficienter provisum reperitur, sed prænaratæ perturbaciones, & inquietudines denudè reviviscentes novum in præsens patet hæsitatis, & providentiæ nostræ præsidium exposcant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Declaratio in rubr.

§. 3. Nos igitur eorumdem Superiorum votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac aliarum literarum, & decreti præfatorum tenores præsentibus similiter pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super hoc negotio à Nobis specialiter deputatorum, qui dilectum etiam filium Procuratorem Generalem, seu Commissarium Curie Familie Ultramontanæ Ordinis S. Francisci audiverunt, ac rem maturè examinaunt, consilio, dispensationem, relaxationem, & indulgentiam, quæ memoratus Urbanus prædecessor per suas literas primodictas præfatis Fratribus Oblatis tunc temporis existentibus, sicut, superscriptum est concessit dilectis filiis hodiernis, & per subsequencia perpetua tempora futuris Fratribus Oblatis, seu Servientibus dictæ Congregationis

Gallicanæ, auctoritate Apostolica tenore præsentium pariter concedimus. Statuentes ut non solum Fratres Oblati, seu Servientes, qui eo tempore quo primodictæ Urbani Prædecessoris literæ emanarunt, in præfata Congregatione Gallicana erant, sed etiam alii hodierni, & per subsequencia perpetua tempora futuri Fratres Oblati, seu Servientes Congregationis hujusmodi, necnon quicumque alii, qui ad statum laicalis in eadem Congregatione immediatè, seu in ingressu Religionis admitterentur, nullo unquam tempore suffragiorum jure gaudere valeant, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis, ac super controversiis præfatis perpetuum partibus silentium eadem auctoritate harum serie imponimus.

§. 4. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, subique illis ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præfatis alijs Urbani, ac Innocentii, & Alexandri prædecessorum literis, & decreto memoratæ Congregationis Cardinalium, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon præfatorum Ordinis, & Congregationis Gallicanæ, alijsve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quicquidque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris, die 11. Maii 1671. Pontificatus nostri Anno tertio.

SERIES VERBORUM OMNIUM;

Super quibus materiae sequentis Repertorii
sunt extensae.

A

A B B A S.
Abbatissa.
Abbreviatores.
Absolutio.
Abutentes.
Academia Complutensis.
Academia Pictorum.
Accipiens.
Acta.
Adducere.
Administratio.
Administrator.
Admittere, Admitti.
Ad nutum.
Advocantes.
Ægroti.
Affinitas.
Agentes.
Aggregatio.
Albergatores.
Alexander V I I.
Alienare, Alienatio.
Alimenta.
Altare.
Alternativa.
Alumni.
Amadeus Guimenius.
Ambiens, & Ambitus.
Amovere.
Angelopolitani Regulares.
Annata.
Anniversaria.
Annullatio.
Annus Iubilæi.
Apotheca Barbitonorum.
Apostolica Sedes.
Appellare, Appellans, & Appellatio.
 Applicatio.
Approbatio.
Arbiter, Arbitrium.
Archiconfraternitas B.M.de Suffragio Urbis.
Archiepiscopus.
Archipresbyter.
Archivium.
Arma, & Armati.
Aromataria, & Aromatarii.
Artes Aurificum.
Assignationes.
Assistentes.
Astrologia, Astrologus.
Auditor Camere.
Auditores Rotæ Romanæ.
Augere.

Auctoritas.
Augustiniani Fratres.
Augustinus Tauellus.
Aurifices.

B

B Arbitratores.
S. Basilii Monachi, & Monasteria.
Beatificatio.
Benedicere, Benedictio.
S. Benedicti Religio.
Beneficia Ecclesiastica.
Bibliotheca.
Biretum.
Bona.
Bononia Provincia.
Bulla.
Burgus.

C

C Alaricana Ecclesia.
Calaritani Regulares.
Camaldulenses.
Camaldulensis Eremitæ.
Camaldulenses Eremitæ.
Camera Apostolica.
Camerarius.
Camera Apostolicæ Auditor.
Canones.
Canonici Regulares Lateranenses.
Canonici S. Georgii in Alga.
Canonici Regulares S. Salvatoris.
Canonici Regulares S. Spiritus Venetiarum.
Canonizatio Sanctorum.
Capellani.
Capitula.
Capitula Ecclesiarum.
Capucini.
Capucium.
Carceres, & Carcerati.
Cardinales.
Carmelitæ Fratres.
Carmelitæ Fratres Discalceati.
Carmelitæ Moniales.
Cassinenses Monachi.
Casus reservati.
Caupones.
Causa.
Cedula.
Celebrans, & celebrare.
Cælestini Monachi.
Censura.
Census.
Cæremoniale.

Cæremoniarum Magistri.
Cistercienses Monachi.
Cistercienses Reformati.
Citatio.
Cives, Civitas.
S. Clara.
Claves.
Clemens IX. & X.
Clerici.
Clerici Regulares Matris Dei Scholarum Piarum.
Clerici Regulares Ministrantes Infantibus.
Clerici Regulares Minorum.
Clerici Regulares de Somaseha.
Clerici Regulares Theatini.
Collegium Iurorum.
Collegium S. Bonaventuræ.
Collegium S. Francisci de Pauli.
Collegium Germanicum.
Collegium Penitentiariorum.
Commendatarii.
Commensales.
Commercium.
Communitates.
Complutensis Academia.
Computa, & Computatores.
Conceptio B. M. V.
Concilium Tridentinum.
Concionatores.
Conclave, Conclavista.
Concordia.
Confisarius.
Confessio.
Confraternitates B. M. de Mercède Redemptionis Captivorum.
Confraternitas B. M. de Monte Carmelo.
Confraternitates Rosarii.
Confraternitates.
Congregatio Cardinalium super Statu Regularium.
Congregatio Cardinalium super Indulgentiis, & sacris Reliquiis.
Consensus.
Conservatores Religionum.
Contractus.
Conventus.
Conversæ Monialium.
Convertitæ Mulieres de Urbe.
Cornelius Jansenius.
Correctio fraterna.
Cretæ Regnum.
Cruciferi Fratres.
Cubicularii.
Cuculla.

SERIES VERBORUM.

Cultus
Curia
Curiosus

DAns.
Dapiferi.
Datarius.
Debitor.
Decima.
Decretum.
Defuncti.
Denunciare.
Depositum.
Deprædatores.
S. Didacus.
Dies Festi.
Dignitas.
Dimissoria.
Diocesis, & Diocesani.
Diripiens.
Discalceati Fratres.
Dispensatio, & Dispensare.
Disponere, & Dispositio.
Distributio.
Doctor.
Domini.
S. Dominicus.
S. Dominici Fratres.
Domus.
Dos, Dotare.
Dux Medinæ Sydoniæ.

E

Ecclēsia.
Ecclesia Calaritana.
Ecclesia Majoricensis.
Edicta.
Electio, Electus.
Elemosina.
Eloquentiæ Cathedra.
Empyrensis.
Episcopus, Episcopalis.
Equites.
Ereclio.
Eremitæ, & Eremitæ Camaldulensis.
Fremite Montis Coronæ.
Ethnici.
Eucharistia.
Examen.
Excommunicatio.
Exemptio, Exemptus.
Exercitia spiritualia.
Expense.

F

Fabrica Basilicæ S. Petri.
Facinorosi.
Facultas.
Falsarii.
Familiars Cardinalium.
Familiars Papæ.
Fautores.
B. Ferdinandus Rex Castellæ.
Ferrariæ Provincia.
Festum.
Feuda, & Feudatarii.
Filia, & Filius.
Firmanorum Magistratus.
Fortalitia.
S. Franciscus Assisias.
S. Franciscus de Sales.
S. Franciscus Xaverius.

Fratres Capocini.
Fratres Carmelitas.
Fratres Carmelitas Discalceati.
Fratres Guerciferi.
Fratres S. Dominici.
Fratres Eremitæ S. Augustini.
Fratres Eremitæ S. Augustini Discalceati.

Fratres Eremitæ S. Pauli primi Eremitæ.
Fratres S. Hieronymi de Fesulis.
Fratres Jesuati.
Fratres B. Joannis Dei.
Fratres B. M. de Mercede Redemptionis Captivorum.
Fratres B. M. de Monte Carmelo.
Fratres Mendicantes.
Fratres Minimi Sancti Francisci de Paula.
Fratres Minores Conventuales Sancti Francisci.
Fratres Minores Conventuales Reformati S. Francisci.
Fratres Minores Discalceati S. Francisci.
Fratres Minores S. Francisci de Observantia.
Fratres Minores S. Francisci Strictioris Observantia.
Fratres Predicatores Ordinis S. Dominici.
Fratres Præmonstratenses.
Fratres Tertii Ordinis S. Francisci.
Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.
Fratres Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Reformati, seu Discalceati.
Fratres, & Religiosi.
Fructus.

G

Gabella.
Germanicum Collegium.
Germaniæ Pax.
Gratia.
Gubernator, seu Judex Burgi.
Gubernator Conclavis.
Gubernator Urbis.
B. Gundisalvus de Amaranthe.

H

Habitatio, Habitatior.
Habitus.
Hæredes.
Hæresis.
Hæreticus.
Hierosolymitani Milites.
Horæ Canonice.
Hospites, sive Tabernarii.
Hostes.

I

S. Jacobus Apostolus.
S. Jacobi de Alcantara, & Spatha Milites.
Janfenius.
Japones.
Jesuati Fratres.
Jesuati.
Ignatius Loyola.
Imago.
Impediens.

Impetratio Beneficiorum.
Impensio, & Impensio.
Impressio Librorum.
Impudice Mulieres.
Index Librorum prohibitorum.
Indiarum Parochi.
India.
Indiarum Neophyti.
Indulgentia.
Indulgentia.
Infensio.
Infirmus.
Inhibitiones.
Innocentius X.
Interfectores.
Invadentes.
Inventarium.
B. Iosaphatus.
Jubilæum.
Judæi.
Judex Burgi Romæ.
Judices.
Juramentum.
Jurisdictio.
Juspatronatus.

L

Largitio munerum.
Lauretana Sacra Domus Penitentiarum.
Lectorum Jubilatorum tituli.
Legata Pia.
Legati Sedis Apostolicæ.
Libri.
Licentia.
Literæ Apostolicæ.
Locatio.
Ludovica de Albertonibus.

M

Magistratus Firmatorum.
Magistri Carcerum.
Major Penitentiarum.
Majoricenses Regulares.
Mantelleta.
Mare.
S. Maria Mater Christi.
S. Mariæ de Monte Carmelo Fratres.
Massæ Capellani.
Matelica Terra.
Matrimonium.
Medinæ Sydoniæ Dux.
Mendicantes Fratres.
Mercatores Fundaci.
Mercatorum Libri.
Mercatura.
Meretrices Urbis.
Milites S. Jacobi de Alcantara.
Milites S. Jacobi de Spatha.
Milites S. Joannis Hierosolymitani.
Missa.
Missale.
Molestare, Molestans.
Molitores Urbis.
Monachi S. Basilii.
Monachi Camaldulenses.
Monachi Cassinenses.
Monachi Cælestini.
Monachi Cistercienses.
Monachi Cistercienses Reformati.
Monachi B. M. Montis Oliveti.
Monachi B. Mariæ Montis Virginis.

Monachi

SERIES VERBORUM.

Monachi Sylvestrini.
 Monachi Vallis Umbrosae.
 Monasteria.
 Monasterium Casertanum.
 Moniales.
 Mons Pietatis.
 Mozzetta.
 Musica.
 Musicorum Confraternitas

N

Nanfragantes.
 Neophyti.
 Nicoterenfis Episcopi interfectores.
 Nobiles Status Ecclesiastici.
 S. Norbertus.
 Notarii.
 Notarii Auditorum Rotæ Romanæ.
 Novitii.

O

Oblati.
 Obligatio Cameralis.
 Occupantes Civitates, & loca S. Romanæ Ecclesiæ.
 Offendens.
 Officia.
 Officium Conceptionis B. Mariæ Virginis.
 Officium Divinum.
 Oracula vivæ vocis.
 Ordinarii locorum.
 Ordines Canonicorum.
 Ordines Clericorum.
 Ordines Fratrum.
 Ordines Monachorum.
 Ordines Militares.
 Ordines Sacri.
 Ornamenta.

P

Parochi.
 Parochiales Ecclesiæ.
 Participatio privilegiorum.
 Patriarchæ.
 Pauperes.
 Pecunia.
 Pedagia.
 Pensio.
 Personæ Ecclesiasticæ.
 Pests.
 S. Petrus de Alcantara.
 S. Petrus de Arborea.

S. Palfchafus.
 Pallas.
 Palatinus.
 Collegium.
 Poloniæ Archiepiscopi.
 Poloniæ Paucchi.
 Poloniæ Regnum.
 Pontificalia Insignia.
 Posta.
 Præcedentia.
 Prædicatorum.
 Prædicatorum.
 Prælati.
 Præbiter.
 Prædictio.
 Privilegium.
 Processio.
 Processus.
 Procuratores.
 Professio Fidei.
 Propaganda fides.
 Propositio.
 Provincia Bononiæ, Ferrariæ, Ravennæ, Romandiolæ.
 Purificatio B. Mariæ Virginis.

Q

Quindennia.

R

Ravennæ Provincia.
 Rector.
 Recursus.
 Reductio.
 Referendarii utriusque Signaturæ.
 Reformatio.
 Registrare.
 Regulares.
 Religio.
 Religiosi.
 Reservatio.
 Residentia, & Residere.
 Resignatio beneficiorum.
 Romandiolæ Provincia.
 Romani Nobiles.
 S. Rosa.
 Rosarium.

S

Sacerdotes.
 Sacramentum.
 Sancti.
 Sanctorum Reliquiæ.

Sanctorum Canonisatio.
 Sancti.
 Sanctus.
 Scriptura Sacra.
 Sedes Apostolica.
 Seminarium Indiarum.
 Seminarium S.M. de Victoria.
 Seminarium Romanum.
 Sententia.
 Sepultura.
 Signatura Gratiæ, & Iustitiæ Referendarii.
 Societas Iesu.
 Soritæ, & Soritægia.
 Spolia.
 B. Stanislaus Kostka.
 Status Ecclesiastici Nobiles.
 Studium.
 Subsidio.
 Subsidium triennale.
 Suffragia.
 Superiores.
 Suppressio.
 Suspendio, Suspendus.
 Sylvestrini.
 Synodus.

T

Tabella.
 Tana.
 Terra Sancta.
 Testamentum.
 Testes.
 Theatini.
 Theologia.
 S. Theresia.
 S. Thomas à Villanova.
 Transactio.
 Tridentinum Concilium.
 Triennalis impositio.
 Triennale subsidium.
 Turcæ.

V

Venefici, Veneficia.
 Victualia.
 Virgo Maria.
 Visitans, Visitatio.
 Vivæ vocis Oracula.
 Vnio.
 Votum.
 Urbanus VIII.
 Urbani Civitas.
 Vfurpans.

INDEX
RERUM, SENTENTIARUM,
Verborum, & Materiaram omnium,
quæ in hoc Opere continentur;
ALPHABETICO ORDINE DIGESTUS.

Abbas.

ABBATES Cisterciensium renunciantes dignitati, qua facultate, & habilitate gaudeant. Urbanus VIII. constit. 150. p. gina 52.

ABBATIBUS Congregationis Cassinensis facultatem alienandi bona stabilia, necnon annuos census reducendi ad minus intersurium concessit Urbanus VIII. constit. 233. §. 1. pag. 87.

ABBATES Congregationis Montis Oliveti de quorum licentia pro sublevandis Monasteriorum indigentis census imponere valeant. Urbanus VIII. constit. 245. §. 3. pag. 93.

ABBATES Cassinenses taxas non solventes, quas pœnas incurrant. Innocentius X. constit. 19. §. 2. & 3. pag. 173.

ABBAS Generalis Congregationis Olivetana Mantelletam, & mozzetam cum pileo, & bireto prælatiis inducere potest. Alexander VII. constit. 101. §. 2. pag. 326.

ABBATES Cisterciensium qui utuntur dispensatione Apostolica circa esum carniū non privantur voce activa, & passiva. Alexander VII. constit. 114. §. 2. pag. 341.

ABBAS Generalis Canoniconum Regularium Sancti Salvatoris habitum prælatiū deferre potest. Alex. VII. constit. 172. §. 2. p. 418.

ABBATI Generali Congregationis Montis Oliveti unâ cum definitorio 12. Abbates titulares creandi facultatem dedit Clemens X. constitutione 32. §. 1. pag. 517.

ABBATES titulares prædicti cum aliquo Regiminis Abbate gubernium alternis vicibus gerere valent cum autoritate Abbatis Generalis. ibid. §. 2.

ABBATES prædicti actu gubernantes tantum vocum habent in Capitulo Generali. ibid. §. 3.

ABBAS Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ mozzetam, & mantelletam, pileum, & biretum prælatiis etiam in Pontificiis Capellis gestare potest. Clemens X. constit. 47. §. 2. pag. 553.

ABBAS Cisterciensis Congregationis Hispaniæ, qui Abbatiali dignitate functus fuerit triennio præcedenti non potest in sequenti reeligere in Abbatem etiam alterius Monasterii. Clemens X. constit. 55. §. 1. pag. 564.

ABBATES Congregationis prædictæ à quibus sint eligendi. ibidem §. 3.

Vide in verbo *Cistercienser*

Abbatissæ.

ABBATISSAM eligere possunt Moniales Conventus Ordinis Sanctæ Claræ S. Marcelli Parisiensis. Urbanus VIII. constit. 237. §. 1. pag. 89.

Abbatissarum, & Priorissarum Monasteriorum Urbis sumptus superfluos in eorum Ecclesiis ornandis permittentium pœnæ. Alexander VII. constit. 42. §. 4. p. 256.

Abbreviatores.

Abbreviatores quales essent tempore Clementis X. habetur in eadem eius constit. 16. p. 509.

Abbreviatores prædicti si per quinquennium officia huiusmodi obtinuerint, usque ad quam summam pensiones transferre valeant. Clemens X. constit. 16. §. 2. ibid.

Abbreviatoribus prædictis Missam celebrare, seu celebrari facere in eorum Capellis indulget Urb. VIII. & confirmat Clemens X. ibid.

Abbreviatores prædicti habitum violacei coloris, etiam si officia Abbreviatorum non obtineant, dummodo per certum tempus exercuerint, gestare posse concessit Clemens X. ibid.

Abortus.

Vide verbum *Casus reservati.*

Absolutio, & Absolvere.

Absolvi possunt Capellani Pontificis à Confessario eligendo à quibusvis pœnis Ecclesiasticis, etiam reservatis in Bulla Cœnæ Domini, seu vel tamen in articulo, & in mortis articulo, in aliis autem reservatis semel in vita. Innocentius X. constit. 27. §. 7. p. 174.

Alexander VII. constit. 11. §. 5. pag. 209. Clem. X. constit. 10. §. 6. p. 514.

Absolvi non possunt Capellani Pontificis à Confessariis per eos electis à manuum injectionibus in Episcopos, aut alios Superiores Prælatos. ibid.

Absolvi non possunt interfectores Episcopi Nicotorensis præterquam à Romano Pontifice. Clemens IX. constit. 31. §. 2. p. 466.

Absolvere præsumptibus interfectores huiusmodi ab excommunicatione pœnam indicit. ibid. §. 5.

Absolvere non possunt Regulares per Mare Magnum, & quæcumque privilegia à casibus Episcopo reservatis. Clemens X. constit. 7. §. 7. p. 495. & seq.

Absolvendi facultatem à casibus Sedi Apostolicæ reservatis habentes, à casibus Episcopo reservatis non habent. ibid. §. 7.

Absolvi non possunt confluentes ex una ad alteram Diocesim à casibus in sua Diocesi reservatis. ibid.

Absolutus in foro pœnitentiæ non censetur absolutus in iudicio contentioso. ibid.

Abuentes.

Abuentes mulieres seculares licentia ingrediendi Monasteria Monialium. Vide infra in verbo *Consensus.*

Vide in verbo *Monasteria*, & verbo *Moniales.*

Abuentes licentia se intromittendi in causis criminabilibus contra Ecclesiasticos, & illis quomodolibet se intromittentes, sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 10. §. 2. p. 514.

INDEX RERUM.

- Alexander VII. constit. 12 p. 118. & Clemens X. constit. 16 p. 218. & Clemens X. constit. 25 p. 219.
- Ardenas Capitulosi.**
 Vide verbo *Ardenas Capitulosi*.
- Vide in verbo Piores.**
- Accipiens.**
 Accipientes, vel dantes aliquid pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam excommunicati sunt penam incurrun. Alexander VII. constit. 19 p. 182. & Clemens X. constit. 25 p. 219. & Clemens X. constit. 25 p. 219.
- Acta.**
 Acta Capitulorum Ecclesiarum per Secretarium in libro ad hoc signato describenda, & in Archivium reponenda sunt singulis annis. Alexander VII. constit. 34 p. 112.
- Acta suae electionis non transmittentes intra certum tempus Provinciales Indiarum Ordinis Fratrum Praedicatorum, quas poenas incurran. Alexander VII. constit. 146 p. 44.
- Acta scripturae Tribunalis Burgi ad officium Gubernii Urbis asportari voluit Clemens IX. constit. 6 p. 5.
- Adducere.**
 Adducens necessaria ad Romanam Curiam ii, qui offendunt, excommunicantur. Alexander VII. constit. 16 p. 218. & Clemens X. constit. 34 p. 112.
- Administratio.**
 Administrationis bonorum Collegii Fuldenfis ratio quomodo sit habenda, & reddenda. Vide in verbo *Collegium Fuldense*.
- Administratores.**
 Administratores bonorum Capitulorum Ecclesiarum, quando post annum confirmari possunt. Alexander VII. constit. 36 p. 114.
- Administratores praedicti quando rationem administrationis reddere debeant. ibid. p. 114.
- Administratores, & Rectores Ecclesiarum Urbis consanguineis bona earumdem locari noluit Alexander VII. constit. 36 p. 114.
- Admittere, Admitti.**
 Vide in verbo *Militis*.
- Admittendus ad officium Curatoris, quid solvere tenetur. Alexander VII. constit. 77 p. 66.
- Admitti ad Religionem non possunt Alumni Collegiorum Apostolicorum. ibid.
- Adnum.**
 Vide infra in verbo *Amovere*.
- Advocantes.**
 Advocatos, & Procuratores recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, vel persequuntur, sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 16 p. 218. & Clemens X. constit. 34 p. 112. pag. 219. Etiam perterritescant, vel committuntur eorum consanguineos per alium quomodolibet. ibid. p. 112.
- Advocare & procurare possunt etiam Capellani Pontificis, etiam quod sint presbyteri, in Ecclesiasticis tamen civiliter. Alexander VII. constit. 11 p. 5. pag. 209. Clemens IX. constit. 25 p. 219. & Clemens X. constit. 20 p. 5.
- Aegroti.**
 Vide in verbo *Pauperes*.
- Affinitas.**
 Affinitatis dispensatio. Vide in verbo *Dispensatio*.
- Agentes.**
 Agentes etiam iudicium, Advocatos, Procuratores, Auditores, eorumque agentes recurrentes ad Romanam Curiam, qui percutiunt, & persequuntur, sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 16 p. 218. & Clemens X. constit. 34 p. 112.
- Aggregatio.**
 Aggregationem aliquam confraternitatem per Ar-
- chiconfraternitatem Beatae Mariae de Suffragio Urbis approbat. Alexander VII. constit. 11 p. 5. pag. 255.
- Aggregatio.**
 Aggregatio, & Confraternitas Firmatae Habes in Constit. 11 p. 5.
- Aggregatae aliae Confraternitates possunt in Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Clementis IX. constit. 24 p. 4.
- Albergantes.**
 Vide infra in verbo *Cappones*.
- Alexander VII.**
 Alexander VII. Senensis ex Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali tit. S. M. de Populo Sumpus Pontifex pronuntiatus anno 1655. pag. 193.
- Alexander VII. coronatus fuit Pontifex Romae die 17. Aprilis ejusdem anni. ibid.
- Alexander VII. obiit Romae 22. Maii 1667. ibid.
- Alienare & Alienatio.**
 Alienandi bona stabilia, necnon annuus census reducendi facultatem concessit Monachorum Castellani Congregationi Urbanus VIII. constit. 233 p. 1.
- Alienationes bonorum stabilia in statu Ecclesiastico forentes sunt prohibita usus dotis, sine Sedis Apostolicae licentia. Alexander VII. constit. 116 p. 34. & seq.
- Alimenta.**
 Alimenta solventes nobiles ad Indiarum Seminatum admitti voluit. Alexander VII. constit. 48 p. 260. & Clemens IX. constit. 38 p. 474.
- Altare.**
 Altare privilegiatum pro singulis Conventibus Fratrum Minorum Strictioris Observantiae Sancti Francisci in Regno Hiberniae existentibus concessit Urbanus VIII. constit. 333 p. 1.
- Altaris bona, seu divino usui deputata Capellani Pontificis non possunt amoveri, nec de eis disponere. Innocentius X. constit. 21 p. 9. p. 174. Alexander VII. constit. 11 p. 5. p. 209. Clemens IX. constit. 25 p. 219. & Clem. X. constit. 20 p. 5.
- Altarium privilegiatorum in perpetuum Altaribus ad tempus privilegiatis privilegia communicat Clemens IX. constit. 39 p. 3.
- Alternativa.**
 Alternativam dignitatum obtinendarum inter Fratres Indos, & Fratres Hispanos, in Indiis tantum ad habitum admissos Ordinis Eremitarum Sancti Augustini deputavit Urbanus VIII. constit. 98. & 99 pag. 23. & seq.
- Alumni.**
 Vide in verbo *Collegium Fuldense, Illyricum, Praegense, Viennense*.
- Alumni, & Convictores Collegiorum de Somascha possunt in eorum Oratoriis confiteri cuicumque Presbytero ab Ordinario approbato. Alexander VII. constit. 64 p. 3.
- Alumni Collegiorum Apostolicorum perpetuo Sedis Apostolicae servitio sunt adstricti. Alexander VII. constit. 99 p. 1.
- Alumni praedicti ad Religionem admitti non possunt, nisi de Romani Pontificis licentia. ibid. p. 2.
- Alumni praedicti ad Religionem admissi a juramento non absolvuntur. ibid. p. 3. Vide etiam in verbo *Juramentum*.
- Alumni praedicti quomodo, & quando certiorant Congregationi Propagandae Fidei de statu proprio. ibid. p. 4.
- Alumnorum praedictorum aditiorum, dimittentium, & sponte recedentium nomina per Superiores Collegiorum Congregationi de Propaganda Fide qualibet vice transmittendum. ibid. p. 6.
- Alumnorum cadavera sine interventu Parochorum sepelire posse indultit Clericis de Somascha quibusdam in locis Alexander VII. constit. 175 p. 2. p. 425.
- Amadeus Guimenius.**
 Amadei Guimenii Lomarenfis opus Theologicum prohibuit

INDEX RERUM.

hibuit Alexander VII. vide in verbo *Littere*.

Ambitum

Ambitum Monachis Capucinis Congregationis prohibuit Eugenius IV. refer. Urb. VII. constit. 123 §. 1. p. 96. Quod confirmat ibid. §. 3. p. 97. Et Clemens X. constit. 17. qua litteras Gregorii XIII. & Urbani VIII. confirmat §. 7. p. 111.

Ambitum Fratibus S. Hieronymi Congregationis Felisiana prohibuit Urbanus VIII. constit. 158 §. 2. p. 108.

Ambitum Fratibus de Observantia S. Francisci, & Reformationis prohibuit Urbanus VIII. constit. 171 §. 2. p. 119.

Ambitum Monachis Coelestinis interdixit. Alexander VII. constit. 3 §. 3. p. 196.

Ambitum Monachis B. Mariæ Montis Virginis prohibuit sub excommunicationis Romano Pontifici servatae poena Alexander VII. constit. 52 §. 1. p. 165.

Ambitum prohibuit Fratibus Eremitarum S. Augustini Alex. VII. constit. 113 §. 11. pag. 342.

Ambitum Monachis Montis Oliveti prohibuit. Clem. X. constit. 31 §. 1. p. 26.

Ambitum Capucinis prohibuit Clem. X. constit. 46 §. 1. pag. 552.

Amovere.

Amovere non licet Superiori Regulari Religiosum contra quem Episcopus causam coepit. Alexand. VII. constit. 4. Quæ sunt declarationes decreti Innocentii X. declarat. 13. p. 197.

Angelopolitani Regulares.

Angelopolitani Regulares, quoad confessiones. Vide in verbo *Confessio*.

Angelopolitani Regulares, quoad prædicationes. Vide in verbo *Prædicationis*.

Angelopolitani Regulares, quoad privilegia. Vide in verbo *Privilegium*.

Angelopolitani Regulares, quoad Sacramenta. Vide in verbo *Sacramenta*.

Annata.

Annatam solvere tenentur singulis 15. annis Cameræ Apostolicæ beneficia, Monasteria, &c. quæ antea eidem Cameræ alia jura solvere consueverunt. Paulus, & Julius II. Refert Clem. X. constit. 50 §. 1. & seqq. pag. 556. & seqq.

Annatarum exortio in recognitionem univærsalis domini introducta. Pius V. Refert Clemens X. constit. 50. pag. 556.

Annatas ex fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum solventium poenz. Julius II. & Paulus IV. Refert Clemens X. constit. 50 §. 10. p. 559. & seqq.

Annatas solvendi exemptiones revocat Clemens X. constit. 50 §. 8. pag. 559.

vide infra in verbo *Quindennia*.

Anniversaria.

Anniversaria ex dispositione testatorum relicta sunt excepta à prohibitione de non celebrandis Missis de Requiem in duplicibus. Alexander VII. constit. 176 §. 1. pag. 426.

Annulatio.

Annulatio alienationum bonorum Militum S. Joannis Hierosolymitani, sine eorum Magni Magistri consensu factarum. Urbanus VIII. constit. 126 §. 2. pag. 29.

Annulatio Capituli Provincialis Minorum S. Francisci Recollectorum in Provincia S. Bernardi in Gallia celebrati in spectum litterarum Apostolicarum. Urbanus VIII. constit. 142 §. 2. p. 91.

Annulatio privilegiorum personalium per Clericos Minores obventorum, quæ eorum Constitutionibus adversantur. Urbanus VIII. constit. 167 §. 1. pag. 115. & seqq.

Annulatio privilegiorum personalium Fratibus Minoribus S. Francisci concessorum, aliquibus exceptis Urbanus VIII. constit. 170 §. 2. p. 118.

Annulatio Capituli Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum

capituli inibi celebrati, & convocationis Capituli generalis in Urbe. Urbanus VIII. constit. 175 §. 2. p. 116. & seqq.

Annulatio contractuum omnium, quæ contrahantur pauperum, & bonorum viginti Ordinis Cisterciensis. Alex. VII. constit. 88 §. 3. pag. 309.

Annulatio facultatum contrahendi in favorem Forum super bonis Sedi Apostolicæ subiectis. Alex. VII. constit. 110 §. 10. p. 335.

Annulatio Constitutionis Urbani VIII. Eremitarum Capucinorum Hæreticæ cum Congregatione Montis Corbæ ejusdem Ordinis incorporantis. Clemens IX. constit. 15 §. 3. p. 446.

Annus Iubilæi

Anni Jubilei spatia archæantur Summi Pontifices. Vide in verbo *Jubilæum*.

Apotheca Barbitorum.

Vide verbo *Barbitorum*.

Apostolica Seder.

Apostolicæ Sedi bona Congregationum Canonicorum S. Georgii in Alga Veneriarum, Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fefulis suppressarum applicantur. Clemens IX. constit. 30 §. 2. p. 467.

Apostolicæ Sedis sicut est condere, ita in dubio est interpretari privilegia. Clemens X. constit. 7 §. 7. p. 495.

Appellare, Appellans, Appellatio.

Appellantes, seu recurrentes ad Curias seculares, etiam instante Fiscus Procuratore, & citationes, monitoria, & similia Judicum Apostolicorum impediri facientes excommunicantur. Alex. VII. constit. 16 §. 13. p. 219. & Clem. X. constit. 34 §. 13. p. 30.

Appellantes ad futurum Concilium, eorumque fautores excommunicantur. ibid. §. 13.

Appellare licet Regularibus conventuum suppressorum à declaratoria Episcopi ad Sedem Apostolicam. Alex. VII. constit. 4 p. 196. quæ sunt declarationes decreti Innoc. X. declarat. 20.

Applicatio

Applicationem spoliatorum Canonicorum Regularium Salvatoris defunctorum ejusdem Congregationis Procuratori Generali faciendam decrevit Alex. VII. Constit. 131 §. 2. p. 168.

Applicationem Conventus Licensis Grumi, Ripaldæ & Caldarolæ cum omnibus juribus, & pertinentiis Ordini Fratrum Minorum Conventualium habes in constit. 32. Clem. IX. §. 4 p. 466.

Approbatio.

Approbatio, & confirmatio Constitutionum Summorum Pontificum, super solutione annatarum, & quindenniorum. Urb. VIII. constit. 26 §. 1. p. 15. & Clemens X. constit. 50 §. 6. p. 558.

Approbatio privilegiorum Ordinis Beate Mariæ de Mercede Recollectorum Urb. VIII. constit. 69 §. 3. p. 14.

Approbatio, & confirmatio privilegiorum Ecclesiæ, & Canonicorum S. Mariæ Rotundæ. Urb. VIII. constit. 97. p. 19. & seqq.

Approbatio constitutionum in Capitulo Generali Fratrum Discalceatorum Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. Urbanus VIII. constit. 131 §. 4. pag. 30.

Approbatio, & confirmatio concordie inter Fratres Discalceatos S. Francisci de Observantia Provincie S. Joannis Baptistæ in Hispania. Urban. VIII. constit. 143 §. 8. pag. 40.

Approbatio concordie inter Archiepiscopum, & Capitulum Sancti Ambrosii Mediolani, & inter Abbatem ejusdem Ecclesiæ inter. Urbanus VIII. constit. 151 p. 46. in qua concordiam insertam habes per rotam.

Approbatio Statutorum Congregationum Lombardie, & Tusciæ Monachorum Cisterciensium pro reformatione in eis statuenda Urb. III. constit. 155. pag. 52. & seqq.

Approbatio Reformationis Provincie Austrie Fratrum Minorum

E T M A R I A R U M.

Minorum S. Francisci de Observantia. Urb. VIII. const. 181. §. 2. p. 61
 Approbatio triennalis impositionis super fructibus Commendarum S. Joannis Hierosolymitani. Urb. VIII. const. 194. §. 3. p. 72
 Approbandi sunt ab Ordinario Monachi exercentes curam animarum in Ecclesiis Parochialibus, quae sunt membra Monasteriorum suorum. Urb. VIII. const. 253. §. 1. & 2. p. 100. & seq.
 Approbatio concessionum domorum de Observantia Minorum Sancti Francisci Fratibus Reformatis ejusdem Ordinis factarum. Urban. VIII. const. 260. §. 2. p. 110
 Approbatio Decreti circa delationem habitus Fratrum tertii Ordinis S. Francisci, Urb. VIII. const. 275. p. 121.
 Approbatio Ordinarii ad confessiones audiendas pro Fratibus Jesuitarum. Urb. VIII. const. 297. §. 3. p. 140 & seq.
 Approbatio sententiae A.C. super jure procedendi inter Fratres Eremitarum S. Augustini Provinciae Hispanensis, & Discealceatorum S. Francisci. Urb. VIII. const. 328. §. 3. & ad alios conventus ejusdem Ordinis extendit, ibid. §. 8. p. 160
 Approbatio decreti Capituli Generalis Carmelitarum primitivae observantiae de Monialibus supernumerariis. Urb. VIII. const. 336. §. 2. & 3. p. 166
 Approbatio Statutorum Universitatis Aurificum, Alexand. VII. const. 2. §. 1. p. 195
 Approbatus semel Penitentiarum S. Petri examini denud se subicere non tenetur. Alexand. VII. const. 60. §. 7. p. 280
 Approbatio Statutorum, ac decretorum Capituli Generalis Hoscensis, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. Alexand. VII. const. 736. §. 2. p. 371.
 Approbatus Religiosus in una Diocesi, in alia sine Diocesani licentia confessiones audire non potest. Clemens X. const. 7. §. 4. p. 495
 Approbatus ad confessiones secularium audiendas non censetur approbatus ad audiendas illas Sanctimonialium, ibidem.
 Approbatus ad confessiones audiendas Monialium unius Monasterii, non censetur approbatus ad confessiones alterius Monasterii, ibid.
 Approbatus ad audiendas confessiones Monialium pro una vice, non potest in vim hujusmodi probationis illarum confessiones audire. ibid.
 Approbandus est Monialium Confessarius toties, quoties deputationis casus contigerit, ibid.
 Approbatus à Diocesano sine ulla Parochi, seu Episcopi licentia quovis anni tempore confessiones infirmorum audire potest, & quid inde facere teneatur, ibidem.
 Approbatus ad confessiones absque ulla praesentatione temporis ab ipsomet Episcopo, iterum ab ipso non est examinandus, secus si ab ejus Vicario, vel Antecessoribus, ibid. §. 5.
 Approbatus ubi est Confessarius à casibus in sua Diocesi reservatis, non autem in alia unde confluentes veniunt, absolvere potest, ibid. §. 7. p. 495
 Arbitrarius, Arbitrium.
 Arbitri Consultorum, & Praefecti Generalis vices praescriptae cujuscumque Provinciae Clericorum Regularium ministrantium Infirmis. Alex. VII. const. 12. §. 5. p. 211
 Arbitrio personae nominatae distribuuntur bona non disposita per Capellanos Pontificis inter familiares, deficientibus heredibus sanguinis. Innocent. X. const. 21. §. 9. p. 174. Alexand. VII. const. 11. p. 208. Clemens IX. const. 25. p. 460. & Clemens X. const. 20. §. 8. p. 514
 Arbitri, & Consultorum Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis electiones. Alexand. VII. const. 33. §. 2. p. 250
 Bullarii Magni. Tom. V.

Archiepiscopus. *Archiepiscopus.*
 Archiepiscopi admitti possunt ad habitum Militiae Christianae, & alii Praefati. Vide in Verbo *Admitti.*
 Archiepiscopus, & Episcopus Poloniae ad Synodos peragendas pro reparatione divini cultus convenire hortatur Alexan. VII. const. 46. p. 258. & seqq.
Archipresbyter.
 Archipresbyteros trium Patriarchalium Ecclesiarum Urbis, corumque Vicarios divinis Officiis interesse voluit in eisdem Ecclesiis Alexander. VII. const. 33. p. 248
Archivium.
 Archivium Generale in Urbe instituit. Urb. VIII. const. 63. p. 10
 Archivio Ecclesiarum singulis annis reponenda sunt acta Capitulorum per Secretarium. Alex. VII. const. 36. §. 1. p. 250
Arma.
 Arma deferentes, vel tenentes hostibus, quibus illi Catholicos offendunt, illisque quomodolibet faventes, excommunicantur. Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const. 34. §. 7. p. 529
Aromatarii, Aromataria.
 Aromatarii, & aliis obligationem cameralem habentibus pro qua summa praerantur Mercatores fundaci Urbis. Urb. VIII. const. 315. §. 2. p. 149
Artes Aurificum.
 Vide *Aurifices.*
Assignationes.
 Assignatio reddituum pro Clericis alendis in Seminario Romano. Urbanus. VIII. const. 134. §. 2. p. 31. & seq.
 Assignatio reddituum pro Penitentiarum S. Petri. Alex. VII. const. 60. §. 3. p. 279
 Assignationem provisionis pro alimentis Clericorum & Laicorum Congregationum Canonicorum Sancti Georgii in Alga Veneriarum, Fratrum Jesuitarum, & S. Hieronymi de Fefulis, vide in const. 30. Clementis IX. §. 3. p. 467
Assistentes.
 Assistentes Abbatum Congregationis Olivetanæ celebrantium. Vide verbo *Abbas.*
 Assistentes Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei quando votum habeant definitivum, & quando consultivum. Alexander. VII. const. 94. §. 1. p. 317
Astrologia, Astrologus.
 Vide const. Sixti V.
Auditor Camerae.
 Auditori Generali Camerae quando exhiberi debeant libri pecuniarum debitarum, & solutarum à Magistro Curforum, statuit Alexander VII. const. 77. §. 4. p. 299
 Auditori Camerae recursus in civilibus causis stante reformatione Tribunalis Burgi reservatur à Clem. IX. con. 6. §. 6. p. 439
Auditorum Rota Romanae.
 Auditorum Rotæ Romanæ Notarii, vide in verbo *Notarii.*
Augures.
 Augures gabellas, seu pedagia in terris suis, vel novas non permissas imponentes, sunt excommunicati. Alexand. VII. const. 16. §. 5. p. 219. Clemens X. const. 34. §. 5. p. 529
Auctoritas.
 Auctoritas Abbatis Generalis S. Basilii in Monachos reformatos, Urb. VIII. const. 138. §. 1. p. 35
 Auctoritas Definitorii Monachorum Cassinensium in Monachos, & Monasteria. Eugenius IV. Refer. Urbanus VIII. const. 248. §. 2. p. 99
 Auctoritas Congregationis indulgentiarum, & Sacris Reliquiis praeposita. Clem. IX. const. 36. §. 2. p. 473
 C c c Si Augu

INDEX RORUM

S. Augustini Fratrum.

vide infra in verbo *Fratres S. Augustini*.
Augustinus Taurinus Conclavitarum privilegia gaudet. Alex. VII. const. 50. §. 8. p. 244
Aurifices.
 Aurificum Statuta approbat, & confirmat Alexander VII. const. 2. §. 1. p. 195

B

Barbionenses.

Barbitonorum statutum de non aperienda nova *tonstrina*, nisi distet ab alia certo cannarum numero, confirmat Alexander VII. const. 39. §. 3. p. 254
S. Basilii Monachi, & Monasteria.
 S. Basilii Abbatris generalis in Monachos ejusdem Ordinis Reformatos auctoritas. Urban. VIII. const. 138. §. 1. p. 35
 S. Basilii Monachorum, & Laicorum in aliquibus Monasteriis numerum praefinit Urb. VIII. const. 208. §. 3. p. 116. & seqq.
 S. Basilii Monachorum Capitulum Generale, qui convocati, & Assistentes ex quibus eligi valeant. Innoc. X. const. 28. §. 1. & 2. p. 178.
 S. Basilii Monachorum professorum numerus, quis existere debeat in Monasteriis Congregationis reformatae del Tardon decrevit Alexand. VII. const. 81. §. 2. p. 302
 S. Basilii Monachorum praedicatorum clavarii, qui esse debeant. ibid.
 S. Basilii Monachorum Congregationis praefatae quis Definitor, & ad quem effectum convocet definitorium. ibid.
 S. Basilii Monachorum Congregationis praefatae Abbas Generalis, quid servare debeat in visitatione. Alexander VII. const. 81. §. 1. p. 303. & const. 81. §. 8. p. 304.
 S. Basilii Monachi Congregationis praefatae quos mittere permittantur ad Capitulum generale. ibidem §. 2.
 S. Basilii Monachis Hispaniarum licet cucullam amplam talarem, quam floccum vocant, gestare. Alex. VII. const. 84. §. 1. p. 306
 S. Basilii Monachorum Congregationis Reformatae del Tardon numerum Sacerdotum, & Laicorum statuit Innoc. X. ut refert Alex. VII. const. 87. §. 2. & 6. p. 308. & seqq.

Beatificatio.

Beatificatio Iosephati Martyris Archiepiscopi Polonicis Ordinis Monachorum S. Basilii, ejusdemque Officii, & Missae concessio. Urbanus VIII. const. 324. §. 2. p. 158.
 Beatificatio Francisci de Sales Episcopi Genevensis, ejusque Missae, & Officii quibusdam in locis concessio. Alex. VII. const. 118. §. 3. & 4. p. 348
 Beatificatio Petri de Arbas primi Inquisitoris in Regno Aragoniae. Alexander VII. const. 142. §. 3. pag. 387.
 Beatificatio Rosae de S. Maria tertii Ordinis S. Domini, ejusque Officii, & Missae concessio. Clem. IX. const. 28. §. 1. p. 450
 Beatificationem Servi Dei Pii Papae V. ejusque Missae, & Officii concessionem habes in Clemente X. const. 60. §. 1. p. 569
Benedictio, & Benedicere.
 Benedictio non petere tenentur ab Episcopo Diocesano Regulares in sui Ordinis Ecclesiis praedicare volentes. Clem. X. const. 7. §. 3. p. 494
 Vide in verbo *Pradicatorio*.
S. Benedicti Religio.
 Vide verbo *Monachi*.

Beneficia Ecclesiastica.

Beneficia cujuscumque generis, & qualitatis Capitularibus mensis, collegiis, universitatibus, & quorumvis Ordinum unita tenenturolvere Quindenaria.

Plus V. Refert Urbanus VIII. const. 26. p. 4. & Clem. IX. const. 50. §. 3. p. 557
 Beneficia quibuscunque locis piis unita, etiam manualia, & de jure patronatus, quorum fructus excedunt summam 24. ducatorum auri de Camera, quidennia solvere tenentur. Sixtus V. Refert Urbanus VIII. const. 18. p. 4. & Clemens X. const. 50. §. 4. p. 557. & seqq.

Beneficia taxata pro Clericis alendis in Seminario Romano, quamvis unita quibusvis locis piis, tenentur ad taxae solutionem. Urbanus VIII. const. 134. §. 8. p. 52

Beneficia duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus testibus possunt retinere Capellani Pontificis. Innoc. X. const. 21. §. 4. p. 173. Alexander VII. const. 11. ibid. p. 208. Clem. IX. const. 25. §. 3. p. 461. & Clemens X. const. 20. §. 4. p. 514

Beneficiorum omnium super fructibus sex decimas imposuit in Italia, & insulis adjacentibus Alex. VII. const. 112. §. 4. p. 337

Beneficia duo dissimilia, aut simplicia similia sub singulis tribus testibus quomodo retineant Cubicularii Pontificis. Vide in verbo *Cubicularii*.

Beneficiorum super reservatione declaratio datur. Alexander VII. const. 171. §. 1. & seqq. p. 417

Bibliotheca.

Bibliotheca Genuensis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula extrahentes libros, sive manuscripta, excommunicantur. Urbanus VIII. const. 44. §. 1. pag. 7

Bibliothecis Fratrum Recolletorum S. Francisci Provinciae Granatenis prohibentur abstrahi libri sub excommunicationis poena. Urb. VIII. const. 234. §. 1. p. 88. & const. 332. §. 3. p. 162

Bibliothecis Capucinarum libros, seu folia extrahentes poenam excommunicationis incurrunt. Urbanus VIII. const. 225. §. 1. p. 97. Alex. VII. const. 21. §. 1. p. 227

Bibliothecis Carmelitarum Discalceatorum Hispaniae prohibuit libros extrahi Urbanus VIII. const. 302. §. 2. p. 141

Bibliothecis Eremitarum Discalceatorum S. Augustini libros extrahentes excommunicationi subjacent. Urbanus VIII. const. 319. §. 2. p. 151

Bibliothecis Fratrum Reformatorum Strictioris Observantiae Provinciae Romanae abstrahi libri prohibentur. Innoc. X. const. 47. §. 1. p. 185

Bibliotheca Conventus S. Martini Eremitarum S. Augustini Civitatis Senensis libros abstrahi prohibuit Alexander VII. const. 43. §. 2. p. 257

Biretum.

Bireto, & pileo praelatiis una cum mozzetta, & mantelletta utitur Abbas Generalis Congregationis Olivetanarum. Alex. VII. const. 101. §. 2. p. 326

Biretum, & pileum praelatiis una cum mozzetta, & mantelletta Abbati Generali Canonicorum S. Salvatoris gestare posse indulget Alex. VII. const. 170. §. 1. p. 422

Bireto, & pileo praelatiis cum mozzetta, & mantelletta Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosae decoratur a Clem. X. const. 47. p. 552

Bona.

Bona stabilia alienandi, necnon annuos census reducendi ad minus interitum Congregationi Cassinensi concessit. Urb. VIII. const. 233. §. 1. p. 87

Bona Altaris, & divino usui destinata non possunt a Capellanis Pontificis in eorum facultatibus relinqui. Innoc. X. const. 21. §. 9. p. 173. Alex. VII. const. 11. §. 7. p. 208. Clem. IX. const. 25. §. 8. p. 461. & Clem. X. const. 20. §. 8. p. 514

Bona Capellanorum praedicatorum non subsunt spoliis. ibid.
 Bona Capellanorum praedicatorum per ipsos non disposita deveniunt ad heredes sanguinis integra, quae cumque illa sint, & illis deficietibus ad familiares arbitrio nominatos quoquo modo transferenda. ibid.
 Bona immobilia alienandi pro solutione onerum Cameralium

ET MATERIAE.

meritum Canonice Lateranensis ad inque certam summam facultatem concessit Urbanus VIII. confirmat Innocentius X. constit. 66. §. 1. p. 190
 Bonorum Seminarii Sanctae Mariae de Urbe Carmelitarum Discretorum administrationem ad Cardinales de propaganda fide spectare decrevit Alexander VII. constit. 10. §. 2. p. 207
 Bona Canoniorum Regularium S. Spiritus Venetiarum suppressorum, uti reservavit Alexander VII. constit. 17. §. 2. p. 212
 Bona Fratrum Cruciferorum Sedi Apostolicae reservavit Alexander VII. constit. 18. §. 3. p. 213
 Bonorum Capitulum Ecclesiarum Urbis, quando rationes reddere teneantur administratores, & alii. Alexander VII. constit. 36. §. 3. p. 251
 Bona Ecclesiarum, & locorum piorum Urbis consanguineis Rectorum, & administratorum locari prohibuit Alexander VII. constit. 37. §. 1. p. 252
 Bonorum temporalium super administratione Congregationis Cassinensis decreta confirmavit Alexander VII. constit. 92. §. 2. p. 314
 Bona status ecclesiastici à Forensibus acquisita restituenda esse declaravit Alex. VII. constit. 110. §. 8. p. 335
 Bona in statu ecclesiastico possidentes in eodem manere debent. *ibid.* §. 11.
 Bona stabilia alienandi facultate usque ad certam summam Congregationi Cassinensium pro aere alieno sublevando concessit Alex. VII. constit. 161. §. 3. p. 408
 Bona Conclavitarum non subsunt spoliis, sed de illis disponunt, ut in illis eorum haeredes quicumque etiam ab intestato succedant. Clem. IX. constit. 3. §. 1. p. 484 & Clem. X. constit. 2. §. 9. p. 431. hinc idem indullere Dapiferis *ibid.* constit. 5. & 4. §. 8. p. 435. & 488.
 Bona Cubiculariorum Pontificis ut à gabelis, & decimis eximantur, vide in verbo *Cubicularii*.
 Bona Congregationum suppressarum Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum, Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fesulis Sedi Apostolicae applicavit Clemens IX. constit. 30. §. 2. p. 467
 Bonorum suorum tertiam partem tradere Monasterio Convertitarum teneri voluit meretrices Urbis Clemens X. constit. 21. §. 5. & quid si non tradant. *ibid.* pag. 519.
 Bonorum in emphyteusim datio, vide in verbo *Emphyteusis*.
Bononia Provincia.
 In Bononensi Provincia monetam Romanam introduci voluit, & pro Provinciae commodo uti expendi debeat declaravit Alexander VII. constit. 96. & 104. p. 318. & p. 327.
Bulla.
 Bulla Cæne Domini publicata contra eisdem ab Alexandro VII. constit. 16. p. 218
 Bullam in Cæna Domini publicavit Clemens X. constit. 34. p. 528
 Bullæ publicatæ in die Cæne Domini excommunicationis absolutio est reservata etiam in articulo mortis certo modo, quilibet Ordinarius Rector, Curatus, & Confessarius debet illam habere. *ibid.* qui supra §. 28. p. 531
Burgi.
 Burgi Tribunalis jurisdictionem reformavit Clemens IX. constit. 6. p. 438. & seqq.
 Burgi habitatores edicta Gubernatoris Urbis servare tenentur, *ibid.* §. 4.
 Burgi Tribunalis acta, & scripturas quem ad locum asportanda declaravit. *ibid.* §. 5.
 Burgi Cause Civiles, vide in verbo *Causa*.

G

Calaritana Ecclesia.

Vide in verbo *Ecclesia*.
Calaritani Regulares.
 Ad Calaritanos Regulares officium super cadaveribus in eorum Ecclesiis spectare, non ad defunctorum *Bullarii Magni Tom. V.*

Curatos declaravit Sacra Rituum Congregatio, & confirmavit Alexander VII. constit. 95. p. 317
 Calaritani Regulares quomodo, & quando defunctorum corpora rite trahunt ad ecclesiam deferre possint. *ibid.*
 Calaritana Regularium numerus pro associandis cadaveribus à defunctorum haeredibus prestantus. *ibid.*
Camaldulenses.
 Vide in verbo *Monachi*.
Camaldulensis Eremita.
 Vide in verbo *Eremita*.
Camaldulenses Eremita.
 Vide in verbo *Eremita*.
Camera Apostolica.
 Cameralium Cardinalium, Prælatorum, & aliorum Officialium exemptiones, etiam immunitates solite sunt exceptæ à revocatione. Alexander VII. constit. 25. §. 5. p. 234. Clemens IX. constit. 17. §. 7. p. 449. & Clemens X. constit. 21. §. 7. p. 517
 Cameralium onerum quorumcumque, & aliorum, tantum realium, quam personalium, aut mixtorum exemptiones tum revocant. *ibid.* §. 11.
Camera Apostolica.
 Camerae Apostolicæ Auditor. Vide *Auditor Camerae*.
Canonici, seu Censur.
 Vide *Censur*.
Canonici Regulares Lateranenses.
 Canoniorum prædictorum Prælati Monasteriorum onera quinquenniorum habentium quomodo, & quando, & cui pecunias pro hujusmodi solutione mittere debeant, declaratur in constit. 30. Innocentii X. §. 2. & 3. p. 179.
 Canoniorum prædictorum Prælati hujusmodi onera habentes, & certis temporibus non solventes, quas penas incurrant. *ibid.*
Canonici S. Georgii in Alga.
 Canoniorum S. Georgii in Alga Congregationem suppressit Clemens IX. constit. 30. §. 1. p. 467. & seq.
 Canoniorum prædictorum bona in opera pia converti voluit *ibid.* §. 2.
 Canonice prædictis ad aliam transeundi Religionem facultatem concessit. *ibid.* §. 3.
 Canonice prædictis Clericis, & laicis provisionem assignat. *ibid.* §. 3.
Canonici Regulares S. Salvatoris.
 Canoniorum Regularium S. Salvatoris spolia defunctorum Procuratori generali ejusdem Congregationis applicari debere statuit Alexander VII. constit. 131. §. 2. p. 388
 Canoniorum prædictorum Abbatis Generalis indultum deferendi habitum Prælatitium. Alexander VII. constit. 172. §. 2. p. 418
 Canoniorum prædictorum inter Prælatos præcedentiam statuit Clemens IX. constit. 33. §. 4. p. 470
Canonici Regulares S. Spiritus Venetiarum.
 Canonicos Regulares S. Spiritus Venetiarum suppressit Alexander VII. constit. 17. §. 1. p. 221
 Canoniorum prædictorum bona Sedi Apostolicæ reservavit *ibid.* §. 2.
 Canonice prædictis facultatem concessit ad aliam transeundi Relig. *ibid.* §. 3. *Canonizatio Sanctorum.*
 Canonizatio S. Thomæ de Villanova Archiepiscopi Valentini. Alexander VII. constit. 58. p. 274
 Canonizatio S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis. Alexander VII. constit. 170. §. 2. p. 113
 Canonizatio S. Petri de Alcantara à Clem. IX. & literatum expeditio à Clem. X. constit. 1. p. 478. & seq.
 Canonizatio S. Rosæ de S. Maria Virginis Limanz Ordinis S. Dominici. Clem. X. constit. 37. p. 537. & seq.
Capellani
 Capellanorum nomina Capellæ Pontificæ. Innoc. X. constit. 21. p. 173. Alex. VII. constit. 11. p. 208. Clem. IX. constit. 25. p. 460. & Clem. X. constit. 20. p. 513. in proemio.
 Capellani prædicti sunt verè Notarii Apostolici, sine præjudicio illorum de numero participantium, necnon Comites, Equites, Nobiles, & Cives quoscumque

INDEX RUM

que Civitate, quae quique elegerit. *Sacrae Ecclesia-
fici. ibid. §. 1.*

Capellani praedicti, sciam quod hanc, & No-
tam non possunt, gaudere privilegio am-
biturum Apostolorum, nec in Comitum, Equi-
tum, & Civitatum vicariis, & similibus. *ibid.*

Capellani praedicti non habent exemptionem à Concil.
Trid. subacta, nec facultatem legitimandi, promo-
vendi, tabelliones tractandi, & similia à Notariis, &
Comitibus praedictis. *ibid.*

Capellanorum bona sunt exempta durante servitio à
quibuscumque censibus. *ibid.*

Capellanorum praedictorum bona sunt exempta duran-
te servitio, etiam essenda, & vendenda pro agrum,
& similibus usibus à gabellis, & aliis oneribus, ex-
cepta subventionibus contra infideles. Alexander VII.
Clem. IX. & X. §. 3. *ibid.*

Capellani praedicti possunt retinere duo dissimilia, vel
simplicia beneficia sub singulis tribus, rectis. *ibid. §. 4.*

Capellani praedicti non tenentur residere durante servitio,
in Parochialibus, & percipiunt omnes fructus,
exceptis distributionibus quotidianis. *ibid.*

Capellani praedicti, etiam excohereri, & quomodocum-
que qualificati, possunt audire leges ubique; & pos-
sunt etiam doctorari, docere, judicare, & advocare, &
& procurare in Ecclesiasticis, & civilibus causis
tantum. *ibid. §. 5.*

Capellanorum praedictorum Confessarii habent facul-
tatem illos absolvendi ab omnibus poenis Ecclesia-
sticis quomodolibet à jure, vel ab homine latis, vel
incurtis, & à delictis quantumcumque enormibus,
& reservatis, sed à reservatis in Bulla Coenae Domini
semel in anno. *ibid.*

Capellanorum praedictorum Confessarii praedicti habent
facultatem vota commutandi. *ibid.*

Capellanorum praedictorum Confessarii praedicti non
possunt absolvere à manuum iniectione in Episcopos,
& alios Superiores Praelatos, nec à consilio, &
favoris ad eas praestacionibus, nec omissionibus re-
citationis divinarum officiorum. *ibid.*

Capellanorum praedictorum Confessarii praedicti non
habent facultatem commutandi vota ultramarina,
visitationis liminum Apostolorum, castitatis, &
Religionis. *ibid.*

Capellani praedicti habent facultatem transferendi pen-
siones, & emolumenta quaecumque usque ad summam
ducat. 300. scriptura etiam non solemnni, & coram
duobus testibus, etiam in mortis articulo. *ibid. §. 1.*

Capellani praedicti non habent facultatem disponendi
de bonis altaris, seu divino cultui deputatis. *ibid.*

Capellani praedicti habent facultatem testandi, & quo-
modocumque disponendi de omnibus suis bonis,
etiam scriptura minus solemnni, usque ad summam
200. scutorum. *ibid.*

Capellanorum praedictorum bona sunt praeservata à
spoliis. *ibid. §. 3.*

Capellani praedicti possunt disponere etiam de proven-
tibus, & pensionibus non exactis, etiam quod ter-
minus exactionis non advenit pro rata, quae erit
debita, non obstante constitutione declaratoria, qua
foras non exacti spectant ad successores. *ibid.*

Capellanorum praedictorum bona per ipsos non dis-
posita deveniunt ad heredes sanguinis integra, qua-
cumque illa sint, & illis deficientibus ad familiares
arbitrio nominatos, quocumque modo transferen-
da. *ibid.*

Capellanorum praedictorum testamenta, & quaecumque
dispositiones, quantumcumque non solennes, valent.
ibid.

Capellanis praedictis licet Apostolicè expediuntur
graciae ubique. *ibid.*

Capellanos Massae Ecclesiae Metropolitanae Januensis
subiicit Innoc. X. constit. 37. §. 1. p. 188. & seqq.

Capitula Ecclesiarum.

Capitula Ecclesiarum Urbis quando congreganda pro
communicatione negotiorum ad Ecclesiam pertinen-
tiam. Alexander VII. constit. 36. §. 1. pag. 231

Capitulum huiusmodi Canonicis congregatis quid
peragendum sit. *ibid.*

Capitulum huiusmodi describenda per Secreta-
rium, & Archidiaconum. *ibid.*

Capitulum huiusmodi Officialium electiones quo-
modo, & ad quantum tempus faciendae. *ibid. §. 2.*

Capitulum huiusmodi Canonici recusare non possunt
Officium, ad quod capitulariter electi sunt sub certa
poena. *ibid.*

Capucini.

Capucini possunt recipere Conventuales Reformatos
S. Francisci. Urbanus VIII. constit. 65. §. 3. p. 13

Capucinatorum Novitios Clericos nondum profectos
praecedunt Laicis in Religione. Urb. VIII. constit.
55. §. 1. & 2. p. 161

Capucini Conventus Terrae Modogni Barenfis Nec-
cessis non possunt prohiberi in publicis processibus
incedere sub propria Cruce. Urbanus VIII. constit.
165. §. 1. & 2. p. 36

Capucini excepta Provincia Romana non possunt ac-
cedere Romam sine Protectoris, aut Generalis li-
centia. Urbanus VIII. constit. 166. §. 1. p. 56

Capucinatorum è bibliothecis libros extrahentes ex-
communicantur. Urb. VIII. constit. 235. §. 1. p. 88.

Alex. VII. constit. 21. §. 1. p. 227

Capucinatorum Superiores extractionem librorum à bi-
bliothecis concedunt subditis, dummodo post usum
ad locum remittantur. *ibid.*

Capucinatorum superiores inutiles libros cum utilibus
quomodo, quorum licentia, & per quos commutare
valeant. *ibid.*

Capucinatorum Provincia Romana Generali subijcitur,
& cui in ejus absentia subijcitur, declarat Urban.
VIII. constit. 247. §. 1. pag. 94

Capucini Provinciae praedictae subijci recusantes, quas
poenas incurrant. *ibid. §. 2.*

Capucinatorum Laicos in electionibus vocem habere
posse statuit Innoc. X. constit. 31. §. 2. p. 180

Capucini ad aliam Religionem transeuntes non pos-
sunt permanere in eadem provincia, in qua emis-
erunt Professionem, Alex. VII. constit. 157. §. 1. p. 401

Capucinatorum decreta aliqua in Capitulo Generali
edita confirmat Clem. IX. constit. 7. §. 3. p. 441

Capucinis, ejusdemque Ordinis Monialibus Officium
S. Clarae aliqua die non impedita recitare posse in-
dultit Clem. X. constit. 41. §. 2. p. 549

Capucini pro quacumque re obtinenda ad personas
extra suum Ordinem recurrentes, quibus poenis pun-
niantur. Clem. X. constit. 46. §. 1. p. 552

Capucinum.

Capucii, sive mozzettae usus Abbatis Coelestinarum
Ordinis S. Benedicti, vide in verbo *Abbas.*

Carceres, Carcerati.

Carceratis, & aliis indulgentiae concessae occasione Ju-
bilaei, vide in verbo *Indulgentia.*

Cardinales.

Cardinalium visitationi Apostolicè deputatorum facul-
tates, vide in verbo *Visitatio.*

Cardinales Archipresbyteros, eorumque Vicarios Pa-
triarchalium trium Ecclesiarum Urbis Divinis Offi-
ciis in eisdem Ecclesiis interesse voluit Alexander
VII. constit. 33. proem. p. 248

Cardinalium Praelatorum, & aliorum Officialium Ro-
manae Curiae exemptiones non comprehenduntur sub
revocatione, sed reducuntur ad jus commune. Alex.
VII. constit. 25. §. 5. p. 214. Clem. IX. constit. 17. §. 7.
p. 449. & Clemens X. constit. 21. §. 7. p. 517

Cardinalium privilegia testandi de bonis, & emolumentis
Ecclesiasticis, etiam ad fructus inconsumptos, vel
cum aliis ipsorum bonis non commixtis, extendit
Clemens IX. constit. 19. §. 1. p. 451

Cardinales in eorum promotione quid solvere tenean-
tur Magistris Ceremoniarum. Clemens IX. constit.
29. §. 2. & 3. p. 466

Carmelinae Fratres.

Carmelitani conversorum pro Novitatibus Conventus
aliquot designat Urb. VIII. constit. 201. §. 2. p. 74. & seqq.
Carmel.

ET MATERIA RUM.

Carmelites Fratres absolute studiis Sic. Theob. Laureant in Collegio S. Theresie Salamanthine facti. Urbanus VIII. constit. 200. §. 1. p. 74
Carmelitarum Capituli generalis decretum primitivè observantis de Monialibus superannatis approbat. vit Urbanus VIII. constit. 216. §. 2. p. 166. & seq.
Carmelitarum Prior Generalis Doctoratus Lauream conferendi fratribus ejusdem Ordinis in Collegio S. Marie Transpontine de Urbe facultatem concessit Clem. IX. constit. 23. §. 2. p. 498
Carmelites prædicti gaudent privilegiis Carmelitis Discalceatis concessis. Clemens X. constit. 25. §. 2. p. 524
Carmelites Fratres Discalceati.
Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Hispanie à bibliothecis extrahi libros prohibuit Urbanus VIII. constit. 302. §. 2. p. 141
Carmelitarum Discalceatorum Conventum, seu Seminarium S. Marie de Victoria de Urbe Provincia Romanæ addidit Alexander VII. constit. 10. §. 2. p. 207
Carmelitarum prædictorum Seminarii præfati Prioris, Subprioris, &c. electio ad quos spectet. ibid.
Carmelitarum prædictorum Lectorum, & Magistrorum electio, & amotio ad quos pertineat. ibid.
Carmelitarum prædictorum Seminarii bonorum administrationem ad Cardinales de Propaganda Fide spectare voluit idem. ibid. §. 3.
Carmelitarum prædictorum Seminarii prædicti Lectorum, & Seminariorum pro alimentis, famulatu, & aliis quid solvendum, declarat idem. ibid. §. 4.
Carmelitarum prædictorum in Seminaristis, qui eligendi & absoluti studiis, quid ab istis faciendum statuit Alexander VII. ibid. §. 5. p. 207
Carmelitis prædictis concessionem Ecclesie, & conventus S. Pancratii extra & propè muros Urbis à Cardinali Madalesino factam confirmat Alexander VII. constit. 123. §. 4. p. 355
Carmelitarum prædictorum Seminarium S. M. de Victoria ad Conventum S. Pancratii transtulit idem. ibid.
Carmelitarum prædictorum privilegia Carmelitis Calceatis concessa ceteri voluit Clemens X. constit. 25. §. 2. p. 522
Carmelites Moniales.
 Vide in Verbo *Moniales.*
Cassineses Monachi.
 Vide infra *Monachi Cassineses.*
Castra.
 Vide in verbo. *Alienatio*
Casus reservati.
Casus reservatos in Bulla Cœne Domini vide in Alexandri VII. constit. 16. p. 218. & Clementis X. constit. 34. p. 470.
Casibus reservatis in Bulla Cœne Domini, semel in anno, & mortis articulo, in aliis semel in vita data est facultas absolvendi pro Capellanis Pontificis. Innoc. X. constit. 21. §. 7. p. 174. Alexander VII. constit. 11. §. 5. p. 209. Clemens IX. constit. 25. §. 6. p. 461. & Clemens X. constit. 20. §. 6. p. 514
Casibus reservatis facultas absolvendi pro Cubiculariis, excepta manuum injectione in Episcopos, & alios Superiores Prælatos, & recitatione officiorum, Clemens IX. constit. 21. §. 8. p. 453. & Clemens X. constit. 15. §. 10. p. 506
Casibus reservatis in Bulla Cœne Domini Cubicularii Papæ absolvuntur semel in vita, & mortis articulo, & ab aliis semel in anno. ibid.
Casibus Episcopis reservatis per quæcumque privilegia absolvere non possunt Regulares, Clem. X. constit. 7. §. 6. p. 495
Casibus Sedi Apostolicæ reservatis absolvendi facultatem Regulares habentes, ab Episcopo reservatis absolvere non possunt. ibid. §. 7.
 Vide in verbo *Absolvere.*
Casibus reservatis in sua Diocesi tantum, non autem à reservatis in illa, unde confluentes veniunt, absolvere potest Regularis. ibid.
Campones.
Cauponum, hospitem, & albergatorum Urbis contra Bullam Magni Tom. V.

cum uniois Ecclesie, ac modi eligendi Ordinibus inter ipsos iniura confirmat Alexander VII. constit. 25. §. 2. p. 524
Causa, seu Contractus Civilis, vel Criminalis.
Causa onerosa vim contractus approbata citra Commissario Curie, exemptiones, & immunitates concessæ non intelliguntur, sed exceptæ. Alexander VII. constit. 25. §. 6. p. 517. Clemens IX. constit. 27. §. 8. p. 449. Clemens X. constit. 21. §. 8. p. 517. & seq.
Causa civilis, & criminalis Capituli & Canoniarum Ecclesie Majoricensis non possunt inquisitores Majoricenses cognoscere, Urbanus VIII. constit. 303. §. 2. pag. 141.
Causa Mercatorum Fundaci Urbis pro qua summa detur appellatio suspensiva, Urb. VIII. constit. 315. §. 3. p. 149
Causas omnes avocandi sola facti veritate inspecta, manu regia terminandi occasione Visitationis Apostolicæ. Alexander VII. constit. 4. post. 15. p. 216
 vide in verbo *Visitatio.*
Causas omnes criminales cognoscendi absque irregularitatis incurfu occasione prædicta, Alex. VII. constit. 5. post. 15. p. 216
Causas civiles Burgi ab A. C. cognosci voluit Clem. IX. constit. 6. §. 6. p. 439
 pro Causis civilibus, & criminalibus cognoscendis quos deputare valeat Gubernator Conclavis. ibid. §. 10. p. 439.
Cedula.
Cedula depositi in Congregatione quolibet mense faciendi cursores non deferentes, quibus subiaceant pœnis Alexander VII. constit. 77. §. 3. p. 252
 Vide etiam in verbo *Cursores.*
Celebrans, Celebratio, Celebrare,
 Vide in Verbo *Missa.*
Celebrans in Altari S. Catharinæ Senensis S. Marie super Minervam pro anima defuncti eam à Purgatorii pœnis liberat. Urban. VIII. constit. 246. §. 2. p. 94
Celebrare volentes Sacerdotes indigenas in Ecclesiis Indiarum, à Parochis non esse arcendos statuit Clemens IX. constit. 38. p. 474
Celebrari Missas de Requiem in duplicibus, exceptis anniversariis ex dispositione Testatorum relictis, prohibuit Alexander VII. constit. 176. §. 2. p. 426
Celebrans ad Altare ad tempus privilegiatum ita defunctis suffragatur, ut si celebraret ad altare in perpetuum privilegiatum. Clemens IX. constit. 39. §. 3. p. 476
Celebrandi, seu celebrari faciendi in eorum Capellis Abbreviatoribus literarum Apostolicarum facultatem concessit Clemens X. constit. 16. §. 2. p. 509
Celestini Monachi.
 Vide *Monachi Celestini.*
Censura.
Censurarum revocationem, & absolutionem compellentes, impediens executionem literarum Apostolicarum etiam prætextu donec ad informandum Romanum Pontificem supplicaverint, nisi legitime non prosequantur, ac etiam consentientes sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clemens X. constit. 34. §. 14. p. 530
Censurarum absolutio pro Capellanis Capelle Pontificiæ, vide in verbo *Capellani.*
Census.
Census impositiones non possunt fieri ab Abbatibus Congregationis Olivetanæ, nisi de Procuratoris Generalis licentia Urbanus VIII. constit. 245. §. 3. p. 93
Censuum in impositionibus quando requiratur consensus totius communitatis Fratrum Tertii Ord. S. Fracisci Congregar. Gallicanæ. Alex. VII. constit. 69. §. 3. p. 290
Census & contractus facere quando possint Meretrices Urbis Clemens X. constit. 22. §. 4. p. 519
 Vide in verbo *Meretrices.*
Censibus huiusmodi sine licentia Protectoris Monasterii Convertitarum contractis, & tertia parte idem ex propriis bonis non relicta, quomodo Monasterium procedat, ibid. §. 5. p. 519
Ceremoniale.
Ceremoniale Episcoporum in Ecclesia Calaritana servandum præcepit Urbanus VIII. constit. 124. §. 2. p. 27
 Ccc 3 *CALARITANA*

INDEX RERUM

Ceremoniarum Magistris à singulis Cardinalibus ad Cardinalibus honorem promissis solvuntur triginta sex ducati auri de Cassera, & post eorum obitum ab eorum heredibus viginti quatuor. Clemens IX. constit. 29. §. 2. pag. 466
Ceremoniarum Magistris solvi debent dicta emolumenta per ipsos Cardinales, eorumque agentes & heredes, ubicumque eos mori contigerit, etiam si nunquam venerint Romam. ibid. §. 3.
Cistercienses Monachi.
Cisterciensium Monachorum Congregationum Lombardie, & Tuscie statuta confirmat Urbanus VIII. constit. 155. §. 1. pag. 52
Cisterciensium Praelati ultra 20. dies non possunt abesse à Monasterio. ibid.
Cisterciensium Praelatorum absentantium, se à Monasterio ultra praefatum tempus pecunie. ibid.
Cisterciensium pecunias à quibus custodiendae. ibid.
Cisterciensium computa quando faciendae. ibid.
Cisterciensium praedictorum Discreti ad alia Monasteria se transferentes quibus poenis subiaceant. ibidem.
Cisterciensium Praefes, Abbates, & Visitatores facta inventaria quibus tradere teneantur. ibid.
Cisterciensium Superiores quomodo & quando sua Monasteria visitent. ibid.
Cisterciensium Superiores, & famuli aliquid accipientes à visitatis, quas poenas incurrant. ibid.
Cisterciensium Abbas, Prior, & Revisores computorum quid in suo quoque Monasterio circa hoc facere debeant. ibid.
Cisterciensium praedictorum Conversi, quando ad administrationes, seu Abbatum servitia deputari possunt. ibid.
Cisterciensium Praelatus concedens licentiam Monacho pernoctandi extra Monasteria, quae poenas incurrat. ibid.
Cisterciensium Praelatus, Monachus, Conversus equos, iumenta, pecudes, & quoscumque fructus emens, & possidens, quibus poenis subiacent. ibid.
Cisterciensium Visitator minor qualis aetatis esse debeant. ibid.
Cisterciensium praedictorum ex Patribus, qui in Regimine resederunt, quando possunt assumi in Distinguitores tempore Capituli. ibid.
Cisterciensium in delinitorio quot ex discretis pro singulis Provinciis locum habeant. ibid.
Cisterciensium Regimini Praefes quam curationem & vacationem habeant. ibid.
Cisterciensium Praefidia post absolutum officium elipendi Monasterii facultas. ibid.
Cisterciensium Monachus ad officia exercenda assumendus, quae requisita habere debet. ibid.
Cisterciensium praedictorum Capitulum quantum durare valeat. ibid.
Cisterciensium in Collegiis eligendis quot Collegiales haberi possint. ibid.
Cisterciensium Novitii quando, & quomodo recipiendi. ibid.
Cisterciensium Congregationum Lombardiae, & Tusciae Statuta declaravit Urbanus VIII. constit. 193. p. 69. & seqq.
Cisterciensium privilegia confirmat. Innoc. X. constit. 54. §. 1. pag. 188
Cisterciensium Monasteria in commendam Commendatarii obnoxios nullam jurisdictionem in illis exercere valent. Innoc. X. constit. 62. §. 2. p. 192. Quam innovat Alexander VII. constit. 6. §. 5. p. 199
Cisterciensium possunt veluti canones intra, & extra septa Monasterii, cum non sit de substantia regulari. Alexander VII. constit. 45. §. 2. p. 258
Cisterciensium contractus omnes qui adversantur pauperum, & bono regimini committuntur, abrogat Alexander VII. constit. 22. §. 9. p. 310
Cisterciensium Abbatum qui obtinent dispensatione Apostolica circumstantiarum virtute suspensionem à vi-

sitatore Apostolice communitatis, non possunt veluti activa, & passiva. Alexander VII. constit. 14. §. 2. p. 343.
Cisterciensium reformationem, eorumque statuta edixit Alexander VII. constit. 173. p. 419. & seq.
Cisterciensium circa reformationem Statutum Alexandri VII. & Clementis IX. non obligare Monasteria, in quibus Monachi perpetuam stabilitatem promittunt, declaravit Clemens X. constit. 19. §. 4. p. 512. & seq.
Cisterciensium Monachi Congregationis Hispaniae quomodo & quando sibi eligant Abbatem. Clemens X. constit. 55. §. 3. p. 565
Cisterciensium praedicti intra terminum praefatum Abbatem non eligentes, ad quem ejusmodi provisto devolvatur, declarat idem. ibid.
Cisterciensium praedicti antequam ad aliquam electionem deveniant, quid agere debeant, statuit idem. ibidem §. 6.
Cisterciensium Reformati.
Vide in verbo Monachi Cisterciensium Reformati.
Civitas.
Citationes, monitoria, & similia iudicum Apostolicorum retineri, aut impediri facientes, necnon recurrentes ad Curias seculares excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. & Clemens X. constit. 34. §. 13. pag. 530.
Civitas, Civis.
Cives veri cujusque civitatis electae Pontificiae Capellae Capellanis efficiuntur, etiam si nunquam habitaverint. Innocentius X. constit. 21. §. 2. pag. 173. Alexander VII. constit. 11. §. 2. p. 208. Clemens IX. constit. 25. §. 2. p. 461. & Clemens X. constit. 20. §. 1. p. 513
Cives veri cujusque civitatis efficiuntur Conclavistae, etiam si nunquam habitaverint. Clemens IX. & X. constit. 3, & 4. p. 429. & 432
S. Clara.
Sanctae Clarae officium recitare posse aliqua die non impedita cujuslibet mensis Capucinis, ejusdemque Ordinis Monialibus indulgit Clemens X. constit. 41. §. 2. p. 549
Clavis.
Claves Arcae elemosynarum Terrae Sanctae, qui tenere debeant declarat Innocentius X. constit. 11. §. 1. p. 171
Clavium ex contemptu inhabilitas proveniens non cadit sub facultatibus dispensandi favore Conclavistarum. Clemens IX. & X. constit. 3. & 2. p. 429. & 482.
Clemens IX. & X.
Clemens IX. Pistoriensis ex Presbytero Cardinale tituli S. Sixti Pontifex pronuntiatus fuit Romae die 20. Junii 1667. & die 26. ejusdem mensis coronatus. p. 426
Clemens IX. obiit Romae. ibid.
Clemens X. Romanus Aepilius de Alteriis antea dictus, S.R.E. Presbyter Cardinalis Romae Summus Pontifex pronuntiatus die 29. Aprilis 1670. & die 10. Maii ejusdem anni coronatus. p. 477. & seqq.
Clerici.
Clerici promovendi ad minores, vel sacros ordines in Urbe, & sex vicinis Episcopatibus, ut examini subijciantur. Alex. VII. constit. 126. §. 1. p. 366
Clerici hujusmodi ad sacros Ordines promovendi quod testimonium, & à quo habere debeant. ibid. §. 2.
Clerici hujusmodi promovendi per decem dies exercitiis spiritualibus vacare teneantur. ibid. §. 3.
Clerici forenses in Urbe ad sacros Ordines promoti non servata forma constit. Alexandri VII. §. 4. p. 366. quibus subiacent poenis. ibid.
Clerici Regulares Matris Dei.
Clerici Regulares Matris Dei circa nullitatem Professionis recludentes obnoxios servatam formam constitutionum, quando audiendi. Urb. VIII. constit. 276. §. 2. p. 122
Clericorum praedictorum Professiones revalidat. ibid. §. 3.
Clerici praedicti emissi Professione ante certum tempus sunt veri Clerici. ibid. §. 2.
Clericorum praedictorum Praepositi Generalis, & Afflicti quantum antea debeant, statuit Alexander VII. constit. 94. §. 1. p. 317
Clerico

ET MATER PARUM.

Clericorum Regularium privilegia quando totum habent, & quando confititum. *ibid.*
 Vide etiam in verbo *Sacerdos*.
 Clericorum Regularium Pauperum Modis Dei Schola- rum placita pro Conventibus vestitus in Capto- Pictine Ministerio. *Diocesis decretum Sacre Congregationis confirmavit Alexander VII. conf. 153. §. 2. & 3. p. 377.*
 Clericis Regularibus predictis, & laicis terminalis assi- gnatur ad deliberandum in praeteri velis, vel dis- cedere à Congregatione. *Clemens X. confitit. 23. §. 3. p. 320.*
 Clerici predicti in sacris Ordinibus iniciati patrimo- nium habentes elidere possunt *ibid. §. 2.*
 Clerici predicti patrimonium non habentes, & disce- dere volentes ab ordinum exercitio suspenduntur. *ibid.*
Clerici Regulares Ministrantes Infirmis.
 Clericorum Regularium predictorum Praefecti Gene- lis, & aliorum Superiorum electiones. *Alexander VII. conf. 12 §. 3. & 4. p. 211.*
 Clericorum Regularium Ministrantium infirmis Capitu- lum quando celebrandum. *Urbanus VIII. confitit. 231 §. 1. p. 87.*
 Clericorum predictorum divisionem provinciarum, & reductionem fecit *Alexander VII. confitit. 12 §. 2. p. 211.*
 Clericorum predictorum arbitrum, & consultores ele- git *Alexander VII. conf. 35 §. 2. p. 250.*
 Clerici Ministrantium infirmis in quibusvis functioni- bus Laicis antiquioris Professionis praferuntur. *Alexander VII. conf. 134 §. 2. p. 370.*
Clerici Regulares Minores.
 Clericorum Regularium Minorum privilegia personalia, quae eorum Constitutionibus adveniunt, irritat *Urbanus VIII. conf. 267 §. 2. p. 115. & seq.*
 Clericorum Regularium Minorum Praepositi Generalem in perpetuum durare voluit *Alexander VII. conf. 147 §. 4. p. 392. & seq.*
Clerici Regulares de Somascha.
 Clerici Regulares de Somascha Oratoria privata in eorum Collegiis habere possunt, ibique Missam cele- brare. *Urbanus VIII. conf. 181 §. 2. p. 61. & seq.*
 Clericorum predictorum Collegiorum alumni possunt in eorum Oratoriis consistere cuiusque Presbytero, dummodo ab Ordinario sit approbatus. *Alexander VII. conf. 64 §. 3. p. 186.*
 Clericorum predictorum Congregationem in tres provincias divisit *Alexander VII. confitit. 119 §. 2. p. 348.*
 Clericorum predictorum Provinciarum huiusmodi di- vifarum quomodo, & cui dignitates sunt conferendae, declarat. *ibid. §. 1.*
 Clericorum predictorum provincialium Praepositorum auctoritas *ibid.*
 Clericis praedictis concessionem sepeliendi Alumnorum cadavera sine interven- tu Parochorum quibusdam in locis indulget *Alexander VII. conf. 175 §. 2. p. 425.*
Clerici Regulares Theatini.
 Clericorum predictorum in Capitulo Generali, qui jus suffragandi habeant, declarat *Alexander VII. conf. 108 p. 332. & seq.*
 Clericorum predictorum electionem de Cio Praepositorum quomo- do faciendam *ibid. §. 2.*
 Clericorum Regularium predictorum electores in ele- ctione vocalium quid servare debeant. *ibid. §. 4.*
 Clericorum Regularium predictorum in electione praepositi Generalis, Consulorum, &c. iuni res senio- ribus, ceteris paribus, praeferi voluit *Alexander VII. conf. 108 p. 332. & seq.*
 Clericis Regularibus predictis officium de Purificatione B. Virginis Maris cum octava quotannis recita- re posse indulget *Clemens X. conf. 44 §. 2. p. 551.*
Collegium Cursorum.
 Collegium Cursorum reformavit *Alexander VII. conf. 77 §. 3. & seq. p. 299. & seq.*
 Vide etiam in verbo *Cursus*.

Collegium Sancti Bonaventurae in Domo SS. Duodecim Apostolorum de Urbe.
 Collegium predicti Collegiales, & Regales habent iurif- dictioni Superiorum suae religionis. *Urbanus VIII. conf. 177 §. 2. p. 34.*
Collegium S. Francisci de Paula in Urbe.
 in Collegio S. Francisci de Paula nulli quam citioris Calabriae studentes admitti posse prohibuit *Urb. VII. & septuaginta omnia confirmavit Alexander VII. conf. 106. p. 330.*
Collegium Germanicum.
 Collegii Germanici concordiam cum Collegio Neo- phytorum, vide in Verbo *Concordia.*
Collegium Penitentiariorum.
 Vide in verbo *Penitentiariorum Collegium*
 Collegium Penitentiariorum Sacrae domus Laurentianae. Vide in verbo *Penitentiariorum Collegium.*
Commendarii.
 Commendarii, qui Monasteria Cisterciensium in com- mendam obtinent, nullam in illis iurisdictionem exer- cere valent. *Innocentius X. conf. 62 §. 2. p. 192.*
 Quam innovat *Alexander VII. conf. 65 §. 5. p. 199.*
 Commendarios Monasteriorum Camaldulensium se ingerere in electione eorum Superiorum, aliorumque Officialium posse prohibuit *Alexander VII. conf. 32 §. 2. p. 248.*
Commensales.
 Commensales Papae sunt Conclaviles, & Dapiferi, ut videre est in singulis eorum nominibus. Vide *Alexandri VII. conf. 7. Clem. IX. conf. 21. Clem. X. conf. 2.*
Commercium.
 Vide *Mercatura.*
Communitates.
 Communitates, & Camera prohibentur admittere exemptiones à solutione praetextu privilegiorum. Vide in Verbo *Camera.*
Complutensis Academia.
 Complutensis Academiae officium S. Thomae de Villano- va sub ritu duplici à classis cum octava recitare posse indulget *Alexander VII. conf. 74 §. 2. p. 297.*
 Complutensis Academiae Lectores Doctores, & Schola- res, ut obedire Rectori teneantur. *Alexander VII. conf. 75 §. 1. & 2. p. 297.*
 Complutensis Academiae Lectores, &c. quid observare teneantur. *Alexander VII. conf. 76 §. 1. p. 298.*
 Complutensis Academiae Lectores, &c. predicti iura- mentum de obedientia exhibenda Rectori non praestantes, quibus se subiciant poena. *ibid. §. 3.*
 Complutensis Academiae qui Doctores in Licentiaribus Theologiae ferant votum. Vide *conf. 78. Alex. VII. §. 2. p. 300.*
Computa Computatores.
 Computa Cisterciensium Congregationum Lombardiae, & Tusciae, quando, & ubi, & per quem faciendae. *Urbanus VIII. conf. 155. p. 52.*
 Computa Cellerariorum, & aliorum Ministrorum Cisterciensium predictorum quando, & à quibus revidenda, & quid post revisionem agendum. *ibid.*
 Computa hereticorum, & exitis Monachorum Cassina- sium quibus per Cellerarios exhibenda. *Innocent. X. conf. 58 §. 3. p. 189. Quod confirmat Alexander VIII. conf. 9 §. 6. p. 106.*
 Computa economiae per Cellerarios Capitulum Ec- clesiarum quando faciendae, & quibus exhibenda. *Alexander VII. conf. 36 §. 3. p. 251.*
Concepcio B. Mariae Virginitatis.
 Concepcionis B. Mariae Virginitatis immaculatae festum in Ecclesia S. Jacobi Hispaniarum celebrari posse indul- get *Urbanus VIII. conf. 15 §. 2. p. 57.*
 Animam B. Mariae Virginitatis in sui creatione, & in corpore infusione à peccato originali praeservatam fuisse, & tenentiam affectum innovat *Alexander VII. conf. 117 §. 4. p. 347.*
 Concepcionis B. Mariae Virginitatis officium cum octava de praecipuo recitare, & Missam celebrare posse Soc- ium indulget *Clemens IX. conf. 9 §. 2. p. 442.*
 C c c 4 Concepcio

INDEX RERUM,

Conceptionis Immaculatae B. M. Virginis cum octava in Urbe & universa S. R. E. temporali ditione officium recitari, & Missam celebrari de praecepto mandavit Clemens IX. *const.* 13. §. 1. p. 445

Conceptionis B. Mariae Virginis Officium, & Missam ex praecepto recitari, & celebrari Fratribus Eremitarum sancti Augustini iussu Clemens IX. *const.* 16. §. 1. p. 447.

Concilium Tridentinum.

Concilii Tridentini decreta circa statum sunt servanda in promovendis ad sacros ordines Fratribus Praedicatoribus. Alexander VII. *const.* 143. §. 3. pag. 388. & seq.

Concionatores.

Vide in verbo *Predicatores.*

Conclave Conclav. sa.

Conclavistarum etiam habitum non deferentium privilegia recententur. Alex. VII. *const.* 30 §. 1. & seq. p. 242 & 243.

Conclavistae ab onerum quorumcumque solutione liberantur, & a censuris absolventur. *ibid.* §. 3. p. 244.

Conclavistae fructus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum male percepti scondantur. *ibidem.* §. 3. p. 243.

Conclavistis expeditio literarum gratis conceditur, eorumque privilegia confirmantur. *ibidem.* §. 10. & 11. p. 244.

Conclavistae, qui interfuerunt Conclavi, in quo electus fuit Pontifex Clemens IX. quibus donati sunt indulgentiae habes in Clem. IX. *const.* 3. p. 429. & seq.

Conclavistae qui interfuerunt S. R. E. Cardinalibus, in quo ad Summi Apostolatus apicem fuit electus S. D. N. Clemens X. sunt familiares Papae. Clem. X. *const.* 2. §. 1. p. 482.

Conclavistae praedicti creantur Notarii, Comites, Nobiles, & Cives cujuscumque Civitatis, quam elegerint *ibidem.*

Conclavistae praedicti a solutione decimarum, pedagiolorum, aliorumque onerum, tam ordinariarum, quam extraordinariorum exempti. *ibid.* §. 2.

Conclavistae praedicti remissi sunt fructus Ecclesiastici indebitè percepti. *ibid.* §. 4.

Conclavistae praedicti sunt legitimi. *ibid.* §. 1. p. 480.

Conclavistae praedicti litterae expediuntur gratis. *ibidem.* §. 6.

Conclavistae praedicti sunt habilitati ad successionem exceptis bonis feudilibus emphyteuticis, Ecclesiasticis vel ab Ecclesia provenientibus, & sine praedictio venientium ab intestato, vel alia legitima dispositione. *ibid.* §. 5.

Conclavistae praedicti sunt dispensati ad dignitates, officia, ordines, & beneficia, exceptis majoribus post Pontificalem, ac Principalioribus in Collegiatis, seu Cumulative negatis à Concilio Trid. *ibid.*

Conclavistae praedicti usque ad summam ducat. 100. pensionis non tenentur gestare habitum. *ibidem.* §. 8. p. 483.

Conclavistarum bona sunt exempta à spoliis. *ibidem.* §. 9.

Conclavistarum praedictorum dispositiones bonorum confirmantur per Pontificem. *ibid.*

Conclavistarum praedictorum privilegia exempta ab infirmatione. *ibid.* §. 7.

Conclavistarum dispensatio super omni inhabilitate, etiam quod celebraverint censuris ligati, ut promoventur ad omnes ordines, dummodo non in contemptum clavium. *ibid.* §. 4. p. 320.

Conclavis Gubernator pro causis civilibus, & criminalibus Burgi quos deputat. Clemens IX. *const.* 6. §. 10. p. 439.

Concordia.

Concordiam inter Fratres Discalceatos S. Francisci de observantia Provinciae S. Joannis Baptistae in Hispania inquam confirmavit Urban. VIII. *const.* 143 §. 8. p. 406

Concordiam inter Archiepiscopum, & Capitulum S. Ambrosii Mediolani, necnon inter Abbatem ejusdem

Ecclesiae inquam confirmavit Urban. VIII. *const.* 131 §. 4. p. 46

Concordiam inquam inter Fratres Discalceatos Provinciae S. Joannis Baptistae in Hispania Ordinis S. Francisci revalidat Urban. VIII. *const.* 215 §. 2. p. 77

Concordiam inter Fratres Sordidiorum Observantiae S. Francisci Provinciae Principatus, & Patres Custodiae Terrae laboris inquam servandam jubet Urban. VIII. *const.* 251. §. 3. p. 99.

Concordiam inter Neophytorum, & Germanicum Collegium inquam super solutione pensionis à Gregorio XIII. reservatae super fructibus Abbatiae Fontis Avelanae ad favorem Collegii Neophytorum, faciendi à Collegio Germanico, confirmat Alex. VII. *const.* 126. §. 9. p. 384.

Concordiam inquam inter Fratres Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, & Ordinis B. Mariae de Mercede confirmavit Alexander VII. *const.* 148. §. 2. p. 393

Concordiam inquam inter Vicarium Generalem Bergomensium, & Fratres Minimos S. Francisci de Paula pro receptione Conventus B. Mariae, omniumque Sanctorum de Calgario confirmavit Alex. VII. *const.* 165 §. 5. p. 48.

Confessarius.

Confessariorum eligendorum occasione Jubilei, aut indulgentiae facultates circa absolutionem à casibus reservatis, dispensationes, ac commutationes votorum. Clem. IX. *const.* 1. p. 427. & Clem. X. *const.* 6. p. 492. & seq. Alex. VII. *const.* 1. p. 193. & *const.* 23. p. 231. & seq. & *const.* 111. §. 6. p. 336. & seq.

Confessarii Monialium septa Monasterii absque necessitate ingredi non possunt. Alex. VII. *const.* 156. §. 5. p. 400.

Confessarii Monialium in proprio conventu pernoctare tenentur. *ibid.* §. 7. p. 400. & seq.

Confessariorum eligendi facultas pro Cubiculariis, & Cappellanis Pontificis. Vide in verbo *Cubicularii*, & in verbo *Capellani*.

Confessarius pro una vice ad confessiones Monialium approbatus non potest in vim hujusmodi probationis illarum confessiones denudè audire Clem. X. *const.* 7. §. 4. p. 494. & seq.

Confessio.

Confessiones secularium cum approbatione Ordinarii audire possunt Fratres Jejuati S. Hieronymi Urb. VIII. *const.* 297. §. 3. p. 140. & seq.

Confessionibus audiendis debent etiam admitti Sacerdotes indigenae Indiarum. Alex. VII. *const.* 48. p. 260. & Clem. IX. *const.* 38. p. 474

Confessiones Christi Fidelium ut audiant Sacerdotes Indiarum, declarantur *ibidem.*

Confessiones audire non potest Religiosus in una approbatus in altera Diocesi, sine Diocesani licentia. Clem. X. *const.* 7. §. 4. p. 494. & seq.

Vide etiam in verbo *Approbatio.*

Confessiones secularium de familia, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt, audire possunt Praelati, & Confessores Regularium. *ibid.*

ad Confessiones audiendas idonei, aut non idonei reperti Regulares, quomodo ab Episcopis in Diocesi ad illas sint admittendi. *ibid.*

Confessiones Infirmorum audire potest Religiosus approbatus in Diocesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, sed quid inde facere teneatur, declarat Clem. X. *const.* 7. §. 4. p. 494. & seq.

à Confessionibus quando sint suspendendi Regulares *ibid.* §. 6. p. 495

Vide etiam in verbo *Suspensio.*

Confraternitates Sancta Maria de Mercede Redemptionis Captivorum.

Confraternitates S. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum indulgentias elargitur Clem. IX. *const.* 24. §. 2 & 3. p. 419

Confraternitates hujusmodi sibi alias aggregare posse indulget *ibid.* §. 4.

Confra

ET MATERIARUM:

Confraternitas B. Mariae de Monte Carmelo. Confraternitas Beatae Mariae de Monte Carmelo confraternitas, & confratribus indulgentias a Paulo V. concessas confirmat Clemens X. constit. 36. §. 1. p. 566.

Confraternitas Rosarii. Confraternitas Sanctissimi Rosarii Confratribus, & Confratribus indulgentias concessas ad non confratres, & confratres, dummodo a terra exequantur, extendit Clem. X. constit. 29. §. 1. p. 555.

Confraternitas alias aggregavit Archiconfraternitas Beatae Mariae de Suffragio, quam aggregationem confirmavit Alexander VII. constit. 41. §. 2. p. 255. & seq.

Congregatio Cardinalium super Statu Regularium Congregationem Cardinalium instituit Innoc. X. quam confirmat, & renovat Clem. IX. constit. 10. §. 3. & 4. p. 451. & seq.

Congregatio super indulgentiis, & Sacris Reliquiis. Congregationem Indulgentiis, & sacris Reliquiis praepositam erexit Clem. IX. constit. 36. §. 1. p. 473. Congregationis huiusmodi facultas, & auctoritas, ibid. §. 2.

Consanguinei. Consanguineorum Judicu Ecclesiarum agentes, Iudices ipsos Ordinarios molestantes, seu alios impediunt, quin exerceant jurisdictionem excommunicantur. Alex. VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 16. p. 530.

Consanguineos executores, agentes, & alios, qui committuntur, aut percipiunt quomodolibet, etiam per alium, excommunicantur. ibid.

Consanguineis Rectorum, & administratorum Ecclesiarum Urbis, earundem bona locari prohibuit Alex. VII. constit. 33. §. 1. p. 252.

Consensus. Consensus Recollectorum pro recipiendis Fratibus de Observantia S. Francisci. Urb. VIII. constit. 226. §. 2. p. 84.

Consensus Ministri Generalis, vel utriusque Provincialis pro transitu ad Reformatos Cisalpinae familiae. Urban. VIII. constit. 312. §. 3. p. 145.

Consensus totius Communitatis Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci quando requiritur in censuum impositionibus, Alex. VII. constit. 69. §. 3. p. 290.

Conservatores Religionum. Conservatores quando possunt eligi a Regularibus Angelopolitanis. Vide in verbo Angelopolitani Regulares. Conservatorem iudicem eligere possunt Fratres B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, Alex. VII. constit. 103. §. 2. & 3. p. 327.

Contractus. Contractus omnes, qui contrariantur paupertati, & bono regimini Ordinis Cisterciensis, abrogat Alex. VII. constit. 88. §. 3. p. 309.

Convenerit. Circa Conventuum praedictorum subjectionem a Sacra Congregatione statui Regularium praeposita emanant declarationes aliquae quas habes in constit. 4. Alex. VII. p. 196. & seq.

Conventus praedicti primitim suppressi, & religioni restituti, si ad breve tempus numerus sex Religiosorum absit, non remanent suppressi. pag. 197. declarat. 15.

Conventus praedicti non suppressi jurisdictioni Ordinariorum subiaceant durante absentia alicujus e sex Religiosis, ibid. declarat. 16.

Conventus exemptionem pristinam recipere religioso redeunte declaravit. ibid. declarat. 17.

Conventus suppressus, deinde restitutus, si non alantur ibi sex Religiosi juxta decretum Innoc. X. intelligitur iterum suppressus. ibid. declarat. 18.

Conventus numeri sex Religiosorum defectu laborantis quando, & quomodo possit Episcopus possessionem apprehendere, & Religiosos inde expellere. ibid. declarat. 19.

Conventuum praedictorum Sacerdotes quam aetatem habere debeant. ibid. declarat. 21. Conventuum fundationes in familia Ultramontanae Ordinis Minorum de Observantia, seu Capitulatum quatuor, vel quinque locorum, & aliorum Regularium a jam erectis prohibuit Alex. VII. constit. 45. §. 2. & 3.

Conventuum erectionem pro Fratibus, & Clericis Regularibus. Vide in verbo Fratres, & verbo Clerici. Conversa Monialium.

Convertita. Convertita Mulieres de Urbe. Convertitarum Monasterium sanctae Mariae de penitentia in Urbe erexit Leo X. refert Clem. X. constit. 21. §. 1. p. 519.

Convertitarum Monasterium in bonis Meretricum ab intestato decedentium succedit. ibid.

Convertitarum Monasterio praedicto testantes Meretricum quartam, vel quintam bonorum suorum partem relinquere tenentur. Clem. X. ibidem, & quid si non relinquunt. ibid. §. 2.

Convertitarum Monasterio tertiam partem bonorum tradere, seu hypothecare teneri voluit Meretricum Urbis Clemens X. ibid. §. 3.

Convertitarum Monasterio Meretricibus partem supra dictam non applicantibus, quomodo, & quibus quos idem Monasterium procedere valeat, declaravit Clemens X. ibid.

Cornelius Iansenius. Vide in verbo Iansenius.

Correctio Fratrum. Correctionem fratrem in materia haereticis admitti prohibuit Alexander VII. constit. 98. §. 4. pag. 322. & seq.

Creta Regnum. pro Creta Regni tuitione indulgentias Christi fidelibus certa adimplentibus concessas. Vide in verbo Indulgentia.

Cruciferi Fratres. Cruciferos Fratres suppressit Alex. VII. constit. 18. §. 2. p. 222. & seq.

Cruciferorum bona Sedi Apostolicae reservat. ibidem, §. 3.

Cruciferis praedictis facultatem transendi ad aliam religionem dedit ibid. §. 4.

Cubicularii. Cubiculariorum exemptiones, & immunitates solite Cardinalium, Praelatorum, & aliorum Officialium sunt exceptae a revocatione. Alex. VII. constit. 25. §. 5. p. 234. Clem. IX. constit. 17. §. 7. p. 448. & Clem. X. constit. 21. §. 7. p. 517.

Cubiculariorum Clementis IX & Clementis X. nominatorumque officia enumerantur in eorum constitutionibus quae sunt 21. & 17. p. 448. & 517.

Cubicularii praedicti creantur Notarii Comites Equites, Nobiles, & Cives cujusque Civitatis per ipsos electi, etiam quod nunquam habitaverint, & respectu habitum non deferant. ibid. §. 2. & 3. p. 448. & seq.

Cubicularii praedicti possunt se inscribere Notarii Sedi Apostolicae, Comites, Milites, Nobiles, & Cives. ibid. §. 2. & 4.

Cubicularii praedicti possunt gestare insignia Pontificis integra, vel mixta cum propriis. ibid.

Cubiculariorum praedictorum bona sunt exempta ab omnibus decimis, aliisque oneribus pro quavis causa impositis excepta subventionem contra Infideles. ibid. §. 4. & 5. p. 449.

Cubiculariorum praedictorum dispensatio ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus rectoribus Clemens IX. ibid. §. 5. pag. 449. & Clemens X. ibid. §. 6. pag. 517. & seq.

Cubicularii non tenentur residere, nisi in Ecclesiis cum cura animarum parochianorum, & percipiunt integros fructus, exceptis distributionibus quotidianis. Clemens IX. ibidem, & Clemens X. ibidem, §. 7. p. 517.

Cubicularii possunt ordinari ad omnes ordines, etiam Pter, bytes

INDEX RERUM,

- Presbyteratus in tribus diebus festis à quocumque Episcopo, sine Ordinatione, ibid. §. 8. & 8.
- Cubicularii etiam Presbyteri intra 30 annos suis aetatis possunt ubi libet iudice leges, doctorari, docere & advocare, & procurare in causis Ecclesiasticis civilibus reorundem, ibid. §. 7. & 9. p. 317 & seq.
- Cubicularii prædicti absolvuntur à proprio confessario electo ab omnibus censuris, & à castibus reservatis, exceptis manuum injectione in Episcopos, vel alios Superiores Prælatos, & Officiorum Divinorum recitatione, ibid. §. 8. & 10.
- Cubicularii prædicti absolvuntur à proprio Confessario Casibus in Bulla Cœne Domini contentis semel in à vita, & in mortis articulo, in aliis verò quomodocumque reservatis Sedi Apostolicæ semel in anno, ibidem.
- Cubiculariorum confessarii prædicti possunt illis compertare vota quæcumque, exceptis Visitationis Limitum Apostolorum, transmarinorum, castitatis, & Religionis, ibid.
- Cubicularii prædicti possunt transferre pensiones quascunque, usque ad summam 300. ducat. auri de Camera, Clemens IX. ibid. §. 9. p. 449. & Clem. X. ibid. §. 11. p. 518.
- Cubicularii prædicti habent facultatem disponendi ad eorum arbitrium de omnibus bonis quomodocumque quis sitis, etiam in articulo mortis, & per dispositionem invalidam de jure usque ad summam sex millium ducatorum auri, de Camera, ibid. §. 10. & 12. p. 449. & 518.
- Cubiculariorum bona decedentium sine testamento, vel minus valida dispositione, non ad Camera, sed ad eorum hæredes sanguinis integra deveniunt, & illis deficientibus ad familiares, quos nominaverint in aliqua scriptura, etiam minus valida, Clem. IX. ibid. §. 11. p. 419. & Clemens X. ibid. §. 13. p. 518. & consil. 52. §. 1. p. 562.
- Cuculla.*
- Cucullam amplam talarem, manicatam quam floccum vocant, licet deferre Monachis S. Basilii Hispaniarum Alexander VII. consil. 84. §. 1. p. 305.
- Cultus.*
- Cultus divini reparandi causa Synodos Congregare Archiepiscopis, & Episcopis Poloniæ iussit Alex. VII. consil. 46. p. 258. & seq.
- super cultu immemorabili exhibito S. Petro Paschasio de Valentia Martyri, & Episcopo Giennensi Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum sententiam Ordinarii Giennensis à Sacra Rituum Congregatione approbatam confirmat Clem. X. consil. 11. §. 3. p. 100.
- de Cultu immemorabili Beatæ Ludovicæ Albertoniæ præfuit, & casu à decretis Urbani VIII. excepto declarationem S. R. E. Cardinalium confirmat Clem. IX. consil. 27. §. 1. & 3. p. 524.
- Curia Sacularis.*
- Curias ad seculares recurrentes, & ab illis etiam instante Fiscis Procuratore appellationes admitti, & monitoria similia iudicium Apostolicum capi, revocari, aut impediri facientes sunt excommunicati, Alexand. VII. consil. 16. p. 218. & Clem. X. consil. 34. §. 1. p. 530.
- Curiam Romanam petentes pro negotiis, seu gratis, qui impediunt, vel impetrent, seu impetratis utantur, excommunicantur, ibidem, ibid. §. 13.
- Curiam ad Romanam recurrentes pro negotiis, vel causis, procuratores, advocatos, agentes qui percutiunt, vel talia delicta procurant, sunt excommunicati, ibid. §. 12.
- Curie seculari tradendi sunt Ecclesiastici monacham adulterantes. Vide verbum *Monacha.*
- Curie seculari traduntur celebrantes non insigniti Sacris Ordinibus, vide in verbo *Celebrans.*
- Cursores Papa.*
- Cursores emolumentorum partem massæ assignatam ex citationibus, monitoriis, & aliis ad creditum describi facere tenentur, Alex. VII. consil. 77. §. 3. p. 298.
- Cursores aliquid ex dictis emolumentis massæ assignatis fraudant, quas poenas incurrant, ibid.
- Cursores quando, & ubi reneantur deponere ratam ex emolumentis præcedentis mensis percepta massæ debitam, ibid.
- Cursores non deferentes cedulam huiusmodi depositi in Congregatione quolibet mense facienda, & Magistro non tradentes, quibus subiacent poenæ, ibid.
- Cursorum Magister librum, & ad quem finem habere debet, vide in verbo *Liber.*
- Cursoris ad officium admittendus solitam admissionem tantum solvere tenetur, ibid. §. 6. p. 299.
- D
- Dans.*
- Dans aliquid, vel promittens, aut recipiens pro gratia, vel iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, ut puniatur innovando constitutiones Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. declarat Alexander VII. consil. 19. p. 223. & seq.
- Dapiferi.*
- Dapiferorum Conclavis privilegia quod sint Familiares, & continui Commentales Papæ, ejusque Civitatis quam elegerint, Cives, & si à tribus Cardinalibus digni iudicati fuerint, etiam Notarii Apostolici, Comes, & Equites Creantur, Clem. IX. & Clem. X. consil. 5. & 4. §. 1. p. 435. & 488.
- Dapiferi prædicti sunt verè Nobiles, Cives, Notarii, Comes, & Equites, etiam quod habitum, & Rochetum non deferant, & in Civitatibus huiusmodi non habitaverint, ibid. §. 2.
- Dapiferi prædicti sunt exempti à decimis Ecclesiasticis, aliisque oneribus publicis, ibid. §. 3.
- Dapiferis prædictis remittuntur fructus indebiti à percipientibus, ibid.
- Dapiferorum dispensatio super omni inhabilitate, ut promovantur ad omnes ordines, etiam quod celebraverint censuris ligati, dummodo non in contemptum clavium, ibid.
- Dapiferi prædicti legitimantur, ibidem §. 4.
- Dapiferi prædicti sunt dispensati ad dignitates, ordines, & beneficia, exceptis majoribus post Pontificalem, ac principalioribus in Collegiatis, seu cumulativè negatis à Concilio Tridentino, ibid. §. 5. pag. 436. & 488.
- Dapiferis prædictis concessa facultas transferendi pensiones quascunque, etiam sine consensu d. beneficium usque ad scut. 100. summam, ibid. §. 6.
- Dapiferis prædictis literæ expediuntur gratis, ibid.
- Dapiferorum bona non subiunt spoliis, ibid.
- Dapiferorum prædictorum privilegia sunt exempta ab inscriptione, ibidem §. 9. p. 436. & 490.
- Datarii.*
- Datarii licentia pro faciendis literarum Apostolicarum transumptis ab habentibus Notariatuum officia, Urban. VIII. consil. 29. §. 2. p. 317.
- Debitor.*
- Debitorum Montis Pietatis obligatione Camerali ad ipsius favorem adstrictos esse voluit Clemens X. consil. 18. §. 1. p. 511. & seq.
- Decima.*
- Decimas sex super fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum, & pensionum in Italia, & Insulis adjacentibus indixit Alexander VII. consil. 112. §. 4. p. 337.
- Decimas prædictis per decennium esse solvendas statuit, ibid. §. 6.
- Decimarum prædictarum occasione undecim Congregationibus Monasticis ad censum quadraginta millia scuta monetæ capere posse indulgit Alexander VII. consil. 116. §. 2. p. 344.
- Decimarum super solutione per pensionarios faciendam suam mentem declarat Alexander VII. consil. 141. §. 4. p. 386.
- Decretum.*
- Decreta super recta bonorum temporalium administratione Monachorum Cassinensium edita confirmat Alexander

ET MATERIARUM.

- Alexander VII. constit. 92. §. 2. p. 318
 Decretum Sacrarum Congregationum ad sepulturam pertinetia pro Provincia S. Saturnini Ordinis Minorum de Observantia in Sardinia confirmavit Alexander VII. constit. 96. p. 317. & seq.
- Decretum Sacre Congregationis Episcoporum, ac Visitationis Apostolicæ pro dotâdis octo puellis de Parochia S. Andree de Fratribus confirmat Alexander VI. constit. 127. §. 4. p. 365.
- Defuncti.*
 circa Defunctorum imagines nondum à Sede Apostolica canonizatorum, vide infra in verbo *Imagines defunctorum.*
 Defunctorum corpora associare non possunt prohiberi Regulares, Urb. VIII. constit. 188. §. 2. p. 67
 Defunctorum hæredes non possunt cogi à Curatis, ut Missæ pro defunctis celebrentur in eorum Ecclesiis parochialibus. ibid.
 Defunctorum que corpora comitari tenentur Mitores S. Francisci Strictioris Observantia. Urbanus VIII. constit. 295. §. 5. p. 139
 Defunctorum corpora quomodo, & quando recto tramite ad eorum Ecclesias transportentur Calaritari Regulares, Alexander VII. constit. 95. p. 317
 vide in verbo *Calaritari Regulares.*
 Defunctorum animabus ita suffragatur celebrans ad altare ad tempus privilegiatum, ut si ad altare in perpetuum privilegiatum celebraret. Clemens IX. constit. 39. §. 3. p. 476
 Defunctorum super cadavera in Ecclesiis Regularium sepelienda ab ipsismet Regularibus functiones funerales esse expediendas declaravit Clem. X. constit. 58. §. 2. & 3. pag. 567. & seq. & constit. 57. §. 2. & 3. p. 566. & seq.
- Denunciari.*
 Denunciandi hæreticos, vel de hæresi leviter suspectos obligationem quoscumque afficere voluit Alex. VII. constit. 98. §. 4. p. 322. & seq.
- Depositum.*
 Depositum cedulam in Congregatione quolibet mense faciendâ Curatores non deferentes, & Magistro non tradentes, quas poenas incurant. Alexander VII. constit. 77. §. 3. p. 299
 Vide etiam in verbo *Curatores.*
- Depradatores.*
 Depradantes Romipetas, aut peregrinos accedentes, morantes, aut recedentes ab Urbe, eorum fautores sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 16. p. 218 & Clemens X. constit. 34. §. 10. p. 529
 S. Didaci festum celebrare, & officium recitare posse certa die ob antecedentem impeditam Fratribus de Observantia S. Francisci indulget Clemens X. constit. 30. §. 2. p. 526
- Diei Festi.*
 Vide in verbo *Festa.*
- Dignitas.*
 Dignitates, & officia conferentes, & assequentes intuitu personarum extra gremium Congregationis Cœlestiorum uti puniantur eorum Superiores, & Monachi. Alexander VII. constit. 3. §. 5. p. 196
 Dignitates à personis extra suum ordinem conquiritentes Monachi B. Mariæ Môtis Virginis excommunicantur ab Alexandro VII. constit. 52. §. 1. p. 264
 Dignitatis assequendâ causa ad Principum favores recurrentes Minores Conventuales excommunicationem incurrunt. Alexander VII. constit. 89. p. 310
 Dignitates, & officia conferentes, & assequentes intuitu personarum extra gremium Ordinis Eremitarum S. Augustini, quibus subiaceant poenis. Alexander VII. constit. 113. §. 8. 9. & 11. p. 342
 Dignitatibus, & officiis habitatio Conclavistarum. Vide in verbo *Conclavista.*
 Dignitates, & officia conquiritentes extra sui Ordinis gremium Monachos Cassinensium poenas à Gregor. XIII. & Urbano VIII. comminatas incurrere innovando eorum constitutiones declaravit Clemens X. constit. 13. §. 5. p. 511
- Dimissoria.*
 Dimissorias quas debent habere Alumni Collegiorum, Vide in verbo *Collegium.*
 Dimissoria sui Ordinarii ad Vicariû Urbis, & non aliam directæ necessariæ pro forensibus promovendi volentibus ad Sacros Ordines in Urbe. Alexander VII. constit. 129. §. 4. p. 366
- Dioecesi, & Dioecesan.*
 Dioecesani presentia, vel personæ ab ipso deputatæ necessaria Superiori Regulari extra visitationem Monasteria Monialium ingredi volent. Alexander VII. constit. 156. §. 2. p. 399
 Dioecesani benedictio petenda per Regulares in sui Ordinis Ecclesiis prædicare volentes. Clemens X. constit. 7. §. 3. p. 494
 Vide in verbo *prædicatio.*
 Dioecesani licentia pro Religiosis etiam in aliâ Dioecesi approbatis confessiones audire volentibus, ibidem, §. 4.
 Dioecesanorum facultas approbandi Regulares ad confessiones sacramentales Sæcularium personarum audientias. Vide verbo *Confessio, & verbo Approbatio.*
- Diripiens.*
 Diripientes bona Naufragantium. Vide verbum *Naufragantes.*
- Discalceati Fratres.*
 Vide in verbo *Fratres.*
- Dispensatio, & Dispensare.*
 Dispensatio super votis à Soc. Iesu Religiosis emissis de nō acceptandis dignitatibus, reservatur Papæ. Urbanus VIII. constit. 173. §. 4. & 12. p. 58. & 59
 Dispensatio pro augendo numero Superiorum S. Francisci de Observantia, Urbanus VII. constit. 285. §. 2. p. 126
 Dispensare non possunt in Constitutionibus generalibus Ordinis Commissarii, Generales Minorum S. Francisci Urban. VIII. constit. 294. §. 3. p. 139
 Dispensatione Apostolica circa esum carniû Cistercienses qui utuntur non privantur voce activa, & passiva. Alexand. VII. constit. 114. §. 2. p. 344
 Dispensatio Conclavistarum super omni inhabilitate, ut promoveantur ad omnes, cumque celebraverint censuris ligati, dummodo non in contemptum clavium. Clem. IX. constit. 3. §. 5. pag. 430 & Clem. X. constit. 2. §. 4. p. 483
 Dispensatio Conclavistarum ad dignitates, honores, officia, ordines, & beneficia, exceptis majoribus post. Pontificalem, ac principalioribus in Collegiatis, seu cumulative negatis à Concil. Trident. ibid.
 Dispensatio eadem pro Dapiferis. Clemens IX. & Clem. X. constit. 5. & 4. §. 3. p. 435. & 489
 Dispensatio Capellanorum Pontificiorum ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus testibus. Innoc. X. constit. 21. §. 4. pag. 274 Alex. VII. constit. 11. ibid. p. 208. Clem. IX. constit. 25. p. 460. & Clem. X. constit. 20. p. 513
 Dispensatio eadem Cubiculariorum Pontificiorum. Clemens IX. constit. 21. §. 5. p. 433. & Clem. X. constit. 15. §. 6. p. 505
 Dispensatio pro Clericis, & Laicis Congregationis Pauperum Matris Dei, qui s. lementem professionem non emisissent intra Italiam, & fines adjacentes, & extra Italiam termini ad declarandum an profiteri, vel discedere velint, assignatio. Clemens X. constit. 23. §. 3. p. 520.
- Disponere, & Disposuio.*
 Disponendi facultas de bonis Capellanorum Pontificis, eorumque transmissio, & dispositionum confirmatio. Innoc. X. constit. 21. §. 9. p. 174. & seq. Alex. VII. constit. 11. §. 7. p. 209. & seq. Clem. IX. constit. 25. §. 8. p. 462 & Clem. X. constit. 20. §. 8. p. 514 & seq.
 Disponendi facultates Cubiculariorum Pontificis de bonis, eorumque transmissiones, & dispositionum invalidarum confirmationes. Clem. IX. constit. 21. §. 11. p. 455 &

INDEX RERUM.

- & Clem. X. const. 13. §. 13. p. 507. & const. 31. §. 1. p. 562.
- Distributio.*
- Distributiones locorum pro alumnis Collegiorum. Vide verbo *Collegium*, ad singula Collegia.
- Distributiones pensionis super Episcopatibus Mazariensi, & Carthaginiensi reservatae ad favorem S. Mariae Majoris de Urbe de consensu Regis Catholici, quomodo faciendae. Vide in Verbo *Pensio*.
- Doctores.*
- Doctores Complutensis Academiae. Vide in verbo *Complutensis Academia*.
- Dominici.*
- Vide in verbo *Barones*.
- S. Dominicus.*
- S. Dominici electionem in patronum Civitatis, & Regni Neapolitani confirmat Urban. VIII. const. 28. §. 3. p. 127.
- S. Dominici festum celebrandum de precepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono cum octava, statuit Alex. VII. const. 154. §. 4. p. 398.
- S. Dominici Fratres.*
- Vide in verbo *Fratres Praedicatorum*.
- Domus.*
- Domorum illocatarum Gnetti pensiones pro tempore, quo illa non sunt locatae, per ludos solvi voluit Alex. VII. const. 57. §. 2. p. 273.
- Dos, Dotare.*
- pro Dotandis octo puellis de Parochia S. Andreae de Fratre decreto Sacrae Congregationis Episcoporum, ac Visitationis Apostolicae confirmat Alexander VII. const. 127. §. 4. p. 365.
- Dotanda puellae hujusmodi, quae requisita habere, & à quibus eligi debeant, ibid. §. 3.
- Dux Medinae Sydoniae.*
- Vide *Medinae Sydoniae Dux*.
- ### E
- Ecclesia.*
- E**cclesiae piis locis unitae quinquaginta Camerae Apostolicae solvere tenentur, Sixtus V. Refert Clem. X. const. 50. §. 4. p. 557. & seq.
- Ecclesiarum Urbis visitationem indixit Alex. VII. const. 127. §. 2. p. 212.
- Vide infra in verbo *Visitatio*.
- Ecclesiarum, & locorum plerumque Urbis bona consanguineis Rectorum earum locari prohibuit Alex. VII. const. 37. §. 1. p. 252.
- Ecclesias Monialium Urbis sine sumptibus ornari voluit Alexander VII. const. 41. §. 3. p. 256.
- Ecclesia Calaritanensis.*
- Ecclesiam Calaritanam ad Ceremonialis Episcoporum exactam observationem teneri decrevit Urban. VIII. const. 124. §. 2. p. 27.
- Ecclesia Majoricensis.*
- Ecclesiam Majoricensis contra Capitulum, & Canonicos in causis fidei tantum ab Inquisitoribus Majoricensibus procedi posse statuit Urban. VIII. const. 303. §. 1. p. 141.
- Edicta.*
- Edicta Gubernatoribus Urbis sunt à Burgi Gubernatoribus observanda Clemente IX. const. 6. §. 4. p. 439.
- Electio, Electus.*
- Electionem S. Dominici in patronum Civitatis, & Regni Neapolitani confirmat Urban. VIII. const. 28. §. 3. p. 127.
- Electiones novae in vim confirmationum factae Praetorum Ordinis Fratrum Discalceatorum S. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum confirmantur. Alex. VII. const. 31. §. 1. & seq. p. 247.
- Electione vocalium Praepositi Generalis, Consultorum & aliorum Congregationis Theatinarum quid servandum decrevit Alexander VII. const. 108. §. 2. & seqq. p. 332.
- Electionem Rosae de S. Mariae Virginis Urbanae in Regni Neapolitani patronam decrevit à Clemente IX. emanatum confirmat, & extendit Clem. X. const. 10. §. 3. p. 49.
- Eleemosyna.*
- Eleemosynas petere possunt in locis, ubi habent conventus Fratres Conventuales S. Francisci. Urban. VIII. const. 279. §. 2. p. 124.
- Eleemosynas cui tenentur consignare Praedicatorum Minorum S. Francisci de Observantia. Urban. VIII. const. 283. §. 4. p. 128.
- Eleemosynas Portuinculae S. Mariae Angelorum Assistentis Diocesis ad Observantes à Conventualibus quomodo transferat Urbanus VIII. const. 322. §. 2. & 3. p. 154.
- Eleemosynas pro Terrae sanctae necessitatibus bis in anno in eorum praedicationibus tenentur commendare Praedicatorum Urban. VIII. const. 195. §. 2. p. 73. & Clem. X. const. 19. §. 3. p. 548.
- Eleemosynae praedictae à quibus custodiendae. Innoc. X. const. 11. §. 1. p. 171.
- Eleemosynam majorem petere non possunt Parochi ab illis qui sepe volunt in Ecclesiis Regularium, quam si in parochiali sepelirentur. Clemens X. const. 38. §. 1. p. 567.
- Eloquentia Cathedra.*
- Vide in verbo *Cathedra eloquentia*.
- Emphyteusis.*
- Emphyteusim honorum Prioratus, & Ecclesiae S. Solitici Terrae Marticae Camerinenfis Diocesis confirmat. Alex. VII. const. 24. §. 1. p. 233.
- Episcopus Episcopalis.*
- Episcoporum Ceremonialis approbatio. Vide in verbo *Ceremoniale*.
- Episcopus in conventibus suae jurisdictioni subiectis non potest Abbates, Priores, & alios Superiores locales deputare. Alex. VII. const. 4. declarat. 1. Decret. Innoc. X. p. 197. & seq.
- Episcopus uti à praedictis conventibus Religiosos amovere potest. ibid. declarat. 2.
- Episcopus uti Regulares conventuum eorumdem ad exhibendos libros rationum compellit. ibidem declarat. 3.
- Episcopus se ingerere potest in his, quae regularem disciplinam concernunt. ibid. declarat. 4.
- Episcopi quoad visitationem horum conventuum. Vide in verbo *Visitatio*.
- Episcopus quando possit reassumere causam contra subditum à Superiore Regulari fabricatam. ibid. declarat. 12.
- Episcopi facultas in revocando Religiosum à Superiore Regulari amotum ob causam acceptam contra ipsum prosequendam. ibid. declarat. 13.
- Episcopus prohibere non potest Provinciali, vel Superiori locali quin aliquem ex Religiosis à tali conventu removeat. ibid. declarat. 14.
- Episcopus quando, & quomodo conventus hujusmodi possessionem apprehendere, & Religiosos inde expellere valeat. ibid. declarat. 19.
- Episcopos, Nuncios, & Superiores Praelatos insequentes hostiliter, mandantes, ratum habentes, fautores, &c. sunt excommunicati. Alexand. VII. const. 16. p. 219. Clem. X. const. 34. §. 1. p. 528.
- Episcopus Italiae, Insularumque adiacentium, ad Synodos peragendas convenire hortatus fuit Alex. VII. p. 226. & seq.
- Episcopus Angelopolitanus. Vide *Angelopolitanus Episcopus*.
- Episcopi Poloniz. Vide in verbo *Archiepiscopus*.
- Episcopi Nicosienses interfectores, eorumque fautores excommunicantur à Clemente IX. const. 31. §. 1. p. 466.
- Episcopi Diocesis benedictio per Regulares petenda in Ecclesiis sui Ordinis, vel alibi praedicare volentes. Clem. X. const. 7. §. 3. p. 494.
- Episcopus licentiam praedicanandi Regularibus concessam quas ob causas suspendere valeat. ibid. p. 494.
- Episcopus

ET MATRUM.

Episcopi generatim prohibere non possunt Regularibus
quos in Ecclesiis suorum Ordinum predicent. *ibid.*
Episcopi Diocesani licentia pro Religiosis in alia Dic-
cesi approbatis confessiones audire volentibus. *ibid.*
§. 4.

Vide etiam in verbo *Approbatio.*

Episcopo casus reservari absolvi an possint per Regula-
res.

Vide in verbo *Casus*, & verbo *Absolvere.*

Equites.

Vide in verbo *Militis*, *Ereclio.*

Erectionem novorum locorum sub titulo de Propagan-
da Fide sine Sedis Apostolicæ licentia prohibuit
Urb. VIII. const. 259. §. 1. p. 125

Eremita, & Eremitus Camaldulensium.

Eremitarum Camaldulensium Capitulum Generale de
biennio in biennium celebrandum statuit Alex. VII.
const. 164. §. 3. p. 411

Eremitarum prædictorum Prælatum ultra biennium
non extenduntur. *ibid.*

Eremitas Camaldulenses Hetruriz Congregationi Mō-
tis Coronæ annexit Urb. V I I I. Quam unionem
deinde dissolvit Clem. IX. const. 25. §. 3. p. 446

Eremita Montis Coronæ.

Eremitis Montis Coronæ Eremitas Camaldulenses He-
truriz univit Urb. VIII. Et hanc annexionem dis-
solvit Clem. IX. const. 15. §. 3. p. 446

Ethnici.

Ethnici Indiarum quando, & quomodo ad Christi
Fidem admittendi. Alex. VII. const. 48. p. 260. &
Clem. IX. const. 38. p. 474

Ethnici Gœ, & Insularum Adjacentium prohibentur
ritus gentilitios publicè exercere. *ibid.*

Ethnici prædicti non possunt inde asportare cadavera,
ut juxta profanum eorundem ritum comburantur.
ibid.

Ethnicis prædictis prohibetur in Ecclesiis sacrificare.
Alexand. VII. & Clem. I X. *ibid.* p. 275

Eucharistia.

Eucharistiæ Sacramento prætextu ignobilitatis, & ru-
dioris ingenii non debent privari Indiarum habitato-
res. Alex. VII. const. 48. p. 260. & Clem. IX. const.
38. p. 474

Eucharistiæ Sacramentum deferri ægrotis morti pro-
ximis, quamvis in vili degant loco, voluerunt
ibid.

Examen.

Examen rigorosum pro promovendis Carmelitis ad
Sacræ Theologiæ Lauream in Collegio S. Theresæ
Salamantien. Urb. VIII. const. 200. §. 1. p. 74

Examine Ordinariorum se subjiciunt Monachi Cassi-
nenses curam animarum exercentes in Ecclesiis Paro-
chialibus, quæ sunt membra suorum Monasteriorum.
Urban. VIII. const. 253. §. 1. & 2. p. 100

Examinis modum pro Penitentiariis S. Petri præscri-
psit Alex. VII. const. 59. §. 7. p. 280

Examine novo non tenetur subjici Penitentiarius semel
approbatus. *ibid.*

Examine subjiciendi sunt Clerici, qui promoveri perunt
ad minores, vel sacros Ordines in Urbe, & sex vicinis
Episcopatibus. Alex. VII. const. 129. §. 1. p. 366

Examine Episcopi absque ulla præfinitione temporis
approbantis ad confessiones iterum non est subji-
ciendus Regularis, secus si ab ejus Vicario, vel an-
tecessoribus. Clem. X. const. 7. §. 5. p. 495

pro Examine illorum testium, qui inducuntur pro con-
trahendis matrimoniis, instructionem dedit Con-
gregatio Sanctæ Inquisitionis coram Clem. X. habi-
ta const. 13. p. 501

Excommunicatio.

Excommunicationem incurunt extrahentes libros,
sive manuscriptorum ex bibliotheca Genuesi Fratrum
Minimorum Ordinis S. Francisci de Paula. Urban.
VIII. const. 44. §. 1. p. 7

Excommunicati sunt omnes hæretici, illis credentes,
defensores, qui retinent libros hæresis, vel de reli-
gione tractantes, legentes, & imprimentes. Alex. VII.
const. 16. p. 218. Clem. X. const. 34. §. 1. p. 529

Excommunicationem incurunt appellantes à Papa ad
futurum Concilium: Universitates autem, & Cola-
legia interdico subjiciuntur. *ibid.* §. 2.

Excommunicationem incurunt piratæ, laurum, &
maritimi prædones. *ibid.* §. 3.

Excommunicantur bona naufragorum rapientes. *ibid.*
§. 4.

Excommunicationem incurunt nova pedagia, seu gabela
las, ad id potestatem non habentes, imponentes,
ibid. §. 5.

Excommunicationem incurunt falsarii literarum Apo-
stolicarum. *ibid.* §. 6.

Excommunicationem incurunt deferentes arma, aliis-
que merces ad Saracenos, Turcas, aliisque Infide-
les. *ibid.* §. 7.

Excommunicationem incurunt Impedientes eos, qui
victualia ad Urbem deferunt. *ibid.* §. 8.

Excommunicationem incurunt, qui absque jurisdic-
tione perturbant commorantes in Curia Romana.
ibid. §. 9.

Excommunicationem incurunt Romipetæ offenden-
tes. *ibid.* §. 10.

Excommunicationem incurunt capientes, & offenden-
tes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Episcopos,
aliisque Prælatos. *ibid.* §. 11.

Excommunicationem incurunt offendentes eos, qui ad
Romanam Curiam recurrunt, eorumque Procurato-
res, &c. *ibid.* §. 12.

Excommunicationem incurunt advocantes causas bene-
ficiales, & Ecclesiasticas, sive spirituales à judicibus
Ecclesiasticis. *ibid.* §. 14. p. 530

Excommunicationem incurunt Judices Laici trahen-
tes personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia, vel liber-
tatem Ecclesiasticam lædentes. *ibid.* §. 15.

Excommunicationem incurunt statuta, Ordinationes,
leges, sive decreta contra libertatem Ecclesiasticam
promulgantes. *ibid.* *ibid.*

Excommunicationem incurunt Judicum Ecclesiastico-
rum jurisdictionem impedientes. *ibid.* §. 16.

Excommunicationem incurunt, qui Judicum Eccle-
siasticorum decreta eludentes ad curias sæculares re-
currunt. *ibid.* *ibid.*

Excommunicationem incurunt fructus, redditus, & alia
ad Sedem Apostolicam spectantia usurpantes, vel
sequestrantes. *ibid.* §. 17.

Excommunicationem incurunt imponentes collectas,
& alia onera Clericis, & Ecclesiasticis sine licentia
Romani Pontificis. *ibid.* §. 18.

Excommunicationem incurunt usurpantes & invaden-
tes statum, Provincias, Civitates, & loca mediæ, &
immediatè Sedi Apostolicæ subiecta. *ibid.* §. 20.

Excommunicationi subjiciuntur omnes à Christiana fide
apostata, vel ab obedientia Romani Pontificis se
subtrahentes. *ibid.* §. 1.

Excommunicationem incurunt, qui in locis, &
terris Ecclesiæ supremam Papæ jurisdictionem sibi
arrogant, & de facto eam perturbare conantur. *ibid.*
§. 20.

Excommunicationem incurunt absolventes à casibus
reservatis in Bulla Cœnæ Domini. *ibid.* §. 23.

Excommunicationem incurunt libros ex Bibliothecis,
& paramentis ab Ecclesiis Fratrum Sancti Francisci
Recollectorum Provincie Granatensis abstrahentes.
Urban. VIII. const. 235. §. 1. p. 88. & const. 332. §. 3.
p. 162

Excommunicationi subjiciuntur extrahentes libros è Ca-
puccinorum Bibliothecis. Urbanus VIII. const. 249.
§. 1. p. 97. & Alexand. VII. const. 21. §. 1. p. 227

Excommunicantur extrahentes libros è Bibliothecis
Carmelitarum Discalceatorum Congregationis His-
paniæ. Urb. VIII. const. 302. §. 2. p. 141

Excommunicationi subjacent extrahentes libros, seu
manuscripta è Bibliothecis Eremitarum S. Augusti.
Discalceatorum Urb. VIII. const. 119. §. 2. p. 351

INDEX RERUM.

- Excommunicantur abstrahentes paramenta ex Ecclesiis Monachorum Cœlestinorum, Alex. VII. const. 40. §. 1. p. 254.
- Excommunicationem incurrunt abstrahentes libros à Bibliotheca Conventus S. Martini Civitatis Senensis S. Augustini, Alex. VII. const. 43. §. 2. p. 257.
- Excommunicationem incurrunt Romano Pontifici reservatam recurrentes ad Principum favores pro obtinendis dignitatibus Minores Conventuales S. Francisci, Alex. VII. const. 88. p. 310
- Excommunicationis latae sententiæ poenam incurrunt legentes, imprimentes, retinentes Missale Gallico idioma impressum, Alex. VII. const. 109. §. 2. p. 333
- Excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini incurrerunt interfectores Episcopi Nicoterensis, declaravit Clem. IX. const. 31. §. 1. p. 466
- Excommunicationis prædictæ absolutionem Apostolicæ Sedi reservavit. ibid. §. 2.
- Excommunicatione hujusmodi absolvere præsumptibus poenas infligit. ibid. §. 5
- Exemptio, Exemptus.*
- Exemptiones, & privilegia 12. filiorum non comprehenduntur sub revocationibus, sed reducuntur ad jus commune, & const. Pontificum, Alex. VII. const. 25. p. 233. Clem. IX. const. 17. §. 7. p. 449. & Clem. X. const. 21. §. 3. p. 517
- Exemptione Patris non gaudent Fratres Discalceati S. Francisci in Provinciis S. Bernardini, & Sanctæ Mariæ Magdalenzæ in Gallia, Urban. VIII. const. 229. §. 1. p. 85.
- Exemptiones, inunitates, &c. Fratribus S. Francisci de Observantia concessas abrogat Urb. VII. const. 283. §. 2. p. 126
- Exempta sunt omnia bona Capellanorum Pontificis durante servitio à quibuscumque oneribus, Innoc. X. const. 21. §. 5. p. 174. Alex. VII. const. 11. §. 3. p. 461. & seq. Clem. IX. const. 25. §. 2. p. 208. & seq. Clem. X. const. 20. §. 3. p. 513. & seq. Hoc idem indulgere Cubiculariis Clem. IX. const. 21. §. 4. p. 453. & seq. & Clem. X. const. 15. §. 5. p. 504
- Exemptiones à Concilio Tridentino sublatae non competunt Capellanis prædictis, nec facultates legitimandi, tabelliones creandi, & similes. ibid.
- Exemptio Capellanorum prædictorum etiam quoad bona emenda, & vendenda pro usibus eorum familiæ durante servitio ab eorum oneribus, exceptis pro conventione contra Infideles. ibid.
- Exemptiones quascumque à vectigalibus, & aliis publicis oneribus irritant Alex. VII. const. 25. §. 1. p. 233. Clem. IX. const. 17. §. 1. p. 448. & Clem. X. const. 21. §. 1. p. 516
- Exemptiones à solutione subsidii triennalis concessas revocant ibidem ibid.
- Exemptiones consanguineis Pontificum à vectigalibus concessis revocantur, ibidem ibid. §. 4.
- Exemptiones Penitentiariorum S. Petri, Alexand. VII. const. 59. §. 13. p. 280
- Exemptiones Fratrum Joannis Dei à jurisdictione Ordinariorum, Alex. VII. const. 71. §. 1. & 2. p. 492
- Exemptionem nonnullorum familiarium à spolio adixit Clem. X. const. 52. §. 1. p. 562
- Exercitia spiritualia.*
- Exercitiis spiritualibus vacantes per octiduum in domibus Societatis Indulgentiarum plenariam consequuntur, Alex. VII. const. 44. §. 1. p. 257
- Exercitiis spiritualibus per octiduum vacantes Fratres de Observantia S. Francisci, ac Reformati Cismontaneæ familiæ indulgentiarum plenariam lucrantur, Alex. VII. const. 68. §. 1. p. 289
- Exercitiis spiritualibus per decem dies vacare debent promovendi ad sacros, vel minores Ordines in Urbe, & sex vicinis Episcopatibus, Alex. VII. const. 129. §. 3. p. 366.
- Expensa.*
- Expense pro visitatione Monasteriorum S. Basilii del
- Tardum ad quam summam ascendere possunt, declarat Alex. VII. const. 82. §. 8. & seq. p. 304
- F**
- Fabrica S. Petri.*
- Fabricæ Basilicæ S. Petri de Urbe circa legata pauperibus in genere facta facultates moderatus est Alex. VII. const. 81. p. 204. & seq.
- Fabricæ S. Petri legata Pauperibus relicta non esse applicanda, decrevit idem ibid. §. 2.
- Fabrica S. Petri ob moram, vel negligentiam heredum, testatorum voluntates in subsidium exequitur circa legata pauperibus relicta, ipsis eadem applicando. ibid. §. 3.
- Fabricæ S. Petri legata pro piis operibus incertis relicta debentur, Alex. VII. const. 107. §. 3. p. 332
- Factinorosi.*
- Vide in verbo *Banniti.*
- Facultas.*
- Facultates eligendi confessorium concessa in bulla Cruciatæ non possunt uti Religiosi Soc. Jesu, Urb. VIII. const. 125. §. 3. p. 28.
- Facultates dispensandi super voto de non acceptandis extra Religionem dignitatibus cum Religiosis Soc. Jesu Papæ reservantur, Urb. VIII. const. 173. §. 4. & 12. p. 58. & seq.
- Facultas concessa Procuratori Generali Minorum S. Francisci Conventualium supprimendi parvos Conventus, Urb. VIII. const. 214. §. 2. p. 77
- Facultatem alienandi bona stabilia, necnon reducendi annuos census ad minus interusurium, Congregationi Cassinensi dedit Urb. VIII. const. 233. §. 2. p. 87
- Facultas erigendi nova loca sub titulo de propaganda fide absque Sedis Apostolicæ licentia omnibus prohibetur, Urb. VIII. const. 282. §. 1. p. 125
- Facultates Cardinalium Visitationi Apostolicæ deputatorum, vide in const. 15. Alex. VII. p. 216
- Facultates contrahendi in favorem forensium super bonis in statu Ecclesiastico existentibus Abrogat Alex. VII. const. 110. §. 10. p. 335
- Facultates absolventi à casibus reservatis, Vide in verbo *Absolvere*, & verbo *Casus reservati*.
- quoad Facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus, Vide infra in verbo *Pensio*.
- Falsarii.*
- Falsarii literarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, ac supplicationum gratiam, vel justitiam concernentium, excommunicantur, Alex. VII. const. 16. p. 218. Clem. X. const. 34. §. 6. p. 529
- Familiares Cardinalium.*
- Vide in verbo *Cardinales.*
- Familiares Papæ.*
- Familiares Papæ à censuris absolventur, Alex. VII. const. 7. §. 1. p. 200
- Notarii Apostolici, Comites, Equites, & nobiles creantur, ibid. §. 2.
- Privilegiis etiam extensis decorantur, ibid. §. 3. & 4.
- Insignia Pontificia gestare possunt, ibid. §. 4.
- A solutione onerum eximantur, ibid. §. 5.
- Ad duo beneficia dissimilia, vel simplicia similia, cum facultate percipiendi fructus habilitantur, & ad omnes gradus Ordinum, ibid. §. 6. & seq. p. 201
- Leges audire, Advocati officium exercere, & Confessorium eligere possunt, ibid. §. 9. & 10.
- Pensionem usque ad summam 300. ducatorum auri de Camera etiam in mortis articulo transferre possunt, ibid. §. 11.
- Testandi, & quomodocumque disponendi per privatam scripturam, usque ad summam sex milium ducatorum facultatem habent, ibid. §. 12. p. 202
- Familiares Papæ sunt Conclavistæ, Clem. IX. & X. const. 3. & 2. §. 1. p. 429. & 482
- Familiares Papæ sunt Dapiferi, Clem. IX. & X. const. 5. §. 1. & 2. p. 435. & Clem. X. const. 4. ibid. p. 488
- Vide etiam in verbo *Commissales.*
- Fautores*

ET MATERIARUM.

Fautores.
 Fautores injicientium manus in Episcopos, aut Superiores Prælatos, & consilium dantes, sunt excommunicati. Alex. VII. const. 16. p. 218. Clem. X. const. 34. §. 16. p. 530
 Fautores lædentium, seu deprædantium Romipetas, venientes, morantes, seu recedentes ab Urbe, sunt excommunicati, iidem §. 9. & 10.
 Fautores recurrentium ad Judices sæculares pro mandatis, & inhibitionibus pœnalibus contra Judices Ecclesiasticos, sunt excommunicati, iidem §. 16.
 Fautores piratarum, marisque Ecclesiæ lacunculorum excommunicantur, iidem §. 13.
 Fautores usurpatorum bonorum Romanæ Ecclesiæ excommunicantur, iidem §. 20.
 Fautores Interfectorum Episcopi Nicoterensis, excommunicati sunt à Clem. IX. const. 31. §. 1. p. 466
B. Ferdinandus III. Rex Castella.
 B. Ferdinando III. Castellæ, & Legionis Regi de cultu ab immemorabili exhibitio consistere declaravit Sacra Rituum Congregatio, quod confirmavit Alex. VII. ut refert Clem. X. const. 28. §. 1. p. 524
 B. Ferdinandi prædicti officium, & Missam recitari, & celebrari posse in omnibus Regnis Hispaniarum Regi subjectis, & in Urbe in Ecclesia Hispanorum, indulget idem, ibid. §. 2.
Ferraria Provincia.
 in Ferrariæ Provincia monetam Romanam introduxit, & propriam Civitatis abolevit, & reduxit Alexand. VII. const. 97. p. 320. & seq.
Festum.
 Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ in Ecclesia S. Jacobi Hispanorum celebrari posse inducit Urb. VIII. const. 168. §. 2. p. 57
 Festum transitus S. Benedicti in Hispania in singulis locis ubi sunt Ecclesiæ dicti Ordinis, celebrari posse decrevit Urb. VIII. const. 175. §. 2. p. 60
 Festum S. Norberti quando celebrandum, statuit Urb. VIII. const. 327. §. 2. p. 159
 Festum Sanctorum Firmini, & Francisci Xaverii quotannis esse recolendum in Regno Navarræ, tanquam de Patronis ejusdem Regni, ex præcepto Ecclesiæ voluit Alex. VII. const. 34. §. 2. p. 249
 Festum S. Dominici celebrandum de præcepto in toto Regno Neapolitano tanquam de patrono cum octava, decrevit Alex. VII. const. 154. §. 4. p. 398
Fenda, & Fendatarii.
 Vide in verbo *Alienatio.*
Filia, & Filius.
 Filios 12. habentium privilegia moderatus est, & ad terminos juris communis, ac ad constitutionis Pii IV. formam reduxit Alex. VII. const. 25. §. 5. p. 234. Clemens IX. const. 17. §. 7. p. 448. & Clem. X. const. 21. §. 7. p. 516
Firmanorum Magistratus.
 Firmanorum Magistratus aggregationem confirmavit Alex. VII. const. 105. §. 2. p. 329
Fortalitia.
 Vide supra in verbo *Alienatio.*
B. Franciscus Assisus.
 S. Franciscus tres Ordines instituit, quorum materiam dispositam invenies hic infra in verbo *Fratres.*
B. Franciscus de Sales.
 B. Francisci de Sales Episcopi Genevensis Beatificatio, ejusque Missæ, & Officii quibusdam in locis concessio, Alex. VII. const. 118. §. 3. & 4. p. 348
 S. Francisci de Sales canonizatio, ejusque in Sanctorum numerum adscriptio, Alex. VII. const. 170. per tot. p. 413. & seqq.
 S. Franciscus prædictus natus in Oppido Salestano Genevensis Diocesis anno 1567. ibid. §. 3.
 S. Francisci prædicti virtutes recensentur, ibid.
 S. Franciscus prædictus hæreticorum impugnator acerrimus, ibid. §. 4. & 9. p. 413. & seqq.
 S. Franciscus prædictus præficitur Episcopus, ibid. §. 7. & 10. p. 414. & seqq.
Bullarii Magni Tom. V.

S. Francisci prædicti charitas in pauperes, ibid. §. 14.
 S. Franciscus prædictus septuaginta hæreticorum millia Ecclesiæ Catholice subiecit, ibid.
 S. Franciscus de Sales obiit Lugduni anno 1622. ibid. §. 15.
 S. Francisci prædicti miracula referuntur, ibid. p. 415. & seqq.
S. Franciscus Xaverius.
 S. Francisci Xaverii, & S. Firmini festa quotannis in Regno Navarræ tanquam de Patronis dicti Regni ex præcepto Ecclesiæ recolenda decrevit Alex. VII. const. 34. §. 2. p. 249
 S. Francisci Xaverii officium sub ritu duplici apponendum, & ab iis, qui ad horas canonicas tenentur, de præcepto recitandum decrevit Clem. X. const. 51. p. 494
Fratres Capucini.
 Vide in verbo *Capucini.*
Fratres Carmelita.
 Vide in verbo *Carmelita.*
Fratres Carmelita Discalceati.
 Vide in verbo *Carmelita Discalceati.*
Fratres Cruciferi.
 Vide in verbo *Cruciferi Fratres.*
Fratres S. Dominici.
 Vide in verbo *Fratres Prædicatores.*
Fratres Eremita S. Augustini.
 Fratres prædictos in Indiis, qui Crioli vocantur, natos, & Fratres Hispanos, qui ibi habitum susceperunt, alternatim gaudere dignitatibus sui Ordinis declarat Urb. VIII. const. 98. & 107. p. 23. & seqq.
 Fratrum prædictorum nullus in Capitulis Provincialibus vocem habet, exceptis iis, quibus de jure competit, Urb. VIII. const. 117. §. 1. p. 26
 Fratrum Eremitis S. Augustini præcedentiam non competere in concursu Fratrum Discalceatorum S. Francisci in Regnis Hispaniarum, declaravit Urban. VIII. const. 328. §. 8. p. 160. Et ampliavit const. 334. §. 4. p. 164. Et differentiam ad terminos juris reduxit Innoc. X. const. 2. §. 2. tom. 4.
 Fratrum prædictorum duo, aut plures in primo, vel secundo gradu consanguinei, vel affines in capitulis votare non possunt, nec diffinitorium simul ingredi, Innoc. X. const. 22. §. 1. & 3. p. 176. & seqq.
 Fratrum prædictorum Congregationis Illicitanæ conventum S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgò Poggi-bonzi, denuò erigit Alex. VII. const. 73. §. 4. p. 294
 Fratrum prædictorum subditi, consequenter & Superiores, intuitu personarum extra ordinem dignitates, & officia concedentes, quas pœnas incurrant, Alex. VIII. const. 113. §. 11. p. 341
 Fratrum prædictorum Officium, & Missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare in junctis, idè que officium ad usum dicti Ordinis imprimi posse concessit Clem. IX. const. 16. §. 1. p. 447
 Fratrum prædictorum Ecclesias visitantibus in certis anni Festivitatibus indulgentias largitus est Clem. X. const. 53. §. 1. p. 563
Fratres Eremita S. Augustini Discalceati.
 Fratres Eremitæ S. Augustini Discalceati possunt in processibus erigere Crucem propriam, Urb. VIII. const. 225. §. 1. p. 83
 Fratres prædicti depictas, vel impressas cum habitu ipsorum Imagines Sanctorum Ordinis S. Augustini habere prohibentur, Urb. VIII. const. 240. §. 1. & 2. p. 91
 Fratres prædictos Sanctissimi Crucifixi Promontorii Januensis Vicario Generali ejusdem Ordinis subiecit Urb. VIII. const. 304. §. 2. & 4. p. 142
 Fratrum prædictorum à Bibliothecis libros extrahentes excommunicantur, Urb. VIII. const. 319. §. 2. p. 151
 Fratrum prædictorum Congregationis Italiæ numerum vocalium Capituli Generalis ad tres pro qualibet Provincia reduxit Alex. VII. const. 69. §. 3. & 7. p. 290
 Fratrum prædictorum, ad Capitulum generale locorum Priorum, & Discretorum, qui accedere debent, declaravit Alex. VII. ibid. §. 4.
 D d d Fratres

INDEX RERUM,

- Fratum prædictorum in Congregationibus provinci-
libus qui vocem habent, ibid. §. 5.
- Fratribus prædictis Hispaniæ nullum jus competere su-
per Monasterio Ulyssipone erecto, nec esse locum
dismembrationi à Religione, declaravit Congrega-
tio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita:
quod confirmat Clem. X. const. 26. §. 1. & 2. p. 523.
& seq. & const. 33. §. 2. p. 528
- Fratribus prædictis novorum Conventuum erectionem
in Regno Lusitanis prohibuit Clem. X. const. 33.
§. 2. ibid.
- Frates Eremitæ S. Pauli primi Eremitæ.*
- Fratum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ privilegia
confirmat, & concessit, & Hussensibus communicat
Alex. VII. const. 54. §. 4. & 5. p. 265
- Fratum prædictorum Monasteria aliqua pro studiis ge-
neralibus deputavit Clem. X. const. 35. §. 2. p. 532
- Fratum prædictorum Superiori Generali ad Doctora-
tus, seu Magisterii gradu promovere posse studentes
Religiosos indulget idem, ibid. §. 4.
- Frates prædicti nisi sint Doctores, ad Prælaturas inha-
bilitantur. ibid. §. 5.
- Fratum prædictorum numerum doctorum stabilien-
dum esse statuit, eumque præteriri noluit Clem. X.
ibid. §. 6. p. 532
- Frates S. Hieronymi de Fesulis.*
- Fratribus S. Hieronymi de Fesulis prohibuit ambitum
ad officia, & dignitates Urb. VIII. const. 258. §. 2.
p. 108.
- Frates prædictos suppressit Clem. IX. const. 30. §. 1.
p. 467. & seq.
- Fratribus prædictis facultas data ad aliam transendi
Religionem, ibid. §. 3.
- Fratribus prædictis provisio pro alimentis assignatur,
ibid.
- Fratum prædictorum bona Sedi Apostolicæ applican-
tur, ibid. §. 2.
- Frates Jesuitæ.*
- Frates prædicti ab Ordinariis approbati confessiones
audire valent, Urb. VIII. const. 297. §. 3. p. 140. &
seq.
- Fratum Jesuatorum Dietæ Generalis decretum pro su-
stentatione Procuratoris Generalis pro tempore con-
firmat Alex. VII. const. 163. §. 1. & 3. p. 406. &
seq.
- Frates prædictos suppressit Clem. IX. const. 30. §. 1. p.
467. & seq.
- Fratribus prædictis ad aliam transendi religionem fa-
cultatem tribuit, ibid. §. 3.
- Fratribus prædictis clericis, & laicis provisionem pro
alimentis assignavit, ibid.
- Fratum prædictorum bona Sedi Apostolicæ in opera
pia convertenda applicavit, ibid. §. 2.
- Frates B. Joannis Dei.*
- Frates B. Joannis Dei ab omnimoda Ordinariorum ju-
risdictione exempti Alex. VII. const. 71. §. 1. & 2.
p. 292
- Frates B. Mariæ de Mercede Redemptionis
Captivorum.*
- Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Capti-
vorum Discalceatis facultatem erigendi hospitium in
partibus Africæ indulget Urb. VIII. const. 91. §. 3.
p. 18.
- Frates prædictos reformatos ad Calceatos transire pro-
hibuit Urb. VIII. const. 95. tom. 4. Quam innovat
Innoc. X. const. 25. §. 1. p. 178
- Frates prædicti non possunt recipi à Calceatis, ibid.
§. 3.
- Frates hujusmodi Recollectos à Calceatis dividit Urb.
VIII. const. 86. p. 16. & seq.
- Fratum prædictorum Vicarii Generalis de electione,
& auctoritate, ibid. §. 3. 4. 5. & 6. p. 16
- Frates prædicti non possunt in Capitulis Generalibus
Calceatorum intervenire, ibid. §. 9.
- Fratum Calceatorum renunciatio de aliquibus juribus
ad Recollectorum favorem, ibid. §. 8. p. 17
- Fratum Recollectorum Vicarii Generalis electio à
Generali Calceatorum confirmanda, ibid. §. 10.
- Fratum Recollectorum Procuratores Provinciales in
electione Vicarii Generalis vocem activam habent
ibid. §. 11.
- Fratribus Recollectis hujusmodi indulta, & privile-
gia quæ Calceatis concessa sunt, communicantur ibid.
§. 12.
- Fratum prædictorum inter Calceatos Capitulum ini-
torum approbatio, ibid. §. 17. p. 18
- Fratribus Reformatis B. Mariæ de Mercede Redemptio-
nis Captivorum Ecclesiam S. Joannini in Capite de
Urbe concessit Urb. VIII. const. 120. §. 3. p. 27
- Fratum prædictorum privilegia confirmat Alex. VII.
const. 27. §. 3. p. 237
- Fratum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivo-
rum Discalceatorum constitutiones in Capitulo Ge-
nerali editas confirmat Urb. VIII. const. 131. §. 4.
p. 30. & seq.
- Fratum prædictorum Magister Generalis electionem
Vicarii Generalis Discalceatorum intra 15. dies con-
firmare tenetur, Urb. VIII. const. 150. §. 3. p. 42
- Frates prædicti de quorum licentia à statu laicali ad
clericalem transire possint, Urb. VIII. const. 174. §.
2. p. 59.
- Fratum prædictorum Magistri Generales hujusmodi
licentiam concedentes quas poenas incurrant, ibid.
- Fratum prædictorum conversi, & sic ad Ordines pro-
moti, quibus poenis mulcentur, ibid.
- Fratum S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivo-
rum officium Superiorum non posse prætendi, nisi
ad aliud triennium, statuit Alex. VII. const. 31. §.
3. p. 247.
- Fratum prædictorum Congregationis Hispaniæ con-
ventiones initas super Jure patronatus Ducis Medi-
næ Sydoniæ in tres Conventus Provinciæ Andalusiæ
confirmat Alex. VII. const. 66. §. 3. p. 287
- Fratribus prædictis Conventum B. Petri de Nolasco
Terræ Rocca di Papa concessit Alex. VII. const. 102.
§. 1. p. 326
- Frates prædicti possunt sibi eligere Judicem Conserva-
torem, Alex. VII. const. 103. §. 2. & 3. p. 327
- Fratum prædictorum Vicario Generali nullum præju-
diciū fuisse illatum in unione Conventus Terræ
Rocca di Papa Conventui S. Joannini de Urbe sub
obedientia Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis
existenti declaravit Alex. VII. const. 121. §. 2. p. 351
- Fratum prædictorum Discalceatorum constitutionem
circa renunciationem officiorum Commendatarum,
& Rectorum Collegiorum ipsius Congregationis
confirmavit Alex. VII. const. 135. §. 3. p. 671
- Fratum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivo-
rum statuta, & decreta Capituli Generalis Hofcen-
sis confirmat Alex. VII. const. 136. §. 2. p. 671
- Frates prædicti cum Fratribus Sanctissimæ Trinitatis
Redemptionis Captivorum concordiam inierunt,
quam confirmavit Alex. VII. const. 148. §. 2. p. 393
- Fratum prædictorum nonnulla decreta pro Limana
Provincia in Indiis emanata confirmavit Alex. VII.
const. 149. §. 3. p. 394
- Fratum prædictorum Discalceatorum Provinciales in
fine triennii sui Provincialatus, & gubernii ratio-
nem Vicario Generali reddere teneri voluit Clem.
IX. const. 14. §. 1. & 2. p. 446
- Fratum prædictorum Magister Generalis, & Familiæ
reformatæ Vicarius quomodo Confraternitates eri-
gant, & instituant, Clem. IX. const. 24. §. 4. p. 460
- Fratribus prædictis Discalceatis privilegia ab Urb. VIII.
concessa confirmat, & extendit Clem. X. const. 24.
§. 2. p. 520.
- Frates B. Mariæ de Monte Carmelo.*
- Vide supra in verbo *Carmelita.*
- Frates Mendicantes.*
- Fratum Mendicantium Monasteria per tres leucas circa
Ecclesiam S. Mariæ de Monte Serrato construi
posse prohibuit Urb. VIII. const. 144. §. 2. p. 41
- Fratum

ET MATERIAUM

- Fratrum Mendicantium Conventus ultra Modum extra spatium quatuor, vel quinque leucarum extendi prohibuit Alex. VII. const. 145. §. 2. & 3. p. 390
- Fratres Minimi S. Francisci de Paula.*
- Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula Nationis Calabriae Cisteriorum Collegium, vide in verbo Collegium S. Francisci de Paula.
- Fratribus praedictis legata cum perpetuo onere Missarum acceptare posse indulgit Urb. VIII. const. 43. §. 3. p. 7
- Fratrum praedictorum e Bibliotheca Genuesi extrahentes libros, sive scripta, excommunicantur. Urb. VIII. const. 44. §. 1. p. 7
- Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula Correctori generali Conventus tenues suprimendi, eorumque bona in Conventus majores transferendi facultatem tribuit. Urb. VIII. const. 187. §. 2. p. 66
- Fratres praedicti non possunt recipere Discalceatos Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum. Urban. VIII. const. 230. §. 4. & 5. p. 86
- Fratrum praedictorum Conventus in admissione Novitiorum ad professionem suffragantur. Urb. VIII. const. 290. §. 6. p. 136
- Fratrum praedictorum Conventus Sanctissimae Trinitatis in Monte Pincio quibus subiciatur. Innoc. X. const. 8. §. 1. & 2. p. 168. & seq.
- Fratrum praedictorum in Conventu praedicto Fratres tantum Gallicanae nationis collocari debent. ibid. §. 5. p. 165
- Fratrum praedictorum in Conventu Fratres Gallicanae nationis fugitivi recipi non possunt. ibid.
- Fratrum praedictorum Correctores Provinciales exacto eorum officio ad idem munus assumi iterum non valent, nisi per sex annos ab illo vacaverint. Alex. VII. const. 65. §. 2. p. 286
- Fratrum praedictorum in Protectorem Cardinalem Chisium deputavit Alexander VII. const. 122. §. 1. p. 352
- Fratrum praedictorum transactionem initam cum Vicario generali Bergomensi pro receptione Conventus B. Mariae, omniumque Sanctorum de Galgario, confirmavit Alex. VII. const. 165. §. 5. p. 408
- Fratres praedicti quando possint veici caribus, declaravit Clem. IX. const. 22. §. 3. p. 457
- Fratres Minores Conventuales S. Francisci.*
- Fratrum praedictorum Superioribus subiacent Collegiales, & Regens Collegii S. Bonaventurae in Domo SS. Duodecim Apostolorum. Urban. VIII. const. 137. §. 5. p. 35.
- Fratrum praedictorum Procuratori generali suprimendi parvos conventus, in quibus non potest manuteneri numerus sufficiens Fratrum pro Regulari Observantia, facultatem concessit Urb. VIII. const. 214. §. 2. p. 77
- Fratres praedicti non prohibentur ab Ordinariis, & aliis Regularibus quaerere elemosynas ubi habent Conventus. Urban. VIII. const. 279. §. 2. p. 124
- Fratres praedicti quomodo transferant elemosynas Capellae de Portiuncula S. Mariae Angelorum Assisinas. Dignitas in Minores Observantes S. Francisci. Urban. VIII. const. 322. §. 2. & 3. p. 154. & seq.
- Fratrum praedictorum decreta pro regularis disciplinae instauratione edita confirmavit Alex. VII. const. 89. §. 2. p. 310. & seq.
- Fratrum praedictorum quibus Religiosis indulgentia paternitas. ibid.
- Fratrum praedictorum numerus Diffinitorum, & Collegialium in Provinciis statuitur. ibid.
- Fratres praedicti nonnulla capitula ad reformationem servientia condiderunt, quae approbavit Alex. VII. suo decreto, & confirmavit Clem. IX. const. 8. §. 4. p. 441
- Fratrum praedictorum Ordini Conventus Licentem, Grumi, Ripaldae, & Caldorolae cum omnibus iuribus, pertinentiis applicavit Clem. IX. const. 32. §. 4. p. 469
- Bullarii Magni. Tom. V.*
- Fratres praedictos post finitum tempus, praedictorum, aut Inquisitorum tempus, & Provincialium praedictorum minime fuit voluit, etiam si Provincialium magis non exercuerint, Clem. X. const. 51. §. 2. p. 161
- Fratrum praedictorum, qui Provincialibus honorati sunt, Exprovincialium praedictorum declarantur. ibid.
- Fratres Minores Conventuales Reformati S. Francisci.*
- Fratres Reformatos Conventuales S. Francisci supplevit Urb. VIII. const. 65. §. 2. p. 13
- Fratrum praedictorum bona, & jura Minoribus Conventualibus nunciis transiit idem. ibid.
- Fratres praedictos ad quoslibet, seu Mitores de Observantia transire indulgit idem. ibid. §. 31
- Fratres Minores Discalceati S. Francisci.*
- Fratribus S. Francisci ubique existentibus, & aliis concurrentibus in Mantilem Diocesim, ut de dictis a Martyribus Missam, & Officium celebrare, & recitare valeant, concessit Urb. VIII. const. 87. tom. 4. Exemptionem hujusmodi ad alias Ecclesiasticas, & saeculares personas lege in Urb. VIII. const. 115. §. 2. p. 251 & seq.
- Fratribus S. Francisci Discalceatis in Provinciis Hispaniarum in concursu cum aliis Regularibus praedictorum competere, & novos non esse Religiosos declaravit Urb. VIII. const. 142. §. 2. p. 37. & confirmavit const. 335. §. 5. p. 165
- Fratres praedicti Provinciae S. Joan. Baptistae Hispaniarum inierunt concordiam, quam confirmavit Urb. VIII. const. 143. §. 8. p. 40. Eandemque revalidat const. 215. §. 2. p. 77.
- Fratres praedicti in Provinciis S. Bernardini, & S. Mariae Magdalenae in Gallia non gaudent privilegiis Patrum Provinciae. Urb. VIII. const. 229. §. 2. p. 851
- Fratrum praedictorum Capitulum in Provincia S. Bernardini in Gallia in spectum literarum Apostolicarum celebratum irritat Urb. VIII. const. 242. §. 3. p. 91
- Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciae S. Joan. Baptistae in Hispania privilegia concessa confirmat Urb. VIII. const. 266. §. 1. p. 113
- Fratribus praedictis nova loca erigere posse cum Ordinarii licentia indulgit idem. ibid. §. 2.
- Fratres praedictae Provinciae quomodo ad professionem Religiosos admittere valeant. ibid. §. 3.
- Fratres praedicti quomodo, & quibus statutis gubernandi. ibid. §. 4. p. 114
- Fratres praedicti Congregationes quando convocare possint. ibid.
- Fratrum praedictorum Provinciae a quibus visitanda. ibid. §. 6.
- Fratres praedicti delinquentes quando per Superiores puniendi. ibid. §. 7.
- Fratres Provinciae praedictae quibus privilegiis gaudeant. ibid. §. 9.
- Fratres praedicti in Regno Hispaniae in aedibus Saecularium commorari non possunt. Urb. VIII. const. 320. §. 2. p. 151.
- Fratrum praedictorum facultatem sepeliendi defunctorum cadavera, & alia exercendi in suis Conventibus, quamvis fundatis in Heremitorio Ordinum Militarium de Alcantara, & S. Jacobi de Spaha, ad omnes Hispaniarum Provincias extendit Urb. VIII. const. 321. §. 9. p. 153
- Fratres praedicti in Hispania Eremitis S. Augustini praecedunt. Urban. VIII. const. 328. §. 8. p. 160. & ampliavit idem const. 334. §. 2. & 4. p. 164
- Fratres praedicti in Hispania non possunt in suis Provinciis introducere Patres. Urb. VIII. const. 313. §. 4. p. 146
- Fratres praedicti quibus statutis gubernandi. ibid. §. 5.
- Fratres praedicti mittere possunt Procuratorem ad Romanam Curiam. ibid. §. 7.
- Fratres praedicti Ministro generali de Observantia subiciuntur. ibid. p. 431
- Fratres praedicti Provinciae S. Gabrielis quibus statutis moderentur, & quibus gaudeant privilegiis. Urban. VIII. const. 330. §. 2. & 3. p. 161. & seq.

I N D E X R E R U M,

- Fraternitas prædictorum Provinciam S. Antonii Regni Portugaliæ ad instar Provincie Discalceatorum S. Joann. Baptistæ in Hispania erigit Urb. VIII. const. 277. §. 1. p. 122. & seq.
- Fraternitas Minorum Discalceati S. Francisci in Regnis Hispaniarum à quibus in absentia Ministri Generalis gubernari possunt Urb. VIII. const. 305. §. 2. p. 143
- Fraternitas prædicti de quorum licentia ad aliam Religionem transire possunt. Alex. VII. const. 63. §. 1. p. 285
- Fraternitas prædictorum Provinciam B. Petri de Alcantara cum communicatione privilegiorum Provincie S. Joannis Baptistæ concessoriam erigit Alex. VII. const. 72. §. 4. p. 294. & confirmat const. 132. §. 4. & 5. p. 369.
- Fraternitas Discalceatorum Sancti Francisci in Hispania privilegia ad omnes Provincias Discalceatorum Indiarum extendit Alex. VII. const. 164. §. 2. p. 407
- Fraternitas Minorum S. Francisci de Observantia.
- Fraternitas prædictorum Provinciam Siculam in tres dividit Gregorius XV. Refert Urb. VIII. const. 22. §. 1. & seq. p. 3
- Fraternitas ad hujusmodi Custodiarum gubernium unde & à quibus eligendi. ibid. §. 3.
- Fraternitas foras infra sex menses eligere sibi debent Custodiam. ibid. §. 4.
- Fraternitas hujusmodi Custodes habeant Scriptorem, qui nullo privilegio, nisi antianitaxis gaudeat. ibid. §. 5. p. 3.
- Fraternitas prædictis pro faciliore eorum gubernio clausulas à Gregorio XV. præfixas moderatur Urban. VIII. §. 7. p. 3. & seq.
- Fraternitas prædictorum Ministri Provincialis officio primo anno vacante Superiores Provincie cum noviter electo continuare triennium decrevit Urban. VIII. const. 53. §. 1. p. 8
- Fraternitas prædictorum Provincie Austriæ reformationem approbavit Urban. VIII. const. 181. §. 2. p. 61
- Fraternitas Minorum S. Francisci de Observantia, tam ultra, quam citra montes duo Fratres Germani Distinguitur interesse non possunt. Urban. VII. const. 206. §. 2. p. 75. nec sibi in eodem munere succedere. const. 283. p. 126. quæ sunt statuta generalia.
- Fraternitas prædicti de observantia, quando possint in Guardianum, aut Magistrum Novitiorum Recollectorum eligi. Urban. VIII. const. 226. §. 1. p. 84
- Fraternitas prædicti ad Recollectos transire volentes quid obtinere debeant. ibid. §. 2
- Fraternitas prædicti qui ultra tres vices ad Recollectos transierunt, an ab eis recipi possint. ibid.
- Fraternitas Minorum S. Francisci de Observantia Ministri actualis Frater, & consanguineus in primo & secundo gradu, an possit immediate succedere ad Provincialatum in Provincia Granatensi. Urb. VIII. const. 234. §. 2. p. 88
- Fraternitas prædictorum Recollectorum Provincie Granatensis è bibliothecis libros & paramenta ex Ecclesiis abstrahentes excommunicantur. Urban. VIII. const. 235. §. 1. p. 88. & const. 332. §. 3. p. 162
- Fraternitas de Observantia S. Francisci Minister Provincie Granatensis, an teneatur recipere missos ex Recollectis, qui à suæ regulæ Observantia declinarunt. Urb. VIII. const. 236. §. 2. p. 89
- Fraternitas de Observantia S. Francisci Cismontanæ familie Lectores Jubilari quomodo, & quando sint instituendi. Urb. VIII. const. 243. §. 1. p. 92
- Fraternitas prædictorum superiores ubi ad futuram jubilationem Theologie lectionem introducere possint. ibid. §. 2.
- Fraternitas prædictorum in singulis Provinciis, quot Lectores Jubilari esse possint, & quid si detur eorum vacatio. ibid. §. 3.
- Fraternitas prædictorum Superiores soli facultatem concedunt gerendi habitum Tertiariorum S. Francisci. Urban. VIII. const. 254. §. 2. p. 100. & 101
- Fraternitas prædictorum Patres Provincie in familia Ultramontana abolevit Gregorius X V. Refert Urban. VIII. const. 272. §. 1. p. 119
- Fraternitas prædictorum duos Patres Provincie in qualibet Provincia Ultramontana restituit Urban. VIII. const. 261. §. 1. p. 111
- Fraternitas Minorum de Observantia S. Francisci concessionem domorum Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis factas confirmat Urban. VIII. const. 260. §. 2. p. 110.
- Fraternitas prædictorum Secretarii Generales quando in Ministrum, seu Commissarium Generalem eligi valeant. Urb. VIII. const. 265. §. 1. p. 113
- Fraternitas Minorum S. Francisci privilegia personalia certis exceptis revocat Urb. VIII. const. 270. §. 2. p. 114
- Fraternitas prædictorum Superiores gratias, & officia intuitu personarum extra suum Ordinem lubditis concedentes, quas penas incurrant. Urb. VIII. const. 271. §. 1. p. 118
- Fraternitas prædicti favores extra suum Ordinem conquiritentes excommunicantur. ibid. §. 2.
- Fraternitas prædictorum Provincialium Indiarum facultas mittendi Commissarios, qui eorum nomine in Capitulo generali suffragium ferant. Urb. VIII. const. 274. §. 3. p. 120. & const. 286. §. 2. p. 128
- Fraternitas prædictorum Commissarii mittendi ex Indiis hujusmodi, quomodo eligendi, eorumque facultas. ibid.
- Fraternitas prædictorum in Indiis quis ad Ministri Provincialis officium assumi valeat. Urb. VIII. const. 286. §. 3. p. 128. & seq.
- Fraternitas prædictorum ac Reformatorum in Provinciis Cismontanis Vocales, seu Discretos à familia Conventuum ad Capitula Provincialia mittendos non eligi amplius statuit Alexand. VII. const. 53. §. 1. p. 267. & seq.
- Fraternitas S. Francisci de observantia Superiorum numerum augeri non posse sine dispensatione statuit Urban. VIII. const. 283. §. 2. p. 126
- Fraternitas prædictorum Superioribus facultatem liberè exercendi munus suum tribuit Urban. VIII. ibid. §. 3.
- Fraternitas prædictorum Prædicatores quibus elemosinas consignare teneantur. ibid. §. 4.
- Fraternitas prædicti quomodo & quando equitare possint. ibid. §. 5.
- Fraternitas prædicti circa chori servitium, communem mensam & alia constit. Clem. VIII. servandam jubet. ibid. §. 6. p. 127
- Fraternitas prædictorum Capituli, & Ministri Generalis facultas. ibid.
- Fraternitas prædictorum Commissarius Generalis Belgicæ nationis est triennalis, & ejus facultas. ibid.
- Fraternitas prædictorum defuncto Ministro Generali electio Vicarii Generalis ubi celebranda. ibid.
- Fraternitas prædictorum, qui habeant in hujusmodi electione votum activum. ibid.
- Fraternitas prædictorum Patres perpetui Ordinis quem locum obtineant. ibid.
- Fraternitas prædictorum Procuratoris, & Commissarii Generalis Curie Romanæ onus. ibid.
- Fraternitas prædictorum Distinguitores Generales, ubi suffragium ferant. ibid.
- Fraternitas prædictorum Ministri Provinciales ex quibus Provinciis assumendi. ibid.
- Fraternitas prædictorum Vicarii Provinciales, & Custodes quibus gaudeant privilegiis. ibid.
- Fraternitas prædictorum Commissarius Generalis Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici Ultramontanæ familie, & ejus socii cui subsint. ibid.
- Fraternitas prædictorum Lectores Ultramontanæ familie, an sint ab eorum officio amovibiles. ibid.
- Fraternitas prædictorum Ultramontanæ familie precedentiam statuit. ibid.
- Fraternitas prædictorum Commissarii Generalis Perviani facultas. ibid.
- Fraternitas

ET MATERIARUM.

- Fratrum prædictorum Secretarius Commissarii Generalis Indiarum quibus gaudeat privilegiis. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Indiarum negotia à quibus suspendenda. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Guardiani in Canaria, quando voce activa privandi. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Lectores, & Prædicatores Cismontanæ familie, quomodo instituendi. *ibidem* p. 131
 Fratrum prædictorum Studentes quando ad Theologiæ Sacræ studium transire valeant. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Laici Cismontanæ familie ad statum Clericalem transeuntes, an officiis suæ Religionis gaudere valeant. *ibid.*
 Fratres prædicti quibus vestibus indui debeant. *ibid.*
 Fratrum prædictorum defunctorum spolia cui applicanda. *ibid.*
 Fratrum prædictorum dies accessus & recessus à Conventibus notari debent. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Confessarii, & Commissarii Monialium quantum durent in Germaniæ Provinciis. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Guardiani in Bulgaria ultra triennium durare non possunt. *ibid.*
 Fratres prædicti in India Orientali juxta Statuta Segobienfia vivere possunt. *ibid.*
 Fratrum prædictorum Commissarii Generales Indiarum non possunt dispensare in constitutionibus generalibus Ordinis. Urban. VIII. const. 294. §. 3. p. 139
 Fratres prædicti cujuscumque sint dignitatis in Conventu Aracælitano subsunt obedientiæ Commissarii Generalis Ordinis. Urban. VIII. const. 296. §. 12. p. 140.
 Fratres prædicti Vallis Mazariæ in Sicilia Reformati pecunias pro celebrandis Missis recipere non possunt. Urban. VIII. const. 306. §. 2. p. 143
 Fratrum prædictorum Commissarii Provinciales Indiarum quibus honoribus gaudeant. Urb. VIII. const. 307. §. 2. p. 144
 Fratrum prædictorum Proministrorum, Custodum, & Guardianorum electiones, ac etiam Reformatorum Cismontanæ familie extra Capitulum quomodo faciendæ. Urb. VIII. const. 312. §. 1. p. 145
 Fratrum prædictorum transitus ad Reformatos ubi & quomodo concedendus. *ibid.* §. 3.
 Fratribus prædictis in Ecclesia S. M. Angelorum propè Assisium Penitentiariorum Urbis facultates tribuit. *ibid.* §. 4.
 Fratres prædicti quo onere recipiant elemosynas Cappellæ de Portiuncula à Fratribus Conventualibus S. Francisci. Urban. VIII. const. 322. §. 2. & 3. p. 153. & seq.
 Fratrum prædictorum tam Guardiani Montis Sion, quam Fratres, & locis Terræ Sanctæ privilegia concessa confirmat Alex. VII. const. 5. §. 2. pag. 198. Clemens IX. const. 10. §. 2. p. 442. & Clemens X. const. 3. §. 2. p. 488
 Fratrum prædictorum Statuta pro Provincia S. Thomæ in India Orientali confirmat Alex. VII. const. 67. §. 2. pag. 188.
 Fratrum prædictorum in Indiæ Provinciis Vicecommissarii Generalis electio quomodo faciendâ. *ibid.*
 Fratribus prædictis, ac Reformatis Cismontanæ familie, per octiduum exercitiis spiritualibus vacantibus indulgentiam plenariam concessit Alex. VII. const. 68. §. 1. p. 189. & seq.
 Fratres prædicti Provinciæ Valentiz de quorum licentia transeant ad Recollectos. Alex. VII. const. 85. §. 2. & 4. p. 306
 Fratres prædicti Provinciæ S. Saturnini in Sardinia, quomodo cadavera defunctorum ad eorum Ecclesias transportent, & alia exerceant. Alexander VII. const. 95. p. 317
 Fratrum prædictorum Provinciam S. Ladislai Regis in Slavonia erexit Alexander VII. constituit. 115. §. 2. p. 344
 Fratrum prædictorum & Reformatorum Cismontanæ familie votum perpetuum in propriis Provinciis concessit Alexander VII. const. 133. §. 1. p. 389 & seq.
 Fratrum prædictorum electiones Guardianorum, Proministrorum, & Custodum in Ultramontana familia per seclera suffragia faciendæ, & in suffragium paritate Præsidentem habere voluit votum decisivum Alexander VII. const. 139. §. 2. pag. 389
 Fratribus prædictis fundationes Conventuum intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis in familia Ultramontana prohibuit Alex. VII. const. 145. §. 2. & 3. p. 389
 Fratribus prædictis Tolosæ commorantibus novum Rosarium sub titulo Seraphici Indutes non licere decrevit Alex. VII. const. 152. §. 1. p. 397
 Fratres prædicti exponere non possunt tabulam, in qua Beata Virgo det Rosarium SS. Francisci, & Claræ. *ibid.*
 Fratrum Reformatorum S. Francisci Provinciæ Romanæ quibus competat jus præcedendi, declarat Alex. VII. const. 166. §. 3. p. 409
 Fratribus prædictis festum & officium S. Didaci celebrare & recitare die 13. Novembris ob diem 12. impeditam ejusdem mensis, indulget Clem. X. const. 30. §. 2. p. 526
 Fratres prædicti exteri Reformati quantum in Conventibus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte aureo de Urbe morari possint, declaravit Clem. X. const. 43. §. 1. p. 550
 Fratres prædicti Conventuum præfatorum Guardiani ultra terminum præfixum permittebant morari exteros, quibus subiciantur penis. *ibid.*
Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantia.
 Fratrum prædictorum Provinciam S. Salvatoris Huitgariz erexit Urb. VIII. const. 135. §. 2. p. 34
 Fratrum prædictorum Provincia sic erecta, cui subiaceat, & à quibus visitari possit. *ibid.* §. 2. & 3.
 Fratrum prædictorum Ministri Generalis auctoritas. *ibid.* §. 5. & 7.
 Fratres prædicti deputantur pro servitio Monialium S. Claræ & S. Mariæ Magdalene Neapolis. Urb. VIII. const. 183. §. 1. p. 62
 Fratres Strictioris observantia S. Francisci Provinciæ Principatus concordiam cum Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis Terræ Laboris intam servare tenentur. Urb. VIII. const. 251. §. 3. p. 99
 Fratrum prædictorum Cismontanæ familie Custodias in Provinciis Reformatas erexit Urb. VIII. const. 263. §. 1. p. 112
 Fratrum prædictorum Provinciarum hujusmodi Ministros Provinciales & Diffinitores à Protectore pro prima vice constituendos statuit. *ibid.* §. 2.
 Fratrum prædictorum Provinciæ hujusmodi quomodo nominandæ. *ibid.* §. 3.
 Fratrum Provinciarum prædictarum præcedentiam statuit. *ibid.* §. 4.
 Fratrum hujusmodi Provinciarum Procurator Generalis à quo eligendus. *ibid.* §. 5. cui privilegia communicat. *ibid.* §. 6.
 Fratrum prædictorum Diffinitores Generales quot, & ex quibus esse debeant. *ibid.* §. 8.
 Fratrum prædictorum Conventus à quibus visitandi, & quomodo gubernandi. *ibid.* §. 9. 10. & 13.
 Fratres prædicti ad observantes, & isti ad Reformatos transire possunt. *ibid.* §. 14. & 19. p. 112. & seq.
 Fratrum prædictorum custodiam reformatam Transilvaniz erexit Urbanus VIII. const. 180. §. 2. p. 125
 Fratres prædicti in unaquaque Italiæ Provincia unum, vel duo professoria pro Clericis professis instituere tenentur. Urb. VIII. const. 295. §. 1. p. 139
 Fratres prædicti in cujusque Provinciæ duobus, vel tribus Conventibus lectionem Theologiæ Moraliz habere debent. *ibid.* §. 2.

INDEX RERUM,

- Frater Prædicatorum in Convenciis singulis Theologiae publicis prælegi debet, cui interesse omnes præcepit Urbanus VIII. ibid. § 4.**
- Frater Prædicatorum legata accipere non possunt. ibid. § 4.**
- Frater Prædicatorum ad quas processiones convenire debeant ibid. § 5.**
- Frater Prædicatorum Novitii quomodo recipiendi, ibidem § 6.**
- Frater Prædicatorum particulas ex panno lineo, & lino, quomodo deferant. ibid.**
- Frater Prædicatorum Laici Clericos profectos non procedunt Urbanus VIII. constit. 311. § 2. p. 144.**
- Frater Prædicatorum precedentiam statuit Urb. VIII. constit. 313. § 2. p. 146.**
- Frater Prædicatorum Provinciam Reformatam Sancti Vigili erexit Urbanus VIII. constit. 317. § 2. pag. 150.**
- Frater Prædicatorum S. Francisci Strictioris Observantæ in Hibernia existentibus pro singulis conventibus Altare Privilegium concessit Urbanus VIII. constit. 331. § 1. p. 163.**
- Frater Prædicatorum Provinciae Romanae è bibliothecis abstrahentes libros excommunicantur, Innoc. X. constit. 47. § 1. p. 185.**
- Frater Prædicatorum Provinciae Austriæ reformatione confirmat Alexand. VII. constit. 62. § 1. p. 284. & seq.**
- Frater Prædicatorum Provinciae prædictæ quomodo moderanda, ibid.**
- Frater Prædicatorum Provinciam reformatam S. M. Ungariæ erexit Alexander VII. constit. 79. § 2. & 3. p. 302.**
- Frater Prædicatorum Ordinis S. Dominici.*
- Frater Prædicatorum in Indiis existentes extra Conventum degere sine Sedis Apostolicæ & Superiorum licentia prohibentur, Urbanus VIII. constit. 205. § 2. pag. 75.**
- Frater Prædicatorum novitii emissæ professione in locis ad novitium non designatis non tenentur ad iterandum novitium, sed sufficit ratificatio professionis absque nova Vocalium acceptatione, Urb. VIII. constit. 208. § 2. p. 6.**
- Frater Prædicatorum nullum in Romana Curia negotia gerenda per Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis gerere posse declaravit Urbanus VIII. constit. 217. § 2. p. 79.**
- Frater Prædicatorum numerum Magistrorum Provinciae Romanae præfixit Urbanus VIII. constit. 162. § 1. pag. 111.**
- Frater Prædicatorum in Magistrum quis eligi valeat, Urbanus VIII. ibid. § 1.**
- Frater Prædicatorum Provinciales Provinciae Romanae biennales esse decrevit Urbanus VIII. constit. 262. § 1. & seq. quod extendit etiam ad Provinciam Poloniam idem constit. 287. § 3. p. 129.**
- Frater Prædicatorum Provinciales, Priores, & alii Officiales realiter & cum effectu per tempus à Constitutionibus præscriptum durare valent, Urban. VIII. constit. 329. § 1. p. 161.**
- Frater Prædicatorum Capitulum Jansæ celebratum annullavit Urbanus VIII. constit. 324. § 1. p. 156. & seq.**
- Frater Prædicatorum Ministro Generali parvos Conventus supprimendi, & bona in majores Conventus transferendi facultatem tribuit Urbanus VIII. constit. 282. § 1. p. 62.**
- Frater Prædicatorum ad factos Ordines promovendi ubique terrarum quam ætatem explevisse debent, declarat Alexander VII. constit. 143. § 3. p. 188.**
- Frater Prædicatorum Laicos ad factos Ordines transientes excommunicationi subjacere voluit, ibid. § 4. p. 212.**
- Frater Prædicatorum Indiarum ad munia sui Ordinis electi, quando teneantur Magistro Generali transmittere acta suæ electionis, Alexander VII. constit. 146. § 4. pag. 391.**
- Frater Prædicatorum sic assumpti hujusmodi acta non transmittentes, quas penas incurant. ibid.**
- Frater Prædicatorum Priores Parochorum in Indiarum partibus à quibus sint eligendi, declaravit Alex VII. constit. 155. § 4. p. 398.**
- Frater Prædicatorum in Priores Parochorum assumi nequeunt, nisi calleant idioma Plebis. ibid.**
- Frater Prædicatorum sic assumpti ultra tres leucas à Parochorum residentia elogare se minime possunt ibid.**
- Frater Prædicatorum Teutonice ullam separationem, aut divisionem fieri posse in illa Provincia sub pena excommunicationis prohibuit Alexander VII. constit. 174. § 4. p. 424.**
- Frater Prædicatorum Magistri Generalis literas pro Religiosis Provinciae Hiberniæ, & aliarum ejusdem Ordinis sublevandis, novisque nationalibus Collegiis & domibus in Hispania, & alibi erigendis confirmat Clemens IX. constit. 12. § 2. p. 447.**
- Frater Prædicatorum Ordini univervo Officium & Missam de B. Gundisalvo de amarante recitare, & celebrare posse indulgit Clemens X. constit. 40. § 4. p. 548.**
- Frater Præmonstratensis.*
- Frater Præmonstratensis in Regnis Hispaniarum, sine Sedis Apostolicæ licentia habitum mutare, Urbanus VIII. constit. 293. § 4. p. 128.**
- Frater Prædicatorum habitum antiquum reassumere jussit & terminum præfixit, ibid. § 4. p. 139.**
- Frater Prædicatorum prænomen fratris reassumere voluit, ibid. § 4.**
- Frater Prædicatorum Ecclesiis visitantibus in festo Sancti Norberti indulgentiam largitur Urbanus VIII. constit. 327. § 3. p. 139.**
- Frater Tertii Ordinis S. Francisci.*
- Frater Tertii Ordinis Sancti Francisci quem habitum deferant, declarat Urbanus VIII. constit. 275. § 1. & 4. pag. 121.**
- Frater Prædicatorum pro festo Portiunculæ indulgentiam perpetuam largitus est Urbanus VIII. constit. 316. § 3. p. 149.**
- Frater Prædicatorum Conversi Congregationis Gallicanæ quando votum habeant in electionibus, Innoc. X. constit. 35. § 3. p. 183. & seq.**
- Frater Prædicatorum Congregationis Gallicanæ oblationem, quomodo recipiendi, Alexander VII. constit. 69. § 2. p. 290.**
- Frater Prædicatorum laicorum numerus per Generalem præfigendus, ibid. § 4.**
- Frater Prædicatorum totius Capituli consensus quando necessarius in censuum impositionibus, ibidem § 3.**
- Frater & Conventus Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ Galiciæ, & Legionis Regnis degeret, à jurisdictione Ministri Provincialis Minorum de Observantia S. Jacobi exemit Alexand. VII. constit. 151. § 2. & 3. p. 396. & seq.**
- Frater Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.*
- Frater Prædicatorum Capitulum de sexennio in sexennium celebrandum statuit Innoc. X. constit. 61. § 3. & 4. p. 191. & seq.**
- Frater Prædicatorum cum Fratribus B. M. de Mercede concordiam inierunt quam confirmavit Alexander VII. constit. 248. § 2. p. 139.**
- Frater Prædicatorum Provinciae Castellæ, Aragoniæ, & Bæticæ, aliarumque Provinciarum cappa nigra uti non possunt, Alexander VII. constit. 169. § 3. pag. 412. & seq.**
- Frater Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Reformati, sive Disalceati.*
- Frater Prædicatorum privilegia confirmantur ab Urbano VIII. constit. 69. § 3. p. 14.**
- Frater Prædicatorum Congregationem in Regno Franciæ erexit Urbanus VIII. constit. 154. § 3. p. 50.**
- Frater Prædicatorum habitum generalium præscribit, ibid.**
- Frater Prædicatorum, cui subsint, ibid. § 4.**
- Frater Prædicatorum Ministri Generalis in hujusmodi Reformatos auctoritas. ibid.**
- Frater

ET MATERIARUM.

Frates predicti post emissam Professionem ad aliam Religionem transeuntes, apostasiam incurrunt. *ibid.* §. 9.
 Fratrum predictorum pro felicitiori gubernatio sumpta fieri, & Superiores creati mandata. *ibid.* §. 6. & 7.

Fratum predictorum Provinciales, à quo confirmandi. *ibid.* §. 10.

Fratum predictorum Capitulum Provinciale quando convocandum, prescribit Urbanus VIII. *ibidem.*

Fratribus predictis privilegia elargitur. *ibidem.* §. 11. & seq.

Fratribus predictis transitus ad Ordinem Minorum S. Francisci de Paula est prohibitus. Urbanus VIII. constit. 230. §. 4. & 5. *p. 86*

Fratum predictorum, in alia Religione Professionem emittentium poenae. *ibid.* §. 6.

Fratum predictorum eorumque confraternitatum privilegia confirmat Alexander VII. constit. 13. §. 2. *pag. 212*

Fratribus predictis Congregationis Hispaniae in tres Provincias suam Congregationem dividere, & duos Diffinitores Generales augere sub certa conditione posse indulget Alexander VII. constit. 49. §. 1. 2. & 3. *pag. 262. & seq.*

Fratum predictorum Congregationis Hispaniae qui Praelati habeant votum in Capitulis generalibus. Alex. VII. constit. 86. §. 4. *p. 307*

Fratum predictorum Laici Congregationis Hispaniarum quartum, ultra tria, votum de non transeundo ad statum Clericalem, & ad Ordines Sacros, addere tenentur. Alexander VII. constit. 138. §. 3. *p. 384*

Fratum predictorum Congregationis Gallicanae Clericis non competere in Capitulis jus suffragandi, statuit Alexander VII. constit. 140. §. 1. *p. 385*

Fratum predictorum Congregationis praefatae Laicis in quocumque negotio jus nullum suffragandi competit. *ibid.*

Frates, & Religiosi.

Fratum, & Religiosorum numerus in Conventibus constituatur, qui ibi commodè sustentari valeat. Vide in verbo *Regulares.*

Fratibus, & Religiosis quibuscumque novorum locorum erectionem sub titulo de propaganda fide, sine Sedis Apostolicae licentia prohibuit Urbanus VIII. constit. 282. §. 1. *p. 125*

Fratum, & Religiosorum Conservatores qualiter eligantur, & quae sit eorum facultas. Vide supra verbo *Conservatores Religionum.* Vide etiam infra in verbo *Regulares.*

Fructus.

Fructus, & redditus ad Sedem Apostolicam, & personas Ecclesiasticas spectantes ratione beneficiorum usurpans, & sequestrans excommunicatur. Alex. VII. constit. 16. *pag. 218. & Clemens X. constit. 34. §. 17. p. 528*

Super Fructibus beneficiorum omnium Ecclesiasticorum & pensionum in universa Italia & Insulis adjacentibus sex decimas per decennium solendas indixit Alexander VII. constit. 112. §. 4. & seq. *p. 338*

G

Gabella.

Gabellis sive pedagiis non permittunt imponere sunt excommunicati. Alexander VII. constit. 16. *p. 218. & Clemens X. constit. 34. §. 5. p. 528*

Germanicum Collegium.

Vide in verbo *Collegium.*

Germania Pax.

Vide *Pax Germania.*

Gratia.

Gratia, vel justitia praestanda aliquid dantes, vel promittentes, seu recipientes excommunicantur à Bonifacio VIII. & Gregorio XIII. ut refert, & innovat Alexander VII. constit. 19. §. 1. & 2. *p. 223. & seq.*

Gubernator, sive Index Burgi.

Gubernatoris, sive Judicis Burgi jurisdictionem per re-

formationem illius Tribunalis derogari non potest. Clemens IX. constit. 6. §. 3. *p. 438*

Gubernator Conclavis.

Vide in verbo *Conclave.*

Gubernator Urbis.

Gubernatorem Urbis, Burgi Vicegubernatorem esse voluit Clemens IX. constit. 6. §. 3. *p. 438*

Gubernator Urbis, tam plena, quam vacante Sede, quam jurisdictionem in illo Tribunali exerceat. *ibid.* §. 9. *p. 439. & seq.*

B. Gundisalvus de Amarante.

B. Gundisalvi de Amarante officium, & Missam ad universum Fratrum, & Monialium S. Dominici Ordinem extendit Clem. X. constit. 40. §. 4. *pag. 48. & seq.*

H

Habitaio, Habitatio.

Habitationem, & redditus Collegio Penitentiarum assignavit Alexander VII. constit. 59. §. 3. *p. 279.*

Habitatores Burgi. Vide in verbo *Burgum.*

Habitus.

Habitus Tertiariorum S. Francisci cum quorum licentia deferri possit. Urbanus VIII. constit. 251. §. 2. *p. 160.*

Habitum Fratrum tertii Ordinis S. Francisci praefinit Urbanus VIII. constit. 275. §. 1. & 4. *p. 122*

Habitum antiquum resumere, & novum deponere iussit Fratibus Praemonstratensibus in Hispaniarum Regno Urbanus VIII. constit. 293. §. 13. *p. 138*

Habitum, & rochetum Notariorum Sedis Apostolicae, etiam quod non deferant Conclavistae, sunt vetustales. Clemens IX. & X. constit. 3. & 4. §. 1. *pag. 429. & 482.*

Haereticus.

Haereticus defunctorum non possunt cogi à Curatis, ut Missae pro defunctis in Ecclesiis Parochialibus celebrentur. Urbanus VIII. constit. 188. §. 2. *p. 66. & seq.*

Haereticum ob negligentiam, & moram in solvendis legatis Christi pauperibus relictis Ministros Fabricae S. Petri in subsidium executores deputavit Alexander VII. constit. 8. §. 3. *p. 204*

Haereticus.

Haereticus in materia correctionem fraternam admitti noluit Alexander VII. constit. 98. §. 4. *p. 322. & seq.*

Haereticus.

Haeretici excommunicantur singulis annis in die Coenae Domini. Alexander VII. constit. 16. *p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 1. p. 528.*

Haereticorum defensores, & schismaticos tuentes, seu libros haereticos continentes, seu de religione tractantes, qui legunt, retinent, imprimunt excommunicantur. *ibid.* §. 1.

Haereticos, vel de haeresi leviter suspectos obligatio denunciandi quoscumque ligat. Alexander VII. constit. 98. §. 2. *p. 322*

Hierosolimitani Milites.

Vide infra in verbo *Milites.*

Hora Canonica.

Horarum Canoniarum ob non recitationem beneficiorum fructus quomodo possunt percipere Cubicularii, Conclavistae, Capellani, & Dapiferi Pontificis. Vide supra in verbo *Cubicularii, Dapiferi, Conclavistae, Capellani.*

Hospites sive Tabernarii.

Vide in verbo *Campones.*

Hostes.

Hostibus arma deferentes, vel transmittentes, seu quamcumque materiam, qua Catholicos impugnant, vel faventes in Christianorum damnum, excommunicati sunt. Alexander VII. constit. 16. *pag. 218. & Clem. X. constit. 54. p. 528*

INDEX RERUM.

I

S. Iacobus Apostolus.
S. Iacobi Apostoli officium singulis feriæ secundæ diebus (certis temporibus exceptis) ad universum Hispaniarum Clerum extendit Clemens IX. constit. 2 §. 3. p. 428
S. Iacobi de Alcantara, & Spaha Milites.
 Vide in verbo *Milites.*
Jansenius.
 Jansenii liber, cui titulus Augustinus, prohibetur ab Urbano VIII. constit. 289. §. 8. p. 134. & Alex. VII. constit. 285. §. 6. p. 238. & seq.
Jansenii Propositiones.
 Vide in verbo *Propositio.*
Japones.
 Vide infra in verbo *Provincia Iaponica.*
Jesuati Fratres.
 Vide supra in verbo *Jesuati S. Hieronymi.*
Jesuita.
 Vide in verbo *Societas Jesu.*
S. Ignatius Loyola.
 S. Ignatii officium sub ritu duplici ab omnibus, qui ad horas Canonicas tenentur, recitari de. revit Clem IX. constit. 11. §. 1. p. 443
Imago.
 Imagines depictas, vel impressas Sanctorum Ordinis S. Augustini cum habitu Discalceatorum non possunt habere Discalceati S. Augustini. Urbanus VIII. constit. 140. §. 1. & 2. p. 91
 Imaginum Sacrarum habitus, & forma præscribitur ab Urb. VIII. ibid.
Impediens.
 Impedientes eos qui victualia ad Urbem deferunt, excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clemens X. constit. 34 §. 8. p. 529
 Impedientes cursum causarum ad Curiam excommunicantur. iidem §. 12.
 Impedientes executionem literarum Apostolicarum excommunicantur. iidem §. 14.
Impetratio Beneficiorum.
 Impetrationibus ne quis utatur, seu ne impetret à Romana Curia, prohibentes, seu impedientes excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34 §. 13. p. 529
Impositio, & Impensus.
 Imponentes onera personis, seu bonis Ecclesiasticis, exigentes, recipientes, faventes excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34 §. 13. p. 529
 Impositionem sex decimarum super fructibus Ecclesiasticis Italiae pro ope Ferdinando Imperatori ferenda, indixit Urbanus VIII. constit. 153. §. 2. p. 47
 Impositionis hujusmodi solutionum tempora statuit. ibid.
 Impositionis hujusmodi collectorem facit, eique privilegia elargitur. ibid. §. 7. p. 48
 Impositionem triennem super fructibus Commendarum S. Ioan. Hierosolymitani approbat Urbanus VIII. constit. 194. §. 1. p. 2
 Impositionem duorum pro centenariis super fructibus Ecclesiasticis Italiae pro sublevandis Germaniæ necessitatibus indixit Urbanus VIII. constit. 186. §. 3. pag. 63. Vide etiam in verbo *Decima.*
 Impositionem subsidii scutorum trecentum millium monet super bonis undecim Congregationum Regularium pro Sedis Apostolicæ necessitatibus habes Alexandro VII. constit. 115. §. 1. p. 359
Impressio Librorum.
 Vide infra in verbo *Libri.*
Impudica Mulieres.
 Vide infra in verbo *Meretrices*, & supra verbo *Conversæ.*
Index Librorum Prohibitorum.
 Index Librorum prohibitorum noviter impressum ob-

servari mandavit Alexander VII. constit. 150. §. 6. p. 395.
Indiarum Parochi.
 Indiarum Parochi non possunt cogere pauperes ad opus pro suis Ecclesiis impendendas non soluta iusta mercede. Alexand. VII. constit. 48. p. 260. & Clemens IX. constit. 38. p. 474
 Indiarum Parochi quomodo se gerere debeant in nullis & indistinctis, qui sacro, aut catechesi non interfuerint. iidem. ibid.
 Indiarum Parochi quomodo populum instruere teneantur, iidem. ibid.
 Indiarum Parochi conventibus ubi de rebus publicis agitur, interesse prohibentur. ibid.
 Indiarum Parochi à Parochianis quaesturare non possunt. ibid.
 Indiarum Parochi cada vera pauperum Christi fidelium gratis sepelire tenentur. Alexander VII. ibid. & Clemens IX. ibid. p. 475
 Indiarum Parochi non naturales illarum partium apud se Capellanum natalibus Indum retinere tenentur, & ad quem finem, declarat Clemens IX. constit. 38. pag. 475
 Indiarum Parochi celebrare volentes Sacerdotes indigenas arce non possunt. iidem. ibid.
 Indiarum Parochi in Villis, & Pagis per se, vel per alium Grammaticam, & alias artes liberales pueros docere tenentur. ibid.
India.
 Indiarum ad Seminarium nobiles debita solventes alimenta, & ad scientias addiscendas, & scholas omnes, nullo habito generis discrimine, admitti debere statuerunt Alexander VII. constit. 48 p. 260. & Clemens IX. constit. 38. p. 474
 Indiarum in Partibus Priores Parochorum Ordinis Prædicatorum qui, & à quibus sint eligendi, eorumque requisita, & obligationes declarat Alexander VII. constit. 155. §. 4 p. 398. Vide etiam in verbo *Parochi.*
 Indiarum Superiores Regularium quid cum Parochis extra Conventum commorantibus agere debeant, iidem. ibid.
 Indiarum Regulares Neophytos Deo sub Religionis iugo servire volentes acceptare tenentur. Alex. VII. constit. 48. p. 260. & Clem. IX. constit. 38. pag. 474
 Indiarum Presbyteri seculares à beneficiis curatis, & alio Ecclesiastico munere non sunt arcendi. iidem. ibid.
 Indiarum Regulares idioma vernaculo pluries in anno prædicare tenentur. ibid.
 Indiarum Regulares quomodo ad Baptismum Ethnicos inducant, iidem. ibid.
 Vide in verbo *Ethnici.*
 Indiarum Sacerdotes indigenæ deputandi etiam ad confessiones audiendas. ibid.
 Indiarum Sacerdotes quomodo Christi fidelium confessiones excipere teneantur, declarantur iidem. ibid.
 Indiarum ægrotis Sacramenta deferri, quamvis in vili degant loco, voluerunt iidem. ibid.
Indiarum Neophyti.
 Vide in verbo *Neophyti.*
Indulgentia.
 Indulgentias Monialibus, Anachoretis, & Carceratis occasione Iubilæi universalis concedit Innocentius X. constit. 43. §. 3. p. 84
 Indulgentiam Portiunculæ etiam anno Iubilæi 1625. non revocata intelligi decernit Urbanus VIII. constit. 155. §. 2. pag. 4. & Innocentius X. constit. 44. §. 2. p. 184
 Indulgentiam Portiunculæ tempore pestis ad Ecclesias omnes Franciscanorum, & ubi non aderant, ad Ecclesias Matrices extendit Urbanus VIII. constit. 155. §. 2. p. 55
 Indulgentiam plenariam in certis anni festivitibus ad altare S. Catharinæ in Ecclesia S. Mariz super Minervam concessit Urbanus VIII. constit. 246. §. 2. p. 94
 Indulgentia plenaria pro visitantibus Ecclesias Societatis Iesu certis servatis in S. Francisci Xaverii festo. Urbanus VIII. constit. 256. §. 2. p. 192
 Indulgentia perpetua in Ecclesiis Fratrum Tertii Ordinis

ET MATERIARUM.

nia S. Francisci pro festo Potiunculae. Urbanus VIII. constit. 316. §. 3. p. 150

Indulgentiam visitantibus Ecclesias Ordinis Præmonstratensis in festo S. Norberti elargitur Urbanus VIII. constit. 317. §. 3. p. 159

Indulgentias in forma Jubilæi initio sui Pontificatus ad divinam operam implorandam pro felici Ecclesie regimine indixerunt Clem. IX. constit. 3. §. 1. p. 429. & Clemens X. constit. 6. §. 2. p. 492. & Alexander VII. constit. 2. p. 193. & constit. 23. p. 231

Indulgentiarum prædictarum occasione Confessarii electi, & eorum facultates quænam sint, lege in prædictis constitutionibus. ibid.

Indulgentiam S. Francisci Xaverii transfert Innoc. X. constit. 48. §. 2. p. 185

Indulgentiam plenariam Regularibus, & Sæcularibus vacantibus exercitiis spiritalibus in domibus Societatis Iesu elargitur Alexander VII. constit. 44. §. 1. p. 257. Vide in verbo *Exercitia Spiritualia*.

Indulgentiam plenariam Visitantibus Ecclesias Societatis Iesu in festo S. Francisci Xaverii concessit, & transfudit Alexander VII. constit. 144. §. 2. p. 389

Indulgentias Christi Fidelibus Status Ecclesiastici divinam operam implorantibus pro tuitione Regni Græcæ contra Turcas, ac felici directione negotiorum Regni Poloniæ elargitus est Clem. IX. constit. 27. §. 3. p. 465. & seq. quas ad Christi Fideles Italiam extendit idem constit. 28. §. 4. ibid. & constit. 34. §. 2. p. 470. & const. 37. §. 2. p. 474

Indulgentiis & sacris Reliquiis Congregationem præpositam erexit Clem. IX. 36. §. 1. p. 473

Indulgentiam plenariam interuentibus Missæ certo tempore celebrandæ de Nomine Beatissimæ Virginis Mariæ in universis Regnorum Hispaniarum Ecclesiis elargitur Clem. X. constit. 38. §. 2. p. 554

Indulgentias pro visitantibus Ecclesias Ordinis Eremitarum S. Augustini in certis anni festiuitatibus indixit Clem. X. constit. 53. §. 1. p. 563

Indulgentiam perpetuam plenariam pro visitantibus Ecclesias Ordinis S. Benedicti certis anni diebus elargitus est Clem. X. constit. 54. §. 1. p. 564

Indulgentias Confraternitatibus concessas. Vide in verbo *Confraternitas*.

Indulgentia.
Vide in verbo *Privilegium*.

Infundatio.
Vide supra in verbo *Alienatio*.

Infirmus.
Infirmorum confessiones quovis anni tempore audire possunt Religiosi in Diocesi Episcopi approbantis sine ipsius, & Parochi licentia, sed ad quid inde tenentur, declarat Clem. X. constit. 7. §. 4. p. 494

Inhibitiones.
Inhibitiones penales, & mandata contra iudices Ecclesiasticos procurantes à iudicibus sæcularibus, & eorum fautores, excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. pag. 218. & Clemens X. constit. 34. §. 6. p. 576

Innocentius X.
Innocentius X. Romanus pronuntiatus fuit Pontifex Romæ die 15. Sept. anni 1644. & coronatus die 4. Octobris ejusdem anni. p. 167

Innocentius X. obiit Romæ 7. Ianuarii 1655. ibid.

Interfectores.
Interfectores Episcopi Nicoterensis, eorumque fautores excommunicantur à Clemene IX. constit. 31. §. 2. pag. 466

Invadentes.
Invadentes, vel occupantes terras, & loca Sanctæ Romanæ Ecclesie, eorumque Complices, & fautores excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 20. p. 576

Inventarium.
Inventarium de bonis, pecuniis, & aliis rebus tenentur conficere Cisterciensium Præses, Abbates, & Visitatores, & quibus tradere tenentur, declarat Urbanus VIII. constit. 155. p. 52

Inventarium Actorum, & Scripturarum Tribunalis Burgi antequam inde ad officium Gubernatoris asportentur, & fieri voluit Clemens IX. constit. 64. §. 9. p. 439

B. Iosaphatus.
Beatum Iosaphatum Martyrem Ordinis S. Basilii, Archiepiscopum Polocensem Beatorum catalogo adscripsit Urbanus VIII. constit. 326. §. 2. p. 158. & seq.

Beati Iosaphati prædicti Officium, & Missam celebrari, & recitari posse indultit idem. ibid.

Jubilæum.
Jubilæum ad divinam operam implorandam pro felicitate universalis Ecclesie regimine indixerunt initio sui Pontificatus Clem. IX. constit. 1. p. 427. & seq. & Clem. X. constit. 6. p. 231. & seq.

Jubilæum universale ad implorandam divinam operam pro Ecclesie necessitatibus indixit Alexander VII. constit. 23. p. 231.

Jubilæi prædicti occasione facultates eligendi Confessarium. ibid. §. 2.

Jubilæum universale ad implorandam divinam operam contra Turcas indixit Alexander VII. constit. 111. p. 336. & seq.

Judæi.
Judæos teneri ad solutionem domorum illocatarum Ghetti pro tempore quo illæ non sunt locatæ, voluit Alexander VII. constit. 57. §. 2. p. 273.

Judex Burgi Roma.
Vide in verbo *Gubernator*.

Judices.
Judices quicumque & Magistratus sæculares personas Ecclesiasticas ad sua Tribunalia trahentes, excommunicantur. Alex. VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 13. p. 529.

Judices ac Magistratus sæculares causas beneficiale à iudicibus Ecclesiasticis advocantes, excommunicantur. iidem §. 4.

Judices sæculares se interponentes in causis criminalibus contra personas Ecclesiasticas, excommunicantur. iidem §. 19

Jurare Injuramentum.
Juramentum quale tenentur præstare Capellæ Pontificie Capellani. Innoc. X. constit. 21. §. 14. p. 176. Alex. VII. constit. 11. §. 11. p. 211. Clem. IX. constit. 25. §. 12. pag. 463. & seq. & Clem. X. constit. 20. §. 12. p. 516.

Juramentum quale præstare tenentur Seminariæ S. M. de Victoria de Urbe. Alex. VII. constit. 11. §. 5. p. 206 & constit. 126. §. 4. p. 355.

Juramentum quale præstare voluit musicos Alex. VII. constit. 38. §. 2. p. 353

Juramentum obedientie præstare tenentur Rectori Complutensis Academiæ Lectores, Doctores, & Scholares. Alex. VII. constit. 75. §. 1. & 2. p. 297. & seq. & constit. 75. §. 2. p. 298

à Juramento non censentur absoluti alumni Collegiorum Apostolicorum ad Religionem admittuntur. Alex. VII. constit. 97. §. 11. p. 323

Juramento ab alumnis prædictis præstando clausulam quandam addit idem. ibid. §. 5. p. 324

Juramenti formulam per prædictos alumnos præstandi præscripsit Alex. VII. ibid.

Jurare quomodo debeant Cisterciensium Congregationis Hispaniæ antequam ad aliquam Abbatis electionem deveniant, declarat Clem. X. constit. 55. §. 6. p. 565

Jurisdiclio.
Jurisdictionem Tribunalis Burgi reformavit Clem. IX. constit. 6. p. 438. & seq.

Jurisdictioni Judicis Burgi per reformationem derogari noluit. ibid. §. 8.

Jurisdictioni Ordinariarum subsunt Clerici, & Laici Congregationum Suppressarum in constit. 30. Clem. IX. §. 3. p. 467. ad aliam religionem transire nolentes.

Inspatronatus.
super Juratronatus Ducis Medinæ Sydoniæ in tres Conventus Fratrum Congregationi. Hispaniæ Ordinis B. M. de Mercede Provinciæ Andalusie conventiones confirmat. Alexander VII. constit. 66. §. 2. p. 287.

INDEX RERUM.

L

Largitio Munerum.

Vide in verbo *Munerum Largitio.*
Laetana Sacra Domus Penitentiarum
 Vide in verbo *Penitentiarum Collegium.*
Leitorum Inhibitorum Tituli.
 Vide in verbo *Tituli Leitorum.*

Legata pia.

Legata pia cum perpetuo onere Missarum acceptare possunt Fratres Minimi S. Francisci de Paula, Urban. VIII. constit. 43. §. 3. p. 6.
 Legata acceptare non possunt Fratres Sancti Francisci Strictioris observantiae, Urbanus VII. constit. 295. §. 4. p. 139.
 Legata pauperibus in genere relicta, eisdem non Fabricae S. Petri de Urbe, applicanda statuit Alexander VII. constit. 8. §. 2. p. 204.
 Legata pro piis operibus incertis relicta Fabricae praedictae debentur, Alexander VII. constit. 107. §. 3. p. 330.

Legati Sedis Apostolicae.

Vide in verbo *Nuncios.*

Libri.

Libros extrahentes è bibliotheca Genuensi Fratrum Minorum S. Francisci de Paula excommunicantur, Urban. VIII. constit. 45. §. 1. p. 7.
 Libros Hæreticorum tenentes, legentes, & imprimen-tes excommunicantur, Alex. VII. constit. 16. p. 218 & Clem. X. constit. 34. §. 1. p. 529.
 Libros è Bibliothecis, & paramenta ex Ecclesiis Fratrum Recollectorum S. Francisci Provinciae Granatensis abstrahentes excommunicantur, Urb. VIII. constit. 235. §. 1. p. 88. & constit. 332. §. 3. p. 162. & seq.
 Libros & quinterna, seu folia è bibliothecis Capucino-rum extrahentes excommunicationi subjunguntur, Alexand. VII. constit. 24. §. 1. p. 227.
 Liber cui Titulus Augustinus Jansenii prohibetur cum aliis relatis in calce constitutionis 289. Urb. VIII. §. 8. 10. & 12. p. 134. & seq. Alexander VII. constit. 28. §. 6. p. 238. & seq.
 Libros è bibliothecis Carmelitarum Discalceatorum extrahentes excommunicantur, Urbanus VIII. constit. 302. §. 2. p. 141.
 Libri Mercatorum Fundaci usque ad quam summam pro- bent, Urb. VIII. constit. 315. §. 1. p. 149.
 Libros extrahentes è bibliothecis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum excommunicantur, Urban. VIII. constit. 319. §. 1. p. 151.
 Libros ex Bibliothecis Fratrum S. Francisci strictioris observantiae Provinciae Romanae abstrahentes ex-communicantur, Innoc. X. constit. 47. §. 1. p. 185.
 Libros introitus, & exitus tenentur exhibere Episcopis Regulares Conventuum ejus jurisdictioni subiecto-rum, Alexander VII. in constit. 4. Quae sunt decla-rationes decreti Innoc. X. declar. §. p. 197. & seq.
 Libros Magister Curforum habere debet, sed ad quem effectum, Vide constit. 77. Alexandri VII. §. 4. & 6. p. 299.
 Libri hujusmodi pecuniarum debitarum, & solutarum quam Auditori Generali sint à Magistro Curforum exhibendi, ibid. §. 9.

Librorum prohibitorum Index. Vide in verbo *Index Librorum prohibitorum.*

Licentia.

Licentia ingrediendi Monasteria Monialium. Vide in verbo *Censensus.*
 Licentia abentes intromittendo se in causis crimina-ribus contra Ecclesiasticos, sunt excommunicati, Alex-ander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 19. p. 530.
 Licentiam pernoctandi non concedant Mona ho juve- ni etiam recreationis gratia extra Monasteria sub pena suspensionis ab officio per sex Menses, Abba-tes Cisterciensium Congregationum Lombardiae & Tusciae, Urb. VIII. constit. 155. p. 52.

Licentia Protectoris, vel Generalis pro Capocins ve- niendi Romam, Urbanus VIII. constit. 166. §. 1. p. 57.

Licentia Cardinalium negotiis Regularium præposito- rum habenda à Laicis Fratrum B. M. de Mercede pro transitu ad statum Clericalem, Urbanus VIII. constit. 174. §. 2. p. 59.

Licentia Sedis Apostolicæ & Superiorum Ordinis Prae- dicatorum manendi extra Conventum in Indijs ne- cessaria Fratribus ejusdem Ordinis Urbanus VIII. constit. 205. §. 2. p. 75.

Licentia erigendi Crucem in publicis processionibus pro Eremitis Discalceatis S. Augustini, Urb. VIII. constit. 225. §. 1. p. 83.

Licentia Procuratoris Generalis Congregationis Mon- tis Oliveti pro imponendis censibus ad sublevandas Monasteriorum indigentias Urb. VIII. constit. 245. §. 3. pag. 93.

Licentia in scriptis Superiorum Minorum S. Francisci pro gerendo Tertiatorum ejusdem Ordinis habitu necessaria, Urb. VIII. constit. 254. §. 2. p. 100.

Licentia Ordinarii pro erigendis novis locis in Provin- cia S. Joannis Baptistæ in Hispania Ordinis Min- orum S. Francisci Discalceatorum, Urbanus VIII. constit. 266. §. 2. pag. 113.

Licentia Datarum pro habentibus officia Notariatum ad faciendam transumpta literarum Apostolicarum, In- noc. X. constit. 50. §. 1. p. 186.

Licentia Sedis Apostolicæ expressa pro transitu Discal- ceatorum B. M. de Mercede Redemptionis Captivo- rum ad Calceatos ejusdem Ordinis, Urbanus VIII. Refert, & innovat Innoc. X. constit. 25. §. 1. p. 176 & seq.

Licentia Majoris partis pattum Vocalium Diffini- torum, ut Minores Discalceati S. Francisci Hispaniarum ad aliam Religionem transire valeant, Alex. VII. constit. 63. §. 1. p. 285.

Licentia Ministri Provincialis pro Minoribus de Ob- servantia S. Francisci Provinciae Valentiae ad Recol- lectos transire volentibus, Alexander VII. constit. 85. §. 2. p. 306.

Licentia Protectoris Monasterii Convertitarum per Meretrices obtinenda ad faciendos census vitalitios cum earum vita pereuntis, Clem. X. constit. 22. §. 4. p. 519.

Licentia prædicta quando concedenda, ibid. §. 5.

Littera Apostolica.

Litterarum Apostolicarum executionem impediennes ex- communicantur ab Alexandro VII. constit. 16. p. 218. Clem. X. constit. 34. §. 14. p. 530.

Litterarum Apostolicarum transumpta facere non pos- sunt, nisi qui Notariatuum officia habeant, sed cum Datarum licentia, Urban. VIII. constit. 292. §. 2. p. 137. & seq. Quod confirmat, Innocentius X. constit. 50. §. 3. p. 187.

Litteræ Apostolicæ pro Capellanis Pontificis gratis ubique expediendæ, Innoc. X. constit. 21. p. 173. Alex- ander VII. constit. 11. p. 208. Clemens IX. constit. 25. p. 460 & Clem. X. constit. 20. p. 513.

Litteræ Apostolicæ pro Con. lavistis gratis sunt expe- diendæ, Clemens IX. & X. constit. 3. & 2. §. 7. & 6. p. 429. & 489.

Litteras pro Dapiferis gratis expediri mandarunt Clem. IX. & Clem. X. constit. 5. & 4. §. 6. p. 415. & 488.

Litteræ Magistri Generalis Fratrum Praedicatorum, Vide in verbo *Frares Praedicatorum.*

Litterarum Apostolicarum Abbreviatores, Vide in ver- bo *Abbreviatores.*

Locatio.

Lo. ationes, accipere, facere, vel Monachis conferre non licet Praelatis Monachorum Cassinensium, In- nocent X. constit. 15. §. 1. & 3. p. 167. & seq.

Locationem bonorum Ecclesiarum Urbis consanguoi- neis earum Rectorum fieri prohibuit Alex. VII. constit. 17. §. 1. p. 252.

B. Ludovica Albertonia

de Beate Ludovici cultu ab immemorabili exhibitio- nis consuetudine

BT MATERIARUM.

constare, & de casu à decreto Urb. VIII. excepto declarationem S.R.E. Cardinalium confirmat Clem. X. const. 27. §. 1. & 3. p. 524
 B. Ludovicæ prædictæ Officium, & Missam recitari & celebrari posse etiam à confluentibus ad Ecclesiam S. Francisci ad Ripam Tyberis, indulgit ibidem §. 4.

M

Magistratus Firmānorum.

Vide in verbo *Firmānorum Magistratus.*
Magister Ceremoniārum.
 Vide *Ceremoniārum Magistri.*
Major Pænitentiaris.

Major Pænitentiaris quomodo possit Pænitentiariorum electionem suspendere, declaravit Alex. VII. const. 59. §. 8. p. 280
 Majoris Pænitentiaris facultas pro amovendis semel admissis Pænitentiaris S. Petri, ibidem §. 9.

Majoricenses Regulares.

Vide in verbo *Regulares.*

Mantelletta.

Mantellettam, & mozzettam cum bireto, & pileo prælatiis induit Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ, Alex. VII. const. 101. §. 2. p. 326
 Mantelletta usum cum bireto, & pileo prælatiis habet Abbas Generalis Canoniorum S. Salvatoris, Alex. VII. const. 172. §. 2. p. 418
 Mantellettam & mozzettam in Capellis etiam Pontificiis, cum bireto & pileo prælatiis Abbas Generalis Congregat. Vallis Umbrosæ induit. Clem. X. const. 47. §. 2. p. 553

Mare.

Maris à Monte Argentario usque ad Terracinam prædones, piratae, & latrocini excommunicantur. Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const. 34. p. 529.

S. Maria Mater Christi.

Sanctæ Mariæ Virginis Conceptio. Vide in verbo *Conceptio.*

Sanctæ Mariæ Virginis Purificatio. Vide in verbo *Purificatio.*

S. Mariæ de Monte Carmelo Fratres. Vide supra in verbo *Carmelita.*

Massa Capellani.

Vide in verbo *Capellani.*

Matelica Terra.

Matelice Terre bonorum Prioratus, & Ecclesiæ S. Solliciti in emphyteusim dationem approbat Alex. VII. const. 24. §. 2. p. 233.

Matrimonium.

pro Matrimonii contrahendis testes quando inducuntur, formulam, & illorum examinis instructionem dedit Congreg. Sanctæ Inquisitionis coram Clem. X. habita, const. 13. p. 501

Matrimonium contrahentes Conclavista, & Dapiferi quomodo referent pensiones. Vide supra in verbo *Dapiferi*, & verbo *Conclavista.*

Medina Sydonia Dux.

Medinæ Sydoniæ Ducis super jurepatronatus in tres conventus Fratrum B.M. de Mercede. Vide in verbo *Fratres*, & verbo *Inspatronatus.*

Mendicantes Fratres.

Vide in verbo *Fratres Mendicantes.*

Mercatores fundaci.

Mercatorum fundaci libris usque ad quam summam creditur. Urb. VIII. const. 325. §. 1. p. 149
 Mercatores prædicti, quibus, & pro qua summa P.itoribus, & aromataris præferantur. ibid. §. 2.

Mercatores prædicti pro summa scilicet 50. præferuntur obligationem Cameralem habentibus, etiam causa dotis. ibid.

Mercatorum prædictorum in causis pro qua summa datur appellatio suspensiva. ibid. §. 3.

Bullari Magni Tom. V.

Mercatorum libri, vide in verbo *Libri.*

Mercatura.

Mercaturam Religiosis quibuscumque, & ubicumque existentibus prohibuit Clem. IX. const. 35. §. 1. & 2. p. 471

Mercaturam exercentes Religiosi, eorumque Superiores exerceri permittentes, quibus poenis subiaceant, ibid. §. 3. & 4.

Mercaturæ hujusmodi luca quibus applicanda, decrevit ibid. §. 3.

Mercaturas, & commercia exercentes Nobiles Romani, & alii Status ecclesiastici nullum præjudicium nobilitati inferunt. Clem. X. const. 38. §. 2. p. 546

Vide in verbo *Nobiles.*

Meretrices Urbis.

Meretrices Urbis census, & contractus vitalitios sine Protectoris Monasterii Convertitarum licentia facere non possunt. Clem. X. const. 22. §. 4. p. 519

Meretrices Urbis sic contrahentes Monasterio prædicto tradere, seu hypothecare tertiam bonorum suorum partem teneri voluit. ibid. §. 5.

Milites S. Jacobi de Alcantara.

Milites prædicti non prohibent Fratribus Discalceatis S. Francisci in Hispania sepulturam defunctorum in suis Conventibus, prætextu quod sint in eorum Eremitoriis, nec in illis ullam jurisdictionem exercere possunt. Urb. VIII. const. 321. §. 5. & 9. p. 1526 & seq.

Milites S. Jacobi de Spaha.

Milites prædicti nullam jurisdictionem in Conventibus Minorum Discalceatorum Hispaniæ exercere valent prætextu, quod sint fundati in eorum Eremitoriis, & quid servandum decernit Urb. VIII. const. 152. §. 5. & 9. p. 321. & seq.

Milites S. Joannis Hierosolymitani.

Militum S. Joannis Hierosolymitani circa alienationes suorum bonorum privilegia confirmat Urb. VIII. const. 126. §. 2. p. 29

Missæ.

Missam celebrare, seu celebrari facere in eorum Capellis, Abbreviatoribus literarum Apostolicarum concessit Clem. X. const. 16. §. 2. p. 509

Missæ de nomine B.V. M. in Ecclesiis Regnorum Hispaniarum quotannis certa die celebrandæ intervenientes Indulgentiam plenariam consequuntur. Clem. XI. const. 48. §. 2. p. 554

Missam in Oratoriis privatis celebrare posse Clericis Regularibus de Somatcha indulgit Urb. VIII. const. 180. §. 2. p. 64

Missarum celebrandarum causâ pecunias recipere non possunt Fratres Reformati S. Francisci Vallis Mazariæ in Sicilia. Urb. VIII. const. 306. §. 2. p. 143

Missas de requiem in duplicibus, exceptis anniversariis ex Testatorum dispositione relictis, prohibuit Alex. VII. const. 176. §. 2. p. 426

Missale.

Missale Gallico idionate impressum legentes, & retinentes excommunicantur. Alex. VII. const. 189. §. 2. p. 333.

Molestare, Molestans.

Molestantes Judices Ecclesiasticos, eorum agentes, vel consanguineos, seu impediens exercere jurisdictionem, secundum jura excommunicantur. Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const. 34. §. 16. p. 530

Molitores Urbis.

Molitoribus Urbis pensiones dolarum, & domorum augeti prohibuit Urb. VIII. const. 259. §. 2. p. 109

Molitorum literas patentes etiam Apostolica Auctoritate firmatas habentes, quando illis uti valeant. ibid.

Molitorum ars an per alium ab eo qui actu molitor non sit, exerceri possit. ibid. §. 3.

Molitores in emptione molarum, domorum, &c. omnibus præferri voluit. ibid.

INDEX RERUM,

- Molitorum lites ad annonæ Præfectum privativè quoad alios Judices spectant. *ibid.* §. 4. p. 109
- Monachi S. Basilii.*
- Vide *S. Basilii Monachi.*
- Monachi Camaldulenses.*
- Monachorum Camaldulensium Priorem Sancti Gregorii de Urbe censeri Procuratorem etiam ejusdem Ordinis declaravit Urbanus VIII. const. 76. §. 1. p. 17.
- Monachorum Camaldulensium Commendatarii Monasteriorum non possunt in electione Superiorum, aliorumque Officialium se ingerere. Alex. VII. const. 32. §. 2. p. 248
- Monachi Cassinenses.*
- Monachorum Cassinensium nonnulla decreta de conditionibus circa electionem, & administrationem officii Procuratoris Generalis observandis edicta confirmavit Clem. X. const. 14. §. 4. p. 503
- Monachis Cassinensibus pro consequendis dignitatibus recursum ad personas extra sui Ordinis gremium prohibuit innovando literas Gregor. XIII. & Urban. Clem. X. const. 17. §. 5. p. 510
- Monachorum Cassinensium Congregatio usque ad quam summam alienare bona stabilia possit pro sublevandis ab ære alieno Monasteriis, declaravit Urb. VIII. const. 233. §. 1. p. 87. & constit. 250. p. 98. & seq.
- Monachorum Cassinensium Definitorii auctoritas. Eugen. IV. Refert Urb. VIII. const. 248. §. 2. & 4. p. 95. & seq.
- Monachorum Cassinensium causæ civiles, & criminales quomodo cognoscendæ. Eugen. IV. Refert Urb. VIII. const. 248. §. 5. p. 96
- Monachi Cassinenses ad Principes, & alios extra Monasterium pro consequendis dignitatibus recurrentes, quas pœnas incurrant. Eugen. IV. Refert Urb. VIII. *ibid.* §. 5. & confirmat §. 8. p. 97
- Monachi prædicti curam animarum in Ecclesiis Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum, exercent. Urb. VIII. const. 253. §. 2. p. 100. & seq.
- Monachi prædicti quando possint cogi accedere ad processiones Urbanus VIII. const. 255. §. 1. & 2. p. 101
- Monachorum prædictorum Prælati possessiones locare secularibus personis, & in eis Monachos retinere pro cura à Superiorum obedientia immunes, prohibuit Innoc. X. const. 1. §. 1. & 3. pag. 167. & seq.
- Monachorum Cassinensium quis in Decanum eligi possit. Innoc. X. const. 14. §. 1. p. 172. Alex. VII. const. 93. §. 2. p. 316
- Monachorum Cassinensium Abbates, & Cellerarii taxas non solventes quas pœnas incurrant. Innoc. §. const. §. 1. & 2. p. 172. & seq.
- Monachorum Cassinensium ad officium Cellerariatus tantum Decani eligi valent. Innoc. X. const. 24. §. 2. p. 177
- Monachorum Cassinensium quoad pecunias, & cœputa. Vide in Verbo *Pecunia*, & verbo *Computa*.
- Monachorum Cassinensium superæconomico statu decretum confirmat Alex. VII. const. 92. p. 314. & seq.
- Monachorum Cassinensium in Capitulis circa electiones, quid servandum, declarat Alex. VII. const. 93. §. 1. p. 316
- Monachorum Cassinensium Superiores Monasteriorum Subiaci, & Farfe de quorum licentia Romam petere valeant. Alex. VII. const. 130. §. 2. p. 367
- Monachi prædicti Romam petentes, nec incedentes cucullati, quibus subiaceant pœnis. *ibid.*
- Monachorum Cassinensium Congregationi bona stabilia alienandi usque ad certam summam facultatem concessit Alex. VII. const. 161. §. 3. p. 403
- Monachi Cassinenses.*
- Monachorum prædictorum Superiores gratias, & dignitates concedentes intuitu personarum extra suum ordinem, quas pœnas incurrant. Alex. VII. const. 3. p. 195. & seq.
- Monachi prædicti ad personas extra gremium sui ordinis pro obtinendis dignitatibus recurrentes pœnam excommunicationis incurrunt. *ibid.* §. 5.
- Monachorum Cœlestinorum ex Ecclesiis paramenta, & alia ornamenta extrahi prohibuit Alex. VII. const. 40. §. 1. p. 254. & seq.
- Monachi Cistercienses.*
- Vide in verbo *Cistercienses*, & in verbo *Abbas*.
- Monachi Cistercienses Reformati.*
- Monachorum Cisterciensium Reformatorum Professorum à S. Pudencianæ de Urbe ad Monasterium S. Bernardi ejusdem Urbis translulit Alex. VII. const. 159. §. 1. p. 402. & seq.
- Monachi B. Mariae Montis Oliveti.*
- Monachorum Congregationis Montis Oliveti Abbatem de quorum licentia pro sublevandis Monasteriorum indigentis census imponere valeant. Urb. VIII. const. 245. §. 3. p. 93
- Monachorum prædictorum Abbas Generalis mozzettam, mantellatam cum pileo, & bireto prælatiis induere potest in Capellis etiam Pontificiis Alex. VII. const. 101. §. 2. p. 326
- Monachorum prædictorum ad personas extra suæ Congregationis gremium pro consequendis officiis, & dignitatibus recurrentium pœnæ. Clem. X. const. 31. §. 1. & 2. p. 526
- Monachorum prædictorum Abbati Generali unâ cum definitorio creandi 12. Abbates titulares facultatem dedit Clem. X. const. 32. §. 1. p. 527
- Vide etiam in verbo *Abbas*.
- Monachi B. Mariae Montis Virginis.*
- Monachi B. Mariae Montis Virginis Ordinis S. Benedicti à personis extra suum ordinem officia, & prælaturas conquiritentes excommunicantur. Alexand. VII. const. 51. §. 1. p. 265
- Monachorum prædictorum Superiores intuitu hujusmodi personarum dignitates conferre non possunt. *ibid.* §. 2.
- Monachi Sylvestrini.*
- Monachorum Sylvestrinorum privilegia confirmat, eisque concessa Mendicantium Ordinibus communicat Alex. VII. const. 61. §. 2. p. 285
- Monachos prædictos cum Monachis Vallis Umbrosæ univit Alex. VII. const. 124. §. 2. p. 357
- Monachi Vallis Umbrosæ.*
- Monachorum Vallis Umbrosæ, & Sylvestrino à Congregationes in unam redegit Alex. VII. const. 124. §. 2. p. 357
- Monachorum prædictorum Abbas Generalis biretum, & pileum prælatiis cum mozzetta, & mantelletta gestare potest. Clem. X. const. 47. §. 2. p. 552
- Monasteria.*
- Monasteria Monialium ingredi volentes præter modum præscriptum, quas pœnas incurrant. Vide in verbo *Moniales*.
- Monasteria Regularium per tres leucas circa Ecclesiam S. Mariz de Monre Sarrato construi prohibuit Urb. VIII. const. 144. §. 2. p. 41
- Vide in verbo *Frates*, & verbo *Monachi*, & verbo *Moniales*.
- Monasterium Convertitarum de Urbe.*
- Vide in verbo *Convertita*.
- Moneta.*
- Monetam Romanâ introduxit in Provinciis Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ, & Ravennæ, & propriâ earum abolevit Alex. VII. const. 96. & 97. p. 348. & seqq.
- Moniales.*
- Monialium Monasteria ingredi licentia. Vide in verbo *Consensus*.
- Moniales Conversas Ordinis S. Claræ S. Marcelli Parisiensis manutenendas esse in possessione eligendi Abbatissam declaravit Urb. VIII. const. 237. §. 1. p. 89
- Monialium Carmelitarum numerum, si ipsæ evadant amentes, per alias posse suppleri, nec istis considerari declaravit Urb. VIII. const. 336. §. 2. & 3. p. 166
- Monialium

ET MATERIARUM.

Monialium Congregationis Beatæ M. Virginis sub regula S. Augustini in Tullensi, & aliis Diocæsisbus statuta confirmat Innocentius X. const. 9. §. 1. pag. 170. & seq.

Monialibus occasione Anni Sancti Indulgentias concessas vide in verbo *Indulgentia*.

Monialium in Ecclesiis Urbis præsecandis superfluis sumptibus constitutionem edidit Alexander VII. const. 42. p. 225. & seq.

Monialium Urbis quibus multis ordinationibus præcuratur. Alex. VII. const. 50. §. 1. & seq. p. 262. & 263.

Monialium Urbis Regularium curæ subjectarum monasteria, quibus diebus debeant esse clausa, ibidem §. 7. p. 265.

Monialium Monasteria quis, & quando, & ad quem finem ingredi valeat. Alexander VII. const. 156. §. 1. p. 399.

Monialium Monasteria Regularis extra visitationem ingredi non potest, nisi cum Diocæsano, vel persona ab ipso deputata. ibid.

Monialium Monasteria Superior Regularis cum uno socio, si sit Generalis cum duobus sociis visitare potest ibid. §. 3.

Monialium Confessarius. Vide in verbo *Confessarius*.

Monialium unius Monasterii ad confessiones approbatus non potest alterius Monasterii Monialium confessiones audire Clem. X. const. 7. §. 4. p. 494

Vide in verbo *Approbatio*.

Mons Pietatis.

Montis Pietatis debitores obligatione Camerali ad ipsius favorem obstringuntur. Clemens X. const. 18. p. 511. & seq.

Mozzetta.

Mozzetta usum habet Abbas Generalis Congregationis Olivetanæ. Alexander VII. const. 101. §. 2. p. 326.

Mozzetta & mantelletam cum bireto & pileo prælatiis gestare posse indulget Abbati Generali Canonicorum Sancti Salvatoris Alexander VII. const. 172. §. 2. p. 418

Mozzetta & mantelletæ usum habet Abbas Generalis Congregationis Vallis Umbrosæ. Clem. X. const. 47. §. 2. p. 553.

Musica.

Musicas indecentes in Ecclesiis, & Oratoriis Urbis prohibuit, & quid canendum præscripsit Alexander VII. const. 38. §. 1. p. 253.

Musicas in Ecclesiis Monialium fieri prohibuit Alexander VII. const. 41. §. 2. p. 255

Musicae Confraternitas.

Vide in verbo *Confraternitas*.

N

Naufragantes.

Naufragantium bona occupantes, vel diripientes excommunicantur. Alexander VII. const. 16. p. 218. & Clemens X. const. 34. §. 4. p. 529

Neophyti.

Neophyti acceptari debent à Regularibus Indiarum petentes admitti ad Religionem. Alexander VII. const. 48. p. 260. & Clem. IX. const. 8. p. 474

Neophyti parum instructi Ecclesiis præfici non debent. Alexander VII. ibid. & Clemens IX. ibid. p. 475

Neophytorum Collegii concordiam cum Collegio Germanico Vide in verbo *Concordia*.

Nicotrensis Episcopi Interfellores.

Vide in verbo *Interfellores*, & verbo *Episcopus*.

Nobiles Status Ecclesiastici.

Nobilibus Romanis, & aliis Ecclesiastici Status commercia exercere posse sine Nobilitatis præiudicio indulget Clem. X. const. 38. §. 2. p. 546

Nobiles prædicti commercia, & mercaturas exercentes, dummodo merces minutatim per se ipsos non vendant, admittuntur ad militiam Sancti Joannis Bullarii Magni Tom. V.

Hierosolymitani, & alias quælibet de Justitia ibid.

S. Norberti.

S. Norberti Festum quando celebrandum. Ver. VIII. const. 32. §. 2. p. 159.

Notarii.

Notarii in Archivio Romanæ Curie qui, & cujus licentia transumpta literarum Apostolicarum facere possint. Urbanus VIII. const. 29. §. 2. p. 137. & seq. & Innoc. X. const. 50. §. 3. p. 187

Notarii Sedis Apostolicæ quomodo sint per privilegium Conclavistæ, & Dapiferi, vide in verbo *Conclavistæ* & in verbo *Dapiferi*.

Notarii Auditorum Rotæ Romanæ.

Notarios Auditorum Rotæ Romanæ ad quatuor tantum reduxit Clem. X. const. 50. §. 1. p. 556.

Notarii sic reduci ad quos spectent declarat. ibid.

Notarii præter istos quatuor suppressi quomodo officia eorum vendant. ibid.

Notarii sic suppressi vendere recusantibus quomodo provilum. ibid. §. 4. p. 557.

Notarii prædicti suppressi in Rotæ Tribunalis causis se immiscere non valent. ibid.

Notarios prædictos ad scripturarum consignationem compellit. ibid. §. 5. p. 558.

Notariis quatuor sic electis privilegia, quibus 48. Notarii fruebantur, communicat. ibid. §. 6.

Novitii.

Novitios Clericos non professos præcedunt Laici Capucinorum professi. Urb. VIII. const. 161. §. 1. & 2. p. 55. Vide etiam infra in verbo *Regulares*.

Novitii Cisterciensium Congregationum Lombardiæ & Tusciæ quando, & quomodo recipiendi. Urbanus VIII. const. 155. p. 52.

pro Novitiis conversorum Fratrum Carmelitarum aliquos Conventus designavit Urbanus VIII. constit. 201. §. 2. p. 74. & seq.

Novitii Fratrum Prædicatorum ob emissam professionem in locis ad novitiatum non designatis, non tenentur ad illum iterandum, sed sufficit professionis ratificatio absque nova acceptatione vocalium Urb. VIII. const. 208. §. 2. p. 76

Novitii quomodo admittendi ad professionem in Provincia S. Joannis Baptistæ in Hispania Fratrum Discalceatorum S. Francisci. Urb. VIII. const. 266. §. 3. p. 114.

Novitiorum in admissione ad professionem suffragantur laici Minorum S. Francisci de Paula. Urb. VIII. const. 290. §. 6. p. 136.

Novitii Minorum Strictioris Observantiæ quomodo recipiendi Urbanus VIII. const. 295. §. 6. p. 139

Novitii Curforum ad officium hujusmodi admittendi, quid solvere teneantur. Alex. VII. const. 77. §. 6. p. 229. & seq.

Novitii in recipiendis, ac ad professionem admittendis quid servandum à Monachis S. Benedicti Congregationis Reformatæ del Tardon. Alexand. VII. const. 87. §. 6. & 7. p. 39

O

Oblati.

Oblati Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanæ quomodo recipiendi. Alexander VII. const. 69. §. 2. p. 290.

Obligatio Cameralis.

Obligatio Cameralis vinculo adstringuntur Debitores Montis Pietatis eidem Monti. Clem. X. const. 18. p. 511. & seq.

Occupantes Civitates, & loca S. R. E.

Occupantes Civitates, Loca, Terras, & bona S. R. E. excommunicantur singulis annis in Bulla Cænz Alexander VII. const. 16. p. 218. & Clemens X. const. 34. §. 20. p. 530

Offendens.

Offendens Sanctæ R. E. Cardinales excommunicantur. E. C. A. Alexander

INDEX RERUM,

Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 11. p. 529

Offendentes litigantes in Romana Curia, eorumque Advocatos, Procuratores, Notarios, excommunicantur, iidem §. 12.

Offendentes Romaspetas, excommunicati sunt, iidem §. 10.

Officia.

Officia Notariatuum non habentes non possunt literarum Apostolicarum transumpta facere; habentes vero, de cujus licentia, vide in constit. 92. p. 137. & seq.

Officium Conceptionis B. Mariae Virginis

Vide in verbo *Conceptio.*

Officium Divinum.

Officiis divinis, quae sunt in Patriarchalibus tribus Ecclesiis interesse voluit Cardinales Archiepiscopos Alex. VII. constit. 3. proo. n. p. 248.

Oracula viva vocis.

Vide in verbo *Conceptio.*

Ordinarii Locorum.

Ordinarium S. Joanni de Abbatibus Vicentinarum Diocesis non esse Archiepiscopum, et eorum diocesis Ecclesiam, sed Episcopum Vicentinum, declarat Urbanus VIII. constit. 13. §. 2. p. 2

Ordinarii tenentur habere, ac studere Bullam in die Cenae Domini legi solitam, Alexander VII. constit. 16. p. 118. & Clem. constit. 34. §. 28. p. 531

Ordinarii locorum bis in anno tenentur commendare & commendari facere elemosinas pro Terrae Sanctae indigentibus, Urbanus VIII. constit. 195. §. 2. p. 73.

Ordinariorum examini subijciuntur Monachi Cassinenses delati ad curam Ecclesiarum Parochialium, quae sunt membra suorum Monasteriorum, Urbanus VIII. constit. 153. §. 1. & 2. p. 100

Ordinariorum locorum licentiam deferendi habitum Tertiariorum S. Francisci concedere vetuit Urb. VIII. constit. 253. §. 2. p. 100.

Ordinarii non possunt prohibere Fratibus Conventualibus S. Francisci, qui in elemosinam quorant in locis, ubi habent conventus, Urbanus VIII. constit. 179. §. 2. p. 114

Ordinariorum approbatio ad audiendas Scholasticorum confessiones pro Fratibus Jesuitis S. Hieronymi Urb. VIII. constit. 140. §. 3. p. 297. & seq.

Ordinarii Indiarum, vide in verbo *Indiarum Episcopatus.*

Ordinarii locorum Elemosynarum commendationem bis in anno per Predicatores faciendam pro locis Terrae Sanctae necessitatibus injunxit Urbanus VIII. constit. 195. §. 2. pag. 73. & confirmavit Innoc. X. constit. 10. p. 171

Ordinarii jurisdictioni subiacet Conventus non superius durans absentia alicujus ex sex Religiosis, Alexander VII. constit. 4. p. 196. quae sunt declarationis decreti Innoc. X. declarat. 16. p. 197

Ordinariorum jurisdictione eximit Fratres Joannis Dei Alexander VII. constit. 71. §. 1. & 2. p. 192

Ordinariorum jurisdictioni subsunt Clerici, & Laici aliam Religionem transire volentes Congregationum suppressarum, in constit. 30. Clementis IX. §. 3. pag. 467.

Ordinariorum jurisdictioni subsacent Clerici, & Laici Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum discedere volentes à Religione per dispensationem certis non sequuntur, Clemens X. constit. 23. §. 5. p. 520

Ordines Canonicorum,

Vide in verbo *Canonici.*

Ordines Clericorum.

Vide in verbo *Clerici.*

Ordines Fratrum.

Vide in verbo *Frares.*

Ordines Monachorum

Vide in verbo *Monachi.*

Ordines Militares.

Vide in verbo *Milites.*

Ordines Sacri.

ad ordines Sacros promovendi in Urbe, & sex vicinis Episcopatibus Clerici examini uti subijciantur, Alexander VII. constit. 129. §. 1. p. 366

ad Ordines Sacros promovendi quod testimonium habere debeant ibid. §. 2.

Ornamenta Paramenta

Ornamenta, & Paramenta Ecclesiarum Monachorum Caelestiorum ab Ecclesiis eorum abstrahi, seu commodari prohibuit Alex. VII. constit. 40. §. 1. p. 254. & seq.

P.

Parochi.

Parochi non possunt cogere haeredes defunctorum celebrari facere Missas in Ecclesiis Parochialibus, Urban VII. constit. 188. §. 8. p. 7

Parochis plus percipere in sepulturis, quae sunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis quae sunt in propriis, prohibuit Urb. VIII. constit. 244. §. 1. p. 93. & Clem. X. constit. 8. §. 1. p. 566

Parochi Indiarum ne non cogunt pauperes ad praestandas in eorum Ecclesiis operas, Vide in verbo *Indiarum Parochi.*

Parochi non possunt se intrromittere in functionibus funeralium super cadavera defunctorum in Regularium Ecclesiis sepeliendorum extendendis, Clem. X. constit. 8. §. 2. & 3. pag. 566

Parochiales Ecclesia.

Parochialibus in Ecclesiis, quae sunt membra suorum Monasteriorum curam animarum ex recenti Monasterii Congregationis Cassinensis, Urb. VIII. constit. 253. §. 2. p. 100.

Participatio Privilegiorum.

Vide *Privilegia.*

Patriarcha.

Patriarche an possint admitti ad habitum Militiae Christianae, Vide supra in verbo *Militia.*

Pauperes.

Pauperibus legata vel aliquid distribui jussit Alexander VII. constit. 8. §. 2. p. 204

Pauperes Indiarum, ut non cogendi ad operas in Ecclesiis Parochorum praestandas, Vide in verbo *Indiarum Parochi.*

Pauperes pueros ad eorum domos tenentur associare Clerici Regulares Matris Dei, Alexander VII. constit. 94. §. 2. p. 317

Pauperum aegrotorum Urbis pro subventionem constitutionem innovantem ordinata jussu Urb. VIII. & Innoc. X. edidit Alexander VII. constit. 47. p. 259

Pauperes Carcerati, vide in verbo *Carceres, & Carcerati*

Pecunia.

Pecuniae Cisterciensium Congregationum Lombardiae, Tusciae, à quo, & quomodo custodiendae, Urbanus VIII. constit. 150. p. 58

Pecunias pro celebrandis missis recipere non possunt Fratres Minores de observantia Provinciae Riformatae Vallis Mazarae in Sicilia, Urbanus VIII. constit. 306. §. 1. & 3.

Pecuniae pensionis super Episcopatibus Mazariensi, & Cathaniensi reservatae, à quibus custodiendae, Vide in verbo *Pensio.*

Pecuniae Monachorum Cassinensium à Cellerariis exactae quibus consignandae, Innoc. X. in se. de. retro ad constit. 57. §. 2. p. 189. quod confirmat Alexander VII. constit. 9. §. 6. p. 206.

Pedagia.

Pedagia, & novae gabellas imponentes excommunicantur Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 34. §. 5. p. 529.

Pensio.

Pensio reservata in quibus pecuniis solvenda sit, decretum Innoc. X. constit. 32. §. 2. p. 81

Pensionum

ET MATERIARUM.

Pensionum transferendarum, aliarumque ultimarum dispositionum formam prescripsit in Vrbe, ejusque districtu tempore pestis, Alexander VII. const. 16. §. 1. p. 236.

Pensiones domorum illocatarum Ghetti Urbis per Iudaeos solvi pro tempore quo illae non sunt locatae, voluit Alexander VII. constit. 7. §. 2. p. 273.

Pensionum omnium, & beneficiorum super fructibus in Italia, & Insulis adjacentibus sex decimas indixit Alexander VII. constit. 11. §. 4. p. 338.

Pensiones usque ad quam summam, & quomodo transferre valeant Abbreuiatores literarum Apostolicarum declaravit Clem. X. const. 16. §. 2. p. 309.

Persona Ecclesiastica.

Personarum Ecclesiasticarum privilegia exemptionumque veteribus ad terminos juris reducuntur per Alexandrum VII. const. 25. §. 3. p. 234. Clem. IX. constit. 17. §. 3. p. 448. & seq. & Clem. X. const. 21. §. 3. p. 317.

Pestis.

Pestis tempore Indulgentiam Portiunculae ad omnes Sancti Francisci Religiosorum Ecclesias, & ubi non aderant, ad Ecclesias Matrices extendit Urb. VIII. const. 103. §. 2. p. 56.

Pestis tempore transferendarum pensionum, & testam. membrorum condendorum, aliarumque ultimarum dispositionum in Vrbe, ejusque districtu formam prescripsit Alex. VII. const. 16. p. 236.

S. Petrus de Alcantara.

S. Petrus de Alcantara Sanctorum albo adscripsit Clemens IX. sed Bullam des. per expedivit Clemens X. const. 1. p. 478.

S. Petrus praedictus natus Alcantarae anno 1499. ibid. in proem. p. 478.

S. Petri praedicti virtutes, & vita recensentur. ibid. §. 1. & seqq. p. 478.

S. Petrus praedictus Comobiensis novae Reformationis fundavit. ibid. §. 10. p. 479.

S. Petrus de Alcantara in Reformatione Carmelitarum S. Virginem Theresiam adiuvit. ibid. §. 11. p. 479.

S. Petri de Alcantara miracula enarrat Clemens X. ib. §. 12. usque ad §. 15. p. 479. & seq. & §. 15. usque ad 16. p. 48.

S. Petrus de Alcantara moritur anno 1462. ibid. §. 15. p. 48.

S. Petri de Alcantara festum die 19. Octob. celebrandum statuit Clemens IX. refert Clemens X. ibid. §. 26. & seq. p. 481.

S. Petrus de Arbues.

B. Petrus de Arbues Canonicum Ecclesiae Casauraugulanae, & primum Inquisitorem in Regno Aragoniae Beatorum catalog. adscripsit Alexand. VII. constit. 141. §. 3. p. 387.

B. Petri praedicti Officium, & Missam sub ritu duplici quibusdam in locis recitandum, & celebrandum decrevit. ibid. p. 387.

S. Petrus Paschasius.

S. Petrus Paschasius Episcopo Giennensi, & Martyri Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum sententiam Ordinarii Giennensis super cultu ab immemorabili exhibitum latam, & ad S. Rituum Congregationem approbatam, confirmat Clem. X. const. 12. §. 3. p. 300.

Pictores.

Pictorum in favorem, & aliorum Academiae S. Lucae decreta Cardinalis Barberini emanata confirmat Clem. X. const. 8. §. 6. p. 496.

Piratae.

Piratae, alique maris latrunculi excommunicantur ut ab Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clemente X. const. 34. §. 3. p. 329.

Vide etiam supra in verbo *Excommunicatio.*

B. Pius V.

B. Pium Papam V. Beatorum catalogo adscripsit Clemens X. const. 60. §. 2. p. 367.

B. Pii praedicti officium recitari, & Missam celebrari posse quibusdam in locis indulget. ibid. §. 3. Bullarii Magni Tom. V. p. 367.

Penitentiariorum Basilica S. Petri Collegium.
Penitentiariorum Basilicae S. Petri Collegium demum crevit Alexander VII. const. 19. §. 2. p. 179.

Penitentiaris praedictis habitationem, & redditus assignavit idem ibid.

Penitentiaris praedicti ex quibus nationibus esse debeant, declaravit idem, ibid. §. 3.

Penitentiariorum praedictorum examen quomodo, & ubi faciendum, ibid. §. 7.

Penitentiaris semel admissi sine majoris Penitentiaris facultate amoveri non possunt. ibid. §. 9.

Penitentiaris praedicti quando tubiciantur Majori Penitentiaris, & quando Genera. ibid. §. 11.

Penitentiaris praedicti residentiam in confessionalibus prescribit. ibid. §. 10.

Penitentiariorum praedictorum exemptiones, & immunitates. ibid. §. 13.

Penitentiariorum pro Collegio Sacrae domus Lauretanae nonnullas Ordinationes fecit Alexander VII. quas non refero, quia sunt omnino conformes praedictis pro penitentiaris S. Petri, const. 60. p. 281.

Polonia Archiepiscopi, & Episcopi.

Vide in verbo *Archiepiscopi.*

Polonia Parochi.

Vide in verbo *Parochi.*

Polonia Regnum.

pro Poloniae Regnis negotiorum felici directione Indulgentias concessas vide in verbo *Indulgentia.*

Pontificalia insignia.

Pontificalibus insignibus ut in quibuscumque Ecclesiis utuntur Cardinales occasione visitationis Apostolicae. Alexander VII. const. 3. post. 15. p. 213.

Posta.

Postas a terra Montis Rosarum per loca immediatè subjecta Sedi Apostolicae Viterbium usque restituit, & contrafacientibus poenas imposuit Urbanus VIII. const. 288. §. 1. & 2. p. 130.

Præcedentia.

Præcedentiam inter Laicos, & Novitios Clericos non professos Capucinatorum decrevit Urbanus VIII. const. 161. §. 1. & 2. p. 55.

Præcedentiam inter Augustinianos, & Franciscanos Recollectos, & Discalceatos in Civitate Oriolen. declaravit Urbanus VIII. const. 228. §. 1. & 2. p. 84.

Præcedentiam inter Regulares diversarum Religionum statuit Urbanus VIII. const. 239. §. 5. p. 90. & seq.

Præcedentiam inter Fratres Minores S. Francisci strictioris observantiae declaravit Urban. VIII. const. 313. §. 3. p. 146.

Præcedentiam inter Fratres Eremitarum Ordinis S. Augustini, & Discalceatorum S. Francisci in Hispania declaravit Urb. VIII. const. 328. §. 8. p. 160.

Præcedentiam in Ecclesiis, & locis quibuscumque visitandis nullam acquiri occasione visitationis Apostolicae declaravit Alex. VII. const. 15. §. 6. p. 214.

Præcedentiam inter Fratres Conventuales S. Francisci statuit Alexander VII. const. 89. p. 310.

Præcedentiam inter Reformatos S. Francisci declarat Alexander VII. const. 166. §. 3. p. 409. & seq.

Præcedentiam inter Praelatos Canonicorum Regularium S. Salvatoris declaravit Clemens IX. const. 33. §. 4. p. 469.

Prædicatio, & Prædicatores.

Prædicatores bis in anno tenentur commendare elemosynas pro Terræ Sanctae necessitatibus. Innocentius X. const. 11. §. 1. p. 171. & Clemens X. const. 339. §. 3. p. 548.

Prædicationem & alia Ecclesiastica munera, ut exercent Praebiteri seculares Indiarum. Alex. VII. const. 48. p. 260. & Clem. X. const. 38. p. 474.

Prædicare quomodo, & quando debeant Regulares Indiarum. Vide in verbo *India.*

Prædicare volentes Regulares in Ecclesiis sui Ordinis ab Episcopo loci benedictionem petere tenentur, & quid si illam non obtinuerint. Clemens X. const. 7. §. 3. p. 491.

INDEX RERUM.

Prædicantes Regulares in sui Ordinis Ecclesiis, contradicentes Episcopo, quibus subjaceant poenis, ibidem.
Pudicitiam Regularibus generatim prohibere non potest Episcopus, ibidem. Vide etiam in verbo Episcopus.

Prælati.

Prælatos Ecclesiasticos offendere excommunicatur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. & Clem. X. constit. 54. §. 1. p. 519

Vide etiam in verbis Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, viator, Referendarius.

Presbyteri.

Presbyteri, qui non sunt, Missas celebrantes, quas poenas incurrant. Vide in verbo Missa, & verbo Celebrans.

Presbyteros Indiarum arcendos non esse à beneficiis curatis, & aliis Ecclesiasticis muneribus, statuerunt Alexander VII. constit. 48. p. 260. & Clem. IX. constit. 38. p. 474

Presbyteri Indiarum quoad confessiones, vide in verbis Confessio & India.

Præscriptio.

Præscriptio numeri Missarum à quo, & quomodo fit facienda, vide in verbo Missa.

Præscriptio numeri Regularium, vide in verbo Regularis.

Privilegium.

Privilegia Militum Militum Christianarum sub titulo Conceptionis Beate Virginis, Urbanus VIII. constit. 12. tom. 4.

Privilegia, & indulta in præjudicium Sedis, & Camere Apostolice, revocavit Alexander VII. constit. 25. §. 4. pag. 233. Clem. IX. constit. 17. §. 7. pag. 448. & Clem. X. constit. 11. §. 7. p. 517

Privilegia Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Recollectorum confirmat Urb. VIII. constit. 69. §. 3. pag. 14.

Privilegia concessa Ecclesie, & Canonicis S. Mariæ Rotundæ confirmat, suamque mentem declarat Urb. VIII. constit. 97. §. 19. & seq.

Privilegia Lectoris Cathedrae eloquentiæ, vide supra in verbo Cathedra Eloquentia.

Privilegia Fratrum Beate Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum confirmat Alex. VII. constit. 27. §. 3. p. 237

Privilegia Militum S. Joannis Hierosolymitani circa præscriptiones suorum honorum confirmat Urbanus VIII. constit. 126. §. 2. p. 28.

Privilegia Militum Urbis. Urb. VIII. constit. 259. p. 109. & seq. Vide verbo Militares Urbis.

Privilegia Fratrum Discalceatorum S. Francisci Provinciae S. Joan. Baptistæ in Hispania confirmat Urbanus VIII. constit. 266. §. 1. p. 113

Privilegia personalia Clericorum Minorum annullat Urbanus VIII. constit. 267. §. 2. p. 115

Privilegia personalia Fratrum Minorum Sancti Francisci, certis exceptis, revocat Urbanus VIII. constit. 207. §. 2. pag. 118

Privilegia Mercatorum Fundaci, & mercantiarum Urbis Urbanus VIII. constit. 315. p. 149

Privilegia Capellanorum Capellæ Pontificiæ. Vide in verbo Capellani.

Privilegia Monachorum Cisterciensium confirmat Innocentius X. constit. 54. §. 1. p. 188

Privilegia concessa tam Guardianis Montis sion, quam Fratribus, necnon locis terræ Sanctæ, confirmat Alexander VII. constit. 5. §. 2. p. 193. Clem. X. constit. 10. §. 2. p. 442. & Clem. X. constit. 3. §. 2. p. 487

Privilegia Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, & ejusdem Confraternitatis confirmat Alexander V. constit. 13. §. 11. 2. p. 212

Privilegia exemptionum à vectigalibus, & aliis Camerae omnibus Ecclesiasticis personis concessa ad juris terminos reducit Alex. VII. constit. 25. §. 3. p. 232. Clem. IX. constit. 17. §. 2. p. 448. & Clem. X. constit. 21. p. 517

Privilegia consanguineis Pontificum quoad exemptiones à vectigalibus concessa revocant, ibidem. ibid.

Privilegia Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ confirmat, & Carthusiensibus concessa elargitur Alexander VII. constit. 54. §. 4. p. 265

Privilegia Sylvestripoyum confirmat, & concessa Mendicantium, & non Mendicantium Ordinibus communi, ar. Alex VII. constit. 61. p. 287

Privilegia Collegii Referendariorum. Alexand. VII. constit. 91. §. 4. p. 313

Privilegia Discalceatorum S. Francisci in Hispania Discalceati Indiarum impartitur Alexand. VII. constit. 164. §. 2. p. 407

Privilegia Conclavitarum. Vide in verbo Conclavista.

Privilegia Dapiferorum. Vide in verbo Dapiferi.

Privilegia testandi Cardinalibus concessa. Vide in verbo Cardinales.

Privilegia Regularium in dubio non per alium, quam per Apostolicam Sedem sunt interpretanda. Clem. X. constit. 7. §. 7. p. 495

Privilegia ab Urbano VIII. Fratribus Discalceatis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum concessa confirmat, & extendit Clemens X. constit. 24. §. 2. p. 521

Privilegia Carmelitis Discalceatis concessa ad favorem etiam Calceatorum emanata censentur. Clemens X. constit. 25. §. 2. p. 522

Privilegia Studii Generalis Urbini Clemens X. constit. 36. §. 6. p. 512

Privilegia Notariorum Rotæ Romanæ. Vide in verbo Notarii.

Processio.

Processionibus, ac in aliis actibus publicis, quæ sit Fratrum præcedentia. Vide in verbo Præcedentia.

Processionibus, qui non possunt accedere. Vide in verbo Fratres Monachi, Clerici, &c.

Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet mensis Fratribus de Observantia S. Francisci Tolosæ commorantibus facere prohibuit Alex. VII. constit. 152. §. 2. p. 397

Processiones indictas occasione Jubilæi. Vide supra in verbis Jubilæum, & Indulgentia.

Processus.

Processus admittendorum ad munus Referendarii, à quo conficiendi, & quid ad horum validitatem requiratur. Alexand. VII. constit. 91. §. 2. & 5. p. 313

Procuratores.

Procuratores, Advocatos, &c. Romanæ Curie, vel ad illam recurrentes, qui spoliant percipiunt, seu talia delicta committunt, excommunicantur. Alexander VII. constit. 16. p. 218. Clemens X. constit. 34. §. 12. p. 529

Professio fidei.

Vide in verbo Fidei Professio.

Propaganda fides.

sub propagandæ fidei titulo nova loca ubique terrarum sine Sedis Apostolicæ licentia erigi posse prohibuit Urbanus VIII. constit. 282. p. 125

Propagandæ fidei Congregationem de dimissorum, admittendorum, aut sponte recedentium alumnorum nomine, etate, spacia, studiis, ordinibus, ac locis, ad quæ diriguntur, certiore qualibet vice fieri voluit Alexander VII. constit. 99. §. 6. p. 324. Vide etiam in verbo Alumni.

Propositio.

Propositionem aliquarum à Pio V. damnatarum prohibitionem confirmat Urbanus VIII. constit. 28. §. 8. p. 114

Propositiones quinque in materia fidei declarantur, & diffiniuntur, earumque damnationem confirmat Alexander VII. constit. 28. p. 233. & seq.

Propositionum præfatarum pro confutatione formatam subscribendam ab Ecclesiasticis in Regnis Gallie exhibuit Alexander VII. constit. 404. in seq. pag. 160

Propositiones plurimæ, partim jam antiquæ, partim

ET MATERiarum.

tim noxiter procedentes in animarum perniciem sub excommunicationis poena prohibentur. Alex. VII. const. 162. §. 1. & seqq. p. 405. & seq. & const. 167. §. 1. & seqq. p. 409. & seqq. Provincia Bononia, Ferraria, Ravenna, Romandiola. Vide in singulis eorum nominibus.

Purificatio B. Mariæ Virginis.

Purificationis B. Mariæ Virginis officium quot annis cum octava recitare posse indulget Clericis Regularibus Theatinis Clem. X. const. 44. §. 2. p. 551

Q

Quindennia.

Quindenniorum solutione teneri quascumque Ecclesias de beneficiis unitis voluit Pius V. Refert Urb. VIII. const. 26. p. 4. & Clem. X. const. 50. §. 3. p. 557.

Quindennia solvi debent pro beneficiis perpetuo unitis, Hospitalibus ac locis quantumvis privilegiatis, etiam si sint manualia, & de jure patronatus, & valoris supra 24. ducat. auri de Camera. Sixt. V. Refert Urb. VIII. const. 26. p. 4. & seq. & Clem. X. const. 50. §. 4. p. 556. & seq.

Quindennia, & alia Camere onera non solventes quas poenas incurrant. Clem. X. const. 50. §. 8. p. 559

Quindennia non solvendi facultates revocat Clem. X. ibid.

Quindenniorum Congregationem erigit Clemens X. ibid. §. 10. p. 559. & seq.

Quindenniorum solutionem quomodo, & quando tenentur facere Prælati Congregationis Lateranensis, declarat, & contrafacientibus poenas imponit Innoc. X. const. 30. §. 2. & 3. p. 179

R

Ravenna Provincia.

Ravennæ Provincie monetam ut abolevit, & ad Romanam reduxit, vide const. 97. Alex. VII. p. 320. & seq.

Rectores.

Rectores omnes & Confessarii tenentur apud se retinere Bullam in die Cenæ Domini legi consuetam. Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const. 34. §. 26. p. 530.

Recurfus.

Vide *Appellatio.*

Reductio.

Reductio onerum Missarum celebrandarum à solo Papa fieri potest. Vide etiam in verbo *Missa.*

Reductionem Monetarum in Provinciis Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ, & Ravennæ. Vide in verbo *Moneta*, & singulis eorum nominibus.

Reductionem Notariorum Rotæ Romanæ. Vide in verbo *Notarii.*

Referendarii utriusque Signaturæ.

Referendariorum utriusque Signaturæ Collegiū crexit Alex. VII. const. 91. p. 313

Referendariorum Decani officium declarat idem. ibid. §. 2. p. 313

Referendariorum Collegium cujus auctoritate, & ubi convocandum. ibid. §. 3. p. 313

Referendariorum Collegium quibus gaudeat privilegiis. ibid. §. 4. p. 313

Referendariorum Signaturæ vota nemini referenda. ibid. §. 6. p. 313

Reformatio.

super Reformatione Jurisdictionis Tribunalis Burgi, constitutionem edidit Clem. IX. quæ est const. 6. p. 438. & seq.

Registrare.

Registrari debent omnes actus Capitulares Fratrum Minorum S. Francisci de Observantiâ. Urbanus VIII.

const. 283. p. 126. Quæ sunt Statuta generalia

Regulares.

Regulares locorum Jurisdictioni Episcopi subiacentibus ut compelluntur ad libros exhibendos introitus, & exitus. Alex. VII. const. 4. quæ sunt de *declinatio* Decret. Innoc. X. declarat. 3. p. 196. & seq.

Regularium Conventuum suppressorum quoad facultatem visitandi. Vide in verbo *Visitatio Ecclesiarum.*

Regularium Superiorum Religiosum ab Episcopo inquitum à loco amovere non licet, & si amotus fuerit, quæ sit Episcopi auctoritas. ibid. declarat. 15.

Regularibus à declaratoria Episcopi ad Sedem Apostolicam appellare licet ad effectum devolutivum, non suspensivum. ibid. declarat. 20.

Regulares conventuum prædictorum quam ætatem habere debeant. ibid. declarat. 21.

Regularium Indiarum. Vide in verbo *India.*

Regulares Calaritanæ. Vide in verbo *Calaritanæ Regularis.*

Regularium Superiores in causis ad Sanctum Officium spectantibus intrinsece nullo modo se posse voluit Alex. VII. const. 98. §. 2. p. 422

Regularium Superiores suos subditos tetrahentes à denuntiatione de hæresi suspecti, quibus subiaceant poenis. ibid. §. 4. p. 422

Regularis Superior quomodo, & quibus sagis Monasteria Monialium visitet. Alex. VII. con. 156. §. 3. p. 399.

Regulares quoad Prædicationem, & Confessionem. Vide in verbo *Prædicatione*, & verbo *Confessio.*

Regularibus prohibere non potest Episcopus, quin in suorum Ordinum Ecclesiis prædicent. Clem. X. const. 7. §. 3. p. 494

Vide etiam in verbo *Episcopus.*

Regulares quam ob causam à confessionibus sint suspendendi, declarat Clem. X. ibid. §. 6. p. 495

Vide in verbo *Suspensio.*

Regulares an à casibus Episcopo reservatis absolvere possint. Vide in verbo *Absolvere*, & verbo *Casus reservati.*

Regularium privilegiis Episcopo exhibitis Sedes Apostolica est adeunda, cum sit ejus interpretari, cujus est condere. Clem. X. const. 7. §. 7. p. 495

Regularibus tantum functiones super cadavera defunctorum in eorum Ecclesiis sepeliri volentium, non verò Parochis expedire licet. Clem. X. const. 58. §. 2. & 3. p. 566. & seq. & const. 57. §. 2. & 3. p. 565. & seq.

Regularium in Ecclesiis sepeliri potentes majorem non tenentur solvere elemosynam, quam si in Ecclesia Parochiali sepelirentur. ibid.

Regularis non potest eici nisi prius instructo processu secundum constitutiones, & Sacrorum Canonum præscriptum. Vide verbo *Eicere.*

Regularium Superiorum nullus peccatorum absolutiones reservare potest, exceptis his relatis in decreto 3. post const. 3. Clem. VIII. Vide in verbo *Confessarius.*

Regulares. Vide supra in verbo *Monachi*, *Canonici*, *Regulares*, *Clerici*, & *Frates.*

Regularium super bonis sex decimas imposuit ad opem Imperatori ferendam contra Turcas, Urb. VIII. const. 153. §. 2. p. 47. & seq.

Regulares corpora defunctorum associare prohiberi non possunt. Urb. VIII. const. 188. §. 2. p. 67

Regulares diversarum Religionum super præcedentia disparant, quam declaravit Urb. VIII. const. p. 90. & seq.

Regulares non possunt prohibere Fratibus Conventualibus Sancti Francisci, quin elemosynam querant in locis ubi habent conventus. Urb. VIII. const. 279. §. 2. p. 124

Religio.

ad Religionem admitti Alumni Collegiorum Apostolicorum sine Romanorum Pontificum licentia, eorum professio irritatur. Alex. VII. const. 99. §. 2. p. 323

Vide etiam in verbo *Alumni.*

Ecc 4 Religio.

INDEX RERUM.

Religiosi.
Religiosis quibuscumque, & ubicumque existentibus
iurisdictionem exercere prohibuit Clem. IX. const. 25.
§. 1. & 3. p. 471

Vide etiam in verbo *Mercatura.*
Religiosi quoad Predicationem, & confessionem. Vide
verbo *Predicatio*, & verbo *Confessio.*

Reservatio.
Reservatio absolutionis etiam in articulo mortis certo
modo excommunicationis in Bulla Cœnz Domini.
Alex. VII. con. 16. p. 218. & Clem. X. const. 34.
p. 529.

Reservatio pensionis perpetue super Episcopatibus Ma-
zariensi, & Cathaniensi ad favorem S. Mariæ Ma-
joris de Urbe de consensu Catholici Regis imposi-
ta. Vide in verbo *Pensio.*

Residentia, & Residentia.
circa Residentiam Episcoporum, vide supra in verbo
Episcopus.

Resignatio Beneficiorum.
Vide in verbo *Beneficium.*

Romani Nobiles.
Vide in verbo *Nobiles.*

Romaniola Provincia.
Romaniolæ Provincia quoad monetam. Vide in verbo
Moneta.

B. Rosa.
B. Rosam de S. Mariæ tertii Ordinis S. Dominici Bea-
tarum Virginum catalogo adscripsit Clem. IX. const.
18. §. 1. p. 450

B. Rosæ prædictæ officium recitari, & Missam cele-
brari posse certis in locis concessit idem. *ibid.*

B. Rosæ prædictæ officium ad universum Clerum Pol-
oniæ, & Ducatus Lituaniæ extendit Clem. X. const.
9. §. 3. p. 498. Alteram extensionem pro Regnis Ca-
tholico Regi subjectis habes & seq. §. 3.

B. Rosæ Missam ex voto, vel devotione in toto orbe
celebrare posse concessit. *ibid.* in seq. p. 498. & seq.

B. Rosæ electionis in Regni Peruani Patronam decre-
tum emanatum à Clem. IX. confirmat, & extendit
Clem. X. const. 10. §. 3. p. 499

S. Rosam Sanctarum Virginum albo adscripsit Clem.
X. const. 37. p. 534. & seqq.

S. Rosa prædicta Limæ in Regno Peruano nascitur
anno Domini 1586. *ibid.* §. 1.

S. Rosa anno quinto virginitatem suam Deo dicavit.
ibid. §. 3.

S. Rosa prædicta carnem suam jejuniis, cilicio, &
aliis cruciatibus afflixit. *ibid.* & §. 10. p. 536

S. Rosæ prædictæ habitum S. Dominici gestavit. *ibid.*
§. 8. p. 535. & seqq.

S. Rosæ jejunium per octo dies sola Eucharistiæ com-
munionem contenta protraxit. *ibid.* §. 31. p. 539

S. Rosæ virtutes recenset Clem. X. *ibid.* & seqq.

S. Rosæ prædictæ prophetiæ dono claruit, & occultissi-
ma revelavit. *ibid.* §. 37. & §. 41. p. 540. & seqq.

S. Rosa obiit Limæ. *ibid.* §. 42. p. 542

S. Rosæ miracula enarrat Clem. X. *ibid.* & seqq.

Rosarium.
Rosarium sub titulo Seraphici novum inducere non
licere Minoribus de Observantia S. Francisci decre-
vit Alex. VII. const. 152. §. 2. p. 397

S

Sacerdotes.
Vide supra in verbo *Presbyteri*, & verbo *Confessa-
rius.*

Sacramentum.
Sacramenta, & alia munera ecclesiastica ut obtineant
Presbyteri Sacerdotes Indiarum. Vide in verbo *India.*
à Sacramentis ignobilitatis, & rudioris ingenii præ-
teriti rejici posse prohibuerunt in Indiis Alex. VII.
const. 48. p. 260. & Clem. IX. const. 38. p. 474

Sacramenta ægrotis Indiarum morti proximis, quamvis
in vili degant loco, deferri voluerunt idem. *ibid.*

Sanctorum Reliquia.
Vide in verbo *Reliquia.*

Sanctorum Canonizatio.
Vide supra *Canonizatio.*

Saraceni.
Saraceni armis, & alia deferentes excommunicantur.
Alexander VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const.
34. §. 7. p. 529

Schismatici.
Schismaticorum, & hæreticorum fautores, vide in verbo
Hæretici.

Schola, & Scholares.
Vide in verbo *Collegium.*

Scriptura.
Scripturæ spectantes ad Archivium Collegii Cardina-
lium. Vide supra in verbo *Archivium.*

Scripturæ Notariorum Rotæ Romanæ suppressorum
cui consignandæ. Clem. X. const. 49. §. 5. p. 554

Scriptura Sacra.
Vide in verbo *Sacra Scriptura.*

Sedes Apostolica.
Vide in verbo *Apostolica Sedes.*

Seminarium Indiarum.
Vide in verbo *India.*

*Seminarium S. Mariæ de Victoria de Urbe Carmelita-
rum Disfalceatorum.*
Vide in verbo *Carmelita Fratres Disfalceati.*

*Seminarium Romanum Soc. Jesu Religiosis regen-
dum commisit Pius IV. Refert Urb. VIII. const.*
134. §. 4. p. 31

Sententia.
Sententiam Ordinarii Giennensis latam super cultu ab
immemorabili exhibitio B. Petro Paschalis Martyri,
&c. Vide in verbo *Cultus.*

Sepultura.
in Sepulturis, quæ sunt in Regularium Ecclesiis, an
plus percipere possint Parochi, quam in eis, quæ
sunt in propriis, declaravit Urbanus VIII. const.
244. §. 1. p. 23

ad Sepulturam quando teneantur comitari defuncto-
rum corpora Minores S. Francisci Strictioris Obser-
vantie. Urb. VIII. const. 295. §. 5. p. 139

Sepulturam eligere pro filiis impuberibus cessante legi-
tima consuetudine, non licere matribus declaravit
Congregatio Concilii. *ibid.* §. 6. sed tantum Patri-
bus. *ibid.* §. 8.

Sepulturæ electione non præcedente sepeliendos in eo-
rum Ecclesia Parochiali Confratres Laicos in Majo-
ricensi Diocesi statuit Congregatio Concilii. *ibi-
dem.*

Sepulturæ cadavera Christi Fidelium Indiarum à Paro-
chis gratis tradi debent. Alex. VII. const. 48. p. 260.
& Clem. X. const. 38. p. 546

ad Sepulturam decreta Sacrarum Congregationum per-
tinentia pro Provincia S. Saturnini Ordinis Minoro-
rum de Observantia in Sardinia confirmavit Alex.
VII. const. 95. p. 317. & seqq.

Sepulturæ cadavera Alumnorum sine interventu Paro-
chorum, quibus in locis tradunt Clerici Regulares
de Somaicha. Alex. VII. const. 175. §. 2. p. 425

Signatura Gratiæ, & Iustitiæ Referendarii.
Vide in verbo *Referendarii.*

Societas Jesu.
Societatis Jesu Religiosi non possunt uti facultate eli-
gendi Confessarium concessa in Bulla S. Cruciatæ.
Urb. VIII. const. 125. §. 3. p. 28

Societatis Jesu Religiosis Seminarium Romani gubernium
tradidit Pius IV. Refert Urb. VIII. const. 134. §. 4.
p. 31

Societatis Jesu Religiosi vota de non acceptandis extra
Religionem dignitatibus non possunt dispensari, nisi
à Summo Pontifice. Urb. VIII. const. 173. §. 4. &
22. p. 58. & seqq.

Societatis

ET MATER IARUM.

Societatis Jesu Ecclesias visitantibus in festo S. Francisci Xaverii Indulgentiam elargitur Urb. VIII. const. 256. §. 2. p. 256

Societatis Jesu in domibus vacantes Exercitijs Spiritualibus Indulgentiam plenariam consequuntur, Alex. VII. const. 44. §. 1. p. 257

Societatis Jesu Collegium Penitentiariorum S. Petri concessit Alex. VII. const. 59. §. 5. p. 279. & seq.

Societatis Jesu Generalis Penitentiariorum S. Petri eligere potest, ibid. §. 6. p. 280

Societatis Jesu Superiores in eorum muneribus per triennium durare, nec nisi elapso anno cum dimidio ad illa assumi iterum posse statuit Alex. VII. const. 137. §. 8. p. 383

Societatis Jesu Ecclesijs Indulgentias concessas, Vide in verbo *Indulgentia*.

Societatis Jesu officium cum octava de præcepto, & Missam Conceptionis B. Mariæ Virginis recitare, & celebrare posse indulget Clem. IX. const. 9. §. 1. p. 442

Societatis Jesu Congregationem Generalem quovis novennio celebrandam Breve Innocentii X. injungens suspendit Clem. IX. const. 26. §. 6. p. 464

Societatis Jesu Religiosis officium, & Missam B. Stanislai Kostka recitare, & celebrare posse in Polonia, Lituania, & alibi indulget Clem. X. const. 12. §. 1. p. 501. & seq. & declarationem prædictæ constitutionis habes in Clemente X. const. 45. §. 2. pag. 551. & seq.

Societatis Jesu Francisci Xaverii, & Francisci Borgie Canonizationem, & Beatificationem, Vide in verbo *Franciscus Borgia, & Franciscus Xaverius*.

Vide in verbo *Maleficia*.

Spolia.
Spolia Minorum S. Francisci de Observantia Cisnontanæ Familæ cui applicanda, Urb. VIII. const. 283. in seq. quæ sunt statuta generalia. p. 126

Spolia non fiant de bonis Capellanorum Pontificis Innocent. X. const. 21. §. 9. p. 174. Alex. VII. const. 11. §. 8. p. 209. Clem. IX. const. 25. §. 9. p. 462. & Clem. X. const. 20. §. 9. p. 515

Spolia Canonicorum Regularium S. Salvatoris defunctorum Procuratori Generali ejusdem Ordinis applicanda statuit Alexand. VII. const. 131. §. 2. p. 368

Spoliis non subsunt bona Conclavistarum, Clem. IX. & Clem. X. const. 3. & 2. §. 11. & 9. pag. 431. & 484

Spoliorum nomine non veniunt bona Dapiferorum Conclavis, Clem. IX. & Clem. X. const. 5. & 4. §. 8. p. 436. & 490.

Spolia fieri non posse de bonis Cubiculariorum Pontificis, statuerunt Clem. IX. & Clem. X. const. 21. & 15. §. 12. & 14. p. 453. & 507. & seq. & const. 52. §. 1. p. 562

Vide etiam in verbo *Capellani*, & verbo *Dapiferi*, & verbo *Cubicularii*.

B. Stanislai Kostka.
B. Stanislai Kostka Officium recitare, & Missam celebrare Societatis Jesu Religiosis, & ad eorum Ecclesias confluentibus indulget Clem. X. const. 12. §. 1. p. 501. & super hujusmodi indulto dabitur exorta declaravit idem const. 45. §. 2. p. 551. & seq.

Vide in verbo *Nobiles*.

Studium.

Studia Fratrum Eremitarum S. Pauli primi Eremitæ, Vide in verbo *Frater S. Pauli primi Eremitæ*.

Studium generale in Civitate Urbini erexit Clem. X. const. 36. §. 5. p. 532

Stadio prædicto privilegia elargitur, ibid. §. 6.

Subjunctio.

Subjunctio Capellanorum, & Capituli Massæ Ecclesiæ Metropolitanæ Januensis, in his quæ spectant ad servitium Ecclesiæ, Innoc. X. const. 57. §. 1. p. 189. & seq.

Subjectionis nonnullorum conventuum jurisdictioni Ordinarii occasione aliqua declarationes à Congregatione statui Regularium præposita emanant, quæ habes in const. 4. Alex. VII. p. 197. & seq.

Subsidium Triennale.

Subsidii Triennalis solutio non retardatur prætextu quarumcunque exemptionum, Alex. VII. const. 29. §. 1. p. 233. Clem. IX. const. 17. §. 1. p. 448. & Clem. X. const. 21. §. 1. p. 516

Suffragia.
Suffragia in electione Magni Magistri Militiæ Hierosolymitanæ, Vide supra in verbo *Electio*, & in verbo *Milites Hierosolymitani*.

Superiores.
Superioris officium in ordine Fratrum Discalceatorum S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum non potest prætendi triennio elapso, nisi ad aliud triennium, Alex. VII. const. 31. §. 3. p. 247

Superiores prædicti à censuris absolvuntur, ibid.

Superiores Religionum, Vide in verbo *Clerici, Canonici, Regulares, Monachi, & Fratres*.

Suppressio.

Suppressio Fratrum Reformatrum Conventualium S. Francisci habes in Urban. VIII. const. 65. §. 2. p. 13

Suppressio Canonicorum Regularium S. Spiritus Venetiarum, cum bonorum applicatione, & facultate transeundi ad aliam Religionem, Alex. VII. const. 17. p. 221. & seq.

Suppressio Ordinis Fratrum Cruciferorum, Alex. VII. const. 18. §. 2. p. 222. & seq.

Suppressio, & extinctio Congregationum Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum, ac Fratrum Jesuatorum, & S. Hieronymi de Fefulis, Clem. IX. const. 30. §. 1. p. 467. & seq.

Vide etiam in singulis eorum nominibus.

Suspensio, Suspendus.

Suspensio ista non comprehendit Indulgentiam Portunculæ, declarat idem const. 25. p. 4

Suspensi sunt ab exercitio Ordinum Clerici forenses ordinati in Urbe extra modum præfixum in const. 129. Alex. VII. §. 4. p. 366. & seq.

Suspensio Brevis Innoc. X. Generalem Congregationem in Societate Jesu singulis Novennijs celebrandam injungentis, Clem. IX. const. 26. §. 6. p. 464

Suspendendi quando sint Regulares à confessionibus audiendi, Clem. X. const. 7. §. 6. p. 495

Suspendi non possunt à confessionibus Regulares omnes unius conventus ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, ibid.

Suspenduntur ab Ordinum exercitio Clerici Regulares Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, qui in Congregatione Professionem solemnem non emisserunt, & discedere voluerunt, non habentes patriam, Clem. X. const. 23. §. 5. p. 520

Suspensi, interdicti, & excommunicati, quomodo possint absolvi occasione Indulgentiarum, Vide supra in verbo *Absolutio, Excommunicatio, & Jubileum*.

Sylvestrini.

Vide in verbo *Monachi Sylvestrini*.

Synodus.

ad Synodos peragendas Episcopos Italianæ Insularumque adjacentium convenire hortatur Alex. VII. const. 20. p. 226. & seq.

ad Synodos peragendas pro reparacione divini cultus convenire Archiepiscopos, & Episcopos Poloniæ hortatur Alex. VII. const. 46. p. 258. & seq.

T

Tabella.

Tabellam exponere, in qua B. Virgo det Rosarium S. Francisco, & Clara, Fratribus de Observantia S. Francisci Tolosæ commorantibus prohibuit Alexand.

INDEX RERUM,

Alexand. VII. const. 152. §. 2. p. 397

Taxa.

Etiam reddituum exigendorum pro Clericis alendis in Seminario Romano denud præscripti Urb. VIII. const. 134. §. 2. p. 31

Taxæ hujusmodi solutionis tempora statuit. ibid. §. 3.

Taxæ hujusmodi solutionem differentes, manu regia ad eam præstandam coguntur. ibid. §. 9. p. 32

Terra Sancta.

pro Terræ Sanctæ necessitatibus elemosynas bis in anno teneantur commendare Prædicatores Verbi Dei. Urban. VIII. const. 195. §. 2. p. 73. Quod confirmat. Innoc. X. const. 11. §. 1. p. 171. Clem. X. const. 39. §. 1. p. 548

Testamentum.

Testamenti condendi in Urbe tempore pestis formam præscripti Alex. VII. const. 26. §. 3. p. 236

Testandi facultates Cardinalium, Capellanorum, Conclavitarum, & Dapiferorum Pontificis. Vide in singulis eorum Nominibus.

Testes.

Testes qui fuerunt præfentes alienationibus factis contra prohibitionem in præjudicium Cameræ Apostolicæ, quando teneantur revelare. Vide in verbo Alienatio, & verbo Camera Apostolica.

pro Testium illorum examine, qui inducuntur pro contrahendis matrimoniis, instructionem dedit Officium Sanctæ Inquisitionis coram Clem. X. emanatam const. 13. p. 502

Theatini.

Vide in verbo Clerici Regulares Theatini.

Theologia.

Theologiæ lectio nem ad futuram jubilationem ubi introducere possint Superiores de Observantia S. Francisci Cismontane Familiz. Urb. VIII. const. 243. §. 2. p. 92

Theologiæ mysticæ prælectionem in singulis conventibus habere jussit Fratibus S. Francisci Strictioris Observantiz Urb. VIII. const. 295. §. 3. p. 139

S. Theresia.

S. Theresiæ officium in universis Hispaniarum Regnis recitari posse decrevit Urban. VIII. const. 222. §. 3. p. 79

S. Thomas à Villanova.

S. Thomas à Villanova ortus in Castro Pontis Plani Toletanz Diocesis anno 1488. Alex. VII. const. 58. §. 1. p. 274

S. Thomas à Villanova Ordinis Eremitarum S. Augustini professus fuit. ibid. §. 5. p. 275

S. Thomas à Villanova Granatensem Ecclesiam recusavit, & Valentinam ex præcepto suscepit. ibid. §. 8.

S. Thomas prædictus erga pauperes liberalis, erga seipsum parcus. ibid. §. 13. 19. & 20. p. 275. & seq.

S. Thomæ prædicti miracula in vita, & prodigia post mortem recenset idem §. 16. 17. & 18. & à §. 23. usque ad 25. p. 276. & 277

S. Thomas prædictus moritur anno 1555. ibid.

S. Thomas de Villanova ad instantiam Regis Catholici Sanctorum albo abscibitur ab Alex. VII. const. 55. §. 31. p. 278

S. Thomæ prædicti officium sub ritu duplici secundæ classis cum octava Academiæ Complutensi recitare posse induluit Alex. VII. const. 74. §. 2. p. 297

Transalio.

Vide Concordia.

Tridentinum Concilium.

Vide Concilium.

Triennale Subsidium.

Vide verbo Subsidium.

Triennalis Impositio.

Vide in verbo Impositio.

Turca.

Turcas, & alios Christianæ fidei hostes de iis, quæ ad statum Christianæ Republicæ pertinent, certiorans excommunicatur. Vide in verbo Excommunicatio.

V

Venefici, Veneficia.

Vide in verbo Maleficia, & Scrvilegia.

Vidualia.

Vidualia, & alia ad victum necessaria ad Urbem deferri impediens excommunicatur. Alex. VII. const. 16. p. 218. & Clem. X. const. 38. §. 8. p. 529

Virgo Maria.

Vide in verbo Maria.

Visitans, Visitatio.

Visitare potest Episcopus Ecclesias conventuum sine Jurisdictioni subjectorum, & Capellas Grangiarum in quibus degunt conversi pro agrorum cultura. Alex. VII. const. 4. quæ sunt declarationes Decreti Innoc. X. declarat. 5. p. 197. & seq.

Visitati Episcopi subsunt Grangiarum, & Conversi in eis degentes, vel non. ibid. declarat. 6. & 7.

Visitare quando possit Episcopus conventus suppressos, & postea restitutos, & non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis alantur scilicet Religiosi. ibid. declarat. 8.

Visitans Episcopus hujusmodi Conventus sine Jurisdictioni suppositos, procuracionem exigere non potest. ibid. declarat. 9.

Visitare ut possunt Provinciales, & alii Superiores Regulares conventus Ordinarii Jurisdictioni subjectos. ibid. declarat. 11.

Visitacionem omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum Piorum Urbis indixit cum multis facultatibus, & præcipue causas criminales cognoscendi absque irregularitatis incurfu, Alex. VII. const. 14. & seq. p. 212. & seq.

Visitacionis Apostolicæ Secretarium, & Cancellarium deputat Alexand. VII. const. 1. & 2. post. 15. p. 215. & seq.

Visitacionis Apostolicæ occasione Cardinales ad hoc deputati in quibuscumque Ecclesiis Pontificalia exercere valent. Alex. VII. const. 3. post. 15. ibid.

Visitacionis prædictæ occasione, ut causas terminant Cardinales prædicti, idem in seq. p. 215

Visitacionis Apostolicæ Judicem, Commissarium, & Fiscalem deputat, eorumque facultates designat Alex. VII. const. 6. & 7. post. 15. p. 217. & seq.

Visitare quomodo debeat Congregationem Monachorum del Tardon Abbas generalis S. Basilii. Alex. VII. const. 82. §. 8. & seq. p. 304

Vide etiam in verbo S. Basilii Monachi.

Visitare ut possunt Superiores Monasteria Monialium.

Vide in verbo Moniales.

Visitacionis Apostolicæ, & S. Congregationis Episcoporum pro dotandis octo puellis de Parochia S. Andree de Frattis decretum confirmat Alex. VII. const. 127. §. 4. p. 365

Viva vocis Oracula.

Vide in verbo Concessio.

Unio.

Unionibus Beneficiorum sequutis ad solutionem quinquenniorum teneri Ecclesias, &c. quibus sunt unita, voluit Pius V. Refert Urb. VIII. const. 26. p. 4. & Clem. X. const. 50. §. 3. p. 557

Votum.

Vota à Religiosis Soc. Jesu emissa circa paupertatem, & non acceptacionem dignitatum, non possunt dispensari præterquam à Romano Pontifice Urb. VIII. const. 177. §. 4. & 12. p. 58. & seq.

in Votis de non acceptandis dignitatibus à Religiosis prædictis, quæ dignitates veniant. ibid. p. 58

Votum de non transiendo ad statum Clericalem, & ad Ordines sacros ultra tria emittunt Laici, seu Conversi Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis R. dempionis Capivorum Congregationis Hispaniæ. Alex. VII. const. 138. §. 3. p. 383

Urbanus

ET MATERIARUM.

Urbanus VIII.
Urbanus VIII. Florentinus ex S.R.E. Presbytero Card.
S. Honuphrii Romæ Summus Pontifex pronuncia-
tur anno Domini 1623. P. 1
Coronatus fuit Pontifex Romæ 29. Septembr. 1623.
ibid.
Obiit Romæ 29. Julii 1644. sepultusque est in Basilica
Principis Apostolorum. ibid.
Urbini Civitas.
In Civitate Urbini Studium generale erexit, & privi-
giis ipsum decoravit Clemens X. const. 36. §. 5. & 6.
P. 533
Usurpans.
Usurpans jura, & proventus ecclesiasticos, seu illa
quomodolibet perturbans, excommunicatur Alex.
VII. const. 16. pag. 218. & Clem. X. const. 34. §. 17.
P. 510.
Usurpantes loca, jura, & Supremam Romanæ Eccle-
siæ Jurisdictionem, sunt excommunicati iidem
§. 20.

FINIS.